~~7417~~
3655
3055

5 —
5 IV E 43 C 7a 8
BIBL. NAZ
Vitt. Emanuele III
Racc.
de Marinis
246
NAPOLI
Digitized by Google

125

Rec'd fr Manning [illegible]

Digitized by Google

Digitized by Google



LEOVARDIÆ Excudit FRANCISCUS HALMA D. D. Ordin. Friſiæ Typograph. CIↃIↃCCXV.

Digitized by Google

Digitized by Google

C 246

CAJI SUETONII TRANQUILLI
OPERA,
& in illa commentarius
SAMUELIS PITISCI,
In quo
ANTIQUITATES ROMANÆ
ex auctoribus idoneis fere nongentis,
GRÆCIS ET LATINIS,
veteribus & recentioribus, perpetuo tenore explicantur.

Huic accedunt
TERNI INDICES:
I. Editionum. II. Auctorum cum laudatorum, tum obiter notatorum, emendatorum, explicitorum. III. Rerum abſolutiſſimus & locupletiſſimus.

IMPERATORUM IMPERATORESQUE arctiſſimo gradu contingentium icones: & figuræ ex veterum monumentis ad hiſtoriam illuſtrandam depromptæ, in æs eleganter inciſæ.

Editio ſecunda priori ornatior & limatior.

TOMUS I.



LEOVARDIÆ,
Excudit FRANCISCUS HALMA, D. Ordinum Friſiæ Typographus ordinarius. cIɔ Iɔ ccxiv.

Digitized by Google

V I R I S
NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS,
GRAVISSIMIS,
D. CORNELIO QUINT JCTO.
D. JOHANNI HUYSSEN,
CONSULIBUS.
UT ET
INCLYTO
SENATUI
REIPUBLICÆ TRAJECTINÆ,
OMNIS RECTI ARBITRIS,
JUSTI ET HONESTI CULTORIBUS,
LITERARUM PATRONIS,
PATRIÆ PATRIBUS,
ΤΡΙ΄ΚΥΝΟΝ
SAMUEL PITISCUS.

HIſtoriam Auguſtam, licet illorum bene multi ævo interciderint, certatim prodiderunt veterum plerique, cum Græci, tum Latini. Græci quidem, Herennius Dexippus, Callicrates Tyrius, Praxagoras Athenienſis, Bemarchius Cæſarienſis ſophiſta Cappadox, illi quorum vitas Conſtantino Magno jubente ex Græco Latine vertit Tatius, ſive Statius Cyrillus, Euſebius Pamphilus, Plutarchus Chæronenſis, Philo Byblienſis, Dio Caſſius, Herodianus, Zoſimus, Procopius,. Agathias, Georgius Cedrenus, Johannes Zonaras. Latini, Cremutius Cordus, Aufidius Baſſus, Plinius Secundus, Aurelius Philippus, Encolpius, Gargilius Martialis, Alexander Severus Imperator, Marius Maximus, Ælius, ſive Junius Cordus, Ælius Sabinus, Gordianus ſenior, Vulcatius Terentianus, Mæonius Aſtyanax, Cæleſtinus, Acholius, Gallus Antipater, Cornelius Capitolinus, Suetonius Optatianus, Theoclius, ſive Theo Chius, Aſclepiodotus, Claudius Euſthenius, Vellejus Paterculus, Cornelius Tacitus, Ælius Spartianus, Vulcatius Gallicanus, Trebellius Pollio, Julius Capitolinus, Ælius Lampridius, Flavius Vopiſcus, Aurelius Victor, Eutropius, Ammianus Marcellinus, Paullus Oroſius, &c,

in

in cujus gratiam hæc collegi, Cajus Suetonius Tranquillus. Verum non æque religioſe eam ſcripſerunt, nec ad fidem compoſuerunt omnes, dum illorum, quibus palpum obtrudebant, virtutes in literas miſerunt, ſed qui virtutes in vitia deflexerint, alto ſilentio obliteraverunt: & illorum quibus infenſi erant, virtutes ſuo pretio non æſtimantes denarrare neglexerunt, errores autem, ſive refutatos, ſive emendatos, mordaciore ſtylo conſignatos poſteris deridendos propinaverunt. Socrates in Hiſtoria Eccleſiaſtica: *Ὅθεν τεκμαίρομαι τοῦτο πεπονθέναι τοὺς σιωπῇ ταῦτα παραπεμψαμένους, ὃ πολλοὶ τῶν ἱστορίας συγγραψαμένων πεπόνθασιν. Ἐκεῖνοι γὰρ πολλὰ παραλείπουσιν, ἢ προσπάσχοντές τισιν, ἢ προσώποις χαριζόμενοι. Ex quo conjicio, iis, qui iſta ſilentio prætermiſerunt, idem contigiſſe, quod multis aliis hiſtoriæ ſcriptoribus. Hi enim multa præterire ſolent, vel propterea, quod male affecti ſunt erga quoſdam, vel ut certis hominibus gratificentur.* Herodianus. *Εἰσὶ δ᾽ οἳ πρὸς ἔχθραν ἢ μῖσος τυράννων, κολακείαν τε ἢ τιμὴν βασιλέων, πόλεώς τε καὶ ἰδιωτῶν, εὐτελῆ καὶ μικρὰ ἔργα, λόγων ἀρετῇ, δόξῃ παρέδωκαν τῆς ἀληθείας μείζονι. Alii vero privatis inimicitiis, tyrannorumque odio provecti, aut in laudes principum, civitatum, privatorumque hominum, immodicis aſſentationibus effuſi, tenues per ſe res atque humiles, ſcribendi tamen artificio longe ſupra verum ſuſtulerunt.* Licet ipſum Maximino

mino *in odium Alexandri*, dum in illo non omnia vituperat, in hoc non omnia laudat, *plurimum faviſſe* queratur Capitolinus. Ea de re, quod nulla fide ſuas contexuerat hiſtorias, *hiſtoriarum dehoneſtamentum*, &, quod ſummis poteſtatibus adularetur, *honorum ancilla* Trebellio Pollioni vocatur Gallus Antipater. Quam negligenter quoque Neronis vitam nonnulli ſcripſerint, in Antiquitatibus docet hiſce Joſephus. Πολλοὶ τὴν περὶ Νέρωνα συντετάχασιν ἱστορίαν: ὧν οἱ μὲν διὰ χάριν εὖ πεπονθότες ὑπ' αὐτοῦ, τῆς ἀληθείας ἠμέλησαν: οἱ δὲ διὰ μῖσος, καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν ἀπέχθειαν, οὕτως ἀναιδῶς ἐνεπαρῴνησαν τοῖς ψεύσμασιν, ὡς ἀξίους αὐτοὺς εἶναι καταγνώσεως. *Multi de Nerone hiſtoriam compoſuerunt: quorum aliqui in gratiam ejus, ut bene de ſe meriti, veritatem neglexerunt: alii indulgentes ſuis odiis, tam impudentibus mendaciis in ejus famam debacchati ſunt, ut merito damnandi ſint.* Et quod *Vitelliorum originem alii aliam, & quidem diverſiſſimam tradiderint, partim veterem & nobilem, partim novam & obſcuram, atque etiam ſordidam, per adulatores, & obtrectatores*, altioris fortunæ perpetuos comites, *eveniſſe opinatur* noſter. Gætulicum quoque, *Tiburi genitum* dum ſcribit Caligulam, apud noſtrum refellit Plinius, *quaſi mentitum per adulationem, ut ad laudes juvenis, glorioſique principis, aliquid etiam ex urbe Herculi ſacra ſumeret.* Tranquillus autem ut

odio

odio indulgere, & obtrectare: ſic velificari, & palpare neſcius, Imperatorum ut non vitia, ſic nec virtutes ſupra verum extulit; ſed pari libertate, ac ipſi vixerunt, ſcripſit. Et ſcriptor *candidiſſimus, ſinceriſſimus, Græcorum & Latinorum incorruptiſſimus, liberi judicii, cui minuta etiam quæque annotare: nec eximia tantum, ſed etiam interiorem, ac familiarem vitam exſequi, non pigendæ res operæ viſa eſt, accuratiſſimus in omnibus, & notandis, & ſimul vituperandis, aut commendandis.* Imo ſcriptor, *cujus fidem, & accuratam ſcribendi rationem nemo ignorat*, viris doctis dicitur. Certe ejus candorem ferre non potuit, qui *eum, qui Tranquilli librum vitam Caligulæ continentem legerat*, quod *eundem diem natalis habuerat, quem & Caligula, feris objeciſſe* legitur, Imperator Commodus Antoninus. Quare in Suetonium commentarios certatim ſcripſerunt, & publicaverunt virorum doctiſſimorum plerique. Et ego, qui ut Plautus Epidicum, ſemper Suetonium amavi, hanc in illum obſervationum & annotationum ſylvam poſt illos emitto. Illam Vobis *Viri Nobiliſſimi & Ampliſſimi* ſummiſſa offero manu. Et ut offerrem, auricula blande vellicata, me ſuſcitavit veſtrum in me ſtudium. Hominem enim me, ne de facie quidem Vobis notum, & de quo, niſi ex quo Q. Curtius Rufus a me recenſitus,

& commentario illuſtratus, quem Academiæ veſtræ typographo typis deſcribendum dederam, in dias auras luminis prodierat, ne fando quidquam auribus acceperatis, in Urbem veſtram vocaſtis, & Urbis Scholaſticæ pubi præeſſe juſſiſtis: imo infrunitorum hominum, qui, dum illis, quod ad hunc honoris gradum, quem non volebant, videbant productum, oculi dolebant, latrantes & ferocientes in me tantum quod Urbem veſtram ingreſſum immiſerant canes, lividis prohibuiſtis morſibus. Quare habete Vobis *Viri Nobiliſſimi & Ampliſſimi* quidquid hoc libri eſt, qualecunque, & ab illo obtrectatorum, qui nihil, niſi quod ipſi fecerint, rectum eſſe putant, criminationes defendite. Quod ſi feceritis, mihi gaudebo, Suetonio meo gratulabor, & genibus poſitis, manibuſque ſupinis, ut ὅλῃ θεότητι μιγέντες Reipublicæ Trajectinæ rem bene geratis, & ſtatione peracta, aſtra ſeri petatis, Deum ter Optimum Maximum precibus fatigabo.

L E-

LECTOREM BENEVOLUM

SALVERE JUBET

SAMUEL PITISCUS.

TYpographus olim cum ad me inviſeret, varios, & quidem de nova Suetonii editione adornanda, Sermones cædebamus. Ex me quærenti, num quid in illum prælo dignum haberem, prælumque ſuum in iis, quæ haberem, deſcribendis offerenti, ſcriptorem hunc qui interpretati fuerint, dudum non defuiſſe, interpretumque aliquem ex ſitu, & oblivione, quibus premeretur, editione iterata in lucem protrahi, & ejus unius opera, abſque alicujus viri docti curis edi poſſe reſpondebam. Et illum viros extra omnem ingenii aleam poſitos, Deſiderium Eraſmum, Johannem Baptiſtam Egnatium, Philippum Beroaldum, Marcum Antonium Sabellicum, Henricum Glareanum, Fulvium Urſinum, Janum Gruterum, Lævinum Torrentium, Iſaacum Caſaubonum, Matthiam Berneggerum, Theodorum Marcilium, Franciſcum Guyetum, Marcum Zuerium Boxhornium, Joannem Georgium Grævium, Auguſtinum Babelonium commentis ſuis doctis Jupiter & laborioſis illuſtraſſe e loco addebam. Facilem ſe mihi præbuiſſet, & horum aliquem, quem ego ſelegiſſem, prælo reddidiſſet typographus. Sed ne præcipitis conſilii ullo unquam tempore illum pœniteret, ex me, quid de ſingulis ſentirem, diſcere voluit. Docui itaque illum, Berneggerum in celeberrimorum bibliopolarum tabernis me quæſiviſſe, ſed non inveniſſe, & de illo nullum judicium reddere poſſe: pauca vero eſſe, quæ Suetonio addiderunt Eraſmus & Boxhornius: critica eſſe, & fere præterea nihil, quæ attulerunt, & abſolute duntaxat doctis ſcripſerunt Egnatius, Glareanus, Urſinus, Caſaubonus, Guyetus, Grævius, & qui Beroaldo, quem ad verbum ſuppreſ-

Digitized by Google

ſo nomine deſcribit, & non, niſi ubi illum proſcindit, nominat, multa debet Torrentius: paraphraſticam eſſe tantum interpretationem, qua ſuam editionem adornavit Sabellicus: tres Flavios, & præter illos imperatorum eſſe neminem, quorum vitas illuſtravit Marcilius: perpetuum, quem Beroaldus fecit, videri commentarium; ſed tamen multa illum explicare neglexiſſe, illudque plus vice ſimplici vel unum illi exprobraſſe Glareanum: imo multarum vocum ſignificationibus plurimis, & ad Suetonium explicandum nihil facientibus occupatum integras crebro expleſſe paginas. Sereniſſimo Delphino ſcripta eſſe, quæ ſcripſit Babelonius, & ejus Serenitati relinquenda eſſe putabat ipſe typographus. Qui cum hæc accepiſſet, me orare cœpit, & annuere cunctantem frequentibus poſtulationibus expugnavit, ut poſt tot, & literis perfectiſſimos viros in Suetonium ſcriberem, & commentarium paullo plenius, quod deſiderari, ut ea quæ oculis cernuntur, videbat, in illum conficerem. Quibus expugnatum non abſterruerunt judicia iniquiora magnorum virorum, qui illum non magni videntur facere, Victorii & Eraſmi. Quorum ille in Variis lectionibus nominat *ſcriptorem multo minorem, quam quorum ſententias illuſtrare, notaſque purgare ſuſceperat.* Hic in Ciceroniano dicit *a Cicerone longius abeſſe, Ciceronemque nec verbis, nec ſtructura, nec perſpicuitate, nec figura dictionis, nec urbanitate referre.* Sed magis magiſque impulerunt æquiora virorum, ſi non majorum, certe non minorum, qui illum certatim laudibus in cœlum extulerunt, elegantioribus, quæ ad calcem præfationis poſterioris exhibeo, teſtimoniis. In quem dum ſcribo, non ſcribo, *Benevole Lector*, criticis, quos ſi a ſcripti hujus qualiſcunque lectione publice rejicerem, non eſſet quod mirareris: haberem enim quos æmularer, Lucillium, Ciceronem & Plinium, qui a doctioribus ſua legi noluerunt. Illorum enim non tantum poſtremus in præfatione ad Veſpaſianum de ſe, Lucillio,

Digitized by Google

lio, & Cicerone. *Tum poſſem dicere, quid iſta legis Imperator? Humili vulgo ſcripta ſunt, agricolarum, opificum turbæ, denique ſtudiorum otioſis: quid te judicem facis? Cum hanc operam condicerem, non eras in hoc albo. Majorem te ſciebam, quam ut deſcenſurum huc putarem. Præterea eſt quædam publica etiam eruditorum rejectio. Utitur & illa Marcus Tullius, extra omnem ingenii aleam poſitus, & (quod miremur) per advocatum defenditur. Nec doctiſſimis: Manium Perſium hæc legere nolo, Junium Congium volo. Quod ſi hoc Lucillius, qui primus condidit ſtyli naſum, dicendum ſibi putavit: ſi Cicero mutuandum, præſertim cum de Republica ſcriberet, quanto nos cauſatius ab aliquo judice defendimus?* Sed & in ſuis de Oratore libris de ſe, & Lucillio ipſe Cicero. *Nam ut C. Lucillius, homo doctus, & perurbanus, dicere ſolebat, ea, quæ ſcriberet, neque ab indoctiſſimis, neque ab doctiſſimis legi velle; quod alteri nihil intelligerent, alteri plus fortaſſe quam ipſe de ſe; quo etiam ſcripſit*, Perſium non curo legere (*hic enim fuit, ut noramus, omnium fere noſtrorum hominum doctiſſimus*) Lælium, Decimum volo, *quem cognovimus virum bonum, & non illiteratum, ſed nihil ad Perſium: ſic ego, ſi jam mihi diſputandum ſit de his noſtris ſtudiis, nolim equidem apud ruſticos, ſed multo minus apud vos: malo enim non intelligi orationem meam, quam reprehendi.* Sed cum pueris ſiccis, & aridis, tum viris mediocriter doctis, & fortaſſis etiam, quamvis rarius, doctiſſimis. Auctoris contextum, ut ſcias B. L., quam, dum in illum ſcribo, viam inſtiterim, non in octo libros, in quos Suidæ, Græculi ſcriptoris, verbis infra in fragmentis a me laudatis inductus, primus diviſit Caſaubonus, divido; ſed Imperatorum, ſive Cæſarum, quorum vitæ deſcribuntur; nominibus diſtinguo. *Et hoc fere in more*, ut de hac diviſione in ſuis ad Suetonium notis Boxhornius, *habent omnes βιογράφοι, qui non alia paſſim inſcriptione utuntur, quam CÆSARES, aut VI-*

TÆ CÆSARUM*, apud Græcos* ΚΑΙ´ΣΑΡΕΣ, *vel* ΒΙ´ΟΙ ΚΑΙΣΑ´ΡΩΝ. *Prioris exemplum habemus in Juliani* Παραβάτου *opere, quod, teſte Suida,* ΚΑ´ΙΣΑΡΕΣ *inſcripſit, ejuſdem fere cum Suetoniano, ſed Satyrici argumenti.* Περιέχει γὰρ τοὺς ἀπὸ Αὐγούστου Ῥωμαίων Βασιλεῖς. *Sic Plutarchus præclarum illud opus, quo principum virorum, tam Romanorum, quam Græcorum, vitas deſcribit, eaſque inter ſe componit,* ΒΙ´ΟΙ ΠΑΡΑ´ΛΛΗΛΟΙ *inſcripſit. Eunapius, Heſychius, Diogenes Laërtius, & alii,* Βίους φιλοσόφων καὶ σοφιστῶν *concinnarunt. Apud Latinos illi, qui vulgo* Hiſtoriæ Auguſtæ ſcriptores ſex *appellantur, non in libros, ſed in Cæſares, de quibus agunt, opuſcula ſua diſtinxiſſe videntur, inſcripſeruntque* VITÆ CÆSARUM, *ut haud obſcure indicat Julius Capitolinus in Opilio, vel de* CÆSARIBUS: *ſive etiam* CÆSARES, *ut alii. Fuerunt etiam, qui ejuſmodi opuſcula* Ὀνοματόλογον, *vel* Πίνακα *etiam inſcriberent. Ita Heſiodus* Ἠοίας μεγάλας ἢ γυναικῶν κατάλογον *ſcripſiſſe dicitur. Singulorum autem vitas non* Βιβλία, *ſed* Διαστήματα *vocaſſe Græcos obſervamus. In Dione* Ἰούλιος Καῖσαρ *primum operis* Διάστημα, Ὀκταβιανὸς Καῖσαρ Αὔγουστος *ſecundum,* Τιβήριος *tertium eſt, & ita porro. Suidas de Heſychio Mileſio:* Ἔγραψεν, *inquit,* Ὀνοματολόγον, ἢ Πίνακα τῶν ἐν παιδείᾳ ὀνομαστῶν· καὶ χρονικήν τινα ἱστορίαν, ἥν τινα διεῖλεν εἰς ἓξ διαστήματα, οὕτω γὰρ καλεῖ ἕκαστον βιβλίον· ἐν οἷς ἐμφέρονται αἱ κατὰ καιροὺς πράξεις τῶν Ῥωμαίων Βασιλέων. *Scripſit Nomenclatorem, ſive Indicem virorum, qui doctrina clari fuerunt: item hiſtoriam chronicam, quam in ſex diaſtemata, ſic enim ſingulos libros appellat, diſtinxit: in his continentur Imperatorum Romanorum res variis temporibus geſtæ. Qui autem* Vitas Cæſarum *in libros diſtinguebant, ſingulis libris, ſingulas vitas, majores minoreſque ſunt complexi. Julius Capitolinus in Ælio Vero:* Hæc ſunt, *inquit,* quæ de Vero Cæſare mandata literis fuerunt: de quo idcirco non tacui, quia mihi propoſitum fuit, omnes, qui poſt Cæſarem dictatorem, hoc eſt, divum Julium, vel Cæſares, vel Au-

Auguſti, vel Principes appellati ſunt, quique in adoptionem venerunt, vel Imperatorum filii, aut parentes Cæſarum nomine conſecrati ſunt, ſingulis libris exponere, meæ ſatisfaciens conſcientiæ, etiamſi multis nulla ſit neceſſitas talia requirendi. *Et idem Capitolinus in Maximo & Balbino teſtatur, ſe Suetonium per omnia potiſſimum eſſe ſecutum, verbis diſertiſſimis, inter doctorum judicia de Suetonio infra relatis. Fuerit igitur Tranquillus duodecim Cæſares totidem libris (ſi modo tales primitus fuerint) complexus. Atque eam diviſionem in omnium antiquiſſimis editionibus obſervatam invenio. De MSS, quæ ad manum jam non ſunt, non eſt quod dicam. Vincentius Belvacenſis in magno illo opere, quod* Speculum Hiſtoriale *inſcripſit, duodecim Suetonii libros, e quibus plurima excerpſit, ac hiſtoriæ ſuæ inſeruit, diſertim laudat, & agnoſcit. Locum Suidæ quod attinet, numerum, ut in aliis paſſim, putem eſſe corruptum: legendumque pro η', ιβ', in hunc modum:* ἔγραψε ιβ βιβλία. Eundem maximam partem meo Marte explano, illoque & reliqua explanaviſſem, niſi interpretes, quos laudavi, ne prior illa explanarem, me occupaviſſent. Non tamen dubitavi a me inventis & ab aliis, ſive commentatoribus, ſive Adverſariorum, Miſcellaneorum, Obſervationum, Exercitationum, Conjectaneorum, Collectaneorum, Annotationum, Lectionum Variarum, Antiquarum, aut ſimilium ſcriptorum editoribus feliciter edita addere. Sunt quidem, qui, ſuopte ingenio qui ſcribunt omnia, quæ ſcribunt, magis commendandos putent. Sed his, qui & hunc ſcribendi modum ſecutus eſt, in Strategico hæc reponit Onoſander. *Καί τοι ὐκ ἠγνόηκα, ὅτι μᾶλλον ἄν τις εἵλατο πάντα ἑαυτῦ, καὶ τῆς ἰδίας ἀγχινόιας τὰ ϛρατηγήματα δοκεῖν εἶναι, πλείονα θηρώμενος ἔπαινον ἀπὸ τῶν πιϛευσάντων, ἢ ἀπὸ τῆς ἀλλοτρίας ἐπινδίας. Ἐγὼ δὲ ὐ παρὰ τῦτο ἐλαττῦσθαι δοκῶ. Καθάπερ εἴ τις ἐν πολέμοις αὐτοϛρατευσάμενος συνετάξατο τοιόν δε λόγον, ὐκ ἂν παρὰ τῦτο ἧττονος ἠξιῦτο μαρτυρίας, ὅτι μὴ μόνον Φυσικῆς ἀγχινοίας ἰδίαν ἔυρεσιν εἰσηνέγκατο ϛρατηγημάτων, ἀλλὰ καὶ τὰ*

δι' ἀλ-

δι' ἄλλων εὖ πραχθέντα μνήμῃ παραθέμενος εἰς σύνταξιν ἤγαγεν: οὕτως οὐδ' ἐμαυτὸν οἴομαι τοὔλαττον ἐπαίνων οἴσεσθαι, παρὰ τοῦθ' ὅτι μὴ πάντα τῆς ἐμῆς ὁμολογῶ συνέσεως. Τοὐναντίον δὲ προείληφα τόν τ' ἔπαινον ἀνεπίφθονον ἕξειν, καὶ τὴν πίστιν ἀσυκοφάντητον. Quæ ſic interpretatur Rigaltius. *Non ſum tamen neſcius eam fore nonnullorum ſententiam, ut majori ſe gloria commendandos putent, ſi ſuopte ingenio compoſitas Strategematum artes hominibus credulis perſuadeant, quam ſi alienæ induſtriæ perſequi veſtigia videantur. At iſtis equidem minus moveor. Nam ut ſi quis, militaribus copiis præfectus, hujuſmodi monimentis ad poſteros traducendis operam daret, non ideo minus fidem faceret, quia non ſolum propriæ calliditatis inventa in medium proferret, ſed & ab aliis quoque feliciter edita memoriæ proderet: ſic etiam nec minoris mihi laudis debebitur gratia, etſi non omnia hæc meo ſolum ingenio meditata fuiſſe profitear. Imo hinc etiam autumo fore me illuſtriori commendatione, graviorique fide auctiorem, atque ab omni prorſus invidia, calumniaque ſecuriorem.* Quæ dum addo, illorum, per quos profeci, nomina, ne in furto deprehendar, bona fide ſubjicio. Illa vero modo meis, modo quibus ab ipſis auctoribus enarrata ſunt verbis, prout quæque ſe vel enarranda, vel transferenda ſuggeſſerunt, explico. *Apes* enim, ut in Saturnalibus Macrobius, *quæ vagantur, & flores carpunt, quidquid attulere, diſponunt, ac per favos dividunt, & ſuccum varium in unum ſaporem mixtura quadam & proprietate ſpiritus ſui mutant.* Et ego, pergo cum Macrobio, *quidquid diverſa lectione quæſivi, ſtylo commiſi; ut in ordinem eodem digerente coaleſcerent. Nam & in animo melius diſtincta ſervantur, & ipſa diſtinctio non ſine quodam fermento, quo conditur univerſitas, in unius ſaporis uſum varia libamenta confundit: ut etiamſi quid apparuerit, unde ſumptum ſit, aliud tamen eſſe, quam unde ſumptum noſcetur, appareat.* Hoc *in corpore noſtro ſine ulla opera noſtra facit natura. Alimenta, quæ accipimus, quamdiu in ſua qualitate perſeverant, & ſo-*

lida

lida innatant, male ſtomacho oneri ſunt: at cum ex eo, quod erant, mutata ſunt, tum demum in vires & ſanguinem tranſeunt. Idem in his, quibus aluntur ingenia, præſtemus, addit Macrobius, *ut quæcunque hauſimus, non patiamur integra eſſe, ne aliena ſint; ſed in quandam digeriem concoquantur: alioquin in memoriam ire poſſunt, non in ingenium. Ex omnibus colligamus, unde unum fiat ex omnibus, ſicut unus numerus fit ex ſingulis. Hoc faciat noſter animus; omnia, quibus eſt adjutus, abſcondat; ipſum tamen oſtendat quod effecit: ut qui odora pigmenta conficiunt, ante omnia curant, ut nullius ſint odoris propria quæ condientur, confuſura videlicet omnium ſuccos odoraminum in ſpiramentum unum.* E Græcis auctoribus citata, & Græce, & Latine in hos commentarios refero & perſcribo. De quo ſcribendi genere, idem ſecutus, in ſuis de Aſſe libris Budæus. *Si Latina a me facta tantummodo proferrem, veritus ſum, ne rerum pæne incredibilium fidem lectoribus parum certam facerem, ut mihi interpretes plurimi nunc faciunt, poſtquam pœnitere me cœpit multorum, pudereque, quod eorum teſtimoniis inconſulta ſecuritate, & pæne inerti uſus eſſem: qua etiam & ipſi uſi ſunt quælibet exemplaria inexplorato ſequendo. Sin Græca tantum verba pro teſtimonio protuliſſem, non contemnenda parte rerum enarratarum maximam partem lectorum fraudaviſſem.* Loca quoque ipſa, paucis tamen, quæ mihi ſuppeditare memoria negabat, exceptis, ubi auctorum, quorum mihi fuit copia, quos cum ego, tum recentiores, quibus uſus ſum, ſcriptores, laudamus, verba laudata occurrunt, diligenter deſigno. Non enim etiam fide cæteroquin digniſſimorum hominum citationibus ſemper habenda eſt fides. Vidit hoc quoque, & me prior dixit in Animadverſionibus hiſtoricis Jacobus Perizonius. Sunt enim qui in animo ſcribunt, & dum ſcribunt, auctores quos deſcribunt, non evolvunt, ſed omnia ſic ſibi eſſe cogitata, & in memoriam iviſſe, ut in nullo unquam verbo illos hæc deceperit, ſibi gaudent, & gratulan-

 tur.

Digitized by Google

tur. Interim pleraque mutila, lacera, diſtorta, & ab auctorum mente aliena lectori obtrudunt. Imo hujus quod eſt, alteri perperam tribuunt. Ita Lucillio Ovidium, cum tamen Tibulli ſit, quo utitur, verſus,

Nec pluvio ſupplicat herba Jovi,

in Naturalibus Quæſtionibus impingit Seneca. Et Heſiodum pro Theocrito appellat Servius, dum apud illum lectum eſſe dicit carmen, quod apud hunc invenitur de herba hippomane,

Ἱππομανὲς φυτὸν ἐςι παρ' Ἀρκάσι.

Tibullo, quod Ovidii eſt carmen,

Et preſſus prior eſt, interiorque torus,

ad Spartianum temere adſcribit Salmaſius, & quotquot Salmaſium in notas, quas ſelectas vocant, Suetonio additas in hoc tempus tranſtulerunt Suetonii editores. Nec minus temere Catullo, quod Tibullus ſcripſit, rei agrariæ ſcriptores dum explicat, Goeſius,

Divitias alius fulvo ſibi congerat auro.

Ut & eidem Catullo, quod Tibulli eſt,

Luce ſacra requieſcat humus, requieſcat arator,

in Singularibus Roa. Ne pluribus invidia hac onerem vel Ciacconium, vel Lipſium, quorum prior Plutarchi verba ſe ponere dicit, cum ſint Athenæi, quæ ex illo tranſcripſi ad *Claud.* 32. 4. §. 6. poſterior laudat Capitolinum, cum Trebellium Pollionem, cujus ſunt verba a me notata ad *Domit.* 4. 3. §. 12. laudare debuiſſet. Et non tantum aliis; ſed & huic noſtro, quæ fruſtra in illo quæſiveris, eodem vitio laborantes affingunt. Ita *flenum ingenium* in Obſervationibus ad Catullum Voſſius filius: *columnarium* in Lexico Etymologico Voſſius pater, qui etiam Beroaldum, quaſi contra veterum librorum fidem pro eo *colluviarium* legere juſſiſſet, fruſtra eſſe, ſed perperam jubet. Et non tantum ſingulas voces, ſed & integras ſententias. Suetonium de Caligula dicentem, *porrexit ad oſculandum ſiniſtrum pe-*

Digitized by Google

pedem auro, *& margaritis inſignem*, in ſuo de Teſſeris hoſpitalitatis libro Tomaſinus: de Julio ſcribentem, *cum Cæſar Africæ oram appuliſſet*, *& in terram inſiliturus corruiſſet*, *dixit*, *ut infauſtum omen averteret*, ſuis in Macrobium Collectaneis Pontanus laudant. Sed neutrum, dum hæc ſcriberet, Suetonium evolviſſe obſervabit, qui Caligulam & Julium inſpexerit. Plura, ſi deſideras, his non leviora in præfationibus meis ad Roſini Antiquitates Romanas & Lexicon Antiquitatum Romanarum invenies. Pecuniam veterem ad monetam noſtram ipſe non transfero. Ad hanc enim illam transferre facile eſſe in Lexico dicat Voſſius, conceptis tamen verbis, qui totus in illa transferenda occupatus fuit, negat, de Aſſe dum ſcribit, Budæus. *Quotuſquiſque*, inquit ille, *hodie eorum*, *qui literas didicerunt*, *diſertus in ea re invenitur*, *ut vel numerum nummorum in libram noſtram ſtatuere certo poſſit*, *nedum rationem indicaturæ tenere?* & Budæo prior Blondus, quem tamen Antiquitatis diligentiſſimum inquiſitorem appellat jam laudatus Budæus. Nec mirum. *Veteris enim monetæ pretium & æſtimatio a nobis plerumque ignoratur*, ut de illa alicubi Laurentius. Unde toties ſibi contradicunt, de re nummaria qui ſcripſerunt, viri eruditi. Et Budæi *æſtimationes ſi non exactiſſime veras*, *veris tamen proximas* in ſuis in Suetonium Animadverſionibus agnoſcit: & *HS vicies*, quæ *matri & ſorori reliquiſſe*, ut & *ſeſtertia centum*, quæ *ſcriptis ad matrem codicillis*, *Cornuto dari juſſiſſe* in vita dicitur Perſius, ad monetam noſtram tranſlaturus, diverſas diverſorum ſummas, nihil certi ponere auſus, in ſuis ad Perſii vitam notis adfert Caſaubonus. Sed tamen, ubi uſus eſt, a rei nummariæ ſcriptoribus, quos fidem appellare jubeo, tranſlatam pono. Indicem novum his omnibus addo, cum quia aliis typographis ſuis Suetonii editionibus ſubtexendos, ære forte comparatos, ſuffurari religioni habui, tum quia illorum indicum, qui veterum monumentis ſubnectuntur, vix ul-

Digitized by Google

lum, a viris doctiſſimis, quorum nomina referunt, ſed a ſervulis a manu, qui in literis non magnum proceſſum habuere, concinnatum eſſe, quovis pignore contendere auſim. In illo elementorum alphabeti ſeriem, quam alii indices mirum in modum turbant, curatius ſervo, & res ex illa diſpoſitas, prout a Suetonio narrantur, exhibeo. Vocabula quoque non Suetoniana, imo minus Latina, quibus referti ſunt aliorum indices, ab hoc noſtro abeſſe, jactabundus dico. Menda certe, & operarum errata librum editum non commendant, & optimus ille eſt, qui minimis urgetur. Hinc doctorum juſtæ indignationes in illos, quos correctores vocant bibliopolarum filii, qui ſcriptorum verſus, quos non capiunt, e veſtigio tamen, ſcriptore ne quidem conſulto, ὀβελίζουσι: imo zelus non bonus, quo re non ſatis bene diſcuſſa, ſi in vocabulum prima fronte durius, & minus Latinum inciderint, illorum, qui ſcriptores recens editos recenſuerunt, famam lacerant, & aliis lacerandam tradere geſtiunt. Hoc impulſus vir in Belgio noſtro alias forte ſatis doctus, cujus nomini parco, non ita pridem me differre non dubitavit, ut hominem inertem, & incurioſum, cujus negligentia, non tantum quod ſeptimum eſt, noni capitis numerum, in nova Solini editione, licet erratum hoc ne excuſatione quidem dignum ſit, referat; ſed etiam in ejuſdem capitis contextu *nequitur* legatur. Virum hunc in re literaria nullum eſſe docere eſſet proclive, ſi Attium, Cæcilium, Lucretium, Apulejum, Catonem, Plautum, Terentium, Gellium, Priſcianum, quos in ſuis de Analogia libris deſcripſit Voſſius, deſcribere gratum eſſet. Hos ſi evolviſſet, de paſſivo hoc verbo non dubitaſſet homo meus. Illorum licet accuratiſſimam, ut putabam, habuerim rationem, non tamen effugere potui, ut unum, aut alterum non irrepſerit. Sed illa in editione hac nova ſtudui tollere. Mutilum autem eſſe Julii principium olim putaverunt Turnebus, Urſinus, Torrentius, & ego cum illis puto. Non

tan-

Digitized by Google

tantum, quia ſine *Cæſaris* nomine illud antiquiſſima exhibent exemplaria. Illis enim codicem Viterbienſem, cujus fidem, quam aliis excutiendam relinquo, magnopere crepat, & Memmiano, quem tamen optimum eſſe, & idem, quod nos ponimus, principium ponere, agnoſcit, præfert, ut qui principium ſatis commodum afferat, opponit, & conjecturis firmare nititur Caſaubonus. Sed quia, cum reliquorum Imperatorum natales, & proſapiam a ſtirpe prima repetat, de Juliæ omnium nobiliſſimæ gentis origine tacet Suetonius. Potuerit quidem in ſuo de illuſtrium gentium Romanarum ſtemmatibus libro, quem laudat Suidas, gentem Juliam deſcripſiſſe, quod reponit Caſaubonus. Sed hoc eſt ariolari. Liber ille intercidit. Et quod ex illo adfertur, eadem facilitate, qua adfertur, rejicitur. Minimum a poſſe ad eſſe non valet conſequentia, ut norunt qui philoſophorum fontibus vix ora proluerunt. Nec a vero abhorret, Imperatorum ſequentium, ſi non omnium, certe nonnullorum proſapiam in libro a Suida laudato denarraſſe Suetonium, quam tamen in hiſce commentariis magna repetit diligentia. Sollenne quoque illi eſt vel in hoc opere lectorem ablegare ad ea, quæ ſupra alicubi dixerat, ſi forte quid repetendum eſſet. An ergo tam nobilem hiſtoriæ Julianæ partem ſe alibi denarraſſe lectorem non monuiſſet? Quis hoc, qui cerebrum habet, admiſerit? Cæſarem in dedicanda Veneris Genetricis æde, in ædis ejus parte aliqua ſtemma ſuum publicaſſe dici poteſt, ſed non probari. Nullæ enim hoc docent inſcriptiones, quas adferre non neglexiſſet, ſi ei in mundo fuiſſent, Caſaubonus. Qui ſi illas cum Veneris Genetricis æde corruiſſe dixerit, & ego ejus ſententiam cum illa ruente corruiſſe contenderem. Imo ſtemma ſuum ſic publicando, ſcriptori noſtro, qui ex antiquis monumentis hiſtoriam deſcripſerit, ſcribendi materiam Cæſarem non præripuiſſe, ſed præbuiſſe dico. Et qui non tantum ætatis illius, qua ipſe erat, ſed & ſequentium homini-

Digitized by Google

minibus , quorum oculis ſtemma hoc ita publicatum ſubjiciendum non eſſe certum illi erat, & quos tam bella hiſtoriarum parte non ſine fraudis crimine fraudaſſet , noſtrum ſcripſiſſe dixerit , a vero non aberraverit. Ut non repetam & reliquos Imperatores, quibus vel inconſulta æternitatis , perpetuæque famæ cupido fuit , ſtemmata ſua, a Tranquillo tamen noſtro curatius dedolata, & perpolita, in monumentis, quibus vel novis, vel refectis Urbem adornarunt, publicaſſe, ut de origine gentis illorum nemini vel dubium , vel ignotum fuerit , non inepte dici poſſe. Imo, quid dici poſſe dico? ipſo Tranquillo hoc prodente, *ſtatuarum titulis, pronepotem ſe Q. Catuli Capitolini ſemper adſcripſit*, & *Imperator etiam ſtemma, quo paternam originem ad Jovem, maternam ad Paſiphaen Minois uxorem referret, in atrio propoſuit* Sergius Sulpicius Galba. Et tamen *familiæ elogia attingit*, & qui *familiam illuſtraverint*, denarrare non neglexit Tranquillus. Plutarchus Cæſaris vitam deſcripturus, non aliunde initium duxit quam unde & Suetonius, nec tamen ejus codices mutilos, qui Suetonium mutilum pronuntiarunt, pronuntiare debuerunt. Plutarcho enim Imperatorum vitas non a prima ætate repetere, ſed ea tantum, quæ ipſis ad imperium adſpirantibus, eoque potitis deinceps evenerint, pertractare propoſitum fuit. Tranquillo autem illorum incunabula, ætatem, primam, ultimam, & quidquid interjecto tempore acciderit, denarrare fuit animus. Figuras elegantiores, ne *ἀσύμβολος* eſſet, adjicit: iconeſque Imperatorum ex mappa elegantiſſima, Chriſtina regina jubente paucis abhinc annis deſcripta: Imperatoribuſque vero propinqua cognatione conjunctorum ex Jacobi de Strada antiquarii Mantuani Imperatorum Romanorum orientalium & occidentalium iconibus: reliquas hiſtoriam illuſtraturas ex Onuphrio Panvino, Hieronymo Mercuriale, Juſto Lipſio, Godeſcalco Stewechio, Giſberto Cupero, Philippo Rubenio, antiquariis clariſſimis tranſlatas exhibet typographus. Hiſce, *Benevole Lector*, utere, & vale.

P R Æ-

P R Æ F A T I O II.

ANni tres & viginti abierunt, cum Typographus meditans novam Suetonii editionem impenſis precibus me rogaret, ut in illum commentarium ſcriberem, & publici juris facerem. Illis exarmatus operi me accinxi, & commentarium paullo plenius, quòd petebat, confeci. In illo virorum doctorum, qui ante me in Suetonio explicando operam poſuerunt: itemque aliorum, qui in Adverſariis, Obſervationibus, Annotationibus, Lectionibus variis aut antiquis, Collectaneis, Conjectaneis, Miſcellaneis, Veriſimilibus, Electis, Divinationibus, & ſimilibus ſcriptis Antiquitates Romanas & literaturam elegantiorem excoluerunt, obſervationes, quæ antiquos ritus, & cultum ſermonis ſpectant, omiſſa de emendatione textus ſolicitudine, & abjecta variantium lectionum cura, in unum velut corpus collegi, & contextui ſubſtravi. Quibus acceſſiſſent, ſi ad me perveniſſent, quæ in Suetonium Richardus Thomſon, cujus notas in illum Iſaacus Caſaubonus laudat in Epiſtolis: & Wolfgangus Hungerus, qui in notis ad Cuſpiniani Cæſares ſe etiam in illum ſcripſiſſe narrat, ſcripta poſteritati commendarunt. Nec minus illa, quæ inveniſſem apud viros doctos, qui polliciti ſunt ſe Suetonium edituros; ſed vel intempeſtiva morte rapti, vel aliis negotiis impediti non ediderunt. Se editurum promiſit Claudius Salmaſius in Capitolini Antoninum Pium, Spartiani Peſcenninum Nigrum, Vopiſci Aurelianum & Carinum. Promiſit Johannes Freinshemius. Hunc ſcriptorem noſtrum paraviſſe, cum hæc de illo ſcriberet, ſcribit Voſſius in Epiſtolis. Et ipſe in Præfatione ad Tacitum, in qua hæc: Si adjiciamus Juſtino, Floro, Tacito, quos jam publicæ ſtudioſorum utilitati dedimus, adornatos ad eundem modum Suetonium..... Promiſit Bonaventura Vulcanius in Epiſtola ad Theodorum Canterum, quem monet ſe ornare opuſculum plenum notarum politicarum in Suetonium. *Ineptiunt* enim

hodie,

Digitized by Google

hodie, Barthio judice, *qui ſine doctorum hominum collectis ſententiis, iiſque cenſitis, quid ſcribere moliuntur:* Rationem addit judex. *Non enim fieri poteſt, quin ex pluribus unus aliquis, quocunque etiam Apolline doctus, plura quam ex ſua induſtria diſcat; & præterea neceſſe erit incurrat cogitationes & obſervationes aliorum, aliquando totas, aliquando partitim.* Et non tantum has; verum etiam, ne erres, *Benevole Lector*, quas viri laudati intactas omiſerant, & ad noſtrum ſubinde illuſtrandum non parum facere mihi videbantur, numero plures de meo immiſcui. Indicem quoque novum, & ab aliorum editionibus diverſum operis calci adjeci ita compoſitum, ut quælibet phraſis locum obtineat in Alphabeti elemento, a quo ſubjectum phraſeos incipit, & prædicatum ſibi adjunctum habeat. In editione hac alicubi erravi. Agnoſco & fateor. Nec multum abeſt quin dicam: pudet me editionis; eo enim inimicorum iniquitas videtur me vocare. Non puduit olim hoc dicere Johannem Loccenium, ſed quanti nominis virum? de editione priore ſuarum notarum in Curtium. Et ego homuncio, qui ejus famam non aſſequar, hoc dubitarem dicere? Errorum cauſa fuit etiam ipſe Typographus. Properando properavit illam in lumen edere: & chartas plures, in quas notas conjeceram, adhuc madentes ad prælum rapi, & deſcribi juſſit, ut nonnullas, ut oportuiſſet, concoquere & reſcribere non potuerim. Ipſe Caſaubonus, *amor & deliciæ Muſarum*, qui *præclare ſparta hac defunctus videtur* Patino in ſua ad Suetonium præfatione: & *cujus commentario in Suetonium nihil abſolutius ſe vidiſſe teſtatur* Scaliger in Epiſtolis; fatetur in Epiſtola ad illum; ſuum Suetonium *paullo ſaltem politiorem potuiſſe in vulgus exire, niſi ſibi brevi abſolvendi neceſſitas impoſita fuiſſet:* & in quadam ad Bongarſium queritur, *perincommode accidiſſe, quod otium, quod ſperaverat ad opus poliendum, ſibi fuiſſet ademptum.* Errare humanum eſt. Duo vel nemo etiam eruditiſſimorum virorum ullo

ullo fuit tempore, qui non aliquem errorem erraverit. *In magnis quoque auctoribus*, inquit Quintilianus in Inſtitutionibus Oratoriis, *incidunt aliqua vitioſa, & a doctis inter ipſos etiam mutuo reprehenſa.* Ipſe Cicero, in facundiæ, Latiarumque literarum ſtudio parens, ne minorum gentium dii qui ſunt, in medium proferam, in libro de Gloria II. in ea parte, qua ſcriptum eſt ſuper Hectore & Ajace, manifeſti errati, nec animadverſi, nec unquam correcti arguitur ab Aulo Gellio in Noctibus Atticis. *In libro*, inquit ille, *M. Tullii, qui eſt ſecundus de Gloria, manifeſtus error eſt. Quem errorem eſſe poſſit cognoſcere non aliquis eruditorum, ſed tantum qui legerit* Ὁμήρȣ τὸ η. *Quamobrem non tam id mirabamur, erraſſe in ea re M. Tullium; quam non eſſe animadverſum, nec poſtea correctum vel ab ipſo, vel a Tirone liberto ejus, diligentiſſimo homine, & librorum patroni ſui ſtudioſiſſimo.* Quædam etiam ſua reprehendiſſe & damnaſſe dicitur a Quintiliano in jam dictis Inſtitutionibus. Nihilominus tamen hanc Tibi, *Benevole Lector*, placuiſſe eſt mihi perſuaſiſſimum. Patet hoc ex teſtimoniis honorificentiſſimis, quibus viri docti illam certatim ornaverunt, & quæ ad calcem præfationis exhibeo. Patet hoc, quia mille & quingenta exemplaria intra decennium ſunt diſtracta, & per annos tredecim ne ullum novum & incompactum in bibliopolarum tabulatis eſt inventum. Patet hoc, quia in auctionibus eodem pretio, quo in libellis nova, ſunt divendita. Patet hoc, quia Te illis, qui videbantur velle ſupprimere, & illi alteram lucem invidere, non recte dicentem plus vice ſimplici auribus audivi. Patet hoc ex frequentiſſimis poſtulationibus, quibus & præſens præſentem voce, & abſens abſentem literis fatigaſti, ut ſecundam accurarem editionem. Hæc diu in ſcriniis latuit prælo parata. Proditque tardius. Tarditatis cauſa eſt animus non ſatis æquus illorum, qui mihi & meo Suetonio minus bene volunt. Sunt, qui multa in ſe recipiunt, & promiſſa tarde ex-

ſolvunt, quod Voſſio in Epiſtolis diſplicebat in Blauwiis: & ob quam rem Meurſius Jacobum Marci Lugdunenſem bibliopolam atro carbone notat in quadam Epiſtola ad Voſſium. Sunt, qui libros ſecundo vel tertio formis excudendos ipſi non excudunt, & excudere volentibus nolunt dare. Accedit, Typographo in ultimo Belgio ſedente, operarum lentitudo. Cujus, ut Scaligerum tæduit in edendo libro de Emendatione Temporum, ita & me tædet in hoc opere. Solidum quadriennium in editione hac typis deſcribenda perdiderunt. Huic *hominum generi*, inquit Freinshemius in jam dicta præfatione in Tacitum, *licet velut addictos & adjudicatos obtorto collo fames trahat*, *exemplo boni natatoris*, *ſufficit in hoc movere brachia*, *ne ſuffocentur.* Et hanc Tibi placituram mihi fingo. Ita ſupercilium ſalit. Exhibeo enim curas ſecundas, quæ prioribus ſolent eſſe meliores. Contextum ex virorum magnorum editionibus; maximam partem Grævii: &, ſi horum lectio forte magis arriſerit, Patini & Gronovii. Ejus emendati rationes non raro illi ſubjicio. Errores in priori commiſſos, de quibus amici amica manu, & forſitan inimici Typographi opera me monuerunt: imo quos & illi non intellexerunt, quod & ſuo homini Cluverius reponit in Germania antiqua, in his curis ſecundis, certe limatioribus, quia dies poſterior prioris magiſter eſt, emendo, &, antequam illorum cenſuras in manus mihi traditas acceperam, emendaſſe Jovem lapidem juro. Commentarium obſervationibus novis non paucis*, partim ex aliorum ſcriptis cum cura excuſſis, partim ex meis ſchedis depromptis locupletatum Tibi trado. Quæ huic editioni acceſſerunt ut primo intuitu cognoſcas, & a priori diſtinguas, aſteriſcis noto. Variantes lectiones mitto, ne in nimiam molem hoc opus excreſceret; ſed viros doctos, qui literis conſignaverunt, indico, & ad illos, ſi alicujus ſunt momenti, ſæpiuſcule Te ablego. Ut quoque ſine moleſtia ſcias, in quo capite Imperatoris hæreas, ſummæ paginæ numerum capitis

pitis appono. Operarum errores devenuſtant libros editos. Ab illis commiſſos ut tollerem, chartas ſub prælo ſudantes ternas quaternasve legi. Et, niſi mihi blandior, nihil Te inter legendum obturbabit, ſi pag. 73. col. 2. lin. 5. pro *imperitus*, *impertitus:* & pag. 306. col. 2. lin. 5. pro *empturo*, *empturus* legeris. In Dedicatione & Præfationibus ſi aliquid (quod abominarer) ſecus & κακῶς ſcriptum obſervaveris, Te ab omni culpa ſine controverſia me abſoluturum ſpero & confido. Illas enim in urbe, non hac noſtra; ſed ab hac toto fere orbe diviſa deſcripſit: & ob tantum locorum intervallum ſemel, & non iterum, quod ex more typographis ſollenni oportuiſſet, mihi legendas tranſmiſit typographus. Hac de cauſa errata a me animadverſa, & correcta hominis neſcio cujus curæ & fidei tollenda meis ingratiis coactus ſum tradere. Indicem commentario ſubjectum D. D. Lipſienſes optimi & æquiſſimi librorum cenſores in ſua cenſura *luculentum* vocant. In illo tamen pauca fruſtra quæres, non enim invenies, ſi vocabula quæſiveris. Babelonius vocabulorum, ego antiquitatum & rerum fingo indicem. Quem ſi obſervaſſes delineatum ad formam, cujus ſupra mentionem facio, nihil fere deſideraſſes. Sed volo tuam gratiam *Benevole lector*, & nova incude diffictum in hac editione Tibi trado: inque illo phraſium non tantum ſubjecta, ut olim; ſed etiam prædicata ſuis locis colloco. Interim hoc unum Te volo oratum, ut feras æquo animo, nec tanquam erratum mihi imputes, ſi phraſes nonnullas minimum bis poſitas deprehenderis. Lapides mihi loquutus eſt Typographus, cum hunc a me peteret. E loco, nemine me monente, videbam, me iterationes frequentes Tibi, imo etiam mihi odioſas vitare non poſſe. Sed quid multa? Et quare hac de re me Tibi purgo? Fers, imo laudas indicem Bernecceri, in quo etiam eædem phraſes non raro bis ponuntur. Huic præmitto indicem editionum, quarum notitia ad me pervenit: ut ſcias quando, ubi, qua forma, & a quibus Suetonius ſit editus. In illum commentaria con-

confecta quarto emiſit Johannes Schildius. Patet hoc ex ultima editione, quam quartam vocat. Ego in Indice editionum memini duarum poſteriorum. Et priorum meminiſſe meum fuiſſet. Verum illas ſilentio præterii. Religio enim mihi fuit mentionem facere editionis, cui annum, quo in auras luminis prodierit, non adderem. Illæ quo prodierint, nemo, non Typographus, non amici, quibus familiariſſime utor, quamvis inſtructas habeant bibliothecas, a me conſulti potuerunt indicare. Ipſi quoque commentario elogia Suetonii ex antiquioribus & recentioribus ſcriptoribus collecta: ut ſcias quanti, ex quo tempore fuit, omnium ſeculorum viri præſtantiſſimi illum fecerint. De monumento Ancyrano recudendo cum ego & Typographus quondam ageremus, meminimus editionis, quam procuravit, & notis doctiſſimis ornavit toto terrarum orbe celeberrimus Jacobus Gronovius. Ejus mentione facta Typographus ſine hæſitatione me cœpit rogare, ut Juſti Lipſii & Iſaaci Caſauboni annotationibus adderem. Additamento hoc præclaro præclare ſe apud Te depoſiturum putavit. Sunt vero; de his enim hac occaſione, ut famæ conſulam, es monendus *Benevole Lector*. (Eſſe garrulus rumor mihi narravit, amicus magnus & ipſe Typographus, qui probe noverant, per literas mecum communicaverunt,) qui Lexicon Antiquitatum Romanarum, quod anno proximo publicavi, pro theatro habent, in quo mimum agant, obliquum caſum *petulantiæ* ego non addo, addit Scaliger, ubi iſtius in ſe actæ homines περιέργυς inſimulat. Et qui infirmiſſima, ſi quæ inveniuntur in illo, quamvis caſu non incidant; ſed de induſtria & ſtudioſe, quod in erroribus, quos Lipſius in Græcorum ſcriptorum locis explicandis commiſerat, enotandis ſe feciſſe negat ingenii ingenui & candidi vir Caſaubonus pater, quærent, colligent, convellent, illiſque convulſis me Tibi deridendum propinabunt. Sed moneo deſiſtant de ſententia, & horas artificio, quo ſe tenent, nobiliori debitas in opere tam ignobili perdite non perdant. Occurri enim

enim illis in præfatione, quam ad Te ſcripſi, in qua poſui hæc verba. *Horum omnium, quæ exhibeo, ſi quid minus verum eſſe cenſueris, & refutandum in animum induxeris, non me, cujus non ſunt, ſed illos, quorum ſunt, refutandos Tibi ſumes.* Hæc, ſi homines mei non legerint, vel ad lecta non attenderint, nunc repeto, &, ut ea obſervent, majorem in modum rogo. Hac, non alia ratione adverſarios in Miſcellaneis Eruditæ Antiquitatis repreſſit Sponius. Cum enim de menſuris veteribus egiſſet, & inter illos, qui illas deſcripſerunt, diſcrepantiam obſervaſſet, definit in hiſce: *Quod ſi hic aliqua diſcrepantia obſervatur, non mea res eſt: aliena enim retuli.* Uterque noſtrum bella nititur ratione. Primus enim ſententiæ auctor eſt producendus & reprehendendus. Teſtem laudo Gymnaſii Poetici Ratiſponenſis Rectorem Georgium Henricum Urſinum in Obſervationibus Philologicis. Johannes a Meyen ſcribens in Virgilium carpſerat Vallam, ut qui *deorum epulas, aut quæ eorum ſacrificiis allata ſunt, duntaxat dapes appellari exiſtimet, non etiam alios omnes lautos opiparosque apparatus.* Urſinus Vallam vindicaturus Meyenio hæc reponit. *Integrum locum non piguit adſcribere, ut & pateat quibus armis impugnetur Servii ſententia, & facta Vallæ injuria: idque eo magis quia hunc docti viri locum video cum laude & approbatione produci etiam doctiſſimo de ſacrificiis veterum auctori* (ille eſt Johannes Saubertus filius) c. 26. *Qui niſi tum nimium feſtinaſſet, facile fucum Meyenii deprehendiſſet. Nam cum neque Valla, ſed Servius primus ſententiæ hujus ſit auctor, non illum potius, ſiquidem vel ita ſenſiſſet, ſed hunc, aut certe primo illum, & tum deceptum ejus auctoritate Vallam, producere decebat. Atqui ſic ille tractat Vallam, quaſi primus is hunc errorem, ſi tamen error eſt, erraſſet. Neque vero Feſtus in errorem hunc Vallam induxit, ſed hæc ipſiſſima Servii eſt ſententia. Nunc ſi præterea ipſum Vallæ librum Elegantiarum* IV. 23. *inſpicio, nihil aliud ibi deprehendo, quam hæc verba:* Da-

pes volunt eſſe vel deorum, vel noſtras in ſacrificiis deorum. *Unde cuivis patet, eum non tam ſuam, quam aliorum ſententiam referre.* Et, ut hoc addam, ex operis forma mihi a Broukhuſio primo inventore præſcripta non fuit integrum caſtigare errores, quos erraverint viri docti, qui a me laudantur; nec evulgare, quid ego ſentirem, ſed aliorum ſententias etiam diſcrepantes in unum conferre. Quod ſi integrum fuiſſet, jurato crede, alia interdum & diverſiſſima a prolatis, dum non omnia, aliorum quæ ſunt, mihi placent, protuliſſem. Quod ſi me non audiverint, (Gymnaſii enim Rectorem nolunt libros ſcribere; ſed jubent ferulas triſtes, ſceptra pædagogorum vibrare: &, ubi hoc aggreſſus fuerit, hominem eſſe non humanæ audaciæ, oviſque rejiculæ inſtar cum ſcriptis rejiciendum clamitant) & tenaces propoſiti, nulla ratione ab hac mente revocandi, atram bilem in me evomuerint, & aliorum errores mihi attribuerint, funem contentioſum in diverſa non diſtendam; ſed injuriam mihi factam Spartana nobilitate concoquam, & perpetuo ſilentio contemnam. Eſt qui apud Te criminatur, me nimis multa ex Lexico Hofmanni & Theſauro Fabri transſcripſiſſe. Hofmannum & Fabrum nec commendare, nec vituperare eſt mihi animus. Sed, amice, quiſquis es, ater an albus ſis neſcio, per oculos, per communia ſacra, per omnes deos Te oro atque obteſtor, ut indices mihi minutiſſimam literulam, quam ex Hofmanno transſcripſerim. Buchnerus ſuis obſervationibus Fabri Theſaurum immane quantum auxit. Ex illis omnino duas, quas apud alios non inveneram, mutuatus ſum. Cadit hoc in vituperationem? Urſinus in obſervationibus, quas modo laudabam, Buchnerum in Fabri Theſaurum citat non tantum ubi ejus acceſſiones improbat; verum etiam ubi illas probat, & Lectorem ad illum ablegat. Etiam hunc accuſabis de hoc facinore? Sin minus, quare me accuſas? Denique, obſervavi me in ſecunda præfatione in Curtium Clariſſimo Perizonio Antonii no-

nomen feciſſe. Divinum Virum a prætexta novi, & illi Jacobi eſſe nomen optime ſcivi. Σφάλμα eſt itaque μνημονευτικὸν hominis perſenis. Quale ego non primus, nec ſolus commiſi; ſed etiam, ut antiquiores mittam, mea memoria viri juvenes, & qui ſunt memoria meliore. Duos proferam. Johannes Nicolai in Triumpho Publium Victorem *Petrum*: Henricum Kippingium vocat *Franciſcum*. Johannes Faes in Annotationibus in Gyraldum de Sepultura Franciſcum Junium *Fridericum*: Joſephum Laurentium nominat *Joſuam*. Sed hinc horum nec famæ, nec eruditioni quicquam decedit. Et tu hac de re pipulo, loquor cum Comico, ante ædes me non differes. Editionem hanc figuris elegantioribus hiſtoriam illuſtrantibus, & iiſdem, quibus priorem, & multis aliis ex antiquariis, quos ad calcem prioris præfationis laudamus, nec non & veteribus marmoribus petitis, curioſitati tuæ ſatisfacturus ornat: icones Imperatorum ex Caroli Patini Suetonio, ſed graphice in æs inciſas exhibet: & unicuique illorum duodecim numiſmata, tropæa, templa ab illis poſita, aliaque venerandæ Antiquitatis monumenta referentia ex Huberti Goltzii numiſmatibus tranſlata addit Typographus. Vale *Benevole Lector*, & ſi, vel Lexicon Antiquitatum, vel Suetonium, imo forte utrumque tuis uſibus mea opella aptum eſſe factum judicaveris, Tibi gaude, ego mihi gaudebo. Iterum vale.

Anno æræ Chriſtianæ milleſimo ſeptingenteſimo decimo quarto, ætatis octavo & ſeptuageſimo, regiminis ſcholaſtici tertio & quinquageſimo.

JUDI-

Digitized by Google

JUDICIA & TESTIMONIA
ERUDITORUM,
I. de C. SUETONIO TRANQUILLO,
& ejus operibus.

Capitolin. Maxim. & Balbin. c. 4.

PRiusquam de actibus eorum loquar, placet aliquid dicere de moribus, atque genere: non eo modo quo Junius Cordus eſt proſequutus omnia; ſed illo quo Suetonius Tranquillus & Valerius Marcellus.

Hieronymus in præfatione Catalogi Scriptorum Eccleſiaſticorum.

Hortaris Dexter, ut Tranquillum ſequens, Eccleſiaſticos ſcriptores in ordinem digeram: & quod ille in enumerandis gentilium literarum viris, ego in noſtris faciam.

Idem Epiſtolarum Tom. IV. *ad Deſiderium.*

Scripſi librum de Illuſtribus viris ab Apoſtolis uſque ad noſtram ætatem imitatus Tranquillum.

Oroſ. VI. 7.

Cæſari tres provinciæ cum legionibus ſeptem in quinquennium datæ.... Hanc hiſtoriam Suetonius Tranquillus pleniſſime explicuit: cujus nos competentes portiunculas decerpſimus.

Plin. Epiſt. V. 11. 1.

Libera tandem hendecaſyllaborum meorum fidem, qui ſcripta tua communibus amicis ſpoponderunt. Appellantur quotidie & flagitantur: ac jam periculum eſt, ne cogantur ad exhibendum formulam accipere. Sum & ipſe in edendo hæſitator, tu mora tamen meam quoque cunctationem tarditatemque viciſti. Proinde aut rumpe moras, aut cave, ne eoſdem illos libellos, quos tibi hendecaſyllabi noſtri blanditiis elicere non poſſunt, convicio ſcazontes extorqueant. Perfectum opus, abſolutumque eſt: nec jam ſplendeſcit lima, ſed atteritur. Patere me videre titulum tuum, patere audire, deſcribi, legi, venire volumina Tranquilli mei.

Idem Epiſt. X. 95. 1.

Suetonium Tranquillum, probiſſimum, honeſtiſſimum, eruditiſſimum virum, & mores ejus ſequutus & ſtudia, jampridem in contubernium

nium adſumpſi: tantoque magis diligere cœpi, quanto hunc propius inſpexi.

Sidon. Apollin. Epiſt. IX. 14.

Quis opera Suetonii, quis Juvenci, Martialis hiſtoriam, quiſve ad extremum Balbi ephemeridem fando adæquaverit?

Vopiſc. in Probo c. 2.

Et mihi id animi fuit, non ut Salluſtios, Livios, Tacitos, Trogos, atque omnes diſertiſſimos imitarer viros in vita Principum & temporibus differendis, ſed Marium Maximum, Suetonium Tranquillum, Fabium Marcellinum, Gargilium Martialem, Julium Capitolinum, Ælium Lampridium, cæteroſque, qui hæc & talia non tam diſerte quam vere memoriæ tradiderunt.

Idem in Firmo c. 1.

Minuſculos tyrannos ſcio pleroſque tacuiſſe, aut breviter præteriſſe. Nam & Suetonius Tranquillus, emendatiſſimus & candidiſſimus ſcriptor, Antonium & Vindicem tacuit.

Mox.

Et de Suetonio non miramur, cui familiare fuit amare brevitatem.

Alex. ab Alex. Gen. dier. I. I.

Neque ego Tranquillum, vel ſinceriſſimum ſcriptorem tam inconſiderate loquutum arbitror, ut plus quam oporteat aliquid in ſcribendo addiderit: ſiquidem tam circumciſus in explicandis, adnotandiſque rebus fuit, ut arguta brevitate pleraque potius perſtrinxiſſe, quam aliquid plus juſto addidiſſe videatur. Et: Cum nos interea ea lectione demulſi, legentis verba, & compoſitam illam dicendi brevitatem ſumma cum attentione captaremus.

Auctor Hiſtoriæ Miſcellæ loquens de Julio Cæſare VI.

Hanc hiſtoriam Suetonius Tranquillus pleniſſime explicuit.

Baron. Annal. I.

Suetonius ſic ſcripſit vitas Romanorum Imperatorum, ut nullum ſibi præſcripſerit ſervandi temporis ordinem.

Barth. Adverſ. LX. 6.

Rariſſimos ſupereſſe, qui veritatem viderentur exquiſite ſectari, & ſibi comperta ſcripſiſſe, in cæterorum tamen copia non ſpernendos voluit

* * * * * divi-

divina benignitas; in his principem ponere ſoleo Polybium, deinde Suetonium, & vitarum Auguſtarum ineptos plerumque conſarcinatores niſi ſi ita interpolatos, Tacitum, & Ammianum Marcellinum. Quibus etſi diverſiſſimis ſcriptoribus maxime omnium veritatis ſtudium cordi fuiſſe ſcimus.

Beroald. ad calcem ſuorum commentariorum.

Suetonius cum Adriani Imperatoris epiſtolarum magiſter eſſet, apudque Sabinam uxorem unius Suevii familiarius ſe egiſſet, quam reverentia domus aulicæ poſtularet, ſucceſſorem meruit. Scripſit de Regibus libros tres, quos lepido poemate in epitomen Pontium Paullinum redegiſſe memoriæ proditum eſt. De grammaticis oratoribuſque duos. De viris illuſtribus unum, quem plerique Plinii oratoris eſſe autumant. De genere veſtium unum. Reliquit & Cæſarum vitas XII. tanta cura diligentiaque, dum minima quæque attigit, conſcriptas, ut prærepta non præbita ſcriptoribus facultas videatur. Viſus eſt libertate ſcripſiſſe Cæſarum vitas, qua vixiſſe illi feruntur. Nemini aut demit, aut adjicit quicquam. Nil aſſentationem, aut ſtudium ſuum, omnia ad integritatem hiſtoriæ refert. Mores illorum, & in imperio, & privatorum ſic exprimit: ut non legere quis Suetonii ſcripta; ſed, ſi ipſi in ſpeculo intueri ſeſe videantur: vitia virtuteſque omnium citra & invidiam & gratiam aperit: & quæ fortuna foris cuique fuerit, aut domi. Habitus eſt duriuſculus, dum nec minima quidem negligit: & ſunt aridiora pleraque & minutiora, quam quæ nitere poſſint, aut capere eloquentiæ corpus; ſed tamen eſt in genere ipſo ſcribendi multum ponderis: eruditio vero tanta, ut ſeveritate orationis graviter caſtigata quem huic anteponam veterum ſcriptorum non videam.

Bodin. Method. Hiſtor. c. 4.

Sceleratus quoque Tranquillus, ubi agit de Chriſtianis: cujus tamen hiſtoria tantopere laudatur, ut, qui æqui rerum æſtimatores nihil unquam accuratius ab ullo hiſtorico ſcriptum fateantur. Non placet quibuſdam, quod leviſſima quæque perſequitur: ſed in Principum dictis & factis nihil leve, nihil parvum videri debet; propterea, quod in vulgus manant, & Principis exemplo mores populi ſemper reguntur. Hoc fortaſſis improbari poteſt, quod fœdiſſimas quaſque Principum libidines nimis ſtudioſe conſectatur, quas Cornelius Tacitus omiſit.... Sic ſcribit, ut nec dignitate cujuſquam, nec vitiis, nec ulla omnino perturbatione commoveatur. Caligulæ virtutes animi & corporis tantas initio contigiſſe ſcribit, ut nemini majores: ejuſdem tot ac tanta vitia, quæ poſtea conſecuta ſunt, commemorat, ut nullum in natura monſtrum fœ-

fœdius fuiſſe videatur. Neronis laudabile quinquennium commemoravit. Claudium adeo ſtupidum fuiſſe ſcribit, ut illum pro tribunali ſedentem leves cauſidici ſtultum appellarent. Ejuſdem nobile judicium illud commemorat, quo feminam filium non agnoſcentem, dubia utrinque argumentorum fide, indicto matrimonio filii ad confeſſionem impulit..... Eſt etiam in Tranquillo plurima Romanæ vetuſtatis & antiqui juris imago, multæ leges, edicta, ſenatusconſulta, quæ nuſquam alibi reperiuntur. Quæ vero, qualisque fuerit Principum cognitio, ac jurisdictio, ſolus pœne Tranquillus cum Tacito ſcribit, ex quo plurimum lucis accedit ad ſcripta Juriſconſultorum.

Boecler. in Corn. Nepot. Præfat. §. 5.

Id quod exemplo maximorum virorum diſcimus Plutarchi & Suetonii: quibus minuta etiam quæque annotare: nec eximia tantum, ſed omnem interiorem ac familiarem vitam exſequi, non pigendæ res operæ viſa eſt.

Idem in Paterc. II. 104. 1.

Suetonius liberi, & prudentis judicii ſcriptor.

Bonifac. de Roman. Hiſtor. ſcriptor. §. 14.

Cajus Suetonius Tranquillus Adriano ab epiſtolis fuit: ex eoque dignitatis loco dejectus, quod cum Imperatoris uxore familiarius egiſſe ferebatur, quam decus aulicæ conſuetudinis poſtularet, in ſuas ſe literas abdidit: multaque ſcripſit, quæ injuria temporis interciderunt: vitas inprimis Grammaticorum, Rhetorum, Poëtarum, Cæſarum. Atque de horum vita duodecim libri ſoli ad nos integri pervenerunt.

Borrich. Cogitat. de var. Lat. Ling. ætat. p. 113.

Prodeat in medium Suetonius Tranquillus cultiſſimus ſcriptor.

Boſius Diſſert. de Compar. Eloquent. civil. §. 12.

C. Suetonius Tranquillus ſingulari verborum delectu nunquam non exponendi ſubtilitatem juvabit.

Boxhorn. Dedicat. ad Danielem Heinſium.

Suetonius, auctor inter eos, qui ad res Principum Romanorum illuſtrandas acceſſere, & facundia, & gravitate præcipuus, ac, quod haud inter poſtremas ejus laudes ponendum, incorruptam veritatem profeſſus. Ea autem tempora perſequitur, quibus terrarum orbi Romanus jam par erat: ac proinde digniſſimus, ad cujus lectionem ſe accingant

illi,

Digitized by Google

illi, quibus curæ eſt præcedentium ſeculorum res ad uſum præſentium conferre.

Campanell. de rect. rat. ſtud. artic. 4.

Sic vitas Cæſarum tradit Suetonius, & eleganti ſtylo, perutilique, quem utinam recentiores imitarentur.

Caſaub. Edit. Roterod. Epiſt. 11.

Mittam & Suetonium, ſcriptorem, ut ſcis, magnum, & quem molli brachio nimis videntur tractaſſe, quicunque hactenus ejus emendationem, atque interpretationem ſunt profeſſi.

Idem Epiſt. 20.

In his eſt Suetonius Tranquillus, ſcriptor (Deus bone) doctus, & accuratus.

Idem Epiſt. 35.

Suetonius ſcriptor eruditiſſimus.

Idem Epiſt. 586.

Suetonius homo Romanus, & quidem adeo doctus, & caſtigatus.

Idem Præfat. in Suetonium.

Suetonius auctor præſtantiſſimus.

Idem in Suet. Jul. c. 1.

Suetonius, qui aliorum Principum originem & proſapiam tanta diligentia a ſtirpe prima ſolet repetere.

Idem ibid. c. 11.

Hoc non monuiſſem, niſi viderem, virum doctum, contra Suetonii mentem, & ordinem ejus accuratiſſimum ad Cæſaris præturam hæc referre.

Idem ibid. c. 84.

Tranquillus hanc totam partem prætermittit, ſolitus inſignia tantum notare.

Idem in Suet. Auguſt. c. 53.

Sic recte modo vocavit Suetonius proprietatis ſermonum diligentiſſimus.

Idem ibid. c. 95.

Notemus Suetonii accuratam dictionem, qui non arcum dixit, ut Dio & Zonaras ἶριν; ſed circulum ad ſpeciem arcus.

Idem

Idem ibid. in Tiber. c. 61.

Id ante dixerat Suetonius ſtudioſiſſimus brevitatis.

Idem ibid. in Calig. c. 8.

Impellit me ut Suetonio aſſentiar, exquiſita hac diligentia, qua uſum eum patet in perveſtiganda hujus rei veritate, quam quidem ille ſolus ſerio, certe poſt Plinium & Tacitum, quæſivit.

Idem ibid. in Domit. c. 18.

Suetonii unius teſtimonium plus ponderis apud omnes ſani judicii habebit, quam ſexcentorum ſive Philoſtratorum, ſive Apolloniorum.

Idem ibid. de Grammat. Illuſtr. c. 1.

Eſt dolendum, priorum ſeculorum homines ea fuiſſe rerum cognitu digniſſimarum incurioſitate, ut tam eruditum ſcriptum, *de Illuſtribus Grammaticis librum*, poſteris conſervare neglexerint.

Idem ibid. in Plinii vitam.

Tranquillus amat brevitatem; ſed eruditam, & quæ cognitioni rerum nihil officiet.

Catan. in Plin. Epiſt. I. 18.

Suetonius Tranquillus ſcriptor hiſtoriæ emendatiſſimus & candidiſſimus.

Crenius in Boſii Diſſert. de Compar. Eloquent. civil. §. 12.

Hic, ſi quiſquam Romanorum cum Cicerone juris ſtudioſo debet eſſe in pretio, cognoſcendusque ſedulo.

Donat. in Suet. Caligul. c. 22. *n.* 3.

Suetonius exacte diligens in ſcribendo.

Faber Semeſtr. II. 16.

Suetonius cum Tacito & Plinio æqualis fuit, & in ſtudioſorum Hiſtoriæ Romanæ juvenum manibus non raro eſt.

Idem ibid. II. 23.

Notandum eſt, quod ait optimus hiſtoricus Suetonius.

Giphan. Diſſert. de V. *ætat. Roman. Ling. p.* 432.

Suetonius Julii Cæſaris, Auguſti, & decem Imperatorum ſequentium hiſtoriam deſcripſit uſque ad annum Chriſti 98. Oratio ejus propria, & brevis, plus nervorum quam corporis habet.

Gronov. de Pecun. vet. IV. 10.

Nota Suetonii ars & ſubtilitas, maxime notabilia in quoque genere breviter complecti, deinde ſingula exemplis affirmari.

Guther. de Offic. dom. Auguſt. II. 4.

Facilis eſt præſtantiſſimorum auctorum, Suetonii & Taciti, conciliatio.

Gyrald. de Hiſtor. Poetar. IV.

Suetonius in hiſtoria fideliſſimus.

Lipſ. Elect. II. 17.

Suetonium Tranquillum non injuria ſæpe commendo juventuti. Verba vides? pura, terſa, propria. Filum totum orationis? breve, nervoſum. Rem ipſam? utilis pariter, & jucunda hiſtoria eſt: &, quod mihi caput, plena moris & doctrinæ antiquæ. Quis, obſecro, ritus publicus olim privatusque fuit, quem velut de induſtria non tangat? Quod munus, quis magiſtratus, quem non libet? Tangat & libet, dico: non enim explicet: quod inſtitutum ejus vetuit, & ratio ſcribendi. At viam tamen latam ſternit ad indagandum: & aures, atque animum imbuit auditione aliqua, imo cognitione. Ad quam qui curam deinde adjungit ſubtilius perquirendi, (& id lectorem ſerium decet:) quid eſt, quod occultum aut ignarum ei eſſe poſſit, in omni genere ſcriptorum?

Manut. Quæſ. Epiſtol. III. 1.

Quod togæ Macrobius, id tunicæ gravis auctor Suetonius tribuit. Cum inter eos controverſia ſit, ego, ſi litem dirimere mei ſit arbitrii, ſecundum Suetonium judicare malim, quod Romanæ hiſtoriæ ſcriptor diligentiſſimus.

Marcil. in Sueton. Veſpaſ. c. 1.

Minutias ejuſmodi curioſe Cajus Suetonius conſectatur. Nec hiſtoriæ leges violat. Sed bene ita noſter. In clarorum enim virorum & maxime Principum vitis, etiam parviſſima quæ videntur, magni tamen ad exemplum momenti ſunt.

Pancirol. Notit. dignit. Imper. orient. c. 96.

Hadrianus Suetonium Tranquillum XII. Cæſarum hiſtoriæ ſcriptorem nobiliſſimum magiſtrum epiſtolarum habuit.

Paſchal. de Coron. VIII. 9.

Hoc ipſum iiſdem prope verbis tradit Suetonius, cui ſcriptori non facile fidem dempſeris.

Pa-

JUDICIA & TESTIMONIA.

Paſtor. Palæſtr. Nobil. c. 9.

Non eſt etiam ſilentio tranſeundus Suetonius, mores aliquot Imperatorum ingenuo ſtylo, & eadem libertate proſequutus, qua illi vixerunt.

Patin. in Suet. Auguſt. c. 94.

Solertiam auctoris noſtri hæc indigetant quæ non modo ad hiſtoriam ſpectant; verum & ad religionem, ſuperſtitionemque.

Idem ibidem.

Mirari ſatis nequeo de argenteo nummo ſolum mentionem feciſſe, cum ejuſdem typi ſuppetant & aurei & æris. Incuriane id fecerit, an inſcitia, neſcio. Occurrerunt certe frequentes ex omni metallo adeo, ut Suetonium, ab illis temporibus non adeo remotum, id latuiſſe vix adducar ut credam.

Idem ibid. in Tiber. c. 62.

Niſi occiſus fuiſſet ille Rhodienſis hoſpes, homicidium Suetonius non divulgaſſet, qui ea libertate XII. Cæſarum vitas conſcripſit, qua vixerunt.

Idem ibid. in Neron. c. 25.

Suetonii ſolertiam manifeſtam facit nummorum copia id ipſum deſignantium.

Idem ibid. in Domit. c. 23.

Si tibi, lector benevole, noſtra qualiſcunque opera ex rei antiquariæ ſtudio nata, Suetonium hiſtoriæ dignitate, ſtylique, genuinam antiquitatem redolentis, elegantia commendatiſſimum, commendatiorem reddere valuit.....

Pius Annot. poſter. c. 24.

Tranquillo Suetonio peculiare fuit, amare brevitatem, quæ res multos in pleriſque ſuſpenſos reddidit, & ambiguos.

Politian. Præfat. in C. Suetonium.

Hæc ſingula ita Suetonius hic noſter perſequutus in ſua hiſtoria eſt, ut præter explicandi ſcientiam, qua mirifice eſt uſus, etiam diligentiam nobis, fidemque & libertatem ſuam plane probaverit. Nulla in his libris ſuſpicio eſt gratiæ, nulla ſimultatis, nihil ſtudio dictum, nihil ſuppreſſum metu, rebus ipſis data omnia, veritati in primis ſervitum eſt..... Tantum abeſt, ut hic noſter quicquam vel metu, vel ſtudio adductus, rebus ipſis detraxerit, ut Nervæ etiam, Trajani, Adrianique ſuæ ætatis Imperatorum vitas tacere præoptaverit, quam aut periculoſe de viventibus

bus male ſentire, aut extollendo potentiores, parum videri liber: ſed neque aut obſcœnitatis apud hunc quiſquam, aut crudelitatis exempla reformidet.

Poſſevin. Biblioth. Select. XVI. 7.

C. Suetonius Tranquillus hiſtoricus prudens & verax: antiquitatis autem Romanorum & Græcorum peritus admodum.

Prouſt in Gell. IX. 7.

C. Suetonius Tranquillus vitas duodecim Cæſarum ſcripſit, & quidem pari libertate ac ipſi vixerunt, ut vere ſentit S. Hieronymus.

Robortell. in lit. ad Johan. Baptiſt. Campeg. Tom. I. *de pop. Rom. vita & victu præmiſſ.*

Suetonius vitas aliquot deſcripſit Auguſtorum. Fidem ſi ſpectes, nihil certius. Acumen ſcribentis ſi conſideres, & prudentiam, nihil acutius, nihil prudentius. Verborum, quantum ſatis eſt, adhibet, copiam autem rejicit. Formulas fori & curiæ omnes ſervat in loquendo. Mirificus plane vir, & dignus, qui ab omnibus ametur & legatur.

Roccha in Bibliotheca Vaticana.

Suetonius Tranquillus, qui Cajus Suetonius dicitur, ſcriptor nobilis, vitas duodecim Cæſarum conſcripſit: nec non de Illuſtribus Rhetoribus, atque Grammaticis libellos duos. Floruit ſub Adriano circa annum Domini 118.

Ruben. Elect. II. 23.

Suetonius, cujus fidem, & accuratam ſcribendi rationem ignorat nemo.

Sabellic. Epiſt. ad Auguſtinum Barbadicum Venetiarum Principem.

Qui Tranquillo auctore graviſſimo in eo genere plus valeat prodeſſe.

Idem proœmio in Suetonii Tranquilli paraphraſin.

Satis ſuperque videbor mihi ex hac lucubratione conſecutus, ſi Tranquilli fores ſecretiora illius ſcripta adire volentibus primus omnium aperuiſſe dicar. Illud non diſſimulabo, ex omnibus qui Cæſarum vitas memoriæ prodiderunt: & in his, quos vidimus, Julius Capitolinus, Spartianus, Lampridius, Volcatius, Trebellius, Vopiſcus, & alii plerique diſpoſitione, elocutione, aliiſque hiſtoriæ virtutibus, unum propemodum Tranquillum eſſe maxime dignum, qui ab omnibus legatur. Cæteri ob corruptum dicendi genus longe poſt ſequuntur: & idcirco huic noſtro minime conferendi.

Sa-

Sariſberienſ. Polycrat. VIII. 18.

Quæ ſi quis diligentius recenſeri voluerit, legat ea quæ Suetonius Tranquillus ..... ſuis comprehenderunt hiſtoriis.

Scalig. in Euſeb. p. 143.

Suetonii eximii, & utiliſſimi ſcriptoris omnes libros extare pluris intereſſet reipublicæ literariæ, quam multos, quibus æquo animo careremus, ſi illis potiremur.

Scheffer. de Milit. Naval. IV. 3.

Suetonius diligens harum rerum annotator hæc tacere potuiſſe non videtur.

Sicon Polenton. de Illuſtr. ſcriptor. VII. *apud Pighium Annal.* III. *p.* 600.

Hoc quoque in ordine adeſt memorandus C. Suetonius Tranquillus, nempe in iſto genere ſcriptor egregius. Rebus quidem nequaquam eſt, ut Tacitus, copioſus. Memorat enim Cæſares uterque: ſed genere ita ſunt varii, atque diſſimiles, quod rerum ille tempora diffuſe ac copioſe, hic ſpecies modo, ac quodam ſub compendio proſequatur. Duodecim Cæſarum hujus appellantur libri. Julii namque Cæſaris, ac ſequentium ex ordine principum vitas in Domitianum uſque collegit, & quæ ab illis geſta ſunt memoria digna, ex ordine, & arbitrio ſuo, ſed ornate quidem proſecutus eſt.

Sigon. Judic. de Hiſtoric. §. 14.

Cajus Suetonius Tranquillus duodecim Cæſarum vitam potius, quam hiſtoriam conſcripſit, quæ ab aliis quærenda eſt. Hic eorum mores, domeſticas res, ac publicas magna diligentia, ordine certo, atque perpetuo ſcripſit. Stylo alioquin tenui, & qui grammaticum magis, quam hiſtoricum ſonet.

Strada Proluſ. Hiſtor. II. 2.

Suetonius adeo tranquille, & æqualiter fluit, rebuſque unice addictus, orationis ornamenta non negligens, ſed ſecurus præterit, & tamen hunc ipſum ornatum velut umbram (non id agens) trahit.

Torrent in Horat. Od. III. 5. 4.

Suetonius gravis inprimis auctor.

Idem in Sueton. Neron. c. 29.

* * * * * *

Quod

Quod Doryphoro Neronem denupſiſſe ait noſter, cum alii omnes Pythagoram ejus maritum faciant, me adducit ut credam binominem fuiſſe hoc ſcelus hominis. Binominem dixi, ſeu Doryphori agnomen ei quæcunque occaſione inhæſiſſe malumus. Ita omnino Suetonio minus noto & principali, cæteris qui Pythagoram vocant, notiori nomine ſit appellatus. Neque enim eſt qui vel ſuſpicer leviſſime errare potuiſſe in tam publica Neroniani matrimonii infamia ſcriptorem optima fide, & in primis diligentem.

Vives de Tradend. Diſcipl. V.

Suetonius Tranquillus Græcorum & Latinorum ſcriptorum diligentiſſimus atque incorruptiſſimus res XII. Cæſarum videtur mihi integerrime exponere, qui in optimis Principibus nec vitia, nec ſuſpiciones vitiorum tacet: in peſſimis vero etiam colores virtutum non diſſimulat.

Idem de Rat. ſtud. puer. Epiſt. 2.

In Suetonio mirabilis dicendi proprietas, adſtricta illa; & quæ plus habet nervorum, quam corporis.

Voſſ. Grammat. I. 35.

Guilandinus non dubitat hoc damnare in Suetonio ſcriptore tam erudito.

Idem de Hiſtor. Latin. I. 31.

Cæſarum vitas pari libertate, ac ipſi vixerunt, ſcripſit: ut recte cenſet B. Hieronymus.

Zamoſc. de Senat. Roman. I. 17.

Cujus rei teſtem habeo Suetonium, antiquorum inſtitutorum auctorem valde idoneum.

II. de SAMUELE PITISCO, ejuſque in Suetonium commentario.

Lipſienſes Actor. Erudit. public. Kalend. Septembr. M DC XC.

IN Suetonio emendando, illuſtrando, explicandoque complures viri docti utilem operam poſuerunt. Eorum vero omnium induſtriam contra-

trahere quaſi, & meliores eorum obſervationes excerpere, ac propria diligentia collectas ex aliis doctorum virorum libris, qui Antiquitates Romanas, & literaturam elegantiorem excoluerunt, omiſſa de emendatione textus ſollicitudine, abjectaque variantium lectionum cura, in unum velut corpus colligere allaboravit maxime induſtrius Samuel Pitiſcus. Indicem quoque novum plane, & alium, quam vel Pariſina major, Schildii, aut Bœcleri, Grævii, Babeloniive exhibent, eumque luculentum operis calci ſubjecit, ſcholarumque uſibus aptum plane auctorem hunc fecit, munere ſuo, quod Ultrajecti in formandis juvenum ſtudiis ſuſtinet, præclare omnino functus.

Ezech. Spanhem. Diſſert. ad Conſtitut. Antonini Imperatoris II. §. 16.

Pauſaniæ ea de re locum jam ad Suetonium opportune nuper attulit eruditiſſimus Pitiſcus.

Hermann. Witz. Exercit. Academ. XI. §. 79. *Miſcellan. Sacror. Tom.* II. *Exercit.* XI. *p.* 79.

Quum intelligeret Titus, populum Romanum id moleſte ferre, Berenicen dimiſit, inceſtæ cum fratre conſuetudinis ſuſpectam. V. Suet. Tit. c. 7. n. 7. cum notis eruditiſſimi viri Samuelis Pitiſci.

Johann. Albert. Fabric. Biblioth. Latin. p. 129.

Suetonii editiones & interpretes complures a Martino Hankio in libro de Romanarum rerum ſcriptoribus enarrantur. Hoc igitur loco fas ſit ſaltem præcipuas illi omiſſas laudaſſe, Pariſienſem Stephani, Grævianam, Pariſienſem Babelonii, denique Pitiſcianam cum notis ſelectis ac copioſis, variiſque iconibus eleganter, ac utiliter illuſtratam a Samuele Pitiſco Trajecti ad Rhenum.

Johann. Lomejer. Genial. dier. Tom. I. *Diſſert.* VI. *p.* 251.

Videantur quæ ad hunc Suetonii locum notavit doctiſſimus juxta ac diligentiſſimus Samuel Pitiſcus, nobis inde a teneris amicus.

Idem ibid. Tom. II. *Diſſert.* VIII. *p.* 338.

Sidonii Apollinaris verba, ut & alios de his notis agentes ſcriptores laudatos videbis in doctiſſimi ac diligentiſſimi Pitiſci noſtri commentario ad Sueton. Auguſt. c. 80.

Theod. Janſſon. ab Almeloveen Amœnit. Theolog-Philolog. p. 147.

JUDICIA & TESTIMONIA.

Suetonium nobis elegantiſſimum, atque optimis commentariis inſtructiſſimum haud ita pridem dedit amicus meus integerrimus Samuel Pitiſcus, Gymnaſii Ultrajectini moderator prudentiſſimus, & in evolvendis auctoribus qua Græcis, qua Latinis plane indefeſſus.

Henr. Chriſtian. Hennin in Bergier. de viis militar. I. 17. §. 5.

Adde Sueton. Tit. c. 1. ibique accuratiſſimum, & doctiſſimum, ac nobis amiciſſimum Pitiſcum.

Idem ibid. IV. 45. §. 6.

De Aniene novo Frontinus, Fabrettus, aliique laudati ab accuratiſſimo Pitiſco ad Sueton. Claud. c. 20.

Hieron. van Alphen Prolegom. in Paulli Epiſtolam II. *ad Corinth. c.* 2. §. 18.

Domitius Nero, qui Claudium excepit, Achajam libertate donabat, quam Veſpaſianus illi non multo poſt rurſus ademit. V. Plin. IV. 6. Philoſtr. Apollon. V. 14. Pauſan. Achaj. p. 222. quæ loca ad Sueton. Veſpaſ. VIII. 9. adnotavit doctiſſimus Pitiſcus.

G. Claramontius carmine auctoris effigiei ſubjecto.

Curtius o quantum, quantum Suetonius illi
Debet: inoffenſo currit uterque pede.

Frider. Adolph. Lampe de Cymbal. II. 21.

Vir clarus, qui amplo commentario non adeo longe Suetonium illuſtrandum ſibi ſumpſit, & eruditis ſcriptis aliis multum rempublicam literariam ſibi obſtrinxit.

Joh. Flenderus literis ad auctorem datis 18. *Septemb.* 1713.

Commentario tuo, tuo inquam in Suetonium, ſcriptorem plerorumque rituum antiquorum plenum & brevem, admodum jam doctiſſimis explicationibus & obſervationibus aucto, nihil doctius, nihil Reip. literariæ utilius judico. Quis, quæſo, noſtri & eminentioris ordinis vir tot & tantorum, ac tu, eſt patiens laborum? Quis tanta & omni profunda & abſtruſa doctrina referta de ſuo edidit volumina, & ex aliis tanto judicio ſelecta dedit? quod mea ſententia laborioſius, præſtantius, ac laudabilius eſt, quam aliorum integros denuo edere, ſeu curare recudi commentarios.

Eduard. a Zurck in Horat. Od. III. 3.

Doctus Suetonii commentator Pitiſcus addit Strabon. XIII.

Gun-

Digitized by Google

Gunther. Append. ad Latinitat. Reſtitut. de Auctorum editionibus maxime præſtantioribus, quæ aſteriſco notantur p. 279.

* Græviana Trajecti 1672. 4. cum Torrentii & Caſauboni commentariis, Marſilii, Gronovii, Grævii &c. notis & Berneggeri indice. Hæc repetita eſt Hagæ Comitis. Additæ effigies Imperatorum & aliæ notæ.

* Pariſiana 1684. 4. in uſum Delphini, cum notis & indice omnium vocabulorum.

* Pitiſciana Trajecti ad Rhenum 1690. 8. 2 vol. cum notis ſelectis, variiſque iconibus, a Sam. Pitiſco.

Clariſſimo, ac Literatiſſimo

VIRO,

D. SAMUELI PITISCO,

Gymnaſii Hieronymiani apud Ultrajectinos

RECTORI,

cum poſt Q. CURTIUM, SUETONIUM *etiam notis ſuis illuſtraſſet.*

FOrtis Alexandri deſcripſit prælia Rufus,
Sed tantum unius geſta canenda canit:
Scripſit Tranquillus bis ſenos ordine Reges;
Gaudet uterque tuis, docte PITISCE, notis.
Verum hinc debetur tanto tibi gloria major,
Quanto a ſe diſtant dodecas atque monas.

JOHANNES LOMEJER,
Paſtor & Profeſſor Zutphanienſis.

IN HONOREM

Clariſſimi & Literatiſſimi VIRI,

D^ni. SAMUELIS PITISCI,

ſui in Scholis Zutphanienſium regendis deceſſoris, nunc Rectoris Trajectini, perſpicuis Suetonii obſcura illuſtrantis, ita argumentatus eſt

JOHANNES FLENDERUS,

Profeſſor & Rector Zutphanienſis.

LUmine *Naturæ res eſt notiſſima*, lumen.
Poſcere quæ propriâ corpora luce *carent:*
Nox, *antrum*, *cœlum*, *nubes*, tenebroſus & *aer*,
Quâ colluſtrentur ſingula lucis *egent*;
Nam niſi luce *ſuâ Sol hæc perfunderet*, *atras*
Diſcutiens tenebras, *cuncta ſepulta forent*.
Inſuper obſcuris *eſt notum* & lucis egenis
Corporibus lucem lucida *ſola dare*.
Sic nimis obſcurè *quæ ſunt* ænigmata *ſcripta*
Illuſtrant *bene*, *qui* lumina *mentis habent*.
Obſcurare *autem Tranquillum multa*, *loquendo*
Res Veterum breviter, Lumina *magna ferunt*,
Atque ſuis in eum confirmant rite notatis,
(*Vix quorum admittit nomina verſiculus*,)
Quos inter princeps doctorum Grævius, *ille*
Sol Trajectinus, *vel Batavûm Cicero*.
Ergo Te nova jam præbentem, *Clare* PITISCE,
Lumina *Tranquillo quis neget* 'Αστέρ' ἔμεν;
Quis temere in claris *dubitet numerare* PITISCUM
Luminibus *Latii? quis? niſi* lucifugus
Contemtor lucis, *Muſarum*, *oſorque laboris*,
Quem manet æternum non periturus honos.

V I-

Digitized by Google

VIRO

CLARISSIMO,

SAMUELI PITISCO,

Eruditas ſuas atque accuratas in Suetonii Cæſares notas edenti S.

CÆſareos Proceres priſci Suetonius ævi,
Nomina, res geſtas, vitam obitumque refert.
At verbis aderant multæ caliginis umbræ,
Nec clara poterant omnia luce legi.
Hinc lucem accendit doctorum cura Virorum,
Cura ſed immenſæ pagina molis erat.
Subvenit tandem docta brevitate PITISCUS,
Nec minus ingenuæ ſimplicitatis amans:
Omnia pervolvit Veterum monumenta; bonaſque
Legit judicii dexteritate notas.
Contractis ſolers addit nova lumina rebus,
Ut parva facilis pagina mole juvet.
Hæ Tibi ſudarunt curæ, ſtudioſa Juventus:
Has multa verſes nocte dieque manu!
At Te, qui magnos ſervas ornaſque Quirites
Docte Vir, ex merito querna corona decet.

Doctiſſimo Amiciſſimoque
Viro L. M. P.

HENR. CHR. HENNIN,
D. & in Electorali Academia Teutoburgenſi
Clivienſium Eloq. Hiſt. & L. Gr. P. P.

Con-

Digitized by Google

Conſummatiſſimæ eruditionis

V I R O,

SAMUELI PITISCO,

Luculento, perpetuoque Commentario

Suetonium illuſtranti.

Ecce iterum in dias prodit Suetonius auras
  Conſpicuus multo lucidiore togâ.
Hactenus a variis vario donatus amictu,
  Sed nondum cinctu conveniente ſatis.
Explet, quæ deſunt, tandem ornamenta Pitiscus,
  Atque ſupervacuum gnaviter omne putat.
Non is rimatur Critices liventia teſqua,
  Et dubios flexus, quos ea ſacra colunt.
Nec mutilata ſuis deſertus furta reponens
  Immeriti vanum ſternit honoris iter.
Sed propriis nitens inventis, fonte petitis,
  Hellados, & Latii, nobile promit opus,
Quo paſſim Auctoris planè interiora recludit,
  Senſaque dictorum, quæ latuere, docet.
Gaude, Suetoni, felici Interprete, qui te
  Nunc tua tam dignè verba, fidemque probat,
Per quem tu docto jam ſpectatiſſimus orbi
  Cerneris, & plena luce, & honore micas.
Ferte gradum, quotquot gravioris pondere curæ
  Eloquii, quotquot noſcere mira ducum.
Heic eſt Romanæ reſerata opulentia linguæ,
  Heic Regum vitæ ſcena ſtupenda patet.
Felix, quæ tanto ſapit a Doctore, juventus,
  Quæ tam multiſcii pendet ab ore Viri!
Ἔξιθι, Μῶμε, *τεῶν Πίτισκος ἔοργε βελέμνων*
  Φέρτερα, τῆς πάσις μείζονα βασκανίης.

Applauſit

Vesalius Mobachius,
Gymnaſiarcha Alcmarienſis.

Cla-

Clariſſimo VIRO,

D. SAMUELI PITISCO,

Gymnaſiarchæ Trajectino doctis lucubrationibus
Suetonium explicatum edenti.

Adſit doctorum non ultimus ordo virorum,
Adſis cuncta cohors juvenum qui tollitis artes,
Aoniis vigiles quotquot datis otia ſacris,
Volvite Tranquillum hunc: ſolvuntur acumine nodi,
Non vi, non ferro, Macedo ceu bellicus Heros
Suſtulit intortos furibundo pectore nexus:
Robur at ingenii retegit, ſuperatque latentes
Nævos, quos dubius ſciolorum ingeſſerat error.
Non vetera illibata latent monumenta virorum
Induperatorum, violens quæ texerat ætas,
E tenebris revocata vides cupidiſſime Lector:
Facta vides, & ſigna, ducum referentia frontem.
Quis tantos auſit fidens ſubiiſſe labores?
Quantos haut veritus tibi ſumere docte PITISCE,
Jugiter uſque beas Muſarum luce palæſtram,
Jugiter exturbas chartis & mente tenebras.
Pro tantis quæſo meritis quæ munera prenſas
Digna ſatis? non digna feret tibi mobile vulgus,
Rodere docta nimis, ſed fruſtra, livida turba,
Quæ livore crepat, rabiente & ringitur œſtro.
Te facimus PITISCE *Deum, cœloque locamus,*
Aſtra petet tua laus, & ad æthera fama volabit.

applauſit

GERARDUS LENTFRINCK.

****

Doctiſ-

Doctiſſimo VIRO,

D. SAMUELI PITISCO,

curas ſecundas in Suetonium publicanti.

QUare annis TRANQUILLE gravem meritiſque PITISCUM
  In te, tranquillum non ſinis eſſe Virum?
Cur culti prodire novo curiſque ſecundis
  Te noſtri dicam nunc voluiſſe ſenis?
Scilicet inſigni ornatu ſtudioque priori
  Factus eras docti publicus orbis amor.
Corripuit te quiſque ſibi propriumque paravit,
  Moxque fuit cupidis copia nulla tui,
In medio es nuſquam: crebreſcunt undique voces
  TRANQUILLUM luci redde PITISCE novum.
Audiit HIC: TU auroque novo gemmaque ſuperbus
  Pulchrior ut nunquam conſpiciendus ades.
Quo fato? citius te animoſus ut auferat emptor,
  Quo melius, lucis jam brevioris opus.
Si mihi fas medio verum tibi dicere LECTOR
  Laudandum hic cunctis nomine quo ſit opus:
Nomen quod veneror, Criticos, illuſtre PITISCI
  Fac modo Theſauris addat amica manus,
Partibus & nullus perfectior omnibus Auctor
  Exierit, titulo nullus utroque pari.
Si ſolo hoc florum lis eſt de corpore, fruſtra
  His VARIAS ſimiles ne mihi quære NOTAS.

Hæc luſit

ANTONIUS BYLERTIUS,
in Gymnaſio Academico Lingenſi
Hiſt. & Eloq. Profeſſor.

C. SUE-

Digitized by Google

Digitized by Google


CAESAR AVGVR PONT·MAX
XLV Cap
1 art
PARENS PATRIAE CAESAR
XLV Cap
1 art
II Cap
2 art
II Cap
2 art
CAE SAR
XXXVII Cap
2 art
CAE SAR
XXXVII Cap
2 art
CAE SAR
XXXVII Cap
2 art
CAESAR
XXXVII Cap
2 art
CLEMENTIAE CAESARIS
LXXV Cap
1 art
EID·MR
LXXXII Cap
3 art
CAESAR IMP
LXXXVIII Cap
2 art
DIVVS IVLIVS
LXXXVIII Cap
2 art



C. SUETONII TRANQUILLI XII CAESARES.

DIVUS JULIUS CÆSAR.

CAPUT I.

ARG. *Patrem amittit, Coſſutiam dimittit, Corneliam uxorem domum ducit, ab inquiſitoribus pecunia ſe redimit, & a Sylla expugnato amicis redditur Cajus Julius Caſar.*

Julius [1] Cæſar [2] Divus [3] annum agens ſextum decimum [4], patrem [5] amiſit: [6] ſequen-

JULIUS nomen gentis. *Julia* gens orta eſt ab Ænea per *Iulum*. Virg. Æneid. 1. 292.
Julius a magno demiſſum nomen Iulo.
V. plura infr. 6. 2. §. 12.

2. CÆSAREM (pono verba Spartian. Ver. c. 2.) *vel ab elephanto, qui lingua Maurorum* Cæſar *dicitur, in prœlio caſo, eum, qui primus ſic appellatus eſt, doctiſſimi & eruditiſſimi viri putant dictum: vel, quia mortua matre, ventre caſo ſit natus: vel, quod cum magnis crinibus ſit utero parentis effuſus: vel, quod oculis caſiis, & ultra humanum morem viguerit.* De origine nominis *Caſarei* ſcribunt etiam *Plin.* VII. 9. *Serv. Æneid.* 1. 290. *Iſidor.* IX. 3. *Feſtus* & *Conſtant. Manaſſ.* Συν. Ἱσορ. *p.* 71. Ex recentioribus *Sigon. de Nomin.*

quentibusque Conſulibus [6] flamen [7] Dialis [8] deſtinatus [9], dimiſſa [10] Coſſutia [11], quæ

min. Roman. c. 5. *Voſſ. in Cæſar. de Bell. Gall.* I. I. *Græv. in Suetonium.* Prænomen ejus fuit Cajus. Romani nobiliores tria habebant nomina; prænomen, nomen, cognomen. Auſon. Eidyl. XI. 80.

Tres equitum turmæ: tria nomina nobiliorum.

Juven. V. 127.

Tanquam habeas tria nomina.

Ubi Scholiaſtes: *tanquam nobilis ſis, ut habeas tria nomina, ut Gajus Cornelius Scipio, & ſi quid ſimile.* Pauſan. Ἀχαϊκ. p. 213. Ἐπεὶ καλοῦνταί γε οὐ πατρόθεν οἱ Ῥωμαῖοι κατὰ ταὐτὰ Ἕλλησιν, ἀλλὰ καὶ τρία ὅποτε ἢ ὀλίγιστα, καὶ ἐπὶ πλέονα ὀνόματα ἑκάστῳ τιθέντα. *Romani non eodem modo ex nomine patris ſui appellantur & diſtinguuntur, quo Græci, ſed ſingulis illorum, quum minimum, tria, atque etiam plura imponuntur aliquando nomina*: quæ ipſa ex paternis nominibus maximam partem repetita erant; adeoque illi alio modo, quam Græci, multitudine nempe iſta nominum diſtinguebautur, & propagatione hæreditarii, ac paterni nominis πατρόθεν nominabantur. Hic ſenſus eſt auctoris, Et apud illum pro ἐπὶ lego ἔτι. Quod vero ait, *minimum tribus nominibus* Romanos uti, verum omnino id fuit eo tempore, quo ipſe vixit: at in libera Republica tria nomina erant fere tantum nobiliorum, neque eorum plane omnium. *Perizon. Triad. diſſert.* I. *p.* 31. *Grang. & Britann. in Juvenalem. Sigon. de Nomin. Roman. c.* 2.

3. DIVUS dictus eſt Julius Cæſar Latinis. Petron. de Mut. Reip. p. 290.

Quid porro tu, Dive tuis cunctaris in armis?

Virg. Æneid. VI. 793.

Auguſtus Cæſar, Divi genus.

Græcis. Strab. IV. p. 138. Δὶς διέβη Καῖσαρ εἰς τὴν νῆσον ὁ Θεός. *Divus Cæſar bis in inſulam*, Britanniam, *trajecit.* Honorem hunc conſecutus eſt ab Auguſto. Manil. IV. 948.

Jam facis ipſe deos, mittitque ad ſidera numen,
Majus & Auguſto creſcit ſub principe cælum.

Quem ideo κοροπλάθην in Juliani Cæſ. p. 88. vocat Silenus, quia, ut homines nymphas, ſic deos effinxerat, & illorum unum & primum Cæſarem. Ἔπλαττες ἡμῖν, ὥσπερ ἐκεῖνοι τὰς νύμφας, ὦ Σιλανέ, θεοὺς, ὧν ἕνα καὶ πρῶτον τουτονὶ Καίσαρα. *Divum* a rebus geſtis dictum eſſe dicunt Diodor. I. p. 5. Γάϊος Ἰούλιος Καῖσαρ ὁ διὰ τὰς πράξεις προσαγορευθεὶς θεός. & Tzetzes Hiſt. Chil. I. 68. 5.

Ὅθεν θεὸς Ἰούλιος ἐκλήθη τοῖς Ῥωμαίοις
Ταύτην καλὴν ἐκ πράξεων εὑρὼν ἐπωνυμίαν.

Unde Deus Julius vocatus eſt a Romanis,
Hoc honeſtum ex rebus geſtis adeptus cognomen.

4. ANNUM SEXTUM DECIMUM I. anno ab U. C. 669. ſive Cn. Papyrio Carbone II & L. Cornelio Cinna IV. Coſſ. Natus enim fuit a. d. IV. Idus Quintiles auctore Macrob. Sat. I. 12. C. Mario VI. & L. Valerio Flacco Coſſ. ſive anno ab U. C. 653. V. *Pigh. Ann. Rom.* III. *p.* 200. *Occon. Num. Imper. p.* 3.

5. PATREM C. Julium prætura functum, de cujus obitu Plin. VII. 53. *Nullis evidentibus cauſis obiere, dum calceantur matutino, duo Cæſares, prætor, & prætura functus Dictatoris Cæſaris pater, hic Piſis exanimatus, ille Romæ.*

6. SEQUENTIBUS CONSULIBUS I. ſequenti anno n. decimo ſeptimo. Ritu veteri & adoleſcentes præcipuis ſacerdotiis ornabantur. Liv. XLII. 28. *In Fulvii locum pontificis Cn. Domitius Ænobarbus, oppido adoleſcens ſacerdos lectus.* Tac. Hiſt. I. 77. 4. Otho *recens ab exſilio reverſos nobiles adoleſcentulos avitis ac paternis ſacerdotiis in ſolatium recoluit.* Senec. Conſol. ad Marc. c. 24. *Hac ſanctitate morum effecit, ut puer admodum dignus ſacerdotio videretur.* Romani per Conſules ſuos numerabant annos. Martial. I. 16. 2.

Bis jam pene tibi Conſul trigeſimus inſtat.

I. pæne es ſexagenarius. Hinc Senec. Epiſt. 4. *Qui inter magna bona multos conſules numerat.* I. eſt longævus, diu vivit; numerat enim multos annos. Regibus exactis conſulares faſti conditi ſunt ab ordine Conſulum, quorum magiſtratus fuit duntaxat annuus. Vel, quia memorabilis ille magiſtratus, cui auſpicium libertatis poſt reges exactos debebatur: vel, quia anni ab urbe condita ignorabantur, nec in iis accurate colligendis in initiis adeo vel fabuloſis, vel obſcuris certi quid ſtatuendum habebant. Acta autem & edicta publica veris & conſtantibus annis quia probari debebant, nominibus *Conſulum*, ſeſe mutuo excipientium, tanquam annorum indicis, in omnium temporum indubitatam memoriam notari & confirmari volebant. V. *Boxhorn. Quæſt. Rom.* 18.

7. FLAMEN I. ſacerdos. Alicui enim Deo peculiariter conſecratus ſacerdos, & qui ei uni ſingillatim ſacra faciebat, ejus dicebatur *flamen.* Cicer. de LL. II. 8. *Diviſque aliis ſacerdotes, omnibus pontifices, ſingulis flamines ſunto.* Varr. de Ling. Lat. IV. 15. *Horum ſinguli cognomina habent ab eo deo, cui ſacra faciunt.* De hoc ſacerdotio plura qui voluerit, evolvat *Alex. Gen.* VI. 12. *Gell.* X. 15. *Laz. Comm. R. R.* III. 13. *Onuphr. R. R.* II. *p.* 164. *Coraſ. Miſc. jur.* VII. 4. & 5. *Merul. de ſacerd. c.* 2. §. 9. *De la Chauſſe de Inſign. Pont. Max.... tab.* I.

8. DIALIS quaſi *Jovialis.* Feſtus in flamen. *Dialis appellatur a Dio, a quo vita dari putabatur hominibus*, ἀπὸ τοῦ Διὸς I. a Jove quaſi δῖος; unde Cyrillo in gloſſario exponitur ὁ τοῦ Διὸς ἱερεύς. Ad eundem modum dicitur Apulejo Metam. VIII. p. 204. *Diale fulmen*, Tacito *Dialia ſacra* Annal. III. 58. 3. *Diale flaminium* noſt. *Aug.* 31. 5. Hunc conſtituit Numa Pompilius. Liv. I. 20. *Tum ſacerdotibus creandis animum adjecit: quanquam ipſe plurima ſacra obibat, ea maxime quæ nunc ad Dialem flaminem pertinent.*

Digitized by Google

quæ, familia equeſtri [12], ſed admodum dives, prætextato [13] deſponſata [14] fuerat: Corneliam, Cinnæ quater Conſulis filiam, duxit uxorem [15]: ex qua illi mox Julia [16] nata eſt: neque ut repudiaret [17] compelli a Dictatore [18] Sylla [19] ullo

nent. Sed quia ..... Jovi flaminem aſſiduum ſacerdotem creavit.

9. Destinatus i. electus, etſi nondum inauguratus, *creatus* Paterc. ii. 43. 1. Ulpian. Dig. xxvi. 7. 3. §. 1. *Si parens deſtinaverit teſtamento quis tutorum tutelam gerat.* Ita Caligula augur *deſtinatus* noſtro c. 12. A quibus, & in quorum locum *deſtinatus* fuerit, inter ſe diſputant *Noris ad Cenotaph. Piſan. Diſſert.* ii. *p.* 129. 130. *& ad hunc locum Grævius.*

10. Dimittere uxorem eſt *divortium cum illa facere* 6. 2. *remittere uxori repudium* noſt. Tib. 11. 9. *illam repudiare.* Jul. 1. 1: 74. 4. Tib. 35. 5. *Dimittitur prætorium* apud Liv. xxx. 5. dum qui in illo Imperatori publici negotii cauſa adfuerant, abeunt, uti *dimittuntur Beronice* Tit. 7. 6. *ſchola* Gramm. 18. 3. *Tiberius* Aug. 97. 6. nec minus recte *dimitti* dicitur mulier quæ repudiatur, quidquid etiam oggannìant, qui apud Rhodig. Antiq. Lect. xxviii. 16. huic rei haud ſatis accommodum eſſe verbum opinantur. Ita enim *Olympiadem repudio dimiſiſſe* dicitur Philippus. Juſtin. xi. 11. 5. & noſter plus vice ſimplici Aug. 63. 3: 69. 2. Tib. 7. 4: 10. 2: 35. 2: 49. 3. Cal. 25. 1. Ner. 35. 4. Dom. 8. 10. V. & 6. §. 19.

11. Cossutiam gentem deſcribit, & *Coſſutii* illius, qui Cæſare jam rerum potito argenteos duos denarios, quos exhibet, ſignavit hanc filiam fuiſſe credit *Patin. Fam. Rom. p.* 94.

12. Familia equestri n. *orta*, ut plenius Aug. 2. 8. cujus pater non niſi *eques* fuerat, non fuerat progreſſus ad majores honores capiendos. Hoc noſtro eſt *in equeſtri ordine conſiſtere* Aug. 2. 5. Ita *familiam*, in qua nulli extiterant honores, *equeſtrem* dicit Paterculus, cum dicit C. *Octavium ut non patricia, ita admodum ſpecioſa genitum equeſtri familia* fuiſſe ii. 59. 2. *Equites* magiſtratus aut non cepiſſe; aut ubi cepiſſent, *equites* eſſe, aut vocari deſiiſſe docet *Sigon. de Ant. Jur. Civ. Rom.* ii. 3.

13. Prætextato i. puero *prætextam* adhuc gerenti. Puerorum enim *prætexta* fuit. Inde *prætextata amicitia* Mart. x. 20. 4. a puero culta.

Et prætextata cultus amicitia.

Prætexta erat toga, cui purpura *prætexebatur* i. cujus ora & circuitus purpura *prætextus* erat, ut obſervat *Bayſ. de Re Veſt. c.* 10. & lauda: *A. Ruben. de Re Veſt.* i. 1. Hac de re περιπόρφυρος dicitur Plutarcho, ut περίλευκος veſtis in circuitu album intextum habens Polluci. Illi in Sertorio p. 575. C. Οἱ δὲ πατέρες ἥδοντο θαυμαστῶς, τοὺς παῖδας ἐν περιπορφύροις ὁρῶντες. *Patres vero delectabantur, quod filios conſpicerent prætextatos.* Huic vii. 13. Τὰ δὲ περίλευκα, τοὐναντίον ἂν ἦν. ὕφασμα ἐν πορφύρᾳ, ἢ ἄλλου χρώματος, ἐν τῷ περιδρόμῳ λευκὸν ἐνυφασμένον. *Perilenca autem, contrarium hiſce, erit tela e purpura texta, aut colore alio in fimbria album colorem intextum habens.* Filium ſuum annos quatuordecim natum, quod bello Sabino hoſtem manu percuſſerat, primus *prætexta* donavit Tarquinius Priſcus, ut monet *Macrob. Sat.* i. 6. De *prætexta* hac agunt quoque *Alex. Gen.* v. 18. *Manut. Quæſ. Epiſt.* iii. 1. *Ferrar. de Re Veſt.* ii. 1.

14. Desponsata i. interpoſita ſtipulatione *ſponſa*, ut pacta eſt quæ nuda conventione promiſſa eſt, & ſperata, quæ jam petita eſt, ſed nondum promiſſa. Arnob. iv. p. 140. *Habens ſperatas, habens pactas, habens interpoſitis ſtipulationibus ſponſas.* V. *F. Hotman. de Sponſal. c.* 3. *A. Hotman. de vet. rit. nupt. c.* 1.

15. Ducere uxorem, quaſi domum *ducere*, imminute Latini dicunt. Plaut. Aul. ii. 1. 48.

Dic mihi, quæſo, quis ea eſt, quam vis ducere uxorem.

Sponſa enim nocturno tempore in domum mariti futuri *deducebatur.* Tac. Ann. xiv. 63. 4. *Huic primus nuptiarum dies loco funeris fuit, deducta in domum, in qua nihil niſi luctuoſum haberet.* Inde plenior phraſis, *ducere uxorem domum.* Plaut. Trin. v. 2. 64.

Numquid cauſa eſt, quin uxorem cras domum ducam?

16. Julia de nomine patris dicta. Ita Tullius Tulliam, ita Calpurnius Calpurniam, ita Octavius Octaviam utramque majorum more de ſuis duxerunt nominibus, nullo prænomine aut cognomine addito. Quem morem antiquum, ſi una tantum eſſet filia, etiam obſervat *Panvin. de ant. nom. p.* 68.

17. Repudiaret i. dimitteret, rejiceret. Ulpian. Digeſt. xxiii. 2. 12. *Si qua mihi uxor fuit: deinde a me repudiata nupſit Sejo.* Noſt. Cal. 25. 2. Tib. 35. 2. Proprie *repudium* eſt inter ſponſos, ut divortium inter conjugatos. Modeſtin. Digeſt. l. 101. *Divortium inter virum & uxorem fieri dicitur, repudium vero ſponſa remitti videtur.* Noſt. Cl. 26. 2. Per 520 annos Romæ nullum accidit divortium. Septima Olympiade demum ſupr. 130. M. Pomponio, C. Papyrio Coſſ. i. 2. ab U. C. 522. ut volunt *Caſſiodorus, Verrius Flaccus, Faſti Capitolini*, Spurius Carvilius, cui Ruga cognomentum fuit, vir nobilis divortium cum uxore fecit. Dionyſ. ii. p. 96. Ὁμολογεῖται ἐντὸς ἐτῶν εἴκοσι καὶ πεντακοσίων μηδεὶς ἐν Ῥώμῃ διαλυθῆναι γάμος. Κατὰ δὲ τὴν ἑβδόμην ἐπὶ ταῖς τριάκοντα καὶ ἑκατὸν Ὀλυμπιάδα, ὑπατευόντων Μάρκου Πομπωνίου καὶ Γαΐου Παπυρίου πρῶτος ἀπολῦσαι λέγεται τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα Σπύριος Καρουίλλιος. Idem narrant, licet in anno conſtituendo diſſentiant, Plutarch. Rom. p. 39. A. Num. p. 77. C. Val. Max. ii. 1. 4. Gell. iv. 3: xvii. 21. *Per annos ferme ſexcentos ab U. C. repudium nullam domum ſcripſiſſe* ſcribit Tertull. Apol. c. 6. Imo

2 lo modo [20] potuit. Quare & ſacerdotio [21], & uxoris dote [22], & gentilitiis hæreditatibus [23] multatus [24], diverſarum [25] partium habebatur: ut etiam diſcedere e medio [26] &, quanquam morbo quartanæ aggravante, prope per ſingulas noctes commutare latebras cogeretur: ſeque ab inquiſitoribus [27] pecunia [28] redimere: donec per virgines Veſtales [29], perque Mamercum Æmilium, & Aurelium Cot-
3 tam, propinquos & affines [30] ſuos, veniam impetravit. Satis conſtat, Syllam, cum

6. Imo *poſt annum ſexcenteſimum U. C. id genus duritia commiſſum.* Monog. c. 9. *Repudii* & divortii formulas prodidit Cajus Dig. XXIV. 2. 2. 1. *In repudiis 1. renuntiatione comprobata ſunt hæc verba: tuas res tibi habeto. In ſponſalibus quoque diſcutiendis placuit renuntiationem intervenire oportere. In qua re hæc verba probata ſunt: conditione tua non utor.*

18. DICTATURA qualis fuerit magiſtratus, dicam infr. 76. 2.

19. SYLLA Lucius Cornelius qui Dictator ſit factus V. infr. 77. 1.

20. ULLO MODO, ὔτε ἐλπίσιν, ὔτε φόβῳ. Plutarch. in Cæſar. p. 707. D.

21. SACERDOTIO MULTATUS. Paterc. II. 43. 1. *Victoria Syllæ, qui omnia ab iis* (Mario & Cinna) *acta fecerat irrita, amiſit id ſacerdotium.*

22. UXORIS DOTE. Plutarchus. ἐδήμευσε τὴν φερνὴν αὐτῆς: *publicavit dotem ejus.* Sylla enim publicaverat bona Cinnæ, cujus filia Cornelia nupſerat Cæſari, hinc etiam Cæſar fuit privatus *uxoris dote* per legem Corneliam de proſcriptione, qua liberi proſcriptorum bonis parentum multabantur. V. Paterculum & Plutarchum §. 24.

23. GENTILITIIS HÆREDITATIBUS 1. bonis, quæ cognationis jure ad eum rediiſſent. *Gentilitia funera* dicuntur Plin. XXXV. 2. *ſacra* Liv. V. 52. quæ ejuſdem ſunt *gentis*, *nomina* noſter Claud. 25. 8. Ner. 41. 3. *ſtemma* Ner. 37. 2. *monumentum* Ner. 50. 2. Hinc *bonis, quæ gentilitate merueris, deſtringi aliquid & abradi*, dicit *Plin. Paneg.* 37. 2.

24. MULTATUS lege Cornelia de proſcriptione. Paterc. II. 28. 4. *Adjectum etiam, ut bona proſcriptorum venirent, excluſique paternis opibus liberi, etiam petendorum honorum jure prohiberentur, ſimulque, quod indigniſſimum eſt, ſenatorum filii & onera ordinis ſuſtinerent & jura perderent.* Plutarch. Syll. p. 472. C. Ὁ δὲ πάντων ἀδικώτατον ἔδοξε, τῶν γὰρ προγεγραμμένων ἠτίμωσε καὶ υἱοὺς, καὶ υἱωνοὺς, καὶ τὰ χρήματα πάντων ἐδήμευσε. *Quod vero omnium eſt viſum iniquiſſimum, notavit proſcriptorum liberos nepoteſque infamia, omniumque publicavit bona.*

25. DIVERSARUM 1. adverſarum. Cæſ. B. C. II. 29. 4. *Municipia etiam diverſis partibus conjuncta.* Noſt. 20. 12. Aug. 51. 2. *Diverſa* hæ partes fuerunt Marii, ob cujus affinitatem, quæ inter alia validum partium vinculum, Syllæ ſuſpectus fuit Cæſar. Plutarch. Cæſ. p. 707. D. Αἰτία δὲ Καίσαρι τῆς πρὸς Σύλλαν ἀπεχθείας, ἡ πρὸς Μάριον οἰκειότης ἦν. Ἰουλίαν γὰρ πατρὸς ἀδελφὴν Καίσαρος ὁ πρεσβύτερος συνῴκει Μάριος, ἐξ ἧς ἐγεγόνει Μάριος ὁ νεώτερος ἀνεψιὸς ὢν Καίσαρος. *Cauſa inimicitiæ in Syllam Cæſari neceſſitudo Marii erat. Juliam enim Cæſaris amitam Marius major in matrimonio habuit, ex qua Marius junior natus eſt Cæſaris conſobrinus.*

26. DISCEDERE E MEDIO Tib. 10. 1. *e medio ſe amovere. Nocte urbe elapſum* dicit Paterc. II. 41. 2. Fugit vero in Sabinos. Plutarch. p. 707. E. Ταύτης τῆς φωνῆς ἐνεχθείσης πρὸς Καίσαρα, συχνὸν μέν τινα χρόνον πλανώμενος ἐν Σαβίνοις ἔκλεπτεν ἑαυτόν. *Hac voce ad Cæſarem perlata longo tempore palans in Sabinis abdidit ſe.*

27. INQUISITORES Plutarchus nominat στρατιώτας τοῦ Σύλλα διερευνωμένους ἐκεῖνα τὰ χωρία, καὶ τοὺς κεκρυμμένους συλλαμβάνοντας. *Syllanos milites, qui illa loca ſcrutabantur, comprehendebantque, ſi qui deliteſcerent.* In hac ſignificatione *inquiſitores* etiam dicit Juven. IV. 49.

Inquiſitores agerent cum remige nudo,
Non dubitaturi fugitivum dicere piſcem.

Horum dux Plutarcho Κορνήλιος, noſt. 74. 2. cognomine addito *Cornelius Phagita.*

28. PECUNIA, δυσὶ ταλάντοις. Plutarchus.

29. VIRGINES VESTALES, ut earum opera impetrabilior foret venia, in periculis adhibuere deprecatrices Romani. Cic. Agrar. II. 36. *Si quid deliquero, nullæ ſunt Virgines, quæ mea vobis deprecentur.* Tacit. Ann. XI. 32. 4. Meſſallina *Vibidiam Virginum Veſtalium vetuſtiſſimam oravit Pontificis Maximi aures adire, clementiam expetere.* Noſt. Vit. 16. 1. Rationem addit Cic. Font. 17. *Tendit ad vos Virgo Veſtalis manus ſupplices, eaſdem, quas pro vobis diis immortalibus tendere conſuevit. Cavete, ne periculoſum, ſuperbumque ſit, ejus vos obſecrationem repudiare, cujus preces ſi dii aſpernarentur, hæc ſalva eſſe non poſſent.* V. & *Lipſ. de Veſt. c.* 12. *Caſal. de prſ. Roman. rit. c.* 16. *Alex. Gen.* V. 12. & ad illum *Tiraquellum.*

30. PROPINQUOS ET AFFINES ſi pro eodem accipit, erit ex παραλλήλων dictum: ſi diſtinguit, cum horum alter *propinquus* fuerit, ſive cognatus, alter affinis, erit σχῆμα συλληπτικόν, ut monet *Caſaubonus.* Julii matrem Aureliam C. Cottæ filiam fuiſſe in *Familia Aurelia p.* 16. vult *Ant. Auguſtinus.* Quid illi fuerit Æmilius, cum *Caſaubono* neſcimus: niſi fortaſſe *affinis* fuit per aliquam e gente Julia, quam in matrimonio habuerit. *Aurelii Cottæ* prætoris meminit *Aſcon. in Cicer. p.* 167. conſulis *Plutarch. Mar. p.* 407. D. *Mamercus* vero *Æmilius*, ut vult *Torrentius*, conſul fuit cum D. Junio Bruto anno ab U. C. 676.

31. DE-

cum deprecantibus [31] amiciſſimis & ornatiſſimis [32] viris aliquamdiu denegaſſet, atque illi pertinaciter contenderent, expugnatum [33] tandem proclamaſſe, (ſive divinitus, ſive aliqua conjectura [34]) *Vincerent* [35], *ac ſibi haberent* [36] *: dummodo ſcirent eum, quem incolumem* [37] *tanto opere cuperent, quandoque* [38] *optimatium* [39] *partibus, quas ſecum ſimul defendiſſent, exitio futurum : nam Cæſari multos Marios ineſſe* [40].

31. Deprecantibus i. ſuppliciter petentibus. V. *Curt.* v. 3. §. 34.

32. Ornatus *dicitur & bonis artibus inſtructus, & honores adeptus a populo.* Feſtus. Senec. de Ben. III. 15. *In quid iſti viri ornati adhibiti ſunt?*

33. Expugnatum i. exoratum. Colum. Præf. x. *Iſque proſa oratione prioribus ſubnecteretur exordiis, niſi propoſitum meum expugnaſſet frequens poſtulatio tua.* Noſter *Tib.* 21. 4. *Veſp.* 22. 5. Ita *exarmare* exorare eſt Flor. I. 22. 3. *Coriolanum filium mater Veturia lacrymis ſuis exarmavit.* Græcorum imitatione, qui non ſolum μάχεσθαι de omni vehementiore ſtudio uſurpant, ſed etiam πολιορκεῖν pro evincere precibus accipiunt, hoc eſſe dictum, me, ne prior eſſem, occupavit magnus *Caſaubonus.*

34. Sive divinitus .... i. Utro genere divinationis, omnino enim divinavit, uſus ſit Sylla, naturalis an artificioſæ, neſcio. Duo hæc eſſe divinandi genera docet ipſe Cicer. Divin. I. 6: II. 11. *Duo genera divinandi eſſe dicebat, unum artificioſum, alterum naturale. Artificioſum conſtare partim ex conjectura, partim ex obſervatione diuturna: naturale, quod animus arriperet, aut exciperet extrinſecus ex divinitate.* V. & *Caſaubonum.*

35. Vincerent, modus loquendi, quo, quod ſummopere fieri nollemus indignantes concedimus. Cæſ. Bell. Gall. v. 30. 1. *Vincite, inquit, ſi ita vultis, Sabinus.* Appian. B. C. II. p. 446. Ὅτε δὴ καὶ ὁ Καλίδιος τὴν βουλὴν διέλυσε βοῶν, νικᾶτε δεσπότην ἔχειν Καίσαρα. *Tum Calidius ſenatum dimiſit, exclamans: vincite, ut dominum habeatis Cæſarem.* Heliod. Æth. II. p. 85. Νικάτω ὁ παρὰ σοὶ τρίπους. *Vincat tuus tripus.* Quem etiam ad Cæſarem explicuit *Glandorpius.*

36. Sibi habere nt, modus quoque loquendi indignabundis, ubi quid ſibi ſiverint extorqueri, uſitatus. Terent. Phorm. II. 3. 87.

Te oblectet, tibi habe.

Cicer. Verr. II. 19. *Clamare cœperunt, ſibi ut haberet hereditatem.*

37. Incolumem i. ſalvum, integrum. Cicer. de Invent. II. 56. *Incolumitas eſt ſalutis tuta atque integra conſervatio.* Noſt. Aug. 51. 2. Cal. 14. 3. *Incolumis* proprie dicitur ædes ſuo culmine jam perfecta. *Ædes incolumes* dicit integras Ulpian. Digeſt. XXXIX. 2. 13. §. 2. Tranſlatum ab agricolis, qui caſarum partes ſuperiores *culmine* tegunt. Virg. Ecl. I. 83.

Et jam ſumma procul villarum culmina fumant.

38. Quandoque i. aliquando. Cicer. Fam. VI. 20. *Ego me Aſturæ diutius arbitror commoraturum, quoad ille quandoque veniat.* Noſt. *Aug.* 42. 4. *Tit.* 9. 4. *Veſp.* 5. 4. *Claud.* I. 9.

39. Optimates deſcribit Cicer. in Orat. pro Sext. c. 45. *Duo genera*, inquit, *in hac civitate ſemper fuerunt eorum, qui verſari in republica, atque in ea ſe excellentius gerere ſtuduerunt; quibus ex generibus alteri populares, alteri optimates & haberi, & eſſe voluerunt. Qui ea, quæ faciebant, multitudini jucunda eſſe volebant, populares; qui autem ita ſe gerebant, ut ſua conſilia optimo cuique probarentur, optimates habebantur. Sunt* vero *principes conſilii publici*, i. conſules, *ſunt qui eorum ſectam ſequuntur*, i. nobiles tam plebeji, quam patricii, quorum majores magiſtratus ampliſſimos adminiſtraſſent, *ſunt maximorum ordinum homines, quibus patet curia* i. ſenatores & equites, *ſunt municipales, ruſticique Romani, ſunt negotia gerentes, ſunt etiam libertini optimates....... Hanc qui pro virili parte defendunt,* optimates *ſunt, cujuſcunque ſunt ordinis.* Horum factionem maxime poſt Appii Cæci cenſuram i. poſt annum Urbis 441 viguiſſe docet *Sigon. de ant. jur. civ. Rom.* II. 21.

40. Cæsari multos Marios inesse i. ingenium, conſilia, ſtudia, qualia fuere multa in *Mario* populari factioni addicto optimatium partibus inimica. Plutarch. p. 707. E. Οὐκ ἔφη νοῦν ἔχειν αὐτοὺς, εἰ μὴ πολλοὺς ἐν τῷ παιδὶ τούτῳ Μαρίους ἐνορῶσιν. *Nihil mentis dixit eos habere, ſi non ei puero multos viderent Marios ineſſe.* Ita *tyrannus*, eſt ingenium *tyranno* aptum in dicto illo, quo, ut ad hunc locum narrat Caſaubonus, Dionyſius major filium increpavit: οὐκ ἔστιν ἐν σοὶ τύραννος. Similia congeſſit ad Senec. Thyeſt. n. 242. *Gronovius.*

CAPUT II.

ARG. *Stipendia in Aſia facit, apud Nicomedem deſidet, & in expugnatione Mitylenarum corona civica donatur Cajus Julius Cæſar.*

Stipendia [1] prima [2] in Aſia [3] fecit M. Thermi [4] prætoris [5] contubernio [6] : a quo 1
ad

Stipendia fecit i. militavit. Aur. Vict. de Vir. Illuſt. c. 72. n. 3. *M. Æmilius Scaurus ſub Oreſte in Sardinia ſtipendia fecit.* Noſt. *Aug.* 2. 6. Inde *ſtipendium* pro militia noſtro *Tit.* 4. 2.

2. Prima i. primo militiæ anno. Nep. 24. 1. 2. *Primum ſtipendium meruit annorum decem ſeptemque.*

Noſt.

ad arceſſendam claſſem in Bithyniam [7] miſſus, deſedit [8] apud Nicomedem [9], non ſine rumore [10] proſtratæ [11] regi pudicitiæ [12]: quem rumorem auxit, intra paucos rurſus dies repetita [13] Bithynia, per cauſam [14] exigendæ pecuniæ, quæ debe-

Noſt. Tib. 9. 1. Militiæ enim annos per *ſtipendia* nomeraverunt veteres. Inde, ut alios taceam, *ſtipendia* ſenadena, vicena, tricena, quadragena pro tot militiæ annis paſſim occurrunt apud *Tacitum*. Noſt. Aug. 49. 5. V. & *Putean. de ſtip. mil. c. 9.*

3. Asia minore, quæ intra maria Ponticum, Ægæum, & Cilicium peninſulæ vice incluſa eſt, & quæ hodie *Natolia*, quia inſimis Græciæ, & cadentis imperii temporibus ἀνατολικὸν θέμα i. Orientalis provincia dicta fuit, appellatur. V. *Salmaſ. Exerc. Plin. p. 555. b. E. F. G. 566. a. B.*

4. M. Thermi præturam in Aſia nuſquam ſe reperiſſe recte monet *Caſaubonus*, quanquam a L. Sylla dictatore, ut L. Murenæ, quem revocaverat, ſuccederet, in Aſiam extra ordinem miſſum dicat, ſed nullo auctore *Pigh. Ann.* xv. *p.* 267. Certe docis nullam mentionem facit, Mitylenarum expugnationem dum narrat Livius Epit. 89. Appian. de bell. Mithr. p. 204. dicit quidem in Aſia quendam Θέρμον ἀντιστράτηγον ὑπὸ τῦ Φλάκκυ καταλελειμμένον, ſed cui Valerio Flacco Conſule Nicomediæ, quo ſe proripuerat, interfecto faſces abſtulerit Fimbria ſenator.

5. Prætorem appellaverunt *veteres omnem magiſtratum, cui exercitus pareret.* Aſcon. in Cicer. p. 80. i. ſummum exercitus ducem & Imperatorem. *Initio* quidem *prætores erant, qui nunc conſules, & ii bella adminiſtrabant.* Feſtus in prætoria. V. 14. §. 1. *Quum* vero hi *bellis finitimis avocarentur, neque eſſet, qui in civitate jus reddere poſſet, factum eſt, ut prætor crearetur, qui...... jus redderet.* Pompon. de orig. jur. §. 27. Ab hoc magiſtratu jus dicente hoc vocabulum tranſiit ad ſummum, quem diximus, exercitus ducem.

6. Contubernio alicujus militare quis dicitur, qui ejuſdem eſt militiæ cum illo, & in ejus tabernaculo & comitatu degit. Salluſt. Bell. Jugurth. c. 64. *Is eo tempore patris contubernio ibidem militabat.* Hinc ejus *contubernalis* dicebatur. Cic. pro Cœl. c. 30. *Profectus eſt in Africam Q. Pompejo contubernalis.* Noſt. 42. 1. *Veſp.* 4. 7. Poſt prætextam puerilem depoſitam, honeſtiores, imo ſenatorum filii prætores rei militaris percipiendæ, & provinciæ cognoſcendæ gratia in provinciam ſequebantur. Sub oculis enim ducis caſtius & modeſtius agebat juventus. Cic. pro Planc. c. 11. *Hic adoleſcentulus cum A. Torquato profectus in Africam ſic ab illo ſanctiſſimo viro dilectus eſt, ut & contubernii neceſſitudo, & adoleſcentuli modeſtiſſimi pudor poſtulavit.*

7. Bithynia regio eſt Aſiæ ad Euxinum mare contra Thraciam ſita. Xenophonti *Thracia Aſiatica* dicitur. Schol. Apollonii 1. 1110. Βιθυνοὶ δὲ Θρᾶκες κατὰ τὸ δεξιὸν μέρος. Deſcribunt *Strab.* xii. *p.* 387. *Plin.* v. 32. *Mel.* 1. 19. *Herod.* vii. 466. *Scyl. Car. p.* 111. 82. *Stephanus.*

8. Desedit i. otioſus fuit, commoratus fuit. Plaut. Pſeud. iv. 4. 7.

Quid tu intus quæſo deſediſti?

Phæd. ii. 5. 21.

Ruinam metuens aquila ramis deſidet.

Sedere enim Græcis & Latinis eſt otioſum eſſe, ut exemplis pluribus docent literatorum phœnix *J. G. Grævius Lect. Heſiod. c.* 12. & *Torrent. ad Jul. c.* 4. Noſt. *infr.* 4. 5. Διατρίψας Plutarchus.

9. Nicomedes fuit *rex Bithyniæ*. Aſcon. ad Cicer. p. 88. Plutarch. Cæſ. p. 707. F. ἐξέπλευσε εἰς Βιθυνίαν πρὸς Νικομήδην τὸν βασιλέα. Illo nomine plores venerunt Bithyniæ Reges. Strab. xii. p. 388. Ἐν ᾧ ἡ Νικομήδεια ἔκτισται, ἐπώνυμος ἑνὸς τῶν Βιθυνῶν βασιλέων τῦ κτίσαντος αὐτήν: πολλοὶ δ' ὁμωνύμως ὠνομάσθησαν, καθάπερ Πτολεμαῖοι διὰ τὴν τῦ πρώτυ δόξαν. *In quo Nicomedea ſita eſt, nomen habens a conditore ſuo, aliquo Bithyniæ rege: multi autem eodem ſunt uſi nomine, ut & Ptolemæi ob gloriam principis.*

10. Rumor quid ſit, dixi ad *Curt.* vi. 2. 15. §. 62.

11. Prostratæ, ut Juſtin. xii. 7. 11. *Cleoſis regina propter proſtratam pudicitiam ſcortum regium appellata eſt.* Noſt. Tib. 35. 1. Cal. 24. 8. Proprie eſt humi ſternere. Ter. Adelph. iii. 2. 21.

Cæteros ruerem ..... proſternerem.

Noſt. Cal. 32. 7. Veſp. 5. 7.

12. Pudicus eſt, qui alterius libidinem nulla corporis ſui parte excepit. Catull. 15. 5.

Conſerves puerum mihi pudice.

Plerumque de illo, qui muliebria non eſt paſſus. Noſt. 49. 1. *Ner.* 29. 1. *Cal.* 36. 1. *Aug.* 34. 1: 68. 4. Virgo *pudica*, cujus virginitatem nemo delibavit. Plaut. Curc. 1. 1. 51.

Tam a me pudica eſt, quam ſi ſoror mea ſiet.

Noſt. Tib. 2. 9.

13. Rursus repetita, pleonaſmus eſt, quo gaudent ſæpius ſcriptores. Alfen. Digeſt. xxxix. 2. 43. §. 2. *Idem conſulebat poſſetne, quod ob eam rem dediſſent, rurſus repetere.* Sic *rurſus redire* Ter. Adelph. 1. 1. 46. Flor. 1. 3. 9: ii. 14. Vitruv. x. 13. Noſt. Cal. 24. 6. *rurſus recipere* Juſtin. v. 4. 12. xlii. 3. 9. *rurſus revocare* Curt. vi. 11. 19. *rurſus recedere* vii. 6. 2. *rurſus revolvi* vii. 7. 8. Noſt. 17. 1. Claud. 24. 8. Aug. 31. 2: 69. 2. Ner. 24. 6.

14. Causam i. prætextum. Nep. 2. 6. 2. *Lacedæmonii cauſam idoneam nacti.* Noſt. Oth. 3. 5. Inde *cauſam interponere* Nep. 2. 7. 1. quid prætexere, quod *cauſari* noſt. Cal. 23. 8: 44. 2. Dicitur autem *cauſa* ὁμωνύμως, quia nihil minus eſt quam *cauſa*. Unde *cauſa* prætextum opponit Polybius Jul. infr. 30. 2. §. 7. *Cauſam exigendæ pecuniæ* prætextum eſſe honeſtum eorum, qui voluptatis cauſa ad infamia vel ſuſpecta loca peregrinationes inſtituunt, ad hunc locum docuit *Caſaubonus*.

15. Liber-

deberetur cuidam libertino clienti [15] ſuo. Reliqua militia [16] ſecundiore fama 2
fuit [17]: & a Thermo in expugnatione Mitylenarum [18], corona civica [19] donatus eſt.

15. LIBERTINUS CLIENS dicebatur, ut monet Caſaubonus, qui præter patronum, cujus correlatum eſt *libertus*, & alium habuit, in cujus eſſet clientela. Cicer. ad Attic. I. 11. *Libertum ego habeo, ſane nequam hominem, Hilarum dico ratiocinatorem & clientem tuum.*

16. MILITIA i. *militiæ* tempore.

17. SECUNDIORE FAMA FUIT i. meliorem *famam*, exiſtimationem habuit, tanta infamia non laboravit. *Noſt. Claud.* 7. 1. *Aug.* 3. 5.

18. MITYLENE *oppidum in inſula Lesbo ædificatum magnificenter & eleganter.* Vitruv. I. 6. κεῖται μεταξὺ Μηθύμνης καὶ τῆς Μαλίας ἡ μεγίστη πόλις, διέχουσα τῆς Μαλίας ἑβδομήκοντα σταδίοις: *ſita eſt inter Methymnam & Maliam urbium maxima, diſtans a Malia ſeptuaginta ſtadiis.* Strab. XIII. p. 424. Illam *condiderunt Æolii Græcia profecti.* Paterc. I. 4. *Poſt Volaterras, ſola poſt victum Mithridatem arma retinebat, & expugnata eſt & diruta.* Liv. Epit. 89. Deſcribit Cicer. Agrar. II. 16. *Quid Mitylenæ? quæ certe veſtræ, Quirites, belli lege, ac victoriæ jure factæ ſunt: urbs & natura, & ſitu, & deſcriptione ædificiorum, & pulcritudine imprimis nobilis, agri jucundi & fertilis.* V. quoque *Plin.* V. 31. *Mel.* II. 7. *Diod.* V. 82. *Long. Paſt.* I. p. 2.

19. CORONA CIVICA, *militum virtutis inſigne clariſſimum.* Plin. XVI. 4. *appellatur, quam civis civi, a quo ſervatus eſt in prælio, teſtem vitæ, ſalutiſque perceptæ dat, dari ſolita, quum is, qui civem ſervaverat, eodem tempore etiam hoſtem occiderat, neque locum in ea pugna reliquerat.* Gell. V. 6. Τοῦτον γὰρ ὁ νόμος τῷ πολίτην ὑπερασπίσαντι τὸν στέφανον ἀποδίδωσιν. *Hæc enim ei, qui ſervavit civem, de more corona datur.* Plutarch. Coriol. p. 214. E. Fiebat ex quercu. V. infr. *Cal.* 19. 4. Plurima de hac *corona* collegit *Paſchal. de Coron.* VII. 8. 9. 10.

CAPUT III.

ARG. *In Cilicia meret, & Romam Sylla defuncto propere redit Cajus Julius Cæſar.*

Meruit [1] & ſub Servilio [2] Iſaurico [3] in Cilicia [4], ſed brevi tempore [5]. Nam 1. 2
Syllæ [6] morte comperta, ſimul ſpe novæ diſſenſionis [7], quæ per M. Lepidum [8] move-

MERUIT i. militavit. Liv. XXI. 14. *Triennio ſub Aſdrubale Imperatore meruit.* Accuſativum *ſtipendia* addit Cic. Mur. 5. *Meruiſſe ſtipendia in eo bello.*

2. SUB SERVILIO i. Servilio duce. Ita & Cic. Mur. c. 5. *Patre imperatore libentiſſime meruiſſe.* Noſt. Veſp. 2. 1.

3. ἼΣΑΥΡΑ, ut quidem ad Marcellinum legit *Valeſ.* p. 38, οὐδετέρως πόλις Ἰσαυρίας. Ἡ δὲ Ἰσαυρία μεταξὺ Λυκαονίας καὶ Κιλικίας πρὸς τῷ Ταύρῳ. *Iſaura in neutro genere urbs Iſauriæ eſt. Eſt autem Iſauria Lycaoniam inter & Ciliciam Tauro monti acclinis. Stephanus.* Λῃστῶν κατοικία. Παρέσχον δὲ καὶ Ῥωμαίοις πράγματα, καὶ τῷ Ἰσαυρικῷ προσαγορευθέντι Ποπλίῳ Σερουιλίῳ, ὃν ἡμεῖς εἴδομεν. Ὃς δὲ ταῦτα ὑπέταξε Ῥωμαίοις. *Prædonum domicilium. Exhibuerunt hi Romanis negotium, & P. Servilio, qui cognomen Iſaurici inde retulit, a nobis viſus. Is & Iſauriam Romanis ſubegit. Strab.* XII. p. 391. Captarum enim urbium nomina ſibi induebant duces Romani. Valerius Meſſalla a capta urbe Meſſana Siciliæ nobiliſſima. *Macrob. Sat.* I. 6. C. Marcius a capta Latii urbe Coriolis Coriolanus. *Liv.* II. 33. Publius Servilius noſter *Iſauricus* ab hac urbe capta. *Flor.* III. 6. *Valer. Max.* VIII. 5. 6. *Oroſ.* V. 23. *Eutrop.* VI. 3. *Ovid. Faſt.* I. 593–596. *Claud. Eutrop.* I. 217.

4. CILICIA *Syriæ eſt proxima* Plin. V. 27. adjacet Pyramo amni. Apollod. III. 1. Κίλιξ Φοινίκης πλησίον, καὶ πᾶσαν τὴν ὑφ' ἑαυτοῦ κειμένην χώραν ποταμῷ σύνεγγυς Πυράμῳ Κιλικίαν ἐκάλεσε. *Cilix Phœniciæ finitima loca invaſit, atque omnem Pyramo amni adjacentem regionem de ſe Ciliciam nominavit.* Eam deſcribunt *Strab.* XIV. p. 459. *Plin.* V. 27. *Mel.* I. 13.

5. BREVI TEMPORE. Annum fortaſſe, ac ne eum quidem, ut videtur *Caſaubono*, plenum. Nam quo anno P. Servilius in provinciam abiit, eodem & Sylla periit, & Lepidus res novas moliri cœpit, & Cæſar propere in Urbem rediit. Is fuit a. U. C. 675, quo Coſſ. fuerunt M. Lepidus, Q. Catulus.

6. SYLLÆ mortem in Sylla Plutarchus p. 474. E. deſcribit, Τὴν νόσον ἀπ' αἰτίας ἐλαφρᾶς ἀρξαμένην ἐξέθρεψε, καὶ πολὺν χρόνον ἠγνόει περὶ τὰ σπλάγχνα γεγονὼς ἔμπυος. Ὑφ' ἧς καὶ τὴν σάρκα διαφθαρεῖσαν εἰς φθεῖρας μετέβαλε πᾶσαν, ὥστε πολλῶν δι' ἡμέρας ἅμα καὶ νυκτὸς ἀφαιρούντων, μηδὲν εἶναι μέρος τοῦ ἐπιγινομένου τὸ ἀποκρινόμενον, ἀλλὰ πᾶσαν ἐσθῆτα, καὶ λουτρὸν, καὶ ἀπόνιμμα, καὶ σιτίον ἀναπίμπλασθαι τοῦ ῥεύματος ἐκείνου καὶ τῆς φθορᾶς: τοσοῦτον ἐξήνθει. *Morbum aluit ex levi ortum occaſione, & perdiu exulcerata viſcera ſua ignoravit. Hinc putrefactum corpus & in pediculos totum verſum, ut quum multi interdiu & noctu tollerent eos, nulla parte potuerit tamen, quod rejiciebatur, æquare illud quod ſuccedebat, verum omnes veſtes, balneum, pollubrum, cibus illo repleretur fluxu & tabe: adeo ſuppullulabat.* Q. Seren. VI. 7. 8.

Sylla quoque infelix tali languore pereſus
Corruit, & fœdo ſe vidit ab agmine vinci.

Obiit ἑξήκοντα ἔτη βιώσας, *quum exegiſſet annum ſexage-*

movebatur, Romam propere rediit [9]; & Lepidi quidem ſocietate [10], quanquam magnis conditionibus [11] invitaretur, abſtinuit: cum ingenio ejus diffiſus [12], tum occaſioni [13], quam minorem opinione offenderat [14].

xageſimum. Appian. B. C. I. p. 416.

7. DISSENSIONIS i. belli civilis, ut Ner. 3. I. Cæſari vero *compoſitis rebus nulla ſpes, omne in turbido conſilium*, quod de Othone *Tacit. Hiſt.* I. 21. I.

8. M. ÆMILIUS LEPIDUS conſul Sylla mortuo legem promulgavit, qua Syllæ acta reſcindere parabat. Illi ſeſe oppoſuit Q. Catulus ejus collega. Lepidus hoſtis a ſenatu judicatus, incruenta fuga Etruriam, inde Sardiniam receſſit, ibique interiit. *Flor.* III. 23. *Eutrop.* VI. 5. *Oroſ.* V. 22. *Liv. Epit.* 90. *Cicer. Catil.* III. *Appian. B. C.* I. *p.* 418. *Plutarch. in Sylla* & *Pompeio.*

9. PROPERE REDIIT, nam *opportuni magnis conatibus tranſitus rerum: nec cunctatione opus, ubi perniicioſior ſit quies, quam temeritas.* Tacit. Hiſt. I. 21. 4.

10. LEPIDI SOCIETATE ABSTINUIT i. cum Lepido arma non junxit. *Arma conſociare* cum Gallis Liv. VIII. 14. & *venire ſociis armis* dicitur, qui cum aliquo ſocietatem belli init, qui illi arma fert auxiliaria. Prop. IV. 2. 26.

Tempore quo ſociis venit Lucomedius armis.

11. CONDITIONIBUS i. promiſſis. Donat. Ter. Andr. I. I. 52. *Conditio eſt pactio, certam legem in ſe continens.*

12. INGENIO DIFFISUS i. dubitans, an tantam rem poſſet exequi. Cicer. pro Mur. c. 30. *Ego diffiſus ingenio meo quæſivi adjumenta doctrinæ.*

13. OCCASIONI i. rei gerendæ præſidio, ut recte *Caſaubonus.*

14. OFFENDERAT i. invenerat. Plaut. Pſeud. I. 2. 30.

Hæc facite, ut offendam parata.

CAPUT IV.

ARG. *Dolabellam repetundarum poſtulat, Apollonium audit, a prædonibus capitur, illosque in poteſtatem redactos ſupplicio afficit, & dubias Aſiæ civitates in fide retinet Cajus Julius Cæſar.*

1 Cæterum compoſita ſeditione civili [1], Cornelium Dolabellam [2] conſularem [3] & triumphalem [4] virum, repetundarum [5] poſtulavit [6]: abſolutoque [7] Rhodum

SEDITIONE CIVILI a Lepido adverſus Catulum mota V. illam *ſupr.* c. 3. n. 2. §. 8.

2. DOLABELLA, inquit Aſcon. in Cicer. pro Scauro p. 176. *eodem tempore duo fuerunt & prænomine, & nomine & cognomine. Horum alterum M. Scaurus accuſavit & damnavit, alterum Cæſar accuſavit, nec damnavit. Dolabella*, an *Dolobella* ſcribendum diſputant *Caſaubonus*, *a Cruce Lamp. Crit.* I. *p.* 689. *Rhodig. Antiq. Lect.* XIX. 2.

3. CONSULARES ſunt, qui conſules fuerunt. Cicer. Fam. XII. 4. *Egregios conſules habemus, ſed turpiſſimos conſulares.* Dolabella *Conſularis* etiam vocatur Cicer. infr. §. 7. ad differentiam alterius, quem *Scaurus accuſavit & damnavit* §. 2. qui Prætor fuit, & ex prætura præfuit Ciliciæ. V. *Cicer. Verr.* I. 16. Conſul fuit anno ab U. C. 672. cum M. Tullio Decula. Appian. B. C. I. p. 412. V. & *Pigh. Ann.* III. *p.* 259. *Perizon. Animadv. Hiſtor. c.* 2.

4. TRIUMPHALIS. Macedoniam enim habuit provinciam, atque ex ea *triumphavit.* Cicer. Piſ. 19.

5. REPETUNDARUM n. pecuniarum, ut plenius Cicer. pro Cluent. c. 53. *Clames, te lege repetundarum pecuniarum non teneri.* Dicebatur hoc & ſexto caſu. Cicer. Fam. VIII. 8. *Quod Pilius de repetundis eum poſtulavit.* Sociis & provincialibus legibus conceſſum erat, Romæ judicio *repetere*, & domum referre, ſi Magiſtratus contra leges ab illis quid exegiſſent. Plutarch. Cæſ. p. 708. E. Δολοβέλλαν ἔκρινε κακώσεως ἐπαρχίας. *Dolabellam poſtulavit repetundarum.* In hoc crimen primus legem tulit L. Calpurnius Piſo Frugi. Cicer. in Bruto. c. 27. Verr. III. 84. *L. Piſo tribunus plebis legem primus de pecuniis repetundis tulit Cenſorino & Manilio Coſſ.* Fuerunt hi Conſules anno ab U. C. 604. de Off. II. 21. *Nondum centum & decem ſunt anni, cum de pecuniis repetundis a L. Piſone lata eſt lex, nulla antea cum fuiſſet.* Hunc vero librum ſcripſiſſe Ciceronem anno ab U. C. 709. tradit Pigh. Ann. II. p. 227. & hæc ipſa legis verba adfert: *Utei. quibus. in. provinciis. magiſtratus. populi. Romani. eorumve. comites. contra. leges. pecunias. cepiſſent. quidve. commiſiſſent. earum. injuriarum. ergo. Romæ. quiritari. judicioque. quæſito. ſua. repetere. provinciales. poſſent.*

6. POSTULAVIT i. in judicio accuſavit. Cicer. Fam. VIII. 12. *Vix hoc erat prælocutus, cum ego Appium Cenſorem eadem lege poſtulavi.* Noſt. 23. 2. *Aug.* 56. 12. *Ner.* 7. 8. *Nobiliſſimam* hanc *accuſationem* vocat Paterc. II. 43. §. 3. & poſt illam *principibus patronis annumeratum* fuiſſe Julium dicit noſt. 55. 1. *Poſtulavit* illum vero more adoleſcentium iſtius ætatis, qui foro ſe præparabant. Cicer. pro Cœl. c. 30. *Voluit vetere inſtituto eorum adoleſcentium exemplo, qui poſt in civitate ſummi viri & clariſſimi cives extiterunt, induſtriam ſuam a P. R. ex aliqua illuſtri accuſatione cognoſci.* Apul. Apol. II. initio: *Neque gloriæ cauſa me accuſat, ut M. Antonius Cn. Carbonem, C. Marius A.* Albu-

Digitized by Google

dum [8] ſecedere ſtatuit: & ad declinandam invidiam, & ut per otium ac requiem Apollonio [9] Molonis [10], clariſſimo tunc dicendi magiſtro, operam daret [11]. Huc 2
dum hybernis jam menſibus trajicit, circa Pharmacuſam [12] inſulam a prædonibus captus eſt: manſitque apud eos, non ſine ſumma indignatione [13], prope quadraginta dies [14], cum uno medico [15] & cubiculariis [16] duobus. Nam comites, ſer- 3
voſque

'Albutium, P. Sulpitius C. Norbanum, C. Furius M. Aquilium, C. Curio Q. Metellum. Quippe homines eruditiſſimi, juvenes, laudis gratia primum hoc rudimentum forenſis operæ ſubibant, ut aliquo inſigni judicio civibus ſuis noſcerentur. V. & Caſaub. in Apul. Apol. p. 168. Pollet. For. Rom. II. 6. Quo ætatis anno hæc tyrocinia inſtituerint adoleſcentes, docet auctor de corr. eloq. cauſ. 34. 8. Nono decimo ætatis anno L. Craſſus C. Carbonem, uno & vigeſimo Cæſar Dolabellam, altero & vigeſimo Aſinius Pollio C. Catonem, non multo ætate antecedens Calvus Vatinium iis orationibus inſecuti ſunt, quas hodieque cum admiratione legimus. Julium tamen hanc cauſam egiſſe non 21. ſed 23. ætatis anno contendunt ad hunc locum Caſaubonus & Pigh. Ann. III. p. 286.

7. Absoluto, ut docet Paterc. II. 43. 3. majore civitatis favore quam reis præſtari ſolet patronis C. Cotta & Q. Hortenſio. Val. Max. VIII. 9. 3. Dicendo in accuſatione Cn. Dolabellæ, quem reum egit, extorqueri ſibi cauſam optimam C. Cottæ patrocinio. Cicer. Brut. c. 92. Videram in iiſdem cauſis, ut ..... pro Cn. Dolabella Conſulari, cum Cotta princeps adhibitus eſſet, priores tamen agere partes Hortenſium.

8. Rhodus inſula eſt, quam inter Icariam & Lyciam locat Ptolem. V. 2. Ejus amœnitas & ſalubritas eſt maxima: ideo inter illas, quæ μακάρων olim dicebantur, recenſetur apud Diodor. V. 55. & hiſce captus eo enavigavit Tiberius apud noſt. II. 2. Illic publicum fuiſſe gymnaſium docet Strab. XIV. p. 449. Ἀναθήματα κεῖται τὰ πλεῖστα ἐν τῷ Διονυσίῳ, καὶ τῷ γυμνασίῳ, Donariorum pleraque in Bacchi ſacrario & gymnaſio repoſita. imo plura uno noſt. Tib. II. 7. Ideoque ſtudiorum cauſa illuc conceſſerunt Cicero, Aur. Vict. de Vir. Illuſtr. 81. 2. Cicer. Brut. 91. Plutarch. infr. §. 10. M. Brutus, Aurel. Vict. ibid. 82. §. 11. Caſſius, Dio XLVII. p. 346. E. Appian. B. C. IV. p. 628. Pompejus, Plutarchus in Pompejo: Tiberius, Dio LV. p. 554. D. Noſt. II. 2: 32. 5. V. & Meurſ. Rhod. I. II.

9. Apollonius cognomine Μαλακός. Strab. IV. p. 451. De Apollonio quoque Meurſ. Rhod. II. 10. in Apollon. Dyſcol. Hiſt. Comm. p. 54. Salmaſ. in Dedic. Stat. Reg. Her. p. 90. Caſaub. h. l. & in Strab. p. 196. F.

10. Molonis n. filio. Ita enim Plutarch. Cæſ. p. 708. D. Ἐξέπλευσεν εἰς Ῥόδον ἐπὶ σχολὴν πρὸς Ἀπολλώνιον τὸν τοῦ Μόλωνος, οὗ καὶ Κικέρων ἠκροᾶτο, σοφιστεύοντος ἐπιφανῶς: navigavit Rhodum ad Apollonium Molonis, quem & Cicero audiverat, qui ſcholam aperuerat inſignem. Porphyrius in Homerum quæſt. 5. Λύει δὲ τὴν ἀπορίαν αὐτὸς, ὡς καὶ Ἀπολλώνιος ὁ τοῦ Μόλωνος ...... Solvit autem dubium ejus, ut & Apollonius Molonis, ſuppl. παῖς. Hunc enim caſum omittere ſolent Græci. Apollod. Bibl. III. §. 3. Θάμυρις, ὁ Φιλάμμωνος καὶ Ἀργιόπης νύμφης, Thamyris, Philammonis & Argiopes nymphæ filius. Athen. X. p. 416. A. Ἐρυσίχθονα φησὶ τὸν Μυρμιδόνος. Eryſichthona tradit filium Myrmidonis. Arrianus. V. illum apud Curt. III. II. 18. §. 72. & Græcorum ad imitationem Latini. Cicer. Fam. IX. 10. Oblituſne es ingentium culinarum cum Sophia Septimiæ? Noſt. infr. 50. I. Hunc Græciſmum notant quoque Pius Annot. prior. c. 8. Barth. Adv. XXXVI. 19. Vechn. Hellen. I. 2. 3. §. 3.

11. Operam daret Apollonio i. Apollonium audiret. Cicer. Acad. Quæſt. IV. 6. Clitomacho Philo operam multos annos dedit.

12. ΦΑΡΜΑΚΟΥ͂ΣΣΑ ἐστὶ νῆσος ὑπὲρ Μιλήτου, Stephanus.

13. Indignatione i. contemtu. Qui hos prædones contemſerit Cæſar, docet Plutarch. Cæſ. p. 708. B. Apophth. p. 205. E. Οὕτω καταφρονητικῶς εἶχεν, ὥστε πέμπων ὁσάκις ἀναπαύοιτο προσέταττεν αὐτοῖς σιωπᾶν. Ὥσπερ οὐ φρουρούμενος, ἀλλὰ δορυφορούμενος ὑπ' αὐτῶν, ἐπὶ πολλῆς ἀδείας συνέπαιζε καὶ συνεγυμνάζετο. Καὶ ποιήματα γράφων καὶ λόγους τινὰς, ἀκροαταῖς ἐκείνοις ἐχρῆτο: καὶ τοὺς μὴ θαυμάζοντας, ἄντικρυς ἀπαιδεύτους καὶ βαρβάρους ἀπεκάλει: καὶ σὺν γέλωτι πολλάκις ἠπείλησε κρεμᾶν αὐτούς: adeo eos deſpexit, ut, quoties quieſcebat, miſſo aliquo indiceret illis ſilentium. Quaſi non cuſtodiretur, ſed ſtiparetur ab illis, una ludebat & ſe exercebat. Jam carmina & orationes ſcribebat, eaque in circulo eorum pronunciabat: ſi qui non admirarentur ea, hos palam inertes appellabat, & barbaros: frequenter per jocum ſuſpenſurum eos ſe minabatur.

14. Prope quadraginta dies, duodequadraginta dicit Plutarchus.

15. Cum uno medico .... Tres enim tantummodo ſervos habuiſſe Cæſarem ſcribit Cotta ſub Cæſare militum ductor auctore Athen. VI. p. 273. B. Ἰούλιος Καῖσαρ τρεῖς οἰκέτας τοὺς πάντας συνεπήγετο, ὡς Κόττας ἱστορεῖ, ὁ τότε ὑποστρατηγῶν αὐτῷ. Medicorum plerique ſervilis fuerunt conditionis, ut docebo infr. Aug. 59. I. §. I. attamen magnatibus Romanis familiares. Senec. de Ben. VI. 16. Quid ergo? quare & medico & præceptori plus quiddam debeo, nec adverſus illos mercede defungor? Quia ex medico ac præceptore in amicum tranſeunt, & nos non arte, quam vendunt, obligant, ſed benigna & familiari voluntate. Hunc Plutarchus φίλον vocat Cæſaris. Recte. Quia forte, quod obſervavit Borremans. V. L. c. 15. fuerit domino maxime carus, vel potius libertus, quem dominus propter artis peritiam arctiſſima eſt amplexus amicitia. Qua de re medici & amici dicun-

B tur

Digitized by Google

voſque cæteros initio ſtatim ad expediendas [17] pecunias, quibus redimeretur, di-
4 miſerat [18]. Numeratis deinde quinquaginta talentis [19], expoſitus in littore, non diſtulit quin è veſtigio claſſe deducta [20] perſequeretur abeuntes [21]: ac redactos in poteſtatem [22], ſupplicio [23], quod illis ſæpe minatus inter jocum [24] fuerat, affice-
5 ret. Vaſtante regiones proximas Mithridate [25], ne deſidere in diſcrimine ſociorum [26] videretur, ab Rhodo, quo pertenderat, tranſiit in Aſiam: auxiliiſque contractis, & præfecto regis provincia expulſo, nutantes [27] ac dubias civitates retinuit in fide [28].

tur procerum. Tacit. Ann. IV. 3. 6. *Sumitur in conſcientiam Eudemus amicus ac medicus Liviæ, ſpecie artis frequens ſecretis.*

16. CUBICULARIUS eſt ſervus, qui *cubiculum* domini obſervat, & dominum tuetur. Alfen. Digeſt. 1. 16. 203. hunc numerat inter eos, *qui ad patrisfamilias corpus tuendum præpoſiti deſtinatique eſſent.* Unde Quintil. Decl. 128. *An vero parum juſtas ſæviendi cauſas habebam adverſus cubicularium? dominum ſuum non defenderat, non ſervaverat, neſciebat quis dominum ſuum occidiſſet.* V. *Pignor. de ſerv.* p. 479. *Popm. de oper. ſerv.* p. 33.

17. EXPEDIENDAS i. comparandas, χρημάτων πορισμὸν dicit *Plutarchus. Expedire* dicitur, *qui pedem retentum liberat.* Donat. Hecyr. V. 1. 28.

18. DIMISERAT ἄλλον εἰς ἄλλην πόλιν, ut addit *Plutarchus.* Recte. *Publica* enim *civitatum pecunia redemtum* fuiſſe dicit *Paterc.* II. 42. 2. Ita P. Clodium captum ad expedienda lytra ad Ptolemæum Cypri regem miſiſſe ex Strabone & Dione docet *Caſaubonus.*

19. QUINQUAGINTA TALENTIS ſe *redemiſſe* Cæſarem tradit quoque Val. Max. VI. 9. 15. Illa, ſi recte calculum ponimus, nobis efficiunt 30000 Philippeos. Plutarchus: Πρῶτον αἰτηθεὶς ὑπ' αὐτῶν λύτρα εἴκοσι τάλαντα κατεγέλασεν ὡς οὐκ εἰδότων ὃν ᾑρήκοιεν· αὐτὸς δ' ὡμολόγησεν πεντήκοντα δώσειν. *Hos primum poſtulantes redemtionis pretium viginti talenta deriſit quaſi ignaros quem tenerent: ipſe quinquaginta daturum ſe pollicitus eſt.* V. *Bud. de Aſſ.* II. *p.* 211.

20. DEDUCTA i. ex littore in mare ad navigandum ducta. Veteres, ut monet Veget. IV. 39. *ex die tertio iduum Novembris uſque in diem ſextum Iduum Martiarum mare claudebant.* Quo tempore *mare* dicebatur *clauſum.* Cicer. Fr. II. 5. *Atque adhuc clauſum mare ſcio fuiſſe.* Caſſiod. Var. XII. 24. *Nam cum ventis ſævientibus mare fuerit clauſum, via vobis panditur per amœniſſima fluviorum.* & naves non in aqua, ſed in terra ſtabant pellibus & centonibus contra aeris intemperiem tectæ; vere vero appropinquante palangis i. *fuſtibus teretibus*, ut *N. n.* II. 725. explicat, ad pelagus attrahebantur. Horat. Od. I. 4. 2.

Trahuntque ſiccas machinæ carinas.

Hoc erat *claſſem deducere.* Non. II. 663.

Mihique claſſem imperant Theſſalam,
Noſtramque in altum ut properiter deducerem.

Deduxit vero ſuam Cæſar ἐκ τοῦ Μιλησίων λιμένος. Plutarchus. *Mileſii enim habent præſidiariam claſſem ex fœdere præbendam populo Romano maritimis neceſſitatibus.* Aſcon. in Cicer. p. 93.

21. ABEUNTES, ἔτι πρὸς τῇ νήσῳ (Μιλησίων) ναυλοχοῦντας. *Plutarchus.*

22. REDACTOS IN POTESTATEM pleroſque, ἐκράτησε τῶν πλείστων. Plutarchus. Nam *partem claſſis fugavit, partem merſit, aliquot naves multoſque mortales cepit.* Paterc. II. 42. 2.

23. SUPPLICIO. V. illud infr. 74. n. 1. 2.

24. MINATUS INTER JOCUM. Celſ. de vit. Cæſ. p. 2. *Cumque illi eum ex convictu familiaritate orta percunctarentur; quid eis, ſi in ſua poteſtate eſſent, faceret, reſpondebat jocanti ſimilis ſe illos crucibus affixurum, idque ita fore jurejurando tacito confirmabat.*

25. MITHRIDATES cognomine *Eupator*, filius Mithridatis Euergetæ, Rex Ponti. Strab. X. p. 329. Δυοῖν δ' ὄντων υἱῶν τοῦ Εὐεργέτου, διεδέξατο τὴν βασιλείαν Μιθριδάτης ὁ προσαγορευθεὶς Εὐπάτωρ, ἕνδεκα ἔτη γεγονώς. *De duobus autem Euergetæ filiis, Mithridates cognomento Eupator in regnum ſucceſſit, annos natus undecim.* Appian. Bell. Mithr. p. 250. Ὁ μὲν δὴ Εὐπάτωρ καὶ Διόνυσος ἐπικληθεὶς Μιθριδάτης ὧδε ἐτελεύτα. *Hic fuit exitus Mithridatis qui cognominabatur Eupator & Dionyſius.* Hujus cum Romanis bellum *annos* 40. Flor. III. 5. 1. Eutrop. VI. 10. 42. Appian. p. 170. 46. Juſtin. XXXVII. 1. 7. duraſſe dicunt: quamvis *qualiter vel 40 anni a pleriſque dicti ſint, nomen facile diſcernatur, & 30 tantum inveniantur.* Oroſ. V. 19: VI. 1.

26. DISCRIMINE SOCIORUM non fuit impulſus, ſed ambitione, & gloriæ cupiditate Julius. Et hac de cauſa proconſul Junius, qui Aſiam tum obtinebat, toties & tanto opere illi reſtitit. Paterc. II. 42. 1. *Longum eſt narrare, quid & quoties auſus ſit, quanto opere conata ejus qui obtinebat Aſiam magiſtratus P. R. metu ſuo deſtituerit.*

27. NUTANTES i. defectionem meditantes, ad defectionem inclinantes. Tacit. Hiſt. III. 18. 4. *Nutantem aciem victor equitatus incurſat.* Arbor *nutat*, quæ verticem huc illic flectit. Ennius:

Capitibus nutantes pinos.

Et capite *nutamus.* Plaut. Mil. Glor. IV. 1. 30. noſt. *Cal.* 38. 11. Et inde *nutans reſpublica* noſtr. *Veſp.* 8. 2.

28. FIDE i. obſequio. Flor. I. 3. 6. *Nec diu in fide Albanus.*

CAPUT

CAPUT V.

ARG. *Tribunitiam poteſtatem reſtituit, Cinnæ uxoris fratri aliiſque reditum in civitatem conficit Cajus Julius Cæſar.*

Tribunatu militum, qui primus [1] Romam reverſo per ſuffragia populi [2] honor obtigit, auctores reſtituendæ tribunitiæ poteſtatis [3], cujus vim Sylla diminuerat [4], enixiſſime juvit. Lucio etiam Cinnæ [5], uxoris fratri, & qui cum eo civili diſcordia [6] Lepidum ſecuti, poſt necem [7] Conſulis ad Sertorium [8] confugerant,

1. PRIMUS gradus ad ordinem ſenatorium erat militia. Senec. Epiſt. 47. *Mariana clade quam multos ſplendidiſſime natos ſenatorium per militiam auſpicantes gradum fortuna depreſſit?* Epictet. Diſſert. III. 26. *Si militavero, inquit, liberabor malis omnibus. Militat igitur, fert ea quæ ſervus aliquis verbero: ac nihilo ſecius alteram tertiamque militiam poſtulat. Deinde cum ipſum coloſſorem impoſuerit, & factus fuerit ordinis ſenatorii, tunc incipit ſervus eſſe: cum in curiam ingreditur, pulcerrimam ſervitutem ſervit.* Noſt. *Aug.* 38. 2.

2. PER SUFFRAGIA POPULI qui creabantur tribuni militum, *Comitiati* dicebantur, ut *Rufuli*, qui ab imperatore. Aſcon. in Cicer. p. 56. *Tribunorum militarium duo ſunt genera. Primum eorum, qui Rufuli dicuntur: hi in exercitu creari ſolent. Alii ſunt Comitiati, qui Romæ comitiis deſignantur.* Populus in hunc honorem jus ſibi ſumſit circa annum Urbis 393. Liv. VII. 5. *Cum eo anno primum placuiſſet tribunos militum ad legiones ſuffragio ferri, nam & antea ſicut nunc, quos Rufulos vocant, imperatores ipſi faciebant.* De his plura qui voluerit, evolvat *Laz. Comm. R. R.* IV. 10. *Sigon. de jur. prov.* II. 2. *Lipſ. de mil. Rom.* II. 9. *Gruch. de Comit.* II. 2. Honor hic Cæſari obtigit C. Popilio repulſam ferente. Plutarchus: Τῦ ἢ δήμου μὲν ἀπόδειξιν τῆς πρὸς αὐτὸν εὐνοίας ἔλαβεν· ὅτι πρὸς Γάϊον Πόπλιον ἐρίσας ὑπὲρ χιλιαρχίας πρότερος ἀνηγορεύθη. *Favoris erga ſe populi cepit documentum, quum tribunus militum competitore C. Popilio prior eſt renuntiatus.*

3. AUCTORUM *reſtituendæ tribunitiæ poteſtatis* fuit Pompejus conſul præcipuus anno ab U. C. 683. ubi V. *Pighium.* Paterc. II. 30. 4. *Hoc conſulatu Pompejus tribunitiam poteſtatem reſtituit, cujus Sylla imaginem ſine re reliquerat.* Appian. B. C. II. p. 445. Ὅτι δὴ καὶ μάλιστα τῷ Πομπηΐῳ μετεμέλλοντο τὴν δημαρχίαν ἀναγαγόντι αὖθις ἐπὶ τὸ ἀρχαῖον. *Tum vero maxime Pompejum reſtituit, quod tribunitiam poteſtatem reſtituiſſet in integrum.*

4. TRIBUNITIÆ POTESTATIS VIM SYLLA DIMINUIT, quia *ſua lege injuriæ faciendæ poteſtatem tribunis ademit, auxilii ferendi reliquit.* Cicer. de L. L. III. 9. Unde Cæſ. B. C. I. 7. 3. *Syllam, nudata omnibus rebus tribunitia poteſtate, interceſſionem liberam reliquiſſe*, cum dixiſſet, dicit 5. I. *interceſſionem eſſe jus extremum quod tribunis L. Sylla reliquerat.* Et Appian. B. C. I. p. 413. Τὴν ἢ τῶν δημάρχων ἀρχὴν ἴσα καὶ ἀνεῖλεν, ἀσθενεστάτην ἀποφήνας, καὶ νόμῳ κωλύσας μηδεμίαν ἄλλην τὸν δήμαρχον ἀρχὴν ἔτι ἄρχειν. Διὸ καὶ πάντες ὅσοι δόξης, ἢ γένους ἀντιποιούμενοι τὴν ἀρχὴν ἐς τὸ μέλλον ἐξετρέποντο. *Tribunitiam poteſtatem adeo debilitavit, ut fere ad nihilum redegerit, cum ex lege prohiberet tribunum ullam aliam poteſtatem habere. Ita factum eſt, ut nemo nobilis honoriſque appetens illum honorem non vitaret.*

5. L. CINNÆ unius gratia hoc omne negotium ſuſcepit Cæſar *neceſſitate* I. jure affinitatis impulſus. Docent hoc ejus quæ ex ſuaſione illa ſuperſunt verba: *Equidem mihi videor pro noſtra neceſſitate non labore, non opera, non induſtria defuiſſe.* Adfert hæc Gell XIII. 3. & ex Gellio *Caſaubonus.*

6. CIVILI DISCORDIA, de qua 3. 2.

7. NECI DATUS *proprie dicitur qui ſine vulnere interfectus eſt, ut veneno & fame.* Feſtus. *Lepidum Pontificem Maximum* ab Auguſto *in confuſione rerum & tumultu interemptum eſſe,* ſi ſcripſit, errat, ſive Livius, ſive Florus Ep. 117. Interiit enim *in Sardinia pœnitentia & morbo.* Flor. III. 23. 7. νόσῳ τηκεδόνι χρώμενος ἀπέθανε, *tabe periit.* Appian. B. C. I. p. 418. Morbi cauſa fuit μοιχεία τῆς γυναικὸς *Plutarch. in Pompejo. Plin.* VII. 36. & 53. Recte. Nam & *nex* de morte naturali interdum. Juſtin. XLII. I. I. *Poſt necem Mithridatis,* quem *adverſa valetudine correptum* dixerat XLI. 6. 9. Senec. Conſol. ad Marc. c. 12. *Agunt opus ſuum fata: nobis ſenſum noſtræ necis auferunt.* Minus itaque recte erroris Suetonium inſimulare videtur *Caſaubonus.*

8. SERTORIUM. Appian. B. C. I. p. 418. Ὁ στρατὸς αὐτοῦ μικρὰ κατὰ μέρος ἐνοχλήσας διελύθη· τὸ δὲ κράτιστον Περπέννας ἐς Ἰβηρίαν ἤγαγε Σερτωρίῳ. Λοιπὸν δ᾽ ἦν ἔτι τῶν Συλλείων ἔργων τὸ Σερτωρίου, γενόμενον μὲν ὀκταέτες, οὐκ εὐμαρὲς δ᾽ οὐδ᾽ ἅμα Ῥωμαίοις οὐ μὴ πρὸς Ἴβηρας αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ τόδε ἐπ᾽ ἀλλήλους καὶ πρὸς Σερτώριον, ὃς ᾕρητο μὲν Ἰβηρίας ἄρχειν, Κάρβωνι δ᾽ ἐπὶ Σύλλᾳ συμμαχῶν, Σύεσσαν πόλιν ἐν σπονδαῖς καταλαβὼν, καὶ φυγὼν ἐπὶ τὴν στρατηγίαν ᾤχετο. *Exercitus ejus* (Lepidi) *pauliſper aliis atque aliis locis turbis concitatis tandem diſperſus eſt: præcipuam partem Perpennas duxit in Hiſpaniam ad Sertorium. Qui ex adverſariis Syllæ reliquus per octo annos continuavit bellum, difficile Romanis: quod non tam cum Hiſpanis negotium haberent quam cum civibus & ipſo Sertorio Hiſpaniam ſortito, quo tempore Carbonis contra Syllam ſocius, occupata per inducias Sueſſa, prætor profugit in provinciam.*

rant, reditum [9] in civitatem rogatione [10] Plotia [11] confecit, habuitque & ipſe ſuper ea re concionem [12].

9. REDITUM CONFECIT i. ut ab exilio reverti liceret, effecit. Cicer. Fam. IX. 13. *Reditum, ſi me tantum amas, quantum certe amas, hominibus conſice.*

10. ROGATIONE i. lege. Flor. III. 17. 9. *Sic per vim latæ, juſſaque leges: ſed pretium rogationis ſtatim ſocii flagitavere.* Feſto *rogatio eſt, cum populus conſulitur de uno, pluribuſve hominibus, quod non ad omnes pertineat, & de una, pluribuſve rebus, de quibus, non omnibus ſanciatur. Nam quod in omnes homines, reſve populus ſcivit, lex appellatur. Itaque Gallus Ælius ait, inter legem & rogationem hoc intereſt: rogatio eſt genus legis .....* *Rogationis* verba ſollennia erant: VELITISNE, JUBEATISNE QUIRITES HOC VEL ILLUD FIAT? quam exemplis illuſtrat *Briſſ. Form.* II. *p.* 129. Quomodo a lege, plebiſcito, privilegio differat, docet Gell. X. 20. Hanc *privilegium* fuiſſe dicendum putant *Caſaubonus*, in lege Plautia *A. Auguſtinus*, & in Gell. XIII. 3. *Oiſelius.*

11. PLOTIA i. docendo legem *Plotiam* adverſus Lepidianos non eſſe ſcriptam, ſed pro Lepidianis, quanquam ſeditionis cauſa ad Sertorium confugiſſent. *Sigon. de judic.* II. 33. Gellio l. l. *Plautia* dicitur. V. *Veſp.* 22. 5.

12. CONCIONEM i. orationem. Flor. I. I. 16. *Repente, quum concionem haberet, e conſpectu ablatus eſt.* Noſt. *Aug.* 25. 1. *Cal.* 24. 7. Inde *concionari*, orationem habere, ad concionem, ſive populum verba facere. Cicer. Tuſc. Quæſt. V. 20. *Dionyſius cum in communibus ſuggeſtis conſiſtere non auderet, concionari ex turri alta ſolebat.* Noſt. 55. 7: 85. 1. *Aug.* 27. 4: 84. 6. Exempla, qui voluerit, petet a *Borricht. Cogit. de Var. L. L. ætat. p.* 70. 71. Hujus *concionis* reliquias exhibuimus §. 4.

CAPUT VI.

ARG. *Juliam amitam & Corneliam uxorem defunctas laudat, Pompejam uxorem domum ducit & dimittit Cajus Julius Cæſar.*

1 Quæſtor Juliam amitam [1], uxoremque Corneliam [2], defunctas [3] laudavit [4] e more pro [5] roſtris [6]. Et in amitæ quidem laudatione [7], de ejus ac patris ſui utra-

JULIAM AMITAM Marii uxorem. Plutarch. Cæſ. p. 709. C. Ὅτε τῆς Μαρίε γυναικὸς Ἰελίας ἀποθανέσης, ἀδελφιδῆς ὢν αὐτῆς, ἐγκώμιόν τε λαμπρὸν ἐν ἀγορᾷ διῆλθε. *Quum Marii uxorem Juliam defunctam, cujus ex fratre filius erat, eximie laudavit in foro.*

2. CORNELIAM UXOREM. Plutarchus: Τὰς μὲν ἐν ἐπὶ γυναιξὶ πρεσβυτέραις λόγες ἐπιταφίες διεξιέναι πάτριον ἦν Ῥωμαίοις. Νέαις δὲ ἐκ ὂν ἐν ἔθει, πρῶτος εἶπεν Καῖσαρ ἐπὶ τῆς ἑαυτῦ γυναικὸς ἀποθανέσης: καὶ τῦτο ἤνεγκεν αὐτῷ χάριν τινὰ, καὶ συνεδημαγώγησεν τῷ πάθει τὰς πολλὰς, ὡς ἥμερον ἄνδρα καὶ περίμεστον ἤθες ἀγαπᾷν. *Enimvero ætate provectiores mulieres in funere laudari moris patrii apud Romanos fuit. Juniores laudari cum non eſſet receptum, primus Cæſar uxorem ſuam mortuam laudavit: quo facto animos multitudinis ſibi favore obſtrinxit, ut tanquam manſuetum, placidiſſimiſque moribus virum amarent.*

3. DEFUNCTOS abſolute dicimus, qui mortem obierunt, quaſi ærumnis ſeculi liberatos & exemptos ſignificemus. Inde *defunctus* ſubſtantive cadaver Plin. II. 68. *Vel eum ad menſuram avaritiæ ſuæ propagaverit, quam tandem portionem ejus defunctus obtineat?* Noſt. 89. 1. *Aug.* 8. 1. *Tit.* 8. 15. Proprie *defungi* eſt explicari negotio aliquo, aut moleſtia, & ei finem imponere. Ita *defungi periculis.* Virg. Æn. VI. 17. Cicer. Roſc. Amer. c. 8. *ſomnio* Juſtin. I. 5. 5. *morbo* Liv. III. 8. *fatalibus malis* noſtr. Ner. 40. 4. V. & *Budæum Annot. in Pandect. p.* 160.

5. LAUDABANTUR poſt mortem etiam mulieres juſſu legis, de qua Plutarch. de virt. mul. p. 242. E. Ἄριστα δ' ὁ Ῥωμαίων δοκεῖ νόμος ἔχειν, ὅσπερ ἀνδράσι καὶ γυναιξὶ δημοσίᾳ μετὰ τὴν τελευτὴν τὰς πρέποντας, ἀποδιδὲς ἐπαίνες. *Romanorum legem maxime probo, quæ mulieres itidem ut viros publice poſt mortem meritis laudibus affici jubet.* Honoris hujus a ſenatu feminis decreti cauſam indicat Liv. V. 50. *Cum in publico deeſſet aurum, ex quo ſumma pacta mercedis Gallis conficeret, a matronis collatum acceperunt. Matronis gratia acta, honoſque additus, ut earum, ſicut virorum poſt mortem ſollennis laudatio eſſet:* indicat & Plutarch. in Camill. p. 133. B. Inde matrem Popilliam apud Cicer. de Orat. II. 11. Catulus, Juliam Cæſaris filiam Pompeji uxorem apud Dion. XXXIX. p. 120. nonnulli, Druſillam Caji ſororem apud Dion. LIX. p. 648. maritus Lepidus, Liviam Auguſtam apud Tacit. Annal. V. 1. 6. & noſtr. 10. 3. C. Cæſar pronepos, Poppæam Sabinam apud Tacit. Ann. XVI. 6. 4. maritus Nero, aviam Juliam Auguſtus apud noſtrum 8. 1. laudarunt. Videſis *Kirchm. de Fun.* II. 19. *Meurſ. de Fun. c.* 39. *Guther. de jur. man.* I. 25. *Rittersh. in* XII. *tabb. claſſ.* I. *c.* 15. *Faes ad Gyrald. de Sepult. c.* 6.

5. PRO i. in. Tacit. Annal. II. 81. 1. *pro muris ſedi-*

utraque origine ſic refert: *Amitæ meæ Juliæ maternum genus ab regibus ortum, paternum cum diis immortalibus conjunctum eſt. Nam ab Anco Marcio* [8] *ſunt Marcii reges* [9], *quo nomine fuit* [10] *mater* [11]: *a Venere Julii* [12], *cujus gentis* [13] *familia eſt noſtra. Eſt ergo in genere* [14] *& ſanctitas* [15] *regum, qui plurimum inter homines pollent, & ceremonia* [16] *Deorum, quorum ipſi in poteſtate ſunt reges* [17]. In Corneliæ autem locum Pompejam 2
duxit [18], Q. Pompeji filiam [19], L. Syllæ neptem: cum qua deinde divortium fecit [20], adulte-

ſeditionem cœptabat. Ita *pro* roſtris, *pro* tribunali, *pro* concione noſter. Feſtus: *Pro ſignificat in, ut pro roſtris, pro æde, pro tribunali, pro concione.*

6. Rostra Romæ fuit ſuggeſtus in foro ante curiam Hoſtiliam. V. Varron. *infr.* 10. §. 2. Erat, ut illa *Nardin. Vet. Rom.* v. 3. deſcribit, tribunal pulpitumve ad inſtar baſis columnæ, cui ſella impoſita. *Templum* mox a Livio dicetur, non quod magnum aliquod fuerit ædificium, ſed quia antiquis loca ſacra, & augurio capta, *templa* dicebantur. In illo jus dicebatur, leges ferebantur, & conciones ad populum habebantur. Unde fuerint dicta docet Liv. VIII. 14. *Naves Antiatium partim in navalia Romæ ſubductæ, partim incenſæ, roſtriſque earum ſuggeſtum in foro exſtructum adornari placuit: Roſtraque id templum appellatum.*

7. Laudatione i. oratione funebri. V. c. 84. n. 4. §. 21.

8. Anco Marcio quarto Romanorum Rege, de quo Plutarch. Num. p. 74. A. Πάντες δὲ ὡς ὁμολογοῦσι τὴν Πομπιλίαν Μαρκίῳ γαμηθῆναι. Παῖς δὲ ἦν ὁ Μάρκιος ἐκείνου Μαρκίου τοῦ Νομᾶν παρορμήσαντος ἐπὶ τὴν βασιλείαν. Ὁ δὲ υἱὸς αὐτοῦ Μάρκιος ἔχων τὴν Πομπιλίαν κατέμεινεν ἐν Ῥώμῃ, καὶ Μάρκιον Ἄγκον ἐγέννησεν, ὃς μετὰ Τύλλον Ὁστίλιον ἐβασίλευσε. *Omnes certe Pompiliam conſentiunt Marcio nupſiſſe. Marcius hic filius fuit illius Marcii, qui ad regnum Numam impulit. Cujus filius Marcius in matrimonio Pompiliam habens heſit Romæ, & Ancum Marcium, qui Tullo Hoſtilio in regno ſucceſſit, procreavit.* Ab Anco Marcio Marciam eſſe gentem confirmat Ovid. Faſt. VI. 802.

——— *unde trahit Marcia caſta genus.*
Marcia ſacrifico deductum nomen ab Anco.

9. Rex gentis Marciæ cognomen eſt, quod ex alia occaſione non prodiiſſe videtur, quam quod ſe ab Anco Marcio *rege* oriundam jactitaret. Q. Marcium, qui tribunus plebis fuit anno ab U. C. 522. primum cognomine *Regis* inſignitum ſe reperiſſe putat *Pigh. Annal.* II. *p.* 238.

10. Fuit n. amitæ meæ.

11. Mater Marcia.

12. A Venere Julii. Æneas enim ex concubitu Veneris & Anchiſæ natus per *Julum* auctor fuit Romanorum. Inde *origo gentis Juliæ* dicitur Tacit. Ann. IV. 9. 4. Appian. B. C. II. p. 470. Θυόμενός τε νυκτὸς μέσης τὸν Ἄρη κατεκάλει, καὶ τὴν ἑαυτοῦ πρόγονον Ἀφροδίτην· ἐκ γὰρ Αἰνείου καὶ Ἴλου τοῦ Αἰνείου τὸ τῶν Ἰουλίων γένος, παρενεχθέντος τοῦ ὀνόματος, ἡγεῖτο εἶναι. *Sacro facto de media nocte Martem invocat* Cæſar *& genitricem Venerem: nam ab Ænea & Julo Æneæ filio Julia gens ut nomen, ita genus ducere creditur.* Et ipſe Cæſar *Veneris proles Julia* Manil. I. 805. V. & Paterc. II. 41. I. Dionyſ. I. p. 50. Dion. Caſſ. XLIII. p. 225.

13. Gens differt a familia, ut totum & pars. *Gens* enim multas familias poteſt comprehendere. Liv. IX. 29. *Potitia gens ſervos publicos miniſterii delegandi cauſa ſollennia ſacri ejus* (Herculis) *docuerat . . . . Cum duodecim familiæ ea tempeſtate Potitiorum eſſent . . . . omnes intra annum cum ſtirpe extincti.* Noſt. *Ner.* I. I. *Aug.* 2. I. *Galb.* 3. I. Et alia ſi deſideras loca, evolvere poteris *Panvin. de ant. nom. p.* 35. *Sigon. in Liv.* IV. I. *de Nom. Rom. c.* 4. *Voſſ. Annal.* I. 7.

14. Genere amitæ Juliæ materno & paterno.

15. Sanctitas i. veneratio. Tib. I. 8. 9.

Quid referam, ut volitet crebras intacta per urbes
Alba Palæſtino ſancta columba Syro.

Proprie *ſanctum* eſt, quod violare non licet. Inde *ſanctæ leges*, &c. De *ſacro, ſancto* & *religioſo* multa *Macrob. Sat.* III. 3. *Manut. Quæſ. Epiſt.* II. 10. *Popm. Diff. verb.* IV. *p.* 153.

16. Ceremonia i. inteſtina quædam majeſtas. Cicer. pro Roſc. c. 39. *Ceremonia legationis. Ceremoniæ* ſunt ritus ſacrificiorum: imo omnia ſacra ceremonias dixere veteres. Serv. Æneid. IV. 303. *Sane ſciendum Orgia apud Græcos dici ſacra omnia, ſicut apud Latinos ceremoniæ dicuntur.* De *ceremoniis* pluſima *Voſſ. Lex. Moral. de ſacrif.* I. 10. *Borricht. de var. L. L. æt. p.* 59. 60. *Scal. in Feſtum.*

17. Quorum in potestate sunt reges. Horat. Od. III. I. 6.

Reges in ipſos imperium eſt Jovis.

18. Pompejam duxit poſtquam quæſtura abiiſſet, ſi fides habenda Plutarch. p. 709. D. dicit enim: γενόμενος δὲ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ἐκείνης, τρίτην ἠγάγετο γυναῖκα Πομπηΐαν. *Eo munere* quæſturæ *defunctus, tertiam uxorem duxit Pompejam.*

19. Q. Pompeji filiam, forte Q. Pompeji conſulis cum L. Sylla anno ab U. C. 665. nam *hunc generum Syllæ* fuiſſe dicit *Liv. Epit.* 77.

20. Cum qua divortium fecit i. quam dimiſit. V. quæ dixi ſupr. c. I. §. 10. & 17.

21. Adulteratam i. adulterio ſtupratam. Horat. Epod. 16. 32.

Adulteretur & columba milvio.

Noſt. 48. 2. Aug. 67. 4. *Adulterium* vocat quoque Senec. Epiſt. 97. *In quo reus erat Clodius ob id adulterium, quod cum Cæſaris uxore in operto commiſerat, violatis religionibus ejus ſacrificii, quod pro populo fieri*

adulteratam [21] opinatus a Publio Clodio [22]: quem inter publicas [23] ceremonias [24] penetraſſe ad eam [25] muliebri veſte [26] tam conſtans fama erat, ut ſenatus quæſtionem [27] de pollutis [28] ſacris decreverit [29].

lo fieri dicitur. Non tamen commiſſum eſt hoc *adulterium*: ſed impeditum. Conſtat ex his, quæ adſero, verbis Plutarch. p. 712. A. Ἐκείνης προσδραμούσης ὡς τῇ Πομπηΐᾳ φράσουσαν, περιμένειν μὲν ὅπου κατελείφθη τῷ Κλωδίῳ μὴ καρτεροῦντι, πλανωμένῳ δ' ἐν οἰκίᾳ μεγάλῃ, καὶ περιφεύγοντι τὰ φῶτα, προστυχοῦσα τῆς Αὐρηλίας ἀκόλουθος. . . . Ἡ μὲν ἀκόλουθος εὐθὺς ἀναπηδήσασα κραυγῇ πρὸς τὰ φῶτα καὶ τὸν ὄχλον ἄνδρα πεφωρακέναι βοῶσα. . . . . *Dum illa*, ancilla conſcia, *properat, ut Pompeja*, adeſſe Clodium, *nuntiet, operiri ubi relictus erat non ſuſtinenti Clodio, laxisque in ædibus erranti, lumenque declinanti occurrit pediſſequa Aureliæ*, matris Cæſaris . . . . *Ibi repente pediſſequa proſiliit cum clamore ad lumen & cœtum, virum vociferans ſe deprehendiſſe.*

22. P. CLODIUS *Appii filius cum veſte muliebri deprehenſus domi C. Cæſaris, cum pro populo fieret, & per manus Sep. Rullæ eſt ſervatus & eductus.* Cicer. Attic. I. 12.

23. PUBLICAS, quia, ut modo *Cicero* & *Seneca* docuerunt, *pro populo* fiebant. Unde *damium* dicebantur. Gloſſarium: *Damium*, θυσία, ὑπαίθριος γινόμενη. Et ipſa dea *Damia*, & *ſacerdos ejus damiatrix appellabatur*, ut Feſtum emendat Scaliger: *non a contrarietate*, ut vult Feſtus, *quod minime eſſet* δημόσιον, *id eſt*, *publicum*. Δάμιον Doricum eſt, & Tarentinum pro δήμιον, hoc eſt, δημόσιον, ſive publicum. Publicum vero, ut diximus, quia pro populo fiebat. Illarum origo Græca eſt. Athenis enim in conſuetudine poſitum fuit, ut quotannis in domo ejus, qui eo anno Rex erat, fieret ab uxore Regis. Demoſth. orat. adv. Neæram. Romæ a conſule, quia conſules quaſi annui quidam Reges erant, aut eo abſente, aut cœlibe, aliave cauſa obſtante apud prætorem fiebat. Dio XXXVII. p. 50. A. *P. Clodius Cæſaris conjugem, idque domi ejus, pollutis etiam ſacris, quæ Veſtales apud conſules, & pratores pura, omnibus maribus ſecluſis, antiquitus celebrare ſolebant, vitiavit.*

24. CERIMONIAS I. ſacra Bonæ Deæ. Unde *non pluris Bonam Deam, quam tres ſorores feciſſe* dicitur *furia muliebrium religionum* Clodius. Cicer. Fam. I. 9. Dicuntur illa ſacra *ceremoniæ*, quia *incredibili fiebant ceremonia*. Cicer. de Aruſp. reſp. c. 17. unde dicuntur *religioſiſſima P. R. ſacra* Paterc. II. 45. I. & *religiones ſanctiſſimæ* Cicer. pro Mil. c. 32. Illas deſcribunt *Juven. Sat.* II. 86. 87. *Macrob. Sat.* I. 12. *Lactant.* I. 22.

25. EAM Pompejam. Plutarch. Cæſ. p. 711. D. Οὗτος ἤρα Πομπηΐας τῆς Καίσαρος γυναικὸς, οὐδ' αὐτῆς ἀκούσης. *Hic* (Clodius) *Pompejam Cæſaris uxorem amabat neque invitam.* Ταύτην τότε τὴν ἑορτὴν τῆς Πομπηΐας ἐπιτελούσης ὁ Κλώδιος οὔπω γενειῶν, καὶ διὰ τοῦτο λήσειν οἰόμενος ἐχώρει. *Hoc feſtum id temporis agitante Pompeia Clodius imberbis etiamnum, ideoque fallere ſe exiſtimans poſſe cæteras, eo acceſſit.* Sed *Juliam* vocat, quam a Clodio adulteratam dicit, Appian. B. C. II. p. 435. Οὗτος αἰσχρᾶς ἐν ἱερουργίᾳ γυναικῶν ποτὲ λαβόντα ὑπόληψιν ἐπὶ Ἰουλίᾳ τῇ Καίσαρος αὐτοῦ γυναικί. . . . *Quem turpem quandam infamiæ notam in mulierum ſacris ſubeuntem Juliæ Cæſaris uxoris cauſa.* Et ab illo *Metelli Pontificis uxorem ſtupratam* ſcribit Liv. Epit. 103. Quamvis illum purgare conetur in Scholiis *Sigonius*.

26. MULIEBRI VESTE. Plutarch. Cæſ. p. 711. D. Cicer. p. 874. E. ἐσθῆτα καὶ σκευὴν ψαλτρίας ἀναλαβών, *veſtitu & cultu ſumpto pſaltriæ.* Inde *pſaltria* dicitur Juven. VI. 336.

Quæ pſalteria penem
Majorem, quam ſunt duo Cæſaris Anticatones.

Ubi Scholiaſtes: *De pſaltria, id eſt, de Clodio dicit, qui templum Bonæ Deæ ingreſſus habitu pſaltriæ adulterium admiſit.*

27. QUÆSTIONEM I. judicium extra ordinem, quo inquireretur de illo, qui ſacra polluerat. Inde *judex quæſtionis* prætor dicebatur, qui judiciis publicis præerat. Marcian. Dig. XLVIII. 8. I. *Quive magiſtratus judexve quæſtionis ob capitalem cauſam pecuniam acceperit, ut publica lege reus fieret.* V. *Budæum Annot. in Pand. p.* 36.

28. POLLUTIS, quia ad illa mas penetraverat, a quibus mares arcebantur. Cicer. de Aruſp. reſp. c. 5. *Ea ſacra, quæ viri oculis, ne imprudentis quidem, adſpici fas eſt.* Docent hoc quoque *Plutarch. p.* 712. *D. Dio ſupr.* §. 23. *Juven.* VI. 339. *Tib.* I. 7. II. *Prop.* IV. 10. 13. *Feſtus in religioſus*: imo, ut Juven. VI. 340.

ubi velari pictura jubetur,
Quæcunque alterius ſexus imitata figuram eſt.

Quod & legitur apud *Senec. Epiſt.* 97.

29. DECERNERE QUÆSTIONEM pro eo, quod nunc dicimus ordinare, ut fiat informatio, & ut contra delinquentes procedatur. Cic. pro Mil. c. 7. *Num qua rogatio lata? num qua nova quæſtio decreta eſt?* V. *Bud. Ann. in Pand. p.* 36.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT VII.

ARG. *Hiſpaniæ conventus circumit, miſſionem efflagitat, & ſomnio, quod conjectores interpretantur, confunditur Cajus Julius Cæſar.*

Quæſtori [1] ulterior Hiſpania [2] obvenit [3]: ubi cum mandatu [4] prætoris [5] jure dicundo conventus [6] circumiret, Gadeſque [7] veniſſet, animadverſa apud Herculis templum [8] Magni Alexandri imagine [9], ingemuit [10]: & quaſi pertæſus [11] ignaviam ſuam, quod nihil dum [12] a ſe memorabile actum eſſet in ætate [13], qua 1

Quæstores provinciales erant, qui una cum Proconſulibus aut Proprætoribus in provincias exibant. *Regibus etiam tum imperantibus*, inquit Tacit. Ann. XI. 22. 4. 5. *inſtituti ſunt: quod lex curiata oſtendit ab L. Bruto repetita. Manſitque Conſulibus poteſtas deligendi, donec eum quoque honorem populus mandaret: creatique primum Valerius Potitus & Æmilius Mamercus* 63 *anno poſt Tarquinios exactos*. Pompon. Ictus Digeſt. I. 2. 22. ait eos *ærario conſtitutos eſſe, & ab inquirenda & conſervanda pecunia Quæſtores appellatos*. Plura *Pancir. in notit. imp. orient.* c. 73. *Valtrin. de Mil. Rom.* III. 10. *Sigon. de ant. jur. prov.* II. 2. 3. *Roſin. A. R.* VII. 45.

2. Hispania *ulterior eadem quæ Bætica, a flumine eam mediam ſecante cognominata*. Plin. III. I. Senec. Med. IV. I. 56.

Nomenque terris qui dedit Bætis ſuis,
Heſperia pulſans maria languenti vado.

3. Obvenit i. ſortito obtigit. Alias ſenatusconſulto, aut lege aliqua extra ordinem provincias adepti ſunt, alias ſorte conſequebantur. Cicer. ad Q. Frat. I. I. *Quæſtorem habes non tuo judicio delectum, ſed eum quem ſors dedit.* Sortitus eſt Julius Hiſpaniam ex prætura docentibus in Julio *Plutarcho* & noſtro 10. 1.

4. Mandatu, ut *prætextum* 30. 2. Tib. 28. 3. *Fretu & peccatu* Gell. XIII. 20. *M. Ciceroni mollius teretiusque viſum in quinta in Verrem, fretu, ſcribere quam freto. Perangusto, inquit, fretu diviſa. Erat enim craſſius, vetuſtiusque, perangusto freto dicere. Itidem in ſecunda ſimili uſus modulamine, manifeſto peccatu, inquit, non peccato. Verba ſunt Ciceronis hæc: Nemo ita in manifeſto peccatu tenebatur.* Cum enim prætores, ut illum diem, de quo §. 6. obire non poſſent, impediebantur, quæſtorem mittebant, qui illorum vice jus diceret.

5. Prætoris Antiſtii Veteris, ut dicitur *Patere.* II. 43. 4.

6. Conventus ſunt civitates provinciarum primæ & principes, quas ſuæ ditionis factas ad jus dicendum conſtituebant. Cum vero in illarum aliqua jus dicere vellent, edicta mittebant, quibus, ſi quis rem haberet, veniret tali tempore in talem urbem, prætorem in illa jus dicturum ſignificabant. Cæſ. de Bell. Gall. V. I. 5. *Cæſar conventibus Galliæ peractis in Illyricum proficiſcitur.* In Bætica tales fuerunt quatuor. Plin. III. I. *Juridici conventus ei quatuor, Gaditanus, Corduben ſis, Aſtigitanus, Hiſpalenſis.* Noſt. 30. I: 56. 8. Galb. 9. 7. De illis etiam *Guth. de Offic. dom. Aug.* I. 43.

7. Gades deſcripſi ad Curt. IV. 4. 20. §. 63

8. Templum Herculis *Ægyptii conditoribus, religione, vetuſtate, opibus illuſtre Tyrii condidere. Cur ſanctum ſit oſſa ejus ibi ſita efficiunt.* Mel. III. 6. Deſcribit pluribus Sil. Ital. III. 4. . . . . Inde *Gades tutela Herculis* Priap. 76. 9. Et *Gades Hannibal profectus Herculi vota exſolvit* apud Liv. XX. 21.

9. Imagines & aras in omnibus fere mundi partibus Alexandro Magno fuiſſe excitatas pluribus docet *Berthald. de Ara* c. 28. §. 5.

10. Animadversa imagine *ingemuiſſe* Cæſarem dicit etiam Dio XXXVII. p. 53. E. *lacrymas fudiſſe* Plutarch. p. 712. F. Ἐν Ἰβηρίᾳ σχολῆς οὔσης ἀναγινώσκοντά τι περὶ Ἀλεξάνδρου γεγραμμένων, σφόδρα γενέσθαι πρὸς ἑαυτῷ πολὺν χρόνον, εἶτα καὶ δακρῦσαι. *In Hiſpania quum legeret per otium Alexandri hiſtoriam, diu eum ſecum cogitabundum ſediſſe, inde lacrymas profudiſſe.* Et Alexander ipſe apud Julian. Καισαρ. p. 59. Ἐχρῆν δὲ σὲ Καῖσαρ, ὅτι ἀπεμνημόνευσας τῶν δακρύων ἐκείνων, ἃ τότε ἀφῆκας, ἀκροώμενος τῶν ὑπομνημάτων, ὅσα πεποίηνται περὶ τῶν ἐμῶν πράξεων. *Oportuerat autem, Cæſar, te lacrymarum illarum recordari, quas fudiſti, cum audires monumenta in rerum a me geſtarum memoriam excitata*

11. Pertæsus Servio Æneid. IV. 18. *eſt participium ſine verbi origine, & regit genitivum*, non tantum apud Virgilium; ſed & apud Plautum Moſt. I. 4. 5.

Convivii ſermoniſque pertæſum eſt:

& Cicer. ad Q. Frat. I. 2. *Pertæſum eſt levitatis Græcorum.* Noſter jungit accuſativo etiam *Aug.* 62. 3. *Tib.* 67. I. per ellipſin præpoſitionis κατὰ in ſignificatione paſſiva, pro *pertæſus ob ignaviam*, ut monet elegantiſſimi judicii Vir *Jac. Perizon. ad Sanct. Minerv. p.* 266. *Pertæduiſſe* legitur apud Gell. I. 2. *Verbiſque ejus defatigati pertæduiſſent.*

12. Nihil dum i. nihil adhuc, οὐδὲν ἔπω. *Plutarchus.*

13. In ætate, qua Alexander. . . . . quem obiiſſe diem ſuum anno ætatis 33 docet, quam ad *Curtii* noſtri calcem exhibemus, *ſynopſis chronologica*, & Cic. Phil. V. 17. *Quid? Macedo Alexander, cum ab ineunte ætate res maximas gerere cœpiſſet, nonne 33 anno mortem obiit?*

II. Sub-

qua jam Alexander orbem terrarum ſubegiſſet [14], miſſionem continuo efflagita-
2 vit [15], ad captandas quam primum majorum rerum occaſiones in Urbe. Etiam confuſum cum ſomnio [16] proximæ noctis (nam viſus erat per quietem matri ſtuprum intuliſſe) conjectores [17] ad ampliſſimam [18] ſpem incitaverunt, arbitrium [19] orbis terrarum portendi [20] interpretantes: *quando* [21] *mater, quam ſubjectam ſibi vidiſſet* [22], *non alia eſſet quam terra, quæ omnium parens* [23] *haberetur.*

14. SUBEGISSET V. *infr.* 49. 32. §. 40.

15. MISSIONEM EFFLAGITAVIT i. a prætore rogavit, ut ſibi provincia decedere liceret. *Flagitare* verbum eſt tum creditorum pecuniam creditam cum convicio repoſcentium, quod *clamore hominem poſcere* eſt Plaut. Curc. V. 3. 5. tum præconum amiſſorum nomina proclamantium. Plaut. prol. Men. n. 46.

Nomen memini facilius,
Quia illum clamore vidi flagitarier.

Petron. c. 57. formulam nobis tradit. *Puer in balneo paullo ante aberravit annorum circa ſedecim, criſpus, mollis, formoſus, nomine Giton. Si quis eum reddere aut commonſtrare voluerit, accipiet nummos mille.* Noſt. 70. 1: 80. 2.

16. SOMNIUM hoc vidit vel *Gadibus*. Dio XXXVII. p. 53. E. Διά τε τἆλλα καὶ ὅτι ἐν τοῖς Γαδείροις, ὅτε ἐταμίευε, τῇ μητρὶ συγγίνεσθαι ὄναρ ἔδοξε. *Quod in quæſtura Gadibus in ſomnis ſibi cum matre ſua coire viſus:* XL. p. 164. D. Τοῦτο δὲ ἐποίησεν, ἀμειψάμενος σφᾶς τῆς τοῦ ὀνείρου ὄψεως, δι᾽ ἧς ἐνταῦθα ὅτι ἐταμίευσε, συγγεγονέναι τῇ μητρὶ ἔδοξε: vel ad *Rubiconem*. Plutarch. Cæſ. p. 723. F. Λέγεται τῇ προτέρᾳ νυκτὶ τῆς διαβάσεως ὄναρ ἰδεῖν ἔκθεσμον. . . . *Dicitur nocte, quæ tranſitum* (Rubiconis) *anteceſſit, nefarium habuiſſe ſomnium. . . .*

17. CONJECTOR Quintil. III. 6. & Feſto *ſomniorum atque ominum interpres*, μάντις Dioni l. l. Ad *conjectorem* vero, ſi quando ſomniaſſent, decurrebant veteres. Cicer. de Div. II. 65. *Defert ad conjectorem quidam, ſomniaſſe ſe, ovum pendere ex faſcia lecti ſui cubicularis.*

18. AMPLISSIMAM i. maximam. *Ampliſſimum intervallum* Curt. V. 1. 13. Ciceroni de Invent. II. 55. *Amplitudo eſt potentiæ, aut majeſtatis, aut aliquarum copiarum magna abundantia.* Inde *ampliſſima verba* noſt. *infr.* 16. 4.

19. ARBITRIUM i. poteſtatem, ut fuſius ad *Curt.* VI. 1. 19. §. 42.

20. PORTENDI, ut Virg. Æn. VII. 256.

Fatis externa ab ſede profectum
Portendi generum.

Ubi Servius: *porro tendi, prædici, ſignificari.* Hoc vero *portendere* tale ſomnium docent artis hujus auctores, Aſtrampſ. Ὀνειροκ. n. 47. Μητρὶ πλακῆναι, καλὸν εἰς ὄναρ τόδε. *Matrem amplecti, bonum eſt ſomnium.* Artemid. τῆς ὀνειρ. I. c. 82. Ἀγαθὸν δὲ καὶ παντὶ δημαγωγῷ καὶ πολιτευτῇ· σημαίνει γὰρ τὴν πατρίδα ἡ μήτηρ. ὥσπερ οὖν ὁ μιγνύμενος κατὰ νόμον Ἀφροδίτης, παντὸς ἄρχει τοῦ σώματος τῆς συνούσης πειθομένης, καὶ ἑκούσης, οὕτως ὁ ἰδὼν, πάντων προστήσεται τῶν τῆς πόλεως πραγμάτων. *Bonum eſt autem etiam omni tribuno plebis & rempublicam adminiſtranti. Significat enim patriam mater. Quemadmodum igitur is qui juxta legem Veneris miſcetur, toti coeuntis corpori imperat, ea quam init, obediente, & voluntarie ſe exhibente: ſic is, qui ſomnium vidit, omnibus urbis rebus ac negotiis præficitur.* Ita regnum Hippiæ ſimile *portendis* ſomnium apud Herod. VI. p. 420. E. Ἐδόκεε ὁ Ἱππίης τῇ μητρὶ τῇ ἑωυτοῦ συνευνηθῆναι. Συνεβάλετο ὦν ἐκ τοῦ ὀνείρου, κατελθὼν ἐς τὰς Ἀθήνας, καὶ ἀνασωσάμενος τὴν ἀρχὴν, τελευτήσειν ἐν τῇ ἑωυτοῦ γηραιός. *Videbatur ſibi Hippias cum matre concumbere. Quo ex ſomnio conjectabas fore ut reverſus Athenas, ac dominatu recepto ſenex domi ſua obires.*

21. QUANDO i. quia, quandoquidem, quoniam. Ter. Hec. III. 5. 62.

Quando nec gnatus, neque hic mihi quicquam obtemperant.

Noſt. ſæpius. Exempla ex Cicerone, Terentio, jure ſuo collegit *Ritterſh. in* XII. *tab. c.* 15.

22. QUAM SUBJECTAM SIBI VIDISSET i. cum qua rem ſe habere ſomniaſſet. In congreſſu enim Venereo mulier viro ſubjicitur. Catul. LXIV. 399.

Ignaro mater ſubſternens ſe impia nato.

Noſter *Aug.* 68. 4. Vir mulieri incubat. Plaut. Amph. IV. 3. 25.

Imo corpore corpus incubat.

Virum mulier ſuſtinet. Ovid. Amor. III. 14. 22.

Nec femori impoſitum ſuſtinuiſſe femur.

23. TERRA OMNIUM PARENS dicitur & Plin. XVIII. 3. *Non tamen ſurda tellure, quæ parens appellatur.* Recte. Nam, ut idem II. 63. *terræ uni eximia propter merita cognomen indidimus maternæ venerationis. Illa nos naſcentes excipit, natos alit, ſemelque editos ſuſtinet ſemper: noviſſime complexa gremio jam a reliqua natura abdicatos tum maxime ut mater operiens.* Liv. I. 56. *Brutus velut ſi prolapſus cecidiſſet, terram oſculo contigit, ſcilicet quod ea communis mater omnium mortalium eſſet.* Noſt. *Tib.* 75. 1.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT VIII.

ARG. *Hiſpania decedit, Latinos de petenda civitate agitantes concitat, & magna in Urbe molitur Cajus Julius Cæſar.*

Decedens [1] ergo ante tempus, colonias [2] Latinas [3] de petenda civitate [4] agitantes adiit: & ad audendum aliquid concitaſſet: niſi coſſ. conſcriptas [5] in Ciliciam [6] legiones pauliſper ob id ipſum retinuiſſent [7]: nec eo ſecius [8] majora mox in Urbe molitus [9] eſt. I

Decedens 1. *provincia*, ut plenius noſt. *Tit.* 5. 3. *Jul.* 18. 2. *Cal.* 48. 1. vel *de provincia*, ut Cicer. pro Mur. c. 33. *Multi obviam prodierunt de provincia decedenti.* vel ex provincia. Nep. Att. 4. 1. *Huc ex Aſia Sylla decedens cum veniſſet.* Decedere eſt ei, qui ſucceſſor datus eſt, cedere. Cicer. Attic. v. 21. *Non putes nos ſenatus ante oportere decedere, quam nobis ſucceſſum ſit.* Hinc *deceſſor*, cui opponitur *ſucceſſor*. Coripp. III.

Sic deceſſorem regnantum nullus amavit,
Quanquam ſceptra patris natus ſucceſſor haberet.

Videſis & *Bud. Ann. in Pand. p.* 219. *Sitzman. in Rutil. n.* 474.

2. Coloniæ dicebantur oppida, quo populus Romanus ex Urbe cives ſuos per III viros ad id electos ad incolendum deducebat. Gell. XVI. 13. *Coloniæ non veniunt extrinſecus in civitatem, nec ſuis radicibus nituntur, ſed ex civitate quaſi propagata ſunt.* Illarum origo antiquiſſima, quippe ab ipſo Romulo repetenda. Deducendarum cauſæ potiſſimum hæ ſunt ſex. I. Ut priores populos coërcerent. II. Ut hoſtium incurſiones reprimerent. III. Ut ſtirpem augerent. IV. Ut plebem urbanam exhaurirent. V. Ut ſeditiones ſedarent. VI. Ut præmiis veteranos afficerent. De *coloniis* verboſius *Sigon. de ant. jur. Ital.* II. 23. *Laz. Comm. R. R.* XII. 2. *Panvin. Comm. R. R.* III. *p.* 326. *Merul. Coſm.* II. 4. 19.

3. Latinæ diſtinguuntur a Romanis. Liv. XXXIX. 55. *Illud agitabant, ut colonia Aquileja deduceretur. Nec ſatis conſtabat, utrum Latinam, an civium Romanorum deduci placeret.* Erant vero, quæ jus habebant *Latii*, ſive *Latinitatis*, quod in eo conſiſtebat, ut ſuffragiorum poteſtatem magiſtratu permittente haberent: & ſi in *Latina* civitate aut *Latii* jure donata magiſtratum geſſiſſent, cives Romani ut fierent. Aſcon. in Cicer. Piſon. p. 156. *Pompejus Strabo Tranſpadanis coloniis jus dedit Latii, ut poſſent habere jus, quod ceteræ Latinæ coloniæ, i. ut petendi magiſtratus gratia civitatem Romanam adipiſcerentur.* Hæ vero, ut Lipſ. in Tacit. Annal. XI. p. 120. Panvin. Comm. Reip. Roman. III. p. 329. & Spanhem. Orb. Rom. I. §. 16. Tranſpadanæ fuerunt, quibus bello Marſico, quum Italiæ omni uſque ad Rubiconem & Arnum, & Galliæ Ciſalpinæ civitas lege Julia data eſſet, a Pompejo Strabone, ut in officio continerentur, jus *Latii* datum eſt.

4. Civitate i. jure Quiritium, ſive civium Romanorum, ut fierent coloniæ Romanæ. Hæ vero habebant jus privatum civium Romanorum, quod conſiſtebat in jure privatæ libertatis, connubiorum, patriæ poteſtatis, legitimi dominii, ut hæreditatis, mancipii, nexus, uſucapionis, & reliquorum: item in jure teſtamentorum & tutelarum. Docet hoc Boethius in expoſitione Topicorum, dum docet *cives Romanos deductione in Latinas colonias civitatem Romanam amiſiſſe i. neque connubii, neque teſtamenti, neque mancipii, aut nexus, aut patriæ poteſtatis, quod erat proprium civium Romanorum, habuiſſe.* Noſt. *Aug.* 47. 3.

5. Conſcriptas ad bellum piraticum, quod confecit Pompejus Magnus C. Calpurnio Piſone & M. Acilio Glabrione Coſſ. ſive anno ab U. C. 686. V. *Pighium Annal. Roman.* III. *p.* 314.

6. Ciliciam belli ſedem præcipuam, unde & *Cilices* dicti, licet plures habuerint ſocios. Appian. Bell. Mithr. p. 234. . . . . μάλιστα περὶ τὴν τραχεῖαν λεγομένην Κιλικίαν, ἣν κοινὸν σφῶν ὕφορμον ἐποιοῦντο, ἢ στρατόπεδον ἐτίθεντο εἶναι. Φρούρια μὲν καὶ ἄκρας, καὶ νήσους ἐρήμους, καὶ αὐλοχίας ἔχοντες πολλαχῆ· κρησφύγετας δ' ἀφέντες ἡγοῦντο τὰς περὶ τὴν δ' τὴν Κιλικίαν, τραχεῖάν τε καὶ ἀλίμενον οὖσαν, καὶ κορυφαῖς μεγάλαις ἐξέχουσαν. ὅθεν δὴ καὶ πάντες ὀνόματι κοινῷ Κίλικες ἐκαλοῦντο, ἀρξαμένου μὲν ἴσως τοῦ κακοῦ παρὰ τῶν Τραχειωτῶν Κιλίκων συνεπιλαβόντες, Σύρων τε καὶ Κυπρίων, καὶ Παμφύλων, καὶ τῶν Ποντικῶν, καὶ σχεδὸν ἁπάντων τῶν ἑῴων ἐθνῶν. *Maxime in Cilicia, cognomine aſpera, quam commune omnium faciebant receptaculum, seu belli ſedem præcipuam. Habebant quidem paſſim caſtella, arces, deſertas inſulas, ſtationesque occultas navium, ſed potiſſimum excurrebant ex hac parte Ciliciæ aſpera, importuoſaque, & altiſſimis aſſurgente cacuminibus: unde ab omnibus communi nomine appellabantur Cilices, quod malum id ortum in Cilicia in ſocietatem Syros, Cyprios, Pamphylios, Ponticos, & ferme omnes Orientales gentes pertraxit.*

7. Retinuiſſent i. finito bello non dimiſiſſent. *Retinere* verbum eſſe militare dixi ad Curt. III. 1. 4. §. 29.

8. Secius i. minus. Nep. Milt. 2. 3. *Neque eo ſecius Athenienſibus officia præſtabat.*

9. Molitus i. conatus. Nep. Timoth. 3. 1. *Philippus jam tum valens multa moliebatur.* Quid proprie ſit *moliri* V. Curt. III. II. 15. §. 61.

C CAPUT

CAPUT IX.

ARG. *Cum M. Craſſo, P. Sylla, L. Autronio & Cn. Piſone conſpiraſſe dicitur Cajus Julius Cæſar.*

1 Siquidem ante paucos dies quam ædilitatem iniret, venit in ſuſpicionem conſpiraſſe [1] cum M. Craſſo conſulari [2], item Publio Sylla [3], & L. Autronio, poſt deſignationem [4] conſulatus ambitus [5] condemnatis [6], ut principio anni [7] ſenatum adorirentur: & trucidatis [8], quos placitum eſſet, dictaturam [9] Craſſus invaderet, ipſe ab eo [10] magiſter equitum [11] diceretur [12], conſtitutaque ad arbitrium Republica
2 Syllæ & Autronio conſulatus reſtitueretur. Meminerunt hujus conjurationis Tanuſius [13] Geminus in hiſtoria, Marcus Bibulus in edictis [14], C. Curio pater [15] in oratio-

CONSPIRASSE i. conjuraſſe. V. Curt. IX. 6. 7. §. 9.

2. CONSUL fuit hic M. Licinius Craſſus cum Cn. Pompejo Magno anno ab U. C. 683. V. *Pigh. Ann.* III. *p.* 310.

3. De CORNELII SYLLÆ, & L. (in Faſtis Conſularibus ad a. 688. *Publius* dicitur) *Autronii Pæti* conjuratione hæc Dio XXXVI. p. 21. *Πούπλιός τε γὰρ Παῖτος, καὶ Κορνήλιος Σύλλας ἀδελφιδοῦς ἐκείνου τοῦ πάνυ Σύλλου, ὕπατοί τε ἀποδειχθέντες, καὶ δεκασμοῦ ἁλόντες. Publius Pætus & Cornelius Sylla, magni illius Syllæ fratris filius, Coſſ. deſignati, largitionis erant convicti.* Eadem & *Salluſt. Catil. c.* 18.

4. DESIGNATUS conſul eſt in comitiis centuriatis creatus, ſed qui magiſtratum nondum inivit. In quem enim populi ſuffragia, conſularibus habitis comitiis, auſpiciisque rite peractis, concurrebant, is erat conſul *deſignatus.* Plin. Epiſt. VI. 27. *Rogas, ut cogitem, quid deſignatus conſul in honorem Principis cenſeas.* Gratian. Imp. Epiſt. ad Auſon. in grat. act. p. 243. *Ejus auctoritati obſecutus te conſulem deſignavi, & declaravi, & priorem nuncupavi.* Noſt. 14. 2. Aug. 27. 5. Claud. 46. 3. Domit. 1. 1. Prevot. de Magiſtr. Roman. c. 5. Buchner. in Plinium.

5. AMBITUS eſt crimen honoris affectati per malas artes. Flor. III. 12. 11. *Nonne ambitus honorum ab iiſdem divitiis incitatus?* Feſtus. *Ambitus proprie dicitur inter vicinorum ædificia locus duorum pedum & ſemipedis ad circumeundi facultatem relictus. Ex quo etiam honoris ambitus dici cœptus eſt a circum eundo, ſupplicandoque.* Inde noſt. *Aug.* 94. 5. *Claud.* 21. 14.

6. CONDEMNATIS lege Calpurnia de ambitu, quam tulit C. Calpurnius Piſo Conſul anno ab U. C. 686, de qua plus vice ſimplici *Aſconius* & ex illo *Auguſtin. de LL. p.* 44. & *Pighius Ann.* III. *p.* 314. Illos vero accuſaverunt L. Aurelius Cotta, & L. Manlius Torquatus. *Dio* XXXVI. *p.* 12.

7. PRINCIPIO ANNI V. *c.* 76. 5. §. 34.

8. TRUCIDATIS . . . Salluſt. B. C. c. 18. *Parabant in Capitolio Kalendis Januariis L. Cottam & L. Torquatum Coſſ. interficere.* Cauſam addit Dio XXXVI. p. 21.

9. DICTATURAM. V. *c.* 76. 1. §. 6.

10. AB EO dictatore n. Craſſo. Hunc enim dictator dicebat. Dionyſ. V. p. 338. *Εὐθὺς μὲν ὡς ἅμα τὸ παρέλαβεν τὴν ἐξουσίαν, ἱππάρχην ἀποδείκνυσι Σπόριον Κάσσιον. Ergo mox ut magiſtratum iniit, equitum magiſtrum creavit Spurium Caſſium.*

11. MAGISTER EQUITUM primis temporibus dictatoris vices gerebat, & illi obſequebatur, & una cum illo creabatur. Dionyſius. *Τοῦτο τὸ ἔθος ἕως τῆς κατ' ἐμὲ γενεᾶς ἐφυλάττετο ὑπὸ Ῥωμαίων, καὶ οὐδεὶς ἐς τόδε χρόνου Δικτάτωρ αἱρεθεὶς, χωρὶς ἱππάρχου τὴν ἀρχὴν διετέλεσεν. Hic mos uſque ad noſtram ætatem a Romanis eſt ſervatus, & nullus ad hanc uſque diem Dictator ſine equitum magiſtro dictaturam geſſit.* Hos jungit Juven. VIII. 8.

Fumoſos equitum cum Dictatore magiſtros.

Primus fuit Sp. Caſſius. *Dionyſius ſupr.* §. 10. *Liv.* II. 18. de *Magiſtro* equitum V. *Sigon. de Ant. jur. civ. Rom.* I. 20. *Panvin. in Faſt.* I. *p.* 71. *Hotoman. de Magiſtrat. Roman. Theſ. Antiq. Rom. Græv. tom.* II. *p.* 871. *F. Laz. Comm. Reip. Rom.* IV. 9.

12. DICERETUR i. crearetur. Romanis olim dictator & magiſter equitum *dici* dicebantur. Liv. V. 19. *Igitur fatalis dux ad excidium illius urbis ſervandæque patriæ M. Furius Camillus dictator dictus magiſtrum equitum P. Cornelium Scipionem dixit.* Noſt. *Tib.* 2. 8.

13. TANUSII annalium meminit Seneca Epiſt. 93. *Annales Tanuſii ſcis quam non decori ſint, & quid vocentur. Hæc eſt vita quorundam longa, & quod Tanuſii ſequitur annales.* Quam incertum ſit hujus prænomen, docent *Meurſ. ad Macrob. p.* 756. *Turneb.* XV. 22. & ad hunc locum *Caſaubonus* & *Torrentius.*

14. EDICTA hæc contra collegam in conſulatu fecit Bibulus. Plutarch. Pompej. p. 644. *Ἐξέπεμψε διαγράμματα βλασφημίας ἔχοντα καὶ κατηγορίας: Edicta propoſuit maledictorum & probrorum plena.* Cicer. Attic. II. 21. *Itaque Archilochia in illum edicta Bibuli populo ita ſunt jucunda. . . . . .* Noſt. 20. 4: 49. 4.

15. CURIO PATER, quia & *Curio* filius. Vox *patris* abſolute ponitur more veteribus ſollenni: ut *c.* 49. 3: 52. 6. *Aug.* 71. 5. Sic & *filius*, ut exemplis docet *Becl. ind. in Nepot. in filius.* De utroque Cicer. Brut. c. 60. *Memoria fuit ita nulla, ut aliquoties tria cum propoſuiſſet, aut quartum adderet, aut tertium quæreret. Qui in judicio privato. . . . .*

ſubito

orationibus. De hac ſignificare videtur & Cicero in quadam ad Axium [16] epiſto- 3
la, referens: *Cæſarem in conſulatu confirmaſſe regnum* [17], *de quo ædilis* [18] *cogita-
rat.* Tanuſius adjicit, Craſſum, pœnitentia [19], vel metu, diem cædi deſtina- 4
tum non obiiſſe [20]: & idcirco ne Cæſarem quidem ſignum, quod ab eo dari con-
venerat [21], dediſſe. Conveniſſe autem Curio ait, ut togam [22] de humero deji- 5
ceret. Idem Curio, ſed & M. Actorius Naſo, auctores ſunt [23], conſpiraſſe eum 6
etiam cum Cn. Piſone adoleſcente [24]: cui ob ſuſpicionem [25] urbanæ [26] conjura-
tionis provincia Hiſpania [27] ultro [28] extra ordinem [29] data ſit [30]: pactumque, ut
ſimul

ſubito totam cauſam oblitus eſt. Magna hæc immemoris ingenii ſigna: ſed nihil turpius, quam quod etiam in ſcriptis obliviſceretur, quid paullo ante poſuiſſet, ut in eo libro, ubi ſe exeuntem e ſenatu, & cum Panſa noſtro, & cum Curione filio colloquentem facit, cum ſenatum Cæſar Conſul habuiſſet, omniſque ille ſermo ductus e percunctatione filii, quid in ſenatu eſſet actum.

16. Q. Axius familiaris fuit Ciceronis. *Gell.* VII. 3. ſenator *Varr. R. R.* III. 2. illius meminit *Cicer. Attic.* I. 12. Familiam *Axiam* deſcribit *Urſin. Fam. Rom.* p. 44. Ad hunc, quæ narrat noſter, ſcripſiſſe Ciceronem putat *Turneb. Adv.* XXIV. 14. V. & *Barth. Adverſ.* XLV. 1.

17. Regnum i. plus quam civilem potentiam. In malam enim partem *regnum* interdum ſumitur. Nep. 20. 1. 3. *Cum frater Timophanes tyrannidem per milites mercenarios occupaſſet, particepſque regni poſſet eſſe.*

18. Ædilis, qui deſcribitur infr. 10. 1. §. 1.

19. Poenitentia i. tempore ad *pœnitentiam* dato. Quare recte Niceph. Gregor. VI. 15. Τὰ τοιαῦτα τῶν βουλευμάτων καὶ ἴχνος ὑπομένειν ἔχειν χρὴν καὶ τὴν πρᾶξιν, καὶ οὐκ ἔστιν ὅ τι τῶν πάντων ἕτερον ὀξύτητα γνώμης ὁμοῦ καὶ χειρὸς ἀπαιτεῖ, καὶ φλέγουσαν ὥσπερ σπουδήν. Εἰ δ' ὑπερτίθεσθαι βούλει τὸν χρόνον, τάς τε ψυχὰς τῶν στρατιωτῶν μετεώρους ποιεῖς καὶ ἀμφιδόξους..... *Conſilia hujuſmodi ipſa res ſtatim ſequi debet, neque quicquam aliud omnium ingenii, & manus promptitudinem, ardenſque ſtudium flagitat. Sin tempus ducere velit, militum animos ſuſpenſos atque ambiguos facturum.*

20. Non obisse diem i. præſto non fuiſſe ad diem. Cicer. de Amicit. c. 2. *Qui diligentiſſime ſemper illum diem ſolitus eſſes obire.* Quod elegantiſſimum eſſe contra Gruterum libros *adiiſſe* exhibentes probantem recte monet fugientium literarum ſtator unicus *J. G. Grevius.*

21. Quod ab eo dari convenerat i. de quo convenerant, ut daret Cæſar. Liv. IX. 23. *Id convenerat ſignum.* Curt. VII. 11. 19. *Quod convenerat ſignum.* Noſt. *Oth.* 6. 4.

22. Toga geſtamen erat proprium, & inſigne Romanorum civium, ut pallium erat Græcorum. Unde *togatæ* & palliatæ fabulæ dictæ ab Horatio, Diomede & Donato. Et noſt. Aug. 40. 10. Veſtimentum fuit clauſum & rotundum, quodque uno injectu corpus involveret, in ſuperiori ora tamen ad cervices laxe patuit, ut dextrum brachium exereretur. *Ferrar. de re veſt.* I. 1. *Manut. Quæſ. Epiſt.* III. 1. *Laz. Comm.* R. R. VIII. 3. Apertum tamen fuiſſe affirmant *Sigon. de judic.* III. 18. *Ruben. de re veſt.* I. 2. & quadratum *Victor. V. L.* XIX. 7. quem refellere conatur *Lacerd. Am.* I. 286.

23. Auctores sunt i. ſcripſerunt. uti *Cal.* 12. 5. V. *Curt.* X. 10. §. 30.

24. Cn. Piso adolescens *nobilis, ſummæ audaciæ, egens, factioſus, quem ad perturbandam Rempublicam inopia atque mali mores ſtimulabant.* Salluſt. Cat. c. 18. *potens & turbulentus, familiaris Catilinæ, omniumque conſiliorum ejus particeps, & turbarum auctor.* Aſcon. in Cicer. p. 130. De illo quoque *Cicero pro Murena & L. Sylla.*

25. Ob suspicionem. Dio XXXVI. p. 21. Ἐπειδὴ ἐν καὶ ὡς ὁ Πίσων ἐθρασύνετο, ἐφοβήθη τε ἡ γερουσία, μή τι συνταράξῃ, καὶ εὐθὺς αὐτὸν ἐς Ἰβηρίαν, πρόφασιν ὡς καὶ ἐπ' ἀρχήν τινα ἔπεμψε. *Poſtquam nihil de ferocia Piſonem remittere ſenatus vidit, veritus ne tumultum concitaret; eum ſub titulo imperii in Hiſpaniam ablegavit.* Sub honoris vero ſpecie, quos a republica abeſſe volebant, ſubmovebant veteres. Cicero pro domo c. 25. *M. Cato invidſus, quaſi per beneficium, Cyprum relegatur. Ejiciuntur duo, quos improbi videre non poterant: alter per honorem turpiſſimum, alter per honeſtiſſimam calamitatem.* Sic Alcibiadem Athenienſes apud *Thucyd.* VI. Othonem Nero apud *noſtrum* 3. 5. Re ipſa autem *fœdum hominem a republica procul abeſſe volebat ſenatus*, ut addit *Salluſt. Bell. Catil.* c. 19.

26. Urbanæ i. in Urbe concitandæ. Ita *urbanas* arbores ſylveſtribus opponit Plin. XVI. 19. Inde prætor *urbanus*, & *urbani* quæſtores 36. 1. *urbana* res 46. 1.

27. Hispania n. *citerior*, ut addit Salluſtius B. C. c. 19.

28. Ultro i. non petenti. Flor. 1. 3. 1. *Cui in honorem virtutis regnum ultro datum.* Sæpius noſter. Salluſtius. *Neque tamen ſenatus provinciam invitus dederat.*

29. Extra ordinem i. ſine ſorte. Sortitos eſſe olim provincias dixi ſupr. 7. 1. §. 3. Et quia *Quæſtor pro Prætore miſſus eſt.* Salluſtius. Id vero legitimum non erat, ut Quæſtor in provincia eſſet pro Prætore, i. cum imperio prætorio ac dignitate prætoria. Prætoribus enim, & eo anno quo præturam

Digitized by Google

ſimul foris ille, ipſe Romæ, ad res novas conſurgerent, per Lambranos [31] & Tranſpadanos [32]: deſtitutum [33]utriuſque conſilium morte Piſonis [34],

turam gerebant, provincias decernebat Senatus. Hinc *ex prætura ulteriorem ſortitus Hiſpaniam* Cæſar 18. 1. & *ex prætura Macedoniam ſortitus* C. Octavius eſt Aug. c. 3. n. 3. V. etiam *Gruch. de Comit.* II. 2.

30. DATA SIT a ſenatu, ut hunc laudans locum addit *Sigon. de jur. prov.* II. 1. unde dicat qui noverit. *Senatum* tamen provinciam Piſoni dediſſe modo dixit *Salluſtius*. Et hoc illis temporibus novi illatum eſſe putat *Sigonius*, quia per populum, nondum poteſtate tribunitia reſtituta, dari non potuerit: imo tradito exemplo poſt tribunitiæ poteſtatis reſtitutionem idem eſſe factitatum. Cicer. Phil. XI. 8. *Sertorianum bellum Cn. Pompejo privato datum eſt a ſenatu, quia conſules recuſabant.*

31. LAMBRANI erunt forte accolæ *Lambri* fluminis in Gallia Ciſalpina, *quod in mare Adriaticum Padus defert*. Plin. III. 16. Hujus meminit Sidon. Apoll. Epiſt. I. 5. *Ulvoſum Lambrum, cærulum Adduam, velocem Atheſim, pigrum Mincium, qui Liguſticis Euganeiſque montibus oriebantur.* Et ita *Caſaubonus*. Quid ſi legeremus *Ambrones*, quos alii exhibent libri, & qui Feſto teſte *fuerunt gens quædam Gallica, qui ſubita inundatione maris, cum amiſiſſent ſedes ſuas, rapinis & prædationibus ſe ſuoſque alere cœperunt.* Illorum a C. Mario deletorum reliquias conſpirationi aptas eſt ut ſollicitaverit Cæſar. *Lambri* vero accolas *Lambranos* non fuiſſe dictos magis quam Italiæ populos ab Addua Adduanos, ab Atheſi Atheſinos, a Mincio Mincianos putat *Barth. Adv.* XLV. 1. V. quoque *Cluver. Ital. Ant.* I. 22. 1.

32. TRANSPADANI ſunt qui ultra *Padum* Italiam incolunt. Strab. V. p. 146. Διαιρεῖ αὐτὸ μέσον πως ὁ Πάδος, καὶ καλεῖται τὸ μὲν ἐντὸς τοῦ Πάδου, τὸ δὲ πέραν. ἐντὸς μὲν ὅσον ἐςὶ πρὸς τοῖς Ἀπεννίνοις ὄρεσι, καὶ τῇ Λιγυστικῇ, πέραν δὲ τὸ λοιπόν. *Mediam fere Padus dividit, unde regionis pars Ciſpadana, quæ eſt ad Apenninum & Liguriam, reliqua Tranſpadana dicitur.*

33. DESTITUTUM i. irritum factum, omiſſum. Colum. R. R. IV. 24. *Quæ nec ſpem vindemiæ deſtituant.*

34. DE MORTE PISONIS Salluſt. Bell. Cat. c. 19. *Piſo in provinciam ab equitibus Hiſpanis, quos in exercitu ductabat, iter faciens occiſus eſt. Sunt qui ita dicant, imperia ejus injuſta, ſuperba, crudelia barbaros nequiviſſe pati: alii autem, equites illos, Cn. Pompeji veteres, fidoſque clientes voluntate ejus Piſonem aggreſſos.* DIO XXXVI. p. 21. Ὁ μὲν ἐνταῦθα ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων ἀδικήσας τι αὐτοὺς ἐσφάγη. *Is* (Piſo) *ibi ob injuriam quandam ab incolis trucidatus eſt.*

CAPUT X.

ARG. *Comitium, forum, baſilicas, Capitolium ornat, & venationes, ludos, & gladiatorium munus edit Cajus Julius Cæſar.*

1 Ædilis [1], præter comitium [2], ac forum [3], baſilicaſque [4], etiam Capitolium [5] or-

ÆDILES, ut Cicer. L. L. III. 3. *ſunt curatores Urbis, annonæ, ludorumque ſollennium.* Inde ipſe Verr. V. 14. *Nunc ſum deſignatus Ædilis, ſcio mihi ludos ſanctiſſimos, maxima cum ceremonia, Cereri, Libero, Liberæque eſſe faciendos: mihi Floram, matrem populi, plebiſque Romanæ ludorum celebritate placandam: mihi ludos antiquiſſimos, qui primi Romani ſunt nominati, maxima cum dignitate, ac religione Jovi, Junoni, Minervæque eſſe faciendos: mihi ſacrarum ædium procurationem, mihi totam urbem tuendam eſſe commiſſam.* Initium fori ornandi ab *ædilibus* tradit Livius, dum victoriam de Samnitibus partam narrat IX. 40. *Dictator ex SC. triumphavit: cujus triumpho longe maximam ſpeciem captiva arma præbuere. Tantum magnificentiæ viſum in iis, ut aurata ſcuta dominis argentariorum ad forum ornandum dividerentur. Inde natum initium dicitur fori ornandi ab* ædilibus, *cum thenſæ ducerentur.*

2. COMITIUM locus fuit in foro, & pars fori, incipiens a porta Palatii & terminatus apud ædem D. Mariæ novæ, ut *Marlian. Topog.* III. 20. Conjunctum curiæ Hoſtiliæ & Roſtris fuiſſe probat *Nardin. Rom. Vet.* V. 3. e verbis Varronis & Aſconii. Illius verba ſunt hæc de L. L. IV. 32. *Curia Hoſtilia, quod primus eam ædificavit Hoſtilius Rex. Ante hanc Roſtra: ſub dextra hujus a Comitio locus ſubſtructus, ubi nationum ſubſiſterent legati, qui ad ſenatum eſſent miſſi.* Hujus in Cicer. p. 195. *Erant tunc Roſtra non eo loco, quo nunc ſunt, ſed ad Comitium, prope juncta curiæ.* V. quoque *Borrich. Ant. urb. Fac.* c. 10. §. 4. In illud ad fœdus ineundum Romulus & Tatius coierunt. Plutarch. in Romul. p. 30. A. Ὅπου δὲ ταῦτα συνῆλθον, μέχρι νῦν Κομίτιον καλοῦσι. *Locus ubi fœdus ictum fuit, hodie quoque a coeundo Comitium vocatur.* In illo comitia habebantur, lites diſceptabantur. Varr. L. L. IV. §. 32. *Comitium ab eo, quod coibant eo comitiis curiatis, & litium cauſa*, & ſupplicia de ſontibus ſumebantur. Plin. Epiſt. IV. 11. *Celer eques Romanus, cui Cornelia objiciebatur, cum in comitio virgis cæderetur, in hac voce perſtiterat.... Ille præmonetur, ſi comitium & virgas pati nollet, ad confeſſionem confugeret.* Noſter *Domit.* 8. 14. *Aug.* 43. 12.

3. FORUM n. Romanum. Quod ubi ſitum fuerit, dicam *infr.* Aug. 72. 1. §. 1. *Fori* nomine, ut docet *Philand. ad Vitruv.* V. 1. per antonomaſiam inſigniebatur. Antiquiſſimum fuit, & ideo ἀρχαία ἀγορὰ Herodian. IV. 2. 8. *Latium*, Stat. Sylv. I. 1. 2.

Stat

Digitized by Google

ornavit [6] porticibus ad tempus exſtructis [7]: in quibus abundante rerum copia [8],
pars [9] apparatus [10] exponeretur [11]. Venationes [12] autem, ludoſque, & cum col- 2
lega [13], & ſeparatim [14] edidit [15]: quo factum eſt, ut communium [16] quoque im-
penſarum ſolus gratiam caperet [17]: Nec diſſimularet collega ejus M. Bibulus eve- 3
niſſe ſibi, quod Polluci; ut enim geminis fratribus ædes [18] in foro [19] conſtituta
tantum

Stat Latium complexa forum.
& Martial. infr. Dom, 1. 1. §. 4. *magnum*, Dio XLIII. p. 224. E. *Τῷ δὲ ἀξιώματι τῆς Ῥωμαίας ἀγορᾶς ἐπευξήσεν, ὥστε καὶ μεγάλην αὐτὴν ὀνομάζεσθαι. Sed Romani fori ex eo dignitas aucta eſt, ut forum magnum diceretur.* Ovid. Faſt. III. 704.

Et tenet in magno templa dicata foro.
Romanum a Virg. Æneid. VIII. 361. Mart. I. 77. 12. Plin. IV. 5. noſtro infr. Aug. 72. 1. aliiſque, ab Urbis n. in qua poſitum erat, dignitate dicebatur.

4. Basilicarum *loca adjuncta foris, quam calidiſſimis partibus oportet conſtitui, ut per hyemem ſine moleſtia tempeſtatum ſe conferre in eas negotiatores poſſint.* Vitruv. V. 1. Erant enim loca, in quibus exercebantur negotia privata. Auſon. ad Gratianum: *Non forum, non baſilica olim negotiis plena*, & judicia. Plin. Epiſt. V. 21. 1. *Deſcenderam in baſilicam Juliam, auditurus quibus proxima comperendinatione reſpondere debebam.* Senec. de Ira III. 33. *Fremitu judiciorum baſilicæ reſonant.*

5. Capitolium *dictum a capite invento, fluente ſanguine, dum Jovii templi fundamenta jaceret princeps Tarquinius.* Cato de originibus. Hiſtoriam curatius narrat & ridet Arnob. VI. p. 194. *Sed quid ego hæc parva? Regnatoris in populi Capitolio quis eſt hominum qui ignoret TOLI eſſe ſepulcrum Vulcentani? Quis eſt inquam, qui non ſciat ex fundaminum ſedibus caput hominis evolutum non ante plurimum temporis, aut ſolum ſine partibus cæteris, aut ſolum ſine partibus cæteris, hoc enim quidam ferunt, aut cum membris omnibus humationis officia ſortitum.... cujus Tolus fuerit filius, gentis & nationis cujus, ut a germani ſervulis vita fuerit ſpoliatus & lumine.... Nec erubuit civitas maxima, & numinum cunctorum cultrix, cum vocabulum templo daret, ex Toli capite Capitolium, quam ex nomine Jovio nuncupare.* Et multo fuſius, licet hoc illum ignoraſſe, vel memoria lapſus, vel aliud, dum hoc ſcriberet, agens neget *Theod. Canter. V. L. 1. 11.* Dionyſius Halicarnaſſeus Ant. Rom. IV. 8.

6. Ornavit ſignis & tabulis pictis. Aſcon. Cicer. p. 86. *Ædili atque prætori Hortenſio, & item Metellis, rapta ex provinciis ſigna ad ornandum forum & comitium commodaverat Verres; Olim enim, cum in foro ludi populo darentur, ſignis ac tabulis pictis partim e Græcia commodatis utebantur ad ſcenæ ſpeciem, quia adhuc theatra non fuerant*: & opere tectorio. Plin. XXXV. 15. *Lacedæmone quidem excíſum lateritiis parietibus opus tectorium propter excellentiam picturæ ligneis formis incluſum Romam deportavere in ædilitate ad comitium exornandum Muræna & Varro.*

7. Ad tempus exstructis i. temporariis, & quæ ludis peractis rurſus removerentur.

8. Abundante copia. ludos enim, ut docet Dio XXXVII. p. 33. A. *πολυτελεστάτας ἐποίησε, ſumptuoſiſſimos fecit* Cæſar, &, ut addit Plutarch. p. 709. E. *τοῖς περὶ τὰ θέατρα, καὶ πομπὰς, καὶ δεῖπνα χορηγίαις· καὶ πολυτελείαις τὰς πρὸ αὐτοῦ κατέκλυσε φιλοτιμίας, ſumptibus & profuſionibus in ludos, pompas, epulas omnium priorum ſuperavit munificentiam.*

9. Pars i. portio, quam ædilitii muneris forum aut comitium non cepiſſet. Ita hæc explico ducibus *Terrentio* & *Ryequio de Capit. c. 34.* valere juſſo *Jacobo Bononienſi*, qui *Theſaur. Crit. 1. p. 689.* putat *par* legendum eſſe, licet illud præferant *Beroaldus, Babelonius, Berneggerus.* Vide & *Barth. Adv. XLV. 1.*

10. Apparatus i. rerum in ſpectaculo proponendarum. Plin. XXXIII. 3. *Cæſar omni apparatu arenæ argenteo uſus eſt.* XXXVI. 15. *Apparatus tantus Attalica veſte, tabulis pictis, cæteroque choragio fuit.*

11. Exponere, ut monet *Caſaubonus*, proprie locum habet in iis, quas vocant Græci ἐπιδείξεις, quum pretioſiſſimæ quæque res omnis generis foras proferuntur. Ita & Cicer pro Mur. c. 36. *Stravit lectulos, & expoſuit vaſa Samia.*

12. Venationes. V. illas infr. 39. 7. §. 34.

13. Collega M. Bibulo.

14. Separatim edidit *munus patris funebre, quo primum in ædilitate omni apparatu arenæ argenteo uſum eſſe: feraſque argenteis vaſis inceſſere tum primum viſum* narrat Plin. XXXIII. 3.

15. Edidit. V. c. 39. 1. §. 1.

16. Communium i. quas contulerant Cæſar & Bibulus, *δαπανηθέντων ἐς αὐτὰ* Dio XXXVII. *p. 33. B.*

17. Solus caperet gratiam. Dio: *Τοσοῦτον δὲ δὴ ἐν τούτοις ὑπερῆρεν, ὥστε καὶ τὴν ἐπ' ἐκείνοις δόξαν σφετερίσασθαι, καὶ δοκεῖν ἅπαντα αὐτὸς δεδαπανηκέναι: verum tantum ipſe in his rebus eminuit, ut & alterius gloriam ſibi propriam reddiderit, creditusque ſit ſolus omnes impenſas ſuſtinuiſſe.*

18. Ædes, quæ abſolute plerumque pro *æde ſacra* ponitur. Tacit. Hiſt. 1. 42. 3. *T. Vinius ante ædem divi Julii jacuit.* Ulpian. Dig. XVI. 3. §. 36. *Vel, ſi hoc recuſaverit, in æde deponendo.* §. 37. *Oportere rem deponi in æde aliqua, donec de hereditate judicetur.* . In *æde* enim ſacra cuſtodiæ cauſa pecunia deponebatur. *Ædem* Caſtori & Polluci in foro bello Latino vovit A. Poſthumius Dictator. *Liv.* II. 20. dedicavit A. Poſthumius filius duumvir ad id ipſum creatus. *Liv.* II. 42. *Cicer. N. D.* III. 5.

19. Foro Romano, *ἐν τῇ ἀγορᾷ Ῥωμαίων.* Dio infr. Cal. 22. 5. ad lacum Juturnæ, ut addidit Victor

Digitized by Google

tantum Caſtoris [20] vocaretur: ita ſuam, Cæſariſque munificentiam [21], unius Cæ-
4 ſaris dici. Adjecit inſuper Cæſar etiam gladiatorium munus [22], ſed aliquanto pau-
5 cioribus, quam deſtinaverat, [23], paribus [24]. Nam quum multiplici undique fami-
lia [25] comparata [26] inimicos [27] exterruiſſet, cautum eſt [28] de numero gladiatorum [29],
quo ne majorem cuiquam habere Romæ liceret.

Reg. VIII. quæ eſt Forum Romanum, quod & in Faſtis docet Ovid. I. 707.

Fratribus illa dies, fratres de gente Deorum
Juxta Juturnæ compoſuere lacus.

eo ipſo loco, ubi bello Latino viſæ fuerant illorum imagines, ut docet Dionyſ. VI. p. 351.

20. CASTORIS tantum hæc ædes vocatur etiam a Cicer. Phil. V. 8. *qui pro Caſtoris æde ſedens.* Liv. II. 20. *Nihil nec divinæ, nec humanæ opis Dictator prætermittens ædem Caſtori voviſſe fertur.* & Caſtorum Plin. XXXVI. 6. *Ante ædem Caſtorum fuit Q. Martii Tremuli equeſtris togata.* & quidem vulgi appellatione. *Caſtoris & Pollucis* ſæpius alias. Cicer. Verr. V. 72. *Teſtis celeberrimo in loco prætorii locati Caſtor & Pollux, quorum e templo....* Noſt. *Tib.* 20. 4. *Cal.* 22. 5.

21. MUNIFICENTIAM I. liberalitatem, πολυδωρίαν. Plin. XXVII. I. *Nec dubie ſuperata hoc modo poſſit videri etiam rerum natura ipſius munificentia.* III. 5. *Tam munifica ſylvarum genera.* Noſt. Tib. 48. I. Tit. 7. 9.

22. MUNUS, inquit Tertull. de ſpect. c. 12. *dictum eſt ab officio, quoniam officium etiam muneris nomen eſt. Officium autem mortuis hoc ſpectaculo facere ſe veteres arbitrabantur, poſteaquam illud humaniore atrocitate temperaverunt. Nam olim quoniam animas defunctorum humano ſanguine propitiari creditum erat, captivos vel malo ingenio ſervos mercati in exequiis immolabant. Poſtea placuit impietatem voluptate adumbrare. Itaque quos paraverant armis, quibus tunc & qualiter poterant eruditos, tantum ut occidi diſcerent: mox edicto die inferiarum apud tumulos erogabant. Ita mortem homicidiis conſolabantur. Hæc muneris origo. Primum Romæ......* ut narrant Val. Max. II. 4. 7. Liv. Epit. 16. *in foro Boario Ap. Claudio, M. Fulvio Coſſ. dederunt M. & D. Bruti, funebri memoria patris cineres honorando.* Inde *munerarius*, qui ſuis ſumptibus *munus* gladiatorium exhibet. Quintil. I. O. VIII. 3. *Munerarium Auguſtus primus dixit.* Noſt. *Domit.* 10. 3. De *munere* hoc, ſi hæc non ſufficiunt, V. *Laz. Comm. R. R.* X. 13. *Bud. in Pandect. p.* 275. *Fabr. Sem.* II. 10. *Lipſ. Sat.* I. 7. 8. & *Kirchm. Fun.* IV. 8.

23. DESTINAVERAT I. propoſuerat. V. *Curt.* VII. 5. 41. §. 94.

24. PARIA gladiatorum, ζεύγη μονομάχων Plutarch. Cæſ. p. 709. F. *Par gladiatorum nobiliſſimum* dicit de optimo genere Oratorum Cicero. Dicuntur vero, quorum alter cum altero pugnat. Noſt. Tib. 34. I. *Dedit paria viginti & trecenta.* Plutarchus: ἀγορανομῶν τριακοσίοις καὶ εἴκοσι παρέσχεν. De gladiatorum *paribus* V. & *Lipſ. Sat.* II. 19. Reliqua, quæ exhibere deſtinaverat, ut legi, de qua §. 29. pareret, Capuam miſit, ut docet B. C. I. 14. 4. *Gladiatores, quos Cæſar Capuæ in ludo habebat, in forum productos Lentulus libertati confirmat.*

25. FAMILIA eſt tota illa gladiatorum manus, quæ ſub uno laniſta hanc artem docebatur. Cæſ. B. C. III. 5. *magnis muneribus datis gladiatoriæ familiæ reliquias habebat.* Noſt. *Aug.* 42. 4. *Cal.* 26. 9. Videtis & *Lipſ. Sat.* I. 15.

26. COMPARATA I. coempta. Liv. II. 9. *Annona in primis habita cura, & ad frumentum comparandum miſſi.* Cato R. R. c. I. *Prædium quum comparare cogitabis, ſic in animo habeto.* Donat. Enn. II. 3. 63. *Comparet pro emat, aut comparandum putet.* Noſt. 42. 3: 47. 2. *Cal.* 22. 8. 27. I. Valeat ergo, Rufinum, *comparatum* quod dixerit codicem pro empto, dum carpit Hieronymus.

27. INIMICOS, Syllanos.

28. CAUTUM EST I. antequam ludi ederentur, ſancitum eſt. Noſter ſæpius.

29. DE NUMERO GLADIATORUM ſæpius caverunt Romani. De Auguſto Dio LIV. p. 522. A. μήθ' ὁπλομαχίας πλεονάκις ἢ δὶς ἐν ἑκάστῳ ἔτει, μήτε πλειόνων εἴκοσι καὶ ἑκατὸν ἀνδρῶν ποιεῖν: *neque ſæpius quam bis in anno gladiatores dare, neque plures quam viginti & centum viros.* De Tiberio noſt. 34. I. Unde ſupra numerum definitum niſi facultate conceſſa gladiatorum paria edere nemini licebat. Ita narrante Dione LIX. p. 650. D. Caligula ἐπέτρεψε τοῖς βουλομένοις καὶ ὑπὲρ τὸν νόμον τῷ ἀριθμῷ τῶν μονομαχούντων χρῆσθαι: & ſenatuſconſulti, *quo civitati Syracuſanorum egredi numerum edendis gladiatoribus finitum permittebatur*, meminit Tacit. An. XIII. 49. I.

CAPUT XI.

ARG. *Ægyptum provinciam petit, ſed non obtinet, tropæa C. Marii Sylla disjecta reſtituit, & de ſicariis quæſtionem exercet Cajus Julius Cæſar.*

1 Conciliato [1] populi favore [2], tentavit per partem tribunorum [3], ut ſibi Ægyptus pro-

CONCILIATO I. parato. Ter. Heaut. V. 5. 2.

Exeo, ut pacem conciliem.

Noſt. *Cal.* 2. 3. *Aug.* 48. 2. Lenonum verbum eſt *conciliantium*, ut ait Feſtus, *viris uxores, & uxoribus viros.* Petron. c. 87. *Concilio tibi, o juvenis, ſororem.* Noſt. c. 50. 4. Etiam *conciliari* eſt amicum fieri

provincia [4] plebiſcito [5] daretur : nactus extraordinarii imperii occaſionem, quod Alexandrini [6] regem [7] ſuum, ſocium atque amicum [8] a ſenatu appellatum, expulerant, reſque [9] vulgo improbabatur : nec obtinuit, adverſante optimatium factione [10], quorum auctoritatem, ut, quibus poſſet modis, invicem diminueret, tropæa [11] C. Marii [12] de Jugurtha [13], deque Cimbris [14] atque Teutonis, olim à Sylla dis-

fieri. Nep. 2. 10. 1. *Cupiens talem virum ſibi conciliari.* Noſt. *Vit.* 7. 2. Proprie eſſe fullonum docet Scalig. Conj. in Varr. p. 82. ad Varronis verba : *apud fullonem veſtimentum cum cogitur, conciliari dicitur.* Dicit enim eſſe συμπιλεῖν, πιέζειν, ἰποῦν καὶ συμπατῆσαι.

2. Favore i. ſtudio. V. Curt. x. 7. 13. §. 37.

3. Per partem tribunorum i. per aliquot *tribunos*, plebis n. *Tribuni* plebis decem fuerunt. Cicer. LL. III. 3. *Plebs quos pro ſe contra vim, auxilii ergo, decem creaſſet, tribuni ejus ſunto.* Per illos, quod petebat, obtinere non potuit, quod, ut monet *Babelonius*, ea *tribunitia* poteſtatis fuerit lex, ut cæteris collegis volentibus, unus qui adverſetur plus poſſit, maxime cum ab initio *tribunorum* poteſtas magis fuerit ad impediendum, quam ad agendum.

4. Provincia hæc fuit reductio regis ſocii in ſuum regnum. *Provincia* generali ſignificatione quælibet eſt muneris & publici & privati procuratio, ſive adminiſtratio. Ter. Phorm. 1. 2. 22.

O Geta, provinciam
Cepiſti duram.

5. Plebiscito i. lege a plebe lata. Gell. x. 20. *Plebiſcitum ſecundum Capitonem eſt lex, quam plebs, non populus accipit. Sciſcere* Feſto eſt *ſententiam dicere*, & *ſcita plebei* eidem *appellantur ea, quæ plebs ſuo ſuffragio ſine patribus juſſit plebejo magiſtratu rogante.* Noſt. 28. 1. Veſp. 8. 13.

6. Alexandriam deſcripſi ad Curt. iv. 8. §. 10.

7. Regem Alexandrum, filium aut fratrem iſtius Alexandri, qui accepto a Dictatore Sylla regno intra 19. dies a populo cæſus eſt. Hunc ab Alexandrinis Cotta & Torquato Coſſ. i. anno ab U.C. 688. pulſum eſſe, & anno ſequente L. Cæſare & C. Figulo Coſſ. periiſſe putat *Manut. Quæſ. Epiſt.* 1. 10. V. tamen Strab. inſr. Veſp. 19. 4. §. 12. *Reinec. Hiſt. Jul.* 11. *p.* 75. *Torrentium* & *Babelonium.*

8. Socii atque amici a ſenatu appellabantur *non niſi qui optime de Republica Romana meriti eſſent.* Liv. xxxi. 11. Cicer. pro Sext. c. 26. *Rex Ptolemæus, qui ſi nondum erat ipſe a ſenatu ſocius appellatus, erat tamen frater ejus Regis, qui, cum eſſet in eadem cauſa, jam erat a ſenatu honorem iſtum conſecutus.* Dio xxxix. p. 97. B. καὶ φίλος καὶ σύμμαχος ὀνομασθείς. Hunc honorem paucis contigiſſe ſcribit Cæſ. B. G. 1. 43. 4. *Arioviſtus quod rex appellatus eſſet a ſenatu, quod amicus, quod munera ampliſſima miſſa; quam rem & paucis contigiſſe, & a Romanis pro maximis hominum officiis conſueviſſe tribui docebat.* De illo noſt. *Aug.* 60. 1: 48. 1. Claud. 25. 13. Similia exempla collegit *Briſſ. Form.* 11. p. 233.

9. Rem hanc explicat *Beroaldus*, & Beroaldum videtur ſequi *Babelonius*, quod rex a ſenatu ſocius atque amicus appellatus ab Alexandrinis eſſet expulſus. Quid? ſi admitteretur *Barth. Adv.* xlv. 1. conjectura priſco codice *reſque vulgo improbatur* præ ſe ferente fulta. Ex illo enim legendum conjicit, *reſque vulgo jam probatur.* Cæſar certe χορηγίαις καὶ πολυτελείαις περὶ τὰ θέατρα.... de quibus 10. §. 8. οὕτω διέθηκε τὸν δῆμον, ὡς καινὰς μὲν ἀρχὰς, καινὰς δὲ τιμὰς ζητεῖν ἕκαστον, αἷς αὐτὸν ἀμείψαιντο, *uſque adeo movit populum, ut novos magiſtratus, novos honores quiſque quæreret, quibus illum remuneraret.* narrante Plutarch. Cæſ. p. 709. E. Ego intelligerem Cæſaris de rege in regnum ſuum reducendo petitionem.

10. Factione i. partibus, quia in partes Romana Reſpublica diviſa erat, quarum plebeji Marianas, optimates Syllanas fovebant. Cæſ. B. G. vi. 11. 1. *In Gallia non ſolum in omnibus civitatibus, atque pagis, partibuſque, ſed pæne etiam in ſingulis domibus factiones ſunt.* Feſtus : *Factio & factioſus initio honeſta vocabula erant, unde adhuc factiones hiſtrionum & quadrigariorum dicuntur. Modo autem nomine factionis ſeditio & arma vocantur.* Noſt. 20. 12. Hinc de graſſatorum, aut latronum ſocietatibus dicitur. Apul. Mil. III. p. 141. *Globus latronum invadit omnia, & ſingula domus membra cingit armata factio.* Noſt. *Aug.* 32. 2.

11. Tropæa V. Curt. v. 8. 16. §. 40.

12. C. Marii tropæa marmorea inter D. Bibianam & D. Euſebium via, qua a Maria majore ad templum S. Crucis Jeroſolomytanæ recta itur, in fornicibus ſuperioribus Caſtelli, Aquæ Martiæ quod dictum, adhuc cernitur, ante aliquot annos ſita fuiſſe dicunt *Borrich. Ant. Urb. Fac. c.* 7. *Nardin. Rom. Vet.* iv. 2. & *Fabric. Deſcript. Urb. Rom. c.* 14. & addunt vicum *Cimbricum* cujus meminit *Petrarch. Epiſt.* v. quia de Cimbris a C. *Mario* illic fuerint erecta, eſſe dictum : & poſtea in Capitolium eſſe tranſlata. Cur tamen iſta potius *Marii*, quam alterius fuiſſe dicantur, non videt *Donat. de Urb. Rom.* III. 10. nec quid certum de illis pronuntiare audet *Nardinus.* & Trajani Auguſti fuiſſe putat *Bellor. Fragm. Veſt. Vet. Rom. p.* 13.

13. Jugurthinum bellum prodiderunt integro libro *Salluſtius*, *Plutarchus in Mario. Flor.* III. 1. *Paterc.* II. 11. *Oroſ.* v. 15. *Eutrop.* v. 1. *Liv. Epit.* 64. 65. 66. *Aurel. Vict. de vir. illuſtr. c.* 62. 67. & 75.

14. Cimbricum bellum memoriæ prodiderunt *Plutarch. in Mario. Strab.* VII. *p.* 202. 203. *Flor.* III. 3. *Paterc.* II. 12. *Oroſ.* v. 16. *Eutrop.* v. 2. *Liv. Epit.* 67. 68. Ejus meminerunt quoque *Appian.*

disjecta [15], reſtituit [16]: atque in exercenda de ſicariis quæſtione [17], eos quoque ſicariorum [18] numero [19] habuit, qui proſcriptione [20] ob relata civium Romanorum capita pecunias ex ærario acceperant, quanquam exceptos Corneliis [21] legibus.

pian. in Celtic. p. 756. *Caſ. B. G.* I. 33. 4: 40. 5. *Val. Max.* VI. 9. 14. *Aurel. Vict. c.* 67. *Veget.* III. 10. *Front.* I. 5. 3: II. 2. 8. *Sall. B. C. c.* 59. *Tac. Hiſt.* IV. 74. 4. Noſt. *Aug.* 23. 3. *Cal.* 51. 5. Geſtum eſt anno ab U. C. DCXL. Tacit. Germ. 37. 3. *Sexcenteſimum & quadrageſimum annum Urbs noſtra agebat, cum primum Cimbrorum audita ſunt arma, Cæcilio Metello ac Papyrio Carbone Coſſ.* De *Cimbrorum* & *Teutonum* ſedibus ſcribit, & Germanos fuiſſe pluribus docet Cluver. Germ. I. 10. *Cimbri & Teutoni, ab extremis Germaniæ finibus, iſti ex Danicis inſulis, illi ex Cimbrica peninſula* I. *Jutia profugerunt.* Qui & plura de iisdem II. 4: III. 22. ut & *Jun. Batav. c.* 21. *p.* 370. *Reinec. Hiſt. Jul.* II. *p.* 382. *Velſer. Boj.* II. p. 46.

15. DISJICERE tropæa poſita non debuiſſet Sylla. Dio XLII. p. 207. C. Καὶ τρόπαιον ἐπειδήπερ ὁ Μιθριδάτης ἀπὸ τοῦ Τριαρίου ἐνταῦθά που ἐγηγέρκει, ἀντανέστησε· καθελεῖν μὲν γὰρ τὸ τοῦ βαρβάρου οὐκ ἐτόλμησεν, ὡς καὶ τοῖς ἐμπολεμίοις θεοῖς καθιερωμένον. *Cum eo in loco tropæum Mithridates de Triario ſtatuiſſet, quia id conſecratum belli diis evertere fas non erat.* Vitruv. II. 8. *Poſtea autem Rhodii religione impediti (quod nefas eſt tropæa dedicata removeri) circa eum locum ædificium ſtruxerunt.*

16. RESTITUERE tropæa disjecta non debuiſſet Cæſar. Plutarch. Quæſt. Rom. 36. Διὰ τί τοῖς θεοῖς ἀνατιθεμένων μόνα τὰ σκῦλα νενόμισται περιορᾶν ἀφανιζόμενα τῷ χρόνῳ, καὶ μήτε προσκυνεῖν, μήτε ἐπισκευάζειν. *Cur inter ea, quæ diis conſecrantur, lege permiſſum eſt, ut ſola ſpolia ſinantur tempore corrumpi atque aboleri, neque ea licet reparare aut inſtaurare?* Quo modo reſtituerit Cæſar, docet Plutarchus p. 709. F. εἰκόνας ἐποιήσατο Μαρίου κρύφα, καὶ νίκας τροπαιοφόρους, ἃς φέρων νυκτὸς εἰς τὸ Καπιτώλιον ἀνέστησεν. *Clam Marii imagines, & victorias triumphales fecit, quas nocte poſuit in Capitolio.*

17. EXERCERE QUÆSTIONEM eſt *quæſtioni* I. judicio, ut docet *c.* 6. §. 27. præeſſe. Ita *vectigalia exercere* Cicer. pro leg. Man. c. 6. eſt illis exigendis præeſſe. Fuit hoc prætorum. Cicer. Fin. II. 16. *Qui quum prætor quæſtionem inter ſicarios exercuiſſet.* Non tamen Cæſar prætor fuit, ut videtur velle *Torrentius*, nec hoc illi a ſenatu extra ordinem mandatum, ut putat de legibus ubi ſcribit *Manutius c.* 25. ſed, ut recte *Caſaubonus* & *Babelonius*, poſt ædilitatem factus eſt judex *quæſtionis*, eique prætori operam navavit, cui forte contigerat *quæſtio* inter ſicarios. *Sorte* enim quæſtio *obveniebat unicuique prætori*, ut docet *Aſconius* ad Cicer. Verr. I. 8. verba hæc: *Illis ipſis diebus, cum prætores deſignati ſortirentur, M. Metello obtigiſſet, ut is de pecuniis repetundis quæreret.*

18. SICARIUS eſt, qui fert *ſicam.* *Sicam* deſcribit Joſeph. XX. 7. Καὶ οἱ σικάριοι καλούμενοι (λῃσταὶ δὲ οὗτοι ἦσαν) τότε μάλιστα ἐπλήθυνον χρώμενοι ξιφιδίοις παραπλησίοις μὲν τὸ μέγεθος τῶν Περσῶν ἀκινάκαις, ἐπικαμπέσι δὲ, καὶ παραπλησίοις ταῖς Ῥωμαίων σίκαις καλουμέναις, ἀφ' ὧν, καὶ τὴν προσηγορίαν οἱ λῃστεύοντες ἔλαβον: *& hi ſicarii appellati (ſunt enim latrones) tunc ad maximum numerum excreverant, utentes gladiolis inſtar acinacis Perſici incurvis, quales ſicas Romani nominant, unde latrones nomen acceperunt.* Gloſſæ Cyrilli: *Sica*, ἐγχειρίδιον, μάχαιρα, Θρᾳκικὸν ξίφος, ἐπικαμπές. Inde Thraces μαχαιροφόρους vocat Thucyd. II. p. 167. C. Παρεκάλει καὶ τῶν ὀρεινῶν Θρᾳκῶν πολλοὺς τῶν αὐτονόμων, καὶ μαχαιροφόρων. *Evocabat montanorum Thracum permultos, ex iis qui ſuis legibus vivunt, & machæris accincti.* Et ita *ſicarium* explicant Cyrilli gloſſæ: *Sicarius*, σφάκτης, ἀνδροφόνος, σφαγεύς, λῃστής, φονεύς, μαχαιροφόρος. De *ſica* quoque agunt *Lipſ. Sat.* II. 9. *Sigon. de jud.* II. 31. *Laz. Comm. R. R.* VIII. 18. *Tiraq. in Alex.* VI. 22.

19. NUMERO SICARIORUM I. pro *ſicariis.* Nep. 17. 4. 8. *Mirari ſe, non ſacrilegorum numero haberi, qui ſupplicibus eorum nocuiſſent.* Ita & Gronov. *Obſ.* I. 6. & *Addend. p.* 270.

20. PROSCRIPTIONE I. *proſcriptionis* tempore. Illo enim diverſarum partium qui habebantur, in tabulis palam in foro *proſcripti* extabant, ſupplicio occultatori, præmio percuſſori poſito. *Proſcriptionis exemplum primus* Sylla *invenit* Paterc. II. 28. 3. Liv. Epit. 88. Appian. B. C. I. p. 409. Dio XLVII. p. 328. Plutarch. in Sylla p. 472. B. Ὁ δὲ Σύλλας εὐθὺς ὀγδοήκοντα προέγραψεν, οὐδενὶ τῶν ἐν τέλει κοινωσάμενος. Ἀγανακτούντων δὲ πάντων, μίαν ἡμέραν διαλιπὼν ἄλλους προέγραψεν εἴκοσι καὶ διακοσίους, εἶτα τρίτῃ πάλιν οὐκ ἐλάττους. Προσέγραψε δὲ τῷ μὲν ὑποδεξαμένῳ καὶ διασώσαντι τὸν προγεγραμμένον, ζημίαν τῆς φιλανθρωπίας ὁρίζων θάνατον. Οὐκ ἀδελφόν, οὐχ υἱόν, οὐ γονεῖς ὑπεξελόμενος. Τῷ δὲ ἀποκτείναντι γέρας, δύο τάλαντα τῆς ἀνδροφονίας, κἂν δοῦλος δεσπότην, κἂν πατέρα υἱὸς ἀνέλῃ. *Sylla e veſtigio proſcripſit octoginta, re cum nemine ex magiſtratibus communicata. Omnibus id indigne ferentibus, alios uno die interjecto ducentos viginti, mox tertio adjunxit rurſus non pauciores. Adſcripſit, ei qui recepiſſet & ſervaſſet proſcriptum, mulctam ſe humanitatis capitalem ſancire. Nec fratrem, vel filium, vel parentes excepit. Percuſſori præmium cædis bina talenta, etiamſi ſervus dominum, etiamſi genitorem interfeciſſet filius.*

21. CORNELIIS I. latis anno ab U. C. 671. a *L. Cornelio Sylla* Dictatore de *ſicariis & veneficis*, quarum & hoc fuit caput: *Judex quæſtionis cum iis judicibus, qui ei obvenerint, de ejus capite quærito, qui hominem occiderit, quique hominem occidendi cauſa cum telo ambulaverit.* V. de his legibus *Sigon. de jud.* II. 30. *Auguſtin. de LL. p.* 52.

CAPUT

CAPUT XII.

ARG. *C. Rabirio perduellionis diem qui diceret ſubornat, & forte in reum ductus judex cupide condemnat Cajus Julius Cæſar.*

Subornavit [1] etiam, qui C. Rabirio [2] perduellionis [3] diem diceret [4]: quo præcipuo adjutore, aliquot ante annos [5] L. Saturnini [6] ſeditioſum tribunatum ſenatus coercuerat [7]: ac forte [8] judex [9] in reum [10] ductus [11], tam cupide [12] condemnavit, 1

SUBORNAVIT Titum Labienum tribunum plebis, qui *a C. Macro objectum eſſe id crimen C. Rabirio dixit, quem meminiſſe, quid objecerit C. Rabirio Macer inimicus; oblitum eſſe, quid æqui & jurati judices judicarint*, narrat Cicero pro Rabirio c. 2.

2. RABIRIUS ſenator fuit. Dio XXXVII. p. 41. E. *Γερουσία δεινὸν ἐνόμιζεν εἶναι καὶ ἄνδρα βουλευτὴν, μηδ' ἀδικοῦντά τι, καὶ ἐς γῆρας ἤδη προεληλυθότα ἀπολέσθαι: ſenatus iniquum eſſe duxit, virum ſenatorem, qui nihil deliquiſſet, & jam magno natu perire.*

3. PERDUELLIO eſt crimen imminutæ majeſtatis, & graviſſimum, & atrociſſimum, quippe quod ad univerſæ reipublicæ ſtatum labefactandum pertineat. *Perduelles* olim dicebantur hoſtes. Cicer. Offic. I. 12. *Equidem illud etiam animadverto, quod qui proprio nomine perduellis eſſet, is hoſtis vocaretur, lenitate verbi triſtitiam rei mitigante.* Plaut. Ciſt. I. 3. 53.

Perdite perduelles, parite laudem & lauream.

Duellum enim, quia primitus *duorum* fuit, bellum dixerunt veteres. Horat. Od. III. 14. 18.

Et cadum Marſi memorem duelli.

Ennius apud Varr. L. L. VI. 3.

Qui inde invicteis ſumpſerunt perduellibus.

Ipſe Varro: *Perduelles ſunt hoſtes, ut perficit, ſic perduellum, duellum: id poſtea bellum.* Inde *perduelles* ſunt dicti, qui adverſus rempublicam, vel principem quid machinati eſſent, etiamſi bellum non gereretur. Ulpian. Dig. XLVIII. 4. 11. *Perduellionis* reus *eſt, qui hoſtili animo adverſus rempublicam, vel principem animatus eſt.*

4. DIEM DICERET I. vadimonio capitali obſtringeret. Liv. III. 11. *A. Virginius ex collegio unus Cæſoni capitis diem dicit.* *Dicere* eſt conſtituere. Cæſ. B. G. I. 42. 3. *Dies colloquio dictus eſt*, quod illi *conſtituere* I. 30. 4. *Diem concilio conſtituerunt.* Inde *diem alicui dicere* eſt conſtituere certam ut accuſetur. Liv. III. 56. *Cum diem Appio Virginius dixiſſet.*

5. ALIQUOT ANNOS. Dio XXXVII. 41. D. ſex & triginta dicit, Cicer. in Piſon. c. 2. quadraginta: *Ego in C. Rabirio perduellionis reo quadraginta annis ante me Conſulem....* Sed Aſconius in illum. p. 157. *Poſſit aliquis credere, lapſum memoria Ciceronem, qui dicat, quadraginta annis ante ſe Conſulem factum eſſe S. C. adverſum L. Appulejum Saturninum tribunum plebis: cum 36 anni a C. Mario & L. Valerio Flacco Coſſ. numerentur. Sed hic non ſubtilis computatio annorum facta eſt, verum ſummatim tempus comprehenſum eſt, & perinde accipiendum, ac ſi dixerit, prope 40 annis.*

6. L. APPULEJUS SATURNINUS, quod in annonæ caritate quæſtorem a ſua frumentaria procuratione ſenatus amovit, dolore factus eſt popularis. Cicer. de Aruſp. reſp. *c.* 22. quem cum cenſor Q. Cæcilius Metellus tribunatu defunctum ſenatu movere conatus eſſet, propter vitæ dedecora, paullo poſt velut ulturus injuriam a Metello acceptam, iterum profeſſus eſt ſe candidatum tribunatus per occaſionem, quod Glaucia tunc prætor præeſſet comitiis, qui Nonio tribuno plebis deſignato in caupona, in quam confugerat, interfecto, ſummo mane, priuſquam frequens plebs conveniret in comitium, illum creat tribunum plebis. *Appian. B. C. 1. p.* 137. *Liv. Epit.* 69. Qui refectus tulit leges 1. frumentariam de ſemiſſibus & trientibus. Cicer. ad Herenn. I. 12. 2. agrarias א. de Sicilia, Achaja, Macedonia novis coloniis dividenda. *Aurel. Vict. c.* 73. ב. de dividendis agris Galliæ provinciæ, e quibus Marius nuper Cimbros ſubmoverat, ut jam Romani juris eſſent, non Gallici. ג. de majeſtate ſuarum legum: ut ſi plebs eas ſciviſſet, ſenatus intra quintum diem auctor fieret jurejurando addito: qui recuſaret jurare, ſenatu moveretur, & inſuper mulctaretur talentis viginti. *Appianus.* Metellum in exilium agi, Memmium competitorem in campo Martio interfici juſſit. *Victor, Appianus, Flor.* III. 16. 3. 4. *Oroſ.* V. 17. infamibus artibus concionem domi ſuæ habuit, ibique ab aliis rex, ab aliis imperator eſt appellatus. *Oroſius, Florus.* populus indignitate rei motus in unum propere convenit, Appulejo necem minitans: at ille Capitolium occupat. *Appian. p.* 369. Marius SCto armatus, quo cenſebatur, darent operam conſules, ne quid reſpublica detrimenti caperet, in Capitolium perſecutus obſedit. *Victor.* & fiſtulas, quibus eo aqua deducebatur, incidit, *Appianus p.* 370. *Oroſius, Florus.* & illo cogente in curiam cum confugiſſet, per equites Romanos effractis foribus occiſus eſt. *Oroſius.* plebe curiæ tegulas convulſas in incluſum jaciente. *Appianus.*

7. COERCERE verbum eſt politicum, & in magiſtratu proprie dicitur. Cicer. LL. III. 3. *Magiſtratus nec obedientem, & noxium civem mulcta, vinculis, verberibusve coercento* I. puniunto. Noſter ſæpius.

8. SORTES quid, dicam *Ner.* 21. 2. §. 7. *Sorte* hac judex quæſtionis in hoc judicio eſt factus Cæſar. Judices enim quæſtionis *ſortiri* ſolebat prætor, & conjectis omnium judicum nominibus in urnam, cum numerum, qui lege, qua judicium exercebatur,

demnavit, ut ad populum provocanti [13] nihil æque ac [14] judicis acerbitas [15] profuerit [16].

definitus erat, educere. Inde *judices ſortiri*, eſt per *ſorte n* judices eligere. Plin. præfat. *Quoniam plurimum intereſt, ſortiatur aliquis judicem an eligat.* Noſt. *Aug.* 29. 5. *Veſp.* 10. 2.

9. Judex erat Julius cum L. Cæſare, *μὴ πρὸς τοῦ δήμου, κατὰ τὰ πάτρια, ἀλλὰ πρὸς αὐτοῦ τοῦ στρατηγοῦ, ὧν ἐξῆν· αἱρεθέντες. Non a populo, ut majorum mores ferebant, ſed a pratore, ſecus quam par erat, judices conſtituti.* Dio XXXVII. p. 42.

10. Reos *appello, non eos modo, qui arguuntur, ſed omnes, quorum de re diſceptatur.* Cicer. de Orat. II. 43. Inde *reum fieri* eſt accuſari. Aſcon. in Cicer. p. 44. *Quid eſt reum fieri, niſi apud Pratorem legibus interrogari?* Noſt. 23. 2. *A Rabirio interfectum* eſſe Appulejum dicit Liv. Epit. 69. ſi modo admittenda conjectura Sigonii hoc effingentis ex *bello quodam*, quæ leguntur in antiquioribus Livii libris. Certe *Rabirius nequaquam eadem profeſſus eſt, ſed inficias ivit.* Dio. *& id multorum teſtimoniis Q. Hortenſio copioſiſſime defendente falſum eſſe docuit.* Cicer. pro Rab. c. 6. *Caput ejus* tamen *per convivia in ludibrium circumtuliſſe Rabirium* teſtis eſt *Aurel. Vict. c.* 73.

11. Ductus i. electus, Vopiſc. Prob. c. 8. *Ut aliquis eum ſorte ductus acciperet.* Sortes enim non tantum *exire*, ut apud Cicer. infr. Ner. 21. 2. §. 8. ſed etiam *duci* dicebantur. Cicer. Div. I. 18. *Ut ea ſunt ſortes.... qua tamen ducta, ut in rem apte cadant, fieri credo poſſe divinitus.*

12. Tam cupide i. tanto ſtudio partium. Cicer. pro Font. c. 9. *Indutiomarum, talem virum, tam cupide, tam temere dixiſſe.* Senec. Suaſ. 7. *Quin ejuraret, ſuas eſſe, quas cupidiſſime effuderat orationes in Antonium.* Hinc *cupidus moderato* opponitur Cicer. pro Font. c. 10. *Poteſtis ignotis notos, cupidos moderatis anteferre.* Et *cupiditas* partium eſt ſtudium. Cicer. Font. c. 9. *Ne quod minus moderate poſitum, ne quod ab aliqua cupiditate prolapſum verbum eſſe videatur.*

13. Ad populum provocare, ſive populum appellare ut reo liceret, conceſſit Tullus Hoſtilius. Liv. I. 26. *Si a Duumviris provocarit* Horatius, *provocatione certato. Tum Horatius auctore Tullo clemente legis interprete, provoco, inquit, ita de provocatione certatum ad populum eſt.* Ita *jus provocationis adverſus conſules dedit Valerius Poplicola* Flor. I. 9. 4. *Provocationem patronam civitatis ac vindicem libertatis* Cicer. de Orat. II. 48. *unicum præſidium libertatis* Liv. III. 55. quia tenuiores injuria potentiorum prohibebat, vocant.

14. Æque ac i. tam, tantum quam. Petron. c. 7. *Aſcyltos aque laſſus ac moriens.* Cicer. Div. c. 3. *Populus nihil aque in republica atque illam veterem judiciorum vim gravitatemque requirit.*

15. Judicis acerbitas, ut *nihil aque reo* Fauſto *profuit, quam nimia potentia accuſatoris.* Tacit. Hiſt. II. 10. 5. *Acerbitas* i. odii atrocitas, ut dixi *Curt.* VI. 8. 22. §. 51. Noſt. 73. 2.

16. Profuerit, eſt enim liberatus modo, quem denarrat Dio XXXVII. p. 42. B. Ὁ Μέτελλος ὁ Κέλερ, οἰωνιστής τε ὢν καὶ στρατηγῶν, ἐπεὶ ἄλλως οὐκ ἐπείθοντό οἱ, οὐδ᾽ ὅτι παρὰ τὴν νενομισμένην ἡ κρίσις ἐγεγόνει ἐνεθυμοῦντο, ἀνέδραμεν ἐς τὸ Ἰανίκουλον, πρὶν καὶ ὁτιοῦν σφᾶς ψηφίσασθαι, καὶ τὸ σημεῖον τὸ στρατιωτικὸν κατέσπασεν· ὥστε μηδὲν ἔτ᾽ αὐτοῖς ἐξεῖναι διαγνῶναι. Οὕτω μὲν δὴ τότε ἥ τε ἐκκλησία, καθαιρεθέντος τοῦ σημείου διελύθη, καὶ ὁ Ῥαβίριος ἐσώθη. *Metellus Celer augur & prætor, quum ei populus non obtemperaret, neque cum animis ſuis reputaret, judicium id haud legitime factum eſſe; in Janiculum cucurrit, antequam ſuffragiis populus quicquam decerneret, revellitque ſignum militare: itaque populus nullius amplius decreti faciendi poteſtatem habebat. Eo modo concio diſſipata, vexillo amoto, & Rabirius ſervatus eſt.*

CAPUT XIII.

ARG. *Pontificatum maximum petiturus ad comitia deſcendit, & duos competitores ſuperat Cajus Julius Cæſar.*

1 Depoſita provinciæ [1] ſpe, pontificatum [2] maximum petiit [3], non ſine profuſiſ-
2 ſima largitione [4]. In qua reputans [5] magnitudinem æris alieni [6], cum mane ad

Provinciæ, quam V. ſupr. II. 1. §. 4.

2. Pontificem *Numam Marcium Marci filium ex patribus legit Numa; eique ſacra omnia exſcripta aſſignataque attribuit; quibus hoſtiis, quibus diebus, ad qua templa ſacra fierent, atque unde in eos ſumptus pecunia erogaretur. Cætera quoque omnia publica privataque ſacra Pontificis ſcitis ſubjecit, ut eſſet quo conſultum plebs veniret: ne quid divini juris, negligendo patrios ritus, peregrinoſque adſciſcendo, turbaretur. Nec cæleſtes modo ceremonias, ſed juſta quoque funebria, placandoſque manes ut idem pontifex edoceret; quæque prodigia fulminibus, aliove quo viſo miſſa ſuſciperentur atque curarentur.* Liv. I. 20. Dion. Halic. II. p. 132. Plutarch. in Numa p. 65. 66.

3. Petiit τοῦ Μετέλλου τοῦ Εὐσεβοῦς τελευτήσαντος. *Dio* XXXVII. *p.* 46. *D. Plutarch. Cæſ. p.* 710. *C.*

4. Profusissima largitione i. ingenti pecunia per tribus diſtributa, πλεῖω προσδανεισάμενος Plutarchus, *effuſis ambitus largitionibus* Nep. 25. 6. 2. metaphora ab aquis ducta. Artem adhuc aliam, qua ad hunc honorem ſibi tranſitum fecit Cæſar, narrat Dio. XXXVII. p. 47. A. fuiſſe *potentiorum affectationem:*

ad comitia [7] deſcenderet [8], prædixiſſe matri oſculanti [9] fertur, domum ſe niſi pontificem [10] non reverſurum [11] atque ita potentiſſimos duos competitores [12], multumque & ætate & dignitate antecedentes [13], ſuperavit: ut plura ipſe in eorum tribubus [14] ſuffragia, [15] quam uterque in omnibus [16] tulerit.

nem: ὧν ἐπεχείρει πρωτεῦσαι τούτους ὡς καὶ κρείττους ὑπήρχετο: *inter quos primus eſſe ſtudebat, eoſdem ut dignitate ſuperiores aſſectabatur*, ut Dionem recte emendat Caſaubonus.

5. REPUTANS i. perpendens. V. Curt. III. 4. 3. §. 16.

6. MAGNITUDINEM ÆRIS ALIENI. Χιλίων καὶ τριακοσίων χρεωφειλέτης ταλάντων. Plutarch. Cæſ. p. 709. E.

7. AD COMITIA, πρὸς τὸν δῆμον. *Plutarch. p.* 710. C. Populus enim Romanus in *comitio* foro Romano juncto *c.* 10. 1. §. 2. habere *comitia* ſolebat. Fuerunt hæc certe Cæſaris tempore tributa. Docemur hoc n. 2. *Ut plura ipſe in eorum tribubus ſuffragia....* Vocabantur *Comitia Pontifici Maximo creando* apud Liv. XXV. 5. Illa an unus de collegio habuerit, inter ſe diſputant *Boſ. de Pont. c.* 3. & *Græv. Ant. Rom. Tom.* V. *Præf.* * * Primitus ab ipſis pontificibus creabatur Pontifex Maximus. Dionyſ. Halic. II. p. 133. Ἐκλιπόντος δέ τινος αὐτῶν τὸν βίον, ἕτερος εἰς τὸν ἐκείνου καθίσατο τόπον, οὐχ ὑπὸ τοῦ δήμου αἱρεθεὶς, ἀλλ' ὑπ' αὐτῶν ἐκείνων, ὃν ἂν ἐπιτηδειότατος εἶναι δόξει τῶν πολιτῶν. *Defuncto aliquo eorum, in ejus locum ſufficitur alius, non a populo delectus, ſed ab illis ipſis, qui omnium civium maxime idoneus viſus fuerit.* Coſſ. vero C. Mario III. & L. Aurelio Oreſte, ſive anno ab U. C. 650. Cn. Domitius Ahenobarbus tribunus plebis jus ſubrogandorum ſacerdotum a collegio ad populum tranſtulit pontificibus infenſior. *Cicer. Agr.* II. 7. *Paterc.* II. 12. *Noſt. Ner.* 2. 1.

8. DESCENDERE debebat tranſiturus ad forum, quod humili loco poſitum fuit. Dionyſ. II. p. 113. Τὸ ὑποκείμενον τῷ Καπιτωλίῳ πεδίον ἀγορὰν κατεσκεύασαν. *In planitie, quæ Capitolio ſubjacet, forum conſtituerunt* Romulus & Tatius. Ita ex urbe Roma in campum Martium candidati *deſcendiſſe* dicuntur Horat. Od. III. 1. 11.

Deſcendat in campum petitor.

9. OSCULANTI i. *oſculo* dimittenti. *Oſculo* enim dimittere ſolent matres filios. Cicer. pro Muræn. c. 41. *Si hunc veſtris ſententiis affixeritis: quo ſe miſer vertet? an ad matrem, quæ miſera modo conſulem oſculata filium ſuum nunc cruciatur, & ſollicita eſt, ne eundem paullo poſt ſpoliatum omni dignitate conſpiciat?* 1. Reg. XIX. 20. *Oſculer quæſo patrem meum, & matrem meam:* & cognati cognatos. Xenoph. τῆς Κύρου Παιδ. I. p. 21. A. & Perſas *oſculo* cognatos dimiſiſſe auctor eſt. Λέγεται, ὅτι Κῦρος ἀπῄει, καὶ ἀπηλλάττοντο ἀπ' ἀλλήλων, τοὺς συγγενεῖς φιλοῦντας τῷ στόματι ἀποπέμπεσθαι αὐτὸν νόμῳ Περσικῷ. *Dicitur, cum Cyrus abiret, & cum a ſe invicem diſcederent, cognatos oris oſculo Cyrum dimiſiſſe lege Perſarum,* & addit etiam ſuo tempore hoc feciſſe Perſas. Idem Judæi factitarunt. Ruth. 1. 14. *Et Horpa oſculata ſocrum ſuam abiit*, & Romani. Plutarch. infr. §. 11. Noſter *Oth.* 10. 4.

10. PONTIFICEM n. maximum, qui etiam ἁπλῶς *Pontifex* eſt dictus. Flor. I. 13. 9. *Ibi devovente Pontifice diis ſe manibus conſecrant.* Et *P. Licinius Pontifex* qui dicitur apud Liv. XXVIII. 11. *Pontifex Maximus* vocatur ab eodem XXVII. 8.

11. NON REVERSURUM. Plutarch. Cæſ. p. 710. D. Apoph. p. 206. A. Τῆς δ' ἡμέρας ἐνστάσης, καὶ τῆς μητρὸς ἐπὶ τὰς θύρας αὐτὸν οὐκ ἀδακρυτὶ προπεμπούσης, ἀσπασάμενος αὐτὴν, ὦ μῆτερ (εἶπεν) τήμερον ἢ ἀρχιερέα τὸν υἱὸν, ἢ φυγάδα ὄψει. *Die inſtante, matrem eum ad oſtium non ſine lacrymis proſequentem oſculatus, hodie, inquit, mater, aut pontificem maximum filium, aut exſulem videbis.*

12. COMPETITORES duos etiam dicit Plutarch. Cæſ. p. 710. C. *Servilium Iſauricum* & *Q. Catulum*; ſed Catulum & multos alios Dio XXXVII. p. 46. E.

13. ÆTATE ET DIGNITATE ANTECEDENTES. Salluſt. B. C. c. 49. *Catulus ex petitione pontificatus odio incenſus; quod extrema ætate, maximis honoribus uſus ab adoleſcentulo Cæſare victus diſceſſerat.* Erat tunc Cæſar annos ſex & triginta natus, ut dicam Terent. vit. n. 13. §. 42.

14. TRIBUBUS EORUM, Iſaurici & Catuli competitorum; nam in *tribuum* aliqua civem Romanum cenſeri neceſſe erat. Liv. XLV. 15. *Hoc cum ita ſervatum eſſet, negabat Claudius ſuffragii lationem injuſſu populi cenſorem cuiquam homini, nedum ordini univerſo adimere poſſe. Neque enim ſi tribu movere poſſet, quod ſit nihil aliud quam mutare jubere tribum, ideo omnibus 35 tribubus emovere poſſe. Tribus* majores multitudinis partes appellavit Romulus, univerſa multitudine trifariam diviſa, in Ramnenſes, Tatienſes & Luceres. Servius Tullius, miſſa Romuli in φυλὰς γενικὰς i. per gentes diſtinctas diviſione, quatuor τοπικὰς i. locales inſtituit, Palatinam, Suburanam, Collinam, Exquilinam. Hiſce prodeuntibus temporibus & additæ aliæ, ut Velina, Quirinaque anno ab U. C. 512. XXXV. numerum expleverint. *Dionyſ. A. R.* II. *p.* 82: IV *p.* 219. *Plutarch. Romul. p.* 30. *A. Liv.* I. 13. & 43. *Epit.* 19. *Varr. LL.* IV. 9. *Plin.* XVIII. 3. *Aſcon. in Cicer. p.* 72. Ex recentioribus *Sigon. de ant. jur. civ. Rom.* I. 3. *Onuphr. Comm. R. R.* II. *p.* 152. *Alex. ab Alex. Gen.* I. 17. *Roſin. A. R.* VI. 15.

15. SUFFRAGIUM quid dicam infr. c. 73. 2. §. 5.

16. PLURA QUAM UTERQUE IN OMNIBUS, cum naturaliter, ut recte *Beroaldus*, conſueverint ſuffragatores magis ſuffragari ſuis tribulibus, quam alienis competitoribus. Ære vero alieno divites metu, ne repulſam paſſus ſolvendo non eſſet, egenos profuſiſſima largitione devinxerat. *Appian. B. C.* II. p. 428.

CAPUT XIV.

ARG. *Prætor creatur, Catilinæ ſocios municipatim dividendos cenſet, & reliquum anni tempus curia abſtinet Cajus Julius Cæſar.*

1 Prætor [1] creatus [2], detecta conjuratione Catilinæ [3], ſenatuque univerſo [4] in ſocios [5] facinoris ultimam ſtatuente pœnam [6], ſolus [7] municipatim [8] dividendos,
2 cuſtodiendoſque [9] publicatis [10] bonis, cenſuit [11]. Quin & tantum metum injecit aſpe-

PRÆTOR appellabatur omnis magiſtratus, qui imperium habebat, ipſe Rex apud *Juſtinian. Novell.* 25. & poſtea Conſul apud *Feſtum in prætoria. Quum vero Conſules avocarentur bellis finitimis, neque eſſet qui in civitate jus reddere poſſet, factum eſt, ut prætor crearetur.* Pompon. de orig. jur. §. 27. Cœpit hic magiſtratus anno ab U. C. 387. Liv. VII. 1. *Annus hic erat inſignis novi hominis conſulatu, inſignis novis duobus magiſtratibus, prætura & curuli ædilitate.* Primus *prætor* fuit *Sp. Furius Camillus* Livio l. l. & Suidæ in voce πραίτωρ. *Poſt aliquot annos*, pergit enim Pomponius §. 28. *non ſufficiente eo prætore, quod multa turba etiam peregrinorum in civitatem veneret, creatus eſt & alius prætor, qui peregrinus appellatus eſt ab eo quod plerumque inter peregrinos jus dicebat.* Is creatus eſt anno ab U. C. 511. Videtur hoc docere Liv. Epit. 19. *Duo prætores tum primum creati.* Tradit enim res geſtas Lutatii, quem anno, quem dixi, cum Poſtumio Albino conſulem fuiſſe dicunt Eutropius, Caſſiodorus, aliique. Primus fuit, ut Zonaræ dicitur Ann. II. *Q. Valerius Flaccus*, licet *Faltonem* dictum fuiſſe contendat Pigh. Ann. II. p. 64. Jus in Urbe dixiſſe Julium dicit noſter *c.* 43. 1. ſed quam juris dicundi provinciam obtinuerit, ſe neſcire fatetur Pigh. Ann. III. p. 329. Et ego ἐπέχω.

2. CREATUS D. Junio Silano, & L. Licinio Muræna Coſſ. ſive an. ab U. C. 691. V. *Pighium Annal. Roman. Tom.* III. *p.* 329.

3. CATILINÆ. V. illam infr. *Aug.* 3. 3. §. 9.

4. SENATU UNIVERSO. Sed multos dicit Appian. B. C. II. p. 438. Ἀξιοῦντι δὲ τῷ Σιλανῷ τοὺς ἄνδρας ἐσχάτῃ κολάσει μετιέναι, πολλοὶ συνετίθεντο. *Silanus cenſuit extremam pœnam ſumendam de conjuratis, multis aſſentientibus.*

5. SOCIOS, Lentulum, Cethegum, Statilium, Ceparium. *Salluſt. B. C. c.* 47.

6. ULTIMAM POENAM, ἐσχάτην κόλασιν Appian. ſupr. §. 4. ἐσχάτην δίκην. Plutarch. Cicer. p. 870. E. *ſummum ſupplicium* Salluſt. B. C. c. 51. 1. mortem. Celſ. Digeſt. XLVIII. 19. §. 21. *Ultimum ſupplicium eſſe mortem ſolam interpretamur.* Plin. Epiſt. II. 11. §. 8. *Septemque amicorum ejus ultimam pœnam emiſſe.* Marcel in. XV. 3. *Rem detulerat ad Rufinum, ultimorum ſemper avidum hominem* 1. ſanguinis, ſuppliciorum. Θανατὸν ἐκέλευον *Plutarchus.*

7. SOLUS, & ita juxta cum Suetonio Dio XXXVII. p. 46. A. πάντων τῶν πρὸ αὐτοῦ ψηφισαμένων ἀποθανεῖν σφᾶς ὁ Καῖσαρ γνώμην ἔδωκε. *Cæſar, cum omnes, qui ante eum ſententiam tulerant, eos morte multandos, ita cenſuit.* & Plutarch. Cæſ. 710. E. Cicer. 870. E. οἱ μὲν ἄλλοι μέχρι Καίσαρος θανατὸν ἐκέλευον. *Alii uſque ad Cæſarem capitale ſupplicium de iiſdem ſumendum cenſuerunt.* Sed Cæſare priorem idem, quod Cæſar cenſuit, cenſuiſſe Tiberium Neronem docent *Appian. B. C.* II. 430. & *Salluſt. B. C.* 50.

8. MUNICIPATIM *dividendos* 1. *per municipia in vinculis habendos.* Salluſt. B. C. c. 52. *Municipiis diſpertiendos.* Cicer. Cat. IV. 4. *Municipia* Italiæ ſunt oppida civitate donata, de quibus plura *Gell. N. A.* XVI. 13. *Feſtus* & ex *Feſto Alex. Gen.* IV. 10. *Sigon. de jur. Ital.* II. 6—9. *Laz. Comm. R. R.* XII. 2. *Coraſ. Miſc.* III. 6. Arbitrio Ciceronis hæc commiſiſſe Cæſarem addunt *Appian. p.* 431. & *Plutarchus.* Romani reos, quos in carcerem non conjiciebant, *vel militi tradebant, vel fidejuſſoribus committebant, vel etiam ſibi.* Ulpian. Digeſt. XLVIII. 3. §. 1. vel ipſis magiſtratibus. *Ita Lentulus P. Lentulo Spintheri, qui tum ædilis erat, Cethegus Q. Cornificio, Statilius C. Cæſari, Gabinius M. Craſſo, Ceparius Cn. Terentio ſenatori traduntur.* Salluſt. c. 47. vel per oppida Italiæ dividebant: cujus moris exemplum mille illos Achæos, quos bello Perſei confecto Romani acciverunt in Italiam, fuiſſe lectorem quoque docet *Caſaubonus.*

9. DIVIDENDOS, CUSTODIENDOSQUE 1. *in cuſtodias dividendos*, ut Liv. VI. 3. ἐπὶ τῷ ut addit Dio B. μή τι περὶ ἀδείας ἔτι αὐτῶν χρηματισθῆναι ποτὲ, κἄν διαδράσῃ τις ἐν πολεμίων μοίρᾳ τὴν πόλιν, ἐξ ἧς ἂν φύγοι, εἶναι: *ea conditione, ne quis in poſterum de venia eis danda referret: ſi quis aufugiſſet, urbem eam, ex qua evaſiſſet, inter hoſtes habendam*, μέχρι οὗ καταπολεμηθῇ Κατιλίνας, ὕστερον ἐν εἰρήνῃ καὶ καθ' ἡσυχίαν περὶ ἑκάστου τῇ βουλῇ γνῶναι πρᾶξαι. *quoad bello victus eſſet Catilina, poſtea quiete & in otio ſenatum de unoquoque facultatem habiturum ſtatuendi.* Plutarch. Cæſ. 710. F. Cicer. 871. A.

10. PUBLICATIS. 1. confiſcatis, τῶν οὐσιῶν ἐστερημένους καταθέσθαι. Dio. Libera republica civibus, antequam, qui judex ſedebat, diceret ſententiam, abire licebat, & ſic *ſalvis nummis*, ut Juven. 1. 48. exulabant. Salvis vero nummis qui exulat, *damnatur inani judicio*, ut n. 47. Juvenalis dicit 1. ut addit ſcholiaſtes, *non ademptus bonis.* Ideo Cæſar, *cum locupletes eo facilius ſe ſcelere obligarent, quod integris patrimoniis exulabant, parricidas bonis omnibus, reliquos dimidia parte mulctavit.* c. 42. 5.

11. CENSUIT oratione luculentiſſima, quam exhibet *Salluſt. B. C. c.* 51.

12. ASPE-

Digitized by Google

aſperiora [12] ſuadentibus [13], identidem oſtentans, quanta eos in poſterum a plebe [14]
Romana maneret invidia [15], ut Decimum Silanum conſulem deſignatum [16] non
piguerit, ſententiam [17] ſuam, quia mutare turpe [18] erat, interpretatione leni-
re [19], velut gravius atque ipſe ſenſiſſet exceptam: obtinuiſſetque adeo, transdu-
ctis ad ſe jam pluribus, & in his Cicerone conſulis fratre, niſi labantem [20] or-
dinem confirmaſſet M. Catonis [21] oratio [22]. Ac ne ſic quidem impedire rem de- 3
ſtitit, quoad uſque [23] manus equitum [24] Romanorum, quæ armata præſidii cau-
ſa circumſtabat [25], immoderatius perſeveranti necem comminata eſt: etiam ſtrictos
gladios uſque eo intentans, ut ſedentem [26] una proximi deſeruerint [27] vix pauci [28]
com-

12. Asperiora i. capitis ſupplicium. Quid proprie *aſperum* dixi ad *Curt.* III: 4. 6. §. 32.

13. Suadentibus i. impellentibus, hortantibus. Cic. Phil. II. *Duo tempora inciderunt, quibus aliquid contra Cæſarem Pompeio ſuaſerim*, i. ad aliquid impulerim. Noſt. *Oth.* 8. 2.

14. Plebe, cui, ſi capitis accuſetur, exilium permiſſum fuit. Salluſt. B. C. 51. *Poſtquam reſpublica adolevit, & multitudine civium factiones valuere, circumveniri innocentes, alia hujuſcemodi fieri cœpere, tunc lex Porcia, aliaque leges paratæ ſunt, quibus legibus exilium damnatis permiſſum eſt.* Hunc morem apud Romanos eſſe ἄξιον ἐπαίνου καὶ μνήμης dicit *Polyb. Hiſt.* VI. 12. qui τοῖς θανάτου κρινομένοις, ἐπὰν καταδικάζωνται, δίδωσι τὴν ἐξουσίαν ἀπαλλάττεσθαι φανερῶς, *capitis accuſatis, dum ipſorum celebratur judicium, poteſtatem facit palam abeundi.*

15. Quanta maneret invidia i. in quanto odio ſint futuri. *Invidiam* pro odio dixit & Cicer. Off. III. 21. *Utile ei videbatur plurimum poſſe alterius invidia.*

16. Designati dicebantur conſules. V. illos ſupr. c. 9. n. 1. §. 4.

17. Sententiam dixerat Decimus Junius Silanus, *condendos eſſe in carcerem, atque ibi ultimo ſupplicio in eos animadvertendum.* Plutarch. Cicer. p. 870. E. Salluſt. c. 51. & quidem primus illam rogatus. *Appian. B. C.* II. *p.* 430.

18. Mutare turpe. Quare *turpe?* *Non eſt levitas*, inquit Senec. Ben. IV. 38. *a cognito & damnato errore diſcedere: & ingenue fatendum eſt: aliud putavi, deceptus ſum. Hæc vero ſuperba ſtultitia perſeverantia eſt: quod ſemel dixi, qualecumque eſt, fixum ratumque ſit. Non eſt turpe, cum re mutare conſilium.* Hæc *Bernezgerus.*

19. Interpretatione lenire i. explicando mitiorem reddere ſenſum. *Mitiorem in partem interpretari* Cicer. pro Muræn. c. 31. Retractavit enim Silanus ſuam ſententiam, ut narrat Plutarch. in Caton. p. 770. A. Ὥστε καὶ Σιλανὸν ἐξαρνον εἶναι λέγειν, ὡς οὐδ' αὐτὸς εἴποι θάνατον, ἀλλὰ εἱργμόν· ἔσχατον γὰρ ἀνδρὶ Ῥωμαίῳ τοῦτο κακῶν ἁπάντων: *Ut Silanus etiam inficiaretur ſe dixiſſe de morte, ſed de carcere: hunc enim Romano eſſe ultimum omnium malorum.*

20. Labantem i. in mitiorem ſententiam inclinantem. Plutarch. in Cat. l. l. Ἁπάντων ἐπὶ τὸ πρᾳότερον ῥεόντων καὶ φιλανθρωπότερον. *Omnibus ad mitiorem & leniorem labentibus ſententiam.* *Labare* eſt repente ruere, metaphora ab ædificiis tenui tibicine fultis tranſlata. Virg. Æn. II. 463.

Qua ſumma labantes
Juncturas tabulata dabant.

Ubi Servius: *labantes, faciles ad reſolutionem.*

21. Porcius Cato tribunus plebis deſignatus. Cicer. Sext. c. 28. Paterc. II. 53. 3. is qui poſtea dictus eſt *Uticenſis.* Ante illum vero orationem, quæ in Catilinam eſt quarta, habuerat Cicero.

22. Oratio, quam exhibet Salluſt. c. 52. & quam Ciceronis ſcribæ notis minutis & brevibus figuris multarum vim literarum complectentibus, σημεῖα ἐν μικροῖς καὶ βραχέσι τύποις πολλῶν γραμμάτων ἔχοντα δύναμιν, Plutarch. Cat. p. 770. B. in curia paſſim diſpoſiti exceperunt.

23. Quoad usque i. quamdiu, donec. Nep. 16. n. 4. §. 1. *Epaminondas, quoad cum civibus dimicatum eſt, domi quietus fuit.* Cicer. Phil. XI. 3. *Alibi Antonius perveniſſe videtur, quoad progredi potuerit....* V. *Vorſt. de Lat. merito ſuſp. c.* 32.

24. Equites vocat quoque *Salluſt. c.* 49. adoleſcentes vero, νέους *Plutarch. Cæſ.* 711. *A.*

25. Circumstabat cuſtodiens vel conſulem Ciceronem, ut Plutarchus, vel univerſum ſenatum, ut Salluſt. c. 50. *Conſul, ubi ea parari cognovit, diſpoſitis præſidiis, uti res atque tempus monebant, convocato ſenatu refert.*

26. Sedenti Suetonius; ſed *egredienti ex ſenatu Cæſari gladio minitatos* fuiſſe dicit *Salluſt. c.* 49. dicit & *Plutarch. p.* 711. *A.*

27. Deserere obnoxium hominem in curia ſolebant ſenatores: Catilinam apud Cicer. Cat. I. 7. *Quid quod adventu tuo iſta ſubſellia vacua facta ſunt? quod omnes conſulares, qui tibi perſæpe ad cædem conſtituti fuerunt, ſimulatque aſſediſti, partem iſtam ſubſelliorum nudam atque inanem reliquerunt.* Sejanum apud Dion. XVIII. p. 627. B. Καὶ τινὲς καὶ ἐξανέστησαν τῶν συγκαθημένων αὐτῷ· ὃν γὰρ πρόσθεν περὶ πολλοῦ φίλον ἔχειν ἐποιοῦντο, τούτῳ τότε οὐδὲ τῆς αὐτῆς συνεδρίας κοινωνεῖν ἤθελον. *Et quidam eorum, qui Sejano aſſidebant, ſurrexerunt. Quem enim paullo ante amicum habere magni duxerant, cum eo ne ſedem quidem jam communem habere volebant.* V. & *Caſaubonum.*

28. Vix pauci. Curionem nominat Plutarch. Cæſ.

4 complexu togaque objecta protexerint. Tunc plane deterritus non modo ceſſit, ſed etiam in reliquum anni tempus [29] curia abſtinuit [30].

Cæſ. p. 711. B. *Κυρίων τότε λέγεται τῇ τηβέννῳ περιβαλὼν ὑπεξαγαγεῖν. Curio ibi dicitur toga ſua eum texiſſe & eripuiſſe.*

29. Reliquum anni tempus n. a Nonis Decembribus ad Kalendas Januarias.

30. Curia abstinuit i. in *curiam* non venit. Ita *publico abſtinuerunt* apud *Tacit. Ann.* III. 3. 1. Tiberius atque Auguſta, apud noſtrum *Claud.* 36. 2. ipſe Claudius.

CAPUT XV.

ARG. *Q. Catulum ad diſquiſitionem populi vocat; ſed optimatium conſpirationi cedit Caius Julius Cæſar.*

1 Primo præturæ die [1] Q. Catulum de refectione [2] Capitolii [3] ad diſquiſitionem [4] populi vocavit, rogatione [5] promulgata [6], qua curationem [7] eam in alium [8]
2 transferebat [9]. Verum impar optimatium conſpirationi, quos relicto ſtatim novorum conſulum [10] officio [11], frequentes [12] obſtinatoſque [13] ad reſiſtendum concurriſſe cernebat, hanc quidem actionem [14] depoſuit.

Primo præturæ die i. ipſis Kalendis Januariis, quibus novi magiſtratus honorem inibant. V. c. 76. §. 34.

2. Refectione. Ἐνθύνω dicunt Græci. Dio XLIII. p. 220. C. ἐφ' ᾧ ἐπιτεθέντι εὐθύνεσθαι. Et *reſtituere* Gell. II. 10. *Q. Catulus curator reſtituendi Capitolii.*

3. Capitolium *voverat Tarquinius Priſcus bello Sabino, jeceratque fundamenta: Servius Tullius, deinde Tarquinius Superbus hoſtium ſpoliis exſtruxere. Pulſis regibus Horatius Pulvillus iterum conſul dedicavit, ea magnificentia, quam immenſæ P. R. opes ornarent potius quam augerent. Iiſdem rurſus veſtigiis ſitum eſt, poſtquam interjecto* CCCCXV. (CCCCXXV. ex annorum ſerie ſe evincere putat Lipſius) *annorum ſpatio L. Scipione, C. Norbano Coſſ. flagraverat. Curam victor Sylla ſuſcepit, neque tamen dedicavit: hoc ſolum ejus felicitati negatum. Lutatii Catuli nomen inter tot Cæſarum opera uſque ad Vitellium manſit.* Tacit. Hiſt. III. 72. 3–6. Plutarch. Poplic. p. 104. C. D. E. & fallitur Dio, qui, ut Lipſ. ad Tacit. p. 29. Caſaubonus ad Suetonium, & ex Caſaubono Rycq. de Capit. c. 11. monent, lib. XLIII. p. 220. C. prodidit *deleto Catuli nomine Cæſaris Capitolio inſcriptum fuiſſe.* Honori vero hoc conceſſum erat dedicantis, ut nomen ejus templi faſtigio inſcriberetur. Dionyſ. V. p. 304. *Τὴν δὲ ἀνάθεσιν αὐτοῦ καὶ τὴν ἐπιγραφὴν ἔλαβεν μὲν Μάρκος Ὁράτιος ὁ ἕτερος τῶν ὑπάτων. Ejus dedicationem atque inſcriptionem abſente collega occupavit alter conſul M. Horatius.*

4. Disquisitionem i. judicium, examen, *cognitionem*, ut noſt. 23. 1. qua populus, an Catulo, an alteri reficiendi Capitolii curationem demandare vellet, rogaretur. Liv. VIII. 23. *Nec tamen ab Dictatore comitia ſunt habita: quia vitione creatus eſſet, in diſquiſitionem venit,* i. examinatum eſt, ſententiæ rogatæ ſunt. Noſt. Ner. 2. 3.

5. Rogatione i. lege. V. *ſupr.* 5. 2. §. 10.

6. Promulgata i. publice propoſita, publicata. Feſtus. *Promulgari leges dicuntur, tum primum in vulgus eduntur, quaſi provulgari.* Cicer. Frat. II. 3. *Cato legem promulgavit de imperio Lentulo abrogando.* Macrob. Sat. I. 16. *Romani inſtituerunt nundinas ut octo quidem diebus in agris ruſtici opus facerent. Nono autem die, intermiſſo rure, ad mercatum legeſque accipiendas Romani venirent: & ut ſcita atque conſulta frequentiore populo referrentur, quæ trinundino die propoſita a ſingulis atque univerſis facile noſcebantur. Unde etiam mos tractus, ut leges trinundino die promulgarentur.* Noſt. infr. 20. 3.

7. Curationem i. adminiſtrationem, curam. Plaut. Pœn. I. 2. 41.

Namque iſtæc magis tua eſt curatio.

Liv. II. 27. de dedicata Mercurii æde: *quod facile appareret, non tam ad honorem ejus, cui curatio altior faſtigio ſuo data eſſet, factum.*

8. Alium n. Pompejum. Dio XXXVII. p. 40. D. *Ἔπραττεν ὁ Καῖσαρ, ὅπως τὸ μὲν τοῦ Κατούλου ὄνομα ἀπὸ τοῦ ναοῦ τοῦ Διὸς τοῦ Καπιτωλίου ἀφαιρεθείη, τῷ δὲ δὴ Πομπηΐῳ τὰ λοιπὰ προσεξεργάσασθαι ἐπιτραπείη. Ἦν γάρ τινα, ὡς ἐν τηλικούτῳ καὶ τοιούτῳ ἔργῳ, ἡμιτέλεστα. Hoc autem agebat Cæſar, ut nomen Catuli a Jovis Capitolini templo tolleretur, Pompeio autem poteſtas fieret reliqua negotia exſequendi. Supererant enim nonnulla, ut in tali tantoque negotio, ſemiperfecta.*

9. Transferebat i. transferre ſtudebat. Sed fruſtra, docet §. 3.

10. Novorum Consulum i. novis Conſulibus præſtando. Spartian. Hadrian. c. 9. *Romæ prætorum & conſulum officia frequentavit.* Ita prætoris, matris, patris *officium*, quod prætori, patri, matri eſt præſtandum. Plin. Epiſt. I. 5. 11. *Hodie me Regulus convenit in prætoris officio.* Senec. Cont. III. 19. *Ita ut juri adjungeret, & matris prius eſſe, quam patris officium.*

11. Officio i. deductione. Kalendis Januariis, quibus magiſtratum inibant conſules, ſenatus & populus illos deducebant primo in Capitolium, deinde

inde domum. Ovid. Pont. IV. 9. 5.

Ut quoniam ſine me tanges Capitolia conſul,
Et fiam turba pars ego nulla tua.

n. 17. *Dumque latus ſancti cingit tibi turba ſenatus,*
Conſulis ante pedes ire viderer eques.

V. & *Lipſ. de magiſtr. P. R. c.* 9. Hoc ſignificatu venit & noſtr. *Aug.* 53. 3: 60. 2. *Tib.* 27. 1.

12. FREQUENTES l. multos. *Frequens conſpectus* Cicer. Manil. c. 1. eſt omnium civium. Noſter ſæpius. Inde *frequentare officia* Spartiano Hadrian. c. 9. laudato ſupr. §. 10. Et *frequentari* noſt. Tib. 12. 2. *Frequentius* l. ſæpius, ut & noſt. *Aug.* 40. 3. illis intereſſe. Noſter *frequentare Italiam*, illam *frequentem* reddere *Aug.* 46. 1.

13. OBSTINATOS V. *Curt.* IV. 6. 28. §. 82.

14. ACTIONEM l. accuſationem. Papinian. Digeſt. XLVII. 20. §. 1. *Actio ſtellionatus neque publicis judiciis neque privatis actionibus continetur.*

CAPUT XVI.

ARG. *Metello auctorem ſe præſtat, jus dicere vi prohibendus domum refugit, ſed in integrum reſtituitur Cajus Julius Cæſar.*

Cæterum Cæcilio Metello [1] Tribuno plebis turbulentiſſimas [2] leges adverſus col- 1
legarum [3] interceſſionem [4] ferenti, auctorem [5] propugnatoremque ſe pertina-
ciſſime [6] præſtitit: donec ambo adminiſtratione Reipublicæ [7] decreto [8] patrum ſum-
moverentur. Ac nihilo minus permanere in magiſtratu [9], & jus dicere [10] auſus, 2
ut comperit paratos, qui vi ac per arma prohiberent, dimiſſis [11] lictoribus [12] abje-
ctaque

1. Ὁ Μέτελλος εὐθὺς εἰς τὴν δημαρχίαν ἐμπεσὼν, ἐκκλησίας τε θορυβώδεις συνῆγε, καὶ νόμον ἔγραψε, Πομπήϊον Μάγνον ἥκειν κατὰ τάχος μετὰ τῶν δυνάμεων εἰς Ἰταλίαν, καὶ παραλαβόντα σώζειν τὴν πόλιν, ὡς ὑπὸ Κατιλίνα κινδυνεύουσαν. Ἦν δὲ τοῦτο λόγος εὐπρεπὴς, ἔργον δὲ τοῦ νόμου καὶ τέλος, ἐγχειρίσαι τὰ πράγματα Πομπηΐῳ, καὶ παραδοῦναι τὴν ἡγεμονίαν. *At Metellus mox inito tribunatu conciones ſeditioſas habuit, legemque promulgavit, ut Pompejus Magnus propere copias transportaret in Italiam, Urbemque adventu ſuo quaſi Catilinæ cauſa periclitantem ſervaret. Id in ſpeciem dicebatur, revera finis legis erat, ut Pompeio traderet rempublicam, atque ei imperium traderet.* Plutarch. Cat. min. p. 771. D. Ἐλπίδι δὲ τοῦ δι' αὐτοῦ, ἅτε τὰ τοῦ πλήθους φρονοῦντος, ἰσχύσειν ἐν οἷς ἐπράσσεν, ut addit Dio XXXVII. p. 49. A. *Quum ſpem in eo poneret, quod populo ſtuderet, poſſe ſe per eum ea, quæ agitabat, perficere.*

2. TURBULENTISSIMAS. Cicer. Attic. IV. 3. *Conciones turbulentæ Metelli.....*

3. COLLEGARUM M. Catonis & Q. Minucii Thermi, quorum ille ſcribam recitantem inhibuit, & Metello tabulam, ut illam legeret, accipienti extorſit, hic illi legem memoriter exponere aggredienti os manu obthuravit, vocemque incluſit. Plutarch. Cat. min. p. 772. D. Dio XXXVII. p. 49. B.

4. INTERCESSIONEM l. inhibitionem. *Tribuni antiquitus creati videntur non juri dicundo, nec cauſis querelisque de abſentibus noſcendis, ſed interceſſionibus faciendis, quibus præſentes fuiſſent, ut injuria, quæ coram fieret, arceretur.* Gell. XIII. 12. Formula *intercedentium* erat *veto*, quam V. *Tib.* 2. 11. §. 68 hanc ſolam tribunis reliquerat Sylla. V. *c.* 5. 1. §. 4.

5. AUCTOR eſt qui rem præcipit, & agendi viam monſtrat. Nep. 25. 3. 3. *Hunc in omni procuratione reipublicæ auctorem actoremque habebant.* Noſter Aug. 36. 1. Galb. 10. 5. Rhet. 6. 8.

6. PERTINACISSIME. V. *Curt.* V. 9. 4. §. 16.

7. AMBO ADMINISTRATIONE REIP. SUMMOVERENTUR l. decerneretur, ne vel Cæſar, vel Metellus in foro, vel curia quicquam agerent. Ita *certamine quem ſummovere* eſt illi certamine & theatro interdicere Neron. 24. 1. Octavium *circumſcribere* Cicer. Phil. XIII. 9. eſt illum a republica removere, magiſtratum abrogare. De Metello Nepote Suetonio conſentire videtur, de Cæſare, quod & annotavit *Caſaubonus*, minime. Dio D dicit enim noluiſſe Pompejo Cæſarem tantopere rem gratam facere, ὅτι καὶ ἐφ' ἑαυτῷ διὰ τοῦτο ψηφισθῆναί τι τοιοῦτον οἷον ἐπὶ τῷ Νέπωτι δέδοκται, ὑπομεῖναι, *ut ejus cauſa hujuſmodi decretum fieri contra ſe pateretur, quale adverſum Nepotem factum erat.*

8. DECRETUM, ut docet *Manut. de Senat. Rom. c.* 10. de uno dicitur, ut Cicero in Orat. poſt redit. c. 1. *Immenſum quiddam eſt atque infinitum, quod huic ordini debemus, a quo ſæpe magnificentiſſimis decretis ſumus honeſtati:* vel de duobus, ut hoc, de quo agit *noſter:* vel ita de pluribus, ut ſit particulare, ut de Buthrocia civitate Cicer. ad Attic. XVI. 18. *Decreta conſulum de Cæſaris actis.* Erant enim acta Cæſaris beneficia aut in hunc & illum hominem collata, aut in hanc & illam civitatem. Et ſic differt a ſenatusconſulto, quod V. c. 84. §. 25.

9. MAGISTRATU, prætura.

10. JUS DICERE, quod prætorum fuiſſe dixi *c.* 14. §. 1.

11. DIMISSIS, quia clam fugere voluit. Lictores vero & prætexta magiſtratuum erant inſignia.

12. LICTORES duo ſaltem præcedebant *prætorem* urbanum & peregrinum. Docet nos hunc numerum plebiſcitum a M. Pletorio tribuno plebis latum apud Cenſor. c. 24. *Prætor urbanus qui nunc eſt, quique*

ctaque prætexta [11] domum clam refugit, pro conditione temporum quieturus.
3 Multitudinem quoque biduo poſt ſponte & ultro confluentem, operamque ſibi
4 in aſſerenda [14] dignitate [15] tumultuoſius pollicentem [16], compeſcuit [17]. Quod cum præter opinionem eveniſſet, ſenatus ob eundem cœtum [18] feſtinato coactus, gratias ei per primores viros egit: accitumque in curiam, & ampliſſimis verbis collaudatum, in integrum reſtituit [19], inducto [20] priore decreto [21].

quique poſthac fuat, duo lictores apud ſe habeto. Docet Plaut. Epid. I. I. 26.

At unum a pratura tua abeſt....
Lictores duo.

Docet Cicer. Agrar. II. 34. *Anteibant lictores non cum bacillis, ſed, ut hic pratoribus anteunt, cum faſcibus duobus.* V. & *Laz. Comm. R. R.* II. 4. *Lipſ. Epiſt. Cent.* I. 5. *Taubm. ad Plautum. Pollet. For. Rom.* III. 6.

13. PRÆTEXTA etiam magiſtratuum fuit. Liv. XXXIV. 7. *Purpura viri utemur: pratextati in magiſtratibus, in ſacerdotiis,* & in iis prætorum. Appian. B. C. II. p. 504. Κίννας στρατηγὸς ἐπελθὼν ἐς μέσους τήν τε ἐσθῆτα τὴν στρατηγικὴν ἀπεδύσατο. *Cinna prætor progreſſus in medium pratextam,* ut vertit Ferrar. R. V. II. 2. 3. *exuit.* Val. Max. IX. 12. 7. *Cum M. Ciceronem, qui id judicium cogebat, pratextam ponentem vidiſſet.* Deponebat enim *pratextam* prætor, cum capitalis ſententia proferenda erat, quia triſtem ſententiam in veſte lætitiam præferente ferri non decebat. Idem docent *Laz. Comm. R. R.* II. 3. *Manut. Quaſt. Epiſt.* III. I. *Pollet. For. Rom.* III. 6.

14. ASSERENDA I. defendenda, vindicanda. Noſter frequentius. Quid proprie ſit *aſſerere*, dixi *Curt.* VIII. I. 42. §. 113.

15. DIGNITATE, τῷ ἴσῳ κατ᾽ ἀξίαν, ut monente *Caſaubono* dicitur Ariſtoteli. Hanc prætexunt optimates, ſi tumultuoſius quid egerint. Catilina Salluſt. de Bell. Catil. c. 35. *Quod ſtatum dignitatis non obtinebam.* Pompejus Cæſ. B. C. I. 4. 4. *Quod neminem dignitate ſecum exequari volebat.* Cæſar ipſe B. C. I. 7. 6. *Ut ejus exiſtimationem dignitatemque ab inimicis defendat,* & apud noſtrum c. 33. 3: 72. 2. Et ita de candidatis hac voce noſt. c. 41. 3.

16. POLLICERI quid ſit, & unde tranſlatum, docet *Curt.* VIII. I. 8. §. 23.

17. COMPESCUIT I. coercuit. Juſtin. VII. 3. 6. *Eoſque petulantiam legatorum compeſcere jubet.* Proprie greges eſt in idem paſcuum ad paſcendum cogere. *Feſtus.*

18. COETUS *multitudinis magna nomen eſt coeuntis ex conſenſu quodam. Non quoties convenerunt in aliquem locum plures, cœtus & concurſus eſt, ſed quoties convocati, quoties parati, quaſi ad ducem ſuum concurrerunt. Qui cœtum & concurſum fecerit, capitale ſit.* Senec. Declam. III. 8. Noſt. c. 41. 7.

19. IN INTEGRUM RESTITUIT I. dignitatem prætoriam illi reddidit. Ita *in integrum reſtitutos eſſe ambitus condemnatos* dicit Cicer. pro Cluent. c. 36. JCtis eſt in priorem ſtatum reponere in fraudem lapſos, vel per imbecillitatem ætatis, vel per abſentiam, vel per metum dolumve adverſarii. Noſt. c. 41. I. & alibi ſæpius.

20. INDUCTO I. abolito. Cicer. Att. IV. 18. *Hac pactio prolata eſt a Memmio nominibus inductis. Cancellatum* dicitur Ulpiano Digeſt. XXVIII. 4. §. 2. *Cancellaverat quis teſtamentum, vel induxerat. Inducere* eſt proprie in chartis, ſeu tabellis quid delere. Scribebant veteres ſtylo in tabulis ceratis: ſi vero quid perperam ſcripſiſſent, *inducebant* I. ſtyli parte latiore expungebant. Noſt. *Ner.* 52. 4.

21. DECRETO, quo ab adminiſtratione reipublicæ ſummotus erat.

CAPUT XVII.

ARG. *Inter ſocios Catilinæ nominatur, ſed crimine hoc diſcuſſo adverſarios in carcerem conjicit Cajus Julius Cæſar.*

1 Recidit rurſus in diſcrimen aliud, inter ſocios Catilinæ nominatus [1], & apud Novium Nigrum Quæſtorem [2] a L. Vettio [3] indice [4], & in ſenatu a Q. Curio

NOMINATUS I. delatus, accuſatus. Plin. Epiſt. X. 97. *Alii ab indice nominati eſſe ſe Chriſtianos dixerunt.* Liv. XXXIX. 17. *Si quis quem ad ſe deduxiſſet, nomenve abſentis detuliſſet, qui nominatus profugiſſet.* Noſt. *Cal.* 26. 4. *Tib.* 73. I.

2. QUÆSTOREM urbanum, cui hoc extraordinarium, ut Vettium indicium profitentem audiret, mandatum putat *Torrentius:* quamvis *Turneb.* II. 27. & ex Turnebo *Pulmannus* velint fuiſſe, qui judicium publicum exercuerit, & qui *quaſitor* ſæpe dicitur. Quem non prætorem, cum quo Torrentio confunderetur, nec privatum: ſed magiſtratum cum poteſtate, verum minore fuiſſe tradit *Sigon. de Judic.* 21. 5.

3. VETTIUM ἄνδρα ἰχνεύτην vocat *Dio* XXXVII. 48. *B.* ἄνδρα ἐπιμάρτυρα *Appian.* B. C. II. p. 434. In hunc Catullum carmen 96. ſcripſiſſe putat *Lipſ.* V. *L.* III. 5. & placet *Torrentio.* De *Vettio* plura *Cicer. ad Attic.* II.

rio [5]: cui, quod primus conſilia conjuratorum detexerat, conſtituta erant publi-
ce [6] præmia [7]. Curius e Catilina ſe cognoviſſe dicebat: Vettius etiam chirogra- 2
phum [8] ejus Catilinæ datum pollicebatur. Id vero Cæſar nullo modo tolerandum 3
exiſtimans, cum implorato [9] Ciceronis [10] teſtimonio, quædam ſe de conjurationo
ultro ad eum detuliſſe docuiſſet [11] ne Curio præmia darentur [12] effecit. Vettium 4
pignoribus captis [13], & direpta [14] ſupellectile male mulcatum [15], ac pro Roſtris [16]
in concione pæne diſcerptum, conjecit in carcerem: eodem [17] Novium Quæſto-
rem, quod compellari [18] apud ſe majorem poteſtatem [19] paſſus eſſet.

II. 24. & *Vatin* c. 10. 11. *Appian. B. C.* II. *p.* 434. *Plutarch. Lucull. p.* 520. C. Hujus etiam meminit *Oroſ.* VI. 6.

4. INDEX etiam Ciceroni dicitur ad Attic. II. 24. *Vettius ille, ille noſter index.* Quis *index*, docuit nos Aſconius ad Curt. V. II. 7. §. 15. Et *impunitate propoſita conjurationis, cujus conſors erat, indicium profeſſum eſſe* Vettium docet Dio XXXVII. p. 48. C. Caſaubonus & Grævius ad hunc locum, & Patin. de Fam. Rom. in Vettia reponunt *Judice*: quod exſtat nummus inſcriptus, VETTIUS JUDEX. Sed vulgarem lectionem retinendam eſſe patet ex Ciceronis & Dionis allatis locis. Vettius quoque, qui in hoc nummo deſignatur, eſt diverſus a Vettio *indice*, ut indicat *Noriſ. ad Cenot. Piſ. Diſſ.* I. *p.* 67. T. Vettius, cognomine *Judex*, cujus etiam Cicer. pro Flacc. c. 34. meminit, Prætor quæſtionem de repetundis a. ab U. C. 695. ſortitus eſt, & ex prætura Africam obtinuit, ut oſtendit *Pigh. Ann.* III. 365. V. ipſum *Noriſium.*

5. Q. CURIUS *in ea conjuratione fuit, natus haud obſcuro loco, flagitiis atque facinoribus coopertus, quem cenſores ſenatu probri gratia moverant. Huic homini non minor vanitas inerat quam audacia, neque reticere quæ audierat, neque ſuamet ipſe ſcelera occultare quicquam penſi habebat.* Salluſt. Bell. Catil. c. 23.

6. PUBLICE I. ex ærario. Nep. 3. 3. 3. *Quo factum eſt, ut filiæ ejus publice alerentur, & de communi ærario dotibus datis collocarentur.*

7. PRÆMIUM indicinæ ut addit Apul. Metam. VII. p. 199, quod Gloſſæ Cyrilli & aliorum μήνυτρον vocant. Senatum *ei, qui indicaviſſet de hac conjuratione, præmium decreviſſe ſervo libertatem, & centum ſeſtertia: libero homini impunitatem ejus rei & ducenta millia ſeſtertia* teſtatur Salluſt. Bell. Catil. c. 30.

8. CHIROGRAPHUM I. literas Cæſaris manu ſcriptas. Juven. XIII. 136.

Si, decies lectis diverſa parte tabellis,
Vana ſupervacui dicunt chirographa ligni.

Ubi ſcholiaſtes: *Si ſepius lectis cautionibus negant ſuas eſſe manus.* Cicer. Phil. II. 4. *Quo me teſte convinces? an chirographo? at litera ſunt librarii manu.* Noſt. *Ner.* 52. 4. *Domit.* I. 3. *Cal.* 12. 3: 24. 10. Inde *chirographum alicujus imitari* eſt ejus ſcripturam effingere. Cicer. N. D. III. 30. *Id quoque L. Alenus fecit, qui chirographum ſex primorum imitatus eſt.* Attic. VII. 2. *Alexidis animum amabam, quod tam prope accedebat ad ſimilitudinem tua litera.* Noſt. *Aug.* 64. 6: 87. 7. *Ner.* 52. 4. *Tit.* 3. 3. Quid differat a ſyngrapha docet *Aſcon. Cicer. p.* 94. & ex illo *Coraſ. Miſc. jur.* I. 18. §. 6.

9. IMPLORARE *eſt auxilium cum miſeratione depoſcere: qua ratione bene dicimus, imploro te ut auxilium miſero feras.* Serv. Æn. X. 19. Donat. Adelph. III. 4. §. 43.

10. CICERO *non auſus eſt hominem apud plebem gratioſiſſimum* (Cæſarem) *in periculum adducere.* Appian. B. C. II. p. 431. *Unde accuſaverunt Piſo & Catulus Ciceronem, quod Cæſari in conjuratione Catilinæ oppreſſo pepercisſet.* Plutarch. Cæſ. 710. D.

11. DOCUISSET I. certum feciſſet, narraſſet. Cæſ. B. C. I. 3. 6. *Qui de his rebus eum doceant.*

12. NE CURIO PRÆMIA DARENTUR, utpote quo prior, cui ſoli illa conſtituta erant, ad Ciceronem quædam ultro detuliſſet.

13. PIGNORIBUS CAPTIS..... Ita & Liv. XXXVII. 51. *Imperia inhibita ultro citroque, & pignora capta, & mulcta dicta.* Si quis enim conſuli aut prætori non obtemperaret, lictores mittebantur, qui illum, ut monet *Caſaubonus*, leniori hoc modo coercerent. Cicer. de Off. III. 5. hoc eſt *damno coercere. Qui conjunctionem civium dirimunt, eos leges morte, exilio, vinculis, damno coercent.*

14. DIREPTA I. cupide ablata, & divendita. Noſt. *vit. Perſ. n.* 17. ſi modo is, ut docti putant, eſt Suetonius noſter: *Editum librum continuo mirari homines, & diripere cœperunt*, ut legendum eſſe apud illum, & non *deripere* ad hunc locum, & ad Perſii vitam p. 7. docet *Caſaubonus*, qui, & ſimplex *rapere* ementium aviditatem notare ex Hieronymo & Sulpitio Severo petitis docet exemplis.

15. MULCATUM I. a lictoribus pulſatum. Terent. Adelph. I. 2. 10.

Mulcavit uſque ad mortem.

I. ita verberavit, ut de vita periclitarentur. V. *Lambin. in Nep.* 23. 3. 4. *Gronov. in Liv.* XXXVIII. 30. & ad h. *l. maximum Grævium.*

16. ROSTRA V. *ſupr.* 6. I. §. 6.

17. EODEM I. in eundem carcerem. *Eodem* eſt, ut Eraſmus exponit, adverbium, ut ſubaudias, conjecit.

18. COMPELLARI I. accuſari, deferri. Cicer. ad Attic. II. 2. *Nigidium minari, in concione ſe judicem, qui non affuerit, compellaturum.* Pluribus de hoc verbo agit *Lambin. ad Nepot. Ageſil.* 4. I.

19. MAJOREM POTESTATEM I. ſe non conſulem, ut perperam Chimentell. de Hon. Biſ. c. 4. ſed prætorem,

torem; majorem nihilominus Novio quæſtore ſive urbano, ſive quæſitore. *Iniurioſum verbum*, inquit. Aſcon. Cicer. p. 98. *in perſona prætoris. Appellatio enim eſt inferioris ad potiorem. Poteſtas* pro imperio, quod dicatur dicam Cal. c. 26. 3. 15.

CAPUT XVIII.

ARG. *In Hiſpaniam abiturus retinentes creditores removet, illa pacata ad triumphum & conſulatum decedit, & triumphum, ne conſulatu excluderetur, dimiſtis Cajus Julius Cæſar.*

1 Ex [1] prætura ulteriorem ſortitus [2] Hiſpaniam [3], retinentes [4] creditores [5] interventu ſponſorum [6] removit: ac neque more, neque jure, antequam provinciæ ornarentur [7], profectus eſt: incertum, metune judicii, quod privato [8] para-
2 batur; an quo maturius [9] ſociis implorantibus [10] ſubveniret. Pacataque provincia,

Ex 1. poſt. Paterc. II. 78. 3. *Cum ex conſulatu obtineret Hiſpaniam.* Noſt. *Aug.* 3. 2. *Tib.* 4. 4. *Cæſ.* 83. 2. Apte & e re dictum, ut in *Paterc. indice Boeclerus*, quia expleto magiſtratu annuo Romæ proficiſcebantur in provincias, eas quoque tali nomine, quod jam Romæ geſſerant, adminiſtraturi, ut & ordo temporis, & ſpecies dignitatis notetur hac formula.

2. Sortitus I. *ſorte* conſecutus, *ſortitione* adeptus. Ex veteri more, quo *ſorte* addicente provincias obtinebant prætores. Cicer. Fam. VIII. 8. *Eos, qui prætores fuerunt, neque in provincia cum imperio fuerunt, quos eorum ex S. C. cum imperio in provincias pro prætore mitti oportere: eos ſortito in provincias mitti placere.* Cauſas tradit Tacit Hiſt. IV. 8. 1. *Secundum vetera exempla, quæ ſortem legationibus poſuiſſent, ne ambitioni aut inimicitiis locus foret.* Noſt. *Aug.* 3. 3. Sortitus eſt Cæſar Hiſpaniam M. Pupio Piſone, & M. Valerio Meſſalla Coſſ. ſive an. ab U. C. 692. *Pigh. An. Rom.* III. *p.* 337.

3. Hispaniam ulteriorem V. *ſupr.* 7. 1. §. 2.

4. Retinentes I. illum diſcedere non patientes, ἐνοχλοῦντας καὶ καταβοῶντας *Plutarch. Cæſ. p.* 712. E. διακρατοῦντας ἐν Ῥώμῃ *Appian. B. C.* II. p. 432. Noſt. *Viſell. c.* 7. 4.

5. Creditores, quibus debebat octingenta & triginta talenta. Plutarch. Cæſ. p. 712. E. Ἀναδεξαμένου τοῦ Κράσσου τοὺς μάλιστα χαλεποὺς ἢ ἀπαραιτήτους τῶν δανειστῶν, καὶ ἐγγυήσαντος ὀκτακοσίων καὶ τριάκοντα ταλάντων, οὕτως ἐξῆλθεν ἐπὶ τὴν ἐπαρχίαν. *Craſſus ubi creditores in ſe recepiſſet moleſtiſſimos & duriſſimos, & triginta & octingentorum talentorum ſponſione interveniſſet, tum eſt in provinciam profectus.* Sunt vero colligente *Budæo de aſſe* II. *p.* 211. quadringenta & nonaginta octo millia aureorum. Illo tempore, ut apud Appian. Bell. Civ. II. p. 432. legere eſt, dixiſſe fertur Cæſar, *opus eſſe ſibi bis millies & quingenties centenis millibus, ut nihil haberet* I. ut ſolum æs alienum ſolveret, in ſuo nihil haberet. Quæ ſumma ære noſtro major eſt juxta *Budæum loco laudato* bis & ſexagies centenis millibus aureorum. Imo reddunt vicies quinquies centena millia Philippicûm. Nec audi Budæum, neſcio qua cauſa, minuentem. Græca palam ſic volunt: ὅτι δέοιτο δισχιλίων καὶ πεντακοσίων μυριάδων. *Lipſ. de Magnit. Rom.* II. 12.

6. Sponsorum, ἐπὶ Κράσσον κατέφυγε, πλουσιώτατον ὄντα Ῥωμαίων. Plutarchus, δεόμενον, ut idem addit, τῆς Καίσαρος ἀκμῆς καὶ θερμότητος ἐπὶ τὴν πρὸς Πομπήϊον ἀντιπολιτείαν. *Ad Craſſum confugit Romanorum ditiſſimum, qui, quo reſiſteret Pompeji actionibus, Cæſaris quærebat acrimoniam & ardorem ſibi adjungere.*

7. Provinciæ ornarentur I. in provinciam ituro ex ærario decerneretur ſumptus ad mulos, ad tabernacula, ad omne aliud militiæ inſtrumentum. *Majores noſtri*, inquit Cicer. Verr. IV. 5. *neminem, qui cum poteſtate aut legatione in provinciam eſſet profectus, tam amentem fore putarunt, ut emeret argentum; dabatur enim de publico: ut veſtem; præbebatur enim legibus: mancipium putaverunt; quo & omnes utimur & non præbetur a populo. Sanxerunt, ne quis emeret mancipium, niſi in demortui locum.* Hoc *ornare magiſtratus* dicit Liv. XLII. I. *Ante L. Poſtumium conſulem nemo unquam ſociis in ulla re oneri, aut ſumptui fuit; ideo magiſtratus mulis, tabernaculiſque, & omni alio inſtrumento militari ornabantur, ne quid tale imperarent ſociis.* Et *ornare prætores* Cicer. Frat. II. 3. *Referebatur de provinciis quæſtorum & de ornandis prætoribus.* Et *ornare provincias* Cicer. Attic. III. 24. *Antea cum ad me ſcripſiſſetis conſulum provincias ornatas eſſe.* Et recte. *Ornare* enim eſt inſtruere, armare. Ita dicit *elephantum ornatum* Nep. 23. 3. 4. *Alexandri equum ornatum armatumque ad prælium* Gell. V. 2. Noſt. c. 24. 2. De hujus loci lectione V. *Lambin. in Nep. Hannibalem.* Ad hunc *ornatum* quæ ſpectabant publice locari ſolebant ab ἐργολάβοις, quos V. *Aug.* 36. 4.

8. Privato I. prætura abeunti. *Privatus* opponitur publico. Cæſ. B. G. VI. 13. 6. *Si quis privatus, aut publicus eorum decreto non ſtetit*, & eſt abſque poteſtate, cum qua eſt publicus. Cicer. de Invent. I. 25. *In fortuna quæritur, privatus, an cum poteſtate ſit.* Aſt tali judicium ſæpe parabatur. Liv. XLI. 7. *Privatum rationem redditurum earum rerum eſſe, quoniam conſul noluiſſet.* Noſt. 30. 5.

9. Maturius I. citius. Cicer. de Offic. III. 14. *Venit ipſe mature....* De hujus vocis ſignificatione plura *Salmaſ. in Solin. p.* 787. *a. A. B.*

10. Im-

cia, pari feſtinatione, non exſpectato ſucceſſore [11], ad triumphum [12] ſimul conſulatumque deceſſit. Sed cum edictis [13] jam comitiis [14] ratio ejus haberi [15] non 3 poſſet, niſi privatus introiſſet Urbem [16], & ambienti [17] ut legibus ſolveretur [18], multi contradicerent [19], coactus eſt triumphum, ne conſulatu excluderetur, dimittere.

10. Implorantibus tum quia vicinorum latrociniis infeſtabantur; illos vero bello petiit & domuit Cæſar. *Plutarch. Cæſ. p.* 713. *A. Dio* xxxvii. *p.* 53. D. tum quia a creditoribus vexabantur: ab illorum vero conviciis illos liberavit Cæſar τὰς τῶν χρεωφιλετῶν καὶ δανειστῶν ἰώμενος διαφοράς. Ἔταξε γὰρ τὸν προσιόντα τοῖς ὀφείλουσι καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν δύο μέρη τὸν δανειστὴν ἀναιρεῖσθαι, τῷ δὲ λοιπῷ χρῆσθαι τὸν δεσπότην, ἄχρις ἂν οὕτως ἐκλυθῇ τὸ δάνειον; *obæratorum & creditorum medendis controverſiis. Statuit enim, ut ex debitoris proventibus ferret quotannis creditor beſſem, reliquum rediret ad dominum, quoad æs alienum eſſet diſſolutum.* Plutarchus: Auctor bell. Hiſp. c. 42.

11. Non exspectasse successorem Cæſarem tradit etiam Dio *p.* 54. *D.* Debuiſſe autem exſpectare docet Ulpian. Digeſt. 1. 16. §. 10. *Meminiſſe oportebit, uſque ad adventum ſucceſſoris omnia debere proconſulem agere, cum ſit unus proconſulatus, & utilitas provinciæ exigat eſſe aliquem, per quem negotia ſua provinciales explicent. Ergo in adventum ſucceſſoris debet jus dicere.* Imo, ut Marcian. Digeſt. 1. 18. 15. *illud obſervandum fuit, ne qui provinciam regit, fines ejus excedat, niſi voti ſolvendi cauſa: dum tamen abnoctare ei non liceat.*

12. Triumphum, quia Gallæcos, & Luſitanos, reliquaſque uſque ad Oceanum gentes ante non pacatas imperio Romano ſubegit. *Plutarchus, Dio.*

13. Edictis comitiis i. cum *comitiorum* dies publice eſſet conſtitutus. Cicer. Fr. 1. 2. *Comitia edicta ſunt a. d.* xi. *Kalend. Februarias.*

14. Comitiis centuriatis, quibus conſules creari ſolitos docet Liv. 1. 60. *Duo conſules inde comitiis centuriatis a præfecto Urbis ex commentariis Servii Tullii creati ſunt.* Ὑπατικὰς ἀρχαιρεσίας dicit *Plutarch. Cæſ. p.* 713. *B.*

15. Ratio non haberi dicebatur illorum, qui a magiſtratus petitione repellebantur, & in candidatorum numerum non recipiebantur. Liv. vii. 22. *Quia ambo tum forte patricii conſules erant, qui rationem ejus ſe habituros negabant.* Cæſaris utpote abſentis, aberat vero quia triumphum, quem ad urbem exſpectare debebat, exſpectabat, *ratio haberi* non poterat. Cæſ. B. C. iii. 82. 5. *Magnaque inter eos in concilio fuit controverſia, oporteretne L. Hirri, quod is a Pompejo ad Parthos miſſus eſſet, proximis comitiis abſentis rationem haberi.* Noſt. *c.* 82. 1.

16. Privatus introisset urbem. Plutarchus: Ἐπεὶ δὲ τοὺς μὲν μνωμένους θρίαμβον ἔξω διατρίβειν ἔδει, τοὺς δὲ μετιόντας ὑπατείαν παρόντας ἐν τῇ πόλει τοῦτο πράττειν: *quia vero triumphum poſtulantibus manendum extra Urbem, & candidatis conſulatus petendus erat in Urbe.* Aſcon. in Cicer. p. 177. *Horum magna pars per tabulas laudaverunt, quia aberant: inter quos Pompejus quoque; nam quod erat pro conſule, extra Urbem morabatur.* Hinc magiſtratus, qui cum imperio erant, *ad portas, ad Urbem* eſſe dicebantur. Cicer. pro Sext. c. 18. *L. Cæſar erat ad portas cum imperio.* Aſcon. p. 61. *Ad urbem dici ſolet de iis qui cum poteſtate provinciali aut nuper e provincia reverti ſſent; aut nondum in provinciam profecti eſſent.*

17. Ambienti i. vehementer inſtanti. Juſtin. 1. 3. 2. *admitti magna ambitione* i. multis precibus.

18. Legibus solveretur i. liceret contra leges abſenti conſulatum petere. V. *Gruch. de comit.* 1. 3. *Legibus ſolvere* id eſt, ut tradit *Bud. in Pand. p.* 50. & ex illo *Spiegel. in Prudent. p.* 268. quod nunc diſpenſare vocamus. Aſcon. in Cicer. p. 123. *Tum Cornelius ita ferre rurſus cœpit, ne quis in ſenatu legibus ſolveretur, niſi* cc *affuiſſent, neve quis, cum ſolutus eſſet, intercederet, cum de ea re ad populum ferretur.* Inſerebat cauſam, quod licet *legibus* vetitum eſſet, indultum tamen ſciret aliis. V. *Appian. B. C.* ii. *p.* 432.

19. Multi contradicerent, & in iis in primis Cato. Dio xxxvii. p. 54. E. Μὴ τυχὼν δὲ τοῦ Κάτωνος ὅτι μάλιστα ἐναντιωθέντος ἐκείνου μὲν εἴκοντος, ἐνισχύσαντος, ut addit Plutarchus τῷ χρόνῳ τὸ πρᾶγμα, καὶ τὴν ἡμέραν ἐν τῷ λέγειν κατατρίψαντος, *rem tempore excludente ac diem dicendo abſumente*, ne lege Cornelia lata a Calpurnio Piſone, M. Acilio Glabrione Coſſ. ſive anno ab U. C. 686, cujus meminit §. 18. quidquam Cæſari gratificari poſſent illi, quos, ut ait Plutarchus, ἱκανὰ τεθεραπευμένους ὑπὸ τοῦ Καίσαρος.

CAPUT XIX.

ARG. *Conſulatum petens Conſul creatur, ſylvis callibuſque præficitur, & cum Pompejo Marcoque Craſſo ſocietatem init Cajus Julius Cæſar.*

E Duobus conſulatus competitoribus, L. Lucejo [1], M. que Bibulo, Lucejum 1 ſibi

1. Lucejus ille, ad quem literas ſcripſit Cicer. Famil. v. 12. 13. De illo, & illius petitione Cicer. ad Attic. 1. 17. *Lucejum ſcito conſulatum habere in animo ſtatim petere. Duo enim ſoli dicuntur petituri.*

ſibi adjunxit: pactus ut is, quoniam inferior gratia eſſet [2], pecuniaque polleret,
2 nummos de ſuo, communi nomine per centurias [3] pronuntiaret [4]. Qua cognita
re optimates quos metus ceperat, nihil non auſurum eum in ſummo magiſtratu [5],
concordi & conſentiente collega, auctores [6] Bibulo fuerunt tantundem [7] pollicen-
di: ac plerique pecunias contulerunt, ne Catone quidem abnuente eam largitio-
3 nem e Republica fieri [8]. Igitur cum Bibulo conſul creatur. Eandem ob cauſam
opera optimatibus data eſt, ut provinciæ futuris coſſ. minimi negotii [9], id eſt,
4 ſylvæ calleſque [10] decernerentur [11]. Qua maxime injuria inſtinctus omnibus of-
ficiis Cn. Pompejum aſſectatus eſt [12], offenſum [13] patribus, quod Mithridate
rege

tituri. *Cæſar cum eo coire per Arrium cogitat: & Bibulus cum hoc ſe putat per C. Piſonem poſſe conjungi.*

2. Inferior gratia esset i. non tam multos haberet ſibi ſtudioſos.

3. Per centurias i. plebem, quæ *per centurias* ſuffragia erat datura. Creabantur enim conſules, ut dixi 18. §. 14. comitiis centuriatis. Hæc vero nihil aliud erant quam *conventus populi per claſſium centurias diviſi ad ſuffragium ferendum.* Populum enim Romanum Servius Tullius in ſex claſſes diſtribuerat, & illas in 193 centurias. Claſſem i. in 80: ii. iii. & iv. in 20: V. in 30. *centurias* diviſerat: ſexta una erat & tenuiſſimorum. Ratum vero, quod plures juſſiſſent *centuriæ*, habebatur. V. *Dionyſ.* iv. *p.* 224. *Liv.* i. 43. *Aurel. Vict. c.* 7. *Flor.* i. 6. ex recentioribus *Sigon. de ant. jur. civ. Rom.* i. 4. *Merul. de com. Rom. c.* 2. §. i.

4. Pronuntiaret i. palam promitteret. Cicer. ad Attic. i. ii. *Novi eſt in lege hoc, ut qui nummos in tribus pronuntiaverit* i. interprete *Budæo in Pand. p.* 236. in ſingulas tribus certam nummorum ſummam aperte pollicitus fuerit. Noſt. *Domit.* 4. 14. *Galb.* 16. 2. *Cæſ.* 26. 5. *Pronuntiabant* autem opera diviſorum, quos V. *Aug.* 3. §. 2.

5. Summo magistratu i. conſulatu. *Ampliſſimus* Aug. 26. 4. §. 16.

6. Auctores i. ſuaſores *Tib.* 27. 3.

7. Tantundem i. quantum Cæſar & Lucejus ſimul.

8. E Republica fieri i. utilem eſſe. Cicer. de L.L. ii. 26. *Fuit civis e republica maxime.* Bibulum enim ſenatus Cæſaris voluit eſſe adverſarium. Auctor Appian. B. C. ii. p. 433. Ἡ βουλὴ Λούκιον Βίβλον ἐς ἐναντίωσιν τοῦ Καίσαρος ἐχειροτόνησεν αὐτῷ συνάρχειν: *Senatus Lucium Bibulum collegam Cæſari pariter & adverſarium dedit.* Verum fruſtra. *Bibulus actiones ejus* (Cæſaris) *magis voluit impedire quam potuit.* Paterc. ii. 44. 5. Quod verboſius narrat *Dio* xxxviii. *p.* 60. 61. 62.

9. Minimi negotii, *pauci momenti, & fere deſamatiſſima.* Alex. Gen. iii. 3. *Certe in quibus nil bellica materia reliquum.* Pigh. Ann. i. p. 465. adeoque cum ad illas nullis opus eſſet copiis, *minus* a Cæſare erat metuendum.

10. Sylvarum calliumque provincia i. adminiſtratio, cura decernebatur interdum magiſtratibus. Tacit. Ann. iv. 27 3. *Et erat iiſdem regionibus Curtius Lupus quæſtor, cui provincia vetere ex more calles evenerat.* Etiam conſulibus. Virg. Ecl. iv. 3.

Si canimus ſylvas, ſylvæ ſunt conſule dignæ.

Ad quem locum Scalig. Poet. i. 4. *Poſt ſylvarum mentionem ait: ſylvæ ſunt conſule dignæ: ut quantum depreſſiſſet conſulis dignitatem ſenatus ad ſylvarum uſque humilitatem, tantum ſuis verſibus, novaque materia dignitate extollat ipſe ſylvas ad faſtigium conſulatus.* Ad hanc provinciam alludit Plaut. Pſeud. i. 2. 25.

Te cum ſecuri caudicali præficio provinciæ.

Harum curam magiſtratibus decrevit ſenatus, vel ut hac ratione materies non deeſſet, qua videlicet navigia publica poſſent a præfectis fabrum confici, ut volunt *Crinit. H. D.* iv. 5. *Rhodig. A. L.* xxvi. 5. ipſe *Alex. Gen.* iii. 3. vel ut a pecuariis in illis profeſſi pecoris capita paſcentibus ſcripturam exigerent, ut *Turneb. Adv.* iii. 9. & 22. *Buleng. de Vect. P. R. c.* ii. *Torrentius*, vel ut *ſylvas*, loca latrociniis exercendis apta purgarent, & itinera viatoribus tutiora redderent, ut placet *Beroaldo*, *Sabellico*, *Babelonio* & *Ryck. ad Tacitum.* *Sylvas* ſane ad viatorum ſecuritatem præſidio occupatas fuiſſe docet Juven. iii. 306.

Armato quoties tuta cuſtode tenentur
Et Pomptina palus, & Gallinaria pinus.

De hoc loco etiam agunt *Brod. Miſc.* i. 39. *Demſt. A. R.* vii. 48. *Pigh. Ann.* i. *p.* 464. 465. *Burmann. de Vectig. P. R. c.* 8.

11. Decerni per ſenatum provincias quotannis neceſſe ut eſſet, lege quæ inde *Sempronia*, de qua plura tradit *Auguſtin. de LL. p.* 137. ſanxit *Cajus Sempronius Gracchus.* Conſules vero prætoreſque uſque adeo in ſenatus poteſtate fuiſſe, ut iis etiam leviſſimas ac nullius laudis provincias decreverit, docent *Sigon. de ant. jur. prov.* ii. i. *Panvin. in Faſt.* i. *p.* 120.

12. Omnibus officiis assectatus est i. omnibus modis de illo bene mereri annixus eſt, in ejus gratiam ſe inſinuare conatus eſt. Proprie *aſſectari* eſt quaſi comitatum præſtare, non tantum itinere, aut navigatione, aut militia, ſed fere per urbem, ut Cicer. de Orat. i. 56. *Cum ædilitatem Craſſus peteret, eumque major natu & conſularis Sergius Galba aſſectaretur.* Ita Valla Eleg. v. 77. *Officium* eſt obſequium digniori præſtandum. Cicer. Fam. i. i. *Ego omni officio, ac potius pietate erga te......* Noſter 82. i. *Cal.* 22. i.

13. Of-

rege victo, cunctantius confirmarentur [14] acta [15] ſua: Pompejoque M. Craſſum conciliavit [16], veterem inimicum ex conſulatu [17], quem ſumma diſcordia [18] ſimul geſſerant: ac ſocietatem [19] cum utroque iniit, ne quid ageretur in Republica, quod diſplicuiſſet ulli e tribus.

13. Offensus i. iratus. Juſtin. xxxv. 1. 3. *Offenſis tunc Demetrio.* Noſt. Tib. 13. 4. Ner. 2. 1. *Offenſus* enim eſt, qui ex aliorum *offenſa* dolet.

14. Cunctantius confirmarentur obſtante præſertim Lucullo, qui provincia decedens, debilitato jam rege, bellum hoc facile ſucceſſori ipſi Pompejo tradiderat, jactans ſuam eſſe victoriam, Craſſo quoque in ſuum favorem pertracto. *Appian. B. C.* ii. *p.* 432. quibus Metellum Creticum & optimatium partem addit Paterc. ii. 40. 5.

15. Acta, multa enim, ut ibidem docet *Appianus*, regibus, dynaſtis & civitatibus conceſſerat. Ea poſtulabat ut rata haberent patres.

16. Pompejo Crassum conciliavit i. fecit, ut Craſſus cum Pompejo rediret in gratiam. V. ſupr. ii. 1. §. 1. Horum vero amicitia ſtipatus conſulatum eſt adeptus, ἐν μέσῳ τῆς τοῦ Κράσσου καὶ Πομπηΐου φιλίας δορυφορούμενος ὁ Καῖσαρ ἐπὶ τὴν ὑπατικὴν προήχθη. *Plutarch. Caſ. p.* 713. E. Idem dicunt *Dio* xxxvii. *p.* 55. *Appian. B. C.* ii. *p.* 433.

17. Consulatum ſimul geſſiſſe Cn. Pompejum Magnum & M. Licinium Craſſum docent *Aſcon. in Cicer. p.* 19. *Salluſt. Catil. c.* 38. *Appian. B. C.* 1. 426. *Plutarch. Craſſ. p.* 550. *C. & Pomp. p.* 646. *E.* Hunc, ut legere eſt apud *Appianum* & *Liv. Epit.* 97. petiverant ambo: hic prætorius juxta legem Corneliam, hic nec prætorius, nec quæſtorius, annum agens 34. Geſſerunt autem illum anno ab U. C. 683.

18. Discordiam horum conſulum pluribus exſequitur *Appian. B. C.* 1. *p.* 426. 427.

19. Societatem, ſive potius conſpirationem hanc deſcribit Paterc. ii. 44. 1. 2. *Hoc Cicerone conſule inter eum & Cn. Pompeium & M. Craſſum inita potentiæ ſocietas, quæ Urbi orbique terrarum, nec minus diverſo quoque tempore ipſis exitiabilis fuit. Hoc conſilium ſequendi Pompeius cauſam habuerat, ut tandem acta in transmarinis provinciis, quibus, ut prædiximus* (V. §. 15.) *multi obtrectabant, per Cæſarem confirmarentur conſulem: Cæſar autem, quod animadvertebat ſe cedendo Pompeii gloriæ aucturum ſuam, & invidia communis potentiæ in illum relegata confirmaturum vires ſuas: Craſſus ut, quem principatum ſolus aſſequi non poterat, auctoritate Pompeji, viribus teneret Cæſaris.* Hæc conjunctio, φιλία, arbitro Plutarcho invexit civilia bella, & recte Lucan. 1. 85.

tu cauſa malorum,
Facta tribus dominis communis Roma.

CAPUT XX.

ARG. *Conſul varias leges fert, obnuntiantem collegam foro expellit, unus ad arbitrium Rempublicam adminiſtrat, Campum Stellatem & agrum Campanum dividit, publicanos mercedum parte relevat, Catonem, Lucullum, Ciceronem contradicentes abſterret, & Vettium in adverſarios teſtem inducit, venenoque intercipit Cajus Julius Cæſar.*

Inito honore, primus omnium inſtituit [1], ut tam ſenatus [2] quam populi [3] diurna [4] acta I

1. Instituere aliquid, ut explicat *Bud. in Pand. p.* 17. eſt auctorem, quaſique conditorem alicujus rei fieri, exemplumque poſteritati relinquere. Quintil. iii. 9. *Et ſi quod eſt exemplum deforme poſteris traditum, quale libidinoſus vir Perſes in muliere Samia inſtituiſſe auſus dicitur primus.* Leges vero vocat Plutarchus οὐχ ὑπάτῳ πρέποντας, ἀλλὰ δημάρχῳ τῷ θρασυτάτῳ: *non conſuli, ſed tribuno plebis audaciſſimo congruentes.*

2. Senatus acta dicuntur *ſenatus commentarii.* Tacit. Ann. xv. 74. 3. ὑπομνήματα Græcis, quibus breviter inſcriptum, quidquid apud patres diceretur, agereturve. Conficiebat ea quiſpiam e ſenatu: ſcilicet ne arcana patrum ſciret non e patribus. Tacit. Ann. v. 4. 1. *Fuit in ſenatu Junius Ruſticus, componendis patrum actis delectus a Cæſare.* Noſt. *Aug.* 5. 2. V. *Lipſ. Tacit. Ann.* v. *n.* 7. & *Excurſ. A. Mercer. in Alex.* iv. 20. *Buleng. de imp.* vi. 57.

3. Populi actis continebantur res actioneſque populi, judicia publica, ſupplicia, comitia, ædificia, nativitates, illuſtres mortes, matrimonia, divortia. Docent hoc Ammian. xxii. 3. *Et acta ſuper eo geſta non ſine magno legebantur horrore.* Tacit. Ann. xiii. 31. 1. *Cum ex dignitate populi Romani repertum ſit, res illuſtres annalibus, talia diurnis Urbis actis mandare.* Noſt. *Tib.* 5. 3. *Cal.* 8. 5. Origo ejus inſtituti a Servio Tullio, qui ut numerum ſciret naſcentium, morientium, virorum, adinvenit, ut propinqui nata prole certum aliquem nummum in ærarium Junonis Lucinæ inferrent: itidem aliquo mortuo in Veneris Libitinæ: & ſumente quopiam virilem togam in juventutis. Dionyſ. iv. p. 220. V. *Lipſ. in Tacit. Pich. Ann.* ii. *p.* 378.

4. Diurna etiam Tacito dicta §. 3. & ſine ſubſtantivo *diurna* noſt. infr. Claud. 41. 9. quia in dies conficiebantur. *Publica* Tacit. Ann. xii. 24. 4. *Et quos tum Claudius terminos poſuerit, facile cognitu, & publicis actis præſcriptum.* Noſt. *Tib.* 5. 2.

5. Pu-

2 acta conficerentur & publicarentur [5]. Antiquum [6] etiam retulit [7] morem, ut quo menſe faſces [8] non haberet [9], accenſus [10] ante eum iret, lictores [1] pone ſequerentur.
3 Lege autem agraria [12] promulgata [13], obnuntiantem [14] collegam armis foro [15] expulit.

5. PUBLICARENTUR I. in publicum ederentur. Plin. Epiſt. IV. 27. *Ad hunc guſtum totum librum repromitto, quem tibi, ut primum publicaverit, exhibebo.* Noſter infr. Cal. 16. 3. Gramm. 17. 6. Materiam vero ſcribendi ſcriptoribus ſic exhibere voluiſſe videtur Cæſar. Ex diurnis enim hanc ſibi ſæpe ſumunt ſcriptores. Hoc de ſe fatetur Vopiſcus a Junio Tiberiano Urbis præfecto monitus. Ita enim Vopiſco Junius apud Vopiſc. Aurel. c. I. *Ephemeridas illius viri ſcriptas habemus, etiam bella charactere hiſtorico digeſta, quæ velim accipias, & per ordinem ſcribas.* Ne vero *publicarentur* auctor fuit Auguſtus. Noſt. c. 36. I.

6. ANTIQUUM, utpote a Tarquinio ejecto & regibus exterminatis. Liv. II. I. *Libertatis originem inde magis, quia annuum imperium conſulare factum eſt, quam quod diminutum quicquam ſit ex regia poteſtate numeres. Omnia jura, omnia inſignia primi conſules tenuere. Id modo cautum eſt, ne ſi ambo faſces haberent, duplicatus terror videretur. Brutus prior concedente collega faſces habuit.* De hoc more etiam *Gell.* II. 15. *Alex.* III. 3.

7. RETULIT I. revocavit, ut noſt. *Aug.* 24. I. & rurſus quaſi tulit. Virg. Æn. V. 98.

Hunc morem, hos curſus, atque hæc certamina primus
Retulit.

Noſt. *Tib.* 32. 2.

8. FASCES bacilli erant aliquot teretes in modum *faſcis* loro colligati. Intra illos ſecuris obligata erat, ita ut ferrum in ſummo *faſce* extaret. Liv. III. 36. *προσδεδεμένων τῶν πελέκεων. Plutarch. Quæſt. Rom.* 81. Fiebant ex betula. Plin. XVI. 18. *Gallica hæc arbor* (betula) *mirabili candore atque tenuitate, terribilis magiſtratuum virgis.* Inſignia imperii fuerunt, ut modo Livius §. 6. Inde *faſces habere* eſt imperium habere. Liv. VIII. 12. *Æmilius, cujus tum faſces erant, collegam dictatorem dixit. Faſcium* originem a Vetulonia Etruriæ urbe repetit Sil. Ital. VIII. 483.

Mæoniaque decus quondam Vetulonia gentis,
Bis ſenos hæc prima dedit præcedere faſces,
Et junxit totidem tacito terrore ſecures.

De *faſcibus* quoque *Laz. Comm. R.* II. 3. *Bud. in Pand. p.* 89. *Lipſ. Elect.* I. 23.

9. HABEBAT faſces menſe priori conſul ætate major, ſequenti ejus collega. Plutarch. Poplic. 103. D. ὡς τῆς ἡγεμονικωτέρας ἐξιστάμενος ὡς πρεσβυτέρῳ τάξεως παρέδωκε τοὺς καλουμένους φάσκης. Καὶ τοῦτο διαμεμένηκεν εἰς ἡμᾶς τὸ πρεσβεῖον ἀπ' ἐκείνου τοῖς γεραιτέροις φυλαττόμενον. *Cui*, Lucretio Lucretiæ patri, *majori natu priorem locum concedens, tradidit faſces. Inde hæc prærogativa huc uſque grandioribus ætate eſt conſervata.* Val. Max. IV. I. I. *Ad quem*, Sp. Lucretium, *quia major natu erat, priores faſces transferri juſſit.* Sed *capite Septimo legis Juliæ priori ex conſulibus faſces ſumendi poteſtas facta eſt, qui plures liberos quam collega, aut in ſua poteſtate habet, aut bello amiſit.* Gell. II. 15.

10. ACCENSUS miniſter fuit magiſtratuum ſupra lictores. Cicer. de LL. II. 24. *Utatur accenſo atque lictoribus.* De *accenſo* Cicer. ad Q. Frat. I. I. *Accenſus ſit eo numero, quo eum majores noſtri eſſe voluerunt: qui hoc non in beneficii loco, ſed in laboris ac muneris non temere niſi libertis ſuis deferebant: quibus illi quidem non multo ſecus ac ſervis imperabant.* V. quoque *Sigon. de jur. civ. Rom.* II. 15. *Broid. in Pollet. For. Rom.* V. 13. *Valtrin. de re mil.* III. 10. *Pancirol. in notit. imp. orient. c.* 9. *Salmaſ. de Mil. Rom. c.* 14.

11. LICTORES miniſtri erant regum primo, deinde conſulum, aliorumque magiſtratuum. Hi virgarum faſces cum ſecuribus ligatos portantes magiſtratibus præibant, turbam occurrentem ſummovebant, & quoties juſſi erant, faſces ſolventes primo virgis cædebant damnatum, mox ſecuri feriebant. Hoc inſtituit Romulus Etruſcos imitatus. Liv. I. 8. *Jura ita ſancta generi hominum agreſti fore ratus, ſi ſe ipſe venerabilem inſignibus imperii feciſſet, cum cætero habitu ſe auguſtiorem, tum maxime duodecim lictoribus ſumptis fecit..... Me haud pœnitet eorum ſententiæ eſſe, quibus.... ab Etruſcis finitimis numerum quoque ipſum ductum placet, & ita habuiſſe Etruſcos, quod ex duodecim populis communiter creato rege ſingulos ſinguli populi lictores dederint.* De *lictoribus* etiam *Onuphr. Panv.* II. 291. *Lipſ. Elect.* I. 23. *Sigon. de jur. civ. Rom.* II. 15. *Laz. Comm. R. R.* II. 4. *Valtrin. Mil.* III. 10. *Med. Liv.* XXIII. 44. *Broid. For. Rom.* V. 13.

12. LEGE AGRARIA, nimirum de campo Stellate & agro Campano viritim plebi dividendis. Hanc ita conſcripſit Cæſar, *ut ne minimum quidem quicquam in ea reprehendendum extaret.* ὥστε μηδὲ μικρόν τι αὐτῆς αἰτιαθῆναι. *Dio* XXXVIII. *p.* 58. Hujus ferendæ cauſa, ut idem addit, fuit, quod civium multitudo, quæ in immenſum creverat, ac ſæpius jam ſeditionibus materiam præbuerat, hoc modo ad opus faciendum & agriculturam convertebatur, ſolitudines, quæ tum erant per Italiam plurimæ, frequentabantur: ut jam non ii modo, qui militia confecti erant, ſed & alii omnes victum ſufficientem haberent. Hæc *Julia* vocatur noſtr. c. 81. 2. *Aug.* 4. 2.

13. PROMULGATA I. in publico poſita, ut quilibet, qui vellet, cognoſcere poſſet. V. quæ dixi *ſupr.* 15. I. §. 6.

14. OBNUNTIANTEM I. obloquentem, obſiſtentem, ἐνιστάμενον τῇ γνώμῃ πολλῶν. Appian. B. C. II. p. 433. Dio XXXVIII. p. 60. D. Ὁ δὲ Βίβουλος, μέγα ἀναβοήσας, οὐχ ἕξετε, ἔφη, τὸν νόμον τοῦτον ἐν τῷ ἔτει τούτῳ, οὐδ' ἂν πάντες ἐθελήσητε. *Bibulus magna voce proclamavit, ne ſi omnes quidem volueritis, legem hanc*

hoc

pulit. Ac poſtero die in ſenatu conqueſtum, nec quoquam reperto, qui ſuper tali conſternatione [16] referre [17], aut cenſere [18] aliquid auderet, qualia multa ſæpe in levioribus turbis decreta erant, in eam coegit deſperationem, ut quoad poteſtate abiret [19], domo abditus [20] nihil aliud [21] quam per edicta [22] obnuntiaret [23]. Unus ex eo tempore omnia in Republica ad arbitrium adminiſtravit: ut nonnulli urbanorum [24], quum quid per jocum teſtandi [25] gratia ſignarent [26], non *Cæſare & Bibulo*, ſed *Julio & Cæſare* coſſ. [27] actum ſcriberent [28], bis eundem præponentes, nomine atque cognomine: utque vulgo mox ferrentur hi verſus: 4 5

Non

hoc anno obtinebitis. Obnuntiare *dicuntur augures, qui aliquid mali ominis, ſcævumque viderint. Ergo obnuntio malum imminens, quaſi omen nuntio. Inde enim* ἐτυμολογία *hujuſce verbi eſt.* Donat. Adelph. IV. 2. 9. *Obnuntiatione* vero *pernicioſis legibus reſiſtebatur,* ut inquit *Aſcon. in Cicer. p.* 160.

15. IN FORUM deſcenderat concionante etiam tum Cæſare conſul Bibulus cum Lucullo & Catone. Orto per altercationem tumultu ad manus ventum eſt: & ſicarii fregerunt faſces Bibuli, & duo tribuni, qui Bibulum deducebant, vulnerati ſunt. Quidam cophinum ſtercoris plenum in ipſius caput Bibuli effudit. Qui cum interritus nudatum præbebat jugulum clamore Cæſarianos ad necem invitans: ſi non poſſum, inquit, collegæ perſuadere quæ juſta ſunt, certe morte mea ſceleſtum ac invidioſum fecero: cum vero ſubduxiſſent illum invitum amici in forum Jovis Statoris foro proximum, lex agraria perlata eſt. *Plutarch. in Pomp. p.* 644. *C. Appian. B. C.* II. *p.* 434. *Dio* XXXVIII. *p.* 61. 62.

16. CONSTERNATIO *eſt concitatio quædam ſubita ex aliquo metu.* Feſtus. Noſter ſæpius.

17. REFERRE eſt in ſenatu aliquid proponere, ut de illo ſententiæ dicantur. Dioni multifariam χρηματίζειν, γνώμην εἰς τὴν βουλὴν εἰσφέρειν. Virg. Æneid. III. 58. 59.

Delectos populi ad proceres, primumque parentem
Monſtra Deûm refero, & quæ ſit ſententia poſco.

Senec. de tranq. c. 15. *Majores noſtri novam relationem poſt horam decimam in ſenatu fieri vetabant.*

18. CENSERE hic non eſt ſimpliciter ſententiam dicere, ſed excedere relationem, hoc eſt, loco ſententiæ, de ea re, de qua a conſule relatum erat, aliud quid in ſenatu proponere ac rogare ut referatur. Tacito hoc eſt *egredi relationem* Annal. II. 38. 2. *Nec ſane ideo a majoribus conceſſum eſt egredi aliquando relationem, & quod in commune conducat loco ſententiæ proferre.*

19. POTESTATE ABIRET i. conſulatum deponeret. Plin. Pan. 65. 3. *Hic ſuſcipere, hic ponere magiſtratus.* Noſt. *Aug.* 26. 6. *Ner.* 2. 3.

20. DOMO ABDITUS, ἐς τὸ κοινὸν οὐκέτι παρῆλθε. *Dio p.* 62. *A.* εἰς τὴν οἰκίαν κατακλεισάμενος. *Plutarch. Pomp. p.* 644. *E.* Latuit autem domi non *toto honoris ſui anno*, ut Senec. ad Marc. c. 14. ſed ut Plutarchus l. l. *octo menſibus*, Paterc. II. 44. 5. *majore parte anni. Ob invidiam collegæ* latuiſſe dicit Seneca, quaſi ejus vi aut metu domo attineretur, ut *in Senecam* addit *Lipſius.* Sed falſus eſt. *Dum* enim ut Paterculus, *augere vult invidiam collegæ, auxit potentiam.*

21. NIHIL ALIUD ſc. faceret. Ellipſis verbi frequens noſtro, ut *Claud.* 16. *Cal.* 44.

22. PER EDICTA. Interdum erant carmina. Cæſ. 80. 3. interdum edicta. Vit. 14. 7. interdum tituli ſtatuarum Cæſ. 80. 6. Ner. 45. 4. & 5. interdum epiſtolæ. Aug. 51. 2. Claud. 24. 7. De illis V. 9. §. 14. δι' ὑπομνημάτων. *Dio.*

23. OBNUNTIAVIT, quotieſcunque rem novam molitus eſt, ὁσάκις γε ἐνεωτέριζέ τι Dio. *Obnuntiare* eſt, ut obſervante Caſaubono Dio, προεπαγγέλλειν ὡς ἐν τῷ οὐρανῷ τὴν ἡμέραν ἐκείνην μαντευόμενος, i. interprete Cicerone ad Attic. IV. 3. *proſcribere ſe per omnes dies comitiales de cælo ſervaturum.* V. & *Gruch. de comit.* I. 4.

24. URBANORUM i. hominum facetorum, ſcurrarum. Plaut. Moſt. I. I. 12.

Tu urbanus vere ſcurra, deliciæ populi.

Noſt. *Veſp.* 20. 2. Ciceronis ætate vocabulum fuit novum. Ita enim ille Fam. III. 8. *Hominem non ſolum ſapientem, verum etiam (ut nunc loquimur) urbanum.* De *urbano* & *urbanitate* multa Quintil. VI. 5. V. & *Gronov. de pec. vet.* IV. 9.

25. TESTANDI i. teſtimonium perhibendi. *Teſtationes* hæ erant quædam proſcriptiones & tabulæ *teſtificandi* gratia conſignatæ. Quintil. XII. 3. *Itaque cum nec inutilem, ſi ad horam forte conſtiterit, nec in teſtationibus faciendis eſſe imperitum velim.* Cicer. pro Quint. c. 6. *Teſtificantur iſti P. Quintium non ſtitiſſe & ſe ſtitiſſe: tabulæ maxima ſignis hominum nobilium conſignantur.* Turneb. Adv. II. 27. Illud genus libelli cenſet fuiſſe *Gronov. de pec. vet.* IV. 9. quo publica vitia traducebantur, quorum mentio apud noſtrum *Cæſ.* 80. 3. *Vit.* 14. 9. *Ner.* 45. 4. *Aug.* 51. 2.

26. SIGNARE *eſt anulo ſigna imprimere.* Paulus Feſti abbreviator. *Veteres* enim, ut Attejus Capito apud Macrobium, *ſignandi cauſa anulum ſecum ferebant.*

27. JULIO ET CÆSARE COSS. Dio XXXVIII. p. 63. B. Ὅθεν τινὲς χαριεντιζόμενοι τοῦ μὲν τοῦ Βιβούλου ὄνομα παντάπασιν ἀπεσιώπων. Τὸν δὲ δὴ Καίσαρα, δὶς καὶ ὠνόμαζον καὶ ἔγραφον, Γάϊόν τε Καίσαρα, καὶ Ἰούλιον Καίσαρα ὑπατεύειν λέγοντες: *Unde faceti quidam Bibuli nomen omnino reticuerunt, Cæſarem autem pro*

duobus

Non Bibulo quidquam nuper, ſed Cæſare factum eſt:
Nam Bibulo fieri conſule nil memini.

6 Campum Stellatem [29] majoribus [30] conſecratum [31], agrumque Campanum [32] ad ſubſidia Reipublicæ vectigalem [33] relictum, diviſit [34] extra ſortem [35] ad [36] viginti
7 millibus [37] civium, quibus terni pluresve liberi eſſent. Publicanos [38] remiſſionem [39] petentes [40], tertia mercedum [41] parte relevavit [42]: ac in locatione [43] novorum

duobus & nominaverunt, & ſcripſerunt, C. Cæſarem & Julium Cæſarem conſules dicentes.

28. Actum scriberent. Eos, qui teſtimonium dicebant, teſtationem illam, ut §. 25. Quintilianus & Cicero loquebantur, ſcripto redactam cum ſignarent, annum etiam diemque ſua manu appoſuiſſe ex hoc loco colligit *Torrentius.*

29. Campus Stellas in agro fuit Campano. Liv. IX. 44. *Eodem anno in campum Stellatem agri Campani Samnitium incurſiones factæ.* De hujus diviſione Cicer. Agrar. II. 31. *Adjungit Stellatem campum agro Campano: & in eo deſcribit duodena in ſingulos homines jugera.*

30. Majoribus. Ellipſis præpoſitionis, qua delectatur noſter. Exempla congeſſi infr. Aug. I. I. §. 7.

31. Consecratum i. diis dicatum, ſacrum, religioſum. Ita campum Martium Marti *conſecratum* fuiſſe accepimus. Hoc in memoriam inclytæ illius victoriæ, quam Romani eo in loco de Samnitibus a. U. C. 459. Q. Fabio V. & P. Decio IV. Coſſ. retulerunt, de qua Liv. X. 41. factum putat *Caſaubonus.* Hujus in Agrariis, ubi meminiſſe debuiſſet, quare non meminerit Cicero dicat qui noverit. Ciceronem neſciviſſe, Suetonium ex commentariis quibuſdam reconditis aut annalibus eruiſſe opinatur *Turneb. Adv.* III. 22. nobis periiſſe vero id quod de illius agri conſecratione ſcripſiſſe potuit Cicero, cum multa in illis orationibus deſiderentur, dicendum eſſe dicit *Torrentius.* Quod tamen, quia de hoc campo, ut qui coleretur & exerceretur, loquitur, nec eandem terram eodem tempore & diis conſecratam, & uſibus hominum expoſitam exiſtimare potuit, cum *Caſaubono* non admittendum eſſe cenſeo.

32. Agrum campanum deſcribit Cicer. Agrar. II. 29. ubi ejus diviſionem diſſuadet. *Unumne fundum pulcerrimum populi Romani, caput veſtræ pecuniæ, pacis ornamentum, ſubſidium belli, fundamentum vectigalium, horreum legionum, ſolatium annonæ diſperire patiemini?* De ejus diviſione, & diviſionis ſuaſore Paterc. II. 44. 4. *In hoc conſulatu Cæſar legem tulit, ut ager Campanus plebei divideretur, ſuaſore legis Pompejo.*

33. Vectigalis eſt qui *vectigal* pendit. Cicer. Off. III. 22. *Quas civitates L. Sylla pecunia accepta SCto liberaviſſet, ut eæ rurſus vectigales eſſent.*

34. Divisit, ut plebem ſibi obſtringeret. Dio XXXVIII. p. 62. D. Τὸ μὲν πλῆθος ᾠκειώσατο. Appian. B. C. II. p. 433. ἔμμισθον τὸ πλῆθος ποιούμενος.

35. Extra sortem i. ut non *ſorte* ducta, ſed 20 virorum arbitrio diviſio fieret. Noſt. *Aug.* 4. 3. *Torrentius.*

36. Ad i. circiter, ut Paterc. II. 44. 4. hoc enim & hæc præpoſitio ſignificat. Cicer. Fratr. II. I. *Frequentes fuimus, omnino ad ducentos.* Plaut. Trin. I. 2. 115. *Nummorum Philippeum ad tria millia.* Noſt. c. 25. I. *Aug.* 16. I.

37. Viginti millia extiterunt tum quibus terni erant liberi. Δισμύριοι γὰρ ἀθρόως ἐφάνησαν οἱ τὰ τρία τρέφοντες μόνοι. *Appianus.*

38. Publicanos i. publicorum vectigalium conductores. Qui unde dicantur, docet Ulpian. Dig. XXXIX. 4. I. §. I. *Publicani ſunt, qui publico fruuntur. Nam inde nomen habent, ſive fiſco vectigal pendant, vel tributum conſequantur, & omnes, qui quid a fiſco conducunt, recte appellantur publicani.* 12. §. 3. *Publicani dicuntur, qui publica vectigalia habent conducta.* Vectigal quoque *publicum* vocatur Veſp. I. 4. §. 17. Hos ex equeſtri fuiſſe ordine dicam infr. Aug. 24. n. 3. §. 10.

39. Remissionem petiverunt publicani vaſtata per Mithridatem Aſia. Hoc majorum more licuiſſe illis facere, ſæpiuſque Romæ factum fuiſſe monet *Caſaubonus.* De hac *remiſſione* Cicer. ad Attic. I. 15. *Aſiani, qui de cenſoribus conduxerunt, queſti ſunt in ſenatu, ſe cupiditate prolapſos nimium magno conduxiſſe, ut induceretur locatio, poſtulaverunt. Ego princeps in adjutoribus, atque adeo ſecundus. Nam ut illi auderent hoc poſtulare, Craſſus eos impulit. Invidioſa res, turpis poſtulatio, & confeſſio temeritatis.*

40. Petentes a ſenatu. Appian. B. C. II. p. 435. Τὴν βουλὴν ᾔτουν, ἄφεσιν τινὰ μέρους τῶν φόρων αὐτοῖς γενέσθαι, *Remitti ſibi partem aliquam onerum a ſenatu petiit.* Et recte. Hujus enim erat, ſi quæ interveniret calamitas, mercedum parte publicanos relevare: aut ſi ſi quis caſus impediret, quo minus exitum res habere poſſet, locationem reſcindere. Polyb. VI. 15. Ἔχει περὶ πάντων τῶν προειρημένων τὴν κυρίαν τὸ συνέδριον· καὶ γὰρ χρόνον δοῦναι, καὶ συμπτώματος γενομένου κουφίσαι, καὶ τὸ παράπαν ἀδυνάτου τινὸς συμβάντος ἀπολῦσαι τῆς ἐργωνίας. Sed obſtantibus & aliis nonnullis & Catone nihil impetraſſe ſcribit Dio XXXVIII. p. 62. E. Οὐχ εὕροντο, ἀλλά τι καὶ τοῦ Κάτωνος ἀντιπράξαντος. Noſt. n. 9. & Gellius infr. §. 46.

41. Mercedum i. penſitationum, pecuniæ, quam pro conductis vectigalibus pendere debebant, μισθώσεων Appianus. *Merces* non tantum de accipiente, verum & de dante dicitur. *Mercedes* pupillorum Ulpian. Dig. XXVII. I. 3. §. 2. dicit pecuniam,

rum vectigalium immoderatius [44] licerentur [45], propalam monuit. Cætera item 8
quæ cuique libuiſſent, dilargitus eſt, contradicente nullo: ac, ſi conaretur quis,
abſterrito. M. Catonem [46] interpellantem [47] extrahi curia [48] per lictorem [49], du- 9
cique [50] in carcerem [51] juſſit. L. Lucullo liberius reſiſtenti tantum calumnia- 10
rum [52] metum injecit, ut ad genua ultro ſibi accideret [53]. Cicerone in judicio 11
quodam [54] deplorante temporum ſtatum [55], P. Clodium inimicum ejus fruſtra jam
pridem [56] a patribus [57] ad plebem [58] tranſire [59] nitentem, eodem die, horaque
nona

niam, quæ in diſciplinam pupillorum impenditur: & honorarium, quod patrono offert cliens, Tacit. Ann. 11. 6. 3. V. & *Ryckium* ad *Tacitum. Nann. Miſc.* IV. 1. *Cuper. Obſ.* I. 17.

42. RELEVAVIT illos, licet hoc conſulis non eſſet, Cæſar ſenatum nihil moratus, & ſolo conſenſu plebis uſus. Appianus. Ὁ δὲ Καῖσαρ, ἐς οὐδὲν τότε τῆς βουλῆς δεόμενος, ἀλλὰ μόνῳ τῷ δήμῳ χρώμενος. Et hoc modo equeſtrem ordinem ſibi nemine contradicente devinxit. Dio. Ὡς δ' οὖν καὶ τοῦτο τὸ ἔθνος μηδενὸς ἀντιτείναντος ᾠκειώσατο. Addit enim Appianus. Οἱ δὲ ὑπὲρ τὴν σφετέραν ἀξίωσιν ἀδοκήτου τῆς χάριτος αὐτοῖς γενομένης, ἐξεθείαζον αὐτόν. Καὶ ξίφος ἄλλο κρατερώτερον τοῦ δήμου τόδε τῷ Καίσαρι προσεγεγένητο δι' ἑνὸς πολιτεύματος. *Quapropter equites, ſupra poſtulata nacti inſperatam gratiam, in cælum ferebant auctorem ejus. Unde robuſtior etiam quam ante ex plebe manus propugnatorum acceſſit dignitati Cæſaris ob inſtitutum hoc unicum.*

*43. LOCATIONE proximo luſtro facienda. Equites enim Romani per ſingula luſtra provinciarum tributa certa pecuniæ ſumma conducebant. *Noris de Epoch. Syro-Maced. Diſſert.* III. *p.* 199.

44. IMMODERATIUS i. *ultra modum*, ut mox dicet Paullus. Solebant enim publicani ſæpius *publica male redimere*, ut Cicero ad Fratr. I. 1. quando *vectigalia calor licitantis ultra modum ſolitæ conductionis inflabat*. Paull. Digeſt. XXXIX. 4. 9.

45. LICERENTUR. De hoc verbo dixi ad *Curt.* IV. 1. 12. §. 35.

46. M. CATONEM *Cajus Cæſar conſul ſententiam rogavit. Cato rem, quam conſulebatur, quoniam non e republica videbatur, perfici nolebat. Ejus rei gratia ducendæ longa oratione utebatur, eximebatque dicendo diem.* Gell. IV. 10.

47. INTERPELLANTEM i. acta ejus impedientem. Cicer. Fam. XI. 10. *Interpellent quo minus Reſpublica a me commode adminiſtrari poſſit.* Aſcon. in Cicer. p. 90. *Interpellare eſt mediam alterius orationem interrumpere, vel actioni ſe alterius interponere.* Hinc *interpellare* ſtudia eſt illa interrumpere, turbare. Cicer. Fam. VI. 18. *Ne literæ quidem meæ impediantur: in quibus ſine ulla interpellatione verſor.* Noſt. *Aug.* 72. 4.

48. CURIA, ἀπὸ τοῦ βήματος *Plutarch. in Cat. p.* 753. C.

49. LICTOREM, quem *viatorem* fuiſſe dicit *Gellius*.

50. DUCI JCtorum verbum explicui *Curt.* VIII. 7. 15. §. 45.

51 IN CARCEREM, exſpectans ex ambitione, dum provocaret tribunos, & ſupplex fieret Cato. Cum vero ſenatus conſurrexiſſet, & Catonem in carcerem proſequutus eſſet, victus pudore & infamia Cæſar, ſummiſit tribunum, ut Catonem eximeret. V. *Plutarch. Cat. p.* 775. *C. D. Cæſ. p.* 714. *B. Gell.* IV. 10. Quo tempore M. Petrejus Cæſari objurganti, quod ſenatu nondum miſſo abiret, *malle ſe cum Catone in carcere eſſe reſpondit, quam hic cum Cæſare.* V. *Dion.* XXXVIII. *p.* 60. *A. B.*

52. CALUMNIARUM i. criminationum. *Calumniari* JCtis eſt falſa crimina intendere. Noſt. *Domit.* 9. 9.

53. AD GENUA ACCIDERET i. ſupplex fieret. V. quæ dixi ad *Curt.* VIII. 10. 35. §. 86.

54. IN QUODAM JUDICIO, in quo Antonius Catilinariæ conjurationis conſcius accuſabatur. Cicero Antonii in conſulatu collega Antonium defendebat, Cæſaremque ut judicii hujus auctorem conviciis proſcindebat. Hoc ægre ferebat Cæſar. V. *Dion.* XXXVIII. *p.* 60. *D.* In hoc, ut ipſe explicat Cicer. pro Dom. c. 16. hora fortaſſe diei ſexta queſtus erat quædam de republica, quæ illi viſa fuerant ad illius miſeri cauſam pertinere. Hæc homines improbi ad quoſdam viros fortes longe aliter, atque ab illo dicta erant, detulerunt.

55. DEPLORANTE TEMPORUM STATUM i. accuſante miſeram & calamitoſam imperii Romani conditionem. Ita & noſt. *Galb.* 10. 1. Traductus eſt autem Clodius non *deplorante*, ſed cum *deploraſſet* Cicero; ut obſervat *Caſaubonus*. Interceſſit enim trium horarum intervallum. Sexta oravit Cicero, nona eſt adoptatus Clodius, ut pergit pro domo Cicero. Ita Ter. Phorm. V. 2. 31. *oſtendi adveniens* i. interprete Donato *quum adveniſſem*. Exempla qui deſiderat, evolvat *Voſſ. Gramm.* VI. 14. *Sanct. Min.* I. 15.

56. JAM PRIDEM, imo ſæpius. Cicer. Attic. I. 18. *Herennium quendam tribunum plebis..... ſæpe jam de P. Clodio ad plebem traducendo agere cœpiſſe, huic frequenter interceditur.*

57. PATRIBUS i. patriciis. Cicer. Fam. IV. 21. *Quare ad patres cenſeo revertare.* Ubi Manutius: *Reſpexit ad priſca tempora, cum aditus in curiam ſolis patriciis daretur, licet ejus ætate, atque adeo multis ante ſeculis plebejis etiam familiis ſenatoria dignitas impertiretur.* Fuit P. Clodius ex familia Claudia patricia, quæ *Pulcrorum* dicebatur. De hac familia *Urſin. p.* 72. & illam deſcribit *Schott. Nod. Cicer.* III. 14.

F 58. AD

12 nona [60] tranſduxit [61]. Poſtremo in univerſos diverſæ factionis induxit Vettium præmiis, ut ſe de inferenda Pompejo [62] nece ſolicitatum a quibuſdam [63] profiteretur, productuſque [64] pro Roſtris [65] auctores ex compacto [66] nominaret, ſed uno atque altero [67] fruſtra, nec ſine ſuſpicione fraudis [68] nominatis, deſperans tam præcipitis [69] conſilii eventum, intercepiſſe [70] veneno [71] indicem creditur.

58. Ad plebem i. familiam *plebejam*. Tradidit enim ſe adoptandum P. Fontejo, cujus gentem *plebejam* fuiſſe docet *Urſin. Fam. Rom. p.* 114.

59. Transire i. tranſſcribi ordini plebejo, ut n. tribunus plebis fieri, & Ciceronem obterere poſſet. In illum enim finem tribunum deſignatum eſſe monet Plutarch. Cæſ. p. 714. D. Κλώδιος ᾑρέθη δήμαρχος ἐπὶ τῇ Κικέρωνος καταλύσει. *Clodius deſignatus eſt tribunus plebis ad obterendum Ciceronem.* Cicer. Dom. c. 13. *Ob eam cauſam adoptari, non ut filius eſſes, ſed ut tribunus plebis fieres, & funditus everteres civitatem.* Noſt. Tit. 2. 9. *Hoc ſibi contraxiſſe videbatur Cicero, quod inter xx viros dividendo agro Campano eſſe noluiſſet.* Paterc. ii. 45. 2.

60. Hora nona, quæ tertia ante noctem. Illa vero a forenſibus fuit aliena actionibus. Meridiem enim pleriſque Reipublicæ actionibus finem fuiſſe monet *Plutarchus*, & ex Plutarcho *Sabellicus*.

61. Transduxit i. in diverſam partem duxit, *Eraſmo* interprete. *Tranſduxit* autem opera C. Herennii tribuni plebis. Cicer. ad Attic. i. 17. *C. Herennius..... ad plebem P. Clodium tranſducit, idemque fert, ut univerſus populus in campo Martio ſuffragium de re Clodii ferat.*

* 62. Pompejo & Cæſari, quem addunt Dio xxxviii. p. 69. E. Κικέρων καὶ Λούκουλλος ἀποκτεῖναι τούτω Καίσαρά τε καὶ τὸν Πομπήϊον διὰ Λουκίου τινὸς Οὐεττίου ἐπιχειρήσαντες. *Cicero & Lucullus Cæſari & Pompejo per quendam L. Vettium necem paraverunt.* & Appianus *infr.* §. 64.

63. A quibusdam, Bibulo, Cicerone, Catone, Lucullo, Curione, Domitio, Lentulo, Paullo. V. *Appianum*, *Dionem*, *Cicer. in Vatin. c.* 10.

* 64. Productum noſter; ſed in medium procurriſſe, ſtrictum cultrum oſtentaſſe, & dixiſſe, ſe ſubmiſſum a Bibulo, Cicerone atque Catone, ut Cæſarem una cum Pompejo confoderet, cumque cultrum ſibi datum a Poſtumio lictore Bibuli, dicit Appian. B. C. ii. p. 434. Οὐέττιος ἀνὴρ δημότης, ἐς τὸ μέσον ἐσδραμὼν μετὰ ξιφιδίου γυμνοῦ, ἐπιπεμφθῆναι ἔφη πρός τε Βύβλου καὶ Κικέρωνος καὶ Κάτωνος ἐς ἀναίρεσιν Καίσαρός τε καὶ Πομπηΐου: καὶ τὸ ξιφίδιον αὐτῷ Βύβλου ῥαβδοῦχον ἐπιδοῦναι Ποστούμιον.

65. Pro Rostris. Cicer. in Vatin. c. 10. *L. Vettium in concionem produxeris, indicem in Roſtris, in illo, inquam, augurato templo ac loco collocaris, quo auctoritatis exquirendæ cauſa ceteri tribuni plebis principes civitatis producere conſueverunt.* V. *Roſtra* ſupr. 64. §. 6.

66. Ex compacto dicitur de duobus aut pluribus ita loquentibus, aut facientibus, ut conveniſſe inter eos, antequam hoc agerent, appareat. Gloſſ. Cyrill. *compactum*, σύμφωνον, συνθήκη, συντιθέμενον. Ἐκ κατασκευασμοῦ *Dio* xxxviii. *p.* 64. *A.* Plaut. Capt. iii. 1. 20.

Omnes compacto rem agunt, quaſi in Velabro olearii. n. 24.

Scivi extemplo rem de compacto geri.

V. & *Caſaubonum* & *Marc. Donatum*.

* 67. Uno atque altero, Lucullo, C. Fannio, L. Domitio, Piſone Ciceronis genero, & M. Lateranenſe, quos ab illo nominatos eſſe dicit Cicer. ad Attic. ii. 24. *Unus atque alter* non certum aliquem, verum incertum, ſed paucorum numerum per formam extenuationis ſignificant, & de duobus, tribus, quatuor..... æqualiter adhiberi poſſunt. Gell. vi. 16. *Ex quibus unum & alterum, quæ ſuppetierant, appoſui.* Ex Ennio autem & Cicerone quinque loca apponit. Noſter Claud. 12. 6. V. eruditiſſimum *Perizon. Anim. Hiſt. c.* 7.

68. Fraudis. V. *Dion.* xxxviii. *p.* 64. *A. Plutarch. Lucull. p.* 520. *C.*

69. Præcipitis i. temerarii, inconſiderati. V. *Curt.* iii. 5. 14. §. 46.

70. Intercepisse i. clam ſuſtuliſſe. Curt. x. 2. 3. *A quibus interceptum & trucidatum a quodam viatore per inſidias.* Noſt. Claud. i. 10. *Intercipere* proprie quid, dixi ad *Curt.* iv. 10. 16. §. 35. Vatinii opera illum *intercepiſſe* dicit *Cicero in Vatin. c.* 11.

71. Veneno. Σημεῖα ἀγχόνης καὶ πληγῶν ἔχοντος, ἐδόκει παρ' αὐτῶν ἀνῃρῆσθαι τῶν παρεσκευακότων. *quia veſtigia apparebant in cadavere laquei & verberum, videbatur ab illis ipſis, qui eum ſubornaverant, ſublatus.* Plutarch. in Lucull. p. 520. D. Unde *cervices illi fractas.* Cicer. in Vatin. c. 11. *in carcere ſublatum* duntaxat, ἀνῃρέθη dicit Appian. B. C. ii. p. 434.

CAPUT XXI.

ARG. *Calpurniam ducit uxorem, Juliam Pompejo collocat, & ſententias interrogandi ordinem mutat Cajus Julius Cæſar.*

1 Sub idem tempus Calpurniam [1] L. Piſonis filiam, ſucceſſuri ſibi in conſulatu, duxit

Calpurniam ſibi & Juliam Pompejo nuptiis adjunxit veritus, ne ſe abſente novas res moliretur, ut Dio xxxviii. p. 63. D. Φοβηθεὶς ὡς καὶ μή τι ὁ Πομπήϊος ἐν τῇ ἀπουσίᾳ αὐτοῦ νεωτερίσῃ. propter ſuc-

duxit uxorem: ſuamque Juliam Cn. Pompejo collocavit, repudiato [2] priore ſponſo Servilio Cæpione [3], cujus vel præcipua opera paullo ante Bibulum impugnaverat. Ac poſt novam affinitatem Pompejum primum rogare ſententiam [4] cœpit, quum 2
Craſſum ſoleret: eſſetque conſuetudo, ut quem ordinem interrogandi ſententias conſul kalendis Januariis inſtituiſſet, cum toto anno [5] conſervaret.

ſucceſſus nimios, ut addit Appian. B. C. II. p. 435. τῷ μεγέθει τῆς ἐυδαιμονίας. Ideoque hoc modo penitius in potentiam Pompeji ſe inſinuare voluit. Plutarch. Cæſ. p. 714. A. Καίσαρ μείζονας ἔτι τῆς Πομπηΐου δυνάμεως ὑποδραττόμενος. potentiam ſuam ab omni parte firmaturus. Dio. Καὶ ὁ μὲν ἔτω κατατυχὼν ἐκρατύνθη. De hac affinitate Cicer. ad Attic. II. 17. *Turbat vi Sampſiceramus*, Pompejus, *nihil eſt, quod non timendum ſit*: ὁμολογουμένως τυραννίδα συσκευάζεται. *Quid enim iſta repentina affinitatis conjunctio?* & Cato apud Plutarchum Cæſ. p. 714. A. & Appianum B. C. II. p. 435. *Imperia parari nuptiarum lenociniis*, διαμαστροπεύεσθαι γάμοις τὴν ἡγεμονίαν, *& per mulieres mutuo ſe ad provincias, imperia, exercitus provehere.*

2. Repudiato i. rejecto. *Repudium* proprie eſt renuntiatio ſponſaliorum. V. ſupr. c. I. n. I. §. 15.

3. Servilio Cæpioni pactam Juliam filiam quum haberet, hanc Pompejo deſpondit. Plutarchus. Ἡ αὐτῷ Ἰουλία θυγάτηρ, ἐγγεγυημένη Σερουιλίῳ Καιπίωνι, ταύτην ἐνεγγύησε Πομπηΐῳ.

4. Sententias *rogandi ordo varius fuit. Alias primus rogabatur, qui a cenſoribus princeps in ſenatum lectus fuerat. Alias qui deſignati conſules erant. Quidam e conſulibus ſtudio aut neceſſitudine aliqua adducti, quem iis viſum erat, honoris gratia, extra ordinem ſententiam primum rogabant.* Gell. IV. 10. Ita Calenum ſocerum, Cicerone ipſo, aliiſque conſularibus omiſſis, primum ſententiam rogat conſul Panſa. Cicer. Phil. X. I. *Quæ enim eſt iſta tua ratio Calene, quæ mens? qui nunquam poſt Kalend. Januar. idem ſenſeris, quod is, qui te ſententiam primum rogat.....* Manut. de Senat. c. 8.

5. Toto anno i. tota anni parte, qua conſules deſignati nulli erant: nam conſularibus comitiis peractis mutanda fuit ratio, & hic honos Coſſ. deſignatis habendus. V. quoque *Caſaubonum* & *Manut. de Senat. c.* 8.

CAPUT XXII.

ARG. *Gallias accipit Ciſalpinam & Comatam, & ſe omnium capitibus inſultaturum jactat Cajus Julius Cæſar.*

Socero igitur generoque ſuffragantibus [1], ex omni provinciarum copia Gallias 1
potiſſimum elegit, cujus emolumento, & opportunitate idonea ſit materia [2] triumphorum [3]. Et initio quidem Galliam Ciſalpinam [4], Illyrico [5] adjecto, lege 2
Vatinia [6] accepit: mox per ſenatum Comatam [7] quoque: veritis patribus [8], ne ſi ipſi

Suffragantibus i. commendantibus V. infr. c. 73. n. 2. §. 5.

2. Cum emolumento, tum opportunitate idoneas materiæ legit Gronovius. Et recte. Sic enim *emolumentum* rerum, quas in Galliis gerere poſſet, erit magnitudo, *opportunitas* vero occaſio magna facinora perpetrandi, quam præſtabant Helvetii & Germani in Galliam erumpentes. V. de hoc loco inter ſe decertantes Celeberrimos Jacobos *Gronov. ad hunc locum, & Perizon. Reſp. ad Nuper. Notit. p.* 26.

3. Triumphi *prope plures de Gallis, quam de toto orbe terrarum acti ſunt.* Liv. XXXVIII. 17.

4. Gallia Ciſalpina, ſive *Citerior* a regione ſic dicta eſt, ob ſitum n. Alpium. Dicta & *Togata*, & *Italica*, & hodie *Lombardia*. *Subalpina* Plin. XVI. II. De illa & Noſt. c. 29. 4. V. etiam infr. Gramm. 3. 4. §. 18. De *Galliarum* diviſione V. *Dion.* XLVI. *p.* 326. *C. Merul. Coſm.* II. 3. 19. *Manut. Quæſt. Epiſt.* II. 2. *Cluver. Germ. Ant.* II. I.

5. Illyricum regio eſt in ora maris Hadriatici. De ejus finibus *Appianus*, *Strabo*, *Ptolemæus*, *Scylax*, *Scymnus Chius*, *Dionyſius Periegetes*, *Plinius* De ejus defectione *Noſter Tib.* 16. 2.

6. Vatinia i. lata a *P. Vatinio* tribuno plebis Cæſare & Bibulo Coſſ. qua cautum fuit ut per quinquennium has provincias obtineret Cæſar. *Appian. B. C.* II. *p.* 435. *Plutarch. Cæſ. p.* 714. *B. Dio* XXXVIII. *p.* 63. *D. Oroſ.* VI. 7. Hinc acerbe ſic ſatis Cicer. in Vatin. c. 5. *Eripueras ſenatui provinciæ decernendæ poteſtatem, Imperatoris deligendi judicium, ærarii diſpoſitionem, quæ nunquam ſibi populus Romanus appetivit, qui nunquam hæc a ſummi conſilii gubernatione auferre conatus eſt.* Antea *lege Sempronia, quam tulit C. Gracchus, neceſſe fuerat quotannis per ſenatum conſtitui provincias conſulares*, ut idem Cicer. *pro Dom. c.* 9.

7. Comata, quæ a *comas* colendi ſtudio ſic dicta fuit, V. Dion. infr. Gramm. c. 3. n. 4. §. 18. Ratione ſitus *Tranſalpina* & hæc eſt dicta. Unde *Tranſalpinam* Cæſari decretam Galliam dicunt *Dio* & *Plutarchus*, qui hanc diviſſurum promittit cap. 29. 4.

Digitized by Google

3 ipſi negaſſent, populus & hanc daret. Quo gaudio elatus non temperavit [9], quin paucos poſt dies frequenti curia jactaret, invitis & gementibus adverſariis adeptum ſe quæ concupiſſet: proinde ex eo [10] inſultaturum [11] omnium capitibus: ac negante quodam per contumeliam [12], *facile hoc ulli feminæ* [13] *fore*, reſponderit, quaſi alludens [14], *in Aſſyria* [15] *quoque regnaſſe Semiramin* [16], *magnamque Aſiæ partem* [17] *Amazonas* [18] *tenuiſſe quondam.*

Nunc *Francia* dicitur *Bud. in Pand. p.* 86.

8. Veritis patribus..... Ita apud Liv. I. 17. *Cum ſenſiſſent ea moveri patres, offerendum ultro rati quod amiſſuri erant.*

9. Temperavit i. abſtinuit. Liv. XXXII. 10. *Temperatum agre eſt, quin miſſionibus pugnam inter ſe conſererent.* Noſt. *Claud.* 41. 3. *Vit.* 13. 6. *Dom.* 23. 2.

10. Ex eo n. tempore i. poſthac.

11. Insultare alicui eſt illum omni contumelia afficere, & habere indigniſſimum. Serv. Æn. X. p. 643. *Inſultare eſt irridere inimicos: & dicimus inſulto tibi, licet Salluſtius dixerit, multos ab adoleſcentia bonos inſultaverat, id eſt, in ipſos impetum fecerat.* Claud. Honor. Sext. Conſ. n. 198.

Inſultant omnes profugo.

Eutrop. II. p. 564. *Inſultant merito gentes.* Speciali ſignificatione de fœda dicitur Venere, quæ & *irrumatio* dicebatur. Noſt. Tib. 45. 1. *illudere capitibus.* Lactant. VI. 23. *capiti non parcere.* Et *ore morigerari* dicitur noſt. Tib. 44. 2. qui irrumanti paret. Quo alludere Senec. de Ben. IV. 31. de Caligula dum dicit, *quam ſi ore excepturus eſſet*, putat *Torrentius.* Tale vero aliquid, ut idem obſervat, offenſi iis, quos contemnebant, contumeliæ cauſa minabantur. Priori ſignificatione Cæſar, poſteriori uſus eſt is, quiſquis fuerit, qui hoc negavit *feminæ*, cum maſculorum tantum hæc ſit Venus, facile fore.

12. Contumeliam plus eſſe quam injuriam dixi ad *Curt.* IV. 10. 29. §. 80.

13. Feminæ i. Cæſari, qui mollis fuit inſtar *feminæ.* Macrob. Saturn. II. 3. *Cicero, cum Piſo gener ejus mollius incederet, filia autem concitatius: ait genero, ambula tanquam femina: ait filiæ, ambula tanquam vir.* Curt. VI. 11. 3. *femina* Philotas dicitur. Hinc *effeminatus* Auguſtus *Aug.* 68. 1. Caligula 56. 4.

14. Alludens i. per luſum & jocum ea dicens, quæ ad alium ſenſum referuntur. Virg. Æn. VII. 117.

Nec plura alludens.

Dicit itaque Cæſar regnare poſſe, quem feminam dictitarit ille.

15. In Assyria regnaſſe Semiramin docent *Herod.* I. *cap.* 84. *Suidas in* Σεμίραμις. *Juven.* II. 108. *Juſtin.* I. I. 4. & 10. *Euſeb. Chron.* I. II.

16. Semiramin & *Amazonas* conjungit Cæſar, quia & illa erat ſtirpe Amazonica. Quod ex Græcorum Criticis ita prodeuntibus docet Caſaubonus: Καΰστρος ἐστὶ υἱὸς Πενθεσιλείας τῆς Ἀμαζόνος, ὃς ἐν Ἀσκάλωνι ἔγημε τὴν Δερκετώ, καὶ ἐξ αὐτῆς ἔσχε τὴν Σεμίραμιν. *Cayſtrus eſt filius Penthesileæ Amazonis, qui in urbe Aſcalone duxit uxorem Derceto, & ex illa genuit Semiramin.* Γυναικοκρατίας exempla collegit *Lipſ. Monit. & Exempl. Polit.* II. 2.

17. Asiæ partem, nec non Europæ tenuiſſe, imo Aſiam ſubegiſſe docet Juſtin. II. 3. 14. *Itaque majore parte Europæ ſubacta, Aſiæ quoque nonnullas civitates occupavere.* n. 26. Orithya *fruſtra & Ponti ſinum, & Aſiam edomitam eſſe dicit, ſi Græcorum non tam bellis quam rapinis pateant.*

18. Amazonas V. Curt. VI. 5. 24. §. 54.

CAPUT XXIII.

ARG. *Actorum ſuorum cognitionem ſenatui defert & in provinciam abit, accuſatus, ne reus fieret, obtinuit, &, ut in poſterum tempus ſecurus eſſet, magna cum cura curat Cajus Julius Cæſar.*

1 Functus conſulatu, C. Memmio [1] Lucioque Domitio [2] prætoribus [3] de ſuperioris anni actis referentibus [4], cognitionem ſenatui detulit: nec illo ſuſcipiente, triduoque per irritas [5] altercationes [6] abſumpto, in provinciam abiit [7], & ſtatim quæ-

C. Memmio Gemello, ut dicitur *Cicer. Fam.* XIII. 19. qui & illum deſcribit *Brut. c.* 70. De illo & noſt. *c.* 49. 5: 73. 1. *Memmiam* gentem deſcribit in ſuis ad Lucretium prolegomenis *Giphanius. Patin. Fam. Roman. p.* 172. *Urſin. de Fam. Roman. Theſ. Antiq. Roman. Græv. Tom.* VI. *p.* 1292. *D.*

2. Lucii Domitii conatus deſcribit noſter *Ner.* 2. 3.

3. Prætores quando fuerint Memmius & Domitius V. infr. Ner. c. 2. n. 3. §. 18.

4. De superiore anni actis referentibus i. ſenatum rogantibus, quid illi videretur de Cæſaris conſulatu, deque ab illo in conſulatu rebus geſtis.

5. Irritas i. vanas, ut dixi ad *Curt.* IV. 4. 2. §. 3.

6. Altercationes i. contentiones, rixas. Dicuntur fieri, cum aliquid pertinacius contra alterum defendimus. Cæſ. B. C. III. 19. 5. *T. Labienus*

quæſtor [8] ejus in præjudicium [9] aliquot criminibus arreptus eſt [10]. Mox & ipſe a 2
L. Antiſtio Tribuno plebis poſtulatus [11], appellato demum collegio [12], obtinuit [13],
quum Reipublicæ cauſa abeſſet, reus ne fieret [14]. Ad ſecuritatem ergo poſteri 3
temporis, in magno negotio [15] habuit obligare [16] ſemper annuos magiſtratus, &
e petitoribus [17] non alios adjuvare [18], aut ad honorem [19] pati pervenire, quam
qui ſibi [20] recepiſſent [21] propugnaturos abſentiam ſuam: cujus pacti non dubitavit
a quibuſdam jusjurandum, atque etiam ſyngrapham [22] exigere.

nus altercari cum Vatinio incipit. Vocabulum juris eſt, de quo bene multa *Quintil. Inſtit.* VI. 5. *Bud. in Pand. p.* 35. *Poll t. For. Rom.* IV. 12. Noſt. 71. 2. *Aug.* 54. 2. *Veſp.* 15. 2. *Tib.* 2. 9.

7. In provinciam abiit ſubito, cujus cauſam ipſe docet B. G. I. 7. 1. *Cæſari cum nuntiatum eſſet, eos, Helvetios finibus ſuis exituros, per provinciam noſtram iter facere conari, maturat ab Urbe proficiſci, & quam maximis itineribus poteſt, in Galliam ulteriorem contendit, & ad Genevam pervenit.*

8. Quæstor urbanus. De illo, ne fruſtra hic ſudent eruditi, loquitur Suetonius. * Conſulibus ſuos fuiſſe quæſtores diſcimus ex Dion. XLIII. p. 333. A. Ἐπὶ δ' Ἄππιε τε Κλαυδίε καὶ Γαΐε Νωρβανε ὑπάτων, οἷς πρώτοις δύο ἑκατέροις ταμίαι συνεγένοντο. *Appio Claudio, & C. Norbano conſulibus, qui primi binos quæſtores habuerant....*

9. Præjudicium *dicitur res, quæ cum ſtatuta fuerit, affert judicaturis exemplum, quod ſequantur.* Aſcon. in Cicer. Divin. p. 21. De *præjudiciis* multa Quintil. Inſtit. V. 2. Quæſtore urbano, Cæſaris in adminiſtranda republica ſocio, damnato, ob parem utriuſque cauſam idem ſperare poterant Cæſaris adverſarii.

10. Arreptus i. accuſatus. Liv. III. 58. *Subinde arreptus a P. Numitorio Sp. Oppius invidia proximus.* Noſt. *Vit.* 2. 5.

11. Postulatus i. in judicio accuſatus. V. ſupr. 4. 1. §. 6.

12. Appellatio collegio tribunorum i. cum provocaſſet ad tribunos, ut Antiſtii rogationem ſua interceſſione ſummoverent. Tribunos in ſimili cauſa eſſe *appellatos* docet Plutarchus *c.* 20. n. 9. §. 51.

13. Obtinuit.... lege Memmia, ut docet Val. Max. III. 7. 9. *M. Antonius quæſtor proficiſcens in Aſiam Brundiſium jam pervenerat: ubi literis certior factus inceſti ſe poſtulatum apud L. Caſſium prætorem,... cum id vitare beneficio legis Memmiæ liceret, quæ eorum, qui reipublicæ cauſa abeſſent, recipi nomina vetabat, in Urbem tamen recurrit.*

* 14. Reus ne fieret i. accuſaretur, lis ſibi intenderetur. V. ſupr. 12. 1. §. 10.

14. Prætores quando fuerint Memmius & Domitius V. infr. Ner. c. 2. n. 3. §. 18.

15. In magno negotio i. magni negotii loco, magni eſſe duxit. Virg. Æneid. v. 537.

in magno munere Ciſſeus
Ferre ſui dederat monimentum & pignus amoris.

* *Negotio* abeſſe potuiſſet, ut putat Caſaubonus, abeſt enim apud Tacit. Hiſt. II. 21. 4. *Quocunque caſu acciderat, dum atrociora metuebantur, in levi habitum.* Sed apponere vetuſtius, uti erat, eoque exquiſitius eſt Suetonio viſum etiam 80. 1. ut & Salluſt. Bell. Jug. c. 6: *Vehementer eo negotio permotus* & c. 54. *Quæ negotia multo magis.... Regem terrebant.* V. *Gronov. Obſ.* II. 24.

16. Obligare i. beneficio ſibi devincire. Cicer. Fam. VI. 11. *Dolabellam antea tantummodo diligebam: obligatus ei nihil eram, nunc tanto ſum devinctus ejus beneficio.* Devincimus vero, & obnoxios nobis reddimus illos, quos producimus. Liv. I. 35. *Tarquinius Priſcus non minus regni ſui firmandi, quam augendæ reipublicæ memor centum in patres legit.... factio haud dubia regis, cujus beneficio in curiam venerant.*

17. Petitores i. honorem ambientes, candidatos. Macrob. Sat. II. 10. *Vide in his unum puerum bullatum petitoris filium.* Horat. Od. III. 1. 11.

Deſcendat in campum petitor.

18. Adjuvare n. amicorum, quos in Urbe reliquerat, ſuffragio. Ita Pompejum & Craſſum alterum conſulatum petentes adjuviſſe (συμπράττειν) ſcribendo ad amicos, & frequentes milites ad comitia mittendo *in Craſſo p.* 551. *E.* dicit *Plutarchus.*

19. Honores i. magiſtratus. Cicer. Fam. I. 8. *Cum honoribus ampliſſimis perfuncti eſſemus.* Noſter ſæpius. Unde *Atticus Veſtinus trucidatus in ipſo honore* i. dum gerit conſulatum, dicitur Neron. 35. 2. & *honeſtus* eſt ad *honores* & magiſtratus productus Cicer. Fam. II. 15: XI. 2. & 3.

20. Sibi Cæſari.

21. Recipere verbum eſſe elegans, & quod plus quam promittere ſignificet, aut ſpondere dicit *Torrentius.* Unde Cicer. ad Attic. XIII. 1. *Quoniam de æſtate polliceris, vel potius recipis.*

22. In syngraphis *contra fidem veritatis pactio venit. Signata utriuſque manu utrique parti ſervandæ traduntur.* Aſcon. in Cicer. p. 94. Plaut. Aſin. IV. 1. 1.

Agedum, iſtum oſtende quem conſcripſti ſyngraphum
Inter me, & amicam, & lenam: leges perlege.

CAPUT XXIV.

ARG. *Craſſum & Pompejum alterum Conſulatum petere, & in quinquennium ſibi imperium propagare jubet, legionibus legiones addit, quævis bella gerit, & plurium dierum ſupplicationes impetrat Cajus Julius Cæſar.*

1 Sed cum L. Domitius [1] conſulatus candidatus [2] palam minaretur, conſulem ſeef-
ſecturum, quod prætor nequiſſet, ademturumque ei exercitus: Craſſum Pompejumque [3] in urbem provinciæ ſuæ Lucam [4] extractos compulit, ut detrudendi [5] Domitii [6] cauſa conſulatum [7] alterum peterent: & ut in quinquennium [8] ſibi
2 imperium [9] propagaretur [10]: perfecitque utrumque [11]. Qua fiducia ad legiones,
quas a Republica acceperat, alias privato ſumptu addidit: unam etiam ex Tranſalpinis conſcriptam, vocabulo quoque Gallico [12] (Alauda [13] enim appellabatur) quam diſciplina cultuque Romano inſtitutam, & ornatam, poſtea univerſam ci-
3 vitate donavit. Nec deinde ulla belli occaſione, ne injuſti [14] quidem ac periculoſi abſtinuit,

* L. Domitius, de quo noſter plura *infr.* Ner. 2. n. 3. 4. 5.

2. Candidatus i. petitor. Petitores honorum diſcernebantur a vulgo veſtitus colore. Albus placebat Romanis, ſive, quia is, ut Plato alicubi vult, lætitiæ proprius & deorum: ſive potius agreſtis illa & prima gens ſpretis arceſſitis coloribus lanæ nativum i. album retinuit. Petitores non contenti inſito lanæ colore cretam addebant in veſtem ut candeſceret, imo ſplenderet. Iſid. XIX. 24. *Toga candida, eademque cretata, in qua candidati i. magiſtratum petentes ambiebant, addita creta, quo candidior inſigniorque eſſet.* Inde *cretata ambitio* dicitur Perſ. v. 177. V. *Lipſ. Elect.* I. 13. *Stuck. Ant. Conv.* II. 26. *Gruch. de comit.* I. 2.

3. Crassus et Pompejus, imo Sardiniæ prætor Appius, & Nepos Hiſpaniæ proconſul, & ſenatores amplius ducenti, & ingens virorum & mulierum ſimul certatim ad Cæſarem confluxit agmen. Conſpecti fuerunt pro Cæſaris foribus proconſulum & prætorum centum viginti faſces. *Plutarch. Pomp. p.* 646. *C. Craſſ. p.* 551. *E. Cæſ. p.* 718. *B. Appian. B.C.* II. *p.* 437.

4. Lucam, Galliæ Ciſalpinæ quam dicit urbem noſter, Plinius III. 5. Etruriæ eſſe vult. *Primum Etruriæ oppidum Luna portu nobile. Colonia Luca a mari recedens, propiorque Piſæ inter amnes Auſerem & Arnum*, & *eſſe ad montes ſupra Lunam ſitos* dicit Strab. v. p. 150. * In hanc urbem *extractos Craſſum & Pompejum* fuiſſe ſcribit noſter, & præter illum Plutarchus laudatus §. 3. Sed ab illis diſſentit Cicero, qui Pompejum Lucæ, Ravennæ Craſſum conveniſſe ſcribit Fam. I. 9. *Pompejus in Sardiniam, & in Africam profectus eſt, eoque itinere Lucam ad Cæſarem venit: ibi multa de mea ſententia queſtus eſt Cæſar, quippe qui etiam Ravennæ Craſſum ante vidiſſet.*

5. Detrudendi i. ſpe pellendi. Verbum eſſe, quo ſignificanti metaphora magnatum fortuna notetur, in *indice ad Nepotem* docet *Boeclerus*.

6. Domitius, qui in petitione ad ultimam uſque diem perſeveraverat, ἐγκαρτερῶν, tum quoque ſub noctem domo egreſſus, in campum deſcendit ad comitia. Exorta altercatione ad manus ventum eſt. Puero ſuo, qui laternam præferebat, in illa rixa gladio percuſſo territus ultra progreſſus non eſt. Ipſe εἰς τὴν οἰκίαν διεσώζετο μόλις. V. *Dion.* XXXIX. *p.* 105. *B. Appian. B. C.* II. *p.* 437.

* 7. Consulatum petiit L. Domitius Ænobarbus a. ab U. C. 698.

8. Quinquennium aliud, ἄλλην πενταετίαν. *Plutarchus* & *Appianus*, quippe cujus tempus fere elapſum erat. Καίσαρα μὲν τ' ἐπὶ πολὺ τὴν ἀρχὴν ἕξοντα. *Dio. p.* 106. *A.*

9. Imperium & ſtipendium ut decerneretur, χρήματα ἐπιμετρηθῆναι. *Plutarchus*. Cicer. Fam. I. 7. *Stipendium Cæſari decretum eſt, & decem legati, & ne lege Sempronia ſuccederetur, facile perfectum eſt.* V. & *Orat. de prov. conſ. c.* 11.

10. Propagaretur i. produceretur. Liv. XXIII. 25. *C. Torrentio conſuli propagari in annum imperium.* Cicer. Attic. VIII. 3. *Ille provinciæ propagator.* Noſt. Aug. 23. 2. Ner. 18. I. Cal. 29. 5. Verbum eſſe ruſticum dixi ad Curt. x. 3. 12. §. 16.

11. Utrumque & prius quidem per amicos & milites. V. *c.* 23. §. 18. poſterius lege Trebonia, de qua Liv. Epit. 105. *M. Cato cum legem impediret, qua provinciæ conſulibus in quinquennium, Pompeio Hiſpania, Craſſo Syria & Parthicum bellum, Cæſari Gallia & Germania dabantur, a C. Trebonio tribuno plebis legis auctore in vincula ductus eſt:* & verboſius *Dio* XXXIX. *p.* 105. 106. & Ciceronis ſuaſu Orat. de prov. conſ. c. 8.

12. Gallicum vocabulum eſſe alaudam docet Plin. XI. 37. *Paro ab illo* (capite criſtato) *galerita appellata quondam, poſtea Gallico vocabulo etiam legioni nomen dederat Alaudæ.* Gregor. Turon. IV. *In eccleſia Arverna, dum matutinæ celebrarentur vigiliæ in quadam feſtivitate, avis corydalus, quam alaudam vocamus, ingreſſa eſt.*

13. Alaudarum legionis meminit & Cicer. Phil. I. 8. ad Attic. XVI. 8. & milites ipſos *alaudas* vocat Phil. v. 5. Hoc nomen hæc invenit legio, vel quod galeis apici, qui in alaudæ capite, ſimillimis uteretur, ut videtur *Torrentio* & *Pancir. in notit. imp. orient. c.* 36. vel quod ejus galeæ hujus aviculæ criſtis eſſent ornatæ, ut putat *Caſaubonus*. Criſtis avium tum Græcos, tum Romanos galeas ſuas olim ornaſſe, & hoſtibus terrorem majorem incuſſiſſe docent *Caſaubonus* & *Cluver. Germ.* I. 44. De hac legione agunt & *Laz. Comm. R. R.* v. 17. *Merul. Coſm.* II. 3. 13. *Reineſ. Inſcr.* VI. 35.

14. Bel-

abſtinuit, tam federatis [15] quam infeſtis [16], ac feris gentibus ultro laceſſitis: adeo ut ſenatu quondam legatos ad explorandum ſtatum Galliarum mittendos decreverit, ac nonulli dedendum eum hoſtibus [17] cenſuerint. Sed proſpere decedenti- 3
bus [18] rebus, & ſæpius, & plurium quam quiſquam unquam [19] dierum ſupplicationes [20] impetravit.

14. Bellum injustum V. Curt. v. 8. 15. §. 35.

15. Federatis i. quæ icto federe cum Romanis ſocietatem coiverant. Cicer. pro Arch. c. 4. *Si qui federatis civitatibus adſcripti fuiſſent.* Noſter *Aug.* 47. 2. *Cal.* 3. 6.

16. Infestis i. inimicis, adverſis. *Infeſtus eſt is, qui cum ſtudio nocendi in alium infertur.* Inde *infeſta ſigna* Cæſar. de Bell. Gall. vi. 8. 6. Liv. vii. 37. Cicer. pro Font. c. 16. *infeſta manus* Prop. i. 8. 8. *infeſti digiti* noſt. *Cal.* 25. 8. *infeſti ſpectatores* noſt. 26. 7. V. quoque Gell. ix. 12.

17. Hostibus dedere illum, qui ſine SCto, ſuoque injuſſu quid fecerat, Imperatorem nudum ſolebant Romani. Ita Mancinum conſulem pacis fœdæ cum Numantinis injuſſu populi auctorem, nudum, & poſt tergum religatis manibus, hoſtibus dedidit Furius. *Appian. Bell. Hiſp. p.* 302. *Paterc.* ii. i. 5: 90. 3. *Flor.* ii. 18. 7. Ita Samnitibus viginti imperatores, qui injuſſu ſuo fedus percuſſerant, nudos dedidiſſe Romanos narrant iidem *Appianus* & *Flor.* i. 16. 12.

18. Decedentibus i. evenientibus. Inter κατ' ἀντίφρασιν Suetonii exempla hoc referendum eſſe monet *Caſaubonus.* Satius fuiſſet ſcripſiſſe *cadentibus*, ut *Tib.* 14. 6. vel *cedentibus*, ut omne fere Latium.

19. Quisquam unquam n. ante Cæſarem. Plutarch. Cæſ. p. 718. A. Ὅσας ἐπ' οὐδεμιᾷ νίκῃ πρότερον. Dio xxxix. p. 94. D. ὅσας οὔπω πρότερον ἐγεγόνει. Ipſe Cæſ. B. G. ii. 35. 4. *Quod ante id tempus acciderat nulli.* Impetravit autem ſupplicationem *quindecim* dierum. Cicer. de prov. conſul. c. 11. Plutarchus, Dio, Cæſar. Poſt hæc immane quantum accrevit dierum numerus. Ita *viginti* dierum ſibi decretam fuiſſe dicit ipſe *B. G.* iv. 38. 5. *quadraginta* dierum. xliii. *p.* 220. *A. ſexaginta* dierum ſupplicationem xl. *p.* 144. *B.* obtinuiſſe Cæſarem narrat *Dio.* Decimo Bruto apud *Appian. B. C.* iii. *p.* 574. Octavio Cæſari ob res in Antonium geſtas apud *Cicer. Phil.* xiv. 11. *quinquaginta* dierum ſupplicationes decrevit ſenatus.

20. Supplicatio fuit honos, qui una cum Imperatoris nomine præſidi decernebatur victori, nempe cum ſenatus populum deum templa aperire, ac gratias diis Imperatoris nomine agere jubebat, ut *ſupplicationem* deſcribit *Sigon. de jur. prov.* ii. 7. De illa quoque *Laz. Com. R. R.* xi. i. *Valtrin. de mil.* vii. 2. *Guther. de jur. Pont.* i. 36: iv. 16. *Briſſon. de Form.* ii. *p.* 207. *Alex. Gen.* v. 27. *Mader. ad Onuph. de Triumph.* c. 1. *Taſſin. de lud. ſecul.* 15. *n.* 2.

CAPUT XXV.

ARG. *Galliam in provinciæ formam redigit, Germanos magnis afficit cladibus, Britannos ſuperat, & tres adverſos caſus experitur Cajus Julius Cæſar.*

Geſſit autem novem annis [1], quibus in imperio fuit [2], hæc fere: Omnem Gal- 1
liam, quæ a ſaltu Pyrenæo [3], Alpibuſque [4], & monte Gebenna [5], fluminibus Rheno

* Novem annis in eo imperio fuiſſe Cæſarem ſcribit noſter, *decem annis* Appian. Κελτ. p. 755. & noſter ſui oblitus *infr.* 69. 1. Neutrum exacte verum eſt. Tenuit Gallias Cæſar per geminum quinquennium ſemeſtri imperio minus, quod ei ademptum initio belli civilis. Valde negligenter Dio xliv. p. 263. A. *Octo continuis annis imperium tenuiſſe* ſcribit. V. etiam *Caſaubonum.*

2. In imperio fuit i. exercitui imperavit. V. infr. 54. 2. §. 2.

3. Saltus Pyrenæus etiam Nep. 23. 3. 3. *montes Pyrenæi* Liv. xxi. 23. Cæſ. B. G. i. 1. 7. Πυρήνη Polyb. iii. 35. Strab. iii. p. 125. Stephano, Πυρηναῖα ὄρη Appian. Annib. p. 315. Plutarch. Sertor. p. 571. C. Πυρηναῖον Dion. xxxix. p. 112. B. xli. p. 162. D. Juven. x. 151. *Los Pyreneos* dicitur Hiſpanis, *Les Pyrenees* Gallis. Hiſpaniam a Gallia dividit, extenditur a portu Veneris, portu Galliæ Narbonenſis, vulgo *port Vendres* in ora maris mediterranei, uſque ad fanum S. Sebaſtiani, portum in ora oceani Cantabrici in Hiſpania. V. *Pined. in Stephanum: Merul. Coſm.* ii. 2. 4. *Bochart. Chan.* i. 35. *Turneb. Adv.* iii. 22.

4. Alpes obſervante *Stephano* veteres dixerunt Ἄλπεις, Ἄλπεις, Ἄλπεια ὄρη, Ἄλβια διὰ τοῦ π, καὶ διὰ τοῦ β, quod poſterius notavit etiam *Strab.* iv. *p.* 139. *Alpis* ſingulari numero dicuntur Sidon. Epiſt. V. 16. Juvenali mox laudando. Lucan. i. 688. Ovid. Amor. iii. p. 150. aliis. Montes ſunt altiſſimi, qui Italiam a Germania & Gallia dividunt. Iſid. xiv. 8. *Alpes proprie montes Galliæ ſunt, de quibus Virgilius: aerias Alpes. Et dicendo, aerias, verbum expreſſit a verbo. Nam Gallorum lingua Alpes montes alti vocantur. Hæ ſunt enim, quæ Italiæ murorum exhibent vicem.* Hinc Polyb. iii. 54. dicuntur ἔχειν διάθεσιν ἀκροπόλεως τῆς ὅλης Ἰταλίας, & Juven. x. 152. Op-

Rheno [6] & Rhodano [7] continetur, pateтque [8] circumitu [9] ad bis & tricies centum millia paſſuum, præter ſocios, ac bene meritas civitates in provinciæ formam [10] redegit, eique quadringenties [11] in ſingulos annos ſtipendii [12] nomine impoſuit.
2 Germanos [13], qui trans Rhenum incolunt, primus Romanorum, ponte [14] fabri-
3 cato, aggreſſus maximis affecit cladibus. Aggreſſus eſt [15] & Britannos [16] ignotos [17] antea:

Oppoſuit natura Alpemque nivemque.
In *Thraciam penetrare* monet *Mel.* II. 4. Illas peculiari libello deſcripſit *Joſias Simlerus*, & quæ illum fugerunt, addiderunt *P. Merul. Coſm.* II. 4. 5. 6. *& G. Merul. Gall. Ciſalp.* II. 5.

5. GEBENNA MONS EST, *qui Arvernos ab Helviis diſcludit, & quo ſe Arverni ut muro munitos exiſtimant.* Cæſ. B. G. VII. 8. 2. 3. *Gebennici montes* dicuntur *Mel.* II. 5. Hodie, ut *Beroaldus* monet, mons *Geneura* dicitur. *Cebennam* potius dicendum eſſe contendunt *Bud. de aſſe* IV. *p.* 393. & *Merul. Coſm.* II. 3. 4. Illorum poſterior addit, hodie dici *Montaignes de Cebenes*, & *Cevenes.*

6. RHENUS oritur in orientali Alpium parte, ubi Adulæ monti conjunguntur. *Strab.* V. p. 147. & populi Lepontii habitant, & in Oceanum ſe exonerat. Unde Cæſar B. G. IV. 10. 2. *Rhenus oritur ex Lepontiis, qui Alpes incolunt, & longo ſpatio per fines Nantuatium, Helvetiorum, Sequanorum, Mediomatricorum, Tribocorum, Trevirorum citatus fertur: & ubi oceano appropinquavit....* *Agrum Helvetium*, ut idem docet B. G. I. 2. 3. *a Germanis dividit.* *Rhenum* deſcribunt *Mel.* III. 2. *Tacit. Germ.* I. *&* 3. *Ann.* II. 6. 5. 6. ex recentioribus præter *Aegidium Tſchudum*, quem videre mihi nondum licuit, *Glarean. in Cæſarem*, *Had. Jun. Batav. c.* 8. & 21. *Cluver. Ital. ant.* I. 14. I: 34. 23. & ſpeciali libello ſed Germanice deſcripto *Bernardus Mollerus.*

7. RHODANUS Gallis in univerſum nuncupatur *le Rhône.* Fontes habet ſupra ſinum Adriaticum in occaſum verſos in partibus Alpium, quæ ſeptemtriones ſpectant, lacum Lemannum ingreditur, & ad Genevam egreſſus per Sequanos fertur, Viennenſem latere ſiniſtro perſtringit, dextro Lugdunenſem, & tandem in mare mediterraneum erumpit. *Rhodanum* deſcribunt *Polyb.* III. 47. *Strab.* IV. *p.* 123. 129. 136. VI. *p.* 187. *Plin.* II. 103. *Mel.* III. 5. *Marcell.* XV. II. ex recentioribus *Merul. Coſm.* II. 3. 9. *Bochart. Phal.* III. 6. *Cluver. Ital. ant.* I. 141.

8. PATET i. extenditur. Verbum eſt geographorum. Juſtin. II. 2. 2. *Scythia in longitudinem & latitudinem patet.* Noſt. Tib. c. 16. n. 4.

9. CIRCUMITUS Galliæ ab Caletibus per maritima littora, Pyrenæum, maris mediterranei oras, Alpes, Juram, Rhenum, lineamque ex Argentoratenſium agris Caletes verſus ductam deprehenditur ſupra mille viginti milliarium. Suetonius, quem exprimit Eutrop. VI. 15. tradit.... comprehendens præter Helvetiam & alia totum illud, quod in vetere Belgica hodie ad Rhenum uſque interiori Germaniæ adcenſetur. *Merul. Coſm.* II. 3. 2.

10. IN PROVINCIÆ FORMAM redigitur regio devicta, cui tributum imponitur, leges patriis legibus abolitis a victore feruntur, & qui illam ita regat, ut & jus in conventibus dicat, & belli gerendi cauſa imperium habeat, prætor additur. *Sigon. de ant. jur. prov.* I. I. *Fab. Semeſt.* I. 7.

11. QUADRINGENTIES ſeſtertium, ut addit Eutropius ad verbum noſtrum exprimens. In plerisque codicibus hæc non inveniuntur. Sed quia in optimo exemplari quodam, ut monet Pith. Adverſ. II. 7. parum eſt quoddam intervallum, ex Eutropio recte adduntur. Lipſ. Admir. II. 3. *quater millies* Suetonium ſcripſiſſe affirmat, illamque ſummam decem milliones reddere dicit. Ampla quidem & dives & illa tempeſtate fuerit Gallia, & quæ decem milliones annuos & ſi quid amplius in tributum dare potuerit, non tamen, quod & Babelonius monet, Galliam ſubactam nimiis tributis onerare, & Gallos ſubactos ſtatim exaſperare voluerit Cæſar. *Quadringenties* vero ſeſtertium efficiunt unum auri millionem, ut hunc calculum ponunt *Buleng. de Imp.* II. 95. & ipſe *Lipſius.*

12. STIPENDII i. tributi interprete Eutropio VI. 15. *Galliæ tributi nomine annuum imperavit ſeſtertium quadringenties.* Nam & hoc *ſtipendium* ſignificat. Curt. V. 8. 16. *Per illos viros, quibus ſtipendium Macedonia quondam tulit.* Cæſ. de Bell. Gall. I. 44. 6. *Stipendium capere jure belli, quod victores victis imponere conſueverint.* Ratio: ſtipendia ex tributis procedebant. Tacit. Hiſt. IV. 74. 2. *Stipendia ſine tributis haberi non poſſunt.*

13. GERMANOS qui fuderit Cæſar, ipſe docet *B. G.* IV. 12. & meminit Euſeb. ad Olymp. 181.

14. PONTE facto ſemel iterumque Rhenum eſſe penetratum dicit Flor. III. 10. 55. *Pontem* feciſſe Cæſarem *nota atque inſtituta ratione* ipſe dicit *B. G.* VI. 9. 3. Modum, quo quam faciliime flumina tranſgreſſi fuerint Romani, docet *Suidas in voce ζεῦγμα.* De variis *pontium* generibus videndus omnino *Laz. Comm. R. R.* VI. 7.

15. AGGRESSUS EST, cum *Morino ſolviſſet a portu* Flor. III. 10. 16. Strab. IV. p. 138. Hinc iter Britanniam petentibus fuiſſe docet Grat. n. 74.

Quid freta ſi Morini dubio refluentia ponto
Veneris, atque ipſos libeat penetrare Britannos?

& quidem a Morinorum portu *Itio*, ut ipſe vocat Cæſ. B. G. V. 2. 3. *Omnes ad portum Itium convenire jubet: quo ex portu commodiſſimum in Britanniam transjectum eſſe cognoverat circiter millium paſſuum* XXXX, ut in melioribus fideique probatioris libris legitur, ut obſervavit Merul. Coſm. II. 3. 20. qui

&

antea: ſuperatiſque [18] pecunias & obſides imperavit [19]. Per tot ſucceſſus, ter, 4
nec amplius, adverſum caſum expertus, in [20] Britannia claſſe vi tempeſtatis [21] prope abſumpta, & in Gallia ad Gergoviam [22] legione fuſa [23], & in Germanorum [24] finibus Titurio [25] & Aurunculejo [26] legatis [27] per inſidias [28] cæſis.

& illorum hodierna menſurandi ratione committit, & 13. leucas vel milliaria dare dicit.

16. Britannos quare aggreſſus fuerit, V. *infr.* 47. 1. §. 1. & 2.

17. Ignotos Britannos etiam vocat Tacit. Agric. 30. n. 2. ſunt enim Romanis *ultimi* Catull. xi. 3. cui & *ultima Britannia* dicitur xxix. 4. & *toto orbe diviſi* Virg. Ecl. 1. 67. Ubi Servius: *Penitus:* i. *omnino diverſos. Quia olim juncta fuit orbi terrarum Britannia. Eſt enim inſula ſita in oceano ſeptemtrionali: & a poetis alter orbis terrarum dicitur.* Ideo *Britannias intra oceani ambitum concluſas, & Britannorum inaceſſa Romanis loca* eſſe dicit Tertull. adv. Jud. c. 7. Et apud Tacit. Agric. 13. 2. *primus omnium Romanorum D. Julius cum exercitu Britanniam ingreſſus* dicitur.

18. Superasse duobus aut tribus præliis Britannos, & abduxiſſe & obſides, & mancipia, & prædæ præterea multum docet Strab. iv. p. 138. V. Cæſarem ipſum *B. G.* iv. 26. & 27.

19. Imperat i. cum imperio & auctoritate petit, ut dixi ad Curt. iii. 1. 20. §. 110.

* 20. In i. e. ad, circa, prope. Nomina enim locorum etiam τὴν περίχωρον denotant, vel propinqua illorum locorum. Obſeq. c. 85. *In Numantia res male geſtæ.* i. circa Numantiam, non in ipſa urbe. c. 51. *In Sicilia inſula nata* i. haud procul Sicilia, ut Liv. xxxix. 56. Obſeq. c. 96. *Priverni terra in cavernam deſedit.* Not. infr. 36. 1. Perizon. in Ælian. ii. 25.

21. Tempestas *tanta ſubito coorta eſt, ut nulla navium curſum tenere poſſet: ſed aliæ eodem, unde erant profectæ, referrentur, aliæ ad inferiorem partem inſulæ magno ſui cum periculo dejicerentur. Ita uno tempore & longas naves, quibus Cæſar exercitum tranſportandum curaverat, quaſque in aridum ſubduxerat, æſtus complebat: & onerarias, quæ ad ancoras erant deligatæ, tempeſtas afflictabat.... Compluribus navibus fractis, reliquæ quum eſſent, funibus, ancoris, reliquiſque armamentis amiſſis, ad navigandum inutiles.* Cæſ. B. G. iv. 28. & 29. Oroſ. vi. 9.

22. Gergovia Arvernorum fuit urbs ad flumen Elaver ſita in altiſſimo monte & egregie munito, ἐπί τε λόφου καρτεροῦ ἦν, cincta muris validis, τείχεσιν ἰσχυροῖς. *Dio* xl. *p.* 137. *C. Strab.* iv. *p.* 132. *Cæſ. B. G.* vii. 34. & 55.

23. Legione fusa, centurionibus 46. amiſſis ſuos loco dejectos eſſe dicit ipſe vii. 51. 1.

24. Germanorum, Eburonum *Cæſ. B. G.* v. 24. 4. *Dio* xl. *p.* 123. *A.*

25. Titurio Quinto Sabino } Cæſ. B. G. v. 24. 5.
26. Aurunculejo Lucio Cotta }

27. Legatus eſt imperatoris vicarius, qui illo abſente cum poteſtate in exercitum in expeditionem mittitur. Cæſ. B. C. ii. 17. 2. *Neque ſe ignorare, quod eſſet officium legati, qui fiduciariam operam obtineret.* Nam redeunte imperatore cedebat ei vicarius. iii. 51. 4. *Alia ſunt legati partes atque imperatoris. Alter omnia agere ad præſcriptum: alter libere ad ſummam rerum conſulere debet.*

28. Per insidias ſimulato colloquio utrumque interfectum eſſe, Cottam ſtatim cum multis aliis, Sabinum tanquam ſervandum ad Ambiorigem hoſtium ducem evocatum, comprehenſum, armis ac veſte exutum ab ipſo, qui inter alia & hæc addiderit verba; τοιοίδε μέντοι ὄντες πῶς τηλικούτων ἡμῶν ὄντων ἄρχειν ἐθέλετε, *Quidnam, cum tales ſitis, tantis nobis hominibus imperare vultis?* dicit *Dio* xl. *p.* 123. *D.* Sabinum vero, quum propius Ambiorigem acceſſiſſet, dum de conditionibus inter ſe agunt, quidem interfectum; ſed Cottam, qui ad armatum hoſtem iturum ſe negaverat, pugnantem interfectum eſſe dicit *Cæſ. B. G.* v. 36. 4: 37. 2. 4.

CAPUT XXVI.

ARG. *Matrem, filiam, neptem amittit, ſecundum conſulatum abſens petit, forum inchoat, munus & epulum populo promittit, gladiatores vi raptos reſervat, tyrones erudit, legionibus ſtipendium duplicat, frumentum præbet, & mancipia & prædia viritim dividit Cajus Julius Cæſar.*

Eodem temporis ſpatio [1], matrem [2] primo, deinde filiam [3], nec multo poſt 1
neptem [4] amiſit. Inter quæ conſternata [5] P. Clodii [6] cæde Republica, quum 2
ſena-

Eodem temporis spatio, quo hæc bella gerebat Cæſar.

2. Matrem Aureliam, Tacit. de Orat. 28. 8. Not. 74. 4.

3. Filiam Juliam, Pompeji uxorem, *medium ex invidia potentiæ male cohærentis inter Cn. Pompejum & C. Cæſarem concordiæ pignus.* Paterc. ii. 47. 2. Plutarch. Cæſ. 719. Dio xl. p. 141. C. Ex puerperii doloribus illam mortuam dicit Plutarch. Pomp. p. 647. *D.* [illegible] Appian. *B. C.* ii. p. 438. invitis tribunis, maxime Domitio in campum Martium illam extulit Cæſar. *Plutarch. Cæſ. p.* 719. *C. Dio* xxxix. *p.* 120. *B. Liv. Epit.* 106.

4. Neptem, filiolam enim dicit Dio, θυγατρίδ

G τε

ſenatus [7] unum [8] conſulem [9], nominatimque Cn. Pompejum [10] fieri cenſuiſſet, egit cum tribunis [11] plebis collegam ſe Pompejo deſtinantibus, id potius ad populum ferrent [12], ut abſenti ſibi, quandoque [13] imperii [14] tempus expleri cœpiſſet [15], petitio ſecundi conſulatus daretur: ne ea cauſa maturius [16], & imperfecto
3 adhuc bello decederet. Quod ut adeptus eſt, altiora jam meditans [17], & ſpei plenus, nullum largitionis [18], aut officiorum [19] in quemquam genus publice pri-
4 vatimque omiſit. Forum [20] de manubiis [21] inchoavit [22]: cujus area [23] ſuper HS. millies

τι τικὸντα, θῆλυ παιδίον Plutarchus. *Nepotem* dicit Lucan. v. 475. & *filium Pompeii*, *Julia natum* Patere. II. 47. 2. De his, ſi tanti tibi ſunt, concertantes V. *Lipſ. Elect.* II. 17. & *Torrentium*.

5. CONSTERNATIO ex Clodii cæde fuit tanta, ut rumor ſub veſperam in vulgus cum exiiſſet, plebs in foro pernoctaverit, & qui neutrarum erant partium, indigne cædem tulerint διὰ τὸ ἀνθρώπινον, Rufus & T. Munatius Plancus, tribuni plebis, ut populum ita affectum magis accenderent, προπαρεξυνόμενοι, prima luce corpus in forum protulerint, pro roſtris expoſuerint, & omnibus exhibuerint habitu & verbis lugubribus, in curiam tranſtulerint, rogum ex ſubſelliis congeſtis extruxerint, illique ignem ſubjecerint. *Dio* XL. *p.* 143. *Appian. B. C.* II. *p.* 439.

6. P. CLODIUM in via Appia circa Bovillas e villa ſibi obvium, contracta ex occurſu rixa initio leviter vulneravit, ἁπλῶς πως ἔτρωσε, ut *Dio* XL. *p.* 143. *A.* ipſe Milo conſulatus candidatus; vel, ut *Appianus*, Milonis famulus, ſive juſſus, ſive ut inimicum domini tolleret, gladio in occipitio percuſſit, ἐπάταξεν ἐς τὸ μετάφρενον ξιφιδίῳ. Certe veritus ne illam rem vindicaret Clodius, in proximum diverſorium, quo cruentum ſervus equi curator detulerat, accurrit, & incertum ſpirantem adhuc an exanimem confecit Milo. V. *Dionem*, *Appianum*, *Plutarch. Cicer. p.* 878. *C. Patere.* II. 47. 4. *Liv. Epit.* 107. *Aſcon. in Cicer. p.* 181.

7. SENATUS & præcipue Bibulus, ut *Dio* XL. *p.* 144. *B.* cujus ſententiam præter omnium exſpectationem probavit, licet antea repugnaviſſet Cato. *Plutarch. in Caton. p.* 782. *D.*

8. UNUM, ne Cæſar collega ejus fieret, ἀντῷ συνάρχῃ. *Dio.*

9. CONSULEM, ne dictator fieret, quem creandum nonnulli cenſuerunt. *Dio* & *Appian. B. C.* II. *p.* 440.

10. POMPEJUM, quia, ut cenſuerat Bibulus, ἢ γὰρ ἔσεσθαι καλῶς τὰ πράγματα ἐκείνου καταστήσαντος, ἢ τῷ κρατίστῳ δουλεύσειν τὴν πόλιν. *Aut enim rempublicam eum recte ordinaturum, aut civitatem optimo ſervituram.* Plutarchus. Hoc vero inuſitatum fuiſſe, neque ulli ante Romanorum contigiſſe dicunt *Dio* & *Liv. Epit.* 107.

11. EGIT CUM TRIBUNIS i. rogavit tribunos. Cicer. Top. II. I. *Mecum, ut illa tibi traderem, egiſti.* Per *tribunos* quoque, ne Cæſar omnino neglectus videretur, & juſte ſtomachum faceret, ut illi etiam abſenti conſulatum petere liceret, effecit Pompejus. *Dio.*

12. AD POPULUM FERRE ſolennis eſt locutio, cum conſules aut prætores in comitiis aliquid proponunt, populoque, ut id fieri jubeat, ſuadent. Liv. XXIII. 30. *Senatus decrevit, ut T. Sempronius conſul deſignatus, cum primum magiſtratum iniſſet, ad populum ferret, ut Fabium duumvirum eſſe juberent ædis dedicandæ cauſa.*

13. QUANDOQUE i. quandocunque, quocunque tempore, ut & *c.* 81. 2. V. *Curt.* VII. 10. 9. §. 14.

14. IMPERII in alterum quinquennium prorogati c. 24.

* 15 EXPLERI COEPISSET i. præteriiſſet, tranſactum eſſet. Tibul. I. 3. 53.

Quod ſi fatales jam nunc explevimus annos.

* 16. MATURIUS i. ante legitimum tempus decedendi e provincia, *neque exſpectato ſucceſſore*, ut 18. 2. dixit Suetonius. *Caſaubonus.*

17. MEDITANS i. parans, cogitans, ut illa conjungit Cicer. Fam. II. 5. *Tu tamen ea para, meditare, cogita.* Verbum eſt accuratæ commentationis, qualis poetarum eſſe ſolet. Virg. Ecl. I. 2.

Sylveſtrem tenui Muſam meditaris avena.

Ubi Servius: *meditaris, cantas, quaſi melitaris, d pro l poſita. Quod Græci μελετᾶν dicunt, per antiſtrophen dixerunt Latini. Etenim l & d interdum ſibi invicem cedunt. Sic ſolium, vel ſella quaſi ſedda dicitur a ſedendo.*

18. LARGITIUS quid fuerit militibus, docet noſter ſub finem capitis n. 9. 10. ſenatui 27. 2. regibus & provinciis 28. I. Aemilio Paulo & Cajo Curioni 29. 2. ſingulis peditibus 38. I. populo viritim 38. 3.

19. OFFICIORUM i. honorum, obſequiorum. Ita dicit *certare officiis inter ſe* Cicer. Fam. VII. 31. *obſequiis* Claudian. Epigr. 20. 12.

20. FORUM Cæſaris de conditoris n. nomine dictum. Plin. XVI. 44. Dio XLV. p. 224. D. Τὴν γὰρ ἀγορὰν τὴν ἀπ' αὐτοῦ κεκλημένην κατεσκευάσατο: καὶ ἔστι μὲν περικαλλεστέρα τῆς Ῥωμαίας. *Forum enim Cæſar exſtruxerat, quod ab ipſo nomen obtinuit, Romano pulcrius.* Templum fuiſſe ædi Veneri genetrici inſtante pugna Pharſalica quam voverat additum, illicque *forum*, non quidem rerum venalium, ſed ad lites aut negotia convenientium, Romanis eſſe voluiſſe Cæſarem monet *Appian. B. C.* II. *p.* 492. *Fora* diis quoque conſecraſſe veteres monet *Tomaſ. de Don.*

millies [24] conſtitit. Munus [25] populo, epulumque [26] pronuntiavit [27] in filiæ [28] 5
memoriam, quod ante eum nemo [29]. Quorum ut quam maxima exſpectatio [30] 6
eſſet, ea quæ ad epulum pertinerent, quamvis macellariis [31] oblocata [32], etiam
domeſticatim [33] apparabat. Gladiatores [34] notos [35], ſicubi infeſtis ſpectatori- 7
bus

Don. c. 3. Ita *forum* hoc, non tantum templum Veneris ſtatim conſecravit Cæſar. *Dio* XLIII. *p.* 225. *A.* qui & *forum* obſoniorum Neronem dedicaſſe memorat LXI. De *fori* hujus loco & forma agunt *Donat. de Urb. Rom.* II. 21. *Nardin. Rom. Vet.* V. 9. *Borrich. Ant. Urb. Fac. c.* 10. §. 5. *Marlian. Topog. Rom.* III. 22.

21. DE MANUBIIS i. *de præda* explicante Gell. XIII. 24. cui *manubiæ dicuntur præda, quæ manu capta eſt, ita ut præda dicatur corpora ipſa rerum quæ capta ſunt, manubiæ appellatæ ſint pecunia a quæſtore ex venditione prædæ redacta. Erat imperatorum hæc præda, ex qua quod vellent, facerent.* Aſcon. in Cicer. p. 108. Ita *L. Stertinius ex ulteriore Hiſpania.... de manubiis duos fornices in foro Boario ante Fortunæ ædem & matris Matutæ, unum in maximo circo fecit: & his fornicibus ſigna aurata impoſuit.* Liv. XXXIII. 12. Ex Tiberius apud noſtr. *c.* 20. 4. viri triumphales *Aug. c.* 30. 3. Pro præda, vel rapina qualicunque, nec ab hoſte ſolum, ſed etiam a cive petita Suetonius uſurpat *Veſp.* 16. 6. *Ner.* 38. 6. *Cal.* 41. 2. De *manubiis* etiam *Nann. Miſc.* III. 3. *Laz. Comm. R. R.* II. 14. *Valerin. de Milit.* VII. 18.

22. INCHOAVIT etiam privatus & proconſul Galliæ. Palam enim hoc inter Gallicanæ liberalitatis exempla refert noſter. *Dictator* dicitur Plin. XXXVI. 15. ſed ut hominem deſignaret & diſcerneret, non ut emptionis tempus. V. *Lipſ. de magn. Rom.* III. 7.

23. AREA Feſto *locus eſt vacuus.* & *purus* Varr. de Ling. Lat. IV. 4. ſive *ſine ædificio*, ut deſcribitur Florentin. Digeſt. L. 16. §. 211. Vitruv. I. 7. *Diviſis angiportis, & plateis conſtitutis, arearum electio ad opportunitatem & uſum communem civitatis eſt explicanda ædibus ſacris, foro, reliquiſque locis communibus. Et ſi mœnia erunt ſecundum mare, area, ubi forum conſtituatur, eligenda proxime portum: ſin autem mediterranea, in oppido medio.* Hanc vero *aream*, quam *Gallicam*, quia ex *Gallia* manubiis eſt facta, vocat *Sextus Rufus*, putat *Pancirol. de Urbis region. p.* 2.

24. HS MILLIES aream hanc emiſſe Cæſarem dicit & Plin. XXXVI. 15. ſi in mendo non cubat locus. Hæc ſumma eſt *Lipſio de magn. Rom.* III. 7. *vicies quinquies centenum millium Philippicorum. Seſtertium millies* compendio dicebant pro centena millia ſeſtertium. *Seſtertium* autem in neutro genere, & in plurali *ſeſtertia* ſingula valebant mille nummos ſeſtertios i. viginti quinque Philippicos. Unde Cæſari tantæ divitiæ docent loco laudato *Lipſius* & ad Suetonium *Glareanus.* V. tamen *Egnatium*, *Budæum de aſſe* III. *p.* 359. *Pollet. For. Rom.* I. 3. *Hotman. Antiq. Roman.* IV. 2. 29.

* 25. MUNUS gladiatorium, quod addit noſt. *ſupr.* 10. 4. Ubi, quare hoc nomine fuerit dictum, nos docuit *Tertullianus.*

26. EPULO publico in defuncti memoriam populum excipere ſolebant Romani. Dio XXXVII. p. 53. C. *Κἀν τῷ αὐτῷ τούτῳ χρόνῳ Φαῦστος ὁ τοῦ Σύλλα παῖς ἀγῶνά τε μονομαχίας ἐπὶ τῷ πατρὶ ἐποίησε, καὶ τὸν δῆμον λαμπρῶς εἱστίασε. Sub idem tempus Fauſtus Sylla filius ludos gladiatorios in honorem patris ſui exhibuit, populumque lauto convivio excepit.*

* 27. PRONUNTIAVIT i. libellum, in quo dies futuri muneris, item nomina & paria gladiatorum: ſcilicet alliciendæ plebi, & exſpectationi commovendæ, propoſuit. Hunc ut munerarius, ſive muneris editor proponeret, moris erat. Noſt. Aug. 43. 11. Vocabant hoc *munus oſtendere.* Cicer. Fam. IX. 8. *proponere* noſt. Tit. 8. 5. *edicere* Senec. Epiſt. 117. Tertull. de Spect. c. 12. & *pronuntiare.* Lipſ. Sat. II, 18. V. etiam *Fab. Semeſtr.* II. 11. *Argol. in Panvin. de Lud. Circ. p.* 77.

28. FILIÆ Juliæ, Pompeji uxoris, in cujus memoriam munus gladiatorium Julium exhibuiſſe docet & Dio XLIII. p. 225. A. *Ἐπὶ τῇ θυγατρὶ καὶ θηρίων σφαγὰς καὶ ἀνδρῶν ὁπλομαχίας ἐποίησε.* Julii exemplum imitatus eſt Adrianus apud Spartian. c. 9. *Socrui ſuæ honores præcipuos impendit ludis gladiatoriis, cæteriſque officiis.*

29. QUOD ANTE EUM NEMO in feminarum exhibuit funeribus. In virorum vero funeribus hunc ritum antea obtinuiſſe docet §. 26.

30. QUAM MAXIMA EXSPECTATIO qualis loquendi formula dixi ad *Curt.* III. 1. 17. §. 84.

31. MACELLUM non eſt *κρεωπώλιον*, ut perperam interpretatur *Plutarch. Quæſt. Rom.* 52. ſed eſt locus, ut docet noſter 43. 6. in quo omne obſoniorum genus i. quidquid ad victum pertinet, ſolet parari, & vendi. *Piſces* Plaut. Aul. II. 8. 3.

Venio ad macellum, rogito piſces.

Panis & frumentum. Cicer. de Div. II. 27. *Si Epicuri de voluptate liber corroſus eſt, putavit annonam in macello cariorem eſſe.* Noſt. *Tib.* 34. 2. Inde *macellarius* Onom. Latino Græc. *ὀψωνιοπώλης, ὀψοπώλης.* Platon. in Gorgia p. 353. B. *ἀρτοποιὸς* & *ὀψοποιὸς* dicitur. Noſt. *Veſp. c.* 19. 3.

32. OBLOCATA i. certo pretio, ut illa pararent, mandata. *Oblocare operam* dicit Juſtinus XI. 10. 9.

33. DOMESTICATIM i. per *domeſticos*, aut per *domos* varias. Talia amat noſter, qui dicit *vicatim* Aug. 40. 3: 43. 1: 57. 4. Cal. 35. 4. *provinciatim* Aug. 49. 1. *regionatim* Cal. 39. 1.

34. GLADIATOR eſt, *qui in arena populo ſpectante pugnavit.* Quintil. Decl. 302. & ex illo *Lipſ. Sat.* I. 7.

8 bus [35] dimicarent [37], vi rapiendos [38], reſervandoſque [39] mandabat [40]. Tyrones [41] neque in ludo [42], neque per laniſtas [43], ſed in domibus per equites Romanos, ac etiam per ſenatores [44] armorum peritos erudiebat: precibus enitens, quod epiſtolis ejus oſtenditur, ut diſciplinam ſingulorum ſuſciperent, ipſique dicta-
9 ta [45] exercentibus darent. Legionibus ſtipendium [46] in perpetuum duplicavit [47]. Fru-

35. NOTOS i. nobiles, celebres *gladiatura*, ut loquitur *Tacit. Ann.* III. 44. 4. qui armorum peritiam ſpectatoribus ſæpius approbaverant. Phædr. v. 6. 8. *Notus urbano ſale.* Noſt. *Gramm.* 3. 5: 4. 3.

36. INFESTIS SPECTATORIBUS i. ſine *ſpectantium* favore. Horum enim, quia præcipuum in arena jus fuit, arbitratu & juſſu gladiatores, ſi minus placuiſſent, trucidabantur. Jubebant hoc *converſo pollice*, ut Prudent. contra Symm. II. 1098. & Juven. III. 36. quo gladiatori favorem denegabant, cumque damnabant. Vetus Poëta ἀνώνυμος dicit *infeſtum pollicem.*

Sperat & in ſæva victus gladiator arena,
Sit licet infeſto pollice turba minax.

Favoris vero ſignum erat *pollex preſſus*. Plin. XXVIII. 2. *Pollices, cum faveamus, premere etiam proverbio jubemur.* Inde Glycera ad Menandrum: τοὺς δακτύλους ἐμαυτῆς πιέζουσα, ἢ ἂν προτακλίζῃ τὸ θέατρον. & Horat. Epiſt. I. 18. 66.

Fautor utroque tuum laudabit pollice ludum.

V. & *Polit. Miſc.* c. 42. *Turneb. Adv.* XI. 6. *Lipſ. Sat.* II. 22. *Eraſm. Adag.* f. 57. *Ferrar. de Acclam.* II. 13.

37. DIMICARENT i. pugnarent. *Dimicare* proprie eſt ſorte ac micatione finem imponere controverſiæ. *Micare* enim dicitur de illa ſortitione, qua duo clauſis manibus, vocando, ſeu divinando certum numerum, ſubinde digitos porrigunt. Verbi gratia, ego tres digitos explico, tu totidem, ipſe quatuor nomino, tu vero ſex, ita tu qui numerum vocando divinaſti, jam viciſti. Gloſſa Cyrill. *micat*, λαγχάνει. Varro Parmen. *Micandum* i. ut *Caſaubonus* explicat Aug. 13. 2. per micationem tranſigendum *erit cum Græco, utrum illius numerum, an ille meum ſequatur.* Auguſtin. de Trin. XIII. 5. *Id facile habemus, vel micando digitis tribus.* Cicer. Divin. II. 41. *Quid eſt enim ſors? Idem propemodum quod micare, quod talos jacere, quod teſſeras.* Quia digiti ita explicati ſubito apparent, idcirco per metaphoram *micare* dicitur. Et hinc proverbium, *dignus quicum in tenebris mices*, de quo Cicer. Off. III. 19. *Hoc nonne eſt turpe dubitare philoſophos, quæ ne ruſtici quidem dubitent? a quibus natum eſt id, quod tritum eſt vetuſtate, proverbium. Cum enim fidem alicujus bonitatemque laudant, dignum eſſe dicunt, quicum in tenebris mices.* Et deinde cœpit accipi pro tollere controverſiam quoquo modo. Sed quia ferro id ſæpe fit, propterea pro *pugnare* ponitur. V. quoque *Polydor. de invent. rer.* II. 13. *Eraſm. in adagiis. Souter. Palam.* III. 9. *Wouw. de Polym.* c. 7.

38. RAPIENDOS i. diſcrimini, ut munus, quod parabat, magnificentius ederet, ſubducendos.

39. RESERVANDOS. De talibus & Cicer. pro Mil. c. 34. *In gladiatoriis pugnis timidos & ſupplices, & ut vivere liceat obſecrantes etiam odiſſe ſolemus: fortes & animoſos, & ſeipſos acriter morti offerentes ſervari cupimus.* Hinc *par reſervatum* dicit *Juſtin.* XVII. 1. 9.

* 40. MANDAVIT, ſive quod eſſet natura leniſſimus, ſive quod in muneribus edendis frequentem omnino cuperet habere gladiatorum numerum. *Ferrar. de Acclam. & Plauſ.* II. 13.

41. TYRONES i. gladiatores novitios, artis gladiatoriæ adhuc rudes. Symm. Epiſt. II. 46. *Nam gladiaturæ idoneos communis cura proſpiciet, quæ pars in apparatu quæſtorio prior eſt, ut auctoramento lectos longus uſus inſtituat.* V. *Aug.* 26. 13.

42. LUDUM quidem *omnem ſcholam dixere Romani, & magiſtri ludi dicuntur, qui primas literas docent.* Aſcon. in Cicer. p. 33. Proprie tamen, ut obſervat doctiſſimus Perizonius ad Sanctii Minerv. p. 618. de loco, ubi tyrones gladiatores ab laniſta exercebantur & inſtruebantur, quia iſtic quaſi ſimulacrum pugnæ ludebatur? Cicer. Fam. x. 52. *Miles quidam depreſſus in ludum gladiatorium.* Noſt. 31. 1. *Domit.* 4. 3. V. & *Lipſ. Saturn.* I. 14. & 15.

43. LANISTÆ erant, qui tyrones artem docebant gladiatoriam. Gloſſæ Cyrilli: *Laniſta*, λυτρόφος, μονομαχοτρόφος, ἐπιστάτης μονομάχων, λυδοτρόφος. *Laniſta avium* dicitur *Colum. R. R.* VIII. 2. qui aves certaminibus præparabat. Thuſcum eſſe vocabulum, & Thuſcis *carnificem* ſignificare tradit Iſidorus x. Noſt. *Aug.* 42. 4. V. quoque *Lipſ. Saturn.* I. 15. *Demſter. Paral. ad Roſin. Ant. Rom.* V. 24. *Thulemar. in Freher. Cecropiſtrem.* §. 29.

44. EQUITES ET SENATORES artem quoque addiſcebant gladiatoriam. Tacit. Ann. XV. 32. 3. *Spectacula gladiatorum idem annus habuit pari magnificentia ac priora. Sed feminarum illuſtrium ſenatorumque plures per arenam fœdati ſunt.* Noſt. *Aug.* 43. 10. *Ner.* 12. 3. Ipſe Cæſar. Unde *copias ſuas, non ut imperatorem exercitum veteranum, victoremque maximis rebus geſtis, ſed ut laniſtam tyrones gladiatores condocefeciſſe* dicit *Hirt. Bel. Afric.* c. 71. §. 1.

45. DICTATA i. artis gladiatoriæ præcepta. Varr. L. L. V. 7. *Dico originem habet Græcam, quod Græci δεικνύω. Hinc in manipulis caſtrenſibus dicta ducibus: hinc dictata in ludo.* Illa exhibet Hirt. de Bell. Afric. 71. §. 2. *Quo pede ſe reciperent ab hoſte, & quemadmodum obverſi adverſariis, & in quantulo ſpatio reſiſterent, modo procurrerent, modo recederent, comminarenturque impetum, ac prope quo loco, & quemadmodum tela mitterent, præcipit.*

46. STI-

Frumentum [48], quoties copia eſſet, etiam ſine modo [49] menſuraque præbuit: ac ſingula interdum mancipia [50] & prædia [51] viritim dedit [52].

46. Stipendium Livio, ὀψώνιον Polybio dicitur §. 47. Cyrilli gloſſæ: *Stipendium*, ὀψώνιον στρατιωτικὸν, μισθὸς στρατιωτικὸς, μισθὸς εἰς στρατιώτην. Inſtitutum eſt dari peditibus Ancure capto anno ab U. C. 347. Liv. IV. 59. *Additum deinde omnium maxime tempeſtivo principum in multitudinem munere, ut ante mentionem ullam plebis tribunorumve decerneret ſenatus, ut ſtipendium miles de publico acciperet, cum ante id tempus de ſuo quiſque functus eo munere eſſet*, equitibus bello Vejenti anno ab U. C. 350. Liv. V. 7. *Placere omnibus his voluntariam extra ordinem profeſſis militiam æra procedere: & equis certus numerus æris eſt aſſignatus.*

47. Duplicavit i. ſex, aut ſi forte ſeptem aſſes in diem dedit. Sub bellum Punicum II. peditem binos obolos, ordinum ductores duplum, equites drachmam accepiſſe ſtipendii nomine, ὀψώνιον dicit Polyb. VI. 37. Duo oboli tertia drachmæ pars. Ad nummum Romanum ſi exigimus, fuerunt tres aſſes. Plaut. Moſt. II. I. 10.

Iſti qui trium nummorum cauſa ſubeunt ſub falas.

Tres nummi Plauto ſunt tres aſſes, quos per duos obolos expreſſit Polybius. V. *Lipſ. Elect.* I. 2. *Stewech. in Veget.* II. 19. *Valtrin. de mil. Rom.* III. 15. *Sigon. de ant. jur. civ.* I. 15. *Laz. Comm. R. R.* II. 14. *Stad. in Flor.* I. 12. *Alex. Gen.* VI. 22. *Putean. de Stip. mil. c.* 9. *Mod. in Liv.* XV. 50. *Hugon. de mil. equeſt.* II. 6.

48. Frumentum ſuo tempore quo modo admenſum fuerit, docet Polyb. VI. 37. Σιτομετροῦνται οἱ μὲν πεζοὶ πυρῶν Ἀττικοῦ μεδίμνου δύο μέρη, μάλιστά πως· οἱ δ' ἱππεῖς κριθῶν μὲν ἑπτὰ μεδίμνους εἰς τὸν μῆνα, πυρῶν δὲ δύο. *Admetiuntur peditibus quidem tritici partes circiter duas medimni Attici: equitibus vero hordei in menſem ſeptenos medimnos, tritici vero binos.* Et hic modus annona dicebatur. Veget. II. 7. *Torquati duplares, Torquati ſimplares, quibus torques aureus ſolidus virtutis præmium fuit, quem qui meruiſſet, præter laudem interdum duplas conſequebatur annonas: duplares duas, ſimplares unam.*

49. Sine modo i. *menſura*, ut explicat auctor ipſe, frumentum militibus, ut illos efficacius ſibi devinciret, præberi voluit Cæſar.

50. Singula mancipia. Ita ipſe B. G. VII. 89. 5. *Ex reliquis captivis toto exercitu capita ſingula prædæ nomine diſtribuit.*

51. Prædium eſt Cicer. Off. III. 16. poſſeſſio tam urbana quam ruſtica, & noſtro Ner. 30. 6.

52. Dedit n. dono. Reliqui vero duces, quoties frumenta darent, militum ſtipendiis detrahere ſolebant. Polyb. VI. 37. Πάντων τούτων ὁ ταμίας τὴν τεταγμένην τιμὴν ἐκ τῶν ὀψωνίων ὑπολογίζεται. *Horum omnium certa pretia quæſtor de ſtipendio deducit.*

CAPUT XXVII.

ARG. *Octaviam Pompejo conditionem defert, Pompeji filiam ſibi in matrimonium petit, amicos & ſenatum levi fœnore, reliquos ordines congiario obſtringit, reiſque, obæratis, & prodigæ juventuti ſubvenit Cajus Julius Cæſar.*

Ad retinendam autem Pompeji neceſſitudinem [1] ac voluntatem [2], Octaviam [3] ſo- 1
roris [4] ſuæ neptem, quæ C. Marcello [5] nupta erat, conditione [6] ei detulit, ſibique

Necessitudinem i. affinitatem. Cornelius Fronto. *Neceſſitudo eſt vel ſanguinis, vel meritorum. Neceſſitatem* dixit Cæſar apud Gell. XIII. 3. *Reperi in oratione C. Cæſaris, qua Plautiam rogationem ſuaſit, neceſſitatem dictam pro neceſſitudine, id eſt, jure affinitatis. Verba hæc ſunt: equidem mihi videor pro noſtra neceſſitate non labore, non opera, non induſtria defuiſſe.* Noſter *Aug.* 62. I. 48. 2. *Ner.* 35. II. Inde *neceſſitudines* pro neceſſitudine junctis. Curt. IV. 10. 23. *Crederes Alexandrum inter neceſſitudines flere.* Noſter *Claud.* 6. 6. *Tib.* II. 12. 50. I. *Cal.* 4. I. *Aug.* 17. 3.

2. Voluntatem i. affectum, benevolentiam. Cicer. de Fin. II. 30. *Ut dignum eſt tua erga me, & erga philoſophiam voluntate ab adoleſcentulo ſuſcepta.* * Aliorum autem *voluntatem* matrimoniorum vinculis veteres retinere ſolitos fuiſſe doceo *infr. Aug.* 62. I. §. 4.

* 3. Octaviam non majorem, ut tradit Plutarch. Anton. p. 929. E. Ταῦτα ἔχειν καλῶς δοκοῦντα, πίστεως ἐδεῖτο σφοδροτέρας, ἣν ἡ τύχη παρέσχεν. Ὀκταουΐα γὰρ ἦν ἀδελφὴ πρεσβυτέρα μὲν, οὐχ ὁμομητρία δὲ Καίσαρι. Ἐγεγόνει γὰρ ἐξ Ἀγχαρίας, ὁ δὲ ὕστερον ἐκ Ἀτίας. Αὕτη Γαΐου Μαρκέλλου τοῦ γήμαντος αὐτὴν, οὐ πάλαι τεθνηκότος, ἐχήρευεν. *Quæ quum probarentur, arctius requirebant vinculum, quod fortuna obtulit. Quippe Octavia ſoror erat Cæſaris, major quidem, ſed non ex eadem matre. Nata enim fuerat ex Ancharia, ille vero poſtea ex Atia. Ea C. Marcelli, qui uxorem illam habuerat, non diu tunc mortui, erat vidua.* Et a Plutarcho edoctus de *Fam. Roman. p.* 96. Antonius Auguſtinus. Sed minorem, utpote *ſororis ſuæ neptem.* Matrem hæc habuit non Anchariam, nulla cognatione Julio junctam; ſed *Atiam, M. Atio Balbo, & Julia ſorore C. Cæſaris genitam* Aug. 4. 2. Unde Marcello cum Julio affinitatem interceſſiſſe dicet Dio infr. 29. 2. §. 5. Et Marcellum Anciæ i. Atiæ filiam i. Octaviam minorem Octaviani ſororis ὁμομητρίαν habuiſſe uxorem teſtis eſt Cicero Phil. III. 6. *Sed hoc clariſſimi viri viderint, L. Philippus,*

2 ſibique filiam ejus in matrimonium petiit, Fauſto Syllæ[7] deſtinatam[*]. Omnibus vero circa eum[9], atque etiam parte magna ſenatus, gratuito[10], aut levi fœnore obſtrictis, ex reliquo quoque ordinum[11] genere, vel invitatos, vel ſponte ad ſe commeantes, uberrimo[12] congiario[13] proſequebatur: libertos inſuper, ſervuloſque, prout domino, patronove gratus quis eſſet. Tum reorum, aut obæratorum[14], aut prodigæ[15] juventutis ſubſidium[16] unicum[17] ac promptiſſimum erat: niſi quos gravior criminum[18], vel inopiæ[19] luxuriæve[20] vis urgeret, quam ut ſub-

lippus, qui habet Aricinam uxorem, C. Marcellus, qui Aricinæ filiam. V. ſtemma Auguſtæum, quod ſuis ad Dionem notis ſubjecit *Xyland. p.* 971. & *Perizon. Anim. Hiſt. c.* 3.

4. SORORIS Juliæ, quæ nupſerat M. Attio Balbo. V. ſupr. §. 3.

5. C. MARCELLUM V. *Aug.* 29. 2. §. 5.

6. CONDITIONE FERRE NEPTEM alicui non novit Latinæ linguæ genius; ſed *deferre neptem conditionem* per ἐπιζεύγματα recte dicitur, ut recte monet longe celeberrimus *Grævius*, & ita Palatinum II. exhibere dicit, ut ſit *conditio* i. uxor. Ita uxorem *conditionem* dicit Plaut. Truc. IV. 3. 75.

Dicam ut aliam conditionem filio inveniat ſuo.

* 7. SYLLÆ. τῷ Σύλλα παιδί. *Plutarch. Caſ.* 714. *A.*

8. DESTINATAS i. *pactas* Virg. Æn. X. 79. Cicer. ad Attic. V. 24. Modo enim *pacta*, modo *deſtinata* dicebatur mulier, cum de nuptiis, illarumque conditionibus & legibus i. de dote, & de donatione propter nuptias, & arris ſponſalitiis conveniebat. Plin. Epiſt. V. 16. *Jam deſtinata erat egregio juveni, jam electus nuptiarum dies, jam nos vocati.* Manavit verbum hoc ex coemptionum conſuetudine, cum arræ ſponſalitiæ dabantur. *Deſtinare* enim eſt arram dare. Plaut. Rud. prol. n. 45.

Minis triginta ſibi puellam deſtinat,
Datque arrhabonem.

V. *Hotman. de ſponſal. c.* 3.

9. CIRCA EUM i. amicis, comitibus, proximis. v. Curt. III. I. 17. §. 81. Noſter *Cal.* 10. 7. *Domit.* 9. 3.

10. GRATUITO i. pecunia mutuo data ſine fœnore, ἀμισθί. Non enim ad ſumus, quod *gratuitum* non eſt, eſt referendum. Cicer. Off. II. 19. *Multorum cauſas & non gravate, & gratuito defenderet.* V. *Aug.* 41. 3. §. 4. *Tib.* 48. 1.

11. ORDINUM equeſtris & plebeji.

12. UBER quid ſit, dixi ad Curt. V. I. 12. §. 42.

13. CONGIARIO i. munere in ſingulos privatim collato. Senec. Conſol. ad Marc. c. 22. *Sejanus patrem tuum clienti ſuo congiarium dedit.* Noſt. *Veſp.* 18. 4. *Rhet.* V. 3. Eſt, ut ſcribit Quintil. VI. 4. *commune nomen liberalitatis atque menſuræ. Congius* menſura fuit liquidorum. Dabant olim plebi vini aut olei tot *congios*. Liv. XXV. 2. *Ludi Romani pro temporis illius copiis magnifice facti, & diem unum inſtaurati, & congii olei in vicos ſingulos dati.* Inde ductum ad quaſvis, etiam pecuniæ donationes virorum principum. Lamprid. Commod. c. 16. *Congiarium dedit populo, ſingulis denarios ſeptingenos vicenos quinos.* Noſt. *Aug.* 41 5. *Dom.* 4. 13. Hoc *congiarium in capita promiſſum* vocat Senec. Epiſt. 73. Plebem illo demereri ſtudebant viri principes. Liv. XXXVII. 57. *In hunc M. Acilium Glabrionem maxime, quod multa congiaria habuerat, quibus magnam partem hominum obligarat, favor populi ſe inclinabat.*

14. OBÆRATI ſunt, qui *quum ſolvendo non eſſent, manu capiebantur.* Donat. in Terent. Phorm. II. 2. 20. *Qui ſuas operas in ſervitute pro pecunia, quam debeat, dum ſolveret, vocatur obæratus.* Varr. L. L. VI. 5.

15. PRODIGUS eſt definiente Ulpian. Digeſt. XXVII. 10. §. 1. *qui neque tempus, neque finem expenſarum habet, ſed bona ſua dilacerando & diſſipando profundit.* Et ita Plaut. Aul. II. 8. 10.

Feſto die ſi quid prodegeris.

i. liberalius conſumpſeris.

16. SUBSIDIUM. Ita *Aurelio Cottæ & Haterio Antonino annuam pecuniam ſtatuit princeps* Nero, *quamvis per luxum avitas opes diſſipaſſent.* Tacit. Ann. XIII. 34. 3.

17. UNICUM i. ſingulare, eximium, præclarum. Plaut. Aſin. IV. I. 3.

Tu Poeta es prorſus ad eam rem unicus.

Noſt. *Gramm.* II. 5. Ita *unicum Imperatorem* honoris cauſa ſolebant dicere. Catull. 29. 12. 24.

Eone nomine, Imperator unice.

Noſt. *Oth.* 12. 7. V. etiam *Salmaſ. Exerc. Plin. p.* 823. *b. G. Bochart. Hieroz.* II. 5. 5.

18. CRIMINUM i. deliciorum. Donat. Terent. Hec. V. 2. 13. *Crimen proprie dicitur id quod factum eſt. Cicero: Veruntamen fac, tametſi crimінoſum id eſt.* Noſt. *Cal.* 15. 10. *Tib.* 61. 8. Hæc ſeditionis cauſas eſſe docet Ariſtot. Polit. V. 3. Διὰ φόβον στασιάζουσιν οἵ τε ἠδικηκότες, δεδιότες μὴ δῶσι δίκην: καὶ οἱ μέλλοντες ἀδικεῖσθαι, βουλόμενοι φθάσαι πρὶν ἀδικηθῆναι: ὥσπερ ἐν Ῥόδῳ συνέστησαν οἱ γνώριμοι ἐπὶ τὸν δῆμον, διὰ τὰς ἐπιφερομένας δίκας. *Propter metum ad ſeditionem deveniunt, qui pœnas ſcelerum ſuorum formidant: & hi contra quos paratur violentia, prævenire volentes prinſquam malum patiantur. Ut apud Rhodum nobiles inſurrexerunt in plebem metu judiciorum, quæ ſibi parabantur.*

19. INOPIAM ſeditionis cauſam eſſe docet Salluſt. B. C. c. 37. *In civitate, quibus opes nullæ ſunt, bonis invident, malos extollunt; vetera odire, nova exoptant; odio ſuarum rerum mutari omnia ſtudent; turba atque ſeditionibus ſine cura aluntur: quoniam egeſtas*

ſubveniri poſſet a ſe. His plane palam bello civili opus eſſe dicebat [21].

ſtas facile habetur ſine damno. Et de *Rep.* IV. *p.* 632. *E.* Plato dicit parere τὴν ποιὰν ἀνελευθερίαν καὶ κακουργίαν πρὸς τῷ νεωτερισμῷ, *illiberalitatem & maleficia cum rerum innovatione.*

20. LUXURIA quid ſit dixi ad *Curt.* III. 3. 18. §. 74. Illam ſeditionis cauſam eſſe docet Ariſt. Polit. V. 6. *Γίγνονται μεταβολαὶ τῆς ὀλιγαρχίας, καὶ ὅταν ἀναλώσωσι τὰ ἴδια, ζῶντες ἀσελγῶς. Καὶ γὰρ οἱ τοιοῦτοι καινοτομεῖν ζητοῦσι, καὶ ἢ τυραννίδι ἐπιτίθενται αὐτοὶ, ἢ κατασκευάζουσιν ἕτερον. Fiunt in republica mutationes, cum homines per luxum ſua prodigunt. Tales enim res novas quærunt, & aut ipſi tyrannidi imminent, aut ad eam alios vocant.*

* 21. HIS BELLO CIVILI.... I. eos non alia ratione ex inopia, & æris alieni magnitudine emergere poſſe, quam ſi publice privatimque rapere liceat, ut *bellis civilibus* fieri conſuevit. *Berneggerus.*

CAPUT XXVIII.

ARG. *Reges & provincias ſummo ſtudio allicit Cajus Julius Cæſar, & ut Cæſari ſuccederetur ante tempus, ejuſque abſentis ratio comitiis non haberetur, atque colonis ab illo deductis civitas adimeretur, retulit M. Claudius Marcellus.*

Nec minore ſtudio reges [1] atque provincias per terrarum orbem alliciebat: aliis 1
captivorum millia dono offerens: aliis citra ſenatus, populique auctoritatem [2] quo vellent, & quoties vellent, auxilia ſubmittens: ſuperque [3] Italiæ, Galliarumque, & Hiſpaniarum, Aſiæ quoque, & Græciæ potentiſſimas urbes præcipuis operibus [4] exornans: donec attonitis [5] jam omnibus, & quorſum [6] illa tenderent reputantibus, M. Claudius Marcellus [7] conſul [8] edicto [9] præfatus *de ſumma ſe Republica* [10] *acturum* [11], retulit ad ſenatum, *ut ei ſuccederetur ante tempus* [12]*: quoniam bello confecto* [13] *pax eſſet, ac dimitti deberet victor exercitus: & ne abſentis* [14] *ratio comitiis*

REGES federatos, & qui ſub imperii Romani umbra regna ſua tenebant.

2. CITRA AUCTORITATEM I. ſine auctoritate. Quintil. Inſtit. VII. 3. *Citra accuſationem crimen in adverſarium vertere.* Plin. VII. 29. *Citra invidiam tam ſuperba cenſura peragetur.* Noſt. *Aug.* 24. 3: 66. 8. *Claud.* 35. 4.

* 3. SUPER I. præter. Phædr. III. 12. 2.

Qui ſuper obſcœna dicta, & petulans jurgium.

Juſtin. IX. 4. 5. *Super hæc Alexandrum filium Athenas miſit.* IV. 5. 2. *Super hæc mala, cum etiam terreſtri prælio victi eſſent.* Liv. XXVIII. 46. *Niſi quod Punicum exercitum ſuper morbum etiam fames affecit.* Tacit. Ann. III. 3. 2. *Cum ſuper Agrippinam.... ceteri nominatim perſcripti ſint.* Hiſt. II. 44. 4. *Ne ſuper cladem adverſæ pugnæ, ſuiſmet ipſi cædibus ſervirent.* Virg. Aen. X. p. 897.

Et ſuper hæc: ubi nunc Mezentius acer.

Stat. Sylv. II. Præfat. *De puero amiſſo conſolationem ſuper ea, quæ ipſi debeo, huic libro inſerui.* Noſt. *Domit.* 4. 12. *Cal.* 36. 4. *Tib.* 55. I. *Claud.* 5. 3: 26. 8: 14. I. *Ner.* 31. 14. Cui ſoli hanc particulam ſic eſſe uſurpatam perverſe dixit *Berneggerus.*

4. OPERIBUS I. ædificiis. Nep. 2. 61. 5. *Interim omnes ſervi atque liberi opus facerent.* Noſter ſæpius.

5. ATTONITIS. V. Curt. IV. 13. 17. §. 50.

6. QUORSUM n. ad principatum.

7. M. CLAUDIUS MARCELLUS conſul creatus eſt ob eloquentiam, διὰ τὴν λόγων δύναμιν, ut ejus collega Servius Sulpicius Rufus ob legum peritiam, διὰ τὴν νόμων ἐμπειρίαν. *Dio* XLI. *p.* 148. *A.*

* 8. CONSUL fuit M. Marcellus cum Servio Sulpicio Rufo anno ab U. C. 702. V. *Faſtos Capitolinos, Caſſiodorum*, & ex illis *Pigh. Annal.* III. *p.* 416.

9. EDICTO, quo n. patres in curiam vocabat. Senatus enim cum extra ordinem cogeretur, vel per *edictum*, vel per præconem citabatur.

10. SUMMA REPUBLICA I. re ad univerſæ *reipublicæ* ſalutem ſpectante. Cicer. Attic. I. 16. *Rogatus ego ſententiam multa dixi de ſumma republica. Summam Rempublicam* dicit *ſummam imperii* noſt. infr. *Tib.* 21. 12.

* 11. ACTURUM de Republica, quod *loqui de Republica* eſt noſt. *Aug.* 54. 2. §. 6. & Cicer. ad illum.

12. ANTE TEMPUS I. alterum quinquennium exactum, de quo *c.* 26. 2. §. 14. ante legitimum tempus, πρὸ τοῦ καθήκοντος χρόνου. Dio B. non exſpectato exitu præfiniti temporis, προαφαιρῶν τοῦ χρόνου. Appian. *B. C.* III. *p.* 443. *finiverat vero provincias Gallias Kal. Mart.* conſul Marcellus. Cicer. Attic. VIII. 3. Illud vero ſequenti anno exiviſſet. Τοῦτο μὲν ἐς μακρὰν, ἀλλ' εὐθὺς ἐν τῷ ὁρίῳ ἔτει γενέσθαι ἔμελλε. *Dio D.*

13. CONFECTO. I. finito. V. 37. I. §. I.

14. ABSENTIS ratio in petendo altero conſulatu, etiam annitente Pompejo, proximis comitiis ut haberetur, a populo impetraverat Cæſar *c.* 26. 2. §. II.

2 *comitiis haberetur, quando nec plebiſcito* [15] *Pompejus poſtea abrogaſſet* [16]. Acciderat autem, ut is legem [17] de jure magiſtratuum ferens, eo capite [18], quo a petitione honorum abſentes ſummovebat, ne Cæſarem quidem exciperet, per oblivionem: ac mox lege jam in æs [19] inciſa, & in ærarium [20] condita [21], corrigeret errorem [22].
3 Nec contentus Marcellus provincias [23] Cæſari & privilegium [24] eripere, retulit etiam, *ut colonis* [25], *quos rogatione* [26] *Vatinia* [27] *Novumcomum* [28] *deduxiſſet, civitas* [29] *adime-*

§. II. Idem vero ne a ſenatu impetraret, impedire conatur conſul Marcellus. Et ideo a ſenatu quidem petit, ſed non impetrat Cæſar *c.* 29.

15. PLEBISCITO i. per plebiſcitum, ita ut vox *plebiſcito* non ſit dativus, & ſubjectum abrogationis ſignificet; ſed ablativus, & inſtrumentum abrogandi denotet, ut recte interpretatur *Berneggerus*, & præter *Berneggerum Babelonius. Plebiſcito* vero, ſive populi auctoritate illam legis ſuæ partem, qua abſentes a magiſtratuum petitione ſummovebat, abrogare debuiſſet Pompejus, æque ac ante biennium *plebiſcito*, abſens ut conſulatum peteret, Cæſari conceſſum fuerat. Quia autem auctoritate tantum privata errorem ſuum correxit, non eſt dicendus abrogaſſe, quod lege jam in æs inciſa abrogare non potuit Pompejus. Legis tamen a Pompejo latæ meminit Cicer. ad Attic. VIII. 3. Evolvat, tamen, cui hæc non placent, *Caſaubonum*, *Torrentium*, *Turneb. Adv.* XXIV. 14. & ex illo *Pulmannum*.

16. ABROGASSET n. hoc legis ſuæ caput, *ne abſentium ratio comitiis haberetur* i. perlatum prorſus ſuſtuliſſet. Cicer. de Rep. III. apud Lactant. VI. 8. *Huic legi nec obrogari fas eſt, neque derogare ex hac aliquid licet, neque tota abrogari poteſt.*

17. LEGEM Pompejus conſul tulit anno ab U. C. 701. *Dio* XL. *p.* 147. *A. Appian. B. C.* II. *p.* 442. De hac Petron. de mut. reip. n. 322.

Tu legem Marcelle tene.

18. CAPITE i. paragrapho. Gell. II. 15. *Sic capite ſeptimo legis Juliæ priori ex conſulibus faſces ſumendi poteſtas ſit.* Noſt. *Claud.* 23. 2. *Cal.* 40. 5.

19. IN ÆS i. in tabulas, ſive columnas *æneas*, in quas leges priſci Græci & Latini *incidere* ſolebant. Plato Polit. p. 568. E. Ὁ γὰρ Τάλως τρὶς περιῄει τοῦ ἐνιαυτοῦ κατὰ τὰς κώμας, φυλάττων τοὺς νόμους ἐν αὐταῖς, ἐν χαλκοῖς γραμματείοις ἔχων γεγραμμένους τοὺς νόμους· ὅθεν χαλκοῦς ἐκλήθη. *Talos enim ter quotannis omnes pagos luſtrabat, leges eorum obſervaturus, tabulis æreis leges inſculptas circumferens: unde æreus nominatus eſt.* Liv. III. 57. *Priuſquam Urbem conſules egrederentur, leges decemvirales, quibus tabulis* XII. *eſt nomen, in æs inciſas in publico propoſuerunt.* Ideo *legum æra* dicuntur Cicer. Catil. III. 8. Noſt. *Veſp.* 8. 12. V. & *Brod. Miſc.* IV. 12. *Rycq. de Capit. c.* 32. *Auguſt. de LL. c.* 16. *Manut. L. L. c.* 38. *Voſſ. Gramm.* I. 35. *Donat. de Urb. Rom.* II. 9.

20. ÆRARIUM *populus Romanus in æde Saturni habuit.* Feſtus. Noſt. *Claud.* 24. 6. *quod tempore, quo incoluit Italiam, fertur nullum in ejus finibus furtum eſſe commiſſum; aut quia ſub illo nihil erat cujuſquam privatum: aut quia deus ille fructuum, atque agricultura præeſſe creditur.* Macrob. Sat. I. 8. Plutarch. Quæſt. Rom. 40. Πρῶτος ταμιεῖον ἀπέδειξε τὸ Κρόνιον τῶν βασιλέων καταλυθέντων Ὀυαλέριος Ποπλικόλας, πιθόμενος ἐνερκῆ καὶ καταφανῆ καὶ δυσεπιβούλευτον εἶναι τὸν τόπον. *Primus ærarium Saturni ædem fecit poſt exactos Reges Valerius Poplicola, cum ſentiret locum iſtum munitum eſſe, & conſpicuum, atque ab inſidiis tutum.*

21. CONDEBANT IN ÆRARIUM Romani leges, ſenatus conſulta, & contractuum monumenta. Plutarch. Quæſt. Rom. 40. Διὰ τί τῷ τοῦ Κρόνου ναῷ χρῶνται ταμιείῳ τῶν δημοσίων χρημάτων, ἅμα δὲ καὶ φυλακτηρίῳ τῶν συμβολαίων. *Cur Saturni templo utuntur loco ærarii, ibidemque contractuum monumenta adſervant?* Noſt. *Aug.* 94. 3.

22. CORRIGERET ERROREM i. Cæſarem exciperet a lege de abſentibus ab honorum petitione ſummovendis lata. Adjecit enim legi, ut narrat Dio XL. *p.* 147. *B.* abſentibus petere ſolis iis licere, quibus nominatim atque aperte id permitteretur, ὡς ἂν ὀνόματί τε καὶ ἄντικρυς ἐπιτραπῇ. Non puduerat autem illum hanc poteſtatem eodem decreto Cæſari concedere.

23. PROVINCIAS, Gallias, Togatam & Comatam, & Illyricum *c.* 22. 2.

24. PRIVILEGIUM, *populi beneficium* c. 29. 3. quo Cæſari ſoli abſenti licebat petere conſulatum. *Privilegium* eſt lex in *privos* i. ſingulos. *Veteres* enim, ut Gell. X. 20. docet, *priva dixerunt, quæ nos ſingula dicimus.* Eſt itaque *non de univerſis civibus, ſed de ſingulis conceptum.* Cicer. Parad. 4. *Sed quid ego communes leges profero, quibus omnibus es exſul? Familiariſſimus tuus de te privilegium tulit....*

25. COLONOS πεντακισχιλίους, ut tradit Strab. V. p. 147. Comum deduxit Cæſar, & in illis quingentos Græcorum nobiliſſimos.

* 26. ROGATIONE i. lege V. ſupr. 5. 2. §. 10.

* 27. VATINIA, de qua ſupr. 22. 2. §. 6.

28. COMUM *ſitum eſt ad radices Alpium ad Larium lacum.* Strab. IV. p. 133. & 141. Appian. B. C. II. *p.* 443. *Initio mediocre fuit oppidum, ſed Pompejus Strabo Magni pater afflictum a ſupra accolentibus Rhætis inſtauravit. Græci ibi ſedes non poſuerunt, ſed coloniæ iſti nomen reliquerunt, ut Novocomenſes,* Νεοκωμίτας, *appellarentur.* Strab. V. 147.

29. CIVITAS i. jus civitatis, πολιτεία *Straboni & Plutarch. Cæſ. p.* 722. *A.* & non tantum Λατίου δίκαιον, jus *Latii*, quod dicit Appian. Bell. Civ. II. p. 443. *ut qui annuum magiſtratum ibi geſſiſſet, haberet*

adimeretur [10], *quod per ambitionem, & ultra præſcriptum* [11] *data eſſet.*

ret in Urbe jus civium: ἂν ὅσοι κατ' ἔτος ἦρχον, ἐγίγνοντο Ῥωμαίων πολῖται. Quæ quomodo differant, notavi. ſupr. c. 8. 1. §. 3. & 4.

30. Adimisse civitatem Novocomenſibus Marcellum & Lentulum, ἀφῃρεῖτο τῆς πολιτείας dicit Plutarchus. Imo, ut narrant idem & Appianus, Novocomenſium quendam magiſtratu apud ſuos defunctum, ἄρχοντα αὐτοῖς γενόμενον, ut Appianus, ἕνα τῶν ἐκεῖ βουλευτῶν, ut Plutarchus, & ob id civem Romanum habitum, cum Romam venerat, in Cæſaris contumeliam virgis cecidit conſul Marcellus, addens hanc ſe ei inurere notam, quod civis Romanus non eſſet, abiretque, eamque Cæſari oſtenderet.

31. Præscriptum, ut Porphyrio ad. Hor. Od. II. 15. 11. monente Beroaldo eſt præceptum, vocabulo deducto a magiſtris ludi, qui ſcripta pueris dant, & præcipiunt imitari. Senec. Epiſt. 14. *Pueri ad præſcriptum diſcunt.* Noſt. *Ner.* 10. 1. Multa capita habuit lex agraria, & in illis & numerus hominum, quibus ager aſſignaretur, præſcribebatur. Liv. IV. 47. *Senatus priuſquam ab tribunis plebis agrariæ ſeditiones mentione illata de agro Lavicano dividendo fierent, cenſuit frequens coloniam Lavicos deducendam. Coloni ab Urbe mille & quingenti miſſi bina jugera acceperunt.* V. & *Sigon. de ant. jur. Ital.* II. 2.

CAPUT XXIX.

ARG. *Marcellis reſiſtit, defenſores ſibi parat, ſenatum, ne beneficium populi ſibi adimeretur, literis deprecatur, & cum adverſariis paciſci conatur Cajus Julius Cæſar.*

Commotus his [1] Cæſar, ac judicans, quod ſæpe ex eo auditum ferunt, *difficilius ſe principem civitatis a primo* [2] *ordine* [3] *in ſecundum, quam ex ſecundo in noviſſimum detrudi*, ſumma ope reſtitit, partim per interceſſores [4] tribunos [5], partim per Servium Sulpicium [6] alterum conſulem. Inſequenti quoque anno, C. Marcello [7], 1
qui fratri patrueli [8] ſuo Marco in conſulatu [9] ſucceſſerat, eadem tentante, collegam ejus Æmilium Paullum [10], Cajumque Curionem [11] violentiſſimum tribunorum 2

* His, quæ ad ſenatum Claudius Marcellus retulerat ſupr. 28. n. 1. & 3.

2. Primo..... *Non enim his portionibus, quibus ad ſumma perventum eſt, retro itur, ſed ſæpe inter fortunam maximam & ultimam nihil intereſt.* Senec. de Ben. VI. 33. *Certe*, ut idem de tranq. c. 11. *horæ momentum intereſt inter ſolium & aliena genua.* Hinc eundem in modum, quo Cæſar, Scipio Africanus apud Liv. XXXVII. 45. *Regum majeſtatem difficilius ab ſummo faſtigio ad medium detrahi, quam a mediis ad ima præcipitari.*

* 3. Ordine i. loco, ſtatu, conditione. Tacit. Ann. IV. 40. 5. *Falleris Sejane, ſi te manſurum in eodem ordine putas.* Ter. Eun. II. 2. 3.

Conveni quendam mei loci atque ordinis.

* 4. Intercessores. Recte. *Antiquitus enim tribuni creati videntur, non juri dicundo, nec cauſis querelisque de abſentibus noſcendis, ſed interceſſionibus faciendis, quibus præſentes fuiſſent: ut injuria, quæ coram fieret, arceretur.* Gell. XIII. 12. Unde Liv. VI. 37. *Imperium penes Conſules, penes tribunos auxilium fuit.* Fiebat interceſſio uno & ſollenni verbo VETO, ut moneo *Tib.* 2. 10. §. 81.

5. Tribuni Marcello reſiſtebant, τῶν δημάρχων τινὰς ἀντιπράξαι, ut *Dio* XL. *p.* 148. B. quia Cæſari cupiebant, τῇ πρὸς τὸν Καίσαρα χάριτι.

6. Servius Sulpicius, quia pleriſque non probabatur, imperium cuiquam abrogari, antequam ejus tempus exiſſet, nullo ejus exſtante delicto; τινὰ μεταξὺ ἄρχοντα παυθῆναι. *Dio.* * Et ea de cauſa Sulpicii *& æquitatem & prudentiam honorificentiſſime laudaſſe* Cæſarem dicit *Cicer. Fam.* IV. 4.

* 7. C. Marcellum Cæſaris, quanquam cum eo ipſi affinitas (V. ſupr. c. 27. n. 1. §. 3.) intercederet, inimicum ad conſulatum produxit Pompejus. Dio. D. Καὶ διὰ τοῦτο Γάϊόν τε Μάρκελλον ὑπατεύσαι, ἐπειδὴ τῷ Καίσαρι, καίπερ ἐξ ἐπιγαμίας προσήκων.

8. Fratres patrueles ſunt qui ex duobus fratribus ſunt geniti. Cicer. Planc. c. 11. *Non minus illo declararet, quam hic illius frater patruelis.* Liv. XXIX. 30. *Optimum ratus cum fratre patruele gratiam reconciliare.* Spartian. infr. Cal. c. 18. n. 5. §. 10. Hygin. infr. Aug. c. 85. n. 6. §. 17. Unde & *fratres* dicuntur infr. Cal. c. 15. n. 7. ἀνεψιὸν, ἢ καὶ ἀδελφὸν, *patruelem, ſive fratrem* fuiſſe M. Marcelli dicit Dio Græculus. *D.* qui quare hic hæſitaverit, nos docet *Clar. Perizon. Anim. Hiſt. c.* 9. Appian. B. C. II. p. 443. tamen ἀνεψιὸν πρότερον Μαρκέλλου.

* 9. Consul fuit C. Marcellus cum L. Æmilio Paullo anno ab U. C. 703. *Faſti Capitolini, Caſſiodorus*, & *Pigh. Ann. p.* 422.

10. Æmilius Paullus Dioni in ἐπιγραφῇ XL. vocatur *L. Æmilius M. F. Paullus.* Hunc ἐωνήσατο χιλίων καὶ πεντακοσίων ταλάντων, *mille quingentis talentis*, ut *Appian. B. C.* II. *p.* 443. *f. Plutarch. Pomp. p.* 650. *C. Cæſ. p.* 722. B. quæ *nongenta millia Philippicûm* reddunt *Lipſ. de magn. Rom.* II. 12. & *Noriſ. Cenot. Piſ. Diſſert.* II. *p.* 245.

11. Cajus Curio C. Curionis oratoris filius fuit. Hunc

3 rum [12] ingenti mercede defenſores paravit. Sed cum obſtinatius omnia agi videret, & deſignatos etiam conſules [13] e parte diverſa [14], ſenatum literis deprecatus eſt, ne ſibi beneficium populi adimeretur: aut ut cæteri quoque imperatores [15] ab exercitibus diſcederent: confiſus, ut putant, facilius ſe, ſimulatque libuiſſet,
4 veteranos [16] convocaturum, quam Pompejum novos [17] milites. Cum adverſariis autem pepigit [18], ut dimiſſis octo legionibus, Tranſalpinaque [19] Gallia, duæ ſibi legiones [20], & Ciſalpina provincia [21], vel etiam una legio cum Illyrico [22] concederetur, quoad conſul fieret.

Hunc narrante *Dione* XL. *p.* 148. D. ad tribunatum, ut Paullum ad conſulatum promovit Pompejus, ut depoſitis armis privatus, ſimulatque tempus ei conſtitutum exiviſſet, domum redire illorum opera cogeretur Cæſar. Cum hoc in gratiam redire ſtatuit, illumque ære alieno ingenti, quo ob magnam prodigalitatem obſtrictus erat, liberatum ſibi adjunxit Cæſar. Æs illud fuit *ſexcenties ſeſtertium*, ut prodidit *Val. Max.* IX. I. 6. quæ faciunt *quindecim centena millia Philippicum* eidem *Lipſio*.

12. TRIBUNI hujus mores perditos graphice deſcribit *Paterc.* II. 83. 3.

13. CONSULES, ut dicuntur Dioni in ἐπιγραφῇ XLI. *L. Cornelium P. F. Lentulum, & C. Claudium M. F. Marcellum*, quorum poſteriorem M. Marcelli biennio ante conſulis fratrem fuiſſe docet *Cicer. Fam.* IV. 9. & ex Cicerone *Pigh. Annal.* III. *p.* 432. Hos Cæſari infeſtiſſimos fuiſſe docet Hirt. B. G. VIII. 49. 4. *Propterea quod inſolenter adverſarii ſui gloriarentur, L. Lentulum & C. Marcellum Coſſ. creatos, qui omni honore & dignitate Cæſarem exſpoliarent, ereptum Ser. Galbæ conſulatum, quum is multo plus gratia ſuffragiiſque valuiſſet, quod ſibi conjunctus & familiaritate, & neceſſitudine legationis eſſet.*

* 14. PARTE DIVERSA I. factione Pompejana.

15. IMPERATORES, maxime Pompejus. Curionem tribunum, ut aut omnes, qui in armis eſſent, illa ponerent, & exercitus dimitterent, aut ne Cæſar quidem ſuis copiis nudatus adverſariorum potentiæ objiceretur, contendiſſe fuſius docent *Dio* XL. *p.* 150. *A. Appian. B.C.* II. p. 444. Huic autem legi quia Pompejus non erat obtemperaturus, nec Cæſarem quoque, ut iidem addunt, dimittendi exercitus cauſam eſſe habiturum.

* 16. VETERANOS, adeoque uſu armorum continuo induratos, & laboris patientes. Laudat illorum virtutem ipſe *B. G.* I. 40. 15: 42. I. 2. 3.

17. NOVOS, adeoque armorum rudes, & laboris minus patientes. Horum ignaviam taxat ipſe apud Lucan. VII. 270—278.

18. PEPIGIT I. paciſci voluit. Juven. III. 78.

Græculus eſuriens; in cœlum juſſeris, ibit

I. iturum ſe promittet, ut explicat ad hunc locum *Caſaubonus.* Noſt. *Vitel.* 15. 4. Ita *ſancit* I. ſanciendum dixit *Ner.* 5. 6. *præcipuum habuiſſet* I. habere voluiſſet *Galb.* 5. 3.

19. TRANSALPINAM GALLIAM V. 22. 2. §. 7.

20. DUAS LEGIONES.... petiit literis a Curione ſenatui traditis. Cæſ. B. C. I. I. I. Dio XLI. p. 152. D. Appian. B. C. II. p. 447. quibus licet viderentur moderatæ, μετριάζειν δοκοῦντες Plutarch. Cæſ. p. 723. *A.* tamen nihil impetraſſe Cæſarem, ſatis fuſe narrant Dio, Appianus, Plutarchus.

21. CISALPINAM PROVINCIAM V. 22. 2. §. 4.

22. ILLYRICUM V. 22. 2. §. 5.

CAPUT XXX.

ARG. *In citeriorem Galliam tranſit, & Ravennæ ſubſiſtit Cajus Julius Cæſar, bellorumque civilium cauſas exponunt Pompejus, Cato, Aſinius Pollio & Cicero.*

1 Verum neque ſenatu interveniente, & adverſariis [1] negantibus, ullam ſe de Republica facturos pactionem, tranſiit in citeriorem Galliam [2]: conventibuſque [3] peractis Ravennæ [4] ſubſtitit, bello vindicaturus, ſi quid de tribunis plebis [5] in-
2 tercedentibus pro ſe, gravius a ſenatu conſtitutum eſſet [6]. Et prætextum [7] quidem

ADVERSARIORUM Cæſaris ferociam deſcribit *Paterc.* II. 49. §. 2. 3. 4.

2. CITERIOREM GALLIAM V. 22. 2. §. 4.

3. CONVENTUS quid fuerint, dixi ſupr. c. 7. I. §. 6.

4. RAVENNAM V. infr. *Aug.* 20. 3. §. 13.

5. TRIBUNIS PLEBIS, Q. Caſſio Longino, M. Antonio, C. Curione. *Dio* XLI. *p.* 152. *E. Appian. B. C.* II. *p.* 448. *Cæſ. de Bell. Civ.* I. 2. 8.

6. GRAVIUS CONSTITUTUM ESSET. Conſules Marcellus & Lentulus juſſerunt hos tribunos ſenatu excedere, ne forte, quamvis ſacroſancti, violarentur, μὴ δημαρχοῦντες ὅμως πάθοιεν ἀτοπώτερα. *Appianus.* * Dio ibid. p. 153. D. *Graves enim ſententiæ in illos dicebantur. Ut quiſque acerbiſſime crudeliſſimeque dixerat, ita quam maxime ab inimicis Cæſaris collauda*

dem illi civilium armorum hoc fuit: cauſas autem alias fuiſſe opinantur. Cn. Pom- 3
Pompejus ita dictitabat, quod neque opera [8] conſummare, quæ inſtituerat, ne-
que populi [9] exſpectationem, quam de adventu ſuo fecerat, privatis opibus ex-
plere poſſet, turbare omnia, ac permiſcere voluiſſe. Alii timuiſſe dicunt, ne eo- 4
rum, quæ primo conſulatu adverſus auſpicia, legeſque [10], & interceſſiones geſſiſ-
ſet, rationem redere cogeretur: Cum M. Cato identidem, nec ſine jurejuran- 5
do [11], denuntiaret [12], delaturum ſe nomen ejus [13], ſimulac primum exercitum
dimiſiſſet: cumque vulgo fore prædicarent, ut, ſi privatus rediiſſet, Milonis [14]
exemplo circumpoſitis armatis cauſam apud judices diceret [15]. Quod probabilius 6
facit Aſinius Pollio [16], Pharſalica [17] acie cæſos profligatoſque adverſarios proſpici-
entem, hæc eum ad verbum [18] dixiſſe [19], referens [20]: *Hoc voluerunt: tantis rebus*
geſtis C. Cæſar [21] condemnatus eſſem, niſi ab exercitu auxilium petiiſſem. Quidam pu- 7
tant

laudabatur. Cæſ. de Bell. Civ. I. 2. 8. Gravius quid de aliquo conſtituere eſt illi pœnam graviorem ſtatuere.

7. Prætextum neutro genere etiam Tacit. Hiſt. II. 100. 4. *Prætexto claſſem alloquendi*, & Gloſſæ Cyrill. Eſt πρόφασις, & *prætexere*, προφασίζεσθαι, obtendere, colorem quærere, ut explicat *Bud. in Pand. p.* 100. Gloſſæ Cyrilli. *Prætextus*, πρόσχημα, προκάλυμμα. Diſtinguit auctor *prætextum* a cauſis bellorum. Et recte. Nam, ut docet Polyb. III. 6. valde inter ſe diſtant *principium*, *cauſæ*, & *prætextus*, ἀρχὴ, αἰτία, καὶ πρόφασις. Duo poſteriora præcedunt rem univerſam, principium poſtremum eſt eorum, quæ diximus.

8. Opera publica, ut forum *c.* 26. n. 4. & ſi forte alia.

9. Populi, qui exſpectabat munus gladiatorium, & epulum, de quibus 26. 5.

10. Contra leges ſe nihil feciſſe jurabant conſules conſulatu abituri, Plin. Paneg. c. 65. n. 2. *Itaque abiturus conſulatu juraſti, te nihil contra leges feciſſe.* Briſſon. de Form. VIII. p. 715. Hanſen. de Jurejur. Vet. c. 8. Lycklam. de Magiſtrat. c. 6.

* 11. Jusjurandum eſt *religioſa affirmatio.* Cicer. de Off. III. 29. I. interprete *Trellier. de Jurej. c.* I. aſſeveratio, ſive aſſertio rei alicujus, ſive affirmativa, ſive negativa. Μετὰ θείας παραλήψεως φάσις ἀναπόδεικτος. *Cum divina veneratione dictio probationis expers.* Ariſtot. Rhet. ad Alex. c. 18. Ὁμολογία καθοριστικὴ μετὰ προσπαραλήψεως θείας. *Confeſſio definitiva cum divina aſſumptione.* Clem. Alex. Strom. VII. p. 728. D.

12. Denuntiaret I. minaretur. V. Curt. III. I. 6. §. 36.

13. Delaturum nomen ejus I. judicio capitis accuſaturum. Cicer. Verr. I. 6. *Longo intervallo veterem conſuetudinem retuli, & nomen hominis audaciſſimi detuli.* Noſt. *Domit.* 15. 8.

14. Milonis de cæde cum judicaretur, Pompejus præſidiis per totam urbem diſpoſitis, armatis cum militibus ad judicium venerat. V. *Dion.* XL. *p.* 145. *D. Plutarch. Cicer. p.* 878. *D. Appian. B. C.* II. *p.* 440.

15. Causam diceret I. criminibus objectis reſponderet. V. Curt. VII. I. 20. §. 65.

16. Asinius Pollio inſignis fuit hiſtoricus. Suidas: Ἀσίνιος Πωλίων Ῥωμαῖος ἱστορίας Ῥωμαϊκὰς συνέταξεν ἐν βιβλίοις ιζ᾽: οὗτος πρῶτος Ἑλληνικὴν ἱστορίαν Ῥωμαϊκῶς συνεγράψατο. *Aſinius Pollio Romanus hiſtoriæ Romanæ libros ſeptemdecim compoſuit. Hic primus rerum a Græcis geſtarum hiſtoriam Latine conſcripſit.* Belli civilis hiſtoriam ſcripſiſſe monet Horat. Od. II. I. I.

Motum ex Metello conſule civicum.

& n. 10.

Mox ubi publicas
Res ordinaris.

I. ut explicat *Turneb. Adv.* X. 21. ubi bellorum civilium hiſtoriam pertexueris. Laudat illum noſter quoque Gramm. 10. 2. c. 55. n. 7. Aug. c. 43. n. 7. V. & Voſſ. Hiſt. Lat. I. 17.

17. Pharsalica I. commiſſa μεταξὺ Φαρσάλου τε πόλεως καὶ Ἐνιπέως ποταμοῦ. *Appian.* B. C. II. p. 474. *Pharſalum urbem eſſe Theſſaliæ* dicit *Stephanus.* Solin. c. 8. *Theſſaliæ ſunt Pharſalici campi, in quibus civilium bellorum detonuerunt procellæ.* Noſt. *c.* 35. I.

18. Ad verbum, αὐτολεξεί. Cicer. Fin. I. 2. *Fabellas Latinas ad verbum de Græcis expreſſas.* Noſt. 55. 3.

19. Dicunt fere idem ad verbum Auximi decuriones frequentes apud Cæſ. B. C. I. 13. I. *Sui judicii rem non eſſe, neque ſe, neque reliquos municipes pati poſſe, C. Cæſarem imperatorem, bene de republica meritum, tantis rebus geſtis, oppido mœnibuſque prohiberi.*

20. Refert hæc Aſinius apud *Plutarch. Cæſ. p.* 730. *A.*

21. C. Cæſar, eleganter omittitur *ego.* Ita Liv. I. 10. *Hæc tibi victor Romulus rex regia arma fero.* XXX. 30. *Annibal peto pacem.* Senec. Med. n. 171. *Medea fugiam.* Nomen perſonæ quoque, ut ad Senecæ Thyeſten obſervat *Gronovius*, multum addit gravitati ſententiæ, unde Seneca n. 180.

Queſtibus vanis agis
Iratus Atreus.

Quem loquendi modum in ipſis ſacris obſervare licet. Ezech. 24. 24. *Eſt enim Ezechiel vobis oſtento.*

tant captum imperii [22] conſuetudine, penſitatiſque ſuis & inimicorum viribus, u-
8 ſum occaſione rapiendæ dominationis, quam ætate prima concupiſſet. Quod exiſtimaſſe videbatur & Cicero, ſcribens de Officiis tertio libro [23], ſemper Cæſarem in ore habuiſſe Euripidis [24] verſus, quos ſic ipſe [25] convertit.

Nam ſi violandum eſt jus, regnandi gratia
Violandum eſt [26], *aliis rebus pietatem colas.*

22. Imperio *aſſueti*, quod de Tarquiniis Liv. II. 2. *neſciunt privati vivere.* Ita *Miltiades multum in imperiis, magiſtratibuſque verſatus non videbatur poſſe eſſe privatus, præſertim cum conſuetudine ad imperii cupiditatem trahi videretur* apud Nep. 8. 2.

23. Tertio libro c. 21.

24. Euripidis in Phœniſſ. n. 527.
Εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρὴ, τυραννίδος πέρι
Κάλλιστον ἀδικεῖν· τἄλλα δ' εὐσεβεῖν χρεών.
Sunt verba Eteoclis Thebani dominationem affectantis.

25. Ipse Cicero de Offic. III. 21. *Ipſe autem ſocer in ore ſemper Græcos verſus de Phœniſſis habebat, quos dicam ut potero, incondite fortaſſe, ſed tamen ut res poſſit intelligi.*

26. Regnandi gratia violandum est. Senec. Phœn. IV. 220.

Pro regno velim
Patriam, penates, conjugem flammis dare.
Imperia pretio quolibet conſtant bene.

CAPUT XXXI.

ARG. *Spectaculo & convivio intereſt, ludi formam conſiderat, occultum iter ingreditur, & cohortes clam præmiſſas conſecutus conſiſtit, & quid moliretur reputat Cajus Julius Cæſar.*

1 Quum ergo ſublatam tribunorum interceſſionem [1], ipſoſque Urbe ceſſiſſe [2] nuntiatum eſt, præmiſſis confeſtim clam cohortibus, ne qua ſuſpicio moveretur, & ſpectaculo publico per diſſimulationem interfuit, & formam [3], qua ludum [4] gladiatorium erat ædificaturus, conſideravit [5], & ex conſuetudine convivio ſe fre-
2 quenti dedit [6]. Dein poſt ſolis occaſum [7], mulis [8] e proximo piſtrino [9] ad vehiculum

Sublatam intercessionem conqueritur ipſe B. C. I. 5. 1. *Hic de cauſis aguntur omnia raptim, atque turbate: neque docendi Cæſaris propinquis ejus ſpatium datur, nec tribunis plebis ſui periculi deprecandi, neque etiam extremi juris interceſſione retinendi, quod L. Sylla reliquerat, facultas tribuitur.*

2. Urbe cedere tribunos juſſerat Lentulus conſul, priuſquam ſententiæ perferrentur, πρὶν τὰς ψήφους διενεχθῆναι. *Dio* XLI. *p.* 153. *D.* Proripuerunt ſe Antonius, Curio, & Caſſius, & ſumma celeritate ad Cæſarem proxima nocte contenderunt, vehiculo meritorio, tecti ſervili habitu, λαθόντες ἐχώρουν ἐπὶ ὀχήματος μισθωτοῦ, θεραπόντων ἐσθῆτας ἐνδύντες. *Appian. B. C.* II. *p.* 448. *Plutarch. Cæſ. p.* 723. *A.* qui addunt Cæſarem hoc ipſo cultu illos oſtendiſſe militibus, quoque magis exaſperaret, adjeciſſe, ipſos tam bene meritos haberi pro hoſtibus, & tam eximios viros ignominioſe ejectos ideo, quod auſi ſint pro eis liberam vocem emittere.

* 3. Formam i. futuri ædificii delineationem. Vulgo *modellum* appellant, ex ligno, vel alia materia confici ſolitum, ut ex eo minimo impendio, nulloque incommodo, deprehenſa errata priuſquam ipſum opus fiat, caſtigentur. Noſt. Ner. 16. 1. Hinc *formam ſcribere*, eſt operis ſpeciem deſcribere. Plin. Epiſt. x. 39. 5. *Ut formam ſecundum rationem loci ſcribas.* Gell. XIX. 10. *Aſſiſtebant fabri ædium, & oſtendebant depictas in membranulis varias ſpecies balnearum, ex quibus cum elegiſſet unam formam ſpeciemque operis.* Et *formare* modellum facere. Vitruv. Præf. II: *Athon montem formavi in ſtatuæ virilis figuram.* Stat. Sylv. III. I. 117.

Conſcripta formatur imagine tela.

Eſſe quam *ichnographiam*, & *orthographiam* vocat Vitruv. I. 2. putant *Turneb. Adv.* III. 22. & *Torrentius.* Sed illos refellit *Berneggerus.*

* 4. Ludum gladiatorium. Erat tum temporis Cæſar Ravennæ. ſupr. 30. 1. Sed ibi ob loci ſalubritatem gladiatores ali, atque exerceri juſſerant principes Romani. Strab. v. p. 148. Ὥστε ἐνταῦθα τοὺς μονομάχους τρέφειν καὶ γυμνάζειν ἀπέδειξαν οἱ ἡγεμόνες.

5. Consideravit i. examinavit, inſpexit. V. Curt. VII. 5. 31. §. 67. Imo, ſi fides habenda eſt *Plutarcho*, diem in publico traduxit, gladiatoribus exercentibus ſe aſſiſtens ſpectator, τὴν ἡμέραν διῆγεν ἐν φανερῷ, μονομάχοις ἐφεστὼς γυμναζομένοις καὶ θεώμενος.

6. Convivio se dedit paullo ante veſperam. Plutarchus C. Μικρὸν πρὸ ἑσπέρας θεραπεύσας τὸ σῶμα, παρελθὼν εἰς τὸν ἀνδρῶνα καὶ συγγινόμενος βραχέα τοῖς κεκλημένοις ἐπὶ τὸ δεῖπνον. *Paullo ante veſperam curato corpore convivium ingreſſus hæſit paulliſper apud convivas.*

7. Post

hiculum [10] junctis [11], occultiſſimum iter modico comitatu ingreſſus eſt: &, cum luminibus [12] extinctis [13] deceſſiſſet via, diu errabundus [14], tandem ad lucem [15] duce [16] reperto, per anguſtiſſimos tramites [17] pedibus evaſit: conſecutuſque cohortes [18] ad Rubiconem [19] flumen, qui provinciæ ejus finis erat, paullum conſtitit, ac reputans quantum [20] moliretur, converſus ad proximos [21], *Etiam nunc* [22], inquit [23], *regredi poſſumus: quod ſi ponticulum tranſierimus, omnia armis agenda erunt* [24].

7. Post solis occasum i. ubi jam erat nox, ἤδη συσκοταζοντ@-. *Plutarchus*, ſurrexit, & e convivio diſceſſit quaſi corpore male affectus, ὡς τὸ σῶμα ἐνοχλούμενος, & amicos ibi relictos convivium peragere juſſit. *Plutarchus* & *Appianus*.

8. Muli, ut aſini, molis farinariis jungi ſolent. Iſidor. xii. 1. *Mulus a Græco tractum vocabulum habet. Græce enim quod jugo piſtorum ſubactus, tardas molendo ducat in gyrum molas.* Μύλη enim mola eſt, ut docet quoque *Scheff. de re vehic.* i. 8.

9. Pistrinum V. infr. *Aug. c.* 4. 4. §. 17.

10. Vehiculum meritorium, μισθίων ζευγῶν ὑποζυγίων. *Plutarchus*.

11. Jungi dicuntur jumenta, quæ quocunque modo ad vehicula firmabantur. Funis enim, μεσόντιον erat inter illa, & alterum alteri alligabat, ne libere poſſent evagari, & uno frenis adducto, ſimul reliqui adduci. *Scheff. de re vehic.* i. 12.

12. Lumina vel faces, nocturna itinera dum ingrederentur, ſibi præferebant veteres. Varr. R. R. i. 14. *Naturale ſepimentum prætereuntis laſcivi non metuet facem ardentem.* Ovid. Metam. i. 493.

Ut facibus ſepes ardent, quas ferte viator
Vel nimis admovit, vel jam ſub luce reliquit.

Idem diluculum deſcribens Faſt. iv. 167.

Semuſtamque facem vigilata nocte viator
Ponet.

Noſt. *Aug.* 29. 9. V. *Turneb. Adv.* iii. 22. *Popm. in Cicer. Attic.* xvi. 13. & *Caſaubonum* hiſce de *laternis ſurdis* plura addentem.

13. Extinguebantur ſæpius lumina, & aberrabant viatores, licet ne vento cederent, magna cum cura curarent. Plutarch. Pyrrho. περιιόντι δὲ αὐτῷ μακρὰν καὶ δασεῖαν ὕλαις ὁδὸν, οὐκ ἀντεῖχε τὰ φῶτα, καὶ πλάναι τοῖς στρατιώταις συνέτυχον. Ideoque lychnuchis e pelle, in eum uſum comparatis, ut ventorum vim ferre & defendere poſſent, uſos eſſe veteres monet *Caſaubonus*.

*14. Errabundus i. errans. Quid ſibi velit extrema ſyllaba particula nominum in *bundus* deſinentium abunde dixi ad Curt. ix. 5. 10. §. 20.

15. Ad lucem i. paullo ante lucem, ſub diei exortum. *Ad* pro ante. Plaut. Pſeud. i. 5. 116.

Effectum hoc reddam ad veſperum.

16. Duce itineris. Hac voce ſimpliciter utuntur ſcriptores. Juſtin. xxxviii. 9. 5. *Ducibus pecunia comparatis Babylonem pervenerat.* Liv. xxii. 13. *Annibal vocatum ducem percunctatur, ubi terrarum eſſet.*

17. Tramites *ſunt convalles, quæ de lateribus utrinque pervia limitant montes: quæ ſolent etiam ſaltus nuncupari.* Serv. Georg. i. 108. Semitæ quoque ſunt & viæ anguſtæ. Gloſſ. Cyrilli: *trames, via anguſta*, ὁδὸς στενὴ, ἀτραπός. Liv. ii. 39. *Inde in Latinam viam tranſverſis tramitibus tranſgreſſus.* Noſt. *Aug.* 16. 7.

18. Cohortes cum Hortenſio præmiſſas ad occupandum Ariminum. *Plutarch. Cæſ. p.* 723. *C. Appian. B. C.* ii. *p.* 449.

19. Rubico, Ῥουβίκων *amnis eſt, qui Calliam Ciſalpinam a cætera Italia ſecernit.* Plutarchus. Unde *finis eſt Galliæ* Cicer. Phil. vi. 3. Idem dicit Vibius Sequeſter. *Rubicon Galliæ juxta Ariminum olim dividens Galliam ab Italia.* Lucan. i. 216.

——— *& Gallica certus*
Limes ab Auſoniis diſterminat arva colonis.

De *Rubicone* plura *P. Merul. Coſm.* ii. 4. *p.* 565. *Gaud. Merul. Gall. Ciſalp.* i. 2. *Sigon. de jur. Ital.* i. 26. *Savaro in Sidon. Epiſt.* i. 5. *Cluver. Ital.* i. 22. §. 2: 23. §. 25. Cui vulgo vocatur *Rugone*, *Rigone*, & corruptius nonnullis accolis *Urgone*. *Piſſatellus* eſt *Leand. Ital. p.* 457. *Gaud. Merul. l. l.* Vibius Sequeſter non eſt audiendus, qui putat eum eſſe fluvium, qui Varus appellatur inter Arionetium, & Niceam in extremis Liguriæ finibus. *Gaud. Merul.* l. l.

20. Quantum ſc. bellum, quantam rem. Κατεσκέψατο ſapere monet *Caſaubonus*.

21. Proximos i. amicos, inter quos Aſinius Pollio. *Plutarch. Cæſ. p.* 723. *E.*

22. Etiam nunc.... Cæſaris verba ita narrat Appianus *B. C.* ii. p. 449. Ἡ μὲν ἐπίσχεσις, ὦ φίλοι, τῆς δὲ τῆς διαβάσεως ἐμοὶ κακῶν ἄρξει· ἡ δὲ διάβασις, πᾶσιν ἀνθρώποις: *amici hunc tranſitum ſi inhibuero, væ mihi; ſi tranſiero, væ univerſis mortalibus.* Plutarchus ad hunc modum: ἡλίκων κακῶν ἄρξει πᾶσιν ἀνθρώποις ἡ διάβασις, ὅσον τε λόγον αὐτῆς τοῖς αὖθις ἀπολείψουσι: *tranſitus ſuus quanta mortalibus eſſet allaturus mala, & quantum de eo ſermonis eſſent poſteris relicturi.*

23. Inquit εἰς τὸ ῥεῦμα ἀφορῶν: *in flumen oculos convertens.* Appianus.

24. Omnia armis agenda erunt: quia ducibus a bello redeuntibus abſque S. P. Q. R. auctoritate cis Rubiconem arma ferre non fuit licitum. Docet hoc edictum vetuſtiſſimum, quod in Rubiconis ripa vidit & deſcripſit in Orthographia ſua Aldus Manutius.

. . . . NEC CITRA
HUNC. AMNEM. RUBICONEM
SIGNA. ARMA. DUCTUM. CO
MEATUM. EXERCITUMQUE. TR
ADUCITO. . . . .

V. & *Merul. Coſmog.* ii. 4. ii. *p.* 565. *Crinit. de Honeſt. diſcipl.* xii. 5.

CAPUT XXXII.

ARG. *Oſtento monitus Rubiconem tranſit Caius Julius Cæſar.*

1 Cunctanti oſtentum [1] tale factum eſt. Quidam eximia [2] magnitudine & forma, in proximo ſedens, repente apparuit, arundine [3] canens: ad quem audiendum, cum præter paſtores, plurimi etiam ex ſtationibus [4] milites concurriſſent, interque eos & æneatores [5], rapta ab uno [6] tuba [7] proſiluit ad flumen: & ingenti ſpiri-
2 tu claſſicum [8] exorſus pertendit ad alteram ripam. Tunc Cæſar, *Eatur* [9], inquit, *quo deorum oſtenta* [10], *& inimicorum iniquitas* [11] *vocat: Jacta eſt alea* [12], inquit [13].

OSTENTUM Labeo definit, ut inquit Ulpian. Digeſt. L. 38. *omne contra naturam cujuſque rei genitum, factumque.* Cicer. de Divin. I. 42. *Quorum quidem vim, ut tu ſoles dicere, verba ipſa prudenter a majoribus poſita declarant. Quia enim oſtendunt, portendunt, monſtrant, prædicunt, oſtenta, portenta, monſtra, prodigia dicuntur.* In bonam ſumitur partem pro indicio *Veſp.* 5. 1.

2. EXIMIA I. ſingulari, non vulgari. V. Curt. III. 3. 11. §. 46.

3. ARUNDINE I. fiſtula ex *arundine* facta. Prop. II. 25. 34.

Thyrſin, & attritis Daphnin arundinibus.

4. STATIO eſt manipulus militum in excubiis poſitus. Inde.... I. ex iis, qui *ſtationes*, agebant. V. Curt. V. 4. 21. §. 60.

5. ÆNEATORES Feſto *cornicines dicuntur*, I. *cornu canentes.* Inde generaliter qui claſſicum canunt etiam tuba. Gloſſæ: *æneator σαλπιγκτής.*

6. UNO I. quodam. Cicer. Attic. IX. 12. *Hæc res me torquet, quod non Pompeium tanquam unus manipularis ſecutus ſim.* V. & *Sciopp. in Voſſium* §. 51. *Lyd. Anal. Hiſt. paſſ. p.* 5.

7. TUBAM depinxi ad Curt. III. 1. 23. §. 55.

8. CLASSICUM *dicimus & tubam ipſam & ſonum.* Serv. Æn. VII. p. 637. Veget. II. 22. *Claſſicum appellatur, quod buccinatores per cornu dicunt. Hoc inſigne videtur imperii, quia claſſicum canitur Imperatore præſente, vel cum in militem capitaliter animadvertitur.* Plura de *claſſico* Valtrin. de re mil. III. 14. Laz. Comm. R. R. IV. 11.

9. EATUR. Audacia enim & magna facinora facienda ajebat, non deliberanda. Τῶν δὲ τολμημάτων τὰ παράβολα καὶ μεγάλα πράττειν ἔφη δεῖν, ἀλλὰ μὴ βουλεύεσθαι. *Plutarch. Apophth.* II. *p.* 206. *B.*

10. DEORUM OSTENTA, quæ in ſpes ſuas pronus pro ſe interpretatur Cæſar. *Homines enim libenter id, quod volunt, credunt.* Cæſ. B. G. III. 18. 6. quod Græce dicit Heliod. Æthiop. II. ὅς ἕκαστος ἔχει βουλήματος, οὕτω καὶ ὑπολαμβάνει.

11. INIMICORUM INIQUITAS, de qua& ipſe *B. C.* I. 7. & 9.

12. JACTA EST ALEA I. rem omnem fortunæ arbitrio committimus. *Alea* enim ludus eſt magis fortunæ, quam artis. Hinc τύχης κύβος I. *fortunæ alea* apud Niceph. Gregor. IV. 8. Καὶ μετὰ πολλὰς τὰς τοῦ πολέμου στροφὰς, καὶ τοὺς τῆς τύχης κύβους τὰ Ῥωμαίων νικᾶται στρατεύματα. *Et poſt multas belli viciſſitudines, ac variam fortunæ aleam, Romani vincuntur.* Petron. de mut. reip. n. 197.

Judice fortuna cadat alea.

& *fati alea* Lucan. VI. 9. & 904. Et *ludo ſimilem eſſe hominum vitam* dicit Socrates apud *Stob. ſerm.* 121. πεττείᾳ τοι ἔοικεν ὁ βίος. Græce exclamaſſe Cæſarem dicit *Plutarch. Pomp. p.* 651. *C.* Ἑλληνιστὶ πρὸς τοὺς παρόντας ἐκβοήσας, ἀνερρίφθω κύβος. Qui & idem dictum refert *Cæſ. p.* 723. *E. Apophth.* II. *p.* 206. *B.* relatum quoque ab *Appiano B. C.* II. *p.* 449. *Apoſtol. Prov.* III. 32. Hoc adagium explicant quoque *Souter. Palam.* I. 30. *Demſt. A. R.* V. 1. *Eraſm. Adag. p. m.* 228. *Calvin. in Senec. de Clem. p.* 13. *Galeagn. de Teſſer. p.* 294. & *Caſaubonus.*

13. INQUIT connivens mente, atque obtegens oculos ad periculum, μύσας τῷ λογισμῷ, καὶ παρακαλυψάμενος πρὸς τὸ δεινόν. *Plutarch. Pomp. p.* 651. *C.*

CAPUT XXXIII.

ARG. *Fidem militum invocat, & ſingulis equeſtres cenſus pollicitus exiſtimatur Caius Julius Cæſar.*

Atque ita trajecto exercitu, adhibitis tribunis plebis [1], qui pulſi ſupervenerant, pro concione fidem [2] militum flens, ac veſte a pectore diſciſſa [3], invocavit. Exiſti-


1 TRIBUNIS PLEBIS..... Quinam illi fuerint, dictum *ſupr.* 31. 1. §. 2.

2. FIDEM I. opem, auxilium *militum invocare* ſollenne Romanorum ducum erat. Tacit. Hiſt. II 9. 2. *Fidem ſuorum quondam militum invocans.* Hirt. B. G. VIII. 48. 3. *Tum repente omnium ſuorum cominus invocat fidem atque auxilium.* Ita *hominum fidem implorant* damnati apud noſtr. Tib. 75. 3.

3. VESTE DISCISSA. V. *Aug.* 52. 3. §. 13.

4. EQUESTREM CENSUM I. tantam pecuniam, quantam, *eques* ut eſſet, habere debebat Romanus. Quæ quanta fuerit, docebit §. 13. *Cenſu* vero legebantur equites. Senec. de Ben. III. 7. *Quem cenſus in album & equeſtris hæreditas miſit.* Plin. præf. XIV. *Poſt-*

Digitized by Google



ADLOCUTIO COHURTIUM.

Digitized by Google

Exiſtimatur etiam equeſtres cenſus [4] pollicitus ſingulis: quod accidit opinione fal- 2
ſa [5]. Nam cum in alloquendo exhortandoque, ſæpius digitum [6] lævæ [7] manus 3
oſtentans, affirmaret ſe ad ſatisfaciendum omnibus, per quos dignitatem [8] ſuam defenſurus eſſet, anulum quoque æquo animo detracturum [9] ſibi; extrema concio [10], cui facilius erat videre concionantem, quam audire, pro dicto [11] accepit quod viſu ſuſpicabatur, promiſſumque jus anulorum [12] cum millibus quadringenis [13] fama [14] diſtulit [15]

Poſtquam ſenator cenſu legi cœptus, judex fieri cenſu, magiſtratum ducemque nil magis exornare quam cenſus. * Hujus nomine annuum reditum, ita ut nullus in quatuordecim ſedere potuerit, niſi qui ex bonis ſuis quotannis decem coronatorum millia conficeret, intelligunt *Adrianus Turnebus* & *Jacobus Mazzonius*: Sed bona omnia, & ſubſtantiam familiarem, ut nemo eques eſſe potuerit, qui in bonis decem millia coronatorum non haberet. *Octav. Ferrar. Elect.* I. 20.

5. Opinione falsa ex geſtibus ortum errorem ſimilem prodit Flor. III. 14. 7. *Inde quum in Capitolium profugiſſet Tiberius Gracchus, plebemque ad defenſionem ſalutis ſuæ, manu caput tangens hortaretur, præbuit ſpeciem regnum ſibi & diadema poſcentis.*

6. Digitum minimo proximum. Huic enim anulum inſeruerunt veteres *a quaſi aptiori cæteris, cui commendaretur anuli pretioſitas, & qui ab utroque,* medio & minimo *clauditur, & minus officii gerit, & ideo ſervando anulo magis accommodatus eſt.* Macrob. Sat. VII. 13. β. *quod inſectis apertiſque humanis corporibus repertum eſt, nervum quendam tenuiſſimum* (quod tamen diligens & accurata corporum humanorum hodierna negat ἀνατομὴ) *ab eo uno digito ad cor hominis pergere & pervenire. Propterea non inſcitum viſum eſſe, eum potiſſimum digitum tali honore decorandum, qui continens, & quaſi connexus eſſe cum principatu cordis videretur.* Gell. X. 10. Macrob. Sat. VII. 13. Alex. Gen. II. 19. V. & *Plin.* XXXIII. I. *Kirchm. de anul.* c. 4.

7. Lævam anulorum fuiſſe ſedem docent Plin. XXXIII. I. *Manus & prorſus ſiniſtra maximam auctoritatem conciliavere auro.* Sil. Ital. XI. 535.

Quos ſignum illuſtre ſuperbis
Mos læva geſtare viris.

Cum uſus luxuriantis ætatis ſignaturas pretioſis gemmis cœpit inſculpere & certatim hæc omnis imitatio laceſſivit, ut de augmento pretii, quo ſculpendos lapides paraſſent, gloriarentur. Tunc *uſus anulorum exemptus dextera in lævam eſt relegatus;* quia *a dextera multum negotiorum gerit, læva otioſior, ne crebro motu, & officio manus dexteræ pretioſi lapides frangerentur.* Macrob. Sat. VII. 13. β. *quiſquis primus inſtituit* anulos geſtare, *cunctanter id fecit, lævique manibus ac latentibus induit.* Plin. XXXIII. I. dum propter rei novitatem & inſolentiam in propatulo geſtare illos erubuit. Antea vero, ut addit Macrobius, *geſtabantur, ut quiſque vellet, quacunque manu,* etiam dextera, ut oſtendit Jeremias ſic loquentem Deum inducens c. 22. n. 24. *Etiamſi eſſet Conia anulus ſignatorius in manu mea dextra, inde evellam eum.* V. & *Kirchm. de anul.* c. 4. *Licet. Quæſ. Epiſt.* 6. *Piccart. Clar. Vir. Epiſt.* p. 183.

8. Dignitatem V. illam ſupr. 16. 3. §. 16.

9. Anulum detracturum I. pro milite ſe quidvis facturum, ad extremam paupertatem redigendum; ita ut *anulum* bonorum noviſſimum oppignerare, aut abalienare non dubitaturus eſſet. Juven. XI. 43.

Talibus a dominis poſt cuncta noviſſimus exit
Anulus, & digito mendicat Pollio nudo.

10. Extrema concio I. milites in *extrema concionis* parte ſtantes. *Concio* enim eſt populi cœtus. Cicer. ad Attic. XV. I. *Brutus noſter miſit ad me orationem ſuam habitam in concione Capitolina.* Reliqua vocis ſignificata denarrat *Gell.* XVIII. 6.

11. Pro dicto I. quaſi publice eſſet indictum & pronuntiatum.

12. Jus anulorum I. ordini equeſtri eſſe tranſcribendam. *Anulus* enim aureus peculiare equitum fuit ornamentum. Plin. XXXIII. I. *Anuli diſtinxere alterum ordinem à plebe, ut ſemel cœperunt eſſe celebres, ſicut tunica ab anulis ſenatum tantum.* Liv. XXIII. 12. *Effundi in veſtibulo curiæ juſſit anulos aureos. Adjecit deinde verbis, quo majoris cladis indicium eſſet, neminem niſi equitem atque eorum ipſorum primores id gerere inſigne.* Noſt. *Vitel.* 12. 3. *Galb.* 10. 4.

13. Quadringena millia ſeſtertium erant cenſus equeſtris. Plin. XXXIII. 2. *Hac de cauſa conſtitutum, ne cui jus id eſſet, niſi cui ingenuo ipſi, patri, avoque paterno ſeſtertia* CCCC *cenſus fuiſſet.* Illo conſumpto equeſtris dignitatis inſignia perdidiſſe dicebantur. Cicer. pro Sext. c. 51. de Gellio equite, ſed decoctore: *Indignus ordine equeſtri, cujus nomen retinet, ornamenta confecit,* & equites eſſe deſinebant. Horat. Epiſt. I. I. 57.

Si quadringentis ſex ſeptem millia deſunt,
Plebs eris

Nobis hic cenſus explet decem millia Philippicorum, ut *Gruter. in Senec. de Ben.* III. 7. & *Rader. in Mart.* V. 26. I. ſive coronatorum Gallicorum 10000, ut *Snell. de re numm.* p. 70. illam ad noſtram transferunt monetam. V. etiam ſupr. §. 4. * Fabri Sem. III. 23. hujus loci enarrationem prolixe refert & refellit *Berneggerus.*

14. Fama ſextus eſt caſus, ut recte *Caſaubonus.* Ita & Tacit. Ann. I. 4. 2. *pars multò maxima imminentes dominos variis rumoribus differebant.*

15. Distulit extrema concio, διεφήμισε, I. divulgavit. Noſt. *Aug.* 14. 2.

C A-

CAPUT XXXIV.

ARG. *Piceno, Umbria, Etruria occupatis, & L. Domitio in deditionem redacto Brundiſium tendit, & Romam iter convertit, treſque Pompeji legatos invadit Cajus Julius Cæſar.*

1.2 Ordo & ſumma rerum, quas deinceps geſſit, ſic ſe habent. Picenum [1], Umbriam [2], Etruriam [3] occupavit: & L. Domitio [4], qui per tumultum [5] ſucceſſor ei nominatus Corfinium [6] præſidio [7] tenebat, in deditionem [8] redacto atque dimiſſo [9], ſecundum [10] ſuperum [11] mare Brundiſium [12] tetendit, quo conſules, Pompejuſque confugerant, quam primum transfretaturi [13]: hos fruſtra [14] per omnes moras [15] exitu prohibere [16] conatus, Romam iter convertit [17]: appellatiſque

Picentiam ex Phlegonte Πίκεντον vocat *Stephanus*. *Quinta regio eſt* Plinio. *Orti ſunt Picentes a Sabinis voto vere ſacro* III. 13. a quibus *migrarunt pico ave iter ductoribus monſtrante, unde nomen genti.* Strab. v. p. 166. Picus hic *in vexillo eorum conſedit.* Feſtus. Hodie vocatur *la Marca d'Ancona*, ut ad *Stephanum* monet *Pinedo*. V. & *Pigh. Ann.* I. p. 456. *Leand. Ital. p.* 418. Omnem agrum *Picenum* percurriſſe, & in illo ab *Auximatibus*, *Cingulanis* & *Aſculanis* ſe receptum eſſe narrat ipſe *Cæſar B. C.* I. 15. 1.

2. Umbria *regio eſt Tuſcia* Serv. Georg. II. 146. Æn. XII. 753. *ſexta regio, gens antiquiſſima* Plin. III. 14. περὶ τὸν Ἀδρίαν κόλπον; μέση τοῦ Πάδου καὶ Πικεντινῆς *Stephano*. Gallorum eſſe propaginem *Umbros*, &, quod tempore aquoſæ cladis imbribus ſuperfuerint, eſſe dictos, licet aſſerant *Servius*, *Solin. c.* 2. *Plinius*. *Iſid.* IX. 2: XI4. 4. negat *Cluver. Ital. Ant.* II. 4. Hodie vocatur *Ducatus Spoletinus*. De illa & *Merul. Coſm.* II. 4. 24. *Leand. Ital. p.* 129...432. In illa Piſaurum, Fanum, Anconam ſingulis cohortibus occupavit, ut ipſe narrat *B. C.* I. 12. 1.

3. Etruria ſeptima eſt Italiæ regio. Illam ab Umbris ac Sabinis dirimit Tiberis. *Plin.* III. 1. Veteres Pelaſgi, qui inſederunt in Italia, ita vocarunt Italiæ nobilem partem montoſam. Ὄθρυες enim montes. *Scalig. in Varr. p.* 201. Hodie vocatur *Toſcana*.

4. L. Domitius qui fuerit, dicit, & genealogiam ejus contexit noſt. *Neron.* 2.

5. Per tumultum i. nullis habitis comitiis, *per factionem* noſter Ner. 2. 5. Cæſaris enim literis a Curione novis conſulibus, de quibus 29. 3. §. 8. traditis & recitatis, cum perventum eſſet ad illa verba: καὶ τιμωρὸς αὐτίκα τῇ πατρίδι, καὶ ἑαυτῷ κατὰ τάχος ἀφίξεσθαι, *ſe illico venturum ultorem & patria, & ſibi, conclamatum eſt denuntiari bellum, & juſſus ei ſuccedere L. Domitius.* Appian. B. C. II. 448.

6. Corfinium Pelignorum fuit caput. *Strab.* v. *p.* 167. *Paterc.* II. 16. 4. Antiquæ urbis ruinæ in Sulmonenſis agri planitie hodieque ſunt. Agri circumjecti appellantur *Campi di S. Pelino*: quia huic divo templum in iis dicatum eſt. *Cluver. Ant. Ital.* II. 13. 4. De hac etiam urbe *Leand. Ital. p.* 396.

7. Præsidio, triginta cohortibus. *Plutarch. Cæſ. p.* 724. *D. Cæſ. B. C.* I. 17. 2.

8. In deditionem redegerit quomodo Cæſar Domitium, docent ipſe *B. C.* I. 16–20. & *Appian. B. C.* II. p. 451.

9. Dimisit Domitium Cæsar, *ſperans*, ut addit Appianus, *beneficio devinctum apud ſe manſurum, non tamen prohibens ad Pompejum ire.*

10. Secundum mare i. juxta littus maris, via prope mare. Cicer. Attic. XVI. 8. *Legiones Macedonica iter ſecundum mare ſuperum faciunt.*

11. Superum i. Adriaticum, & hodie *Golfo di Venetia*. Plutarch. in Camill. p. 136. B. τὴν μὲν γὰρ βόρειον θάλασσαν, Ἀδρίαν καλοῦσιν, ἀπὸ Τυρρηνικῆς πόλεως Ἀδρίας. Liv. v. 33. *Tuſcorum ante Romanum imperium late terra marique opes patuere. Mari ſupero inferoque, quibus Italia inſula modo cingitur, quantum potuerint, nomina ſunt argumento, quod alterum Tuſcum, communi vocabulo gentis, alterum Adriaticum mare ab Adria Tuſcorum colonia vocavere Italicæ gentes. Superum* vero, quod, ſi inferum ſpectetur, orientalius; vel, ut alii, arctico polo vicinius, ubi pars mundi putatur *ſuperior*. V. *Merul. Coſm.* I. 3. 7. Noſt. *c.* 44. 5. *Aug.* 49. 2.

12. Brundisium *quidam poeta brevitatis cauſa Brendam dixerunt.* Feſtus. *Urbs eſt juxta Adriam* Stephano. *Sallentinorum caput* Flor. I. 20. 1. Βρεντέσιον, Βρεντήσιον, Βρυνδίσιον & Βρεντεσίον dicitur. Incolis vulgo *Brindiſi*. Refert formam cervini capitis, quod, ut *Stephanus* & *Strab.* VI. *p.* 195. Meſſapiorum lingua *brenteſium* dicitur. De hac urbe plura *Cluver. Ital. Ant.* IV. 13. 16. *Merul. Coſm.* II. 4. 32. *Leand. Ital. p.* 358. *Gerbel. Græc.* IV. *p.* 114.

13. Transfretaturi i. fretum tranſmiſſuri, ut explicat *Gell.* x. 26. Plin. Paneg. 81. 4. *Remiſque tranſfretare obſtantia freta.* Ex portu vero Brundiſino rectus erat trajectus, εὐθύπλους in Græciam. *Strab.* VI. *p.* 195. & *Lucan.* II. 623.

14. Frustra, quia *per obſeſſi clauſtra portus nocturna fuga evaſit* Pompejus. *Flor.* IV. 2. 20.

15. Moras i. loca anguſtiora, quæ abeuntem *morantur*. Stat. Theb. x. p. 519.

Solvitur interea vallum, primaque recuſant
Stare mora.

16. Exitu prohibere i. ad exeundum non tranſmittere.

que [18] de Republica patribus [19], validiſſimas Pompeji copias, quæ ſub tribus legatis M. Petrejo, & L. Afranio [20], & M. Varrone [21] in Hiſpania erant, invaſit: profeſſus [22] ante inter ſuos, *ire ſe ad exercitum ſine duce* [23], *& inde reverſurum ad ducem ſine exercitu* [24]. Et quamquam obſidione Maſſiliæ [25], quæ ſibi in itinere 3
portas clauſerat, ſummaque frumentariæ rei penuria retardante, brevi tamen omnia ſubegit.

mittere. Juſtin. I. 8. 2. *Cum prohibere eos tranſitu Araxis fluminis poſſet, tranſire permiſit.* *Exitus* enim, *adminiſtrationesque Brundiſini portus impedire inſtituit*, illorumque *operum rationem* latius explicat *Cæſ. B. C.* I. 25. 5—10.

17. Iter convertit γεγονὼς ἐν ἡμέραις ἑξήκοντα πάσης ἀναιμωτὶ τῆς Ἰταλίας κύριος. *Plutarch. Cæſ. p.* 725. *A.*

18. Appellatis i. comiter compellatis, τούτοις μὲν ἐπιεικῆ καὶ δημοτικὰ διελέχθη. *Plutarchus.* ἐδημηγόρησε πολλὰ καὶ ἐπιεικῆ. *Dio* XLI. *p.* 160. *C.* Orationis materiam denarrat ipſe *B. C.* I. 32.

19. Patribus extra pomerium ab Antonio & Longino convocatis. Dio: Τῆς γερουσίας οἱ ἔξω τοῦ πωμηρίου ὑπό τε τοῦ Ἀντωνίου, καὶ ὑπὸ τοῦ Λογγίνου παρασκευασθείσης, ἐκπεσόντες γὰρ ἐξ αὐτῆς, τότε αὐτὴν ἤθροισαν. *Senatu extra pomerium ab Antonio & Caſſio conducto: ita qui prius ſenatu ejecti fuerant, tunc eundem convocabant.*

20. M. Petrejum et L. Afranium Ilerdæ, quæ Hiſpaniæ citerioris urbs, caſtra habentes, inter duo flumina, Sicorim & Cingam obſedit, & ab oppido interclusit, & cedentes ad Celtiberiam conſequutus, aggere & vallo, ac per hæc ſiti ad deditionem compulit Cæſar. *Flor.* IV. 2. 26. 28. *Plutarch. Cæſ. p.* 725. *C. D.* De quo prælio plura *Dio* XLI. *p.* 162. 163. 164. *Appian. B. C.* II. *p.* 453. 454. *Cæſ. B. C.* I. 38....

21. M. Terentius Varro, qui ulteriorem Hiſpaniam tuebatur, citeriore recepta ultro ceſſit, & tranſdita legione, Cordubam ad Cæſarem venit, relatiſque ad eum publicis rationibus, cum fide, quod penes eum erat pecuniæ, tranſdidit, & quod ubique habebat frumenti, ac navium oſtendit. *Flor.* IV. 2. 29. *Cæſ. B.* II. 20. 8.

22. Professus est i. palam. dixit. Nep. Them. 7. 4. *Senatum Lacedæmoniorum adiit, & apud eos liberrime profeſſus eſt*, quod Thucyd. I. p. 61. C. φανερῶς εἶπεν. Noſt. *c.* 72. 2. *Aug.* 31. 9. *Vitel.* 15. 4.

23. Exercitus sine duce eſt *corpus ſine ſpiritu.* Curt. X. 6. 8. *Ut remiges ſine gubernatore, ita milites ſine imperatore nihil valent.* Quintil. VI. Et recte Flor. II. 18. II. *Tanti eſſe exercitum, quanti imperatorem vere proditum eſt.* V. & *Lipſ. Polit.* V. 14. Rudes ergo rerum bellicarum, nec *duces* appellandos eſſe Petrejum, Afranium & Varronem vult dicere Cæſar.

24. Ducem sine exercitu Pompejum, qui licet optimus eſſet dux, tamen ſine exercitu nihil poterat. *In armis* enim, ut recte Cicero pro Marcell. c. 2. *militum virtus multum juvat.*

25. Massilia eſt urbs Galliæ Narbonenſis a Phocæenſibus condita prope oſtia Rhodani amnis in remoto ſinu, loco ſaxoſo, veluti in angulo maris. *Juſtin.* XLIII. 3. 12. *Gell.* X. 16. *Solin. c.* 2. *Mel.* II. 5. *Strab.* IV. *p.* 124. *Athen.* XIII. *p.* 576. *A.* *Stephanus.* *Vitruv.* IV. 3. *Ammian.* XV. 9. & ad illum *Valeſius.* *Emmius Vet. Græc. Theſ. Antiq. Græcar. Gronov. Tom.* IV. *p.* 589. *E.* Et qui integram deſcripſit quatuor ſectionibus *Petrus Hendreich.* Hæc Cæſari *tranſeunti ad Hiſpanienſes Pompeji exercitus portas claudere* cum auſa eſſet. Flor. IV. 2. 23. Cæſ. B. C. I. 34. 4. I. *Domitio recepto belli adminiſtrandi ſummam permittit* Cæſ. I. 36. I. *illoque paucis ante diebus dimiſſo ſeſe* Cæſari *dedidit*, quod latius ipſe *B. C.* II. 22. *Dio* XLI. *p.* 165. *Vellej.* II. 50.

CAPUT XXXV.

ARG. *Pompejum fundit, cum Ptolemæo bellum gerit, Pharnacem profligat, Scipionem, Jubam & Pompeji liberos devincit Cajus Julius Cæſar.*

Hinc Urbe repetita, in Macedoniam [1] tranſgreſſus [2], Pompejum per quatuor 1
pæne

Macedoniæ nomen valde late extenderunt Romani. Strabo in Excerptis: ἡ Μακεδονία περιορίζεται ἐκ δυσμῶν τῇ παραλίᾳ τοῦ Ἀδρίου. Plin. III. 23. ad Liſſum uſque producit. Ita Dyrrhachium, Illyriorum Parthinorum quæ eſt, *Macedonia* annumeratur a Dion. XLI. *p.* 176. *B.* Pridie nonas Januarias Brundiſio naves ſolvit, & poſtridie Ceraniorum terram attigit Cæſar V. & *Caſaubonum.*

2. Transgredi de maritimo dicitur itinere. Flor. III. 10. 14. *Cæſar ultro Moſulam navali ponte tranſgreditur.* Noſt. *Cal.* 14, 2. Nonius VI. 27. *Tranſgreſſus a pedum gradu proprie dicitur, ſed auctoritas vetuſtatis liberiorem uſum loquendi dedit, ut Salluſt. Hiſt.* I. *& de iis qui navigaſſent, & de ipſis navibus eo verbo*

pæne menſes maximis obſeſſum operibus [3], ad extremum Pharſalico [4] prælio fudit [5]: & fugientem [6] Alexandriam [7] perſecutus, ut occiſum [8] deprehendit, cum Ptolemæo rege, a quo ſibi quoque inſidias [9] tendi videbat, bellum ſane difficillimum geſſit: neque loco [10], neque tempore æquo, ſed hyeme anni [11], & intra mœnia copioſiſſimi [12] ac ſolertiſſimi hoſtis, inops ipſe rerum omnium, atque imparatus.

bo uti voluit, in quibus gradibus non ſit, de Sertorio, ut quidem legendum contendit Mercerus, *nactus obſcuram noctem, aſtu ſecundo, furtim aut celeritate vitare prælium in tranſgreſſu conatus eſt*, ut hæc leguntur apud Gell. x. 26. qui Aſinium Pollionem Salluſtium reprehendentem graviori reprehenſione merito dignum judicat.

3. OPERIBUS i. munitionibus, foſſis, vallis, aggeribus. Cæſ. B. C. III. 44. 4. *Illi perpetuas munitiones efficiebant, & operibus vincebant.* De illis *Appian. B. C. II. p.* 466. Ὁ Καῖσαρ ἐπιτολμῶν ἔργῳ δυσχερεῖ τε καὶ παραλόγῳ πάντα Πομπηΐου τὰ στρατόπεδα ἐπὶ τείχει περιλαβεῖν ἐκ θαλάσσης ἐς θάλασσαν ἀποτειχίσαι: στάδιοι γὰρ ἦσαν διακόσιοι καὶ χίλιοι. *Cæſar auſus eſt difficillimo opere & vix credibili univerſa Pompeji caſtra una munitione a mari ad mare ducta concludere: erat vero mille & ducentorum ſtadiorum.*

4. PHARSALICUM quare dicatur prælium, dixi *ſupr.* 30. 6. §. 17.

5. FUDIT. Pompejum omnes, qui hoc bellum deſcripſerunt, narrant; certum autem diem huic non conſtituunt prælio. Recte igitur Lucan. VII. 421.

Tempora ſignavit leviorum Roma malorum:
Hunc voluit neſcire diem.

Meſſis tamen tempore forte circa Idus Junias fuſum eſſe conſtare putant *Panvin. in Faſt.* I. *p.* 166. *Noriſ. Epoch. Syro-Maced. Diſſ.* III. *c.* 5. *Bell. de Pharſal. Conſt. p.* 2. §. 4. & 5.

6. FUGISSE mutata veſte, comitibus amicis quatuor dicit *Appian. B. C.* II. *p.* 479. quos duos Lentulos conſulares, Sextum filium & Favonium prætorium fuiſſe dicit *Paterc.* II. 53. I.

7. ALEXANDRIA *ut pro hoſpitio atque amicitia patris reciperetur, miſit ad Ptolemæum, Peluſium,* ubi *caſu rex erat*, cum *veniſſet Pompejus.* Cæſ. B. C. III. 103. 2. 3. *Alexandriam* deſcripſi ad *Curt.* IV. 8. 2. §. 8.

8. OCCISUS eſt Pompejus *duodeſexageſimum annum agens, pridie natales.* Paterc. II. 53. 3. natum annos undeſexaginta poſtridie natalium, ἑξήκοντα ἑνὸς δέοντα βεβιωκότα ἔτη, μιᾷ ὕστερον ἡμέρᾳ τῆς γενεθλίου dicit *Plutarch. Pomp. p.* 661. *C.* jubente Ptolemæo rege annum decimum tertium agente, ſuaſore Theodoto Samio rhetore, pueri præceptore, ab Achilla militiam, Pothino eunucho pecunias ejus curantibus, L. Septimio tribuno militum, Salvio centurione, & Sempronio homine Romano, regis milite, in navicula viliori, quam, ut ad regem deduceretur, conſcenderat. *Cæſ. B. C.* III. 104. *Liv. Epit.* 112. *Flor.* IV. 2. 51. 52. *Appian. B. C.* II. *p.* 480. *Dio* XLII. *p.* 186. 187. *Euſeb. Chron. p.* 152. *Plutarchus.* & *Lucan.* VIII. 467-590. *Senec. de Ira* II. 2.

9. INSIDIAS Cæſari compoſitas belli Alexandrini cauſam fuiſſe dicit & Paterc. II. 54. I. *Non fuit tamen major in Cæſarem, quam in Pompejum fuerat, regis, eorumque quorum is auctoritate regebatur, fides: quippe cum venientem eum tentaſſent inſidiis, ac deinde bello laceſſere auderent.....* Haſce Cæſari clam ſtructas dicit *Plutarch. Cæſ. p.* 730. *E.* opera Pothini *inter ſuos querentis atque indignantis regem ad dicendam cauſam evocari; juſſerat enim Cæſar, exiſtimans regum controverſias ad ſe, ut qui conſul eſſet, pertinere, Ptolemæum, atque ſororem ejus Cleopatram, exercitus, quos haberent, dimittere, & de controverſiis de regno motis iure apud ſe potius, quam inter ſe armis diſceptare.* Cæſ. B. C. III. 107. 2. 108. I.

10. LOCO NON ÆQUO, quia in ipſis Alexandriæ, *quam copiis ſuis fidens, paucitatemque militum Cæſaris deſpiciens occupaverat Achillas, primo impetu domum ejus irrumpere conatus eſt*, mœnibus geſtum, *Cæſ. B. C.* III. III. I.

11. HYEMEM ANNI dicunt etiam Gell. III. 10. & Apul. Apol. p. 320. quia *hyems* anni tempeſtatem & procellas ſignificat. Serv. Æn. I. 129. *Aperte declarat hic tempeſtatem ſignificari ex Græco: nam & illi* χειμῶνα *tempeſtatem dicunt.* Stat. Achill. I. 51.

Grandævumque patrem ſupplex miſeranda rogabo
Unam hyemem.

Ita *æſtatem anni* dicit Gel. II. 21. *Nox fuit, & clemens mare, & anni æſtas.* Ad Græcorum, qui duo vocabula ejuſdem plane ſignificationis, ut ὄχος ἁρμάτων. *Eurip. Phœn. n.* 1197. & *Hippol. n.* 1166. conjungere amant, imitationem has loquendi formulas eſſe factas putat *Ampliſſ. Cuper. Obſerv.* II. 10. * Ad eundem fere modum Salluſt. Bell. Jugurth. c. 52. *Et jam diei veſper erat.* Hinc bellum ultra quintum aut ſextum menſem non fuiſſe protractum, ejuſque exitum in menſem Martium incidiſſe colligit *Velſer. Vindel.* II. *p.* 200. Novem quidem menſium moram in Ægypto traxit: ſed reliquum temporis regno luſtrando impendit Cæſar. Et ſic explicandus eſt Appian. Bell. Civ. II. p. 484. Καὶ ἐς ταῦτα διατριφθῆναι αὐτῷ μῆνες ἐννέα, μέχρι Κλεοπάτραν ἀντὶ τοῦ ἀδελφοῦ βασίλισσαν ἀπέφηνεν Αἰγύπτου, καὶ τὸν Νεῖλον ἐπὶ τετρακοσίαις ναῦσι, τὴν χώραν θεώμενος, περιέπλει μετὰ τῆς Κλεοπάτρας. *Inter hæc novem menſes abſumpſit, donec Cleopatram loco fratris reginam fecit Ægypti, & in Nilum una cum Cleopatra quadringentis navibus ſubvectus perluſtravit regionem.*

12. COPIOSISSIMI i. omnibus rebus inſtructiſſimi. *Alexandriam urbem omnium longe opulentiſſimam, & maxi-*

tus.* Regnum Ægypti victor [13] Cleopatræ [14] fratrique ejus minori [15] permiſit : ve- 2
ritus provinciam facere [16], ne quandoque violentiorem præſidem [17] nacta, nova-
rum rerum [18] materia eſſet. Ab Alexandria in Syriam [19] & inde Pontum [20] tranſiit, 3
urgentibus de Pharnace nuntiis [21]: quem Mithridatis Magni [22] filium, ac tunc oc-
caſione temporum [23] bellantem, jamque multiplici ſucceſſu præferocem [24], intra
quintum [25] quam adfuerat, diem, quatuor, quibus in conſpectum venit, horis [26],
una

maximam, & cujus opibus Roma in tantum aucta ſit, ut propter abundantiam pecuniarum, duplicia quam uſque ad id fuerant, poſſeſſionum aliarumque rerum venalium pretia ſtatuerentur, dicit Oroſ. VI. 19.

13. VICTOR.... Alexandriam cepit a. d. 6. Kal. April. In Kalendario veteri marmoreo Romæ ad VI. Kal. Apriles ſcriptum: HOC DIE CÆSAR ALEXANDRIAM RECEPIT. Quod ego ad *Julium* pertinere puto. Hinc quoque belli ultra quintum aut ſextum menſem non protracti exitum in menſem Martium incidiſſe patet. Occiſus enim eſt Pompejus a. d. III. Kal. Octobris. Pridie enim Kal. Octob. natum ſcribit Plin. XXXVII. 2. pridie natalis occiſum dicit §. 8. Novem menſes in Ægypto abſumpſiſſe Cæſarem dicit Appian. B. C. II. p. 484. ſed ſexto menſe bello finito reliquum tempus regioni luſtrandæ, τὴν χώραν θεώμενος, ut addit Appianus, impendit. *Velſer. Rer. Aug. Vind.* II. *p.* 199. 200. *Epiſt. ad Scalig.* 2.

14. CLEOPATRÆ *Ptolemæi ſorori, cum qua conſuetudinem ſtupri habuerat, regnum dedit* Cæſar. Eutrop. VI. 18. Forte reſpexit *Ptolemæi patris teſtamentum, in quo hæredes erant ſcripti ex duobus filiis major, & ex duabus filiabus ea, quæ ætate antecedebat.* Cæſ. B. C. III. 108. 3.

15. FRATRIS MINORIS ſuperſtitis conjugem voluit eſſe Cleopatram, regnumque utriſque commune fecit Cæſar, metuens, ne Ægyptii, mulieris imperio addicti, denuo tumultuarentur: neve Romanorum in ſe animos, cum hujus rei, tum ſuæ cum Cleopatra conſuetudinis cauſa commoveret. V. Dion. XLII. p. 205. E.

16. PROVINCIAM FACERE, *ne fame urgeret Italiam, quiſquis eam provinciam, clauſtraque terræ ac maris, quamvis levi præſidio adverſum ingentes exercitus inſediſſet.* Qua de cauſa etiam *Auguſtus inter alia dominationis arcana, vetitis, niſi permiſſu, ingredi ſenatoribus, aut equitibus Romanis illuſtribus, ſepoſuit Ægyptum.* Tacit. Ann. II. 59. 4. Ideo *quod Alexandriam inconſulto ſe* Germanicus *adiſſet, queritur in ſenatu* Tiberius apud noſtr. 52. 6.

17. PRÆSIDES proprie Romano populo, utique conſtituto jam imperio, fuerunt, qui ex equeſtri ordine, vel externi homines ad provinciarum adminiſtrationem deligebantur, non a ſenatu, verum ab Auguſtis, ut eos deſcribit *Laz. Comm. R. R.* II. 8. Noſt. *Aug.* 23. 2.

18. NOVARUM RERUM i. ſeditionum, tumultuum. Harum cupientes eſſe Ægyptios dixi ad Curt. III. 8. 13. §. 31.

19. SYRIA proprie quæ vocetur, docui ad Curt. IV. 1. 30. §. 120. Per hanc contra Pharnacem duxit exercitum Cæſar. *Appian. B. C.* II. *p.* 484.

20. PONTUS proprie id mare dicitur, quod a Mæotide palude uſque in Tenedum protenditur: ſed ubi primum ſe arcet de Tenedo incipiens, poſt Helladis caſum *Helleſpontus* vocatur: ubi expandit, *Propontis*: ubi iterum premit, *Thracius Boſporus*: ubi iterum effundit, *Pontus Euxinus*. Mel. I. 1. Scylax Caryand. Peripl. p. 72. Agathem. Geogr. I. 3: II. 14. Artemid. Epheſ. Epit. p. 69. Buſch. in Petron. p. 27. Ortel. vet. Geogr. p. 15.

21. A NUNTIIS bis accepit Cn. Domitium Calvinum a Pharnace fuſum, ἡττημένον, ex Ponto cum paucis fugam cepiſſe: Pharnacen immodice victoria utentem, Bithynia occupata & Cappadocia, Armeniæ minori imminere, omneſque illius oræ reges & tetrarchas concitaviſſe. *Plutarch. Cæſ. p.* 731. *E.*

* 22. MAGNI, quem *maximum ætate ſua Regum* Plin. XXV. 2. & *poſt Alexandrum Regem maximum* vocat Cicer. Acad. II. 1. Et φύσει μεγαλοπράγμονα, *magnis rebus agendis natum.* Dio XXXVI. 34. C.

23. OCCASIONE TEMPORUM i. temporis opportunitate captata. Bellis enim civilibus occupabantur Romanorum arma. Dio XLII. p. 189. *Pharnaces, quum primum inter Pompejum ac Cæſarem bellum coortum eſſe acceperat,* ἐκπεπολεμῶσθαι ἐμαθε, *regnum paternum recuperare inceperat. Spes eum ceperat, fore hoc civile bellum diuturnum, ipſaſque inter ſe Romanorum vires conſumptum iri,* τὰς δυνάμεις τῶν Ῥωμαίων αὐτὰς περὶ αὑτὰς ἀναλώσειν. Unde Flor. IV. 2. 62. *Pharnaces magis diſcordiæ noſtræ fiducia, quam virtutis ſuæ infeſto in Cappadociam agmine ruebat.*

24. SUCCESSU PRÆFEROCEM, ἐνενίκει πάνυ λαμπρῶς, καὶ τῷ δὲ μάλιστα ἐπαρθεὶς: *egregie vicerat, & inde animum auxerat.* Appian. B. C. II. p. 484. Nec mirum. *Victoria natura inſolens & ſuperba eſt.* Cicer. pro Marc. c. 3. & *rebus ſecundis etiam egregii duces inſoleſcunt.* Tacit. Hiſt. II. 7. 2.

* 25. INTRA QUINTUM.... i. intra quinque dies ab illo tempore, ab illa hora, ſive poſt illam horam ad quam. Illud, ad quod relativum referri debet, interdum omittitur. Nep. Cim. 3. 2. *Poſt annum quintum quam expulſus erat* i. poſt annum quintum ab illo tempore quo... Noſt. Tib. 60. 1. V. *Perizon. in Sanct. Min. p.* 151.

26. QUATUOR HORIS.... Flor. IV. 2. 63. *Hunc Cæſar aggreſſus uno, &, ut ſic dixerim, non toto prælio obtrivit, more fulminis, quod uno, eodemque momento*

Digitized by Google

una profligavit acie: crebro commemorans [27] Pompeji felicitatem, cui præcipua
4 militiæ laus de tam imbelli genere hoſtium contigiſſet. Dehinc Scipionem [28] ac Jubam [29] reliquias partium [30] in Afiica reſoventes [31], devicit: Pompeji liberos [32] in Hiſpania [33].

mento venit, percuſſit, abſceſſit. Nec vana de ſe prædicatio eſt Cæſaris; ante victum hoſtem eſſe, quam viſum. V. & c. 37. §. 28. Non tamen ſine trepidatione & magno terrore prælium hoc eſſe geſtum narrat, dum omnem ejus apparatum denarrat, *Hirt. Bell. Alex. c.* 74. 75. narrat & *Dio* XLII. *p.* 207. *B.*

27. COMMEMORANS.... Ipſa verba Cæſaris ponit Appian. B. C. II. p. 485. Ὦ μακάριε Πομπήϊε, τοῖς ἄρα κατὰ Μιθριδάτην τὸν τοῦ δε πατέρα πολεμῶν ἀνδράσι, μέγας τε ἐνομίσθης, καὶ μέγας ἐπεκλήθης. *O te beatum Pompei, qui cum talibus viris bello Mithridatico decertans magnus es habitus & cognominatus.*

28. SCIPIONEM Q. Metellum Pium, ut dicitur *Dion.* XL. *p.* 144. *E.* qui fuit *vir conſularis* Paterc. II. 54. 2. Pompejus enim illum collegam aſſumpſit anno ab U. C. 701. quo ſolus Conſul factus fuerat invidiam ejus rei declinaturus, & biennium antequam exſtingueretur, ſocerum ſibi legerat, quem quomodo devicerit Cæſar, docent *Hirt. Bel. Afric. c.* 82–85. 96. *Flor.* IV. 2. 68. *Appian. B.* II. p. 488. *Dio* XLIII. *p.* 216. 217. *Plutarch. Cæſ. p.* 732. 733.

29. JUBA rege Mauritaniæ pro ſocietate ac amicitia opem ferente in Africa Actius Varius Pompejanis præerat. *Appian. B. C.* II. *p.* 454. quem quomodo vicerit, & victum, ut fugeret, compulerit, docent *Hirt. Bel. Afric. c.* 91–95. *Flor.* IV. 2. 67. 69. *Appian. B. C.* II. *p.* 490. *Dio* XLIII. *p.* 217. *Plutarch. Cæſ. p.* 732. 733.

30. RELIQUIAS PARTIUM I. illos, qui adhuc ex Pompejanis *reliqui* erant. Flor. IV. 2. 64. *Hæc reliquias partium naufragarum quidam furoris æſtus expulerat.*

31. REFOVENTES I. reparantes, colligentes. Plin. Paneg. 18. 1. *Specioſum eſt quod diſciplinam caſtrorum collapſam refoviſti.* Frigentes *refovemus.* I. admoto igne calorem reparamus. Curt. VIII. 4. 15. *Quamquam ipſe tunc maxime admoto igne refovebat artus.* Noſt. *Ner.* 27. 2.

32. POMPEJI LIBEROS, Cnejum & Sextum. Illorum major e pugna fugit cum 150 equitibus verſus Cartejam, ſed quum eam ad victorem defeciſſe intelligeret, naviculam, ut fugeret, conſcendit, & quum hæſiſſet pedem implicitus funiculo, eum præcidere quidam volens, talum per errorem ſecuit. Fugientem nihilominus Ceſonius, ut *Flor.* IV. 2. 86. vel Ceſennius Lento, ut *Dion.* XLIII. *p.* 233. *E.* dicitur, apud Lauronem oppidum conſecutus, vel in loco inſtar ſpeluncæ exeſo, ut *Hirt. Bel. Hiſp. c.* 39. §. 3. vel in ſylva & ſolitudine avia, ut *Paterc.* II. 55. 4. & *Dio*, & quidem ſub arbore ſedentem *Appian. B. C.* II. *p.* 494. & adhuc pugnantem interfecit. V. laudatos auctores hæc latius narrantes. Minorem fortuna in Celtiberiam abſcondit. *Flor.* IV. 2. 87. qui illis, qui cladem hanc evaſere, fuit receptaculo. *Appianus.* ſed non diu in Hiſpania bellum ſuſtinens, Siciliam ad defectionem concitavit, & inde in Aſiam profugit. *Strab.* III. *p.* 97.

33. IN HISPANIA, & quidem ad ejus urbem Mundam, ut tradunt *Liv. Epit.* 115. *Val. Max.* VII. 6. 5. *Hirt. Bell. Hiſp. c.* 27. §. 6. *Plutarch. Cæſ. p.* 734. *A.*

CAPUT XXXVI.

ARG. *Per legatos clades patitur, ancipiti fortuna bis dimicat Cajus Julius Cæſar.*

1 Omnibus civilibus bellis nullam cladem, niſi per legatos ſuos, paſſus eſt [1]: quorum C. Curio [2] in Africa periit: C. Antonius in Illyrico in adverſariorum devenit poteſtatem: P. Dolabella [3] claſſem in eodem Illyrico, Cn. Domitius Cal-
2 vinus [4] in Ponto exercitum amiſerunt. Ipſe proſperrime ſemper, ac ne ancipiti quidem

CLADEM PASSUS EST. Flor. IV. 2. 30. *Aliquid adverſus abſentem ducem auſa fortuna eſt circa Illyricum & Africam; quaſi de induſtria proſpera ejus adverſis radiarentur.* V. de hiſce cladibus agentem *Lucan.* IV. 388...

2. C. CURIO ad Africam recipiendam miſſus, pulſo fugatoque Varo jam ſuperbus, ſubitum Jubæ Regis adventum, equitatumque Maurorum non potuit ſuſtinere: ſed ad Bagradam flumen cum omnibus quotquot circa ſe habebat, licet victo fuga pateret, occubuit. *Cæſ. B. C.* IV. 42. 4. *Flor.* IV. 2. 34. *Paterc.* II. 55. 1. *Oroſ.* VI. 15. *Dio* XLI. *p.* 173. *D. Appian. B. C.* II. *p.* 456. *Lucan.* IV. 694–798.

3. C. ANTONIUS ET P. CORNELIUS DOLABELLA quum fauces Adriatici maris juſſi occupare, ille Illyrico, hic Curictico littore caſtra poſuiſſent, repente Pompeji legati M. Octavius & L. Scribonius Libo ingentibus copiis claſſicorum, circumvenerunt utrumque. Dolabellam ex Dalmatia profligaverunt, ἐκ τῆς Δαλματίας ἐξήλασαν. C. Antonium ſubvenire ei volentem, in inſulam quandam exiguam concluſerunt: ibique ab incolis deſertum, fameque preſſum, cum quindecim cohortibus ceperunt,

quidem unquam fortuna, præterquam bis, dimicavit: ſemel ad Dyrrachium[5], ubi pulſus, non inſtante Pompejo[6], negavit eum vincere ſcire[7]: iterum in Hiſpania[8] ultimo prælio[9], cum deſperatis rebus etiam de conſciſcenda nece cogitavit.

perunt, & ad Pompejum deduxerunt. *Flor.* IV. 2. 31. *Oroſ.* VI. 15. *Dio* XLI. *p.* 171. *D. E.*

4. CN. DOMITIUS CALVINUS. V. *c.* 35. §. 21.

5. DYRRACHIUM urbs eſt Illyridis, Epidamnus vocata, πόλις Ἰλλυρικὴ. Ἐπίδαμνος ἀληθεῖσα. *Stephanus.* Eam deſcribunt Thucyd. I. p. 17. & Max. Tyr. Diſſert. XII. p. 124. Ἐπίδαμνός ἐστι πόλις ἐν δεξιᾷ ἐσπλέοντι τὸν Ἰόνιον κόλπον, προσοικοῦσι δὲ αὐτὴν Ταυλάντιοι βάρβαροι, Ἰλλυρικὸν ἔθνος. Ταύτην ἀπῴκισαν μὲν Κερκυραῖοι, οἰκιστὴς δ' ἐγένετο Φάλιος Ἐρατοκλείδου, Κορίνθιος γένος. *Epidamnus eſt urbs ad dextram ejus, qui in Ionium ſinum navigat: eam accolunt Taulantii barbari, Illyrica gens. Condiderunt Corcyræi, dux vero coloniæ condendæ fuit Phalius Eratoclidis Corinthius.* Hodie vocatur *Durazzo.* Hanc qui deſcripſerunt auctores collegit *Palmer. Græc. ant.* I. 19. Ad hanc urbem *in locorum anguſtias*, εἰς τὰ στενὰ, pervenit, & *quod frumenti penuria laboraret*, ὁ σῖτος αὐτὸν ἐπιλελοίπει, *ſubito vaſis conclamatis in Theſſaliam contendit.* Dio XLI. p. 177. A. Appian. B. C. II. p. 466. Cæſ. B. C. III. 71.

6. POMPEJUS *non inſecutus eſt Cæſarem, quia is & repente de nocte diſceſſerat, & flumen Genuſum magna celeritate tranſiverat: debellaſſe jam autem ſe perſuaſum habebat*, οὕτω μὲν τοι τὴν γνώμην εἶχεν, ὡς καὶ διαπεπολεμηκώς. *Dio. D. Cæſ. C.* III. 73.

7. NEGAVIT EUM VINCERE SCIRE. Ad verbum dixiſſe *Plutarch. Apophth.* II. *p.* 206. & *Appian. B. C.* II. *p.* 467. dicunt Cæſarem: *hodie victoria erat penes hoſtes, ſed non habent qui vincere noverit*, τήμερον ἡ νίκη παρὰ τοῖς πολεμίοις, ἀλλὰ τὸν εἰδότα νικᾷν οὐκ ἔχουσι.

8. IN HISPANIA inclinatam aciem ſuam Cæſar & ægre reſiſtentem cernens, plus quam dubio Marte, equo deſcendit, & per medios diſcurrens armatos & ordines, increpita prius fortuna, quod ſe in eum ſervaſſet exitum, clamavit: *ecquid eos puderet, quod pueris ſe proditum irent*, εἰ μηδὲν αἰδοῦνται λαβόντας αὐτὸν ἐγχειρίσαι τοῖς παιδαρίοις. Nullum unquam atrocius periculoſiuſque ab eo initum prælium, ita ut a pugna revertens ad amicos dixerit: *ſæpe ſe pro victoria, in præſentia vero pro vita dimicaſſe*, ὡς πολλάκις μὲν ἀγωνίσαιτο περὶ νίκης, νῦν δὲ πρῶτον περὶ ψυχῆς. *Paterc.* II. 55. 3. *Plutarch. Cæſ. p.* 734. *A. Appian. B. C.* II. *p.* 493. V. *ſupr.* 35. 4. §. 32.

9. ULTIMO PRÆLIO. Ita etiam Lucan. I. 40.
Ultima funeſta concurrant prælia Munda.

CAPUT XXXVII.

ARG. *Quinque triumphos, diverſo quemque apparatu & inſtrumento agit Cajus Julius Cæſar.*

Confectis[1] bellis, quinquies triumphavit[2], poſt devictum Scipionem quater 1
eodem menſe, ſed interjectis diebus[3], & rurſus ſemel poſt ſuperatos Pompeji
liberos. Primum & excellentiſſimum triumphum egit Gallicum[4], ſequentem A- 2
lexandrinum[5], deinde Ponticum[6], huic proximum Africanum[7], noviſſimum[8]
Hiſpa-

CONFECTIS I. finitis. Flor. II. 15. 2. *Primo commiſſum bellum, profligatum ſecundo, tertio vere confectum eſt.* Noſt. *Aug.* 10. 8. *Domit.* 6. 7. τὰ ἐμφύλια πάντα καθελών. *Appian. B. C.* II. *p.* 494.

2. TRIUMPHUM omnium honorum, qui ſuffragio aut ſtudio civium deferrentur, ampliſſimum Romulus inſtituit. Imperatori ad portam ſenatus ibat obviam, ſpolia de hoſtibus capta, & præda omnis auri atque argenti, & oppidorum captorum ſimulacra, & captivorum hoſtium duces vincti ſubſequebantur. Imperator ipſe auratis quadrigis, laurea coronatus, dextra ramum lauri tenens, os minio illitus, bulla ornatus, & toga tunicaque triumphali indutus vehebatur. Currum legati & tribuni militum in equis, & pedibus exercitus omnis victor laureatus cum cantu & clamore, quouſque in Capitolium perveniret, aſſectabatur. V. *Joſeph. de Bell. Jud.* VII. 24. *Sigon. de iur. prov.* II. 10. *Laz. Comm. R. R.* IX. 3. *Onuphr. Panvin. & Buleng. de triumpho.*

3. INTERJECTIS DIEBUS I. ut inter triumphum & triumphum eſſet aliquot dierum intervallum. Simul tamen quatuor egiſſe triumphos, ἐθριάμβευε τέσσαρας ὁμοῦ θριάμβους dicit *Appian. B. C.* II. *p.* 491. τὰ ἐπινίκια ... τετραχῇ χωρὶς τέσσαρσιν ἡμέραις ἔπεμψε *Dio* XLII. *p.* 223. B.

4. GALLICUM I. de Gallis ſubactis. In ferculis *Rhenus & Rhodanus, & ex auro captivus Oceanus.* Flor. IV. 2. 88.

5. ALEXANDRINUM I. de ſuperato & necato Ptolemæo rege. *Tunc in ferculis, Nilus, Arſinoe* Cleopatræ ſoror, *& ad ſimulacrum ignium ardens Pharus.* Florus, Dio. picturæ Achillæ & Pothini capite pœnas luentium. *Appianus.*

6. PONTICUM I. de Pharnace victo. Hic Pharnacis turpem fugam figuris repræſentavit. *Appianus*, & trium verborum titulum, de quo §. 26.

7. AFRICANUM I. de Juba, & Mauris, non de Scipione. In illo Juba filius admodum puer, κομιδῇ νήπιος Plutarch. Cæſ. p. 735. E. βρέφος ὢν Appiano

3 Hiſpanienſem [9], diverſo [10] quemque apparatu [11] & inſtrumento. Gallici triumphi die Velabrum [12] prætervehens [13] pæne curru excuſſus eſt [14], axe [15] diffracto [16]: adſcenditque [17] Capitolium [18] ad lumina [19], quadraginta elephantis [20] dextra atque ſiniſtra

piano traductus eſt. Ejus, ut addit Plutarch. p. 733. D. fortunata captivitas, qui inde ex barbaris Numidis inter eruditiſſimos hiſtoricos recenſetur. Et, licet civem de cive triumphare nefas fuerit, vidit & ingemuit populus Romanus L. Scipionem in medio mari, Petrejum in cœnaculo, Catonem Uticæ ferro ſemetipſos transfodientes. *Appianus.*

8. NOVISSIMUM i. ultimum. Vocabulum non novum, aut quo Cicero uti noluerit, ut olim cenſuit Gell. x. 21. quem falſum eſſe animadvertit *Cujac. Obſerv.* III. 46. Utitur illo Cicer. Epiſt. ad Octav. *Ut noviſſima noſtra facta non inconvenientia fuiſſe judices.* pro Roſc. c. 11. *Brevi tempore, qui ne in noviſſimis quidem erat hiſtrionibus, ad primos pervenit comœdos.* Noſt. 56. 8. imo ſæpius.

* 9. HISPANIENSEM i. non de *Hiſpanis*, ſed de Pompeji liberis & copiis in *Hiſpania* partam. *Hiſpanienſem* dicimus in *Hiſpania* degentem, verſantem, ut *Hiſpanum* in *Hiſpania* natum. Soſipater. *Cum dicimus Hiſpanus, nomen nationis oſtendimus, tum autem Hiſpanienſis, cognomen eorum, qui provinciam Hiſpaniam incolunt, etſi non Hiſpani.* Feſtus in Corinthienſes. *Cum Romanenſes, & Hiſpanienſes, & Sicilienſes negotiatores dicimus, qui in alienis civitatibus negotiantur.* Mart. Præf. XII. *Ne Romam non Hiſpanienſem librum*, i. in *Hiſpania* ſcriptum *mittamus*, *ſed Hiſpanum* quid ſapientem, ſed plane barbarum. Noſt. 38. 4. Hic *ſupra modum fuit Romanis acerbus*, ὡς οὐδὲν ἄλλο Ῥωμαίους ἠνίασεν. *Neque enim alienigenis ducibus, vel regibus oppreſſis barbaris, ſed viri Romani ſummi calamitate afflicti liberis & familia ſemel oppreſſis*, ἄρδην ἀνῃρηκότα, *fœdum habebatur, patriæ inſultare calamitatibus.* Plutarch. Cæſ. p. 734. A. *Hunc non tantum ipſe duxit, ſed Fabio etiam Pedioque legatis, qui nihil propriis auſpiciis geſſerant*, μηδὲν ἰδίᾳ κατορθώσασι, *triumphandi poteſtatem fecit, & aperte triplex triumphus*, ἐμφανέστατα τριττά τε νικητήρια, *& triplex pompa Romanorum habita.* Dio XLIII. p. 234. C. D.

10. DIVERSO, quia *Gallici ex citro, Pontici ex acantho, Alexandrini teſtudine, Africi ebore, Hiſpanienſis argento raſili conſtitit.* Paterc. II. 56. 2.

11. APPARATUS & *inſtrumenta* ſunt ſigna, tabulæ, ſive ſimulacra oppidorum, arcium, montium, caſtellorum, fluviorum, & id genus, quæ interdum ſculpta ligno, interdum quoque pretioſiori materia præferebantur. Quintil. Inſtit. VI. 3. *Quum in triumpho Cæſaris eborea oppida eſſent tranſlata, & poſt dies paucos Fabii Maximi lignea. Inſignia triumphorum* dicuntur noſt. infr. *Aug.* 29. 8. V. & *Scheff. de re vehic.* II. 3.

12. VELABRUM regio erat prope forum boarium, ubi nunc ædes D. Georgii, cognomento in *Velabro.* Marlian. Topog. Rom. IV. 7. Donat. de Urb. Rom. I. 22. Nardin. Rom. Vet. V. 5. & 10. Borrich. Ant. Urb. Fac. c. 10. §. 6. Noſt. *Ner.* 25. 4.

13. PRÆTERVEHENS activum pro paſſivo. Liv. XXII. 49. *Cum prætervehens equo, ſedentem in ſaxo cruore oppletum conſulem vidiſſet*, pro *prætervectus*. *Invehens* Cic. N. D. I. 28. *Maritimus Triton pingitur natantibus invehens belluis*, pro invectus. *Vehens.* Apul. Metam. I. p. 103. *Equo indigena peralbo vehens.* Cicer. Brut. c. 97. *Per medias laudes quaſi quadrigis vehentem.* Noſt. c. 78. 3. *Claud.* 28. 3. *Domic.* 11. 3.

14. CURRU EXCUSSUS EST i. de *curru* triumphali cecidit. V. Curt. III. 11. 11. §. 51.

15. AXIS *appellatur ſtipes teres, circa quem rota vertitur.* Feſtus. V. & *Scheff. de re vehic.* I. 4.

16. DIFFRACTO. De quo hæc Dio XLIII. p. 224. B. Ἐν δὲ τῇ πρώτῃ τῶν νικητηρίων ἡμέρᾳ οὐκ ἀγαθὸν ἐγένετο. Ὁ γὰρ ἄξων τοῦ ἅρματος τοῦ πομπικοῦ παρ' αὐτῷ τῷ Τυχαίῳ τῷ ὑπὸ τοῦ Λουκούλλου οἰκοδομηθέντι συνετρίβη, ὥστε ἐφ' ἑτέρου αὐτὸν τὰ λοιπὰ ἐπιτελέσαι. *Primo triumphi die omen ei adverſum obtigit. Nam axis currus triumphalis apud fanum Fortunæ a Lucullo ædificatum ita eſt diffractus, ut ad reliquam triumphi partem alio curru opus fuerit.* Plin. XXVIII. 2. *Cæſarem dictatorem poſt unum ancipitem vehiculi caſum, ferunt ſemper, ut primum conſediſſet, carmine ter repetito ſecuritatem itinerum aucupari ſolitum.*

17. ADSCENDIT per gradus ab area Capitolina in templum genibus. Τοὺς ἀναβασμοὺς τοὺς ἐν τῷ Καπιτωλίῳ τοῖς γόνασιν ἀνερριχήσατο. *Gradus in Capitolio genibus ingreſſus conſcendit.* Dio. Et ita κατὰ τὸ νομιζόμενον triumphavit Britanniæ parte aliqua ſubacta Claudius, τοὺς ἀναβασμοὺς τοὺς ἐν τῷ Καπιτωλίῳ τοῖς γόνασιν ἀναβὰς, ἀναφερόντων αὐτὸν τῶν γαμβρῶν ἑκατέρωθεν. *per gradus in Capitolio genibus adſcendens, levantibus eum utrinque generis. Idem* XL. *p.* 680. B. V. etiam *Donat. de Urb. Rom.* II. 5.

18. CAPITOLIUM ex more & ritu triumphantium. Lucan. VIII. 553.

Nec ter Capitolia curru
Invectus.

Unde *finis pompæ* dicitur Joſeph. Bel. Jud. VII. 24. Ἦν δὲ τῆς πομπῆς τὸ τέλος ἐπὶ τὸν νεὼν τοῦ Καπιτωλίου Διός, ἐφ' ὃν ἐλθόντες ἔστησαν. *Pompæ autem finis fuit Capitolini Jovis templum, quo poſtquam ventum eſt, conſtitere.*

* 19. AD LUMINA, quæ ſcilicet lychnuchis geſtabant elephanti. V. infr. Cal. 45. 2. §. 6. Luminibus accenſis & appenſis gaudium teſtari, ſive privatim, ſive publice læti aliquid obtigiſſet, antiquiſſimi fuiſſe moris, Caſaubonus docet ex Æſchyl. Agam. n. 92.

Ἄλλη δ' ἄλλοθεν οὐρανομήκης
Λαμπὰς ἀνίσχει,
Φαρμασσομένη χρίσματος ἁγνοῦ,

Ma-

ſiniſtra lychnuchos [21] geſtantibus [22]. Pontico triumpho inter pompæ [23] fercula [24] trium verborum prætulit titulum [25], VENI, VIDI, VICI [26], non acta belli ſignificantem, ſicut cæteris [27], ſed celeriter confecti [28] notam. 4

Μαλακαῖς ἀδόλοισι παρηγορίαις
Πελάνῳ μυχόθεν βασιλείῳ
Alia aliunde ad cœlum uſque pertingens
Lampas tollitur,
Delibuta olei caſti
Mollibus puris fomentis
Cum libatione e regiis cellis deprompta.

20. ELEPHANTIS primus in triumpho uſus eſt Pompejus. Plin. VIII. 2. *Romæ juncti* elephanti *primum ſubiere currum Pompeji magni Africano triumpho: quod prius India victa triumphante Libero patre memoratur.* Neronis atavus Cn. Domitius apud noſtrum *Neron. c.* 2. I. V. & *Alex. Gen.* VI. 6. *Laz. Comm. R. R.* IX. 3. *Sagitt. Ot. Jen. diſſ.* 16. *Demſt. A. R.* X. 29. *Buleng. de Triumph. c.* 2. Triumpho non Gallico, ſed Africano hoc accidiſſe videtur narrare Dio, dum dicit: *ἔς τε τὴν ἑαυτοῦ ἀγορὰν ἐσῆλθε, καὶ ἐντεῦθεν οἴκαδε, παντὸς μὲν ὡς εἰπεῖν τοῦ δήμου παραπέμποντος αὐτὸν, πολλῶν δὲ ἐλεφάντων λαμπάδας φερόντων ἐκομίσθη: in forum ſuum prodiit, atque inde domum vectus eſt, comitante ipſum toto fere populo, multiſque elephantis facem præferentibus* XLIII. p. 224. E.

21. LYCHNUCHOS I. faces, *δᾷδας, λαμπάδας*, quas voces promiſcue veteres uſurpaſſe ex Athenæo & Polluce docet *Spanhem. de præſt. Num. Diſſ.* III. *p.* 127. 128. licet laternas interpretentur *Caſaubonus* & *Crinit. de hon. diſc.* XVII. 6. & juvenes, qui elephantis vecti lychnos prætulerint, intelligant *Torrentius* & *de Roa Singul.* I. 2. 16. Principibus & de republica bene meritis viris hic honos ex veteri more eſt habitus. Ita *Duillius imperator non contentus unius diei triumpho, per vitam omnem, ubi a cœna rediret, prælucere funalia, præcinere ſibi tibias juſſit.* Flor. II. 2. 10. Cicer. de Senect. c. 13.

22. GESTANTIBUS proboſcide. Fuerunt enim nihil aliud quam ſervi *λαμπτηροφόροι*, ſive *λυχνοφόροι* hi elephanti. Talem producit loco laudato ampliſſimus *Spanhemius.*

23. POMPÆ triumphalis, quæ erat illa ſpoliorum, aliarumque rerum ordine geſtata multitudo. Inde *latere ſub pompa* eſt latere ſub veſtimentis imaginis, ferculo innixæ. Unde eleganter Senec. Epiſt. 24. *Tolle iſtam pompam, ſub qua lates.* *Πομπὴ* etiam Græcis res quaslibet, quæ in *pompa* transvehuntur, ſignificat, ut docet *Caſaub. in Athen.* V. 7. V. & *Scheff. de re vehic.* II. 3.

24. FERCULUM non eſt apparatus, licet cum illo confundat *Torrentius*, ſed eſt geſtamen, quo pompa deferri ſolebat. Ideo ex eodem ſemper fuit genere, ligno ſcilicet, non ita apparatus §. 10. Cicer. Offic. I. 13. *Cavendum eſt, ne tarditatibus utamur in ingreſſu mollioribus, ut ſimiles pomparum ferculis videamur.* Aſcon. in Cicer. p. 85. *Ferculis ſigna ante triumphantem vehi per pompam.* Noſt. *c.* 76. 2. V. *Onup. Panv Lud. Circ.* II. 2. *Stuck. A. C.* III. I. *Scheff. de re vehic.* II. 3. *Taſſin. de lud. ſecul. Rom. c.* 15. §. 14.

25. TITULUM I. tabulam, in qua ſcripta rerum geſtarum ſumma capita. Prop. III. 3. 16.

Et titulis oppida capta legam.

Hæc vero exhibuerunt *cæteri* illi *tituli*, de quibus modo ipſe, cum hic non expreſſerit niſi tria, quæ ſequuntur, verba.

26. VENI, VIDI, VICI, *Ῥωμαϊστὶ αἱ λέξεις εἰς ὅμοιον ἀποληγοῦσαι σχῆμα ῥήματος, οὐκ ἀπίθανον τὴν βραχυλογίαν ἔχουσι, quæ dictiones Latine ſimiliter cadentes non illepidam habent breviloquentiam.* Plutarch. Cæſ. p. 731. E. qui addit, idemque reperit *Apophth.* II. *p.* 206. & ab illo ſtat *Appian. B. C.* II. *p.* 485. Romam ad amicum quendam Amintium hæc ſcripſiſſe Cæſarem.

* 27. CÆTERIS in triumphis.

28. CELERITER CONFECTI. Significant enim *τῆς μάχης ταύτης τὴν ὀξύτητα καὶ τὸ τάχος. Plutarch. Cæſ. p.* 731. *E.*

CAPUT XXXVIII.

ARG. *Legionibus prædæ nomine pecuniam dat & agros aſſignat, populo frumentum, oleum, pecuniam dividit, annuam habitationem remittit, epulumque & viſcerationem addit Cajus Julius Cæſar.*

Veteranis [1] legionibus prædæ nomine in pedites [2] ſingulos, ſuper bina ſeſtertia [3], quæ initio civilis tumultus [3] numeraverat, vicena millia nummum [4] dedit: 1

VETERANIS, non enim novellis aliis: etſi & hæ, credo, aliquid habuerunt. *Veteranæ* autem illæ *decem.* Lipſ. de Magn. Rom. II. 12.

* 2. IN PEDITES. Quibus *equites* non addit, cum omnibus notum eſſet, quod *peditibus* daretur, id duplicari centurionibus, dari triplex *equiti*, quadruplum tribunis & præfectis equitum. *Gronov. de Pec. Vet.* II. 22. *Lipſ. de Magnit. Rom.* II. 12. *Ant. Lect.* V. 18.

3. BINA SESTERTIA ſunt nobis quinquaginta Philippei. *Lipſ. ibid.* II. 12.

4. TUMULTUS I. belli. Cicer. Phil. VIII. I. *Belli nomen ponendum in ſententia quidam non putabant: tumultum appellare malebant, ignari non modo rerum, ſed etiam verborum. Poteſt enim bellum eſſe ſine tumultu,*

dedit: aſſignavit [6] & agros [7], ſed non continuos [8], ne quis poſſeſſorum [9] expelleretur.
2 Populo [10] præter frumenti denos modios, ac totidem olei libras [11] trecenos quoque nummos, quos pollicitus olim erat, viritim diviſit: & hoc amplius,
3 centenos [12] pro mora [13]. Annuam etiam habitationem [14] Romæ uſque ad bina
4 millia [15] nummum, in Italia non ultra quingenos ſeſtertios remiſit. Adjecit epu-
5 lum [16] ac viſcerationem [17], & poſt Hiſpanienſem victoriam duo prandia. Nam quum

tu, tumultus ſine bello eſſe non poteſt. Quid enim eſt aliud tumultus, niſi perturbatio tanta, ut major timor (*tumor* reponendum eſſe contendit Douſa P. Explan. Plaut. I. 4.) *oriatur? unde etiam nomen ductum eſt tumultus. Itaque majores noſtri tumultum Italicum, quod erat domeſticus: tumultum Gallicum, quod erat Italiæ finitimus, præterea nullum tumultum nominabant.*

5. VICENA MILLIA NUMMUM ſunt nobis *quingenti Philippici*, Appian. B. C. II. p. 491. & Dion. XLIII. p. 224. D. πεντακοσχιλίας δραχμὰς, *quinque mille drachmæ.* Hi virium diviſi *triginta millibus militum*; fuerunt enim decem legiones, licet, quia veteranæ, parum plenæ, faciunt *quindecim noſtros milliones.* Ubi nunc centuriones, tribuni, præfecti, atque ipſi equites? *Lipſ. de Magnit, Roman,* II. 12.

6. ASSIGNAVIT I. ſpeciatim diviſit. Liv. IV. 11. *Qui præter minime populare miniſterium agro aſſignando ſociis, quem populus Romanus ſuum judicaſſet, cum plebem offendiſſent.*

* 7. AGROS partim publicos, partim ſuos. Dio XLII. 210. D. χώραν ἔκ τε τῆς δημοσίας, καὶ ἐκ τῆς ἑαυτοῦ.

8. NON CONTINUOS I. aliis atque aliis locis ſitos. Sicul. Flacc. de Condit. Agror. p. 14. *In multis regionibus comperimus, quoſdam poſſeſſores non continuas habere terras.* Quod contra veterum conſuetudinem eſſe factum monet Caſaubonus, quamvis poſtea ſæpius uſurpatum. Dio *infr.* §. 9.

* 9. NE QUIS POSSESSORUM... Potuit & ea cauſa eſſe quam Tacitus attingit Hiſt. I. 9. 4. *Longis ſpatiis diſcreti exercitus, quod ſaluberrimum eſt ad continendam militarem fidem, nec vitiis, nec viribus miſcebantur.* Unde Valens *militari aſtu cohortes turbidas, ac ſi una forent, prævalidas diſpergit* teſte eodem Hiſt. II. 28. I. Ita enim Dio. Ἄλλους ἄλλῃ, καὶ πάνυ πόῤῥω ἀπ' ἀλλήλων ἀπῳκίσεν, ὥστε μήτε τοῖς ὁμοχώροις σφᾶς φοβεροὺς, μήτε αὖ πρὸς νεωτερισμὸν ἑτοίμους, καθ' ἓν πη συνοικοῦντας, γενέσθαι. *Aliis alio collocatis, longiſſimeque a ſe invicem diſtractis, ne ſi unum locum occupaſſent, vel finitimis terrori, vel ad novas denuo res conandas parati eſſe poſſent.*

10. POPULO tenuiori ſcilicet, plebeculæ jejunæ & ærarii hirudini, τῷ ὄχλῳ σιτοδοτουμένῳ I. *populo, qui frumentum acciperet.* Dio XLIII. p. 224. D. Et ita ſæpius Suetonius. Sub hoc tempus *trecenta viginti millia*, qui e publico paſcerentur, fuiſſe docet *Lipſ. de Magnit. Roman.* II. 12.

* 11. LIBRA menſurali, ſeu pondere, non menſura ſcilicet amphoræ, congii, aut ſextarii oleum in commerciis tractabatur. Cato R. R. 145. *Accedit oleæ ſalſæ M. V. olei puri pondo* IX. Plin. XVIII. 3. *M. Varro auctor eſt, cum L. Metellus in triumpho plurimos duxit elephantos, aſſibus ſingulis farris modios fuiſſe.... olei pondo decem.* Pompon. Dig. XXX. 8. 2. *Si olei pondo quinquaginta, aut in ſingulas libras certum æs legatum ſit.* Plura *Patus de Menſ.* III. *Theſ. Antiq. Roman. Græv. tom.* XI. *p.* 1628.

12. TRECENOS ET CENTENOS I. quadringentenos nummos I. minam, ut *Appian. B. C.* II. *p.* 491. expreſſit, accepit populus viritim. Sunt *Philippici decem.* Noſt. *Aug.* 41. 5. *Ner.* 10. 3. Ergo in ſummam *tres milliones ducenta millia.* Lipſ. de Magnit. Roman. II. 12.

13. PRO MORA, quia promiſſione tardius præmia erant reddita. Unde *ſuperaſſe ea quæ promiſerat*, τὰ ὑπεσχημένα πάνθ' ὑπερβάλλων, dicit *Appianus.*

14. HABITATIONEM I. penſionem, quæ *habitationis* cauſa penditur. Martial. I. 29. 3.

Sed neutri penſio tota fuit.

I. neuter habuit, unde annuam penſionem ſolveret. Noſt. *Ner.* 44. 3. Græcis ἐνοίκιον. Gloſſ. Philox. Ἐνοίκιον, *penſio, obventio.* Moris fuit, ut qui in provinciis domicilium haberent, Romæ, vel in Italia, ſtudiorum, aut alia juſta de cauſa morari volebant, habitationem impetrarent reſcripto Principis, quam ſine annua penſione non concedebat Princeps, ut obſervat *Ravard. de div. reg. jur.* 123. Plutarch. Syll. p. 451. C. Ὤκει παρ' ἑτέροις, ἐνοίκιον οὐ πολὺ τελῶν. *In conducto habitavit haud magna penſione.*

15. USQUE AD BINA MILLIA ſc. habitantibus, ſeu qui *binis millibus* habitarent, ſive Romæ, ſive in Italia, largitus eſt aliquid Cæſar. Romæ quidem iis *remiſit habitationem annuam* I. pro iis ſolvit de ſuo dominis ædium omnem penſionem anni; qui in Italia, iis remiſit habitationis annuæ *non ultra quingenos ſeſtertios* I. pro iis tantum pependit *quingenos ſeſtertios*, quæ non niſi trium menſium penſio eſt. Quater enim tres menſes in anno, & quater quingenti ſeſtertii, bina millia. *Gronov. de pec. vet.* II. 2.

16. EPULUM triumphale, quod *pro gratulatione victoria*, τοὺς ἐπινικίους ἑστιάσεις ποιούμενος, ut de Paullo Æmilio de Perſeo triumphante loquitur *Plutarch. Apophth.* II. *p.* 198. exhibere ſolebant imperatores. Docet hoc Plin. XXXIII. 7. *Hac religione etiam nunc minium addi in unguenta cœnæ triumphalis.* Dedit hoc ſinum Cæſar *tricliniorum viginti duobus millibus.* Plutarch. Cæſ. p. 753. E. In illo *vini Falerni amphoras, Chii cados in convivia diſtribuit. Hiſpanienſi triumpho Chium & Falernum dedit. Epulo in tertio conſulatu*

Digitized by Google

Digitized by Google

CAPUT XXXII.

ARG. *Oſtento monitus Rubiconem tranſit Caius Julius Cæſar.*

1 Cunctanti oſtentum [1] tale factum eſt. Quidam eximia [2] magnitudine & forma, in proximo ſedens, repente apparuit, arundine [3] canens: ad quem audiendum, cum præter paſtores, plurimi etiam ex ſtationibus [4] milites concurriſſent, interque eos & æneatores [5], rapta ab uno [6] tuba [7] proſiluit ad flumen: & ingenti ſpiri-
2 tu claſſicum [8] exorſus pertendit ad alteram ripam. Tunc Cæſar, *Eatur* [9], inquit, *quo deorum oſtenta* [10], *& inimicorum iniquitas* [11] *vocat: Jacta eſt alea* [12], inquit [13].

OSTENTUM Labeo definit, ut inquit Ulpian. Digeſt. L. 38. *omne contra naturam cujuſque rei genitum, factumque.* Cicer. de Divin. I. 42. *Quorum quidem vim, ut tu ſoles dicere, verba ipſa prudenter a majoribus poſita declarant. Quia enim oſtendunt, portendunt, monſtrant, prædicunt, oſtenta, portenta, monſtra, prodigia dicuntur.* In bonam ſumitur partem pro indicio *Veſp.* 5. 1.

2. EXIMIA i. ſingulari, non vulgari. V. Curt. III. 3. 11. §. 46.

3. ARUNDINE i. fiſtula ex *arundine* facta. Prop. II. 25. 34.

Thyrſin, & attritis Daphnin arundinibus.

4. STATIO eſt manipulus militum in excubiis poſitus. Inde.... i. ex iis, qui *ſtationes*, agebant. V. Curt. V. 4. 21. §. 60.

5. ÆNEATORES Feſto *cornicines dicuntur*, i. *cornu canentes.* Inde generaliter qui claſſicum canunt etiam tuba. Gloſſæ: *æneator σαλπιγκτής.*

6. UNO i. quodam. Cicer. Attic. IX. 12. *Hæc res me torquet, quod non Pompeium tanquam unus manipularis ſecutus ſim.* V. & *Sciopp. in Voſſium* §. 51. *Lyd. Anal. Hiſt. paſſ. p.* 5.

7. TUBAM depinxi ad Curt. III. 1. 23. §. 55.

8. CLASSICUM *dicimus & tubam ipſam & ſonum.* Serv. Æn. VII. p. 637. Veget. II. 22. *Claſſicum appellatur, quod buccinatores per cornu dicunt. Hoc inſigne videtur imperii, quia claſſicum canitur Imperatore præſente, vel cum in militem capitaliter animadvertitur.* Plura de *claſſico* Valtrin. de re mil. III. 14. Laz. Comm. R. R. IV. 11.

9. EATUR. Audacia enim & magna facinora facienda ajebat, non deliberanda. Τῶν δὲ τολμηρῶν τὰ παράβολα καὶ μεγάλα πράττειν ἔφη δεῖν, ἀλλὰ μὴ βουλεύεσθαι. *Plutarch. Apophth.* II. *p.* 206. *B.*

10. DEORUM OSTENTA, quæ in ſpes ſuas pronus pro ſe interpretatur Cæſar. *Homines enim libenter id, quod volunt, credunt.* Cæſ. B. G. III. 18. 6. quod Græce dicit Heliod. Æthiop. II. ὃς ἱκανῶς ἔχει βουλήματος, τοῦτο καὶ ὑπολαμβάνει.

11. INIMICORUM INIQUITAS, de qua & ipſe *B. C.* I. 7. & 9.

12. JACTA EST ALEA i. rem omnem fortunæ arbitrio committimus. *Alea* enim ludus eſt magis fortunæ, quam artis. Hinc τύχης κύβος i. *fortunæ alea* apud Niceph. Gregor. IV. 8. Καὶ μετὰ πολλὰς τὰς τοῦ πολέμου στροφὰς, καὶ τοὺς τῆς τύχης κύβους τὰ Ῥωμαίων νικᾶται στρατεύματα. *Et poſt multas belli viciſſitudines, ac variam fortunæ aleam, Romani vincuntur.* Petron. de mut. reip. n. 197.

Judice fortuna cadat alea.

& *fati alea* Lucan. VI. 9. & 924. Et *ludo ſimilem eſſe hominum vitam* dicit Socrates apud *Stob. ſerm.* 121. πεττείᾳ τοι ἔοικεν ὁ βίος. Græce exclamaſſe Cæſarem dicit *Plutarch. Pomp. p.* 651. *C.* Ἑλληνιστὶ πρὸς τοὺς παρόντας ἐκβοήσας, ἀνερρίφθω κύβος. Qui & idem dictum refert *Cæſ. p.* 723. *E. Apophth.* II. *p.* 206. *B.* relatum quoque ab *Appiano B. C.* II. *p.* 449. *Apoſtol. Prov.* III. 32. Hoc adagium explicant quoque *Souter. Palam.* I. 30. *Demſt. A. R.* V. 1. *Eraſm. Adag. p. m.* 228. *Calvin. in Senec. de Clem. p.* 13. *Calcagn. de Teſſer. p.* 294. & *Caſaubonus.*

13. INQUIT connivens mente, atque obtegens oculos ad periculum, μύσας τῷ λογισμῷ, καὶ παρακαλυψάμενος πρὸς τὸ δεινόν. *Plutarch. Pomp. p.* 651. *C.*

CAPUT XXXIII.

ARG. *Fidem militum invocat, & ſingulis equeſtres cenſus pollicitus exiſtimatur Caius Julius Cæſar.*

1 Atque ita trajecto exercitu, adhibitis tribunis plebis [1], qui pulſi ſupervenerant, pro concione fidem [2] militum flens, ac veſte a pectore diſciſſa [3], invocavit. Exiſti-


TRIBUNIS PLEBIS..... Quinam illi fuerint, dictum *ſupr.* 31. 1. §. 2.

2. FIDEM i. opem, auxilium *militum invocare* ſollenne Romanorum ducum erat. Tacit. Hiſt. II 9. 2. *Fidem ſuorum quondam militum invocans.* Hirt. B. G. VIII. 48. 3. *Tum repente omnium ſuorum cominus invocat fidem atque auxilium.* Ita *hominum fidem implorant* damnati apud noſtr. Tib. 75. 3.

3. VESTE DISCISSA. V. *Aug.* 52. 3. §. 13.

4. EQUESTREM CENSUM i. tantam pecuniam, quantam, *eques* ut eſſet, habere debebat Romanus. Quæ quanta fuerit, docebit §. 13. *Cenſu* vero legebantur equites. Senec. de Ben. III. 7. *Quem cenſus in album & equeſtris hæreditas miſit.* Plin. præf. XIV.

Poſt-



ADLOCUTIO COHURTIUM.

TORINO

Digitized by Google

Exiſtimatur etiam equeſtres cenſus [4] pollicitus ſingulis: quod accidit opinione fal- 2
ſa [5]. Nam cum in alloquendo exhortandoque, ſæpius digitum [6] lævæ [7] manus 3
oſtentans, affirmaret ſe ad ſatisfaciendum omnibus, per quos dignitatem [8] ſuam defenſurus eſſet, anulum quoque æquo animo detracturum [9] ſibi; extrema concio [10], cui facilius erat videre concionantem, quam audire, pro dicto [11] accepit quod viſu ſuſpicabatur, promiſſumque jus anulorum [12] cum millibus quadringenis [13] fama [14] diſtulit [15]

Poſtquam ſenator cenſu legi cœptus, judex fieri cenſu, magiſtratum ducemque nil magis exornare quam cenſus. * Hujus nomine annuum reditum, ita ut nullus in quatuordecim ſedere potuerit, niſi qui ex bonis ſuis quotannis decem coronatorum millia conficeret, intelligunt *Adrianus Turnebus* & *Jacobus Mazzonius*: Sed bona omnia, & ſubſtantiam familiarem, ut nemo eques eſſe potuerit, qui in bonis decem millia coronatorum non haberet. *Octav. Ferrar. Elect.* I. 20.

5. OPINIONE FALSA ex geſtibus ortum errorem ſimilem prodit Flor. III. 14. 7. *Inde quum in Capitolium profugiſſet* Tiberius Gracchus, *plebemque ad defenſionem ſalutis ſuæ, manu caput tangens hortaretur, præbuit ſpeciem regnum ſibi & diadema poſcentis.*

6. DIGITUM minimo proximum. Huic enim anulum inſeruerunt veteres *a quaſi aptiori cæteris, cui commendaretur anuli pretioſitas, & qui ab utroque,* medio & minimo *clauditur, & minus officii gerit, & ideo ſervando anulo magis accommodatus eſt.* Macrob. Sat. VII. 13. *β. quod inſectis apertiſque humanis corporibus repertum eſt, nervum quendam tenuiſſimum* (quod tamen diligens & accurata corporum humanorum hodierna negat ἀνατομὴ) *ab eo uno digito ad cor hominis pergere & pervenire. Propterea non inſcitum viſum eſſe, eum potiſſimum digitum tali honore decorandum, qui continens, & quaſi connexus eſſe cum principatu cordis videretur.* Gell. X. 10. Macrob. Sat. VII. 13. Alex. Gen. II. 19. V. & *Plin.* XXXIII. I. *Kirchm. de anul.* c. 4.

7. LÆVAM anulorum fuiſſe ſedem docent Plin. XXXIII. I. *Manus & prorſus ſiniſtra maximam auctoritatem conciliavere auro.* Sil. Ital. XI. 535.

Quos ſignum illuſtre ſuperbis
Mos læva geſtare viris.

Cum uſus luxuriantis ætatis ſignaturas pretioſis gemmis cœpit inſculpere & certatim hac omnis imitatio laceſſivit, ut de augmento pretii, quo ſculpendos lapides paraſſent, gloriarentur. Tunc *uſus anulorum exemptus dextera in lævam eſt relegatus,* quia *a dextera multum negotiorum gerit, læva otioſior, ne crebro motu, & officio manus dexteræ pretioſi lapides frangerentur.* Macrob. Sat. VII. 13. *β. quiſquis primus inſtituit* anulos geſtare, *cunctanter id fecit, lævique manibus ac latentibus induit.* Plin. XXXIII. I. dum propter rei novitatem & inſolentiam in propatulo geſtare illos erubuit. Antea vero, ut addit Macrobius, *geſtabantur, ut quiſque vellet, quacunque manu,* etiam dextera, ut oſtendit Jeremias ſic loquentem Deum inducens c. 22. n. 24. *Etiamſi eſſet Conia anulus ſignatorius in manu mea dextra, inde evellam eum.* V. & *Kirchm. de anul.* c. 4. *Licet. Quaſ. Epiſt.* 6. *Piccart. Clar. Vir. Epiſt.* p. 183.

8. DIGNITATEM V. illam ſupr. 16. 3. §. 16.

9. ANULUM DETRACTURUM I. pro milite ſe quidvis facturum, ad extremam paupertatem redigendum, ita ut *anulum* bonorum noviſſimum oppignerare, aut abalienare non dubitaturus eſſet. Juven. XI. 43.

Talibus a dominis poſt cuncta noviſſimus exit
Anulus, & digito mendicat Pollio nudo.

10. EXTREMA CONCIO I. milites in *extrema concionis* parte ſtantes. *Concio* enim eſt populi cœtus. Cicer. ad Attic. XV. I. *Brutus noſter miſit ad me orationem ſuam habitam in concione Capitolina.* Reliqua vocis ſignificata denarrat *Gell.* XVIII. 6.

11. PRO DICTO I. quaſi publice eſſet indictum & pronuntiatum.

12. JUS ANULORUM I. ordini equeſtri eſſe tranſcribendam. *Anulus* enim aureus peculiare equitum fuit ornamentum. Plin. XXXIII. I. *Anuli diſtinxere alterum ordinem a plebe, ut ſemel cœperunt eſſe celebres, ſicut tunica ab anulis ſenatum tantum.* Liv. XXIII. 12. *Effundi in veſtibulo curiæ juſſit anulos aureos. Adjecit deinde verbis, quo majoris cladis indicium eſſet, neminem niſi equitem atque eorum ipſorum primores id gerere inſigne.* Noſt. *Vitel.* 12. 3. *Galb.* 10. 4.

13. QUADRINGENA MILLIA ſeſtertium erant cenſus equeſtris. Plin. XXXIII. 2. *Hac de cauſa conſtitutum, ne cui jus id eſſet, niſi cui ingenuo ipſi, patri, avoque paterno ſeſtertia* CCCC *cenſus fuiſſet.* Illo conſumpto equeſtris dignitatis inſignia perdidiſſe dicebantur. Cicer. pro Sext. c. 51. de Gellio equite, ſed decoctore: *Indignus ordine equeſtri, cujus nomen retinet, ornamenta confecit,* & equites eſſe deſinebant. Horat. Epiſt. I. I. 57.

Si quadringentis ſex ſeptem millia deſunt,
Plebs eris

Nobis hic cenſus explet decem millia Philippicorum, ut *Gruter. in Senec. de Ben.* III. 7. & *Rader. in Mart.* V. 26. I. ſive coronatorum Gallicorum 10000, ut *Snell. de re numm.* p. 70. illam ad noſtram transferunt monetam. V. etiam ſupr. §. 4. * Fabri Sem. III. 23. hujus loci enarrationem prolixe refert & refellit *Berneggerus.*

14. FAMA ſextus eſt caſus, ut recte *Caſaubonus.* Ita & Tacit. Ann. I. 4. 2. *pars multò maxima imminentes dominos variis rumoribus differebant.*

15. DISTULIT extrema concio, ἐξεφήμισε, I. divulgavit. Noſt. *Aug.* 14. 2.

Digitized by Google

CAPUT XXXIV.

ARG. *Piceno, Umbria, Etruria occupatis, & L. Domitio in deditionem redacto Brundiſium tendit, & Romam iter convertit, treſque Pompeji legatos invadit Cajus Julius Cæſar.*

1.2 Ordo & ſumma rerum, quas deinceps geſſit, ſic ſe habent. Picenum [1], Umbriam [2], Etruriam [3] occupavit: & L. Domitio [4], qui per tumultum [5] ſucceſſor ei nominatus Corfinium [6] præſidio [7] tenebat, in deditionem [8] redacto atque dimiſſo [9], ſecundum [10] ſuperum [11] mare Brundiſium [12] tetendit, quo conſules, Pompejuſque confugerant, quam primum transfretaturi [13]: hos fruſtra [14] per omnes moras [15] exitu prohibere [16] conatus, Romam iter convertit [17]: appellatiſque

PICENTIAM ex Phlegonte Πικεντῖνοι vocat *Stephanus. Quinta regio eſt* Plinio. *Orti ſunt Picentes a Sabinis voto vere ſacro* III. 13. a quibus *migrarunt pico ave iter ductoribus monſtrante, unde nomen genti.* Strab. v. p. 166. Picus hic *in vexillo eorum conſedit.* Feſtus. Hodie vocatur *la Marca d'Ancona*, ut ad *Stephanum* monet *Pinedo*. V. & *Pigh. Ann.* I. p. 456. *Leand. Ital. p.* 418. Omnem agrum *Picenum* percurriſſe, & in illo ab *Auximatibus*, *Cingulanis* & *Aſculanis* ſe receptum eſſe narrat ipſe *Cæſar B. C.* I. 15. 1.

2. UMBRIA *regio eſt Tuſcia* Serv. Georg. II. 146. Æn. XII. 753. *ſexta regio, gens antiquiſſima* Plin. III. 14. περὶ τὸν Ἀδριανὸν κόλπον; μέση τοῦ Πάδου καὶ Πικεντινοῦ *Stephano.* Gallorum eſſe propaginem *Umbros*, &, quod tempore aquoſæ cladis imbribus ſuperfuerint, eſſe dictos, licet aſſerant *Servius*, *Solin. c.* 2. *Plinius. Iſid.* IX. 2: XI4. 4. negat *Cluver. Ital. Ant.* II. 4. Hodie vocatur *Ducatus Spoletinus.* De illa & *Merul. Coſm.* II. 4. 24. *Leand. Ital. p.* 129...432. In illa Piſaurum, Fanum, Anconam ſingulis cohortibus occupavit, ut ipſe narrat *B. C.* I. 12. 1.

3. ETRURIA ſeptima eſt Italiæ regio. Illam ab Umbris ac Sabinis dirimit Tiberis. *Plin.* III. 1. Veteres Pelaſgi, qui inſederunt in Italia, ita vocarunt Italiæ nobilem partem montoſam. Ὄθρυες enim montes. *Scalig. in Varr. p.* 201. Hodie vocatur *Toſcana.*

4. L. DOMITIUS qui fuerit, dicit, & genealogiam ejus contexit noſt. *Neron.* 2.

5. PER TUMULTUM I. nullis habitis comitiis, *per factionem* noſter Ner. 2. 5. Cæſaris enim literis a Curione novis conſulibus, de quibus 29. 3. §. 8. traditis & recitatis, cum perventum eſſet ad illa verba: καὶ τιμωρὸς αὐτίκα τῇ πατρίδι, καὶ ἑαυτῷ κατὰ τάχος ἀφίξεσθαι, *ſe illico venturum ultorem & patriæ, & ſibi, conclamatum eſt denuntiari bellum, & juſſus ei ſuccedere L. Domitius.* Appian. B. C. II. 448.

6. CORFINIUM Pelignorum fuit caput. *Strab.* v. *p.* 167. *Paterc.* II. 16. 4. Antiquæ urbis ruinæ in Sulmonenſis agri planitie hodieque ſunt. Agri circumjecti appellantur *Campi di S. Pelino*: quia huic divo templum in iis dicatum eſt. *Cluver. Ant. Ital.* II. 13. 4. De hac etiam urbe *Leand. Ital. p.* 396.

7. PRÆSIDIO, triginta cohortibus. *Plutarch. Cæſ. p.* 724. *D. Caſ. B. C.* I. 17. 2.

8. IN DEDITIONEM REDEGERIT quomodo Cæſar Domitium, docent ipſe *B. C.* I. 16—20. & *Appian. B. C.* II. p. 451.

9. DIMISIT DOMITIUM CÆSAR, *ſperans*, ut addit Appianus, *beneficio devinctum apud ſe manſurum, non tamen prohibens ad Pompejum ire.*

10. SECUNDUM MARE I. juxta littus maris, via prope mare. Cicer. Attic. XVI. 8. *Legiones Macedonicæ iter ſecundum mare ſuperum faciunt.*

11. SUPERUM I. Adriaticum, & hodie *Golfo di Venetia.* Plutarch. in Camill. p. 136. B. τὴν μὲν γὰρ βόρειον θάλασσαν, Ἀδρίαν καλοῦσιν, ἀπὸ Τυῤῥηνικῆς πόλεως Ἀδρίας. Liv. v. 33. *Tuſcorum ante Romanum imperium late terra marique opes patuere. Mari ſupero inferoque, quibus Italia inſulæ modo cingitur, quantum potuerint, nomina ſunt argumento, quod alterum Tuſcum, communi vocabulo gentis, alterum Adriaticum mare ab Adria Tuſcorum colonia vocavere Italicæ gentes. Superum* vero, quod, ſi inferum ſpectetur, orientalius; vel, ut alii, arctico polo vicinius, ubi pars mundi putatur *ſuperior.* V. *Merul. Coſm.* I. 3. 7. Noſt. c. 44. 5. *Aug.* 49. 2.

12. BRUNDISIUM *quidam poetæ brevitatis cauſa Brendam dixerunt.* Feſtus. *Urbs eſt juxta Adriam* Stephano. *Sallentinorum caput* Flor. I. 20. 1. Βρεντέσιον, Βρεντήσιον, Βρενδέσιον & Βρεντεσῖνον dicitur. Incolis vulgo *Brindiſi.* Refert formam cervini capitis, quod, ut *Stephanus* & *Strab.* VI. *p.* 195. Meſſapiorum lingua *brenteſium* dicitur. De hac urbe plura *Cluver. Ital. Ant.* IV. 13. 16. *Merul. Coſm.* II. 4. 32. *Leand. Ital. p.* 358. *Gerbel. Græc.* IV. *p.* 114.

13. TRANSFRETATURI I. fretum tranſmiſſuri, ut explicat *Gell.* x. 26. Plin. Paneg. 81. 4. *Remiſque tranſfretare obſtantia freta.* Ex portu vero Brundiſino rectus erat trajectus, εὐθύπλους in Græciam. *Strab.* VI. *p.* 195. & *Lucan.* II. 623.

14. FRUSTRA, quia *per obſeſſi clauſtra portus nocturna fuga evaſit* Pompejus. *Flor.* IV. 2. 20.

15. MORAS I. loca anguſtiora, quæ abeuntem *morantur.* Stat. Theb. x. p. 519.

Solvitur interea vallum, primæque recuſant
Stare moræ.

16. EXITU PROHIBERE I. ad exeundum non tranſmittere.

que [18] de Republica patribus [19], validiſſimas Pompeji copias, quæ ſub tribus legatis M. Petrejo, & L. Afranio [20], & M. Varrone [21] in Hiſpania erant, invaſit: profeſſus [22] ante inter ſuos, *ire ſe ad exercitum ſine duce* [23], *& inde reverſurum ad ducem ſine exercitu* [24]. Et quamquam obſidione Maſſiliæ [25], quæ ſibi in itinere 3
portas clauſerat, ſummaque frumentariæ rei penuria retardante, brevi tamen omnia ſubegit.

mittere. Juſtin. I. 8. 2. *Cum prohibere eos tranſitu Araxis fluminis poſſet, tranſire permiſit.* *Exitus* enim, *adminiſtrationeſque Brundiſini portus impedire inſtituit*, illorumque *operum rationem* latius explicat *Cæſ. B.C.* I. 25. 5—10.

17. ITER CONVERTIT γεγονὼς ἐν ἡμέραις ἑξήκοντα πάσης ἀναιμακτὶ τῆς Ἰταλίας κύριος. *Plutarch. Cæſ. p.* 725. *A.*

18. APPELLATIS i. comiter compellatis, τούτοις μὲν ἐπιεικῆ καὶ δημοτικὰ διελέχθη. *Plutarchus.* ἐδημηγόρησε πολλὰ καὶ ἐπιεικῆ. *Dio* XLI. *p.* 160. C. Orationis materiam denarrat ipſe *B. C.* I. 32.

19. PATRIBUS extra pomerium ab Antonio & Longino convocatis. Dio: Τῆς γερουσίας οἱ ἔξω τοῦ πωμηρίου ὑπό τε τοῦ Ἀντωνίου, καὶ ὑπὸ τοῦ Λογγίνου παρασκευασθείσης, ἐκπεσόντες γὰρ ἐξ αὐτῆς, τότε αὐτὴν ἤθροιζον. *Senatu extra pomerium ab Antonio & Caſſio conducto: ita qui prius ſenatu ejecti fuerant, tunc eundem convocabant.*

20. M. PETREJUM ET L. AFRANIUM Ilerdæ, quæ Hiſpaniæ citerioris urbs, caſtra habentes, inter duo flumina, Sicorim & Cingam obſedit, & ab oppido interclusit, & cedentes ad Celtiberiam conſequutus, aggere & vallo, ac per hæc ſiti ad deditionem compulit Cæſar. *Flor.* IV. 2. 26. 28. *Plutarch. Cæſ. p.* 725. *C. D.* De quo prælio plura *Dio* XLI. *p.* 162. 163. 164. *Appian. B. C.* II. *p.* 453. 454. *Cæſ. B. C.* I. 38....

21. M. TERENTIUS VARRO, qui ulteriorem Hiſpaniam tuebatur, citeriore recepta ultro ceſſit, & tranſdita legione, Cordubam ad Cæſarem venit, relatiſque ad eum publicis rationibus, cum fide, quod penes eum erat pecuniæ, tranſdidit, & quod ubique habebat frumenti, ac navium oſtendit. *Flor.* IV. 2. 29. *Cæſ. B.* II. 20. 8.

22. PROFESSUS EST i. palam dixit. Nep. Them. 7. 4. *Senatum Lacedæmoniorum adiit, & apud eos liberrime profeſſus eſt*, quod Thucyd. I. p. 61. C. φανερῶς εἰπεῖν. Noſt. *c.* 72. 2. *Aug.* 31. 9. *Vitel.* 15. 4.

23. EXERCITUS SINE DUCE eſt *corpus ſine ſpiritu*. Curt. X. 6. 8. *Ut remiges ſine gubernatore, ita milites ſine imperatore nihil valent.* Quintil. VI. Et recte Flor. II. 18. 11. *Tanti eſſe exercitum, quanti imperatorem vere proditum eſt.* V. & *Lipſ. Polit.* V. 14. Rudes ergo rerum bellicarum, nec *duces* appellandos eſſe Petrejum, Afranium & Varronem vult dicere Cæſar.

24. DUCEM SINE EXERCITU Pompejum, qui licet optimus eſſet dux, tamen ſine exercitu nihil poterat. *In armis* enim, ut recte Cicero pro Marcell. c. 2. *militum virtus multum juvat.*

25. MASSILIA eſt urbs Galliæ Narbonenſis a Phocæenſibus condita prope oſtia Rhodani amnis in remoto ſinu, loco ſaxoſo, veluti in angulo maris. *Juſtin.* XLIII. 3. 12. *Gell.* X. 16. *Solin. c.* 2. *Mel.* II. 5. *Strab.* IV. *p.* 124. *Athen.* XIII. *p.* 576. *A. Stephanus. Vitruv.* IV. 3. *Ammian.* XV. 9. & ad illum *Valeſius. Emmius Vet. Græc. Theſ. Antiq. Græcar. Gronov. Tom.* IV. *p.* 589. *E.* Et qui integram deſcripſit quatuor ſectionibus *Petrus Hendreich.* Hæc Cæſari *tranſeunti ad Hiſpanienſes Pompeji exercitus portas claudere* cum auſa eſſet. Flor. IV. 2. 23. Cæſ. B. C. I. 34. 4. i. *Domitio recepto belli adminiſtrandi ſummam permittit* Cæſ. I. 36. I. *illoque paucis ante diebus dimiſſo ſeſe* Cæſari *dedidit*, quod latius ipſe *B. C.* II. 22. *Dio* XLI. *p.* 165. *Vellej.* II. 50.

CAPUT XXXV.

ARG. *Pompejum fundit, cum Ptolemæo bellum gerit, Pharnacem profligat, Scipionem, Jubam & Pompeji liberos devincit Cajus Julius Cæſar.*

Hinc Urbe repetita, in Macedoniam [1] tranſgreſſus [2], Pompejum per quatuor 1
pæne

MACEDONIÆ nomen valde late extenderunt Romani. Strabo in Excerptis: ἡ Μακεδονία περιορίζεται ἐκ δυσμῶν τῇ παραλίᾳ τοῦ Ἀδρίου. Plin. III. 23. ad Liſſum uſque producit. Ita Dyrrhachium, Illyriorum Parthinorum quæ eſt, *Macedonia* annumeratur a Dion. XLI. *p.* 176. *B.* Pridie nonas Januarias Brundiſio naves ſolvit, & poſtridie Ceraуniorum terram attigit Cæſar V. & *Caſaubonum.*

2. TRANSGREDI de maritimo dicitur itinere. Flor. III. 10. 14. *Cæſar ultro Moſulam navali ponte tranſgreditur.* Noſt. *Cal.* 14, 2. Nonius VI. 27. *Tranſgreſſus a pedum gradu proprie dicitur, ſed auctoritas vetuſtatis liberiorem uſum loquendi dedit, ut Salluſt. Hiſt.* I. *& de iis qui navigaſſent, & de ipſis navibus eo ver-*

pæne menſes maximis obſeſſum operibus [3], ad extremum Pharſalico [4] prælio fudit [5]: & fugientem [6] Alexandriam [7] perſecutus, ut occiſum [8] deprehendit, cum Ptolemæo rege, a quo ſibi quoque inſidias [9] tendi videbat, bellum ſane difficillimum geſſit: neque loco [10], neque tempore æquo, ſed hyeme anni [11], & intra mœnia copioſiſſimi [12] ac ſolertiſſimi hoſtis, inops ipſe rerum omnium, atque imparatus.

bo uti voluit, in quibus gradibus non ſit, de Sertorio, ut quidem legendum contendit Mercerus, *nactus obſcuram noctem, æſtu ſecundo, furtim aut celeritate vitare prælium in tranſgreſſu conatus eſt*, ut hæc leguntur apud Gell. x. 26. qui Aſinium Pollionem Salluſtium reprehendentem graviori reprehenſione merito dignum judicat.

3. Operibus i. munitionibus, foſſis, vallis, aggeribus. Cæſ. B. C. iii. 44. 4. *Illi perpetuas munitiones efficiebant, & operibus vincebant.* De illis *Appian. B. C. ii. p. 466.* Ὁ Καῖσαρ ἐπιτολμήσας ἔργῳ δυσχερεῖ τε καὶ παραλόγῳ πάντα Πομπηΐου τὰ στρατόπεδα ἑνὶ τείχει περιλαβεῖν ἐκ θαλάσσης ἐς θάλασσαν ἀποτειχίσαι· στάδιοι γὰρ ἦσαν διακόσιοι καὶ χίλιοι. *Cæſar auſus eſt difficillimo opere & vix credibili univerſa Pompeji caſtra una munitione a mari ad mare ducta concludere: erat vero mille & ducentorum ſtadiorum.*

4. Pharsalicum quare dicatur prælium, dixi *ſupr.* 30. 6. §. 17.

5. Fudisse Pompejum omnes, qui hoc bellum deſcripſerunt, narrant; certum autem diem huic non conſtituunt prælio. Recte igitur Lucan. vii. 421.

Tempora ſignavit leviorum Roma malorum:
Hunc voluit neſcire diem.

Meſſis tamen tempore forte circa Idus Junias fuſum eſſe conſtare putant *Panvin. in Faſt.* i. *p.* 166. *Noriſ. Epoch. Syro-Maced. Diſſ.* iii. *c.* 5. *Bell. de Pharſal. Conſt. p.* 2. §. 4. & 5.

6. Fugisse mutata veſte, comitibus amicis quatuor dicit *Appian. B. C.* ii. *p.* 479. quos duos Lentulos conſulares, Sextum filium & Favonium prætorium fuiſſe dicit *Paterc.* ii. 53. 1.

7. Alexandria *ut pro hoſpitio atque amicitia patris reciperetur, miſit ad Ptolemæum, Peluſium*, ubi *caſu rex erat*, cum *veniſſet Pompejus.* Cæſ. B. C. iii. 103. 2. 3. *Alexandriam* deſcripſi ad *Curt.* iv. 8. 2. §. 8.

8. Occisus eſt Pompejus *duodeſexageſimum annum agens, pridie natales.* Paterc. ii. 53. 3. natum annos undeſexaginta poſtridie natalium, ἑξήκοντα ἑνὸς δέοντα βεβιωκότα ἔτη, μιᾷ ὕστερον ἡμέρᾳ τῆς γενεθλίου dicit *Plutarch. Pomp. p.* 661. *C.* jubente Ptolemæo rege annum decimum tertium agente, ſuaſore Theodoto Samio rhetore, pueri præceptore, ab Achilla militiam, Pothino eunucho pecunias ejus curantibus, L. Septimio tribuno militum, Salvio centurione, & Sempronio homine Romano, regis milite, in navicula viliori, quam, ut ad regem deduceretur, conſcenderat. *Cæſ. B. C.* iii. 104. *Liv. Epit.* 112. *Flor.* iv. 2. 51. 52. *Appian. B. C.* ii. *p.* 480. *Dio* xlii. *p.* 186. 187. *Euſeb. Chron. p.* 152. *Plutarchus. & Lucan.* viii. 467- 590. *Senec. de Ira* ii. 2.

9. Insidias Cæſari compoſitas belli Alexandrini cauſam fuiſſe dicit & Paterc. ii. 54. 1. *Non fuit tamen major in Cæſarem, quam in Pompejum fuerat, regis, eorumque quorum is auctoritate regebatur, fides: quippe cum venientem eum tentaſſent inſidiis, ac deinde bello laceſſere auderent.....* Haſce Cæſari clam ſtructas dicit *Plutarch. Cæſ. p.* 730. *E.* opera Pothini *inter ſuos querentis atque indignantis regem ad dicendam cauſam evocari; juſſerat enim Cæſar, exiſtimans regum controverſias ad ſe, ut qui conſul eſſet, pertinere, Ptolemæum, atque ſororem ejus Cleopatram, exercitus, quos haberent, dimittere, & de controverſiis de regno motis jure apud ſe potius, quam inter ſe armis diſceptare.* Cæſ. B. C. iii. 107. 2. 108. 1.

10. Loco non æquo, quia in ipſis Alexandriæ, *quam copiis ſuis fidens, paucitatemque militum Cæſaris deſpiciens occupaverat Achillas, primo impetu domum ejus irrumpere conatus eſt*, mœnibus geſtum, *Cæſ. B. C.* iii. iii. 1.

11. Hyemem anni dicunt etiam Gell. iii. 10. & Apul. Apol. p. 320. quia *hyems* anni tempeſtatem & procellas ſignificat. Serv. Æn. i. 129. *Aperte declarat hic tempeſtatem ſignificari ex Græco: nam & illi* χειμῶνα *tempeſtatem dicunt.* Stat. Achill. i. 51.

Grandævumque patrem ſupplex miſeranda rogabo
Unam hyemem.

Ita *æſtatem anni* dicit Gel. ii. 21. *Nox fuit, & clemens mare, & anni æſtas.* Ad Græcorum, qui duo vocabula ejuſdem plane ſignificationis, ut ὄχους ἁρμάτων. *Eurip. Phœn. n.* 1197. & *Hippol. n.* 1166. conjungere amant, imitationem has loquendi formulas eſſe factas putat *Ampliſſ. Cuper. Obſerv.* ii. 10. * Ad eundem fere modum Salluſt. Bell. Jugurth. c. 52. *Et jam diei veſper erat.* Hinc bellum ultra quintum aut ſextum menſem non fuiſſe protractum, ejuſque exitum in menſem Martium incidiſſe colligit *Velſer. Vindel.* ii. *p.* 200. Novem quidem menſium moram in Ægypto traxit; ſed reliquum temporis regno luſtrando impendit Cæſar. Et ſic explicandus eſt Appian. Bell. Civ. ii. p. 484. Καὶ ἐς ταῦτα διατριφθῆναι αὐτῷ μῆνας ἐννέα, μέχρι Κλεοπάτραν ἀντὶ τοῦ ἀδελφοῦ βασιλεύειν ἀπέφηνεν Αἰγύπτου, καὶ τὸν Νεῖλον ἐπὶ τετρακοσίων νεῶν, τὴν χώραν θεώμενος, περιέπλει μετὰ τῆς Κλεοπάτρας. *Inter hæc novem menſes abſumpſit, donec Cleopatram loco fratris reginam fecit Ægypti, & in Nilum una cum Cleopatra quadringentis navibus ſubjectus perluſtravit regionem.*

12. Copiosissimi i. omnibus rebus inſtructiſſimi. *Alexandriam urbem omnium longe opulentiſſimam, & maxi-*

Digitized by Google

tus.* Regnum Ægypti victor [13] Cleopatræ [14] fratrique ejus minori [15] permiſit: ve- 2
ritus provinciam facere [16], ne quandoque violentiorem præſidem [17] nacta, nova-
rum rerum [18] materia eſſet. Ab Alexandria in Syriam [19] & inde Pontum [20] tranſiit, 3
urgentibus de Pharnace nuntiis [21]: quem Mithridatis Magni [22] filium, ac tunc oc-
caſione temporum [23] bellantem, jamque multiplici ſucceſſu præferocem [24], intra
quintum [25] quam adfuerat, diem, quatuor, quibus in conſpectum venit, horis [26],
nna

maximam, & cujus opibus Roma in tantum aucta ſit, ut propter abundantiam pecuniarum, duplicia quam uſque ad id fuerant, poſſeſſionum aliarumque rerum venalium pretia ſtatuerentur, dicit Oroſ. VI. 19.

13. VICTOR.... Alexandriam cepit a. d. 6. Kal. April. In Kalendario veteri marmoreo Romæ ad VI. Kal. Apriles ſcriptum: HOC DIE CÆSAR ALEXANDRIAM RECEPIT. Quod ego ad *Julium* pertinere puto. Hinc quoque belli ultra quintum aut ſextum menſem non protracti exitum in menſem Martium incidiſſe patet. Occiſus enim eſt Pompejus a. d. III. Kal. Octobris. Pridie enim Kal. Octob. natum ſcribit Plin. XXXVII. 2. pridie natalis occiſum dicit §. 8. Novem menſes in Ægypto abſumpſiſſe Cæſarem dicit Appian. B. C. II. p. 484. ſed ſexto menſe bello finito reliquum tempus regioni luſtrandæ, τὴν χώραν διαθέμενος, ut addit Appianus, impendit. *Velſer. Rer. Aug. Vind.* II. *p.* 199. 200. *Epiſt. ad Scalig.* 2.

14. CLEOPATRÆ *Ptolemæi ſorori, cum qua conſuetudinem ſtupri habuerat, regnum dedit* Cæſar. Eutrop. VI. 18. Forte reſpexit *Ptolemæi patris teſtamentum, in quo heredes erant ſcripti ex duobus filiis major, & ex duabus filiabus ea, quæ ætate antecedebat*. Cæſ. B. C. III. 108. 3.

15. FRATRIS MINORIS ſuperſtitis conjugem voluit eſſe Cleopatram, regnumque utriſque commune fecit Cæſar, metuens, ne Ægyptii, mulieris imperio addicti, denuo tumultuarentur: neve Romanorum in ſe animos, cum hujus rei, tum ſuæ cum Cleopatra conſuetudinis cauſa commoveret. V. Dion. XLII. p. 205. E.

16. PROVINCIAM FACERE, *ne fame urgeret Italiam, quiſquis eam provinciam, clauſtraque terræ ac maris, quamvis levi præſidio adverſum ingentes exercitus inſediſſet*. Qua de cauſa etiam *Auguſtus inter alia dominationis arcana, vetitis, niſi permiſſu, ingredi ſenatoribus, aut equitibus Romanis illuſtribus, ſepoſuit Ægyptum*. Tacit. Ann. II. 59. 4. Ideo *quod Alexandriam inconſulto ſe Germanicus adiſſet*, *queritur in ſenatu* Tiberius apud noſtr. 52. 6.

17. PRÆSIDES proprie Romano populo, utique conſtituto jam imperio, fuerunt, qui ex equeſtri ordine, vel extremi homines ad provinciarum adminiſtrationem deligebantur, non a ſenatu, verum ab Auguſtis, ut eos deſcribit *Laz. Comm. R. R.* II, 8. Noſt. *Aug.* 23. 2.

18. NOVARUM RERUM i. ſeditionum, tumultuum. Harum cupientes eſſe Ægyptios dixi ad Curt. III. 8. 13. §. 31.

19. SYRIA proprie quæ vocetur, docui ad Curt. IV. 1. 30. §. 120. Per hanc contra Pharnacem duxit exercitum Cæſar. *Appian. B. C.* II. *p.* 484.

20. PONTUS proprie id mare dicitur, quod a Mæotide palude uſque in Tenedum protenditur: ſed ubi primum ſe arcet de Tenedo incipiens, poſt Helladis caſum *Helleſpontus* vocatur: ubi expandit, *Propontis*: ubi iterum premit, *Thracius Boſporus*: ubi iterum effundit, *Pontus Euxinus*. Mel. I. 1. Scylax Caryand. Peripl. p. 72. Agathem. Geogr. I. 3. II. 14. Artemid. Epheſ. Epit. p. 69. Buſch. in Petron. p. 27. Ortel. vet. Geogr. p. 15.

21. A NUNTIIS bis accepit Cn. Domitium Calvinum a Pharnace fuſum, ἡττημένον, ex Ponto cum paucis fugam cepiſſe: Pharnacen immodice victoria utentem, Bithynia occupata & Cappadocia, Armeniæ minori imminere, omneſque illius oræ reges & tetrarchas concitaviſſe. *Plutarch. Cæſ. p.* 731. *E.*

* 22. MAGNI, quem *maximum ætate ſua Regum* Plin. XXV. 2. & *poſt Alexandrum Regem maximum* vocat Cicer. Acad. II. 1. Et φύσει μεγαλοπράγμονα, *magnis rebus agendis natum*. Dio XXXVI. 34. C.

23. OCCASIONE TEMPORUM i. temporis opportunitate captata. Bellis enim civilibus occupabantur Romanorum arma. Dio XLII. p. 189. *Pharnaces, quum primum inter Pompejum ac Cæſarem bellum motum eſſe acceperat*, ἐκπεπολεμῶσθαι ἔμαθε, *regnum paternum recuperare incepit. Spes eum ceperat, fore hoc civile bellum diuturnum, ipſaſque inter ſe Romanorum vires conſumptum iri*, τὰς δυνάμεις τῶν Ῥωμαίων αὐτὰς περὶ αὑτὰς ἀναλώσειν. Unde Flor. IV. 2. 62. *Pharnaces magis diſcordiæ noſtræ fiducia, quam virtutis ſuæ infeſto in Cappadociam agmine ruebat.*

24. SUCCESSU PRÆFEROCEM, ἐνίκησε πάνυ λαμπρῶς, καὶ τῷ δὲ μάλιστα ἐπαρθείς: *egregie vicerat, & inde animum auxerat*. Appian. B. C. II. p. 484. Nec mirum. *Victoria natura inſolens & ſuperba eſt.* Cicer. pro Marc. c. 3. *& rebus ſecundis etiam egregii duces inſoleſcunt*. Tacit. Hiſt. II. 7. 2.

* 25. INTRA QUINTUM.... i. intra quinque dies ab illo tempore, ab illa hora, ſive poſt illam horam ad quam. Illud, ad quod relativum referri debet, interdum omittitur. Nep. Cim. 3. 2. *Poſt annum quintum quam expulſus erat* i. poſt annum quintum ab illo tempore quo... Noſt. Tib. 60. 1. V. *Perizon. in Sanct. Min. p.* 151.

26. QUATUOR HORIS.... Flor. IV. 2. 63. *Hunc Cæſar aggreſſus uno, &, ut ſic dixerim, non toto prælio obtrivit, more fulminis, quod uno, eodemque momento*

 mento

una profligavit acie: crebro commemorans [27] Pompeji felicitatem, cui præcipua
4 militiæ laus de tam imbelli genere hoſtium contigiſſet. Dehinc Scipionem [28] ac
Jubam [29] reliquias partium [30] in Africa refoventes [31], devicit: Pompeji liberos [32]
in Hiſpania [33].

mento venit, percuſſit, abſceſſit. Nec vana de ſe prædicatio eſt Cæſaris; ante victum hoſtem eſſe, quam viſum. V. & c. 37. §. 28. Non tamen ſine trepidatione & magno terrore prælium hoc eſſe geſtum narrat, dum omnem ejus apparatum denarrat, *Hirt. Bell. Alex. c.* 74. 75. narrat & *Dio* XLII. *p.* 207. *B.*

27. Commemorans.... Ipſa verba Cæſaris ponit Appian. B. C. II. p. 485. Ὦ μακάριε Πομπήϊε, τοιοῦτοις ἄρα, κατὰ Μιθριδάτου τὸν τοῦ δὲ πατέρα πολεμῶν ἀνδράσι, μέγας τε ἐνομίσθης, καὶ μέγας ἐπεκλήθης. *O te beatum Pompei, qui cum talibus viris bello Mithridatico decertans magnus es habitus & cognominatus.*

28. Scipionem Q. Metellum Pium, ut dicitur *Dion.* XL. *p.* 144. *E.* qui fuit *vir conſularis* Paterc. II. 54. 2. Pompejus enim illum collegam aſſumpſit anno ab U. C. 701. quo ſolus Conſul factus fuerat invidiam ejus rei declinaturus, & biennium antequam exſtingueretur, ſocerum ſibi legerat, quem quomodo devicerit Cæſar, docent *Hirt. Bel. Afric. c.* 82--85. 96. *Flor.* IV. 2. 68. *Appian. B.* II. p. 488. *Dio* XLIII. *p.* 216. 217. *Plutarch. Cæſ. p.* 732. 733.

29. Juba rege Mauritaniæ pro ſocietate ac amicitia opem ferente in Africa Actius Varius Pompejanus præerat. *Appian. B. C.* II. *p.* 454. quem quomodo vicerit, & victum, ut fugeret, compulerit, docent *Hirt. Bel. Afric. c.* 91--95. *Flor.* IV. 2. 67. 69. *Appian. B. C.* II. *p.* 490. *Dio* XLIII. *p.* 217. *Plutarch. Cæſ. p.* 732. 733.

30. Reliquias partium I. illos, qui adhuc ex Pompejanis *reliqui* erant. Flor. IV. 2. 64. *Hæc reliquias partium naufragarum quidam furoris æſtus expulerat.*

31. Refoventes I. reparantes, colligentes. Plin. Paneg. 18. 1. *Specioſum eſt quod diſciplinam caſtrorum collapſam refoviſti.* Frigentes *refovemus.* I. admoto igne calorem reparamus. Curt. VIII. 4. 15. *Quamquam ipſe tunc maxime admoto igne refovebat artus.* Noſt. *Ner.* 27. 2.

32. Pompeji liberos, Cnejum & Sextum. Illorum major e pugna fugit cum 150 equitibus verſus Cartejam, ſed quum eam ad victorem defeciſſe intelligeret, naviculam, ut fugeret, conſcendit, & quum hæſiſſet pedem implicitus funiculo, cum præcidere quidam volens, talum per errorem ſecuit. Fugientem nihilominus Ceſonius, ut *Flor.* IV. 2. 86. vel Ceſennius Lento, ut *Dion.* XLIII. *p.* 233. *E.* dicitur, apud Lauronem oppidum conſecutus, vel in loco inſtar ſpeluncæ exeſo, ut *Hirt. Bel. Hiſp. c.* 39. §. 3. vel in ſylva & ſolitudine avia, ut *Paterc.* II. 55. 4. & *Dio*, & quidem ſub arbore ſedentem *Appian. B. C.* II. *p.* 494. & adhuc pugnantem interfecit. V. laudatos auctores hæc latius narrantes. Minorem fortuna in Celtiberiam abſcondit. *Flor.* IV. 2. 87. qui illis, qui cladem hanc evaſere, fuit receptaculo. *Appianus.* ſed non diu in Hiſpania bellum ſuſtinens, Siciliam ad defectionem concitavit, & inde in Aſiam profugit. *Strab.* III. *p.* 97.

33. In Hispania, & quidem ad ejus urbem Mundam, ut tradunt *Liv. Epit.* 115. *Val. Max.* VII. 6. 5. *Hirt. Bell. Hiſp. c.* 27. §. 6. *Plutarch. Cæſ. p.* 734. *A.*

CAPUT XXXVI.

ARG. *Per legatos clades patitur, ancipiti fortuna bis dimicat Cajus Julius Cæſar.*

1 Omnibus civilibus bellis nullam cladem, niſi per legatos ſuos, paſſus eſt [1]: quorum C. Curio [2] in Africa periit: C. Antonius in Illyrico in adverſariorum
devenit poteſtatem: P. Dolabella [3] claſſem in eodem Illyrico, Cn. Domitius Cal-
2 vinus [4] in Ponto exercitum amiſerunt. Ipſe proſperrime ſemper, ac ne ancipiti quidem

Cladem passus est. Flor. IV. 2. 30. *Aliquid adverſus abſentem ducem auſa fortuna eſt circa Illyricum & Africam; quaſi de induſtria proſpera ejus adverſis radiarentur.* V. de hiſce cladibus agentem *Lucan.* IV. 388...

2. C. Curio ad Africam recipiendam miſſus, pulſo fugatoque Varo jam ſuperbus, ſubitum Jubæ Regis adventum, equitatumque Maurorum non potuit ſuſtinere; ſed ad Bagradam flumen cum omnibus quotquot circa ſe habebat, licet victo fuga pateret, occubuit. *Cæſ. B. C.* IV. 42. 4. *Flor.* IV. 2. 34. *Paterc.* II. 55. 1. *Oroſ.* VI. 15. *Dio* XLI. *p.* 173. *D. Appian. B. C.* II. *p.* 456. *Lucan.* IV. 694--798.

3. C. Antonius et P. Cornelius Dolabella quum fauces Adriatici maris juſſi occupare, ille Illyrico, hic Curictico littore caſtra poſuiſſent, repente Pompeji legati M. Octavius & L. Scribonius Libo ingentibus copiis claſſicorum, circumvenerunt utrumque. Dolabellam ex Dalmatia profligaverunt, ἐκ τῆς Δαλματίας ἐξήλασαν. C. Antonium ſubvenire ei volentem, in inſulam quandam exiguam concluſerunt: ibique ab incolis deſertum, fameque preſſum, cum quindecim cohortibus ceperunt,

Digitized by Google

quidem unquam fortuna, præterquam bis, dimicavit: ſemel ad Dyrrachium [5], ubi pulſus, non inſtante Pompejo [6], negavit eum vincere ſcire [7]: iterum in Hiſpania [8] ultimo prælio [9], cum deſperatis rebus etiam de conſciſcenda nece cogitavit.

perunt, & ad Pompejum deduxerunt. *Flor.* IV. 2. 31. *Oroſ.* VI. 15. *Dio* XLI. *p.* 171. D. E.

4. Cn. Domitius Calvinus. V. c. 35. §. 21.

5. Dyrrachium urbs eſt Illyridis, Epidamnus vocata, πόλις Ἰλλυρική, Ἐπίδαμνος κληθεῖσα. *Stephanus.* Eam deſcribunt Thucyd. I. p. 17. & Max. Tyr. Diſſert. XII. p. 124. Ἐπίδαμνός ἐστι πόλις ἐν δεξιᾷ ἐσπλέοντι τὸν Ἰόνιον κόλπον, προσοικοῦσι δὲ αὐτὴν Ταυλάντιοι βάρβαροι, Ἰλλυρικὸν ἔθνος. Ταύτην ἀπῴκισαν μὲν Κερκυραῖοι, οἰκιστὴς δ᾽ ἐγένετο Φάλιος Ἐρατοκλείδου, Κορίνθιος γένος. *Epidamnus eſt urbs ad dextram ejus, qui in Ionium ſinum navigat: eam accolunt Taulantii barbari, Illyrica gens. Condiderunt Corcyræi, dux vero coloniæ condendæ fuit Phalius Eratoclidis Corinthius.* Hodie vocatur *Durazzo.* Hanc qui deſcripſerunt auctores collegit *Palmer. Græc. ant.* I. 19. Ad hanc urbem *in locorum anguſtias*, εἴσω τῶν στενῶν, pervenit, & *quod frumenti penuria laboraret*, ὁ σῖτος αὐτὸν ἐπιλελοίπει, *ſubito vaſis conclamatis in Theſſaliam contendit.* Dio XLI. p. 177. A. Appian. B. C. II. p. 466. Cæſ. B. C. III. 71.

6. Pompejus *non inſecutus eſt Cæſarem, quia is & repente de nocte diſceſſerat, & flumen Genuſum magna celeritate tranſiverat. debellaſſe jam autem ſe perſuaſum habebat*, ὥστε μέν τοι τὴν γνώμην εἶχεν, ὡς καὶ διαπεπολεμηκώς. *Dio.* D. *Cæſ.* C. III. 73.

7. Negavit eum vincere scire. Ad verbum dixiſſe *Plutarch. Apophth.* II. *p.* 206. & *Appian.* B. C. II. *p.* 467. dicunt Cæſarem: *hodie victoria erat penes hoſtes, ſed non habent qui vincere noverit*; τήμερον ἂν ἡ νίκη παρὰ τοῖς πολεμίοις, ἀλλὰ τὸν εἰδότα νικᾶν οὐκ ἔχουσιν.

8. In Hispania inclinatam aciem ſuam Cæſar & ægre reſiſtentem cernens, plus quam dubio Marte, equo deſcendit, & per medios diſcurrens armatos & ordines, increpita prius fortuna, quod ſe in eum ſervaſſet exitum, clamavit: *ecquid eos puderet, quod pueris ſe proditum irent*, εἰ μηδὲν αἰδοῦνται λαβόντες αὐτὸν ἐγχειρίσαι τοῖς παιδαρίοις. Nullum unquam atrocius periculoſiusque ab eo initum prælium, ita ut a pugna revertens ad amicos dixerit: *ſæpe ſe pro victoria, in præſentia vero pro vita dimicaſſe*; ὡς πολλάκις μὲν ἀγωνίσαιτο περὶ νίκης, νῦν δὲ πρῶτον περὶ ψυχῆς. *Paterc.* II. 55. 3. *Plutarch. Cæſ. p.* 734. A. *Appian.* B. C. II. *p.* 493. V. *ſupr.* 35. 4. §. 32.

9. Ultimo prælio. Ita etiam Lucan. I. 40.

Ultima funeſta concurrant prælia Munda.

CAPUT XXXVII.

ARG. *Quinque triumphos, diverſo quemque apparatu & inſtrumento agit Cajus Julius Cæſar.*

Confectis [1] bellis, quinquies triumphavit [2], poſt devictum Scipionem quater eodem menſe, ſed interjectis diebus [3], & rurſus ſemel poſt ſuperatos Pompeji liberos. Primum & excellentiſſimum triumphum egit Gallicum [4], ſequentem Alexandrinum [5], deinde Ponticum [6], huic proximum Africanum [7], noviſſimum [8] Hiſpa-

Confectis I. finitis. Flor. II. 15. 2. *Primo commiſſum bellum, profligatum ſecundo, tertio vere confectum eſt.* Not. *Aug.* 10. 8. *Domit.* 6. 7. τὰ ἐμφύλια πάντα καθελών. *Appian.* B. C. II. *p.* 494.

2. Triumphum omnium honorum, qui ſuffragio aut ſtudio civium deferrentur, ampliſſimum Romulus inſtituit. Imperatori ad portam ſenatus ibat obviam, ſpolia de hoſtibus capta, & præda omnis auri atque argenti, & oppidorum captorum ſimulacra, & captivorum hoſtium duces vincti ſubſequebantur. Imperator ipſe auratis quadrigis, laurea coronatus, dextra ramum lauri tenens, os minio illitus, bulla ornatus, & toga tunicaque triumphali indutus vehebatur. Currum legati & tribuni militum in equis, & pedibus exercitus omnis victor laureatus cum cantu & clamore, quousque in Capitolium perveniret, aſſectabatur. V. *Joſeph. de Bell. Jud.* VII. 24. *Sigon. de jur. prov.* II. 10. *Laz. Comm. R. R.* IX. 3. *Onuphr. Panvin. & Buleng. de triumpho.*

3. Interjectis diebus I. ut inter triumphum & triumphum eſſet aliquot dierum intervallum. Simul tamen quatuor egiſſe triumphos, ἐθριάμβευσε τέσσαρας ὁμοῦ θριάμβους dicit *Appian.* B. C. II. *p.* 491. τὰ ἐπινίκια ... τετραχῇ χωρὶς τέσσαρσιν ἡμέραις ἔπεμψε *Dio* XLII. *p.* 223. B.

4. Gallicum I. de Gallis ſubactis. In ferculis *Rhenus & Rhodanus, & ex auro captivus Oceanus.* Flor. IV. 2. 88.

5. Alexandrinum I. de ſuperato & necato Ptolemæo rege. *Tunc in ferculis, Nilus, Arſinoe* Cleopatræ ſoror, *& ad ſimulacrum ignium ardens Pharus.* Florus, Dio. picturæ Achillæ & Pothini capite pœnas luentium. *Appianus.*

6. Ponticum I. de Pharnace victo. Hic Pharnacis turpem fugam figuris repræſentavit. *Appianus*, & trium verborum titulum, de quo §. 26.

7. Africanum I. de Juba, & Mauris, non de Scipione. In illo Juba filius admodum puer, κομιδῆ νήπιος Plutarch. Cæſ. p. 735. E. θρίαμβος ἐν Appiano

3 Hiſpanienſem [9], diverſo [10] quemque apparatu [11] & inſtrumento. Gallici triumphi die Velabrum [12] prætervehens [13] pæne curru excuſſus eſt [14], axe [15] diffracto [16]: adſcenditque [17] Capitolium [18] ad lumina [19], quadraginta elephantis [20] dextra atque ſiniſtra

piano traductus eſt. Ejus, ut addit Plutarch. p. 733. D. fortunata captivitas, qui inde ex barbaris Numidis inter eruditiſſimos hiſtoricos recenſetur. Et, licet civem de cive triumphare nefas fuerit, vidit & ingemuit populus Romanus L. Scipionem in medio mari, Petrejum in cœnaculo, Catonem Uticæ ferro ſemetipſos transfodientes. *Appianus.*

8. NOVISSIMUM i. ultimum. Vocabulum non novum, aut quo Cicero uti noluerit, ut olim cenſuit Gell. x. 21. quem falſum eſſe animadvertit *Cujac. Obſerv.* III. 46. Utitur illo Cicer. Epiſt. ad Octav. *Ut noviſſima noſtra facta non inconvenientia fuiſſe judices.* pro Roſc. c. 11. *Brevi tempore, qui ne in noviſſimis quidem erat hiſtrionibus, ad primos pervenit comœdos.* Noſt. 56. 8. imo ſæpius.

* 9. HISPANIENSEM i. non de *Hiſpanis*, ſed de Pompeji liberis & copiis in *Hiſpania* partam. *Hiſpanienſem* dicimus in *Hiſpania* degentem, verſantem, ut *Hiſpanum* in *Hiſpania* natum. Soſipater. *Cum dicimus Hiſpanus, nomen nationis oſtendimus, tum autem Hiſpanienſis, cognomen eorum, qui provinciam Hiſpaniam incolunt, etſi non Hiſpani.* Feſtus in Corinthienſes. *Cum Romanenſes, & Hiſpanienſes, & Sicilienſes negotiatores dicimus, qui in alienis civitatibus negotiantur.* Mart. Præf. XII. *Ne Romam non Hiſpanienſem librum*, i. in *Hiſpania* ſcriptum *mittamus, ſed Hiſpanum* quid ſapientem, ſed plane barbarum. Noſt. 38. 4. Hic *ſupra modum fuit Romanis acerbus*, ὡς οὐδὲν ἄλλο Ῥωμαίως ἠνίατο. *Neque enim alienigenis ducibus, vel regibus oppreſſis barbaris, ſed viri Romani ſummi calamitate affiicti liberis & familia ſemel oppreſſis*, ἀξίαν ἀνηκότα. *fœdum habebatur, patriæ inſultare calamitatibus.* Plutarch. Cæſ. p. 734. A. *Hunc non tantum ipſe duxit, ſed Fabio etiam Pedioque legatis, qui nihil propriis auſpiciis geſſerant*, μηδὲν ἰδίᾳ κατορθώσασι, *triumphandi poteſtatem fecit, & aperte triplex triumphus*, ἐμφανίσαντα τριττά τε νικητήρια, *& triplex pompa Romanorum habita.* Dio XLIII. p. 234. C. D.

10. DIVERSO, quia *Gallici ex citro, Pontici ex acantho, Alexandrini teſtudine, Africi ebore, Hiſpanienſis argento raſili conſtitit.* Paterc. II. 56. 2.

11. APPARATUS & *inſtrumenta* ſunt ſigna, tabulæ, ſive ſimulacra oppidorum, arcium, montium, caſtellorum, fluviorum, & id genus, quæ interdum ſculpta ligno, interdum quoque pretioſiori materia præferebantur. Quintil. Inſtit. VI. 3. *Quum in triumpho Cæſaris eborea oppida eſſent tranſlata, & poſt dies paucos Fabii Maximi lignea. Inſignia triumphorum* dicuntur noſt. infr. *Aug.* 29. 8. V. & *Scheff. de re vehic.* II. 3.

12. VELABRUM regio erat prope forum boarium, ubi nunc ædes D. Georgii, cognomento in *Velabro.* Marlian. Topog. Rom. IV. 7. Donat. de Urb. Rom. I. 22. Nardin. Rom. Vet. v. 5. & 10. Borrich. Ant. Urb. Fac. c. 10. §. 6. Noſt. *Ner.* 25. 4.

13. PRÆTERVEHENS activum pro paſſivo. Liv. XXII. 49. *Cum prætervehens equo, ſedentem in ſaxo cruore oppletum conſulem vidiſſet*, pro *prætervectus. Invehens* Cic. N. D. I. 28. *Maritimus Triton pingitur natantibus invehens belluis*, pro invectus. *Vehens.* Apul. Metam. I. p. 103. *Equo indigena peralbo vehens.* Cicer. Brut. c. 97. *Per medias laudes quaſi quadrigis vehentem.* Noſt. c. 78. 3. *Claud.* 28. 3. *Domit.* 11. 3.

14. CURRU EXCUSSUS EST i. de *curru* triumphali cecidit. V. Curt. III. II. 11. §. 51.

15. AXIS *appellatur ſtipes teres, circa quem rota vertitur.* Feſtus. V. & *Scheff. de re vehic.* I. 4.

16. DIFFRACTO. De quo hæc Dio XLIII. p. 224. B. Ἐν δὲ τῇ πρώτῃ τῶν νικητηρίων τέρας οὐκ ἀγαθὸν ἐγένετο. Ὁ γὰρ ἄξων τοῦ ἅρματος τοῦ πομπικοῦ παρ᾽ αὐτῷ τῷ Τυχαίῳ τῷ ὑπὸ τοῦ Λυκύλλυ οἰκοδομηθέντι συνετρίβη, ὥστε ἐφ᾽ ἑτέρυ αὐτὸν τὰ λοιπὰ ἐπιτελέσαι. *Primo triumphi die omen ei adverſum obtigit. Nam axis currus triumphalis apud fanum Fortunæ a Lucullo ædificatum ita eſt diffractus, ut ad reliquam triumphi partem alio curru opus fuerit.* Plin. XXVIII. 2. *Cæſarem dictatorem poſt unum ancipitem vehiculi caſum, ferunt ſemper, ut primum conſediſſet, carmine ter repetito ſecuritatem itinerum aucupari ſolitum.*

17. ADSCENDIT per gradus ab area Capitolina in templum genibus. Τοὺς ἀναβασμοὺς τοὺς ἐν τῷ Καπιτωλίῳ τοῖς γόνασιν ἀνερριχήσατο. *Gradus in Capitolio genibus ingreſſus conſcendit.* Dio. Et ita κατὰ τὸ νομιζόμενον triumphavit Britanniæ parte aliqua ſubacta Claudius, τοὺς ἀναβασμοὺς τοὺς ἐν τῷ Καπιτωλίῳ τοῖς γόνασιν ἀναβὰς, ἀναφερόντων αὐτὸν τῶν γαμβρῶν ἑκατέρωθεν. *per gradus in Capitolio genibus adſcendens, levantibus eum utrinque generis.* Idem XL. p. 680. B. V. etiam *Donat. de Urb. Rom.* II. 5.

18. CAPITOLIUM ex more & ritu triumphantium. Lucan. VIII. 553.

Nec ter Capitolia curru
Invectus.

Unde *finis pompæ* dicitur Joſeph. Bel. Jud. VII. 24. Ἦν δὲ τῆς πομπῆς τὸ τέλος ἐπὶ τὸν νεὼν τοῦ Καπιτωλίου Διὸς, ἐφ᾽ ὃν ἐλθόντες ἔστησαν. *Pompæ autem finis fuit Capitolini Jovis templum, quo poſtquam ventum eſt, conſtitere.*

* 19. AD LUMINA, quæ ſcilicet lychnuchis geſtabant elephanti. V. infr. Cal. 45. 2. §. 6. Luminibus accenſis & appenſis gaudium teſtari, ſive privatim, ſive publice læti aliquid obtigiſſet, antiquiſſimi fuiſſe moris, Caſaubonus docet ex Æſchyl. Agam. n. 92.

Ἄλλη δ᾽ ἄλλοθεν οὐρανομήκης
Λαμπὰς ἀνίσχει,
Φαρματτομένη χρίματος ἁγνοῦ,

Ma-

ſiniſtra lychnuchos [21] geſtantibus [22]. Pontico triumpho inter pompæ [23] fercula [24] 4
trium verborum prætulit titulum [25], VENI, VIDI, VICI [26], non acta belli ſignificantem, ſicut cæteris [27], ſed celeriter confecti [28] notam.

Μαλακαῖς ἀδόλοισι παρηγορίαις
Πελάνῳ μυχόθεν βασιλείῳ
Alia aliunde ad cœlum uſque pertingens
Lampas tollitur,
Delibuta olei caſti
Mollibus puris fomentis
Cum libatione e regiis cellis deprompta.

20. Elephantis primus in triumpho uſus eſt Pompejus. Plin. viii. 2. *Romæ juncti* elephanti *primum ſubiere currum Pompeji magni Africano triumpho: quod prius India victa triumphante Libero patre memoratur.* Neronis atavus Cn. Domitius apud noſtrum *Neron. c.* 2. 1. V. & *Alex. Gen.* vi. 6. *Laz. Comm. R. R.* ix. 3. *Sagitt. Ot. Jen. diſſ.* 16. *Demſt. A. R.* x. 29. *Buleng. de Triumph. c.* 2. Triumpho non Gallico, ſed Africano hoc accidiſſe videtur narrare Dio, dum dicit: *ἔς τε τὴν ἑαυτοῦ ἀγορὰν ἐσῆλθε, καὶ ἐντεῦθεν οἴκαδε, παντὸς μὲν ὡς εἰπεῖν τοῦ δήμου παραπέμποντος αὐτὸν, πολλῶν δὲ ἐλεφάντων λαμπάδας φερόντων ἐκομίσθη: in forum ſuum prodiit, atque inde domum vectus eſt, comitante ipſum toto fere populo, multiſque elephantis facem præferentibus* xliii. p. 224. E.

21. Lychnuchos i. faces, *δᾷδας*, *λαμπάδας*, quas voces promiſcue veteres uſurpaſſe ex Athenæo & Polluce docet *Spanhem. de præſt. Num. Diſſ.* iii. *p.* 127. 128. licet laternas interpretentur *Caſaubonus* & *Crinit. de hon. diſc.* xvii. 6. & juvenes, qui elephantis vecti lychnos prætulerint, intelligant *Torrentius* & *de Roa Singul.* 1. 2. 16. Principibus & de republica bene meritis viris hic honos ex veteri more eſt habitus. Ita *Duillius imperator non contentus unius diei triumpho, per vitam omnem, ubi a cœna rediret, prælucere funalia, præcinere ſibi tibias juſſit.* Flor. ii. 2. 10. Cicer. de Senect. c. 13.

22. Gestantibus proboſcide. Fuerunt enim nihil aliud quam ſervi *λαμπτηροφόροι*, ſive *λυχνοφόροι* hi elephanti. Talem producit loco laudato ampliſſimus *Spanhemius.*

23. Pompæ triumphalis, quæ erat illa ſpoliorum, aliarumque rerum ordine geſtata multitudo. Inde *latere ſub pompa* eſt latere ſub veſtimentis imaginis, ferculo innixæ. Unde eleganter Senec. Epiſt. 24. *Tolle iſtam pompam, ſub qua lates.* *Πομπεῖα* etiam Græcis res quaslibet, quæ in *pompa* transvehuntur, ſignificat, ut docet *Caſaub. in Athen.* v. 7. V. & *Scheff. de re vehic.* ii. 3.

24. Ferculum non eſt apparatus, licet cum illo confundat *Torrentius*, ſed eſt geſtamen, quo pompa deferri ſolebat. Ideo ex eodem ſemper fuit genere, ligno ſcilicet, non ita apparatus §. 10. Cicer. Offic. 1. 13. *Cavendum eſt, ne tarditatibus utamur in ingreſſu mollioribus, ut ſimiles pomparum ferculis videamur.* Aſcon. in Cicer. p. 85. *Ferculis ſignæ ante triumphantem vehi per pompam.* Noſt. c. 76. 2. V. *Onup. Panv. Lud. Circ.* ii. 2. *Stuck. A. C.* iii. 1. *Scheff. de re vehic.* ii. 3. *Taſſin. de lud. ſecul. Rom. c.* 15. §. 14.

25. Titulum i. tabulam, in qua ſcripta rerum geſtarum ſumma capita. Prop. iii. 3. 16.

Et titulis oppida capta legam.

Hæc vero exhibuerunt *cæteri* illi *tituli*, de quibus modo ipſe, cum hic non expreſſerit niſi tria, quæ ſequuntur, verba.

26. Veni, vidi, vici, *Ῥωμαϊστὶ αἱ λέξεις εἰς ὅμοιον ἀπολήγουσαι σχῆμα ῥήματος, οὐκ ἀπίθανον τὴν βραχυλογίαν ἔχουσι, quæ dictiones Latine ſimiliter cadentes non illepidam habent breviloquentiam.* Plutarch. Cæſ. p. 731. E. qui addit, idemque reperit *Apophth.* ii. *p.* 206. & ab illo ſtat *Appian. B. C.* ii. *p.* 485. Romam ad amicum quendam Amintium hæc ſcripſiſſe Cæſarem.

* 27. Cæteris in triumphis.

28. Celeriter confecti. Significant enim *τῆς μάχης ταύτης τὴν ὀξύτητα καὶ τὸ τάχος. Plutarch. Cæſ. p.* 731. *E.*

CAPUT XXXVIII.

ARG. *Legionibus prædæ nomine pecuniam dat & agros aſſignat, populo frumentum, oleum, pecuniam dividit, annuam habitationem remittit, epulumque & viſcerationem addit Cajus Julius Cæſar.*

Veteranis [1] legionibus prædæ nomine in pedites [2] ſingulos, ſuper bina ſeſtertia [3], quæ initio civilis tumultus [4] numeraverat, vicena millia nummum dedit: 1

Veteranis, non enim novellis aliis: etſi & hæ, credo, aliquid habuerunt. *Veteranæ* autem illæ *decem.* Lipſ. de Magn. Rom. ii. 12.

* 2. In pedites. Quibus *equites* non addit, cum omnibus notum eſſet, quod *peditibus* daretur, id duplicari centurionibus, dari triplex *equiti*, quadruplum tribunis & præfectis equitum. *Gronov. de Pec. Vet.* ii. 22. *Lipſ. de Magnit. Rom.* ii. 12. *Ant. Lect.* v. 18.

3. Bina sestertia ſunt nobis quinquaginta Philippei. *Lipſ. ibid.* ii. 12.

4. Tumultus i. belli. Cicer. Phil. viii. 1. *Belli nomen ponendum in ſententia quidam non putabant: tumultum appellare malebant, ignari non modo rerum, ſed etiam verborum. Poteſt enim bellum eſſe ſine tumultu,*

dedit: aſſignavit [6] & agros [7], ſed non continuos [8], ne quis poſſeſſorum [9] expelle-
2 retur. Populo [10] præter frumenti denos modios, ac totidem olei libras [11] trece-
nos quoque nummos, quos pollicitus olim erat, viritim diviſit: & hoc amplius,
3 centenos [12] pro mora [13]. Annuam etiam habitationem [14] Romæ uſque ad bina
4 millia [15] nummum, in Italia non ultra quingenos ſeſtertios remiſit. Adjecit epu-
5 lum [16] ac viſcerationem [17], & poſt Hiſpanienſem victoriam duo prandia. Nam
quum

tu, tumultus ſine bello eſſe non poteſt. Quid enim eſt aliud tumultus, niſi perturbatio tanta, ut major timor (*tumor* reponendum eſſe contendit Douſa P. Explan. Plaut. I. 4.) *oriatur? unde etiam nomen ductum eſt tumultus. Itaque majores noſtri tumultum Italicum, quod erat domeſticus: tumultum Gallicum, quod erat Italiæ finitimus, præterea nullum tumultum nominabant.*

5. VICENA MILLIA NUMMUM ſunt nobis *quingenti Philippici*, Appian. B. C. II. p. 491. & Dion. XLIII. p. 224. D. πεντακισχιλίας δραχμὰς, *quinque mille drachmæ.* Hi viritim diviſi *triginta millibus militum*; fuerunt enim decem legiones, licet, quia veteranæ, parum plenæ, faciunt *quindecim noſtros milliones.* Ubi nunc centuriones, tribuni, præfecti, atque ipſi equites? *Lipſ. de Magnit. Roman.* II. 12.

6. ASSIGNAVIT I. ſpeciatim diviſit. Liv. IV. II. *Qui præter minime populare miniſterium agro aſſignando ſociis, quem populus Romanus ſuum judicaſſet, cum plebem offendiſſent.*

* 7. AGROS partim publicos, partim ſuos. Dio XLII. 210. D. χώραν ἔκ τε τῆς δημοσίας, καὶ ἐκ τῆς ἑαυτοῦ.

8. NON CONTINUOS I. aliis atque aliis locis ſitos. Sicul. Flacc. de Condit. Agror. p. 14. *In multis regionibus comperimus, quoſdam poſſeſſores non continuas habere terras.* Quod contra veterum conſuetudinem eſſe factum monet Caſaubonus, quamvis poſtea ſæpius uſurpatum. Dio *infr.* §. 9.

* 9. NE QUIS POSSESSORUM... Potuit & ea cauſa eſſe quam Tacitus attingit Hiſt. I. 9. 4. *Longis ſpatiis diſcreti exercitus, quod ſaluberrimum eſt ad continendam militarem fidem, nec vitiis, nec viribus miſcebantur.* Unde Valens *militari aſtu cohortes turbidas, ac ſi una forent, prævalidas diſpergit* teſte eodem Hiſt. II. 28. I. Ita enim Dio. Ἄλλας ἄλλῃ, καὶ πάνυ πόῤῥω ἀπ' ἀλλήλων ἀπαρτήσας, ὥστε μήτε τοῖς ὁμοχώροις σφᾶς φοβεροὺς, μήτε ἂν πρὸς νεωτερισμὸν ἑτοίμους, καθ' ἕν τι συνοικοῦντας, γενέσθαι. *Aliis alio collocatis, longiſſimeque a ſe invicem diſtractis, ne ſi unum locum occupaſſent, vel finitimis terrori, vel ad novas denuo res conandas parati eſſe poſſent.*

10. POPULO tenniori ſcilicet, plebeculæ jejunæ & ærarii hirudini, τῷ ὄχλῳ σιτοδοτουμένῳ I. *populo, qui frumentum acciperet.* Dio XLIII. p. 224. D. Et ita ſæpius Suetonius. Sub hoc tempus *trecenta viginti millia*, qui e publico paſcerentur, fuiſſe docet *Lipſ. de Magnit. Roman.* II. 12.

* 11. LIBRA menſurali, ſeu pondere, non menſura ſcilicet amphoræ, congii, aut ſextarii oleum in commerciis tractabatur. Cato R. R. 145. *Accedis olea ſalſæ M. V. olei puri pondo* IX. Plin. XVIII. 3. *M. Varro auctor eſt, cum L. Metellus in triumpho plurimos duxit elephantos, aſſibus ſingulis farris modios fuiſſe.... olei pondo decem.* Pompon. Dig. XXX. 8. 2. *Si olei pondo quinquaginta, aut in ſingulas libras certum æs legatum ſit.* Plura *Pætus de Menſ.* III. *Theſ. Antiq. Roman. Græv. tom.* XI. *p.* 1628.

12. TRECENOS ET CENTENOS I. quadringentenos nummos I. minam, ut *Appian. B. C.* II. *p.* 491. expreſſit, accepit populus viritim. Sunt *Philippici decem.* Noſt. *Aug.* 41. 5. *Ner.* 10. 3. Ergo in ſummam *tres milliones ducenta millia.* Lipſ. de Magnit. Roman. II. 12.

13. PRO MORA, quia promiſſione tardius præmia erant reddita. Unde *ſuperaſſe ea quæ promiſerat*, τὰ ὑπεσχημένα πάνθ' ὑπερβάλλων, dicit *Appianus.*

14. HABITATIONEM I. penſionem, quæ *habitationis* cauſa penditur. Martial. I. 29. 3.

Sed neutri penſio tota fuit.


I. neuter habuit, unde annuam penſionem ſolveret. Noſt. *Ner.* 44. 3. Græcis ἐνοίκιον. Gloſſ. Philox. Ἐνοίκιον, *penſio, obventio.* Moris fuit, ut qui in provinciis domicilium haberent, Romæ, vel in Italia, ſtudiorum, aut alia juſta de cauſa morari volebant, habitationem impetrarent reſcripto Principis, quam ſine annua penſione non concedebat Princeps, ut obſervat *Revard. de div. reg. jur.* 123. Plutarch. Syll. p. 451. C. Ὤικει παρ' ἑτέροις, ἐνοίκιον οὐ πολὺ τελῶν. *In conducto habitavis haud magna penſione.*

15. USQUE AD BINA MILLIA ſc. habitantibus, ſeu qui *binis millibus* habitarent, ſive Romæ, ſive in Italia, largitus eſt aliquid Cæſar. Romæ quidem iis *remiſit habitationem annuam* I. pro iis ſolvit de ſuo dominis ædium omnem penſionem anni; qui in Italia, iis remiſit habitationis annuæ *non ultra quingenos ſeſtertios* I. pro iis tantum pependit *quingenos ſeſtertios*, quæ non niſi trium menſium penſio eſt. Quater enim tres menſes in anno, & quater quingenti ſeſtertii, bina millia. *Gronov. de pec. vet.* II. 2.

16. EPULUM triumphale, quod *pro gratulatione victoria*, τὰς ἐπινικίους ἑστιάσεις ποιούμενος, ut de Paullo Æmilio de Perſeo triumphante loquitur *Plutarch. Apophth.* II. *p.* 198. exhibere ſolebant imperatores. Docet hoc Plin. XXXIII. 7. *Hac religione etiam nunc minium addi in unguenta cœna triumphalis.* Dedit hoc ſuum Cæſar *tricliniorum viginti duobus millibus.* Plutarch. Cæſ. p. 753. E. In illo *vini Falerni amphoras, Chii cados in convivia diſtribuit. Hiſpanienſi triumpho Chium & Falernum dedit. Epulo in tertio*
conſulatu

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

quum prius parce, neque pro liberalitate ſua præbitum judicaret, quinto poſt die aliud largiſſimum præbuit.

conſulatu ſuo Falernum, Chium, Lesbium, Mamertinum. Plin. XIV. 15. Plura *Stuck. A. C.* I. 21. *Buleng. Imp.* II. 33. *Mader. ad Onuph. p.* 143. *Fab. Sem.* I. 6.

17. VISCERATIONEM i. carnis crudæ diſtributionem. Gloſſ. Cyril. *Viſceratio,* διανομὴ κρέως. *Viſcera non tantum inteſtina dicimus, ſed quidquid ſub corio eſt. In Albano Latinis viſceratio dabatur, id eſt, caro.* Serv. Æneid. I. 215: VI. 252. In ſollennibus feſtivitatibus *viſcera*, ſive carnem crudam diſtribuere ſolebant veteres. Senec. Epiſt. 73. *Epulum, & viſceratio, & ſi quid aliud capitur manu.* Noſt. Vitel. 13. 6. Ipſe David 1 Chron. 16. 3. *Et impertitus eſt unicuique viritim tractam panis unam, & fruſtum carnis, & lagenam vini.*

CAPUT XXXIX.

ARG. *Munus gladiatorium, ludos circenſes, athletas, naumachiam magno hominum concurſu exhibet Cajus Julius Cæſar.*

Edidit [1] ſpectacula varii generis: munus gladiatorium [2], ludos [3] etiam regiona- 1
tim [4] Urbe tota, & quidem per omnium linguarum [5] hiſtriones [6]: item cir-
cenſes [7], athletas [8], naumachiam [9]. Munere in foro [10] depugnavit Furius Lepti- 2
nus ſtirpe prætoria [11], & Q. Calpenus ſenator quondam, actorque [12] cauſarum.

Pyrrhi-

EDIDIT i. ſuo ſumptu exhibuit. Tacit. Ann. I. 15. 3. *Tribuni plebis petivere, ut proprio ſumptu ederent ludos.* Noſter ſæpius. *Edere* proprium ſpectaculis verbum. Hinc *editores*, & res ipſa *editiones*, ut docet Lipſ. Sat. I. 7. Hæc, munus gladiatorium, & naumachiam, edidit ἐπὶ τῇ θυγατρὶ Ἰουλίᾳ πάλαι τεθνεώσῃ, *in filiæ Juliæ jam dudum defunctæ honorem.* Plutarch. Cæſ. p. 733. E.

2. MUNUS GLADIATORIUM. V. ſupr. 10. 4. §. 22.

3. LUDOS ſcenicos, opponuntur enim circenſibus. Illorum originem tradit §. 6.

4. REGIONATIM i. per omnes Urbis regiones. Illas V. ſupr. *Aug.* 30. 1. §. 1.

5. OMNIUM LINGUARUM, Latinæ, Oſcæ, Græcæ. Cicer. Fam. VII. 1. *Non enim puto te Græcos aut Oſcos ludos deſideraſſe, præſertim cum Oſcos ludos vel in ſenatu noſtro ſpectare poſſis, Græcos vero ita non ames, ut ne ad villam quidem tuam via Græca ire ſoleas.* Noſt. *Aug.* 43. 1. V. & *Lipſ. Tacit. Ann. p.* 166. Vel, ſi mavis, hoc enim vult Caſaubonus, & ex Caſaubono Berneggerus, *linguarum* iſtorum hominum, quorum ex omnibus imperii Romani provinciis Romæ copia erat, quibus hoc modo gratificari voluerit Cæſar. Simile in ejus funere quid acciderit c. 84. 6.

6. HISTRIONES, ludiones, qui in ſcenis fabulas perſonati agunt. Cicer. Tuſc. Quæſt. IV. 25. *Aguntur iſta præclare, & ab oratore quidem melius, quam ab ullo hiſtrione.* Ab Etruſcis Romam venerunt. V. Livium infr. Cal. c. 26. n. 8. §. 24.

7. CIRCENSES initio certamina equeſtria & curulia fuerunt. *Attributi fuerunt Neptuno* equeſtri, ut ex Sinnio Capitone docet Lactant. VI. 20. qui & *Conſus* dicebatur. Auſon. Edyll. 12. 46.

Tunc Jovis & Conſi, germanus Tartareus Dis.

Unde & *Conſualia* dicebantur ludi ipſi. Feſtus: *Conſualia ludi dicebantur, quos in honorem Conſi faciebant.* In illius honorem inſtituit illos Oenomaus, vel Hercules, & ab illis mutuatus in raptu Sabinarum Romulus, ut docent *Dionyſ. Halic.* II. 5. *Val. Max.* II. 4. 4. *Plutarch. Rom. p.* 25. C. D. *Caſſiod. Var.* III. 51. *Virg. Æn.* VIII. 636. *Ad cujus raptus memoriam circenſium ſpectaculum manſit,* ut ait *Auguſtin. de civ. Dei* II. 17. Plura qui voluerit, conſulat *Mercurialem de arte Gymnaſtica, Fabrum & Lydium in agoniſtico, de Roa in ſingularibus,* &, qui juſtis voluminibus illos prodiderunt, *Panvinium & Bulengerum.* V. & Aug. 23. 3. §. 11.

8. ATHLETÆ Græcis quidem gladiatores, curſores, pugiles, palæſtritæ ſive luctatores, & reliqui omnes, qui corporibus ſuis quavis ratione decertabant, Romanis vero proprie tantum pugiles & luctatores dicebantur. Illos a M. Scauro primum in theatrum inductos intelligere videtur Val. Max. II. 4. 7. dum dicit: *athletarum certamen a M. Scauri tractum eſt munificentia.*

9. NAUMACHIAM i. pugnam navalem, quam poſt bellum Punicum primum victis in mari Siculo Pœnis inſtitutam eſſe tradit Polyb. I. Hanc Cæſaris deſcribit & in campo Martio collocat Dio XLIII. p. 225. D. Ναυμαχίαν οὐκ ἐν τῇ θαλάσσῃ, οὐδὲ ἐν λίμνῃ τινὶ, ἀλλ' ἐν τῇ ἠπείρῳ ἐποίησε· χωρίον γάρ τι ἐν τῷ Ἀρείῳ πεδίῳ κοιλάνας, ὕδωρ τε αὐτῷ ἐνῆκε, καὶ ναῦς ἐπήγαγεν: *prælium navale non in in mari, neque in palude, ſed in terra exhibuit, effoſſo ad id loco in Campo Martio, eoque aqua repleto, inductiſque navibus.* Infr. *Aug.* 43. 4. *Tib.* 72. 1. & alibi. *Naumachiæ* effigiem exhibet *Panvin. Lud. Circ.* II. II.

10. IN FORO Romano, quod *totum intexit, viamque ſacram ab domo ſua ad clivum uſque Capitolinum.* Plin. XIX. 1.

11. STIRPE PRÆTORIA i. ex cujus familia etiam *prætores* fuerant. Viris honeſtis & ſpectatæ vitæ hominibus ad ſcenicas & gladiatorias operas primus

k

uſus

§ 4 Pyrrhicham [13] ſaltaverunt Aſiæ, Bithyniæque principum liberi [14]. Ludis [15] Decimus Laberius [16] eques Romanus mimum [17] ſuum egit [18]: donatuſque quingentis ſeſtertiis, & anulo aureo [19], ſeſſum [20] in quatuordecim [21] e ſcena [22] per orche-
5 ſtram [23] tranſiit. Circenſibus, ſpatio [24] circi [25] ab utraque parte [26] producto [27], &

uſus eſt Cæſar. Quem ſecuti certatim alii. Auguſtus apud Dion. LI. p. 460. A. & noſtr. 43. 8. §. 24. 25. apud quem & Nero 11. 2: 12. 3. Cal. 30. 5. Domit. 4. 2. Licet hoc de Nerone loquens Xiphil. LXI. *p.* 697. *D.* dicat fuiſſe turpiſſimum & graviſſimum: ἐκεῖνο ᾗ καὶ (ut legendum contendit Fab. Sem. II. 10. pro ἐκεῖνο δ᾽ἔξεστι) αἴσχιστον καὶ δεινότατον, & ſenatuſconſulto interdictum fuerit. *Dio* XLVIII. *p.* 383. *A. noſt. Aug.* 43. 8. §. 39.

12. ACTOR eſt, qui cauſas i. lites in foro tractat. Cicer. Brut. c. 89. *Eodem anno etiam Moloni Rhodio Romæ dedimus operam, & actori ſummo cauſarum, & magiſtro.*

13. PYRRHICHA ſaltatio fuit pedeſtris armata, χορεία ἐν τοῖς ὅπλοις, ut dicitur *Julian. Orat.* I. *p.* II. *A.* ἐνόπλιος ὄρχησις, ut *Euſtath. ad Homer. Odyſ. p.* 746. *Pindari Schol. ad Pythionicas.* Illam deſcribit Plato de LL. VII. p. 897. Πυῤῥίχη τὰς εὐλαβείας πασῶν πληγῶν, καὶ βολῶν ἐκνεύσεσι καὶ ὑπείξει πάσῃ καὶ ἐκπηδήσεσιν ἐν ὕψει καὶ ξὺν ταπεινώσει μιμουμένη, καὶ τὰς ταύταις ἐναντίας, τὰς ἐπὶ τὰ δραστικὰ φερομένας αὖ σχήματα, ἔν τε ταῖς τῶν τόξων βολαῖς καὶ ἀκοντίων, καὶ πασῶν πληγῶν μιμήματα ἐπιχειροῦσα μιμεῖσθαι. *Pyrrhicha eſt, quæ motiones corporis imitatur, ictus, jactuſque declinantis, & vitabundi, omnifariamque cedentis, in altum etiam ſubſilientis, & ſeſe ſubciduo poplite demittentis, rurſus contrarios his motus, eos qui in habitus corporis actuoſos feruntur, quales ejus ſunt qui ſagittarum, miſſiliumque jaculationes effingere motu corporis, plagarumque, & petitionum multiplicium imitamenta aſſequi implereque contendit, quibus tela plagæque vitantur.* Inventum eſſe *vel Minerva, quæ poſt deletos Titanas in victoriali lætitia fertur prima cum armis ſaltaviſſe, & choreas duxiſſe: vel Curetum, dum Jovem, quem nutriebant, mulcerent armorum ſonitu, rythmicoque membrorum motu* ſcribit Dionyſ. VII. p. 476. Sed *Spartanorum* Athen. XIV. p. 630. E. & probat teſtimonio *Ariſtoxeni ſcribentis pyrrhichen nominatam fuiſſe a Pyrrhicho natione Lacedæmonio:* & addit *Pyrrhichus certe etiamnum eſt vocabulum Laconicum.* Cum quo facit Strab. X. p. 322. his verbis: *Illa in armis ſaltatio militaris, pyrrhiche dicitur, auctoriſque Pyrrhichii nomen refert, qui hanc adoleſcentum ad res bellicas exercitationem inſtituerit.* V. etiam *Panvin. de Lud. Circ.* 12. 2. *Mercur. Gymn.* II. 6. *Scal. Poet.* I. 18. *Laz. Comm. R. R.* X. 12. *Fab. Agon.* I. 15. *Tiraq. Alex.* VI. 19. *Bud. in Pand. p.* 241. *Salmaſ. in Solin. p.* 119. *Buleng. de theat.* I. 51. *Rhodig.* XV. 4. *Meurſ. Orcheſt. p.* 63. *Stuck. Ant. Conv.* III. 21.

14. ASIÆ..... ſaltaverunt. V. infr. Cal. 58. 2. §. 9.

* 15. LUDIS i. cum *ludi* ederentur. V. Aug. 45. 9. §. 30.

16. DECIMUS LABERIUS fuit *aſperæ libertatis eques Romanus*, quem *Cæſar quingentis millibus invitavit, ut prodiret in ſcenam, & ipſe ageret mimos quos ſcriptitabat.* Macrob. Sat. II. 7. qui prodidit verſus, quibus hoc ſuum factum excuſat Laberius.

17. MIMUS Diomedi III. p. 488. edit Putſch. eſt *ſermonis cujuſlibet motus ſine reverentia, vel factorum & turpium cum laſcivia imitatio.* Ovid. Triſt. II. 515.

Scribere ſi fas eſt imitantia turpia mimos.

De Laberii *mimis* Horat. Sat. I. 10. 6.

Et Laberi mimos, ut pulcra poemata mirer.

18. AGERE MIMUM quid ſit V. infr. Aug. 70. I. §. 6.

19. QUINGENTIS SESTERTIIS ET ANULO AUREO i. ordine equeſtri, cujus cenſu & inſignibus donabatur. V. ſupr. c. 33. 3. §. 12. 13.

20. SESSUM i. ut ſederet. *Sedendi* vero in illis jus habebant equites. Non admiſſum eſſe Laberium docet Senec. Declam. 7. 3. *Laberium D. Julius ludis ſuis produxit: quem cum juſſiſſet ire ſeſſum, omnes equites ita ſe coarctaverunt, ut venientem non reciperent.* Cicero, ut addit Macrob. Sat. II. 3. *prætereunti Laberio & ſedile quærenti*, dixit: *recepiſſem te, niſi anguſte ſederem.*

21. QUATUORDECIM ordines, ſive gradus, ut hos ἱππευτικῶς efferre ſolent veteres. Petron. c. 86. *Domina mea uſque ab orcheſtra quatuordecim tranſilit.* Cicer. Fam. X. 32. *Hiſtrionem ſummo ludorum die anulo aureo in quatuordecim ſeſſum deduxit.* Erant ſedilia equeſtris ordinis, a numero appellata, orcheſtræ proxima. Martial. V. 28. 2.

Bis ſeptena tibi non ſunt ſubſellia tanti.

Juven. Sat. XIV. 324.

effice ſummam
Bis ſeptem ordinibus, quam lex dignatur Othonis.

Legem hanc exhibet *Aug.* 40. 7. Dicebantur & *equeſtria.* V. *Lipſ. de Amph. c.* 14. *Chiment. Biſel. c.* 34. *Demſt. A. R. V.* 23. *Obſop. in Senec. de Ben.* III. 9.

22. E SCENA, in qua mimum ſuum egerat. *Pars eſt theatri adverſa ſpectantibus.* Serv. Æn. I. 168. inde *frons theatri* Caſſiod. Var. IV. 51. *Eſt*, ut Labeo definit, *quæ ludorum faciendorum cauſa quolibet loco, ubi quis conſiſtat, moveaturque ſpectaculum ſui præbiturus, poſita ſit in publico, privatove, vel in vico, quo tandem paſſim homines ſpectaculi cauſa admittantur.* Ulpian. Digeſt. III. 2. 5. Proprie & primo fuit umbraculum, ſive camera ex arborum in ſe cubantium ramis ac frondibus, ſive ea natura, ſive ab arte eſſet. Virg. Æn. I. 168.

Tum ſylvis ſcena coruſcis
Deſuper, horrentique atrum nemus imminet umbra.

Ubi

Digitized by Google

& in gyrum euripo [28] addito, quadrigas [29] bigaſque, & equos deſultorios [30] agitaverunt [31] nobiliſſimi juvenes. Trojam [32] luſit turma duplex, majorum mino- 6
rumque

Ubi plura *Servius*. V. & *Buleng. de theatr.* I. 19.

23. Orchestra inter *theatri gradus* erat *imos*. Vitruv. Archit. v. 7. in illa *ſenatorum ſedibus loca erant deſignata* v. 6. Quia vero ſcenæ & arenæ proximus erat locus, ideoque oculis & auribus expoſitus, optimus eſt habitus ſpectioni, ſive auditioni. V. & *Lipſ. de Amphith.* c. 14. *Philand. in Vitruv.* v. 7. *Buleng. de Theat.* I. 27.

24. Spatium hoc deſcribit Plin. xxxvi. 15. *Nam ut circum maximum a Cæſare dictatore exſtructum longitudine ſtadiorum trium, latitudine unius, ſed cum ædificiis jugerum quaternum, ad ſedem* 260. *millium inter magna opera dicamus.*

25. Circus maximus erat ambitus olim ligneus, poſtea porticibus lateritiis gradus ſuſtentantibus in gyrum concluſus, forma oblonga vertens, qui ex una parte in hemicycli ſpeciem deſinebat, ex alia vero angulos duos quadrata figura habebat in valle Murcia ſive Marcia; nam variant, qui de illa ſcribunt, veteres, inter Aventinum Palatinumque colles ludorum gratia fabricatus. Dion. Halic. III. p. 200. Κατεσκεύασε καὶ τὸν μέγιστον τῶν ἱπποδρόμων Ταρκύνιος τὸν μεταξὺ τοῦ τε Ἀυεντίνου καὶ τοῦ Παλλαντίου κείμενον, πρῶτος ὑποστέγους περὶ αὐτὸν ποιήσας καθέδρας. τέως γὰρ ἑστῶτες ἐθεώρουν ἐπ' ἰκρίων δοράτων ξυλίναις σκηναῖς ὑπεστηριγμένων. *Tarquinius circum maximum inter Aventinum & Palatinum montes ſitum adornavit, ſtructis primum opertis circumquaque ſedilibus. Nam ante ſuper tabulatis ſtantes ſpectabant, ligneis ſulcris tabulas ſuſtinentibus.* Ampliavit Cæſar dictator §. 24. Incendio conſumptum inſtauravit Trajanus Domit. 5. 3. V. *Onuph. de lud. Circ.* I. 5. *Buleng. de circ.* c. 4. *Marlian. Topog. Rom.* III. 17. *Donat. de Urb. Rom.* III. 14.

26. Ab utraque parte, nam erant tres metæ, & portæ, ſive carceres ſex in angulis recti circi, unde procurrebant quatuor bigæ, vel quadrigæ totidem recto tramite, obliquato paullum curſu quando prætenibant metas in ſemicirculari latere oppoſitas, ut ad carceres, metaſque illas, a quibus egreſſi fuerant ab altero latere reverterentur. *Kipping. A. R.* II. 6.

27. Producto i. prolato, ampliato, ita ut agitatores, vel aurigæ euripum, quem alias exteriorem & dextrum habebant, & non circumibant, interiorem & ſiniſtrum haberent, & circumveherentur.

28. Euripus maris pars eſt inter Bœotiam & Eubœam. Suidas. Εὔριπος, πέλαγος στενὸν, ἢ τόπος ὑδατώδης μεταξὺ δύο γαιῶν, τῆς τε Βοιωτίας καὶ Ἀττικῆς· ἑπτάκις δὲ τῆς ἡμέρας τὸ ἐκεῖσε ὕδωρ τρέπεται. *Euripus, anguſtum mare, vel aquoſus locus inter duas terras, hoc eſt, inter Bœotiam & Atticam. Septies autem quotidie ejus aqua mutatur.* In circi veteris Romani interiore parte juxta infimos gradus erat aquæ per tria circi latera admiſſæ ingens foſſa, profunditate, & latitudine decem pedum. Dionyſ. III. p. 200. Περίξ αὐτοῦ κατά τε μείζους πλευράς, καὶ κατὰ μίαν τῶν ἐλαττόνων εὔριπος ἐς ὑποδοχὴν ὕδατος ὀρώρυκται, βάθος τε καὶ πλάτος δεκάπους. Heſychius: Εὔριπος, δεξαμενὴ ὑδάτων. *Aquarum ductus & Nilos* vocat Cicer. L. L. II. 1. Hunc in circi reſtitutione effodiſſe Cæſarem dicit, & facti cauſam addit Plin. VIII. 7. *Pompeii altero conſulatu pugnavere in circo viginti elephanti. Univerſi eruptionem tentavere non ſine vexatione populi circumdati clathris ferreis. Qua de cauſa Cæſar dictator, poſtea ſimile ſpectaculum editurus, euripis harenam circumdedit.* V. & *Ritterh. Oppian.* p. 144. *Salmaſ. Exerc. Plin.* p. 638. b. *Onuph. de lud. Circ.* I. 6. *Buleng. de circ.* c. 21. *Nardin. Rom. Vet.* VII. 2. *Donat. de Urb. Rom.* III. 14. *Borrich. Ant. Rom. Fac.* c. 13. §. 2. *Fab. Epiſt.* I. 14. *Mail. in Long. Paſt.* p. 4.

29. Quadrigas primus junxiſſe dicitur Erichthonius. Plin. VII. 56. Virg. Georg. III. 113. De illis Dionyſ. VII. p. 479. Πρῶτος ὁ τῶν τεθρίππων τε καὶ συνωρίδων καὶ τῶν ἀζεύκτων ἵππων ἐγίνετο δρόμος, ὥσπερ Ἕλλησι τὸ ἀρχαῖον Ὀλυμπίασί τε καὶ μέχρι τοῦ παρόντος. *Primus erat quadrigarum, bigarum, ſingulariumque equorum curſus, ſicut apud Græcos olim in Olympia, & nunc quoque.* Plin. VIII. 42. *In circo ad currus juncti equi, non dubie intellectum adhortationis & gloriæ fatentur.* Illas Romæ Romulus primus oſtendit. Tertull. ſpectac. c. 9.

30. Desultores erant, qui equos eligebant, alebant, docebant, & ex his binos trahebant, & alternatim ex uno in alterum mira celeritate tranſiliebant. Varr. R. R. II. 7. *Peritus belli alios eligit, atque alit ac docet: aliter quadrigarius ac deſultor.* Qui, ut Iſid. XVII. 39. *ad finem curſus cum veniſſet, deſiliebat, & de equo in equum tranſiliebat.* Hinc *equi deſultorii*, de quibus Caſſiod. Var. III. 51. *Biga quaſi lunæ, quadriga ſolis imitatione reperta eſt, & equi deſultorii, per quos Circenſium miniſtri miſſos denunciant exituros, Luciferi præcurſorias velocitates imitantur.* Plura Onuphr. de lud. Circ. I. 9. *Bud. in Pand.* p. 97. *Scheff. de re veh.* II. II. *Demſt. A. R.* v. 24. *Buleng. de circ.* c. 12. *Hugo de mil. equeſt.* III. 4. & ad h. l. *Donatus*, *Beroaldus* & *Torrentius*.

* 31. Agitaverunt i. impulerunt, inſtigaverunt, *egerunt*, ut Flor. I. 7. 3. V. infr. Cal. c. 55. n. 7. §. 17.

32. Troja ludus fuit equeſtris puerorum. Feſtus: *Troja & regia Priami, & luſus puerorum equeſtris dicitur:* Plutarch. Caton. p. 760. E. Ὥς τ' ἐπὶ Σύλλας τὴν παιδικὴν καὶ ἱερὰν ἱπποδρομίαν, ἣν καλοῦσι Τροίαν, ἐπὶ θέαν διδάσκων. *Uſque eo ut cum eſſet Sylla certamen ſacrum equeſtre puerorum, quam Trojam nominant, editurus.* Agebatur in circo. Illum Æneas primus in Sicilia inſtituit ad filii Aſcanii, & cæterorum puerorum exercitationem. Ejus rationem & modum deſcribit Virg. Æn. v. 545-602. Illum tanquam gentilitium, cum pæne exoleviſſet, reſtituit

Cæſar.

7 rumque puerorum [33]. Venationes [34] editæ per dies quinque [35]: ac noviſſime pugna diviſa in duas acies [36]: quingenis peditibus, elephantis [37] vicenis, tricenis equi-
8 tibus hinc & inde commiſſis [38]. Nam quo laxius dimicaretur, ſublatæ metæ [39], in-
9 que carum locum bina caſtra ex adverſo conſtituta erant. Athletæ, ſtadio [40] ad
10 tempus extructo, in regione Martii campi [41], certaverunt per triduum. Navali prælio

Cæſar. Qui & ex illo tempore Romæ frequens fuit. Edidit illum apud noſtrum *Aug. c.* 43. 6. *Tib.* 6. 7. *Cal.* 18. 6. *Claud.* 21. 7. *Ner.* 7. 1. Videſis & *Panvin. de lud. Circ.* II. 9. *Laz. Comm. R. R.* X. 2. *Scalig. Poet.* I. 18. *Hug. de milit. equeſtr.* III. 1. *Volaterr. Comm. Urban.* XXIX. *p.* 1092.

33. PUEROS MAJORES ET MINORES videtur indicare Virg. Æn. V. 563.

Una acies juvenum....

& n. 548.

Si jam puerile paratum
Agmen habet ſecum.

Erant illi εὐγενεῖς *Plutarcho* & *Dion.* XLVIII. *p.* 368. *E.* εὐπατρίδαι *Dion.* LI. *p.* 460. *A.* Βουλευτῶν XLIX. *p.* 417. *C.*

34. VENATIONES I. ferarum, vel hominum cum feris commiſſiones. Illas *Saturno attributas fuiſſe* docet *Lactant.* VI. 20. & pluribus deſcribit *Caſſiod. Var.* V. 42. Illas integro volumine deſcripſit *Bulengerus.* & nummum exhibet *Guther. de jur. Pont.* III. 20.

35. DIES QUINQUE. V. infr. *Ner. c.* II. 7.

36. IN DUAS ACIES. Appian. B. C. II. p. 492. Ἔδωκε ἐλεφάντων τε μάχην εἴκοσι πρὸς εἴκοσι. Quos quadraginta pugnaſſe dicit Dio XLIII. p. 225. D. καὶ τοῖς καὶ ἀπ' ἐλεφάντων τεσσαράκοντα ἐμαχέσαντο, dum viceni ex utraque acie pugnarunt.

37. ELEPHANTOS in circo venatione, quæ prima data eſt a. ab U. C. 502. L. Cæcilio Metello & C. Furio Pacilo Coſſ. 142. pugnaſſe ex Verrii Flacci & L. Piſonis annalibus tradit *Panvin. de Circ. lud.* II. 9. Dedit & *leonum* 400. *pugnam* Cæſar dictator. *Plin.* VIII. 17. *Camelopardalim* primus Romæ eodem tempore exhibuit. *Dio* XLIII. *p.* 225. *B. Solin. c.* 32.

38. COMMISSIS ad pugnam & certamen. V. infr. *Aug.* 43. 13. §. 46.

39. META quid ſit, dixi ad Curt. VIII. 11. 6. §. 21. In circo eſt terminus, prope quem quadrigæ flectebant. Horat. Od. I. I. 4.

Metaque fervidis
Evitata rotis.

Gloſſæ: καμπτήρ, καμπτός, *meta.* Erant tantum in principio, & in fine curriculi. Circum utraſque pariter currebant. Niſi illæ fuiſſent, pro libitu ſuo agitatores contrahere ſpatia ſua potuiſſent, & brevioribus gyris curſus circumflectere. Noſt. Claud. 21. 6. De *metis* quoque *Salmaſ. Exerc. Plin. p.* 637. *b. B. Buleng. de circ. c.* 28. 29. *Onuph. Lud. Circ.* I. 14. & ad illum *Argol. p.* 28. *Urſin. ad Marlian. Topog.* III. 17. *Donat. de Urb. Rom.* III. 14. *Nardin. Rom. Vet.* VII. 2. *Barg. de Obeliſc. Ant. Rom. Grav. Tom.* IV. *p.* 1908.

40. STADIUM erat locus certaminis. Suidas: στάδιον ὁ τόπος τοῦ ἀγῶνος. Cicero Tuſcul. II. 23. *Ut in ſtadio curſores exclamant quam maxime poſſunt.* In illo multi gradus erant extructi, ex quibus commode ſpectatores certantes poterant intueri, quæ *ſedilia lignea* appellat noſter *Aug.* 43. 2. Inde apud Plin. XXXIV. 8. *Aſtylos ſtadiodromos, quem fecit Leontius, ſive Pythagoras,* ut Pauſan. Eliac. II. p. 190. qui, ut idem addit, τρεῖς ἐφεξῆς ὀλυμπιάδας σταδίου τε καὶ διαύλου νίκας ἔχει: *tres deinceps olympiacas de curſu repetito palmas tulit.* Hujus quoque meminit Plato de LL. VIII. p. 913. ut qui nullam unquam toto exercitationis tempore Venerem cognoverit: ὅτι τινὸς πώποτε γυναικὸς ἥψατο, οὐδ' αὖ παιδὸς ἐν ὅλῃ τῇ τῆς ἀσκήσεως ἀκμῇ. Noſt. *Ner.* 24. 8. *Domit.* 5. 3.

41. IN MARTIO CAMPO, quia circus aliis ludicris occupatus erat. In circo autem antiquitus athletas decertaſſe, & ludos exhibitos eſſe docet Dionyſ. VII. p. 475. Πρὶν ἄρξασθαι τῶν ἀγώνων, πομπὴν ἔστελλον τοῖς θεοῖς οἱ τὴν μεγίστην ἔχοντες ἐξουσίαν, ἀπὸ τοῦ Καπιτωλίου τε καὶ δι' ἀγορᾶς ἄγοντες ἐπὶ τὸν μέγαν ἱππόδρομον. *Priuſquam ludorum inirentur certamina, viri penes quos ſumma erat poteſtas, pompam diis a Capitolio per forum deducebant in circum maximum.* & Frontin. de aquæduct. II. *Circus maximus ne diebus quidem ludorum circenſium, niſi ædilium aut cenſorum permiſſu, irrigabatur, quod duraſſe etiam poſtquam res ad curatores tranſiit ſub Auguſto, apud Atejum Capitonem legimus.* Noſt. *Ner.* 27. 3. In *Martio* vero *campo exſtructis ſedilibus athletas* quoque Auguſtus *edidit* apud noſtr. *c.* 43. 3. Hujus vero *regio* eſt Urbis nona, ſive *circus Flaminius.* Noſt. *Ner.* 12. 2. V. *Merul. Coſm.* II. 4. *p.* 778. Graphice deſcribitur Strab. V. p. 163. Τούτων τὰ πλεῖστα ὁ Μάρτιος ἔχει κάμπος, πρὸς τῇ φύσει προσλαβὼν καὶ τὸν ἐκ τῆς προνοίας κόσμον. καὶ γὰρ τὸ μέγεθος τοῦ πεδίου θαυμαστὸν ἅμα, καὶ τὰς ἁρματοδρομίας, καὶ τὴν ἄλλην ἱππασίαν, ἀκώλυτον παρέχον τῷ τοσούτῳ πλήθει, τῶν σφαίρᾳ, καὶ κρίκῳ, καὶ παλαίστρᾳ γυμναζομένων. καὶ τὰ περικείμενα ἔργα, καὶ τὸ ἔδαφος ποάζον δι' ἔτους, καὶ τῶν λόφων στεφάναι τὸ ὑπὲρ τοῦ ποταμοῦ μέχρι τοῦ ῥείθρου σκηνογραφικὴν ὄψιν ἐπιδεικνύμεναι, δυσαπάλλακτον παρέχουσι τὴν θέαν. *Horum pleraque habet campus Martius, cum natura, tum hominum prudentia ornatus. Nam & magnitudo ejus mirabilis eſt, & curruum equorumque decurſionibus libere patet, tantæque multitudini pila, circo, ac palæſtra ſe exercentium, tum opera circumjecta, ſolumque toto anno herba virens, tumulorumque corona ſupra amnem uſque ad alveum ſcena quandam oſtentant ſpeciem, a cujus ſpectaculo difficulter quis avellatur. Campi Martii* ſpatium & uſum, & quando & a quo ſit con-

prælio in minore Codeta [42] defoſſo lacu [43] biremes, ac triremes, quadriremeſque [44], Tyriæ & Ægyptiæ [45] claſſes magno pugnatorum numero conflixerunt. Ad quæ II
omnia ſpectacula tantum undique [46] confluxit hominum, ut plerique advenæ aut inter vicos [47], aut inter vias tabernaculis poſitis manerent [48]: ac ſæpe præ turba eliſi [49], exanimatique [50] ſint plurimi, & in his duo ſenatores.

conſecratus, tradunt *Fabric. Deſcr. Urb. Rom. c.* 8. *Donat. de Urb. Rom.* I. 8. *Nardin. Rom. Vet.* VI. 5.

42. Codeta, inquit Feſtus, *appellatur ager trans Tiberim, quod in eo virgulta naſcuntur ad caudarum equinarum ſimilitudinem.* Hunc in regione 14. ponit *Victor*, & in illius deſcriptione ejus meminit *Pancirollus.* Hanc lectionem aſſerunt *Turneb. Adv.* XXIV. 14. *Villiom. adv. Titium* x. 12. & ad hunc locum *Caſaubonus*, *Torrentius*, *Boxhornius*, *Babelonius*, *Berneggerus*, *Salmuth in Pan
cirol. de Reb. deperd. & inv. p.* 218.

* 43. Lacu i. foſſa, in quam ex Tiberi aqua derivaretur.

44. Biremes, triremes, quadriremes naves erant, quæ *remorum* ordinibus duobus, tribus, quatuor impellebantur. *Biremem Erythræos ex Damaſthe, triremem Aminoclem Corinthium ex Thucydide, quadriremem Ariſtotelem Carthaginenſem inveniſſe* docet Plin. VII. 56.

45. Tyriæ et Ægyptiæ, quæ a patria nomen ſunt ſortitæ. Ita naves *Rhodias* III. 26. 2. *Ægyptias* III. 40. 1. *Aſiaticas* III. 40. 5. B. C. dicit *Cæſar.* Noſt. *Aug.* 98. 3. *Ner.* 45. 2. *Galb.* 10. 7. Plura collegit *Bayſ. de Re naval. p.* 25.

46. Undique i. ex omnibus terrarum orbis regionibus. Mart. de Spect. 3. 1.

Quæ tam ſepoſita eſt, quæ gens tam barbara Cæſar,
Ex qua ſpectator non ſit in urbe tua.

47. Inter vicos, vias i. in vicis, viis. Plaut. Aul. II. 8. 9.

Deinde egomet mecum cogitare inter vias
Occœpi.

Noſt. *Galb.* 5. 1. *Aug.* 71. 5: *Tib.* 53. 2. In illis, ſi hoſpitem non haberent, * peregrini ſoliti ſunt tendere. Dionyſ. VIII. p. 482. Ἡ κρατίστη τῶν Οὐολούσκων νεότης ἐξ ἁπάσης πόλεως, ὡς ὁ Τύλλος ᾔτει, πασῶν ἐπὶ τὴν τῶν ἀγώνων θέαν: καὶ κατεσκήνουν οἱ πλείους ἐν ἱεροῖς τε καὶ δημοσίοις τόποις, οὐκ ἔχοντες καταγωγὰς ἐν οἰκίαις τε καὶ παρὰ ξένοις. *Præſtantiſſima Volſcorum juventus ex omnibus oppidis auctore Tullo ad ſpectandos ludos venit: quorum major pars ſedes fixit in ſacris & publicis locis, cum non haberent hoſpites, ad quos diverterent.*

48. Manerent i. pernoctarent, cubarent. Cicer. ad Attic. x. 14. *Servius pridie nonas Maji Minturnis manſiſſe dicitur, hodie in Liternino manſurus apud C. Marcellum.* Noſt. *Aug.* 74. 3: 78. 5: 72. 2. *Cal.* 55. 8. Hinc *manſiones* ſunt habitationes, ſive diverſoria, ad quæ expeditionis tempore milites, aut viatores noctis interventu ſe recipiunt, καθ μὲς τὰς ὁδοιπορίας vocat Herodian. II. 15. 11. Veget. III. 19. *In manſione dormientibus opportunum prælium infertur.* Et *manſio* pro diei itinere confecto. Unde *continuatis manſionibus* eſt continuis noctibus & diebus, ſine requie iter facere. Juſtin. XIII. 8. 5. & *octo manſionibus* i. diebus *a Sabota diſtare regio thurifera* dicitur Plin. XII. 14. & *prima manſio* i. ubi in itinere primo pernoctavit Titus noſt. *Tit. c.* 10. 3. De his & *Cuper. Obſ.* IV. 2. *in Lactant. c.* 45. *Gronov. Sen. Ben.* III. 16. *Salmaſ. in Capitol. M. Anton. c.* 7. & *Solin. p.* 351. *Lax. Comm. R. R.* II. 3. *Voſſ. de vit. ſerm.* III. 23. *Stewech. in Veget.* III. 19. *Savar. in Sidon. Epiſt.* III. 2.

49. Eliſi i. protriti, *præfocati*, ut Servius exponit Virgilium Æn. VIII. 219.

Geminoſque premens eliſerit angues.

Noſt. *Ner.* 53. 6. *Tib.* 39. 2: 62. 2. *Cal.* 26. 7.

50. Exanimati i. interempti, exſtincti, mortui. Curt. IV. 15. 17. *Donec multo ſanguine effuſo exanimati procumberent.* Noſt. *Oth.* II. 5. *Ner.* 33. 9. *Aug.* 29. 10.

CAPUT XL.

ARG. *Reipublicæ ſtatum ordinaturus faſtos corrigit, & annum ad ſolis curſum accommodat Cajus Julius Cæſar.*

Converſus hinc ad ordinandum [1] Reipublicæ ſtatum, faſtos [2] correxit [3], jam pridem 1

* Ordinandum i. conſtituendum. V. Curt. VII. 3. 3. 14.

2. Faſti erant tabellæ, ubi feſti profeſtique dies, in quibus ſiderum, ſignorumque ortus & occaſus, qui fiunt, notabantur. Serv. Æn. III. 326. *Faſtus liber eſt, qui dierum habet computationem.* Gloſſ. Philox. *Faſtus*, ἡμερολόγιον. Iſid. IV. 8. *Faſtorum libri ſunt, in quibus reges vel conſules ſcribuntur. Unde & Ovidii libri faſtorum dicuntur, quia de regibus & conſulibus editi ſunt.* Hac de cauſa *memores faſtos* dicit Horat. Od. I. 17. 4.

3. Correxit *Pontifex Maximus ſuo* III. *& M. Æmilii Lepidi conſulatu*, Cenſor. de D. N. c. 20. * non autem ut Pontifex, ſed ut princeps. *Correctio* alia eſt αὐτοκρατορικὴ, alia per modum conſilii ſuppeditata, & velut miniſterialis. Hæc ad Pontifices

pridem vitio pontificum [4] per intercalandi [5] licentiam adeo turbatos, ut neque meſſium
2 feriæ [6] æſtati, neque vindemiarum autumno competerent [7]. Annumque ad curſum ſolis [8] accommodavit [9], ut trecentorum ſexaginta quinque dierum eſſet: & intercalario [10] menſe ſublato, unus dies [11] quarto quoque anno [12] intercalaretur.
3 Quo autem magis in poſterum ex Kalendis Januariis nobis temporum ratio congrueret [13], inter Novembrem ac Decembrem menſem interjecit duos alios [14]: fuitque

tifices pertinebat, quorum erat modum *corrigendi* inveſtigare: illa altera, quæ cum poteſtate quadam ac imperio aliam anni formam introducit, ſoli magiſtratui, ſive ſummæ poteſtati competit. *Boſius de Pont. Max. c.* 4. §. 7.

4. Pontificum, in quos *poteſtatem transſtulerant intercalandi:* & *qui licenter gratificantes publicanorum vel litigantium commodis, ad arbitrium ſuum ſubtrahebant tempora vel augebant.* Marcellin. XXVI. 1. Solin. c. 1. Macrob. Saturn. I. 14. Cenſor. de D. N. c. 20.

5. Intercalandi i. interponendi, interſerendi. *Interjicere* mox dicet noſter. Olim enim annus auctore Romulo conficiebatur diebus trecentis quatuor, & quinquaginta illis a Numa additis, in trecentos quinquaginta quatuor dies, quibus duodecim lunæ curſus confici credidit, extendebatur, ut docet Macrob. Sat. I. 12. 13. Qua de re neceſſe fuit, ut idem docet Macrobius, multos addere dies, illoſque menſibus ſuis interſerere, ne anni tempeſtates turbarentur. Dicebantur illi *intercalares*, quia *calate* i. vocato populo olim pontifex pronuntiabat, quando menſis *intercalaris* habendus eſſet. De *intercalandi ratione* plura *Manut. Quæſ. Epiſt.* I. 31. *Salmaſ. Exercit. Plin. p.* 14. *b. F. G.* 15. & 16. *H. Junius de ann. & menſ. c.* 7. *Putean. de Biſſext. c.* 2. & 3. *Moreſtell. de tripl. ann. Rom. Dial.* 5–10. *Phil. Muncker. ſingulari de Intercalatione libello. Gyrald. de ingrat. crim. vit. Oper. Edit. Lugd. tom.* II. *p.* 760. De Julii *intercalatione Lalamant. Ann. Rom. rat. p.* 170. *Gaſſend. Kalend. Rom. c.* 3. *Noriſ. Epoch. Syro-Mac. Diſſ.* III. *p.* 192.

6. Messium ferias dicit *æſtivas* Gell. IX. 15. *meſſivas*, ut & *vindemiarum vindemiales* de feriis in codice JCtus. Illarum cauſa *præſides provinciarum, ex conſuetudine cujuſque loci ſolent tempus ſtatuere.* Paul. Digeſt. II. 12. §. 4. *A die octavo Kal. Julii uſque in Kal. Auguſti meſſis feria, a decimo autem Kal. Septembris uſque in Idus Octobris vindemialis feria ut concederetur*, voluit Theodoſius Cod. III. 12. §. 2.

7. Competerent i. convenirent. Liv. XXII. 5. *Ut vix ad arma capienda aptandaque pugnæ competeret animus. Petere* eſt ſtudioſe ad aliquid ire, citatum ad aliquid motum facere, Græcorum πέτεσθαι docente hoc ad Sanct. Minerv. p. 437. doctiſſimo Perizonio eſt *citatiſſimo impetu, ſeu motu ruere*, quo ruere currus ſolent. Unde Heſiod. Ἀσπ. n. 308. dicuntur ἐπικροτέοντα πέτεσθαι ἅρματα i. tanto impetu & ſtrepitu agitari, ut quaſi volare videantur. *Autumnalis menſis* vero *quandoque inventus eſt vernalis*, ut Marcellinus dicit, pro numero dierum, qui vel plures, vel pauciores a ſacerdotibus intercalabantur.

8. Ad cursum solis, cum ad lunæ curſum illum accommodaſſet Numa, ut §. 5. docet *Macrobius, Appian. B. C.* II. *p.* 526. & *Dio* XLIII. *p.* 226. *E.* Macrob. Sat. I. 14. *Ad numerum ſolis, qui diebus ſingulis trecenis ſexaginta quinque & quadrante curſum conficit, annum dirigere contendit. Nam ſicut lunaris annus menſis eſt, quia luna paullo minus quam menſem in zodiaci circumitione conſumit, ita ſolis annus hoc dierum numero colligendus eſt, quem peragit dum ad id ſignum ſe denuo vertit, ex quo digreſſus eſt. Unde annus vertens vocatur, & habetur magnus.*

9. Accommodavit *Soſigne perito ſcientiæ ejus adhibito.* Plin. XVIII. 25. *aliiſque Philoſophis & Mathematicis præſtantiſſimis.* Plutarch. Cæſ. p. 753. licet, dum Alexandriæ verſaretur, ἐκ τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ διατριβῆς hoc didicerit, ut teſtis perhibet *Dio p.* 227. *A.* ὅτι ἐν Αἰγύπτῳ γενόμενος ἐκαθίσατο Κλεοπάτρᾳ. *Appian. B. C.* II. *p.* 526.

10. Intercalario, quem Μερκιδῖνον *Mercidinum* in Numa p. 72. A. Μερκηδόνιον *Mercedonium* in Cæſ. p. 735. D. Romani nuncuparunt apud Plutarchum, ἐμβόλιμον vero Græci apud eundem in Numa & Heſychium, q. d. inſititium ἀπὸ τοῦ ἐμβάλλειν, quod eſt Scaligero de Emend. temp. VII. p. 590. interprete tanquam ſurculum in truncum arboris fiſſum immittere. Is vero, ut in Numa Plutarchus, fuit duorum & viginti dierum, quem menſi Februario altero quoque anno inſeruit Numa. V. quoque *Muncker. de Intercalat.* III. 8.

11. Unus dies, quem *biſſextum* vocaverunt, ideo quod eo anno bis dicatur ſexto Kalendas Martias. *Intercalabatur* autem *ille ante quinque ultimos Februarii menſis dies.* Macrob. Sat. I. 14. *non prior, ſed poſterior*, ut Celſ. Digeſt. L. 16. 98. & *illud biduum pro uno die habebatur.* Putean. de Biſſext. c. 12. Munckcr. de Intercal. I. 8.

12. Quarto anno deſinente. Cenſor. de D. N. I. 20. *Pro quadrante diei, qui annum verum ſuppleturus videbatur, inſtituit, ut peracto quadriennii circuitu, dies unus, ubi menſis quondam ſolebat, poſt Terminalia intercalaretur.*

13. Congrueret i. conveniret. Feſtus: *Congruere dictum eſt a gruibus, quæ non ſe ſegregant, ſive cum volant, ſive cum paſcuntur.* Solin. c. 10. *Concors cura omnium pro fatigatis, adeo ut, ſi quæ defecerint, congruant univerſæ.* Noſt. *Gramm.* 7. 1. *Cal.* 3. 3. *Tib.* 68. 2. *Oth.* 2. 4: 12. 6.

14. Duos

que is annus, quo hæc conſtituebantur, XV menſium cum intercalario [15], qui ex conſuetudine eum annum inciderat [16].

14. Duos alios menſes intercalares *dierum ſeptem & ſexaginta.* Cenſor. de D. N. I. 20. Dio XLIII. p. 227. A.

15. Intercalario dierum duorum & viginti §. 10. qui non fuit Cæſaris, ſed conſuetudinis, ita ut *intercalares* fuerint 89: quibus ſi adjeceris modum anni Romani, nimirum dies 355, colliges dies confuſionis 444. V. *Scalig. de Emend. temp.* IV. *p.* 228. V. tamen *Petit. Eclog. Chronol. de ann. & period. Vet. Roman. c.* 2. *Putean. de Diſſext. c.* 10. *Mancker. de Intercal.* I. 8.

16. Annum incideraт i. in annum ceciderat. Solin. c. 1. *Ut menſes tranſacti hyeme modo æſtivum, modo autumnale tempus inciderent.* Apul. Milеſ. II. p. 120. *Fortunam ſcævam, an ſævam verius dixerim, miſer incidit.* Quem loquendi modum notat quoque *Salmaſ. Exerc. Plin. p.* 15. *b. A. & in Tertull. pall. p.* 404.

CAPUT XLI.

ARG. *Senatum supplet, magiſtratuum numerum ampliat, de ambitu condemnatos reſtituit, comitia cum populo partitur, proſcriptorum liberos ad honores admittit, judices ad duo genera redigit, & recenſum populi agit Cajus Julius Cæſar.*

Senatum [1] ſupplevit [2], patricios [3] adlegit [4]: prætorum [5], ædilium [6], quæſtorum [7] 1
minorum etiam magiſtratuum [8] numerum ampliavit: nudatos [9] opere cenſo-
rio [10], aut ſententia judicum de ambitu condemnatos [11], reſtituit [12]. Comi- 2
tia

Senatum i. *ſenatorum* numerum bellis civilibus imminutum. Centum creaſſe dicitur Romulus Liv. I. 8. Plutarch. Rom. p. 24. F. Dionyſ. Antiq. Roman. II. p. 85. quibus centum curiarum ſuffragiis creatos addiderunt Romulus & Tatius. Dionyſ. ibid. p. III. illiſque adhuc centum, quorum virtus bellica, & in rebus civilibus prudentia omnibus erat ſpectata, addidit Tarquinius Priſcus. Et tunc populus Romanus trecentos ſenatores habuit. Dionyſ. ibid. III. p. 199. Liv. v. 35. Quorum numerum ſub Sylla certum licet ſe afferre non poſſe dicat, tamen conjectura affirmat *Sigon. de jur. civ.* II. 2. ſupra quadringentos ab eo lectos ex Cicer. ad Attic. I. 13. *Homines ad quindecim Curioni nullum S.C. facienti aſſenſerunt facile ex altera parte* 400. *affuerunt.*

2. Supplevit nonnullos parum dignos: οὐκ ἀξίους in ſenatum adſcribens. Dio XLIII. p. 227. C. μηδὲν διακρίνων, μήτ' εἴ τις στρατιώτης, μήτ' εἴ τις ἀπελευθέρου παῖς ἦν: ὥστε καὶ ἐνακοσίους τὸ κεφάλαιον αὐτῶν γενέσθαι, *non diſcernens, ſive quis miles eſſet, ſive libertinus: adeo ut ſumma illorum* 900. *fuerit.* Dio ibid. p. 237. B. C. adeoque magna ſenatorii ordinis cum invidia. Cicer. Fam. VI. 18. *Neque enim erat ferendum, cum qui hodie aruſpicinam facerent* (Spurinna enim aruſpex a Cæſare ſenatorio ordine fuit donatus) *in ſenatu Romæ legerentur....*

3. Patricios a plebejis diſcrevit Romulus ad imitationem Athenienſium, qui εὐπατρίδας i. *patricios* vocabant illos, qui ex illuſtri familia erant, & qui opibus valebant ἀγροίκους vero i. ruſticos appellabant illos, qui nullum in republica ſuffragium habebant: illuſtres enim genere, virtute celebres & opibus abundantes, quibus jam erant liberi, patres appellavit, uti obſcuros, humiles & deterioris fortunæ homines plebejos. *Dionyſ. Antiq.* II. *p.* 84.

4. Adlegit i. novas familias in illos aſſumpſit. V. infr. *Aug.* c. 2. §. 1.

5. Prætorum, de quibus ſupr. 14. 1. §. 1.

6. Ædilium, de quibus ſupr. 10. 1. §. 1.

7. Quæstorum, de quibus ſupr. 7. 1. §. 1.

8. Minores magistratus appellantur, quorum minora ſunt auſpicia, ut majores, quorum auſpicia ſunt majora i. magis rata quam aliorum. Majores fuiſſe conſules, prætores, cenſores, reliquos vero *minores*, ex Meſſalla augure docet *Gell.* XIII. 15.

9. Nudatos i. notatos, loco motos. Ita equites probri plenos *nudos* vocat Cicer. ad Attic. I. 15. *Nunquam turpior in ludo talario conſeſſus fuit: maculoſi ſenatores, nudi equites.* Cenſores autem ſic notabant cives, *ut qui ſenator eſſet, ejiceretur ſenatu: qui eques Romanus, equum publicum perderet: qui plebejus, in cæritum tabulas referretur, & ærarius fieret.* Aſcon. in Cicer. p. 20.

10. Opere censorio i. per *cenſores*, ut *opere militari* i. per milites Aug. c. 18. 2. *Cenſoribus poteſtas* fuit equum adimendi, ſenatu movendi eum, qui vitam agebat turpem, & libidinoſam: ἀφῃρέθη ἄν μὲν ἵππον, ἐξέβαλλε δὲ συνεδρίου τὸν ἀκολάστως βιοῦντα καὶ ἀτάκτως. Plutarch. Cat. p. 345. B. Cenſuræ initium fuit anno ab U. C. 312, ſive *M. Geganio Macerino iterum, T. Quintio Capitolino quintum Coſſ. Res a parva origine orta,* ſed *deinde tanto incremento aucta eſt, ut morum diſciplinæque Romanæ penes eam regimen, ſenatus equitumque centuriæ, decoris dedecoriſque diſcrimen ſub ditione ejus magiſtratus, publicorum jus, privatorumque locorum & vectigalia populi Romani ſub nutu atque arbitrio eſſent.* Liv. 4. 8.

tia [13] cum populo [14] partitus eſt: ut exceptis [15] conſulatus petitoribus, de cætero numero candidatorum, pro parte dimidia, quos populus vellet, pronuntiarentur [16]:
3 pro parte altera, quos ipſe edidiſſet [17]. Et edebat per libellos circum tribus [18]
miſſos ſcriptura brevi: *Cæſar dictator illi tribui. Commendo* [19] *vobis illum, & illum,*
4 *ut veſtro ſuffragio ſuam dignitatem teneant* [20]. Admiſit ad honores [21] & proſcripto-
5 rum [22] liberos. Judicia [23] ad duo genera judicum redegit, equeſtris ordinis ac
6 ſenatorii: tribunos ærarios [24], quod erat tertium, ſuſtulit. Recenſum [25] populi [26], nec more [27], nec loco ſolito [28], ſed vicatim [29] per dominos [10] inſularum [31] egit:

11. DE AMBITU CONDEMNATOS, ἐνθυμηθέντας ἐπὶ δώροις τινὰς καὶ ἐξελεγχομένους, *in jus vocatos ob donis corrupta judicia, & convictos.* Dio XLIII. p. 237. C. p. 227. C.

12. RESTITUIT, ἀπέλυσε. *Dio* XLIII. p. 237. C. ἐν τῇ Ἰταλίᾳ διαιτᾶσθαι ἐπέτρεψε. p. 227. C. V. ſupr. 16. 4. §. 19.

13. COMITIA i. jus magiſtratuum *comitiis* creandorum: ut *ſuffragia* i. ſuffragandi jus *Calig.* 16. 7.

14. CUM POPULO, in cujus poteſtate & arbitrio ut eſſent comitia, voluerant leges. Cicer. de LL. III. 3. *Creatio magiſtratuum, judicia populi, juſſa, vetita, cum ſuffragio conſciſcentor, optimatibus nota, plebi libera ſunto.* Unde illum hac poteſtate privatum ridet Juven. IX. 79.

Qui dabat olim
Imperium, faſces, legiones, omnia: nunc ſe
Continet.

15. EXCEPTIS.... *petitoribus*, quia ad decennium, ἐπὶ δέκα ἔτη illum conſulem fecerant. *Dio* XLIII. *p.* 236. *A*; collegas in conſulatu vero creandi jus ſibi ſoli reſervare voluit.

16. PRONUNTIARENTUR quinam nimirum renuntiati, ſive creati eſſent magiſtratus.

17. EDIDISSET i. nominaſſet. Horat. Sat. II. 4. 10.
Ede hominis nomen.
i. nomina hominem.

18. CIRCUM TRIBUS i. ad ſingulas tribus. Cæſ. B. C. III. 22. 1. *Dimiſſis circum municipia literis.*

19. COMMENDARE ſolitos fuiſſe imperatores candidatos populo etiam poſt Cæſarem docet Tacit. Ann. I. 15. 2. *Senatus libens tenuit, moderante Tiberio, ne plures quam quatuor candidatos commendaret, ſine repulſa & ambitu deſignandos.* Illorum commendationes *preces erant, ſed quibus contradici non poſſet,* ut ait idem Hiſt. IV. 46. 9. Bonorum alioquin virorum elogio candidatos commendari conſueviſſe exemplis docet *Briſſon. Form.* II. *p.* 135.

20. TENEANT i. obtineant, conſequantur. Cicer. de Fin. II. 17. *Tenuit permagnam Sextilius hæreditatem.*

21. HONORES i. magiſtratus petendos & gerendos. Noſter & alii ſæpius.

22. PROSCRIPTORUM non a ſe; ſed a Sylla. Dio XLI. p. 161. E. *a Sylla proſcriptorum*, ὑπὸ τοῦ Σύλλου ἐπικηρυχθέντων, *filiis magiſtratus petere permiſit.* Syllæ nefarium inventum exhibet *c.* II. §. 20. Illos quoque, ne honores peterent, dehortatus eſt Cicero oratione, de qua Plin. VII. 30. *Te orante proſcriptorum liberos honores petere puduit.* Quod in illo omnium iniquiſſimum viſum fuiſſe Paterculus & Plutarchus narrant ſupr. c. I. n. 2. §. 20.

23. JUDICIA ad duo genera quare redegerit Cæſar, docet Dio XLIII. 226. C. ὅπως τὸ καθαρώτατον ὅτι μάλιστα ἀεὶ δικάζοι, *ut puriſſima pars ſemper potius judicaret.*

24. TRIBUNIS ÆRARIIS qui *tribuni æris* Plin. XXXIII. 2. & ex plebe fuerunt Dioni, qui ἐκ τοῦ ὁμίλου, quos *tribunos ærarios* appellat noſter, Cn. Pompejo Magno II. & M. Licinio Craſſo II. Coſſ. lege, quam tulit Aurelius Cotta prætor, ſenatui & equitibus Romanis communicata eſſe judicia, docet *Aſcon. Cicer. p.* 167. docet *Alex. Gen.* V. 2. Hos ordinem quendam eorum, quibus, ut ait Varro de L.L. IV. 36. *attributa erat pecunia, ut militi redderent*, & inde dictos fuiſſe dicunt *Sigon. de jur. civ.* II. 8. *Laz. Comm. R. R.* IX. 14. *Guther. offic. dom. Aug.* III. 19. & ad hunc locum *Beroaldus.* Hoc vero negat ad *Juven.* VII. 228. *Grangæus*, & affirmat dictos eſſe, quod minores cauſas, præſertim *ærarias*, ſive *pecuniarias* cognoſcerent.

25. RECENSUS eſt examen & diſquiſitio brevis in eos, qui jure, aut injuria publicum frumentum capiebant, τὸ πλῆθος τῶν τὸν σῖτον φερόντων ἐξήτασε. *Dio* XLIII. *p.* 224, *D.* Hunc egit Cæſar, quia, ut addit *Dio*, frumentantium numerus non legitime, ſed eo modo, quo in ſeditionibus fieri ſolet, excreverat, τοῦ πλήθους οὐ κατὰ δίκην, ἀλλ' ὥς που ἐν ταῖς στάσεσιν εἴωθε γίγνεσθαι ἐπαυξηθέντος. Noſt. *Aug.* 40. 3. Hunc egiſſe, & non *cenſum*, qui omnium omnino civium inibat numerum, licet hoc dicant Plutarch. Cæſ. p. 753. E. & Liv. Epit. 115. docent *Lipſ. Elect.* I. 27. & *Mod. in Liv.* II. 9. V. tamen *Iſaaci Voſſii Obſ. Var. c.* 6.

26. POPULI i. plebis publicum frumentum accipientis. V. 38. 2. §. 10.

27. NON MORE SOLITO, quia per *cenſores* res peragi ſolebat. Cæſar autem non *cenſor*; ſed *præfectus fuit morum.* Cicer. Fam. XV. 15. *Quamdiu hic erit noſter, hic præfectus moribus, parebo auctoritati tuæ.* Noſt. 76. 2.

28. LOCUS SOLITUS fuit campus Martius. Noſt. *Aug.* 97. 2.

29. VICATIN i. per vicos. Tacit. Hiſt. II. 95. 1.
Editis

egit: atque ex viginti trecentiſque millibus accipientium frumentum [32] e publico ad centum quinquaginta [33] retraxit. Ac ne qui novi cœtus [34] recenſionis cauſa 7
moveri quandoque poſſent, inſtituit, quotannis in demortuorum locum ex his, qui recenſiti [35] non eſſent, ſubſortitio a prætore [36] fieret [37].

Editis tota urbe vicatim gladiatoribus. V. *Cæſ.* 26. §. 33.

* 30. DOMINOS inſularum vocat etiam noſt. Tib. 48. 1. illarum poſſeſſores, qui inſulas, ſive ædes, quas minores majori ſuæ quæſtus gratia adſtruxerant, tenuioribus locabant.

31. INSULÆ *dictæ proprie, quæ non junguntur communibus parietibus cum vicinis, circuituque publico, aut privato cinguntur, a ſimilitudine videlicet earum terrarum, quæ fluminibus ac mari eminent, ſuntque in ſalo poſitæ.* Feſtus. Unde *inſulas* a domibus, quibus ſolebant eſſe majores diſtinguunt Tacit. Ann. XV. 41. 1: 43. 2. & Noſt. Ner. 16. 1: 38. 4. * Illis plerumque additæ fuerunt multæ ædes parvæ & mediocres, quas tenuioribus civibus locabant illarum domini, quæ, quia majoris *inſulæ* ambitus eas complectebatur, æque *inſulæ* dictæ fuerunt. Hinc in gloſſis Philoxeni *inſula* vertitur συνοικία, & συνοίκιον *inſula*, & σύνοικος ὁ ἅμα οἰκῶν cohabitator. Σύνοικοι illi erant, qui plures habitabant aut in eadem domo, aut in pluribus ejuſdem *inſulæ* ædibus. Et homines viliores, qui in illis *inſulis* habitabant, dicebantur *inſulares*. Juſtin. XXXII. 2. 2. *Qua re prodita, concurſu inſularium*, i. templi accolarum, cuſtodum & æditorum; agit enim de templo Elymæi Jovis, *cum omni militia interficitur.* & *inſularii*. Petron. c. 55. *Interim & coctores inſularii que mulcant excluſum.* Apud quem *inſularii* ſunt qui in *inſulis* i. ædibus majoris & veræ *inſulæ* M. Manicii habitabant. V. *Græviun Theſ. Ant. Rom. Præf.* IV. * * 3.

32. FRUMENTATIO vetus eſt Romæ, & ab ipſo ſenatu. Statim enim poſt reges exactos, *cum caritas annonæ ex incultis per ſeceſſionem plebis agris, deinde fames civitatem* premeret, *T. Geganius & P. Minutius Coſſ. in Sicilia & Etruria, quo plebs ſuſtentata eſt, frumentum coemerunt.* Liv. II. 34. Illud *Manius Marcius ædilis plebis primum populo in medios aſſibus donavit.* Plin. XVIII. 3. De illa dicenda collegerunt *Lipſ. Elect.* I. 8. & integro libello *Contarenus*, & ex Lipſio *Mod. in Liv.* II. 9. Tribunorum, qui varias hac de re leges tulerunt, fuit ultimus P. Clodius, *qui L. Piſone & A. Gabinio Coſſ. tulit legem annonariam, ut frumentum, populo quod antea ſemiſſe æris, ac trientibus in ſingulos modios dabatur, gratis daretur.* Aſcon. in Cicer. p. 160. Illa quotannis conſtitit reipublicæ trecenties HS, ἀναλώματος ὄντος ἐνιαυτοῦ χιλίων καὶ διακοσίων καὶ πεντήκοντα ταλάντων. *Plutarch. Cat. min. p.* 771. D. ſive more noſtro, ut docet *Lipſ. Adm.* IV. 10. ſeptingentis quinquaginta millibus Philippicorum. Noſt. *Aug.* 40. 3: 42. 4.

33. CENTUM QUINQUAGINTA ſc. millia. Dio XLIII. p. 224. D. *ad mediam partem redactos* ſcribit, τοὺς ἡμίσεις. Itaque *centum ſexaginta*. Sed quia addit ὁμοῦ τι, *ferme*, aliquanto pauciores ſe intellexiſſe, & numero rotundo, ut ſolent auctores, ſe uſum eſſe nos docet.

34. COETUS quid ſit dictum ſupr. 16. 4. §. 18.

35. RECENSITI i. Cæſaris *recenſione* ad frumentationem admiſſi.

* 36. PRÆTORE urbano, qui frumenti curam illo tempore geſſit. Aſcon. in Cicer. p. 124. *Cum eo die* prætor P. Caſſius *ipſe non aſſuiſſet, ſeu avocatus propter publici frumenti curam...* Cui Julius videtur commiſiſſe tabulas, quibus nomina frumentantium deſcripta fuerunt. Has publicas fuiſſe monet *incidendi*, quo de frumentantibus auctores utuntur, verbum. Plin. Pan. 26. 3. *Omnes.... incidi juſſiſti.* Senec. Ben. IV. 28. *Frumentum publicum.... accipiunt, & ſine delectu quiſquis inciſus eſt.*

37. SUBSORTITIO FIERET i. ut ex non recenſitis, qui in demortuorum recenſitorum locum ſubſtituerentur, & frumentum acciperent, per *ſortem* quaſi ſecundam eligerentur. In judiciis a prætore *ſubſortitio* fieri dicebatur, quando facta judicum rejectione, in illorum, qui rejecti fuerant, locum, prætor *ſubſortitur* alios, quibus ille judicum numerus compleatur. V. *Beroaldum*, *Pollet. For. Rom.* V. 7. & *Tiraq. de jur. prim. q.* 17. *opin.* I. *n.* 57.

CAPUT XLII.

ARG. *Exhauſtæ Urbis frequentia ut ſuppeteret, debitores creditoribus ut ſatisfacerent, nonnulla decernit, collegia quædam diſtrahit, & facinorum pœnas auget Cajus Julius Cæſar.*

Octoginta autem civium millibus in tranſmarinas colonias [1] diſtributis, ut ex- 1
hauſtæ quoque Urbis frequentia ſuppeteret, ſanxit, *ne quis civis major annis viginti, minorve decem* [2] *qui ſacramento non teneretur* [3], *plus triennio continuo Italia abeſſet:*
neu

TRANSMARINAS COLONIAS, Carthaginem maxime & Corinthum. Dio XLIII. p. 239. A. Plutarch. Cæſ. p. 734. F. Reliquarum numerum apud ſcriptores deficit, ac ex numiſmatum tantum epigraphis aliqua ſaltem parte ſuppleri poteſt. V. *Noriſ. Cenot. Piſan. Diſſ.* I. *p.* 25.

* 2. DECEM, quod omnes exhibent fere libri antiqui, & a Beroaldo explicatur, ferri non po-
teſt

L

Digitized by Google

neu quis ſenatoris filius [4], *niſi contubernalis* [5], *aut comes* [6] *magiſtratus*, *peregre proficiſceretur: neve hi qui pecuariam facerent* [7], *minus tertia parte puberum ingenuorum* [8] *inter pa-*
2 *ſtores haberent.* Omneſque medicinam Romæ profeſſos [9], & liberalium [10] artium doctores, quo libentius & ipſi Urbem incolerent, & cæteri appeterent, civitate
3 donavit [11]. De pecuniis mutuis, disjecta novarum tabularum [12] exſpectatione [13], quæ

teſt. Liber Tornacenſis & editio Frobeniana, ut docet Torrentius, *quadraginta* habent. Et hoc reſtituendum. Infrequentiæ enim civium, ut hujus emendationis reddunt rationem *Caſaubonus* & *Berneggerus*, nova ſobole minuendæ, per hanc legem conſultum voluit Cæſar. Determinavit ergo ſpatium humanæ vitæ, quo vir robuſtæ ſobolis generationi comprimis aptus eſſe cenſetur, ſcilicet ab ætatis anno viceſimo ad quadrageſimum.

3. SACRAMENTO NON TENERETUR I. miles non eſſet, μὴ στρατευόμενος. Plutarch. Quæſt. Rom. 38. *Sacramento* enim duci ſe obligabat miles. Veget. II. 5. *Milites jurare ſolent, & ideo militia ſacramenta dicuntur. Jurant autem milites, omnia ſe ſtrenue facturos, quæ præceperit imperator, nunquam deſerturos militiam, nec mortem recuſaturos pro Romana republica.* Serv. Æn. VIII. I. *Legitima erat militia eorum, qui ſinguli jurabant pro republica ſe eſſe facturos: nec diſcedere niſi completis ſtipendiis* I. *militiæ temporibus, & ſacramentum vocabatur.* Inde *detrectare ſacramentum* eſt nolle militare. Aug. 24. 3. *metus ſacramenti*, ne in militiam ire cogerentur. Tib. 8. 4. *mutare ſacramentum*, ab imperatore deficere, & alium ſibi imperatorem facere. *Galb.* 10. 8. *Claud.* 13. 5.

4. SENATORIS FILIUS, ut legitimis civibus patriciorum juvenum opera Urbs repleretur.

5. CONTUBERNALIS quis fuerit dictus, dixi ſupr. 2. I. §. 6.

6. COMITES dicti olim, qui proconſules, aut prætores in provincias euntes *comitabantur*, vel ſenatus, vel ipſorum magiſtratuum voluntate ac judicio, publicorum judiciorum adjutores, cujuſmodi fuere quæſtores, legati, ſcribæ, acceſſi. Catull. 28. I.

Piſonis comites, cohors inanis.

Noſt. *Ner.* 5. 2. V. *Buleng. de imper.* IV. 24.

7. PECUARIAM FACERENT I. omnis generis pecus alerent & paſcerent. Προβατεύειν §. 8. dicit Appianus. *Pecuaria eſt ſcientia pecoris parandi, ac paſcendi, ut fructus quam poſſint maximi capiantur ex ea.* Varr. de R. R. II. 2. qui ipſe *pecuarius* fuit, ut narrat R. R. II. I. *Quod eo facilius faciam, quod & ipſe pecuarius habui grandes, in Apulia oviarias, & in Reatino equarias.* Ita *meretricium facere* noſt. *Cal.* 40. 5.

8. INGENUORUM, quia reliqui ſervi erant. Pecuariis autem, ut docet ad hunc locum *Caſaubonus*, & non legionariis militibus uxorem ducere jus fuit. Sanxit itaque hoc Cæſar, ut plures a bello, & ad pacis artes retraheret, & Urbis frequentia procuraretur. Petivit Cæſar hanc legem ex ipſa antiquitate, cujus tanquam Liciniæ a Licinio Stolone latæ caput exſtat apud Appian. B. C. I. p. 354. Τῶν δημάρχων εἰσηγουμένων ἐκύρωσαν μηδένα ἔχειν τῆς γῆς πλέθρα πεντακοσίων πλείονα: μηδὲ προβατεύειν ἑκατὸν πλείω τὰ μείζονα, καὶ πεντακοσίων τὰ ἐλάττονα, καὶ ἐς ταῦτα δ' αὐτοῖς ἀριθμὸν ἐλευθέρων ἔχειν ἐπέταξαν, οἳ τὰ γιγνόμενα φυλάξειν τε καὶ μηνύσειν ἔμελλον. *Tribunis plebis rogantibus lex lata eſt, ne quis haberet plus quingentis jugeribus, neve paſceret plus centum capitibus majoris, pluſve quingentis minoris pecoris: præterque aſſignatus eſt certus ingenuorum numerus, qui præeſſent operi ruſtico, & frugum cuſtodiæ.*

9. MEDICINAM PROFESSOS immunitate donavit quoque Auguſtus, cum ab Antonio Muſa liberto ex adverſa valetudine in optimam eſſet reſtitutus, *Dio* LIII. p. 517. C. quem V. *Aug.* 59. §. I. 2. Ita *medico Archagatho Lyſaniæ filio, qui L. Æmilio, M. Livio Coſſ. A. U. C.* 535. *Peloponneſo Romam venit, jus Quiritium eſt datum* apud Plin. XXIX. I. Et recte. *Medicinæ* enim *apud ægros uſus, etiam apud ſanos honor eſt.* Senec. de Clem. I. 2. Unde Sirac. XXXVIII. I. *Honora Medicum propter neceſſitatem.* Honores medicis variis a variis habitos denarrant *Dilher. Diſp. Acad.* II. 4. I. & ad hunc locum *Beroaldus.*

10. LIBERALIUM. Senec. Epiſt. 88. *Quatuor ait eſſe Poſidonius artium genera. Sunt vulgares & ſordidæ, ſunt ludicræ, ſunt pueriles, ſunt liberales, imo (ut dicam verius) liberæ, quibus cura virtus eſt. Quare liberalia ſtudia dicta ſint vides, quia homine libero digna ſunt.*

11. CIVITATE DONAVIT. Qui ſummus quidem extero honos, & nulla pecunia æſtimandus. Attamen Veſpaſianus *Latinis Græciſque Rhetoribus annua centena conſtituit* I. bis mille quingentos Philippeos noſt. c. 18. 2. Et recte. *Sublatis* enim *ſtudiorum pretiis etiam ſtudia pereunt.* Tacit. Ann. XI. 7. 4. Contra ea *eo impenditur labor, unde emolumentum atque honos ſperatur.* Liv. IV. 35. V. tamen *Lipſ. Admir.* IV. 10. *Mon. Polit.* II. 18. 20. *Marcil. in Suetonii Veſpaſianum* & ex *Marcilio Sagittar. Ot. Jen. diſſ.* 9.

12. NOVÆ TABULÆ dicebantur fieri, quando prioribus debitis abolitis creditas cum uſuris pecunias creditoribus non ſolvebant debitores. In *tabulas* cera illitas referebant veteres illos, qui nomina apud ſe locaverant, quas expungere eſt debita priora abolere. Χρεῶν ἀποκοπαὶ quaſi æris alieni deciſiones dicuntur Græcis obſervante Bud. Comm. *L. G.* p. 11. Cicer. Attic. VII. 11. χρεῶν ἀποκοπὰς *moliri.* Gloſſ. Philox. χρεῶν ἀποκοπαί, *tabulæ novæ, deciſiones.* Solonis hoc commentum fuiſſe dicit Plutarch. in Solon. p. 86. D. τὴν τῶν χρεῶν ἀποκοπὴν σεισάχθειαν

quæ crebro movebatur, decrevit tandem, ut debitores creditoribus ſatisfacerent,
per æſtimationem poſſeſſionum [14], quanti quaſque ante civile bellum [15] comparaſſent,
deducto [16] ſummæ æris alieni, ſi quid uſuræ nomine numeratum [17] aut perſcri-
ptum [18] fuiſſet: qua conditione quarta pars fere crediti deperibat [19]. Cuncta col- 4
legia [20], præter antiquitus conſtituta, diſtraxit [21]. Pœnas facinorum auxit: & 5
quum locupletes eo facilius ſcelere ſe obligarent [22], quod integris patrimoniis ex-
ſulabant, parricidas [23], ut Cicero ſcribit [24], bonis omnibus, reliquos [25] dimidia
parte multavit.

αὐχθιων ὀνομάσαντος, æris alieni condonationem novas tabulas appellantis. Hæ nunquam fere niſi ſeditionibus perturbata republica exſpectabantur. Salluſt. B. C. c. 21. *Tum Catilina polliceri novas tabulas.* De illarum iniquitate Cicer. Off. II. 23. *Tabulæ novæ quid habent argumenti, niſi ut emas mea pecunia fundum, & eum tu habeas, ego non habeam pecuniam?* Unde *rem pernicioſiſſimam novas tabulas* vocat *Senec. de Benef.* I. 4.

13. DISJECTA EXSPECTATIONE, de qua & ipſe B. C. III. 1. 3. *Hoc & ad timorem novarum tabularum tollendum, minuendumque, qui fere bella & civiles diſſenſiones ſequi conſuevit, & ad debitorum tuendam exiſtimationem eſſe aptiſſimum exiſtimavit.*

14. PER ÆSTIMATIONEM POSSESSIONUM, de qua & ipſe B. C. III. 1. 2. *Quum fides tota Italia eſſet anguſtior, neque credita pecunia ſolverentur, conſtituit, ut arbitri darentur: per eos fierent æſtimationes poſſeſſionum, & rerum, quanti quæque earum ante bellum fuiſſent, atque eæ creditoribus tranſderentur.*

15. ANTE CIVILE BELLUM, quia per *bellum civile* vaſtati agri, & incultæ relictæ poſſeſſiones, proventum reddiderunt viliorem, & minoris pretii poſt bellum, quam ante illud fuerunt.

16. DEDUCTO.... Vetus hoc inventum, quoties anguſta fides eſſet, fuiſſe Romanorum, obſervat *Caſaubonus.* Liv. VI. 35. *Creati tribuni C. Licinius & L. Sextius promulgavere leges omnes adverſus opes patriciorum, & pro commodis plebis: unam de ære alieno, ut deducto eo de capite quod uſuris pernumeratum eſſet, id quod ſupereſſet, triennio æquis portionibus perſolveretur.* Voluit vero Cæſar, ut uſuræ ſupplerent ſortem, & tanto minus creditor exigeret.

17. NUMERATUM ex arca, ex qua ſolvere dicebatur, qui de domo creditoribus debitam pecuniam numerabat. Arcæ, in qua domini hæc pecunia ſine fructu condita ſervabatur, procuratio committebatur interdum ſervo arcario, de quo Scævola Digeſt. XL. 5. 41. §. 17. *Stichus arcarius probante domino nomina fecit, & rationes a domino ſcriptas exhibet.*

18. PERSCRIPTUM i. de menſa per trapezitam ſolvendum. Apud illum magnam pecuniæ vim depoſitam habebant veteres. Ex qua, quantum vellent, pro illis numerabat menſarius, qui tanto minoris exinde manebat debitor. Hoc *perſcribere* dicebant. Terent. Phorm. V. 7. 30.

Quodne ego perſcripſi porro illis quibus debui?

& *ſcribere.* Plaut. Aſin. II. 4. 34.

Adducit domum etiam ultro, & ſcribit nummos.

V. *Salmaſ. de fœn. trapez. p.* 30. *de mod. uſur. p.* 473. *Turneb. Adv.* IV. 13.

19. QUARTA PARS.... Bellum enim civile exarſit anno 705, quo victo Pompejo in Urbem venit Cæſar. Biennii igitur uſuram a belli principio exegerant creditores: quam ſi, ut fere tum fiebat, centeſimam erant pacti, deducta ea de capite, vicenos quaternos e centenis nummis amittebant i. *quartam* fere crediti partem. V. *Caſaubonum* & *Babelonium.*

20. COLLEGIA primus inſtituiſſe dicitur Numa, cum *civitatem diviſit per artes tibicinum, aurificum, fabrorum, tinctorum, ſutorum, coriariorum, ærariorum, figulorum: reliquas artes in unum coegit, fecitque ex omnibus unum corpus, collegiaque, & concilia, atque ſacra cuique ſectæ decentia attribuit.* Plutarch. Num. p. 71. D. Illa *S. C. L. Cæcilio, Q. Marcio Coſſ. ſunt ſublata, quæ adverſus rempublicam videbantur eſſe.* Aſcon. Cicer. p. 159. *præter pauca atque certa, quæ utilitas civitatis deſideraſſet, ut fabrorum, lictorumque.* Idem p. 137. *Poſt novem deinde annos, quam ſublata erant, lege lata reſtituit P. Clodius tribunus plebis.* p. 159. Dio XXXVIII. p. 60. D. & rurſus diſſolvit Auguſtus *infra* 32. 2.

21. DISTRAXIT i. ſeparavit, diſſolvit. Terent. Phorm. I. 4. 25.

Quod ſi eo meæ fortunæ redeunt, abs te ut diſtrahar.

Ubi Donatus: *vide verbum vim cohærentis oſtendere.* * *Diſtraxit* illa, ne jure collegii ad res novandas, & rempublicam perturbandam homines factioſi abuterentur.

22. OBLIGARENT i. obſtringerent, addicerent, illud committerent. Terent. Eun. IV. 7. 39.

Hic furti ſe alligat.

23. PARRICIDAS i. qui ſcientes hominem liberum occiderant, homicidas. Feſtus in Parici quæſtores. *Parricida non utique is, qui parentem occidiſſet, dicebatur, ſed qualemcunque hominem. Id autem fuiſſe indicat lex Numæ Pompilii regis his concepta verbis: ſi quis liberum hominem ſciens morti duit, parricida eſto,* & tribunitia apud Feſtum in ſacer. *Si quis eum, qui plebiſcito ſacer ſit, occiderit, parricida ne ſit,* V. *Torrentium,* & *Bud. in Pand. p.* 2.

24. CICERO SCRIBIT, ubi vero ignorant eruditi. Multa enim, quæ Ciceronis fuerunt, deſideramus.

25. RELIQUOS i. qui non occidendi animo, occiderint tamen, ut recte *Torrentius.*

CAPUT XLIII.

ARG. *Jus dixit, repetundarum convictos ordine movet, prætorii viri nuptias dirimit, lecticarum..... uſum pleriſque adimit, & legem ſumptuariam exercet Cajus Julius Cæſar.*

1.2 Jus [1] laborioſiſſime [2] ac ſeveriſſime [3] dixit. Repetundarum [4] convictos etiam
3 ordine ſenatorio movit [5]. Diremit [6] nuptias prætorii [7] viri, qui digreſſam [8] a
4 marito poſt biduum [9] ſtatim duxerat, quamvis ſine probri [10] ſuſpicione. Pere-
5 grinarum mercium [11] portoria [12] inſtituit [13]. Lecticarum [14] uſum, item conchyliatæ

Jus dixisse Julium docent & Val. Max. VI. 2. 11. & Senec. de Benef. V. 24. Ex more vero principibus ſollenni hoc dixit. Ipſa Dido Æn. I. 510.

Solio alte ſubnixa reſedit,
Jura dabat, legeſque viris.

Auguſtus 33. 1: 72. 5. Tiberius 33. 2. Caligula 34. 7. Claudius 14. 4. Nero 15. 1. apud noſtrum. Et recte. Nam, ut Manuel Palæologus in educatione regia ad Johannem filium præcepto 51. νομοθέτης ὁ βασιλεὺς, καὶ κριτὴς τῶν ὑπ' αὐτῷ. Unde Ariſtides in oratione de laudibus æternæ Urbis imperatorem vocat magnum judicem, δικαστὴν μέγαν. Et bonus princeps, ut ait Themiſt. Orat. X. p. 237. τὸ τοῦ βασιλέως ἐπωνυμίαν ἀπηξιοῖ, τὴν τοῦ δικαστοῦ ἠγάπησε, ὡς ἐκεῖνο μὲν δυνάμεως πρόσρημα, τὸ δὲ σοφίας: *imperatoris nomen reſpuit, & judicis amplectitur; quia illud potentia, hoc vero ſapientia vocabulum eſt.* V. & *Guther. Offic. dom. Aug.* I. 20. *Tiraquell. de Nobil.* 28. 17. *Demſt. A. R.* IX. 3.

2. Laboriosissime i. diligentiſſime. *Laborioſe* enim fit, quod fit multo ſtudio, accurata diligentia, & cui multum *laboris* impenditur. Cicer. Tuſc. Qu. II. 15. *Labor eſt functio quadam, vel animi, vel corporis gravioris operis, & muneris. Dolor autem, motus aſper in corpore, alienus a ſenſibus. Hac duo Graci illi, quorum copioſior eſt lingua, quam noſtra, uno nomine appellant. Itaque induſtrios homines, illi ſtudioſos, vel potius amantes doloris appellant, nos commodius laborioſos.* Noſt. *Aug.* 84. 1. *Claud.* 14. 4. *Tib.* 27. 4.

3. Severissime i. citra gratiam. Cicer. ad Q. Fratr. I. 1. *Quare ſit ſumma in jure dicendo ſeveritas, dummodo ea ne varietur gratia.* Noſt. 48. 2: 65. 1. *Aug.* 24. 1: 45. 9. *Cal.* 16. 5.

4. Repetundarum crimen deſcripſi ſupr. 4. 1. §. 5.

5. Ordine senatorio movit i. ſenatu excluſit. Paterc. I. 10. 6. *Cn. Fulvius ſenatu motus eſt ab iis cenſoribus.* Noſt. *Domit.* 8. 8. Ordinem ut amitterent hujus criminis rei voluit Julius. Inde Tacit. Hiſt. I. 77. 5. *Redditus Cadio Ruſo.... ſenatorius locus, qui repetundarum criminibus ſub Claudio ac Nerone ceciderant.* Noſt. *Oth.* 2. 5. In exilium antea fuiſſe miſſos ex Tacito, Plinio, & aliis docet *Lipſ. ad Tacit. p.* 169. V. & *Fabr. Semeſt.* II. 13.

6. Diremit i. irritas fecit. Ita *dirimuntur auſpicia*, quæ irrita fiunt. Plin. VIII. 57. *Soricum occentu dirimi auſpicia.* *Diremit* vero illas, ut publicæ conſuleret honeſtati, & ſanguinis turbatio vitaretur. Etiam *qua per calorem repudium remiſerat, brevi reverſa uxor, non divertiſſe videtur.* Paull. Digeſt. XXIV. 2. 3.

7. Prætorii i. prætura functi. Cicer. Fam. VIII. 8. *Provincias, quas prætorii pro prætore obtinuerent.* Noſt. *Aug.* 101. 9. *Cal.* 29. 5. *Domit.* 8. 14.

8. Digressam i. divortio dimiſſam, quæ divortium cum marito fecit.

9. Post biduum. Hieron. contra Jovinian. I. *Quaſdam repudiatas altero nuptiarum die ſtatim nupſiſſe legimus. Uterque reprehendendus maritus, & cui tam cito placuit.*

10. Probri i. adulterii. Plaut. Amph. III. 2. 1.

Ita me probri, ſtupri, dedecoris a viro argutam meo.

Noſt. *Tit.* 10. 5. Inde *femina probroſa* Domit. 8. 9. quas *famoſas* vocat Tib. 35. 3. & *probra libidinum* Claud. 26. 6.

* 11. Peregrinæ merces, ſive *ſpecies pertinentes ad vectigal*, ut dicuntur Marcian. Digeſt. XXXIX. 4. 16. §. 7. *ſicut cinnamomum, piper longum, piper album, folium pentaſphærum, folium barbaricum, coſtum, coſtamomum, nardi, ſtachys, caſſia turiana, xylocaſſia, ſmyrna, amomum, zingiberi, malabathrum, aroma Indicum, chalbane, laſer, ſargogalla, onyx Arabicus, cardamomum, xylocinnamomum, opus byſſicum, pelles Babylonica, pelles Parthica, ebur, ferrum Indicum, carpaſum, lapis univerſus, margarita, ſardonyx, ceraunium, hyacinthus, ſmaragdus, adamas, ſapphirinus, callainus, beryllus, chelinia, (nopia) Indica, vel adſerta, metaxa, veſtis ſerica, vel ſubſerica, vel attincta, carbaſina, nema ſericum, ſpadones, Indici leones, leana, pardi, panthera, purpura. item (marocorum) lana, fucus, capilli Indici.*

12. Portorium eſt vectigal pro mercibus ex peregrinis regionibus in noſtras importatis *portitori* ſolvendum. Gloſſ. Cyrilli: *portorium*, τέλος ἐν λιμένι. Terent. Phorm. I. 2. 100.

Epiſtolam ad portitores eſſe delatam.

Ubi Donatus: *more veterum magiſtri tributorum, i. publicani operam in portu dabant, inferendarum rerum & efferendarum vectigal exigentes.* De hoc vectigali etiam *Lipſ. Admir.* II. 1. *Laz. Comm. R. R.* II. 13. *Buleng. de Vect. c.* 6. *Burman. de Vect. c.* 5.

* 13. Instituit merito, cum illis, qui frugi ſunt, facile careant. *Torrentius.*

14. Lectica quid fuerit, dixi ad Curt. VIII. 9. 24. §. 97. Illarum mentio frequens in peregrinationibus, in quibus illis uſi tum viri, tum mulieres.

Tranſlatas

liatæ [15] veſtis, & margaritarum, niſi certis perſonis [16], & ætatibus [17], perque cer-
tos dies [18] ademit [19]. Legem præcipue ſumptuariam [20] exercuit [21]: diſpoſitis cir- 6
ca macellum [22] cuſtodibus, qui obſonia [23] contra vetitum retinerent, deporta-
rentque ad ſe ſummiſſis nonnunquam lictoribus, atque militibus, qui, ſi qua cu-
ſtodes feſelliſſent [24], jam appoſita e triclinio [25] auferrent.

Tranſlatas in Urbem ſub tempora Julii Cæſaris, quem & per illam *lectica* ex Cicer. Phil. II. 41. colligit latum, putat *Lipſ. Elect.* I. 19.

15. Conchyliatæ i. purpureæ, non quidem omnis, ſed cui *color auſterus in glauco, & iraſcenti ſimilis mari*, ut ait Plin. IX. 36. Dio enim XLIX. p. 401. D. τὴν ἐσθῆτα τὴν ἁλουργῆ vocat, quam noſter *conchyliatam*. Ἁλουργὶς vero, ut Etymologicon, ἡ ἀπὸ θαλασσίας κόχλου γινομένη καὶ ἐργαζομένη, *quæ ex marino conchylio fit & paratur*. Unde Artemid. Ὀνειρ. II. 3. ἁλουργίδα a purpureis veſtibus diſtinguit. Et apud Perſas ὁ δὲ κάνδυς ὁ μὲν βασίλειος ἁλουργὴς ἦν, ὁ δὲ τῶν ἄλλων πορφυροῦς: *regia veſtis quæ candys dicitur, erat conchyliata, aliarum purpurea*, ut ait Pollux. VII. 13. V. *Ruben. R. V.* I. 8. *Braun. de veſt. ſacerd. Hebr.* I. 13. 4. *Salmaſ. ad Tertull. pall. p.* 185-190. & ſ. vis, *Ferrar. Anal. de Re Veſt. c.* 11.

16. Certis personis i. feminis maritos, juſtoque matrimonio ſublatos liberos habentibus. Antea illas uſurpaſſe videntur etiam innuptæ & meretriculæ. Euſebius in Chronicis ad a. 1972. *Prohibitæ lecticis, margaritiſque uti, quæ nec viros, nec liberos haberent.* Quibus docemur, legem potiſſimum reſpexiſſe feminas, fortaſſis, quod in viris illarum uſus necdum frequens eſſet. V. & *Scheff. de re veh.* II. 5.

17. Ætatibus i. illis, quæ exceſſiſſent ætatis annum quintum & quinquageſimum. Euſebius: *prohibitæ ..... quæ minores eſſent anni quinquaginta quinque*. Apud quem quare *quadraginta* legant *Schefferus* & *Bartholin. de inaur. c.* 7. & ad hunc locum *Torrentius*, dicat me doctior.

18. Certos hos dies ludorum publicorum & ſacrorum fuiſſe ſuſpicatur, & hoc Propertii IV. 9. 25.

Colla cave inflectas ad ſummum obliqua theatrum,
Nec lectica tua ſudet aperta mora.

& illud Juven. VI. 352.

Ut ſpectet ludos, conducit Ogulnia veſtem,
Conducit comites, ſellam, cervical, amicas.

huc trahit *Schefferus* l. l.

19. Ademit. Et recte. Nam color hic veſtium pretium excandefaciebat. Plin. IX. 35. *Conchylia & purpuras omnis ora atterit, quibus eadem mater luxuria paria pæne etiam margaritis pretia fecit.* Et 39. *Nepos Cornelius, qui Divi Auguſti principatu obiit, Me, inquit, juvene violacea purpura vigebat, denariis centum* i. florenis viginti, *venibat: nec multo poſt rubra Tarentina. Huic ſucceſſit dibapha Tyria, quæ in libras denariis mille* i. florenis ducentis, *non poterat emi.* Meurſ. de lux. Rom. c. 4.

20. Legem sumptuariam i. impenſas præſcribentem, & menſarum ſumptus comprimentem. *Cibariam* apud Macrob. Sat. II. 13. appellat Cato. Tertull. Apolog. c. 6. *Quonam illæ leges abierunt ſumptum comprimentes, quæ centum æra non amplius in cœnam ſubſcribi jubebant? nec amplius quam unam inferri gallinam, & eam non ſaginatam?* De Julii lege Cicer. Fam. VII. 26. *Dum volunt iſti lauti terra nata, quæ lege excepta ſunt, in honorem adducere.* Tales fuere Orchia, Fannia, Didia, Licinia, Cornelia, Æmilia, Antia, aliæ, de quibus ſatis prolixe *Gell.* II. 24. & *Macrobius*.

21. Exercuit i. judices obſervare coegit.

22. Macellum quid ſit V. ſupr. 26. 6. §. 31.

23. Obsonium generatim notat προσφάγιον, ſive omne, quod ad panem aſſumitur. Heſychius. Athen. VII. p. 277. A. Οὐκ ἀγνοῶ δὲ ὅτι ὄψον κυρίως καλεῖται πᾶν τὸ πυρὶ κατασκευαζόμενον εἰς ἐδωδήν. *Ego quidem certe non neſcio proprio* τὸ μὲν ὄψον i. *obſonium vocari quicquid ad cibatum igne paratur.* Piſcis vero, quia præcipue in deliciis eſt, obtinuit, ut *obſonium* dicatur. Plutarch. Sympoſ. IV. 4. Πολλῶν ὄντων ὄψων ἐκνενίκηκεν ὁ ἰχθὺς μόνος, ἢ μάλιστά γε ὄψον καλεῖσθαι, διὰ τὸ πολὺ πάντων ἀρετῇ κρατεῖν. *Cum multa ſint obſonia, piſcis tamen obtinuit, ut vel ſolus, vel præcipue obſonium appellaretur, quia virtute reliquis omnibus multo antecellit.* Et ὀψοφάγους, καὶ φιλόψους vocat οὐχὶ τοὺς βοείοις χαίροντας; ἀλλὰ τοὺς περὶ τὴν ἰχθυοπωλίαν ἀναδιδόντας ἑκάστοτε, *non qui bubulis carnibus delectantur; ſed qui ſubinde in foro piſcario verſantur.* Unde D. Jeſus Joh. 21. 10. Ἐνέγκατε ἀπὸ τῶν ὀψαρίων, ὧν ἐπιάσατε νῦν. Noſt. *Aug.* 98. 7: *Vitel.* 10. 5. *Cal.* 37. 1. Videſis & *Stuck. A. C.* II. 11. *Nonn. de re cib.* III. 4. *Voſſ. de Idolol.* IV. 23.

24. Fefellissent i. latuiſſent, effugiſſent. Liv. XXXI. 25. *Non fefellit Achæos, quo ſpectaſſet tam benigna pollicitatio.* Horat. Od. I. 10. 16.

Et iniqua Trojæ
Caſtra fefellit.

Idem apud Græcos λανθάνειν ſignificare docet *Bud. Comm. L. G. p.* 471.

25. Triclinio i. cœnaculo, loco in quo cibum ſumerent. Vitruv. VI. 5. *Tricliniorum quanta latitudo fuerit.* Cicer. Attic. XIII. 50. *Villa ita completa militibus eſt, ut vix triclinium, ubi cœnaturus ipſe Cæſar eſſet, vacaret.* Noſt. Aug. 69. 2: 99. 1. Cal. 36. 5. Claud. 4. 6: 33. 3. Serv. in Æn. I. 702. *errare dicit eos, qui triclinium dicunt ipſam baſilicam: vel cœnationem.* Sed illum perverſe erraſſe recte contendunt *Beroal. in illum* §. 15. *Ciaccon. de tricl. p.* 2. *Buleng. de conv.* I. 27. *Stuck. Antiq. conv.* II. 14. *Philand. in Vitruvium.* Quamvis & pro menſa hoc loco accipi poſſe non eam inficias.

CAPUT XLIV.

ARG. *Urbem ornare, imperium ampliare, jus civile ad certum modum redigere, bibliothecas publicare, Pomptinas paludes ſiccare, Fucinum emittere, viam munire, Iſthmum perfodere, Dacos coercere, & Parthis inferre bellum deſtinat; ſed morte prævenitur Cajus Julius Cæſar.*

1 Jam de ornanda [1] inſtruendaque Urbe, item de tuendo ampliandoque imperio [2],
2 plura ac majora in dies deſtinabat. In primis Martis templum, quantum nuſ-
quam eſſet, exſtruere, repleto, & complanato [3] lacu, in quo naumachiæ ſpe-
ctaculum ediderat, theatrumque [4] ſummæ magnitudinis Tarpejo [5] monti accu-
3 bans [6]. Jus civile ad certum modum redigere [7], atque ex immenſa [8] diffuſaque
4 legum copia, optima quæque & neceſſaria in pauciſſimos conferre libros. Biblio-
thecas Græcas & Latinas, quas maximas [9] poſſet, publicare [10], data M. Varroni
5 cura comparandarum, ac digerendarum [11]. Siccare [12] Pomptinas paludes [13]: emit-
tere [14] Fucinum lacum [15]: viam [16] munire [17] a mari ſupero [18] per Apennini [19]
dor-

ORNANDA magnificis operibus. V. *Aug.* 29. 2.

2. AMPLIANDO IMPERIO I. *imperii finibus proferendis*, ut Juſtin. I. I. §. 3.

3. COMPLANATO I. plano facto. Cat. R. R. c. 152. *Id bene tabula, aut manibus, aut pedibus complanato.* Noſt. *Cal.* 37. 5.

* 4. THEATRUM hoc ſub Marcelli nomine, ubi Julius ante deſtinaverat, Auguſtum condidiſſe putat *Donat. de Urb. Rom.* III. 8.

5. TARPEJO I. Capitolino. Prop. IV. 4. 47.

A duce Tarpejo mons eſt cognomen adeptus.

de quo plura *Rycq. de Capit. c.* 3.

6. ACCUBANS I. proxime adjacens.

7. REDIGERE I. contrahere. Varr. R. R. I. I. *Hoſce ad ſex libros redegit Diophanes.* De *jure redigende* cogitaſſe etiam Ciceronem monet Gellius, qui I. 22. fragmentum laudat ex *ejus libro, qui inſcriptus eſt de jure civili in artem redigendo.*

8. IMMENSA I. quæ neque modum, neque finem habet. Juſtin. XXXVIII. 4. 15. *Immenſa millia populorum.* De *immenſa* legum copia Liv. III. 34. *Decem tabularum leges perlatæ ſunt, quæ nunc quoque in hoc immenſo aliarum ſuper alias acervatarum legum cumulo fons omnis publici privatique eſt juris.*

9. QUAS MAXIMAS I. quam maximas.

10. PUBLICARE I. *publicas* facere, *publice* utendas dare. Noſt. *Aug.* 101. 11: 29. 5.

11. DIGERENDARUM I. diſponendarum, ſuo quasque loco collocandarum. Virg. Æn. III. 446.

Quæcunque in foliis deſcripſit carmina virgo,
Digerit in numeros.

Ubi Servius: *ordinat, diſponit.* Quod *bibliothecas ordinare* noſt. *infr.* 56. 11. & *Gramm.* 17. 6.

12. SICCARE. Plin. XXVI. 4. *Siccentur hodie æthiopide*, (quæ *herba*, qua *amnes & ſtagna ſiccari* putabant magi) *Pomptinæ paludes, tantumque agri ſuburbanæ reddatur Italiæ.* Repentina validæ inundationis diluvies, & campos, & urbes ita delevit, ut ne veſtigia quidem ſuæ vetuſtatis reliquerint. Illas primus exſiccavit, ut docet Kircher. Lat. V. 2. Appius Claudius Cenſor, & per illas viam tentavit, illamque ſilice ſtravit, & a nomine ſuo viam Appiam dixit. Liv. IX. 29. Deinde rurſus reſtagnantes exſiccavit Cornelius Cethegus Conſul. Liv. Epit. 46. Tertio Cæſar, cui hoc mandatum fuiſſe narrat Dio XLIV. *p.* 242. *D.* exſiccare *deſtinavit.* *Jovianum Pontanum* de *magnificentia c.* 2. ſcribentem, quod *Cæſar Pomptinam paludem exſiccaverit, & per mediam illam viam, pluribus pontibus erectis, ſtraverit*, erroris convincit ad hunc locum *M. Donatus.*

13. PALUS POMPTINA *a Circejis eſt, quem locum viginti trium urbium fuiſſe Mutianus ter conſul prodidit.* Plin. III. 5. *Illam duo fluvii efficiunt, quorum major Aufidus dicitur.* Strab. II. p. 161. Juxta Tarracinam eſſe docet *Feſtus*, circa Forum Appii *Vibius.* Hodie *Aufenſe palude.* V. quoque *Merul. Coſm.* II. 14. 2. *Cluver. Ital.* III. 7. II. & *Almeloveenium* meum ad *Juven.* III. 307. Paludes *in Nomentanis & Setinis*, ἕλη τὰ περὶ Νωμεντῖνον καὶ Σήτιον dicit *Plutarch. Cæſ. p.* 735. C,

14. EMITTERE I. ex eo aquam Romam perducere. Cicer. ad Attic. IV. 14. *Quod lacus Velinus a M. Curio emiſſus interciſo monte in Nar defluit.* Frontin. de Aquæd. I. *Hanc Agrippa emiſit.*

15. FUCINUS LACUS eſt in Marſis. Dio LX. *p.* 672. C. Virg. Æn. VII. 758.

——— *Et Marſis quæſita in montibus herbæ,*
Te nemus Angitiæ, vitrea te Fucinus unda,
Te liquidi flevere lacus.

magnitudine maris ſimilis, πελαγία τὸ μέγεθος. Strab. V. p. 166. non longe a Liri flumine. Tacit. Ann. XII. 56. I. Noſt. *Claud.* 20. 2. 21: 13. 32. 2. Hodie *Lago di Marſo*, vel ut alii, *Lago di Celano.* V. & *Merul. Coſmog.* II. 4. 22. *Cluver.* II. 15. 3.

16. VIAM Flaminiam, de qua plura ad *Aug.* 30. 3. §. II.

17. MUNIRE I. lapidibus ſternere. Cicer. pro Mil. c. 7. *Perinde quaſi Appius ille Cæcus viam munierit, non qua populus uteretur.* Hinc etiam pro repurgare, reficere, cum illa reficimus, vel reparamus,

Digitized by Google

dorſum [20] ad Tiberim [21] uſque perfodere [22] Iſthmum [23]: Dacos [24], qui ſe in Pon-
tum & Thraciam [25] effuderant [26], coercere: mox Parthis [27] inferre bellum per
Armeniam minorem [28], nec niſi ante expertos aggredi prælio. Talia agentem, at- 6
que meditantem mors prævenit: de qua prius quam dicam, ea quæ ad formam [29],
& habitum [30], & cultum, & mores, nec minus quæ ad civilia, & bellica ejus
ſtudia pertineant, non alienum erit [31] ſummatim [32] exponere.

mus, alveum, ripam, aditum *munire* dicimur, ut docent *Vall. Eleg.* v. 71. *Perott. ad Mart. de Spect.* II. 2. Noſt. *Aug.* 30. 3.

18. A MARI SUPERO, quod deſcriptum 34.2.§.11.

19. APENNINUS mons eſt *Liguria a Genua incipiens.* Strab. IV. p. 139. Unde Serv. Æn. XI. 700. *Liguria majore parte ſui in Apennino eſt conſtituta:* & quidem *altiſſimus, perpetuis jugis ab Alpibus tendens ad Siculum fretum.* Plin. III. 5. Hodie mons *S. Bernardi major* dicitur. Per hujus dorſum viam munire deſtinavit Cæſar, quia, ut ait Lucan. II. 399.

Inter geminas medius ſe porrigit undas
Inferni ſuperique maris.

Vide ſis *Vitruv.* II. 10. Ex recentioribus *Paull. Merul. Coſmog.* II. 4. 5. *Gaudent. Merul. Gall. Ciſalp.* II. 5. *Leand. Ital. p.* 16.

* 20. DORSUM montis eſt illud latus, quo mons adſcenditur. Curt. III. 4. 7. *Per hoc dorſum aſperi tres aditus ſunt.*

21. TIBERIS limes eſt Etruriam inter & Latium. Unde *imperii finis* dicitur Juven. VIII. 265. Illum deſcribit Ovid. Faſt. v. 635-659. Serv. Æneid. VIII. 31. *In ſacris Tiberinus, in coenolexia i. communi ſermone Tiberis, in poemate Tibris vocatur.* Multa alia *Merul. Coſm.* II. 4. II.

22. PERFODERE *navigabili alveo anguſtias tentavere Demetrius rex, Dictator Cæſar, C. Princeps, Domitius Nero, infauſto (ut omnium patuit exitu) incepto.* Plin. IV. 4. οὕτω χαλεπὸν ἀνθρώπῳ τὰ θεῖα βιάσασθαι, ut ait *Pauſan. Corinth.* p. 44. Tentaſſe Cæſarem docent *Dio* XLIV. *p.* 242. *D. Plutarch. Cæſ. p.* 535. *B.* Cajum noſt. 21. 4. Neronem Noſt. 19. 3. quo hoc tentante αἷμα τῆς γῆς ἀνέβλυσεν, καὶ οἰμωγαὶ μυκηθμοί τέ τινες ἐξηκούοντο, καὶ εἴδωλα πολλὰ ἐφαντάζετο, *ſanguis e terra erupit, auditaque ſunt lamenta, & mugitus, & ſpectra multa apparuerunt*, ut narrat *Xiphil.* LXIII. *p.* 722. *B.* V. & *Rhodig. A. L.* XXI. 19. & ad hunc locum *Donatum.*

23. ISTHMUS *appellantur anguſtia, unde procedit Peloponneſus inter duo maria Ægæum & Ionium.* Plin. IV. 4. Unde Pauſan. l. l. καθήκει δὲ ὁ τῶν Κορινθίων ἰσθμὸς, τῇ μὲν ἐς τὴν ἐπὶ Κεγχρέαις, τῇ δὲ ἐς τὴν ἐπὶ Λεχαίῳ θάλασσαν. *Iſthmus autem Corinthiacus mari utrinque alluitur, duobus ejus latera promontoriis terminantur, Cenchreis & Lechæo.*

24. DACOS. V. infr. *Aug.* 21. 2. §. 11.

25. THRACIA *inter validiſſimas eſt Europæ gentes.* Plin. IV. 11. *Macedonia continuata.* Curt. VII. 8. 30. *a Pontici lateris fronte uſque in Illyricos penitus immiſſa, qua latera agit, Iſtro pelagoque contingitur* Mel. II. 2. V. & laudatos ſcriptores ad Curt. III. 4. 13. §. 57.

26. EFFUDERANT i. inſtar aquæ, quæ data porta ruit, ſeſe omnes emiſerant. Cicer. ad Brut. 2. *Timore quodam perculſa civitas tota ad te ſe cum conjugibus & liberis effundebat.* Virg. Æneid. XII. 122.

pilataque plenis
Agmina ſe fundunt portis.

Ita *influere* Cicer. de prov. conſ. c. 13. *C. Marius influentes in Italiam Gallorum copias repreſſit.* Ita de militum manu per portam fractam in caſtra ſe conjiciente Hom. Ἰλιάδ. XII. 470.

Οἱ δὲ κατ' αὐτὰς
Ποιητὰς ἐσέχυντο πύλας.

Noſt. *Cal.* 4. 4.

27. PARTHIS. Plutarch. Cæſ. p. 735. B. Στρατεύειν ἐπὶ Πάρθους, καταστρεψαμένῳ δὲ τούτους, καὶ δι' Ὑρκανίας παρὰ τὴν Κασπίαν θάλασσαν καὶ τὸν Καύκασον ἐκπεριελθόντι τὸν Πόντον, εἰς τὴν Σκυθικὴν ἐμβαλεῖν, καὶ τὰ περίχωρα Γερμανοῖς, καὶ Γερμανίαν αὐτὴν ἐπιδραμόντι, διὰ Κελτῶν ἐπανελθεῖν εἰς Ἰταλίαν, καὶ συνάψαι τὸν κύκλον τοῦτον τῆς ἡγεμονίας τῷ πανταχόθεν ὠκεανῷ περιορισθείσης: *Parthos bello petere, his ſubactis per Hyrcaniam ſecundum mare Caſpium & Caucaſum Pontum circumire, & Scythiam invadere, & adjacentia Germaniæ loca, ipſamque Germaniam ingredi, per Galliam in Italiam regredi, atque hunc imperii orbem conjungere oceano undique circumſcripti.*

28. ARMENIAM MINOREM, quia & major eſt. *Illam a Neocæſarea Lycus amnis diſterminat.* Plin. VI. 3. qui & eandem pluribus deſcribit VI. 9. V. & *Pancir. not. imp. orient. c.* 131.

29. FORMAM i. ſtaturam. Sidon. Epiſt. I. 2. *Si forma quæratur, corpore exacto....* Solin. c. I. *Ante Auguſtum annis mille ferme non apparuit forma hujuſmodi.*

* 30. HABITUM i. univerſi quandam corporis diſpoſitionem. Petron. c. 10. *Conſedit puer ſuper lectum, & manantes lacrymas pollice exterſit. Perturbatus ego habitu fratris, quid accidiſſet, quæſivi.* Cicer. Cœl. 24. *Q. Metellus, cum floreret integerrima ætate, optimo habitu, ereptus eſt civitati.* Plura *Putean. Feliq. Conv. Theſ. Ant. Rom. Grav. tom.* XII. *p.* 269. *Ravard. Var.* IV. 10.

31. NON ALIENUM ERIT i. ad rem pertinebit: *non ab re fuerit* noſt. Aug. 94. I. Cicer. Epiſt. Brut. 15. *Quid ego ſecutus hoc bello ſim in ſententiis dicendis aperire non alienum puto.*

32. SUMMATIM i. breviter. Cicer. ad Attic. v. 16. *Dum hæc quæ longiorem deſiderant orationem, ſummatim tibi perſcriberem.* Noſt. *Aug.* 85. 4. Unde *breviter*

tes & *ſummatim* jungunt *Varr. R. R. praef.* 11. & noſt. *Tib.* 61. 3. Hæc vero *ſummatim*, eo ordine, quo propoſita ſunt, ex more poſtea explicare Suetonium obſervat *Caſaubonus*.

CAPUT XLV.

ARG. *Qua ſtatura, qua valetudine fuerit, & qua cura corpus curaverit Caius Julius Cæſar.*

1 Fuiſſe traditur excelſa [1] ſtatura [2], colore candido, teretibus [3] membris, ore [4] paullo pleniore [5], nigris [6] vegetiſque oculis [7], valetudine proſpera: niſi quod tempore extremo [8] repente animo [9] linqui, atque etiam per ſomnium exterreri ſo-
2.3 lebat. Comitiali [10] quoque morbo bis inter res gerendas [11] correptus eſt. Circa corporis curam [12] moroſior [13], ut non ſolum tonderetur [14] diligenter ac radere-tur,

EXCELSA, quod & de illa Julianus in Cæſaribus p. 115. καὶ γὰρ ὡς ὁρᾷς, ἐστὶ μέγας καὶ καλός.

2. STATURA *corpori adſcribitur: ſtatus ad habitum refertur. Ergo ſtatus eſt* σχῆμα: *ſtatura longitudo corporis.* Donat. in Eun. III. 5. 50.

3. TERETIBUS i. ſucculentis, nec tamen obeſis. Philoſophum hunc habitum εὔσαρκον vocare, & ἀδρομερῆ καὶ διαρθρωμένον, illumque medium eſſe inter λεπτὸν & περίπλεων docet Caſaubonus. Ita *teretes humeros* Theodorici laudat Sidon. Epiſt. 1. 2. *teretes ſuras* puellæ Hor. Od. II. 4. 21. *teretem puerum* Epod. II. 41. Proprie *teres* eſt in oblongo rotundum, & dicitur de illis, quæ torno trita ſunt, & veluti torno exacta, ut pluribus *Salmaſ. Exerc. Plin. p.* 502. *a. C. D.*

* 4. Os non pro facie hic accipiendum eſſe, ſed proprie τὸ στόμα denotare putat *Berneggerus*.

5. PLENIORE i. carnoſiore, non macilento. *Plenus* pro craſſo Latinum. Plin. XI. 37. *Homo creſcit in longitudinem ad annos uſque ter ſeptenos, cum deinde in plenitudinem.* Idem aliis exemplis docet *Salmaſ. Exerc. Plin. p.* 203. *b. F. G.* Ita *turgida labra* Mart. VI. 39. 8. contra ea *ſubtilia labra* Sidon. Epiſt. 1. 2. *Plenius* Cæſari os, & tale, quale hodie Sereniſſimis Auſtriæ Archiducibus gentilitium eſſe creditur. Sed reclamare gemmas Palatinas, in quibus omnibus macilentus & contractis genis obſervatur, obſervat *Beger. Theſauro gemm. Palat. p.* 73.

6. NIGROS OCULOS Lyci laudat Horat. Od. I. 32. 11.

Et Lycum, nigris oculis, nigroque
Crine decorum.

Et paſſim commendat Homerus. Qui *nigros* oculos haberent, & cum quadam volubilitate decoros, ἑλίκωπες Græcis dicuntur. Patroclus teſte Philoſtr. in Heroic. p. 712. C. ἦν τὸ ὀφθαλμὼ μέλας. Unde de Bathyllo amoribus ſuis Anacreon. 29. 12.

Μέλαν ὄμμα γοργὸν ἔστω.
Oculus niger ſit & trux.

Unde puella turpis Catullo XLIII. 2. quæ erat
Nec bello pede, nec nigris ocellis.

V. & *Fr. Junium pict. vet.* III. 9. §. 8.

7. VEGETIS OCULIS. Ita oculorum vigorem commendat Q. Seren. XIV.

Summa boni eſt alacres homini contingere viſus,
Quos quaſi cuſtodes, defenſoreſque pericli
Proſpiciens ſumma natura locavit in arce.

Ὀφθαλμοὶ τὸ τῆς διανοίας εὔτροχον ἀποσαφοῦντες, *Oculi mentis volubilitatem exprimentes.* Plura qui voluerit, evolvat Junium. Hi vero præ ſe tulerint *proprium vigorem, & celeritatem quodam igne volucrem*, quem commemorat *Plin.* VII. 25. & laudat *Paterc.* II. 41. 1.

8. TEMPORE EXTREMO n. vitæ i. ſub finem, ultimis annis vitæ.

9. ANIMO qui *linquuntur*, Græci λιποψύχεις vocant. Morbus, *animi* deliquium, *animi* defectio. Conſulantur medici.

10. COMITIALI i. caduco, epilepſia. Inde *comitialis*, qui illo laborat. Plin. XX. 5. De illo Q. Serenus:

Eſt ſubiti ſpecies morbi, cui nomen ab illo eſt,
Quod ferri nobis ſuffragia iuſta recuſat:
Sæpe etenim membris acri languore caducis
Concilium populi labes horrenda diremit.

Noſt. *Cal.* 50. 5. De illo plura *Beroaldus* & *medici.*

11. INTER RES AGENDAS, Africanum bellum dum ordinaret, dicit Plutarch. Cæſ. p. 733. A. ἅψασθαι τὸ συνῆθες νόσημα: τὸν δὲ εὐθὺς αἰσθόμενον ἀρχομένου, πρὶν ἐκταράττεσθαι καὶ καταλαμβάνεσθαι παντάπασιν ὑπὸ τοῦ πάθους τὴν αἴσθησιν, ἤδη σειόμενον, εἴς τινα τῶν πλησίον πύργων κομισθῆναι, καὶ διαγαγεῖν ἐν ἡσυχίᾳ, *ſolito morbo correptum: quem ut primum ſenſit ingruentem, priusquam invaderetur & occuparetur a malo ſenſus, trementem iam in proximam turrim ablatum fuiſſe, & ibi quieviſſe:* qui p. 715. E. narrat hoc vitium ei Cordubæ primum ingruiſſe, ἐν Κορδύβῃ πρῶτον αὐτῷ τοῦ πάθους τούτου προσπεσόντος. Res agi quando dicantur, dicam infr. Aug. 32. 6.

12. CURAM i. ornandi ſtudium. Plaut. Ciſt. I. I. 115.

Cura te amabo: ſiccine immunda, obſecro.

& in ſpecie capillorum comptum. Petron. c. 67. *Celerior ventus diſtulit curationis propoſitum.* Phædr. II. 3. 8.

Quum ſe putaret pingi cura mulierum.

V. quoque *Gronov. Obſ.* I. 23.

13. MOROSIOR i. diligentior, curioſior. *Moro-ſus*

Digitized by Google

tur [15], ſed velleretur [16] etiam: ut quidam exprobraverunt: calvitii [17] vero deformitatem iniquiſſime [18] ferret, ſæpe obtrectatorum jocis obnoxiam [19] expertus.
Ideoque & deficientem capillum revocare [20] a vertice [21] aſſueverat: & ex omni- 4
bus decretis ſibi a ſenatu populoque honoribus, non aliud aut recepit aut uſurpavit libentius, quam jus laureæ [22] perpetuo geſtandæ. Etiam cultu notabilem [23] 5
ferunt. Uſum enim lato clavo [24] ad manus [25] fimbriato [26], nec ut unquam aliter

ſus proprie eſt, qui nimis exacte omnia fieri poſtulat, ut, cum faſtidienti animo non ſatisfit, indignetur & iraſcatur. Cicer. Orat. c. 29. *Uſque eo difficiles ac moroſi ſumus, ut nobis non ſatisfaciat ipſe Demoſthenes.* Noſt. Aug. 66. 8. Tib. 70. 3. etiam circa curam corporis. Inde *pallium moroſius ordinatum* dicit *Tertull. de pall. c. 4. Circa ornatum corporis multum fuiſſe* dicit *Celſ. de vit. Cæſ. p.* 1.

14. Tonderetur forcipe. *Tonſuræ* genera invenies apud *Jun. de com. c.* 6.

15. Raderetur novacula. *Radere* Calder. Obſ. III. 8. eſt non tantum ſuccidere pilos, ſed etiam ſummam cutem detrahere. Noſt. *Oth.* 12. 4. *Aug.* 79. 1. Mollitiei indicem eſſe raſuram, docet *Jun. de coma c.* 2.

16. Velleretur. In variis hiſce modis ſe tondentem Mart. VIII. 46.

Pars maxillarum tonſa eſt tibi, pars tibi raſa eſt,
Pars vulſa eſt: unum quis putet eſſe caput?

Deglabrandi corporis veteres fuerunt ſtudioſi. Quintil. Inſtit. I. 6. *Velli & comam in gradus frangere quamlibet invaſerunt civitatem.* Quamvis fœdum fuit habitum. Procem. VIII. *Corpora ſi quis vulſa atque fucata muliebriter comat, fœdiſſima ſunt ipſo formæ labore,* & hominum tantum molliorum. Idem V. 9. *Ut fortaſſe corpus vulſum, fractum inceſſum, veſtem muliebrem dixerit mollis & parum viri ſigna.* Noſt. *Galb.* 22. 4. *Oth.* 12. 3.

17. Calvitium apud omnes ætates opprobrii loco habitum. Eumolpus apud Petronium c. 69.

Quod ſolum formæ decus eſt, cecidere capilli,
Vernanteſque comas triſtis ademit hyems.

Ovid. Art. III. 249.

Turpe pecus mutilum: turpe eſt ſine gramine campus;
Et ſine fronde frutex; & ſine crine caput.

Pollux II. 3. ἄκομος τὴν κεφαλὴν ἀκόσμος. Et de fœdiſſimo homine Homer. Iliad. II. 219.

Φοξὸς ἔην κεφαλήν, ψεδνὴ δ᾽ ἐπενήνοθε λάχνη.
Acuto erat capite, & rarus illi efflorescebat capillus.

V. &. *Jun. de com. c.* 11. *Bochart. Hieroz.* III. 9. *Camer. Medit. Hiſt.* III. 96.

18. Iniquissime ferunt calvi calvitium: Tiberius *Tacit. Ann.* IV. 57. 3. Auguſtus in Julia filia *Macrob. Sat.* II. 5. Eliſæus 2 *Reg.* 2. 23. Domitianus *noſtr.* 18. 3.

19. Obnoxiam i. expoſitam, ſubjectam. Exemplum exhibet noſt. c. 51. Proprie *obnoxius* eſt opportunus injuriæ, infirmus, qui facile & impune læditur, & vexationi expoſitus eſt, eoque anxius & ſollicitus vivit, &, ut natura evenit timidis, omnia in ſiniſtram partem interpretatur, dum quæ fieri poſſe ſcit, & ne fiant timet, ſemper exſpectat & fieri putat. Flor. IV. 4. 2. *Cum intra decem & octo annos tenerum, & obnoxium, & opportunum injuriæ juvenem videret.* Noſt. *Tib.* 12. 21: 63. 1. & alibi. Exempla plurima ex Seneca, Livio, Plinio collegit *Gronov. in Senec. de Ira* III. 8.

20. Revocare i. ad calvitium occultandum reducere in anteriorem capitis partem. * Et ita veteres. Senec. de Brev. vit. 12. *Quid? illos otioſos vocas, quibus apud tonſorem multa hora tranſmittuntur, dum deficiens coma hinc atque illinc in frontem compellitur.*

21. Vertex *eſt contorta in ſe aqua, vel quidquid aliud ſimiliter vertitur. Inde propter flexum capillorum pars eſt ſumma capitis.* Quintil. VIII. 2. Hæc vero pars capitis hirſuta eſſe ſolet præ anteriore. Apul. dogm. Plat. p. 589. *Denique ipſius capitis verticem ſpecta contectum tenui cute, capilliſque hirſutum videbis adverſus vim frigoris & caloris.* V. & *Beroaldum.*

22. Lauream coronam *lauream* interpretatur, & prætextum, quod ea calvitium occultaverit, addit Dio XLIII. p. 234. D. Τῷ στεφάνῳ τῷ δαφνίνῳ ἀεὶ καὶ πανταχοῦ ὁμοίως ἐκοσμεῖτο: καὶ πρόφασιν μὲν ἐποιεῖτο τοῦτο, ὅτι ἀναφαλαντίας ἦν. *Semper & ubique laurea corona ſimiliter eſt uſus: cujus prætextus erat hic, quia recalvaſter eſſet.* * Myrtea corona, quæ quaſi vallum erat & tegimen calvitiei, calvitium ſuum texit Agathocles. Ælian. XI. 4. Ἀγαθοκλῆς αἰδούμενος προκάλυμμα κόμης ἐποιήσατο τὸν μυρρίνης στέφανον, καὶ ἦν πρόβλημα τῆς ψιλώσεως.

23. Cultu notabilem vocat τὸν ἔχοντα ἐσθῆτας ἐξάλλους, ut de regibus, & tyrannis loquitur Polyb. VI. & apud Nicetam, στολαῖς ἐξάλλοις ἐκέκαστο. Alibi dicit ἐσθῆτας καινοφανεῖς. *Notabilis* vox frequens Plinio, Senecæ, Tertulliano & Cypriano. Senec. Epiſt. 122. *Ut inter iſtos nomen invenias, opus eſt non tantum luxurioſam rem, ſed notabilem facere.* Hæc *Caſaubonus.*

24. Latus clavus noſtro etiam Aug. 73. 3. & ab illo *tunica lati clavi* Aug. 94. 17. dicitur. Quid fuerint hi *clavi* in tanta tot virorum de re veſtiaria optime meritorum diſcrepantia dicere haud facile eſt. Placeat tamen ſententia Rubenii de re veſt. I. 2. & Cuperi Apoth. Homer. p. 189. aſſerentium fuiſſe purpureas lineas, quæ medias veſtes interſecuerint, & quas *virgas, virgulas, tramites, vias* veteres dixerint.

Digitized by Google

ter quam ſuper eum cingeretur [27], & quidem fluxiore [28] cinctura [29]: unde emanaſſe [30] Syllæ dictum [31] optimates [32] ſæpius admonentis, *ut male præcinctum puerum caverent* [33].

rint. Μεσοπόρφυρα eidem veſtes *clavatas* Eſai. III. 25. videntur dixiſſe ſeptuaginta interpretes. Unde Horat. Sat. I. 6. 28.

Et latum demiſit pectore clavum.

& ad illum Acro: *pectore, media parte corporis.* Hos veſtibus plerumque adſui ſolitos, interdum tamen intertextos fuiſſe idem ibidem pluribus docet. *Latum* vero clavum πλατύσημος & πλατυπόρφυρα Græci, *latam purpuram* Plin. XXXIII. I. & Tertull. de pall. c. 4. *purpuram majorem* Juven. I. 106. appellant. * V. Rubenii ſententiam curatius explicantem *Grævium Theſ. Antiq. Roman. Præfat.* VI. * * 3. *verſ.*

* 25. Ad manus. Hæc verba indicant Cæſarem *manicatam* habuiſſe tunicam, forte ut ſe a Phrygibus & Ænea oriundum hoc habitu teſtaretur. Phrygibus manicatæ tunicæ in uſu erant. Virg. Æneid. IX. 616.

Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.

Et hoc contra omnium tunc Romanorum *conſuetudinem.* Romanorum enim tunicæ tam laticlaviæ quam anguſticlaviæ *manicis* carebant. V. *Salmaſ. in Vopiſc. Carin. c.* 20. *Ruben. R.* V. II. I.

26. Fimbriato I. ornato *fimbriis. Fimbriæ* in extrema veſtimentorum parte fila fuerunt, & flocci dependentes, quas *frangias* appellamus. Marcell. XIV. 6. *Ut longiores fimbriæ tunicæ perſpicua luceant varietate....* V. *Ferrar. R. V.* II. I. 19.

27. Cingeretur; quod contra uſum. Tunica enim laticlavia non cingebatur. Quintil. XI. 13. *Latum habentium clavum modus eſt, ut ſit paullum cinctis ſubmiſſior.* V. *Ruben. R. V.* I. 12. *Ferrar. R. V.* I. 3. 7. *Manut. Quaſ. Epiſt.* III. I.

28. Fluxiore I. laxiore, non adſtricta, χαῦνον τοῦ ζώματος, & χαυνοτέραν ἐσθῆτα appellat *Dio* XLIII. p. 235. *A.* Hac utebatur, ut molles & delicati ſolebant. Macrob. Sat. II. 3. *In Cæſarem quoque mordacitas Ciceronis dentes ſuos ſtrinxit. Nam primum poſt victoriam Cæſaris interrogatus, cur in electione partis erraſſet, reſpondit; præcinctura me decepit, jocatus in Cæſarem, qui ita toga præcingebatur, ut trahendo laciniam velut mollis incederet.* Togam quidem non cingulo ſubſtrinxit, ſed ipſa toga, ſive balteo illô, qui ſub dextro brachio ad ſiniſtrum humerum oblique ducebatur, & umbonem cingebat, & quidem *fluxiore*, quam in habitu ordinario Romani, ſeſe præcinxit Cæſar. V. *Ruben. R. V.* II. 13.

* 29. Cinctura pro cingulo uſum eſſe Suetonium dicit *Tiraquell. in* III. *de Leg. Connub. Gloſſ.* I. *p.* 3. *n.* 27.

30. Emanasse I. in ſecretis colloquiis editum, & poſtea evulgatum eſſe, ut *Caſaubonus.*

31. Dictum I. verbum ſalſum, facetum. Macrob. Sat. II. I. *Jocos hoc genus veteres noſtri dicta dicebant. Teſtis Cicero, qui in libro epiſtolarum ad Cornelium Nepotem ſecundo ſic ait; Itaque noſtri, cum omnia, quæ dixiſſemus, dicta eſſent, quæ facete, & breviter, & acute locuti eſſemus, ea proprio nomine appellari dicta voluerunt.* Plaut. Capt. III. I. 22.

Dico unum dictum de dictis melioribus.

32. Optimates, deprecantes pro illo, ἐξαιτούμενοι dicit Dio: *Pompejum* Macrobius.

33. Caverent, licet enim *male cinctos* & *diſcinctos* pro ignavis, imbellibus & effeminatis dixerint veteres. Serv. Æn. I. 214. *Accinctos induſtrios dicimus, ut Horatius: Altius ac nos præcincti. Sicut contra negligentes diſcinctos vocamus, ut diſcinctos Mulciber Afros.* Unde noſt. *Aug.* 24. 4. *Ner.* 51. 3. Hoc tamen in Cæſare fefellit, qui etſi fluxiore cinctura, grandi tamen & virili fuit animo. De Mæcenate Senec. Epiſt. 92. *Alte cinctum putes dixiſſe: habebat enim ingenium & grande & virile, niſi illud ipſe diſcinxiſſet.* V. & *Ferrar. R. V.* I. 3. 7.

CAPUT XLVI.

ARG. *Primo in Suburra, deinde & in Sacra via habitat, & munditiarum ſtudioſus eſt Cajus Julius Cæſar.*

1 Habitavit primo in Suburra [1] modicis ædibus: poſt autem pontificatum maxi-
2 mum, in Sacra via [2] domo publica [3]. Munditiarum [4], lautitiarumque [5] ſtudioſiſſimum

Suburra vicus fuit celeberrimus. Unde Juven. X. 156.

Et media vexillum pono Suburra.

* Incipiebat antiquorum *Suburra* ab eo loco, ubi hodie templum cernitur Petri & Marcellini; totamque illam planitiem inter Cœlium & Exquilias depaſta ad amphitheatrum Titi finiebatur. *Borrich. Ant. Urb. Fac. c.* 4. & *Nardin. Rom. Vet.* III. 7. V. quoque, ſi volupe tibi eſt, *Marlian. Topog. Rom.* IV. 20. *Panciroll. de* XIV. *Urb. region. p.* 8. *Donat. de Urb. Rom.* III. 20. *Bellor. Fragm. veſt. vet. Rom. tab.* 6. Vicus, an regio fuerit, cum cura examinat *Demſter. Paral. ad Roſin. Ant.* I. 13.

2. Sacram viam *quidam appellatam eſſe exiſtimant, quod in ea fœdus ſit ictum inter Romulum ac Tatium, quidam quod eo itinere utantur ſacerdotes idulium ſacrorum conficiendorum cauſa. Itaque ne eatenus quidem, ut vulgus opinatur, ſacra appellanda eſt a regia ad domum regis ſacrificuli, ſed etiam a regis domo ad ſacellum Streniæ, & rurſus a regia uſque in arcem.* Feſtus. V.

dioſiſſimum multi prodiderunt. Villam [6] in Nemorenſi [7] a fundamentis inchoatam [8], magnoque ſumptu abſolutam, quia non tota ad animum ei reſponderat [9], totam diruiſſe, quamquam tenuem [10] adhuc & obæratum [11]: in expeditionibus teſſellata [12] & ſectilia pavimenta [13] circumtuliſſe. 3

V. quoque *Panvin. Comm. R. R.* I. *p.* 64. *Pancirol. de reg. Urb. p.* 7. *Donat. de Urb. Rom.* II. 12. *Nardin. Rom. Vet.* III. II.

3. Publica i. quæ ex ærario dabatur. Hanc illi conceſſam eſſe narrat quoque Dio XLIII. p. 235. E. ὅτι ἐν τῷ δημοσίῳ οἰκεῖν, & tradit Pontificem maximum omnino in *publico* debuiſſe habitare, & ex illa lege, quum *publicam* accipere noluiſſet, ſuarum ædium partem *publicam* eſſe juſſiſſe Auguſtum LIV. p. 541. A. οὔτ' οἰκίαν τινὰ δημοσίαν ἔλαβεν, ἀλλὰ μέρος τι τῆς ἑαυτοῦ, ὅτι τὸν ἀρχιερέα ἐν κοινῷ πάντως οἰκεῖν ἐχρῆν, ἐδήμωσε. *Neque domum publicam accepit; ſed quum omnino in publico pontificem maximum habitare oporteret, ſuarum ædium partem publicam eſſe juſſit.*

4. Munditiarum i. ſupellectilis pretioſioris. Nep. 25. 13. 5. *Omni diligentia munditiem non affluentem affectabat.* Horat. Epiſt. I. 5. 7.

Jam dudum ſplendet focus, & tibi munda ſupellex.

5. Lautitia *eſt epularum magnificentia.* Feſtus. Plin. IX. 35. *Hæc, cum exquiſitis quotidie Antonius ſaginaretur epulis, ſuperbo ſimul ac procaci faſtu, ut regina meretrix, lautitiam ejus omnem, apparatumque obtrectans, quærente eo quid adſtrui magnificentiæ poſſit....* Hanc eleganter deſcribit Phavorinus apud Gell. XV. 8.

6. Villæ hujus adhuc exſtare veſtigia non procul Aricia dicunt *Torrentius* & *Donatus.*

7. Nemorensi i. regione *nemoris* Aricini. *Nemus* enim in Aricino agro Romani appellabant lucum Dianæ ſacrum. Strab. V. p. 165. Τὸ Ἀρτεμίσιον, ὃ καλοῦσι νέμος, ἐκ τοῦ ἐν ἀριστερᾷ μέρους τῆς ὁδοῦ τοῖς ἐξ Ἀρικίας ἀναβαίνουσι. *Dianæ quod vocant nemus in ſiniſtra parte viæ eſt, qua Aricia adſcenditur.* De hac *Nemorenſi* etiam Cicer. ad Attic. VI. 2. *Putant nummos ſuos vos comediſſe, Cæſarem in Nemorenſi ædificando diligentiorem fore.* V. Turneb. Adv. XXIV. 20. Cluver. Ital. ant. III. 4. 13.

8. Inchoatam ædem dicit & noſt. *Aug.* 60. 2. Sed vide tu Curt. VI. 7. 10. §. 15.

9. Tota ad animum.... i. aliquid in illa illi diſpliceret, non ſatisfaceret. Ennodius I. 6.

Non reſpondentia cultoribus arva.

Tranſlatum a debitoribus, qui quum, quod facere debent, omittunt, *non reſpondere* dicuntur. Cicer. Attic. XVI. 2. *Fit ſæpe, ut ii qui debent, non reſpondeant ad tempus.*

10. Tenuem i. nondum divitem, pauperem. Cicer. L. L. III. 10. *Inventum eſt temperamentum, quo tenuiores cum principibus æquari ſe putarint.* Noſt. 68. 1. Inde *tenuiſſimus*, qui infimæ eſt conditionis *Tib.* II. 5. & *ſuſpicio tenuiſſima* valde infirma *Dom.* 15. 1. Proprie *tenue* eſt ſubtile, cui craſſum opponitur. Cicer. de Fat. c. 4. *Athenis tenue cœlum, craſſum Thebis.*

11. Obæratus quis fuerit dictus, dixi *ſupr.* 27. 3. §. 14.

12. Tessellata a *ſectilibus* diſtinguit etiam Vitruv. VII. 1. *Pavimenta ſtruantur ſive ſectilibus, ſeu teſſeris. Teſſellata* ex parvis *teſſeris* i. calculis quadratis in varios colores tinctis ſtrata erant. *Sectilia* Suetonius Latine vocat τὰ λιθόστρωτα, quæ *ſectis* parvulis marmorum cruſtis ſtrata erant ex diverſi generis & coloris marmoribus non tinctis. Lithoſtrata in pavimento ac ſolo manſere, *teſſellata* ad cameras tranſlata, & *muſivi* operis nomine appellata ſunt. De utriſque plura *Salmaſ. Exerc. Plin. p.* 854. *b. E. F. G. Petav. ad Themiſt. p.* 575. 576. *Buleng. de Pict.* I. 8. *Philand. in Vitruv. p.* 259. *Crinit. H. D.* XXII. I. *Spon. Miſc. Erud. Ant. ſect.* 2. *art.* 8. *Goree Ant. Bibl.* V. 6. *Bergier. de viis milit.* II. *Sect.* 21. §. 7. *Caſaub. ad Suetonium.*

13. Pavimenta i. *pavimentorum* materiam: ipſa ſectilia & teſſeras, quas circumferebat Cæſar in expeditionibus, ut quoties caſtrametandum eſſet, *pavimenta* ex iis in prætorio ſtruerentur. V. *Caſaubonum.*

CAPUT XLVII.

ARG. *Britanniam ſpe margaritarum petit, & gemmas..... immenſo pretio comparat Cajus Julius Cæſar.*

Britanniam [1] petiſſe ſpe margaritarum [2], quarum amplitudinem conferentem [3], 1 inter-

* Britanniam deſcribit Tacit. infr. Cal. 44. 3. §. 13. petiſſe dicit ipſe de Bell. Gall. IV. 20. 1. *quod omnibus fere Gallicis bellis hoſtibus inde ſubminiſtrata auxilia intelligebat.*

2. Margaritarum, quas & Britannia mittit. Plin. IX. 35. *In Britannia parvas atque decolores naſci certum eſt: quoniam Divus Julius thoracem, quem Veneri genetrici in templo ejus dicavit, ex Britannicis margaritis factum voluerit intelligi.* Tacit. Agric. 12. 8. 9. *Fert Britannia aurum & argentum & alia metalla, pretium victoriæ. Gignit & oceanus margarita, ſed ſubfuſca ac liventia.*

3. Amplitudinem conferentem i. explorantem, quæ ſit major & ponderoſior.

2 interdum ſua manu exegiſſe [4] pondus. Gemmas [5], toreumata [6], ſigna [7], tabulas [8] operis antiqui [9] ſemper animoſiſſime [10] comparaſſe: ſervitia [11] recentiora [12] politioraque [13], immenſo pretio, & cujus ipſum etiam puderet [14], ſic ut rationibus [15] vetaret inferri.

4. EXEGISSE i. libraſſe, exploraſſe, expendiſſe Tacit. Germ. 7. 4. *Ad matres, ad conjuges vulnera ferunt; nec illa numerare, aut exigere plagas* i. expendere, & comparare inter ſe cum laude ejus, qui majores & honeſtiores tulerit, *pavent*, ut quidem hoc loco legendum cenſet Gronov. Obſ. i. 8. Proprie enim *exigere* eſt libra, ſeu trutina examinare. Unde examen quaſi exagimen, libræ lingua, qua explorantur pondera, ut ad *Auguſti* c. 31. *magnus Grævius.*

5. GEMMA parvus eſt lapillus, rarus, levis, nitidus, durus, pellucidus, qui auribus, collo & digitis induitur ad ornatum. Æoles γέμμα dicebant, quidquid ad ornatum induitur. A lapide differt, ut docet Salmaſ. Exerc. Plin. p. 69. a. C. D. & margarita, ut idem ibidem p. 783. b. F. G. 784. Ideo diſtinguit noſt. *Aug.* 30. 4. V. etiam Curt. VIII. 5. 3. §. 14.

6. TOREUMA vas eſt torno elaboratum. Tornus inſtrumentum eſt, quo vaſa detornantur i. ſcalpuntur, & ſtriatim interdum cavantur, Τορευτικὴ Græcis, cælatura Latinis dicitur ars, quæ exſtantes figuras oſtendit, & extra corpus materiei prominentes, interdum dimidiatas. Mart. IV. 30. 4.

Solus Phidiaci toreuma cæli.

Phidias enim *toreuticen* aperuit, quam Polycletus conſummavit. Plin. XXXIV. 8. V. *Salmaſ. Exerc. Plin. p.* 736. *a. F. G. Bud. in Pand. p.* 118. *&* 177. *Ciaccon. de triclin. p.* 37. *Zanch. in Salluſt. B. C. c.* 20.

7. SIGNUM eſt e ſolida materia ſimilitudo vel Dei, vel hominis, vel bruti. Quomodo a ſtatua differat, pluribus docet *Manut. Quæſ. Epiſt.* III. 5.

8. TABULAS i. picturas in *tabulis* artificioſe formatas. Salluſt. B. C. c. 20. *Cum tabulas, ſigna, toreumata emunt.* Noſt. *Aug.* 72. 6. Illis antiqui plurimum delectabantur. Plin. XXXV. 4. *Dignatio præcipua Romæ increvit (ut exiſtimo) a M. Valerio Meſſala, qui princeps tabulam picturæ prælii, quo Carthaginienſes & Hieronem in Sicilia devicerat, propoſuit in latere Curiæ Hoſtiliæ anno ab U. C.* 490. Cæſari *Aiacem & Medeam ab eo in Veneris Genetricis æde poſitas octoginta talentis venundatas pinxit Timomachus Byzantius.* Idem XXXV. 11.

9. ANTIQUITATE ſigna & tabulæ cenſebantur. Plin. XXXIII. 12. *Subito ars hæc ita exolevit, ut ſola jam vetuſtate cenſeatur.* Tertull. de hab. mul. c. 5. *Quædam eſui & potui vaſcula ex ære ſervat memoria antiquitatis.* Noſt. *Aug.* 72. 6. V. antiquarium ſummum *Ezech. Spanhem. de num. diſſ.* I. *p.* 10.

10. ANIMOSISSIME i. ſumptui non parcendo. Sic *animoſus homo*, qui in exſtruendis & decorandis magnifice ædificiis minime ſumptibus parcit in codice Theodoſiano: *ſed vetuſta potius loci ſpecies & penſio cogitetur, quam cultus hodiernus, qui per induſtriam hominis animoſi acceſſit.* Sic *animoſe liceri* Paull. Digeſt. X. 2. 29. *emptor animoſior* Jabolen. Digeſt. XVII. 1. 36. *animoſus corruptor* Tacit. Hiſt. I. 24. 3. V. & *Salmaſ. in Capitol. M. Anton. c.* 17. *Barth. Adv.* XLVII. 23. & ad h. l. *Torrentium.*

11. SERVITIA i. ſervos. Cicer. Cat. IV. 2. *Servitia concitantur.* Noſt. *Aug.* 42. 4. *Ner.* 22. 4. Ita *miniſteria* ſunt miniſtri Tacit. Hiſt. II. 59. 4. Ann. XIII. 27. 2. *famulatio* Metam. II. p. 115. VI. p. 177. *famulitium* Apol. p. 285. famuli Apulejo. *Opera* operarius Hor. Sat. II. 7. 117. Noſt. Aug. 31. 1. Veſp. 1. 9. Θεραπεία θεράποντες Matth. 24. 45. Gen. 45. 16. Herodian. VII. 1. 10.

12. RECENTIORA opponuntur exoletis, ut novitiæ puellæ veteranis apud *Terent. Eun.* III. 5. 34. Elegantia enim & flos ætatis tales ſervos commendabat, quia illorum formam & vultum nullus adhuc labor deturpaverat, & delicatulis illis, formarumque ſpectatoribus majori erant in pretio. Juven. V. 56.

Flos Aſiæ ante ipſum pretio majore paratus,
Quam fuit & Tulli cenſus pugnacis & Anci.

Et *ducentis ſeſtertiis duos eximios forma pueros* emit M. Antonius jam Triumvir. Plin. VII. 12. Ideo Ulpian. Digeſt. XXI. 1. 37. *Solent mancipia, quæ novitia non ſunt, quaſi novitia diſtrahere, ad hoc ſcilicet, ut pluris vendant. Præſumptum eſt enim, ea mancipia, quæ rudia ſunt, ſimpliciora eſſe, & ad miniſteria aptiora, & dociliora, & ad omne miniſterium habilia; trita vero mancipia & veterana difficile eſt reformare, & ad ſuos mores formare.* V. tamen de hoc loco concertantes *Lipſ. ad Tacit. Agric. p.* 57. *Barth. Adv.* XLVII. 23. *Gronov. in Senec. Epiſt.* 100. *Voſſ. in Catul. p.* 25. & ad h. l. *Caſaubonum & Torrentium.*

13. POLITIORA, i. elegantiora. *Politum* eſt levigatum, elegantius factum. Ita *dentem expolitiorem* dicit Cat. 39. 20. Inde carmen elegans & terſum dicitur *expolitum* Sidon. Epiſt. III. 12. *Carmen hoc nocte proxima feci, non expolitum credo:* cui opponit *impolitum* Epiſt. VIII. 3. *Impolitum hunc, ſemicrudumque, &, ut ajunt, tanquam muſteum librum, plus deſiderii tui, quam officii mei memor obtuli.* *Polire* verbum eſt cæmentariorum. Feſtus, *Calicata ædificia, calce polita, Calicatis, calce politis.* Cæl. Aurel. acut. morb. I. 1. *Aut nova politura in muris parietis cubiculorum.* Vitruv. V. 10: VII. 3. *Cameris diſpoſitis imum cœlum earum creta, aut marmore poliatur:* & fullonum veſtimentorum villos cogentium. Plin. XXXV. 17. *Umbrica creta non niſi poliendis veſtibus aſſumitur.* Feſtus: *Polimenta dicuntur teſticuli porcorum, cum caſtrantur, a politione veſtimentorum: quod ſimiliter, ut illa, curantur.* Non. I. 145. *Interpolara*

Digitized by Google

terpolare tractum eſt ab arte fullonia, qua poliendo diligenter vetera quæque quaſi in novam ſpeciem mutant: & ſtatuariorum imaginem, ut homini omnibus partibus ſit æmula, exigentium. Priap. 9. 3.

Nec ſum Phidiaca manu politus.

Videſis quoque *Behot. Apophor.* 11. 1. *Savaron. in Sidonium. Sciop. in Priapeja.*

14. Puderet, quia ex diſpenſatorum tabulis ſcelus pecunia redemptum poterat probari. Diſpenſator enim non ſolum ſingula æra annotabat, ſed ſingulis ſummis titulum præponebat, unde conſtaret impenſæ ratio. Poſidonius in vita Auguſtini: *A domus præpoſitis cuncta & accepta & erogata notabantur, quo ſciretur quantum acceptum, quantum diſpenſatum fuiſſet, vel quidquid indiſpenſatum, vel diſpenſandum remanſiſſet: in multis titulis magis illius præpoſiti domus fidem ſequens, quam probatum manifeſtatumque cognoſcens.* Ideo Cæſar vetat, & ſub falſo titulo jubet rationibus inferri Veſpaſianus *noſtr.* 22. 5. V. *Caſaubonum* & *Nerium Anal.* 1. 14.

15. Rationibus i, expenſorum libro. Diligens enim paterfamilias in illum, quæcunque expendiſſet, diſpenſatorem referre jubebat. Noſt. Veſp. 22. 5.

CAPUT XLVIII.

ARG. *Duobus tricliniis aſſidue convivatur, & domeſticam diſciplinam diligenter regit Caius Julius Cæſar.*

Convivatum [1] aſſidue, per provincias duobus tricliniis [2]: uno, quo ſagati [3] pallia- 1
tive [4], altero quo togati [5] cum illuſtrioribus provinciarum diſcumberent [6].
Domeſticam diſciplinam in parvis ac majoribus rebus diligenter adeo ſevereque 2
rexit [7]; ut piſtorem [8], alium quam ſibi [9] panem, convivis ſubjicientem, compedibus

Convivia in provinciis erant quoque, cum ad eas magiſtratus primum accederent, celebrari ſolita, quibus & magiſtratus a provincialibus accipiebantur, & ipſi provinciales accipiebant. Plutarch. Cicer. p. 879. A. Δείπνων τε ἐπαρχικῶν ἀνῆκε. Αὐτὸς δὲ καθ' ἡμέραν τοὺς χαρίεντας ἀνελάμβανεν ἑστιάσεσιν. *Sublevavit provinciales cœnarum largitionibus. Ipſe vero quotidie feſtiviſſimos quoſque conviviis excipiebat.* De illis etiam *Fab. Semeſt.* 1. 6.

2. Tricliniis i. lectis diſcubitoriis, quos ſolebant tres, unde *triclinium* dictum, veteres ſternere. Serv. Æn. 1. 702. *Antiqui ſubſellia non habebant, ſed ſtratis tribus lectis epulabantur. Unde & triclinium ſterni dicitur: ſic Cicero, ſterni triclinia & in foro jubebat.*

3. Sagati i. qui in Cæſaris comitatu erant milites. *Sagum* enim veſtis fuit militaris, qua omnes milites, manipulares, ordinum duces, centuriones & tribuni utebantur. Liv. VII. 34. *Hæc omnia tribunus ſagulo gregali amictus, centurionibus item manipularium militum habitu ductis perluſtravit.* Inde toties *ire ad ſaga.* Noſt. *Aug.* 26. 3. *Vit.* 11. 1. V. *Ferrar. R.* V. 11. 3. 7. *Ruben. Elect.* 11. 12. *Turneb. Adv.* 11. 27. *Bayſ. R.* V. *c.* 15. & h. l. *Torrentium* & *Caſaubonum.*

4. Palliati i. provinciales, ad quos Cæſar divertebat. *Pallium* commune fere gentium geſtamen. Loquitur autem de provinciis, per quas Cæſar convivaretur. V. *Ferrarium.*

5. Togati i. honeſtiores e comitatu, ut conſulares, prætorii, ſenatores, legati, quæſtores. *Togam* communem Romanorum fuiſſe veſtem, dictum *c.* 9. §. 23.

6. Discumberant veteres hoc modo: in cœnaculo menſa collocabatur rotunda, humilis, inferiorum quidem hominum tripes, & ex ſimplici ligno, lautiorum citrea, aut acerna, aut lamina argentea intecta, quam pes eburnus fabre factus, puta in modum pardi, aut leonis ſuſtinebat. De priori Horat. Sat. 1. 3. 13.

Modo ſit mihi menſa tripes.

De poſteriori Juven. XI. 123.

Latos niſi ſuſtinet orbes
Grande ebur, & magno ſublimis pardus hiatu.

Circum menſam tres, ut plurimum, lecti erant. Singulis recumbebant terni, aut plerumque quaterni. Horar. Sat. 1. 4. 86.

Sæpe tribus lectis videas cœnare quaternos.

Accumbebant reclinata ſupera parte corporis in cubitum ſiniſtrum, infera in longum porrecta ac jacente: capite leviter erecto, dorſo a pulvillis modice ſuffulto. Horat. Od. 1. 27. 8.

Et cubito remanete preſſo.

Plura *Lipſ. A. L.* III. *p.* 144. 145. *Philand. in Vitruv.* VI. 5. *Mercur. Gymn.* I. 11. *Urſin. app. ad Ciaccon. de tricl. p.* 252. 253.

7. Severe rexit. Et recte. Ita & Agricola apud Tacit. 19. 2. *A ſe ſuiſque orſus, primum domum ſuam coercuit.* Ratio. Quia hoc *pleriſque haud minus arduum eſt, quam provinciam regere.* Ita Auguſtus 24. 1.

8. Pistor eſt, qui facit panem. Varro ſatyr. de edul. *Si quantum operæ ſumpſiſti, ut tuus piſtor bonum faceret panem.* Plin. XVIII. 11. *Romæ piſtores non fuerunt ad Perſicum uſque bellum, annis ab U. C. 580. Ipſi panem faciebant Quirites, mulierumque id opus erat.* Unde & Ulpian. XX. ad Sabinum: *Mulieres, quæ panem coquant, quæque villam ſervent.* In numero ſervorum fuiſſe docent *Popm. de ſerv. p.* 128. & *Beroaldus.*

9. Alium quam sibi, n. ſecundarium & cibarium, Cæſari vero delicatiorem & ſiligineum, qui ex flore quaſi farinæ, & ex candidiore tritico paratus lautus tantum apponebatur. Juven. V. 70.

pedibus vinxerit [10]: libertum [11] gratiſſimum, ob adulteratam equitis Romani uxorem, quamvis nullo querente, capitali pœna affecerit.

Sed tener & niveus, mollique ſiligine factus
Servatur domino.

V. & *Nonn. de re cib.* I. 6. *Stuck. Ant. Conv.* II. 13.

10. COMPEDIBUS VINXERIT. Leges enim conviviales *amicos gradatim haberi* prohibent. Unde Plin. Epiſt. II. 6. 3. *Eadem omnibus pono, ad cœnam enim, non ad notam invito: cunctisque rebus exæquo, quos menſa & toro æquavi.* Et hoc eſt *civiliter cœnare* apud Juven. V. 112. Contra cum vocato non eadem quæ vocanti cœna datur, ſine vocante cœnat vocatus. Ea de re Ponticum Martial. III. 60. exagitat: & quendam, apud quem cœnaverat, ut *ſordidum* deſcribit Plinius l. l. qui *ſibi & paucis optima quadam, ceteris vilia & minuta poſuerat.*

11. LIBERTUM.... Ita *Manius in libertum gratum admodum ſibi animadvertit, quia eum nubilis jam ætatis filiæ ſuæ oſculum dediſſe cognoverat.* Val. Max. VI. I. 4. Auguſtus infr. 67. 4.

CAPUT XLIX.

ARG. *Pudicitiæ famam in Nicomedis contubernio gravi opprobrio lædit Cajus Julius Cæſar.*

1 Pudicitiæ ejus famam nihil quidem præter Nicomedis [1] contubernium [2] læſit,
2 gravi tamen & perenni [3] opprobrio [4], & ad omnium convicia [5] expoſito. Omitto Calvi Licinii [6] notiſſimos verſus:

Bithynia quicquid
Et pædicator [7] Cæſaris unquam habuit.

3 Prætereo actiones [8] Dolabellæ [9], & Curionis patris: in quibus eum Dolabella *pellicem [10] reginæ [11], ſpondam [12] interiorem regiæ lecticæ*, ac Curio *ſtabulum [13] Nicomedis*,

NICOMEDES. V. illum *ſupr.* 2. I. §. 9.

* 2. CONTUBERNIUM i. cohabitationem, ut *infr. Tib.* 14. 7. Quid in militia *contubernium* dixi, *ſupr.* 2. I. §. 6.

3. PERENNI i. perpetuo. De illo ſic Dio XLIII. p. 224. B. Τὴν συνουσίαν τὴν πρὸς τὸν Νικομήδην διέβαλλον· ἐπὶ γὰρ τούτῳ πάνυ τε ἠδυσχέραινε, καὶ ἔνδηλος ἦν λυπούμενος· ἀπολογεῖσθαί τε ἐπεχείρει, καὶ κατομνὺς περὶ τούτου καὶ γέλωτα προσεπωφλίσκανεν: *Conſuetudinem cum Nicomede vitio illi verterunt: quod valde ægre tulit, & palam moleſtia ſe hinc affici oſtendit, ſed jure jurando adhibito ſe purgare aggreſſus riſu exceptus eſt.* Proprie *perenne* eſt, quod durat in omnis ævi memoriam: uti majora flumina, quæ torrentis, qui, cum imbre creverit, quidem

torta ruit pernicius haſta,

ut ait Claudian. de Rapt. Prof. II. 198. ſed mox deficit, inſtar non feruntur; ſed ſempiterno labuntur curſu. Unde *aquas perennes* VIII. 10. 13. Curtius & III. 3. 26. Propertius: *fontem perennem* VI. 6. 23. VIII. I. 12. Curtius: & inde *famam perennem* Æn. IX. 79. Virgilius, *fortunam perennem* III. 8. 9. Propertius dicunt. Græci *perenne* ἀέναον dicunt. Heſychius: Ἀενάοντα, ἀεὶ ῥέοντα. Suidas: Ἀέναον, τὸ ἄπαυστον, καὶ ἀέναος ὁ ἀεὶ ῥέων, ἀπὸ τοῦ νάω, ὅ ἐστι ῥέω. Ὁ δὲ Ἰουστινιανός, ὥσπερ ποταμὸς ἀέναος εἰς ἡμέραν ἑκάστην ἐδῄου καὶ τὸ ἐλῄζετο τοὺς ὑπηκόους. Ἀέναον. *Quod nunquam ceſſat, ſemper fluens, perenne, perpetuum. Et* ἀέναος, *ſemper fluens, perennis, perpetuus. Deductum eſt hoc nomen a verbo* νάω, *quod ſignificat fluo. Juſtinianus vero ut fluvius perpetuo fluens quotidie ſubditos vaſtabat & populabatur.*

4. OPPROBRIO i. infamia. Proprie *opprobrium* eſt objectum probrum, ex quo infamia naſcitur. Plin. XVIII. 26. *Dedecus habetur, opprobriumque meritum, falcem ab illa volucre in vite deprehendi.* Noſt. *c.* 59. 4. *Aug.* 7. 53.

5. CONVICIUM eſt contumelia petulantius jactata. Cicer. pro Cœl. c. 3. *Maledictio nihil habet propoſiti præter contumeliam, quæ, ſi petulantius jactetur, convicium: ſi facetius, urbanitas nominatur.* Noſter ſæpius.

6. LICINIUS CALVUS Poeta fuit Catulli familiaris, de quo ipſe Cat. 51. I.

Heſterno Licini die otioſi....

Noſt. *infr.* 73. 3.

7. PÆDICATOR Nicomedes. *Pædicare* eſt maſculum inire. Cat. 21. 4.

Pædicare cupis meos amores.

Pædico vocatur Priapej. 68. 4.

Et pædiconum mentula ſmerdalea eſt.

8. ACTIONES i. orationes ſupr. 9. 2. Ita Ciceronis in Verrem, quæ circumferuntur, *actiones.* In foro enim cauſas *agit* orator. Et roſtra ſuggeſtus, in quo orationes habebantur, dicitur *locus ad agendum ampliſſimus* Cicer. pro Manil. c. I.

9. DOLABELLA, quem repetundarum poſtulavit Cæſar *c.* 4. I. ut Cæſari par pari referret, hoſtimentum pro pecunia, maledicentiſſimas in illum videtur ſcripſiſſe orationes.

10. PELLICEM *antiqui nominabant eam, quæ uxorem habenti nubebat.* Feſtus, & ita Gell. IV. 3.

11. REGINÆ, uxoris Nicomedis. *Pellex* enim non tam viri, quam uxoris dicitur. Ovid. Metam. VI. 538.

Pellex

dis, & *Bithynicum fornicem* [14] dicunt. Miſſa etiam facio edicta Bibuli, quibus pro-
ſcripſit [15] collegam ſuum, *Bithynicam reginam*, *eique regem antea fuiſſe cordi*, *nunc*
eſſe regnum [16]. Quo tempore, ut M. Brutus refert, Octavius etiam quidam, va- 4
letudine [17] mentis liberius dicax [18], conventu maximo [19], cum Pompejum regem
appellaſſet, ipſum reginam ſalutavit. Sed C. Memmius etiam ad cyathum [20] & 5
vinum Nicomedi ſtetiſſe [21] objecit, cum reliquis exoletis [22], pleno convivio [23],
accubantibus nonnullis urbicis [24] negotiatoribus, quorum refert nomina. Cice- 6
ro vero non contentus in quibuſdam epiſtolis ſcripſiſſe, a ſatellitibus eum in cubi-
culum

Pellex ego facta ſororis.

Cicer. Orat. c. 30. *Ab hac indole jam illa matura uxor generi, noverca filii, filia pellex.* Gell. XIII. 4. *Malum mihi prorſum illa magnum dabit, cum tu me literis tuis pellicem illi eſſe conſiteris.*

12. SPONDÆ duo lecti latera dicuntur Latinis, ἐνλάτα Græcis. Harum altera interior, altera exterior dicta. *Interior*, quæ propius parietem erat, & ea eminenti pluteo munita, ſed non tam alto quam ille qui ad lecti caput. Hinc pluteus dicebatur. Iſid. XX. 11. *Sponda exterior pars lecti, pluteus autem interior.* Ad pluteum mulieres cubabant, viri autem in priore *ſponda*, quæ & exterior. Ovid. Amor. III. 14. 32.

Cur preſſus prior eſt, interiorque torus?

Artem Ὀνιρ. I. 76. Τῶν ἐνηλάτων τὸ μὲν ἔσω ἰδίως τὴν γυναῖκα, τὸ δ' ἔξω τὸν ἄνδρα ἐνδέχεται: *Sponda interior feminam, exterior virum excipit.* Marcellus: *Facula, qua infectores utuntur, ſi ſpondam lecti priorem, qua vir cubat, perunxeris, & ſpondæ medio inligaveris, dolores capitis remediabis.* Pueri quoque cinædi, qui mulierum loco, ad pluteum, & in parte tori *interiore* cubabant. Mart. III. 91. 5.

Exciduntque ſenem, ſpondæ qui parte jacebat;
Namque puer pluteo vindice tutus erat.

Hinc Dolabellæ jocus. *Salmaſ. in Spartian. Æl. Ver.* c. 5. *Ferrar. Elect.* I. 23. *Lipſ. in Tacit. Annal.* XI. n. 10.

13. STABULUM i. lupanar. Plaut. Pœn. I. 2. 56.

Quæ ſibi oleant ſtabulum.

Inde *proſtibulum*. Non. V. 8. *Proſtibulum, quod ante ſtabulum ſtet quæſtus diurni & nocturni cauſa.*

14. BITHYNICUM FORNICEM i. Bithyniæ regis lupanar. Petron. c. 8. *Intellexi me in fornicem eſſe deductum.* Iſid. X. F. *Fornicatrix, eſt cujus corpus publicum eſt & vulgare. Hæc ſub arcuatis proſternebatur, quæ loca fornices dicuntur.* Gloſſæ Cyril. *Fornicaria*, πόρνη, ἀπὸ καμάρας ἢ ἵσταται.

15. PROSCRIBERE i. ſcriptum publice proponere. Cicer. Attic. XVI. 4. *Se ſcripturum aiebat, ut venationem proſcriberent.* Noſt. *Ner.* 39. 5. V. ampliſſimi *Cuper. Obſerv.* I. 17.

16. REGNUM ESSE CORDI, quia everſa libertate Romæ *regnum* affectare videbatur.

17. VALETUDINE i. morbo. Quintil. Inſtit. II. 16. *Cibi attulerunt ſæpe valetudinis cauſas.* Noſt. 72. 1. Mentis *valetudinem* Plinius vocat VII. 51. *ſapientiæ ægritudinem.* * Hac vero ſolemus nos excuſare. Juven. II. 18.

..... his furor ipſe
Dat veniam.

Senec. Herc. Fur. IV. 1097.

Solus te jam præſtare poteſt
Furor inſontem.

18. DICACITAS *ſermo eſt cum riſu aliquo inceſſens.* Quintil. Inſtit. VI. 3. *Dicaces* vero eſſe ſolent, qui mente laborant, vel mentis morbum ſimulant. Tacit. Ann. VI. 24. 3. *Druſus primo alienationem mentis ſimulans, quaſi per dementiam funeſta Tiberio imprecabatur.*

19. CONVENTU MAXIMO i. multis præſentibus. Cicer. Verr. IV. 48. *Syracuſani feſtos dies agunt celeberrimo virorum mulierumque conventu.*

20. AD CYATHOS ſtare dicebantur, qui vinum miniſtrabant. Prop. IV. 9. 9.

Lygdamus ad cyathos.

Turneb. Adv. III. 23: XXIII. 6. Canter. N. L. III. 20. Præpoſitio *ad* periphraſin videtur facere, ut munus operamque diſcernat, ut exemplis pluribus docet Vechn. Hellen. II. 10. Ad hoc vero pulchellis utebantur, & maſcula venere illis abutebantur, hinc factum, ut in malam partem ſit ſumptum. * *Ad cyathum & vinum* i. ad *vinum* in cyatho miniſtrandum. Ita Juſtin. II. 2. 9. *Lanæ iis*, Scythis, *ac veſtium* i. veſtium e lana *uſus ignotus.* Ἓν διὰ δυοῖν.

21. STARE dicebatur de pocillatoribus. Gell. XV. 12. *Nulla apud me fuit popina, neque pueri eximia facie ſtabant.* Auſon. Edyll. XII. 86.

Stat Jovis ad cyathum, generat quem Dardanius Tros.

22. EXOLETIS i. adultioribus cinædis. Cicer. pro Mil. c. 21. *Ille qui ſemper ſcorta, ſemper exoletos, ſemper lupas ducebat.* Noſt. Cal. 24. 8. Tib. 43. 1. Cæſ. 76. 8. Proprie *exoletus, qui adoleſcere, id eſt, creſcere deſiit.* Feſtus. Gloſſ. Cyril. *Exoletus* ὑπέρακμος, τριβακός, καὶ ἐξώλης, pro quo ἔξωρος legendum affirmat *Scalig. ad Feſtum p.* 61. Hinc *exoleta*, quæ non amplius in uſu noſtr. *Claud.* 22. 1. *Aug.* 86. 6.

23. PLENO CONVIVIO i. multis ad convivium vocatis, ut *Cal.* 24. 1. *Aug.* 51. 2: 76. 5.

24. URBICIS i. ex urbe Roma, licet ejus in proximis ſuperioribus nulla omnino facta fuerit mentio. V. infr. 56. 8. §. 28. Roma enim κατ' ἐξοχὴν Latinis *Urbs*, & Græcis πόλις paſſim appellatur. Gloſſ. Philox:.

culum regium [25] eductum, in aureo lecto [26], veſte purpurea [27] decubuiſſe, floremque [28] ætatis [29] a Venere orti in Bithynia contaminatum [30]: quondam etiam in ſenatu defendenti [31] Nyſæ [32] cauſam [33], filiæ Nicomedis, beneficiaque regis in ſe commemoranti, *remove*, inquit, *iſthæc*, *oro te: quando* [34] *notum eſt*, *& quid ille*
7 *tibi*, *& quid illi tu dederis* [35]. Gallico denique triumpho milites ejus inter cætera carmina [36], qualia currum proſequentes joculariter canunt [37], etiam vulgatiſſimum illud pronuntiaverunt:

Gallias Cæſar ſubegit [38], *Nicomedes Cæſarem:*

Ecce

los: Πόλις, μόνη Ῥώμη, *Urbs.* Uude ἄνδρας κατ' ἐξοχὴν ὄντας τῆς Πόλεως Act. 25. 23. viros præcipuæ dignitatis ex *Urbe Roma* intelligit Clar. *Perizon. diſſ. de prætor* §. 19. Noſt. *Aug.* 46. 1. *Ner.* 23. 2.

25. IN CUBICULUM REGIUM ex cubiculo hoſpitali, in quod ſibi aſſignatum receſſerat a cœna ſurgens. De hujuſcemodi tranſitu Senec. Epiſt. 95. *Tranſeo puerorum infelicium greges, quos poſt tranſacta convivia aliæ cubiculi contumeliæ exſpectant.* Noſt. *Aug.* 69. 2. V. *Caſaubonum.*

26. AUREOS LECTOS *primus* fecit *Carvilius Pollio eques Romanus.* Plin. XXXIII. 11. Quod ex Plinio docet etiam *Meurſ. Lux. Rom. c.* 10.

27. VESTE PURPUREA i. ſtragula ex *purpura* facta. Gell. XV. 8. *Quando ſtratus auro, argento, purpura, amplior aliquot hominibus, quam diis immortalibus adornatur.*

28. FLOREM appellarunt, quicquid in quacunque re pulcerrimum & præſtantiſſimum eſſet. V. Curt. III. 5. 8. §. 24.

*29. ÆTAS quandoque κατ' ἐξοχὴν de *ætate* florenti, ejuſdemque vitiis & ſalacitate dicitur, ut dicam infr. Claud. 6. 3. §. 9.

30. CONTAMINATUM i. imminutum. Rufin. X. 17. *Tu, tu mihi vim feciſti, tu in illo loco contaminaſti* (ut pro *commaculaſti* legit *Gebhard. Crep.* 1. 16.) *caſtitatem meam.* Gloſſ. *Contaminat, polluit,* μιαίνει, συγκόπτει. *Contaminare* proprie *eſt manibus luto plenis quid attingere.* Donat. Andr. prol. n. 10. Gloſſ. *Attaminatus*, χειρωθεὶς. Noſter ſæpius.

31. DEFENSIONIS hujus fragmentum exſtat apud *Gell.* IV. 13.

* 32. NYSÆ meminit etiam Sall. Hiſt. 14. *Poſtremo totam Bithyniam Nicomede mortuo diripuere, cum filius Nyſæ, quam reginam appellaverant, genitus haud dubie eſſet.* Nomen hoc quoque fuit ſororis Mithridatis apud *Plutarch. Lucull. p.* 502. *F.*

33. CAUSAM i. actionem forenſem, litem, controverſiam. Petron. c. 16. *Qui ſolebat & cauſas agere. Cauſa* eſt omne negotium, de quo cognoſcitur. In Judiciis enim quæritur, qua de *cauſa* quodque ſit factum.

*34. QUANDO i. quandoquidem, ſiquidem, quoniam. Ter. Adelph. II. 4. 23.

Quando hoc bene ſucceſſit, hilarem hunc ſumamus diem.

Noſt. ſæpius.

35. DARE in obſcœnis eſt. Priap. 2. 1.

Obſcure poteram tibi dicere, da mihi, quod tu
Des licet aſſidue, nil tamen inde perit.
Da mihi, quod cupies fruſtra dare forſitam olim.

ut & *accipere.* Petron. c. 19. *Ut remedium tertianæ a vobis acciperem* i. vobiſcum concumberem. Idem voluit Suidas, quod hoc loco Cicero, in Ἀγαθοκλεῖ, τί δ' οὐκ ἐγὼ σοί, τί δ' οὐκ ἐμοὶ σύ.

36. CARMINA *facetias militares* vocat Tacit. Ann. I. 23. 4. *jocos militares* Liv. V. 49. apud quem inter illos, *quos inconditos jaciunt* milites, *Romulus ac parens patriæ, conditorque alter Urbis appellatur* Camillus. In triumphali pompa olim forte his datus locus, ut inter præmia virtutis triumphator, modeſtiæ cauſa, vitiorum quoque admoneretur, nec ſibi nimium placeret. In illum finem illi ſervus addebatur. Juven X. 41.

Et ſibi Conſul
Ne placeat, curru ſervus portatur eodem.

Et Tertul. Apolog. c. 33. *Hominem ſe eſſe etiam triumphans in illo ſublimiſſimo curru admoneretur. Suggeritur enim ei a tergo: reſpice poſt te, hominem memento te. Et utique hoc magis gaudet tanta ſe gloria coruſcare, ut illi admonitio conditionis ſuæ ſit neceſſaria.* V. *Boxhornium.*

* 37. CANUNT i. ad modos muſicos dicunt. Dionyſ. VII. p. 477. de illis cum ſcripſiſſet. Νῦν δὲ ποιήματα ᾄδουσιν αὐτοσχέδια. *Nunc autem extemporalia canunt poemata.* Et quidem alternis. Liv. IV. 53. *Itaque quum ex S. C. urbem ovans introiret, alterni inconditi verſus militari licentia jactati.* Plinius. 68. 2. §. 7. Hoc currum proſequentibus a priſcis temporibus permiſſum fuiſſe l. l. docet Dionyſius. Δηλοῦσι δὲ αἱ τῶν θριάμβων εἴσοδοι παλαιὰν καὶ ἐπιχώριον οὖσαν Ῥωμαίοις τὴν κερτομον καὶ σατυρικὴν παιδιάν. Ἔφεῖται γὰρ τοῖς κατάγουσι τὰς νίκας, ἰαμβίζειν τε καὶ κατασκώπτειν τοὺς ἐπιφανεστάτους ἄνδρας αὐτοῖς στρατηλάταις. *Sed & triumphorum deductio arguit Romanis jam olim vernaculos fuiſſe ſcurriles iſtos & ſatyricos luſus. Permittitur enim victores deducentibus jambos & dicteria jacere in clariſſimos viros & ipſos imperatores.* Ferrar. de Acclam. VI. 11.

38. SUBIGERE farinam dicitur piſtor. Cat. R. R. c. 75. *Farinam ſubigito pulcre, ubi bene ſubegeris, defingito,* & terram arator. Cicer. contra Rull. II. 31. *Atque illi miſeri nati in agris illis & educati, glebis ſubigendis exercitati.* Hinc hoſtem victor. Curt. VII. 8. 21.

Ecce Cæſar nunc triumphat, qui ſubegit Gallias:
Nicomedes non triumphat, qui ſubegit Cæſarem.

21. *Dum illos ſubigis, Sogdiani rebellare cœperunt.* Noſt. 7. 1: 34. 3. *Tib.* 9. 4. *Cal.* 29. 6. uxorem in coitu maritus, & pullum ſuum, cujus hillas cædit, pædico. Inde *deus ſubigus, ut viro ſubigatur mulier*, apud *Auguſt. de C. D.* V. 9. & *ſubactorum multitudo* apud *Lamprid. in Heliogab. c.* 31. Anceps eſt hoc loco verbum, uti apud Macrob. Sat. II. 4. *Ille urbane reſpondit; gallam ſubigo. Sutorium hoc habetur inſtrumentum, quod non inficete in adulterii exprobrationem ambiguitate convertit. Nam Plancus in Mævia Galla nupta male audiebat.*

CAPUT L.

ARG. *In libidines pronus plurimas & illuſtres feminas corrumpit Cajus Julius Cæſar.*

Pronum [1] & ſumptuoſum [2] in libidines fuiſſe conſtans opinio [3] eſt, plurimaſque 1
& illuſtres feminas corrupiſſe [4]: in quibus Poſtumiam Servii Sulpicii [5], Lol-
liam Auli Gabinii, Tertullam M. Craſſi, etiam Cn. Pompeji Muciam. Nam cer- 2
te Pompejo, & a Curionibus patre & filio, & a multis exprobratum eſt, quod,
*cujus [6] cauſa poſt tres liberos exegiſſet [7] uxorem [8], & quem gemens Ægiſthum [9] appellare
conſueſſet, ejus poſtea filiam [10] potentiæ cupiditate in matrimonium recepiſſet.* Sed ante alias 3
dilexit M. Bruti matrem Serviliam [11], cui & proximo [12] ſuo conſulatu ſexagies
HS. [13] margaritam mercatus eſt: & bello civili ſuper alias donationes, ampliſſi-
ma

Pronus i. deditus, inclinatus. Plin. Paneg. 84. 2. *Nihil eſt tam pronum ad ſimultates, quam æmulatio.* Noſt. Cal. 19. 8. Ner. 52. 3. Vit. 7. 5. cui *pronior libidinis* Galb. 22. 3. & *ſpei* Ner. 40. 4. eſt pronior in libidinem, in ſpem, & *Dolabellæ pronior* eſt, qui Dolabellæ magis ſtudet. *Galb.* 12. 4. Proprie, in anteriorem partem flexus, cui opponitur ſupinus. Plin. VII. 17. *Virorum cadavera ſupina fluitare, feminarum prona.*

2. Sumptuosus eſt, qui magnos facit ſumptus. Cat. R. R. c. 1. *Scite idem agrum quod hominem, quamvis quæſtuoſus ſiet, ſi ſumptuoſus erit, relinqui non multum.* Noſt. *Ner.* 9. 5. *Claud.* 16. 13.

3. Opinio i. fama. V. *infr.* Aug. 51. 3. §. 7.

4. Corrupisse i. ſtupraſſe, adulteraſſe. * *Corrumpere* aliquem eſt συγκαθεύδειν αὐτῷ, uti διαφθείρειν explicat Xenophon. Conv. p. 888. C. Petron. c. 66. *Licas memor adhuc uxoris corruptæ.* Noſt. Domit. 22. 3. Inde *juventutis corruptores* Cicer. Cat. II. 4. *Veſtalium corruptores* noſt. *Domit.* 8. 13. & *corruptela* Plaut. Aſin. V. 2. 17.

Is apud ſcortum corruptelæ ſtudet.

& noſt. infr. Claud. 16. 3.

5. Servii Sulpicii ſubaudi uxorem. Ita *Catonis Marcia* Lucan. II. 348. *Hectoris Andromache* Virg. Æn. III. 319. Ad eundem modum ſubauditur *filius* ſupr. 4. 1. §. 10. Vide, ſi plura deſideras, doctiſſimi *Perizon. Diſſ. Triad. p.* 18.....

6. Cujus n. Julii Cæſaris.

7. Exegisset i. domo expuliſſet, repudiaſſet. Cicer. Phil. II. 28. *Mimam ſuas res ſibi habere juſſit, ex XII. tabulis: claves ademit, foraſque exegit.* Noſt. *Claud.* 26. 9. * De divortiis hanc in 12. tabb. legem tulerant decemviri: *Sei vir aut molier alter alterei nentiom miſeit, devortiom eſtod: molier res ſerias ſibei habeted, vir molierei clavis adimitod exicitoque. Exigebantur* vero adulterii compertæ. Plaut. Merc. IV. 6. 5.

Uxor viro ſi clam domo egreſſa eſt foras,
Viro fit cauſa, exigitur matrimonio.

8. Uxorem Muciam. Plutarch. Pomp. p. 641. E. F. Ἐξύβρισε ἡ Μουκία παρὰ τὴν ἀποδημίαν αὐτοῦ.... καὶ ἔπεμψεν αὐτῇ τὴν ἄφεσιν Πομπήϊος: οὔτε τότε γράψας, οὔθ᾽ ὕστερον ἐφ᾽ οἷς ἀφῆκεν ἐξειπών. *Libidinoſe ſe geſſerat Mucia illo abſente, & nuntium illi miſit Pompejus, & ne tunc ſcripſit, neque poſtea, quare dimiſerit, dixit.*

9. Ægisthum i. adulterum. Ratio. Ægiſthus & ſacerdos fuit, & Agamemnonis bello Trojano occupati Clytemneſtram corrupit: Cæſar Pontifex Maximus Pompeji bellum Mithridaticum gerentis Muciam adulteraſſe dicitur.

10. Filiam Juliam *ſupr.* 21. 1.

11. Serviliam, quæ Catonis minoris ſoror fuit uterina. *Plutarch. Cat. p.* 759. E. Ἦν δὲ καὶ Σερβιλία Κάτωνος ὁμομήτριος ἀδελφή. & Cæſarem amavit, literaſque ab illo corrupta ſcripſit amatorias. *Plutarch. Cat. p.* 770. *D. Brut. p.* 986. *A.* Τὸ ἀναγνωσθὲν Σερβιλίας τῆς ἀδελφῆς ἐπιστόλιον ἀκόλαστον, πρὸς τὸν Καίσαρα γεγραμμένον, ἐρώσης καὶ διεφθαρμένης ὑπ᾽ αὐτοῦ.

12. Proximo i. quem *proxime* præceſſere οἱ χρόνοι καθ᾽ οὓς μάλιστα ὁ ἔρως ἐπέφλεγεν, *tempora, quibus maxime illorum amor flagrabat*, ut loquitur *Plutarch. Brut. p.* 986. *A.* V. *Caſaubonum.*

13. Sexagies HS i. centum quinquaginta millibus coronatorum, ut Bud. de aſſe II. p. 217. & ex Budæo Bochart. Hier. II. 5. 6. Barthol. de inaur.

4 ma prædia ex auctionibus [14] haſtæ [15] minimo [16] addixit [17]. Cum quidem plerifque vilitatem mirantibus, facetiſſime Cicero, *quo melius* [18], inquit, *emptum ſciatis, Tertia deducta eſt* [19]: exiſtimabatur enim Servilia, etiam filiam ſuam Tertiam [20] Cæſari conciliare [21].

p. 31. ſive trecentis millibus florenorum, ut Meurſ. de lux. Rom. c. 5. De loquendi modo pluribus agunt *Scalig. de re numm. p.* 76. 77. *Gronov. Pec. Vet.* II. 3.

14. Auctionibus i. bonorum venditionibus, quibus per pretii augmentum plus offerenti bona addicuntur. Plaut. Men. v. 9. 95.

Auctio fiet Menæchmi mane ſane ſeptimi,
Venibunt ſervi, ſupellex, fundi, ædes, omnia
Venibunt, quiqui licebunt, præſenti pecunia.

Noſt. *Cal.* 38. 1: 39. 3.

15. Hastæ, quia ad *haſtam* poſitam plerumque bona venalia diſtrahebantur. Nep. Attic. 6. 3. *Ad haſtam publicam nunquam acceſſit.* Feſtus. *Haſtæ ſubjiciebantur ea quæ publice venundabant: quia ſignum præcipuum eſt haſta.* Noſt. *Aug.* 24. 2.

16. Minimo i. ære parvo. Macrob. Sat. II. 2. *Mater M. Bruti Servilia cum pretioſum ære parvo fundum abſtuliſſet a Cæſare, ſubjiciente haſta bona civium, non effugit dictum tale Ciceronis.*

17. Addicere plus eſt quam vendere, cum is, qui *addicit*, proprie rem venditam in manus velut tradat, emptoremque reapſe dominum conſtituat. Alioquin *addicere* ad præcones ſpectat, qui auctionibus præſunt, quique rerum pretia eouſque augent, donec nemine majus pretium offerente res emptori *addicatur*. Petron. c. 15. *Vel minoris pallium addicere placuit.* Ubi V. *Lotichium* & *Salmaſ. de mod. uſur.* 803. 827. Noſt. *Aug.* 24. 3. *Cal.* 38. 11.

18. Melius i. viliori pretio. Cicer. ad Attic. I. 13. *Tantum quod ea emptione & nos bene emiſſe judicati ſumus.*

19. Tertia deducta est. Ex ambiguo jocus. *Tertia* aut filia Serviliæ intelligi potuit, aut pecuniæ dandæ portio. *Deducitur*, ſive aufertur in emptionibus pars pretii, in re amorum puella. Tib. III. 4. 29.

Ut juveni primum virgo deducta marito.

V. *Pontan. in Macrob. p.* 662. *Guiliel. Quæſt. Miſc. c.* 4. *Turneb. Adv.* III. 22. *Perizon. Sanct. Min.* IV. *p.* 564. *Broukh. in Tib.* I. 7. 65.

20. Tertia Junia filia erat Serviliæ. *Macrob. Sat.* II. 2. quam *Tertullam* vocat Cicer. ad Attic. XV. 11. Si filiæ tres eſſent, *Prima*, *Secunda*, *Tertia* ratione diſtinguebantur. Hujus rei exemplorum pleni ſunt omnes epigrammatum libri, ut SALVIA. C. F. PRIMA. PRIMA VALERIA. Item JULIA SECUNDA & CORNELIA SECUNDA. Item TERTIA PRISCA. TERTIÆ quoque ÆMILIÆ Paulli Macedonici filiæ meminerunt *Valer.* VI. 7. 1. & *Cicer. de Divin.* I. 46. V. *Sigon. de nom. p.* 347. 348. & *Panvin. de ant. nom. p.* 68. Quod tamen ſemper non obtinuiſſe pluribus docet *Periz. Anim. Hiſt. c.* 3.

* 21. Conciliare in re lenocinii uſurpatum verbum notavimus ſupr. Cæſ. II. 1. §. 1.

CAPUT LI.

ARG. *Provincialibus matrimoniis non abſtinet, & militum dicteriis proſcinditur Cajus Julius Cæſar.*

1 Ne provincialibus quidem matrimoniis [1] abſtinuiſſe, vel hoc diſticho apparet, jactato æque a militibus per Gallicum triumphum:

Urbani [2] *ſervate uxores, mœchum calvum* [3] *adducimus,*
Aurum in Gallia effutuiſti [4]*: hic ſumpſiſti mutuum* [5].

Provincialibus matrimoniis i. provincialium uxoribus. Juſtin. III. 3. 8. *Severius matrimonia ſua viri coercerent.* Noſt. *Cal.* 25. 7.

2. Urbani i. qui urbem incolitis. Cicer. Fam. XII. 1. *Manabat illud malum urbanum.* V. ſupr. 9. 6. §. 26.

3. Calvescunt ſalaces, quia cerebrum refrigerat coitus omnium corporis partium frigidiſſimum, ut inquit *Ariſtot. de gener. anim.* V. 3. Ὁ ἐγκέφαλος τοῦ σώματος ψυχρότατος. ὁ δὲ ἀφροδισιασμὸς καταψύχει. Cauſa enim hujus affectus, ut idem docet, eſt inopia humoris calidi: αἴτιον δὲ τοῦ πάθους ἔνδεια ὑγρότητος θερμῆς. Quam ob rem nemo, antequam coire incipiat, *calveſcit*, ut idem tradit *ibidem* & *Hiſt. anim.* III. 11. Διὸ, πρὶν ἀφροδισιάζειν, οὐ γίνεται φαλακρὸς οὐθείς.

4. Effutuisti i. cum magnatum feminis inſumpſiſti, ut recte *Glareanus*. *Futuere* verbum eſt venereum. Priap. 12. 1.

Pædicare puer moneo, futuere puella.

Catullus *expatrare* 39. 17.

Parum expatravit? an parum helluatus eſt?

5. Sumpsisti mutuum i. ex ærario abſtuliſti quaſi *mutuum*; ſed ut fures ſolent, nunquam redditurus.

C A-

CAPUT LII.

ARG. *Reginas diligit, ex Cleopatra filium ſuſcipit, & quot vellet ducere uxores, ut ſibi liceret, legem fert Cajus Julius Cæſar.*

Dilexit & reginas, inter quas Eunoen Mauram, Bogudis [1] uxorem: cui mari- 1
toque ejus, plurima & immenſa tribuit, ut Naſo [2] ſcripſit; ſed maxime
Cleopatram, cum qua & convivia in primam lucem ſæpe protraxit [3], & eadem
nave thalamego [4] pæne Æthiopia tenus Ægyptum penetravit [5], niſi exercitus ſe-
qui recuſaſſet. Quam denique accitam in Urbem [6], non niſi maximis honoribus 2
præmiiſque auctam [7] remiſit: filiumque [8] natum appellare nomine ſuo [9] paſſus eſt.
Quem quidem nonnulli Græcorum ſimilem quoque Cæſaris & forma & inceſſu 3
tradiderunt. M. Antonius agnitum [10] etiam ab eo ſenatui affirmavit: quæ ſcire 4
C. Matium, & C. Oppium, reliquoſque Cæſaris amicos [11]: quorum C. Oppius,
quaſi plane defenſione ac patrocinio [12] res egeret, librum edidit [11], *non eſſe Cæſa-
ris*

Bogudis Mauritaniæ regis, qui bello Africano Cæſaris juvit partes. *Hirt. Bell. Afric. c.* 3. & 4.

2. Naso M. Actorius *ſupr.* 9. 6.

3. In primam lucem protraxit i. per totam noctem potavit. De tali convio Horat. Od. I. 3. 21.

Te
Vivæ producent lucernæ
Dum rediens fugat aſtra Phœbus.

Convivium, quo Cleopatra Cæſarem accepit, deſcribit Lucan. XIII. 175. & hæc addit:

Poſtquam epulis, Bacchoque modum laſſata voluptas
Impoſuit: longis Cæſar producere noctem
Inchoat alloquiis.

4. Thalamegus Græcis dicitur navis, in qua *thalamus*. Strab. XVII. p. 550. Ἐν ᾗ (Σχεδίᾳ) τὸ ναύσταθμον τῶν θαλαμηγῶν πλοίων, ἐφ' οἷς οἱ ἡγεμόνες εἰς τὴν ἄνω χώραν ἀνέπλεον. *In illa navale thalamegorum navium, quibus principes in ſuperiorem regionem navigant.* Cubiculatam vocat Senec. de Ben. VII. 20. *Cui triremes & aratas non mitterem, luſorias & cubiculatas, & alia ludibria regum in mari laſcivientium mittam.* *Lembum lecti capacem* Sidon. Epiſt. II. 12. *Miſiſti tu lectum mobilem, ſolidum, lecti capacem.* *Paradam* Auſon. Epiſt. V. 15.

Expoſitum ſubter paradas, lectoque jacentem,
Corporis ut tanti non moveatur onus.

Exhibentur illæ ab *Athen.* V. & *Max. Tyr. diſſert.* 31.

* 5. Penetravit pro penetraturus fuit. Præteritæ ſignificationis verba pro futuris accipi frequens, dixi ad Curt. IV. 1. 9. §. 24. Noſt. Tib. 67. 5. Galb. 10. 8. *Penetrare* i. tranſire. Flor. III. 10. *Nec ſemel Rhenus, ſed iterum quoque penetratus eſt.*

6. Urbem Romam. Dio XLIII. 227. D. Ἦλθε τε γὰρ ἐς τὸ ἄστυ μετὰ τοῦ ἀνδρός. *Venit in Urbem cum marito ſuo.* Eutrop. VI. 18. *Quæ poſtea regio comitatu Urbem ingreſſa eſt.* Euſeb. Olymp. 184. a. 4. *Cleopatra regio comitatu Urbem ingreſſa.* Fabulam ergo adventum Cleopatræ in Urbem dum dicit ad Euſebium, p. 145. perverſe errat, & merito, licet ſatis acerbe, Caſaubono h. l. vapulat Scaliger. * Fuit hic Ptolemæus frater minor, cujus Ptolemæo fratre majore & marito priore exſtincto ſuperſtitis conjugem eam eſſe juſſerat Cæſar. Licet enim Scaliger neget Cleopatram poſt Ptolemæum mortuum habuiſſe maritum niſi Antonium & quidem longo poſt tempore, docet tamen hoc Dio XLII. p. 205. E. Τῷ ἑτέρῳ ἀδελφῷ συνοικῆσαι δῆθεν αὐτὴν ἐκέλευσε. Et p. 206. A. Ptolemæum puerum ejus vocat maritum. Ὅ τε γὰρ ἀνὴρ αὐτῆς παιδίον ἔτι ἦν.

7. Auctam i. donatam. Tacit. Ann. XI. 16. 3. *Igitur Cæſar auctum pecunia hortatur.* Noſt. *Vit.* 5. 1.

8. Filium Πτολεμαῖον. *Dio* XLVII. *p.* 345. *E.*

9. Nomine ſuo, dictus eſt enim *Cæſario.* Dio: Τὸν υἱὸν ἐπλάττετο ἐκ τοῦ Καίσαρος τετοκέναι, καὶ κατὰ τοῦτο Καισαρίωνα προσηγόρευε. *Filium finxit ex Cæſare natum, & ideo Cæſarionem cognomine dixit.* Ab Alexandrinis hoc dictum nomine teſtis perhibet *Plutarch. Cæſ. p.* 731. *D.*

10. Agnoscere filium eſt *dicere illum eſſe ſuum.* Nep. 17. 1. 4. *Quem ille natum non agnorat, eundem moriens ſuum eſſe dixerat.* Plutarch. Ageſ. p. 597. A. Τὸ γεννηθὲν ἐξ αὐτῆς παιδίον οὐκ ἔφη γνωρίζειν. *Filiolum ex illa genitum negavit ſe agnoſcere.* Noſt. *Aug.* 65. 13. *Claud.* 15. 3.

11. Amici principis interdum illi ſoli, quos in domeſtica & interiore vita haberet privata amicitia ſibi junctos. Spartian. Adrian. c. 18. *Quum judicaret, in conſilio habuit non amicos aut comites ſolum, ſed & juriſconſultos.* Et tales Oppius & Matius. Interdum illi, quos publice, ut ita dicam amabat, & quorum conſiliis regebatur. In hoc *amicorum* numero etiam Juriſconſulti fuerunt. Capitol. in Pio. *Neque de ullis actibus quidquam conſtituit, niſi quod prius ad amicos retulit.* Noſt. *Tit.* 7. 6. V. *Caſaub. ad Spartianum. Salmaſ. ad Treb.* 30. *tyr. c.* 12. *Buleng. de imp.* II. 21.

12. Patrocinium ſceleris dicit & Juſtin. XVI. 1. 4. *In*

Digitized by Google

5 *ris filium* [14], *quem Cleopatra dicat.* Helvius Cinna tribunus plebis pleriſque confeſſus eſt, habuiſſe ſe ſcriptam paratamque legem, quam Cæſar ferre juſſiſſet, quum ipſe abeſſet [15], uti uxores liberorum quærendorum cauſa [16], quas [17] &
6 quot [18] ducere vellet [19], liceret. Ac ne cui dubium omnino ſit, & impudicitiæ [20] eum, & adulteriorum flagraſſe infamia, Curio pater quadam eum oratione, *omnium mulierum virum* [21], *& omnium virorum mulierem* appellat.

In parricidio nulla ſatis juſta cauſa ad ſceleris patrocinia prætexi poteſt.

13. LIBRUM EDIDIT I. edito libro teſtatus eſt.

14. NON ESSE CÆSARIS FILIUM debuit docere Oppius, utpote Cæſaris, quem ab hac calumnia prohibere voluit, dum magnatum nothi libidinem illis exprobrant, amicus. Agit enim Cæſaris patrocinium, & in ſenatu Antonium eſſe mentitum probat.

15. QUUM ABESSET, quia lex parum honeſta eſſe videbatur.

16. LIBERORUM QUÆRENDORUM CAUSA verba in tabulis nuptialibus erant ſollennia. Tacit. Ann. XI. 27. 2. *Adhibitis qui obſignarent, velut ſuſcipiendorum liberorum cauſa conveniſſe.* Matrimonium ominis cauſa inde dictum, & non ob aliud femina nubit, quam ut mater fiat. Ideo Græci nuptias definiunt σύνοδον ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς κατὰ νόμον, ἐπὶ γνησίων τέκνων σπορᾷ. Quæ exprimit Auguſt. de C. D. XIV. 18. *Quid concubitus conjugalis, qui ſecundum matrimonialium præſcripta tabularum, procreandorum fit cauſa liberorum.* Plura *Lipſ. ad Tacit. p. 124. Briſſ. Form.* VI. *p.* 542.

17. QUAS, quia illi & civi Romano & ſenatori non cum omnibus jus fuit connubii: puta cum ea quæ eſſet ſanguine propius juncta, cum peregrina, cum liberta, aut ſerva. V. *Caſaubonum.*

18. QUOT, quia Romanorum legibus non fuit permiſſa πολυγαμία.

19. VELLET n. Cæſar. Dio XLIV. p. 243. E. Ἀμέλει καὶ γυναιξὶν ὅσαις ἂν ἐθελήσῃ συνεῖναι οἱ ἐτολμήσάν τινες ἐπιτρέψαι, ὅτι πολλαῖς καὶ τότε ἔτι, καίπερ πεντηκοντούτης ὤν, ἐχρῆτο. *Quippe qui cum mulieribus quot vellet rem habere illi permittere auſi ſunt, nam pluribus etiam tum quamvis quinquagenarius utebatur.* V. & *Lipſ. Elect.* I. 24.

20. IMPUDICITIÆ, quia *muliebria paſſus* eſt, ut dicitur *Tacit. Ann.* XI. 36. 4. Noſt. *Aug.* 71. 1. *Veſp.* 13. 2. *Dom.* 10. 8. Cæſaris *impudicitiam* proſcidit etiam Catull. 29. 2. 6. 11.

Es impudicus, & vorax, & helluo.

V. *ſupr.* 2. §. 12.

21. OMNIUM MULIERUM VIR propter, quæ commiſit, adulteria, & *omnium virorum mulier* propter, quam juvenis exceperat, Nicomedis libidinem. Ita *multarum mulierum Jupiter*, ita legente ad hunc locum *Boxhornio*, dicitur *Plaut. Amph. prol. n.* 105. Idem in Alcibiadem dixerat Pherecrates comicus apud *Athen.* XII. *p.* 535. *B.*

Οὐκ ὢν ἀνὴρ Ἀλκιβιάδης, ὡς δοκεῖ,
Ἀνὴρ ἁπασῶν τῶν γυναικῶν ἐστὶ νῦν.
Non eſt vir Alcibiades, ut videtur,
Nunc eſt vir omnium mulierum.

CAPUT LIII.

ARG. *Vini parcus, & circa victum indifferens eſt Cajus Julius Cæſar.*

1. 2 Vini parciſſimum [1] ne inimici quidem negaverunt. Verbum [2] M. Catonis [3] eſt:
3 *Unum ex omnibus Cæſarem ad evertendam Rempublicam ſobrium* [4] *acceſſiſſe.* Nam circa victum C. Oppius adeo indifferentem [5] docet, ut quondam ab hoſpite [6] conditum [7] oleum, pro viridi [8] appoſitum [9], aſpernantibus [10] cæteris, ſolum etiam lar-

VINI PARCISSIMUS eſt, qui modico vino eſt contentus, ut *parcus pecuniæ* Juſtin. VI. 8. 6. & noſt. *Tib.* 46. 1. qui ut Juſtin. ibid. n. 7. *pecuniæ cupidus non eſt.* Ita & noſter Auguſtum deſcribit 77. 1.

2. VERBUM I. dictum, ſententia. Gell. præf. p. 5. *Quum illud Heracliti verbum cordi haberem.*

3. CATONIS. Quintil. Inſtit. VIII. 2. *At illud jam non mediocriter probandum, quod hoc etiam laudari modo ſolet ut proprie dictum, id eſt, quo nihil inveniri poſſit ſignificantius: ut Cato dixit, C. Cæſarem ad evertendam rempublicam ſobrium acceſſiſſe.*

4. SOBRIUM quem tamen *ebrium* appellat Cato apud Plutarch. Cat. min. p. 770. D. & Brut. p. 986. B. κράτει μέθυον, niſi *amore ebrium* dicere voluerit.

5. CIRCA VICTUM INDIFFERENS eſt qui quid edat parum obſervat. Εὐκολίαν περὶ τὴν δίαιταν in Cæſ. p. 716. B. hoc appellat Plutarchus. Nec mirum. Nam *ſemper & ſomno & cibo in vitam, non in voluptatem uſus eſt*, ut *Paterc.* II. 41. 2.

6. HOSPITE, qui Οὐαλέριος Λέων, *Valerius Leo* Plutarcho, & illum Mediolani convivio excepiſſe dicitur.

7. CONDITUM Plutarchus μύρον ἀντ᾽ ἐλαίου, *unguentum*

largius [11] dicat appetiſſe; ne hoſpitem aut negligentiæ, aut ruſticitatis [12] videretur arguere.

tum pro oleo reddidit. Sed credibile non eſt illum hoſpitem adeo negligentem, aut ruſticum fuiſſe, ut unguentum i. oleum odoribus *conditum* apponeret ſuis convivis. *Conditum* itaque penultima brevi Suetonio eſt vetuſtum. Hoc *condebatur*, ut ad lucernas uſum præberet. Vetuſtate dulceſcit, & minus fit idoneum cibis, quia ingratum palato. Plin. v. 2. *Vetuſtas oleo tædium adfert, non item ut vino.* Hoc intellexit Suetonius, qui *condito* oleo viride opponit. *Salmaſ. in Epict. p.* 22. *&* 23. *Ferrar. Elect.* II. 3. Pius Annot. Poſt. c. 103. Plutarchum excuſandum eſſe putat, ut qui Plutarchi *μύρον* non *unguentum*, quod etiam ſignificat; ſed *reconditum & veteratum* oleum vertere debuiſſet: cum & hoc ſignificet apud Suidam. Μύρον ἐπὶ κεφαλῆς, τὸ ἀρχιερατικὸν ἔλαιον. *Unguentum in capite, Pontificium oleum.*

8. Viride oleum eſt ex olivis immaturis & *viridibus* expreſſum. Serv. Georg. II. 86. *De pauſia viride oleum fit*, unde & *amaram baccam* exponit *viridem*. Quomodo faciendum docent Cato R. R. c. 66. Colum. XII. 50. & Apic. de Art. coquin. I. 28. Eo utebatur paterfamilias.

9. Appoſitum aſparagis infuſum. Plutarchus: παραθέντος ἀσπάραγον. Oleum aſparagis adfundi ſolitum docet ex *Varr. virgula divina* Non. XVII. I. *Oleum in lucubrationem ſervavimus, quod in ſparagos totum legitime vertamus.*

10. Aſpernantibus i. recuſantibus, ſumere non dignantibus. V. Donat. Phorm. II. 3. 24. a me laudatum ad Curt. IV. I. 5. §. 13. Noſter ſæpius.

11. Largius ἀφελῶς ſimpliciter *Plutarchus.*

12. Ruſticitatis i. imperitiæ. Plaut. Perſ. II. I. 2.

Nimis tandem me pro ruſtica reor habitam.

Ἀγροικίαν vocat Plutarchus, apud quem Cæſar illud oleum aſpernantes increpans: Ὁ τὴν τοιαύτην ἀγροικίαν ἐξελέγχων, αὐτός ἐστιν ἄγροικος. *Eam ruſticitatem qui reprehendis, ipſe eſt ruſticus.*

CAPUT LIV.

ARG. *A ſociis pecuniam accipit, Luſitanorum oppida diripit, Deorum fana & templa expilat, urbes diruit, e Capitolio aurum furatur, regna pretio dat, & rapinis ſacrilegiiſque bellorum onera.... ſuſtinet Cajus Julius Cæſar.*

Abſtinentiam [1] neque in imperiis [2], neque in magiſtratibus [3] præſtitit. Ut enim 1.2:
quidam monumentis ſuis teſtati ſunt, in Hiſpania a proconſule [4] & a ſociis [5]
pecunias accepit, emendicatas in auxilium æris alieni: & Luſitanorum [6] quædam
oppida, quamquam nec imperata detrectarent, & advenienti portas patefacerent,
diripuit hoſtiliter [7]. In Gallia fana [8] templaque deum donis [9] referta expilavit [10]: 3:
urbes

Abſtinentiam *non præſtitit* i. aliorum bona rapere non deſtitit, *alieno non abſtinuit*, ut noſt. Tit. 7. 8. *Abſtinentia* eſt animi adverſus pecuniam invicti. Nep. 15. I. I. *Tentata eſt ejus abſtinentia a Diomedonte Cyziceno. Namque is Epaminondam pecunia corrumpendum ſuſceperat.* Noſt. *Oth.* 3. 6. *Dom.* 9. 2.

* 2. In imperiis i. cum exercitus, & belli gerendi poteſtatem haberet, exercitui in bello præeſſet, exercitui imperaret. Cicer. Fam. I. I. *Cenſet etiam ex iis, qui cum imperio ſunt.* Noſt. ſupr. 25. I. infr. Tib. 12. 2. Aug. 61. I. *Imperium* etiam poteſtatem in milites ſignificat & de militari præfectura dicitur. Nep. 3. 2. 3. *Neque aliud eſt ullum hujus in re militari illuſtre factum quam hujus imperii memoria.* Hac de formula diſceptantes V. *Sigon. de Leg. cur. c.* 10. *Ant. jur. provinc.* III. 14. *&* *Gruch. Reſut. poſter. Sigon. diſput. c.* 32.

3. In magiſtratibus i. cum civiles in Urbe gereret honores. Ita Aug. 61. I.

4. Proconſule, cui ſucceſſit Cæſar, injecto calumniarum metu, cum metueret iſte, quiſquis fuerit, *proconſul*, ne Romam reverſus lege repetundarum interrogaretur. *Proconſul*, qui ex prætura provinciam ſortiebatur regendam. Ex prætura vero Hiſpaniam ulteriorem ſortitus fuerat Cæſar c. 18. I. V. & *Caſaubonum.*

5. Socus Hiſpanis fœdere populo Romano junctis.

6. Luſitaniam & quaſdam inſulas in Oceano Cæſarem cepiſſe teſtatur *Euſeb. ad annum* 1957. & illi ex prætura imperaſſe *Dio* XXXVII. *p.* 53. *D.*

7. Diripuit hoſtiliter contra leges bellicas. Liv. XXXVII. 32. *Tum portas aperuerunt, pacti ne quid hoſtile paterentur.... Ab hac voce (velut ſigno a prætore dato) ad diripiendam urbem paſſim diſcurrerunt. Æmilius primo reſiſtere & revocare, dicendo, captas, non deditas, diripi urbes.*

8. Fana & *templa* fere ſemper confunduntur, diſtinguit Suetonius, quia *non omnes ædes ſacra templa ſunt.* Gell. XIV. 7.

9. Dona deorum templis dare ſolebant veteres. Ovid. Metam. IX. 793.

Date munera templis,
Nec timida gaudete fide. Dant munera templis.

 * He-

urbes diruit, ſæpius ob prædam, quam ob delictum: unde factum, ut auro abundaret: ternisque millibus nummum in libras promercale [11] per Italiam provinciaſque divideret [12].
4 In primo conſulatu tria millia pondo auri furatus [13] e Capito-
5 lio [14], tantundem inaurati [15] æris repoſuit. Societates ac regna [16] pretio dedit: ut qui uni Ptolemæo [17] prope ſex millia talentorum ſuo Pompejique nomine abſtu-
6 lerit. Poſtea vero evidentiſſimis rapinis, ac ſacrilegiis, & onera bellorum civilium, & triumphorum, ac munerum ſuſtinuit impendia [18].

* Herod. II. p. 46. B. *Ἀναθήματα δὲ ἀποφυγὼν τὴν πάθην τῶν ὀφθαλμῶν, ἄλλα τε ἀνὰ ἱρὰ πάντα τὰ λόγιμα ἀνέθηκε.* *Ergo ea clade liberatus, alia in aliis templis donaria poſuit* Pheron, *omnia memoratu digna.* Qui & talia multa denarrat I. 43. D. E.

10. EXPILAVIT I. deprædatus eſt. Verbum eſt militare. In militia enim agmen erat *pilatum*, quod ſine jumentis incedebat, ſed inter ſe denſum erat, quo facilius per iniquiora loca tranſmitteretur. Inde *pilare* eſt premere & cogere. Et inde *expilare* & *compilare*. Plura *Scal. ad Feſt. p.* 47. Noſt. *Ner.* 26. 4. * Ita templi donaria rapiunt, & incendunt bello Vitelliano Germani milites apud Joſeph. Bell. Jud. V. 13. *Διαρπάσαντες τὰ εἰς στρατιώτας ἀναθήματα, τὸν ναὸν ἐμπεπρῶσι.* *Noſt.* Vit. 5. 3. Ner. 32. 8.

11. PROMERCALE IN LIBRAS.... I. non quod ipſi modo ſatis eſſet; ſed quod aliis diſtrahendum daret, idque vili ſatis pretio I. ut in ſingulas auri libras ſeptem argenti & ſelibra penderetur, ut explicant Bud. de aſſe III. & ex Budæo Caſaubonus. *Promercale* vero eſt, quod præter uſui ſuo neceſſaria paterfamilias venale habet. Gell. IV. I. *Quæ promercalia & uſuraria in locis iiſdem eſſent.* Noſt. *Gramm.* 23. 5. V. & *Pium Ann. poſt. c.* 94. *Rhodig. Ant. Lect.* XXVIII. 10.

12. DIVIDERET I. per officinas aurifabrorum diſtribueret. V. & *Gronov. de pec. vet. add. p.* 905.

13. FURARI hoc aurum nullo labore potuit, quia pontifex erat maximus. De ſimili furto Plin. XXXIII. I. *Nec ignoro duo millia pondo auri periiſſe Pompeji tertio conſulatu, e Capitolini Jovis ſolio, a Camillo ibi condita.* Noſt. Vit. 5. 3.

14. CAPITOLIO I. *Capitolini Jovis ſolio.* Plinius §. 13. In *Capitolium* enim conferebatur aurum coronarium. Liv. XXVIII. 39. *Jovi Opt. Max. præſidi Capitolinæ arcis non grates tantum ob hæc agere juſſi ſumus, ſed donum hoc etiam, ſi vos permitteretis, coronam auream in Capitolium victoriæ ergo ferre.* Noſt. *Aug.* 30. 4. V. & *Lipſ. Admir.* II. 9. *Rycq. de Capit. c.* 21.

15. INAURATI ad fraudem convelandam, & furtum diſſimulandum. *Beroaldus.* Vitellius apud noſtr. 5. 3. *pro auro & argento ſtannum & aurichalcum ſupponit.*

16. SOCIETATES AC REGNA I. *ſocii* ac *regis* titulum, quem magni fecerunt externi reges & nationes. V. II. §. 8.

17. PTOLEMÆO Auletæ, quem Ægypto pulſum per Gabinium Syriæ proconſulem reſtituit Pompejus. *Dio p.* 116. 117. XLII. 186. *B. Strab.* XVII. *p.* 548. V. etiam *Manut. Quæſ. Epiſt.* I. 10.

18. IMPENDIA I. impenſas, ſumptus. V. quæ dixi ad Curt. III. II. 27. §. III.

CAPUT LV.

ARG. *Eloquentia, militarique re valet, elegantem dicendi rationem tenet, & orationes aliquas relinquit Cajus Julius Cæſar.*

1 Eloquentia [1], militarique re [2], aut æquavit præſtantiſſimorum gloriam, aut ex-
2 ceſſit. Poſt accuſationem Dolabellæ [3], haud dubie principibus [4] patronis [5]
3 annumeratus eſt. Certe Cicero ad Brutum [6] oratores enumerans, negat *ſe videre cui*

ELOQUENTIA n. forenſi, ut qui & in foro cauſas egit. Cicer. pro Ligar. c. 10. *Cauſas, Cæſar, egi multas, & quidem tecum, dum te in foro tenuit ratio honorum tuorum.* Hac *æquavit præſtantiſſimorum gloriam.* Cicer. Brut. c. 72. *De Cæſare & ipſe ita judico, & de hoc hujus generis acerrimo æſtimatore ſæpiſſime audio, illum omnium fere oratorum Latine loqui elegantiſſime.* Adde *Sidon. Epiſt.* VIII. 6.

2. MILITARI RE I. laude bellica, qua ſummorum gloriam exceſſiſſe & ſuperaſſe docent bella ab illo geſta. V. & *Lipſ. Elect.* I. 20.

3. ACCUSATIONEM DOLABELLÆ, de qua ſupr. 4. I.

4. PRINCIPIBUS I. primariis, diſertiſſimis, quales tunc fuerunt Cicero & Hortenſius.

5. PATRONIS I. cauſarum actoribus. Aſcon. in Cicer. p. 20. *Qui defendit alterum in judicio, aut patronus dicitur, ſi orator eſt: aut advocatus, ſi aut jus ſuggerit, aut præſentiam ſuam accommodat amico: aut procurator, ſi negotium ſuſcipit: aut cognitor, ſi præſentis cauſam novit, & ſic tuetur ut ſuam.*

6. AD BRUTUM c. 75.

7. E-

cui Cæſar debeat cedere: aitque *eum elegantem* [7], *ſplendidam quoque, ac etiam magnificam, ac generoſam quodammodo rationem dicendi tenere*: & ad Cornelium Nepotem [8] de eodem ita ſcripſit: *Quid? oratorum quem huic antepones eorum, qui nihil aliud egerunt? Quis ſententiis aut acutior, aut crebrior? Quis verbis aut ornatior, aut elegantior?*
Genus eloquentiæ duntaxat [9] adoleſcens [10] adhuc Strabonis Cæſaris [11] ſecutus vi- 4
detur: cujus etiam ex oratione, quæ inſcribitur *pro Sardis* [12], ad verbum nonnulla tranſtulit in *Divinationem* [13] ſuam. Pronuntiaſſe [14] autem dicitur voce acuta [15], 5
ardenti [16] motu geſtuque, non ſine venuſtate [17]. Orationes aliquas reliquit [18], in- 6
ter quas temere [19] quædam feruntur: ut pro Q. Metello [20]: quam non immerito Auguſtus [21] exiſtimat magis ab actuariis [22] exceptam [23], male ſubſequentibus verba dicentis, quam ab ipſo editam. Nam in quibuſdam exemplaribus invenio, ne inſcriptam quidem *pro Metello*, ſed *quam ſcripſit Metello*, cum ex perſona Cæſaris ſermo-

7. Elegantem. Fabius de Cæſare Inſtit. x. 1. *Exornat hæc omnia mira ſermonis, cujus proprie ſtudioſus fuit, elegantia.*

8. Ad Cornelium Nepotem quæ ſcripſit Cicero interciderunt.

9. Duntaxat i. minimum, cum ab illo diverſum procedente ætate ſecutus fuerit.

10. Adoleſcens. Recte. Horum enim eſt *certis ingeniiis immorari & innutriri, ſi velint aliquid trahere, quod in animo fideliter ſedeat. Nuſquam eſt qui ubique eſt. In peregrinatione vitam agentibus hoc evenit, ut multa hoſpitia habeant, nullas amicitias. Idem accidat neceſſe eſt iis, qui nullius ſe ingenio familiariter applicant, ſed omnia curſim & properantes tranſmittunt.* Senec. Epiſt. 2. *Quare juvenis, qui rationem inveniendi eloquendique a præceptoribus acceperit, oratorem ſibi aliquem (quod apud majores fieri ſolebat) deligat, quem ſequatur, quem imitetur.* Quint. Inſtit. x. 5. Ita & Tiberius infr. 70. 2.

11. Strabonis Cæsaris, quem *Cajum Julium* appellat Cicer. Divin. in Verr. c. 19. Vetus hic fuit orator. Ejus orationem, qua Sulpitio reſpondit, laudat Priſcian. V. p. 659: vi. p. 713. V. Cal. 60. 6. §. 8.

12. Pro Sardis contra T. Albutium peroravit Strabo Cæſar. Cicer. Divin. l. l. *Cn. Pompejus ita cum C. Julio contendit, ut tu mecum. Quæſtor enim Albutii fuerat, ut tu Verris. Julius hoc ſecum auctoritatis ad accuſandum afferebat, quod ut hoc tempore nos ab Siculis, ſic tum ille ab Sardis rogatus ad cauſam acceſſerat.* Off. ii. 14. *Ut nos pro Siculis, Julius pro Sardis.*

13. Divinationem, quam in Dolabellam inſtruxit Cæſar. *Divinatio*, inquit in Cicer. Aſcon. p. 3. *dicitur oratio, quia non de facto quæritur & conjectura, ſed de futuro, quæ eſt divinatio, uter debeat accuſare, Cicero an Cæcilius.*

14. Pronuntiatio *eſt ex rerum & verborum dignitate vocis & corporis moderatio.* Cicer. de invent. i. 7. Hæc pars eſt præcipua oratorii officii. Cicer. de Orat. ii. 8. *Qui cautus moderata orationis pronuntiatione dulcior inveniri poteſt?* Ciceroni ſæpius *actio* dicitur.

15. Vox acuta eſt, cum ex ſuperficie oris emittitur. Metaphora eſt ducta ab iis rebus, quæ circa tactum verſantur. Nam ὀξὺ & *acutum* proprie eſt, quod tactum pungit & ſtimulat. *Salmuſ. Exerc. Plin. p.* 141. *a. D. Buleng.* de *theatr.* ii. 5.

16. Ardenti i. celeri, vehementi. Fabius de Cæſare Inſtit. xi. 1. *Tanta in Cæſare vis eſt, id acumen, ea concitatio, ut illum eodem animo dixiſſe, quo bellavit, appareat.*

17. Venuſtate i. gratia dicendi, ſuavitate. Fabius Inſtit. vi. 4. *Venuſtum eſſe, quod cum gratia quadam & venere dicatur, apparet.* Cicer. Fam. xv. 21. *Primum quod tibi facetum videtur, quidquid ego dixi, quod aliis fortaſſe non item: deinde quod illa, ſive faceta ſunt, ſive ſic, fiunt te narrante venuſtiſſima.* Noſt. 56. 4.

18. Orationes reliquit, ut in Dolabellam. Aſcon. in Cicer. p. 176. *Ne forte erretis, & eundem hunc Cn. Dolabellam putetis eſſe, in quem C. Cæſaris orationes legitis.*

19. Temere i. inconſiderate, per errorem. V. infr. 56. 6. §. 16.

20. Metello, cum quo *patrum decreto adminiſtratione reipublica ſummotum* fuiſſe dicit noſt. *ſupr.* 16. 1. In *Metellum* orationem, cujus aliquoties ipſe meminit ad Atticum, ſcripſerat Cicero. Forte huic ſua oratione reſpondit Cæſar.

21. Auguſtus, quodam ſuo opere, quod Suetonii temporibus vero ſimiliter adhuc extabat, ut hariolatur *Torrentius*, & ex illo *Babelonius*.

22. Actuariis i. notariis, qui *acta* notis (V. illas 56. 10. §. 37.) excipiebant, compendio quorumdam punctorum, ſignorum, & minutarum figurarum verba, aut vim ſyllabarum comprehendebant. De illis plura *Pollet. For. Rom.* V. 12. *Lipſ. Epiſt. Belg.* 1. 27. *Pancirol. Notit. Imp. Orient. c.* 14. *Hug. de prim. ſcrib. orig. c.* 32.

23. Excipere dicuntur, qui quid deſcribunt alio dictante (V. Ner. 52. 4. §. 8.) Ita Ciceronis *orationem pro Milone exceptam eſſe, & ſuo tempore adhuc extitiſſe* teſtis perhibet *Aſconius p.* 194. Noſt. *Tit.* 3. 3. 4. * Hinc *Exceptores* dicti Ulp. Digeſt. xix. 2. 19. §. 9.

ſermo ſit, Metellum ſeque adverſus communium obtrectatorum [24] criminationes [25]
7 purgantis. *Apud milites* quoque *in Hiſpania* idem Auguſtus orationem eſſe vix
ipſius putat, quæ tamen duplex fertur: una quaſi priore [26] habita prælio: altera poſteriore [27]: quo Aſinius Pollio [28], ne tempus quidem concionandi habuiſſe eum dicit, ſubita hoſtium incurſione [29].

§. 9. *Cum quidam exceptor operas ſuas locaſſet, deinde is, qui eas conduxerat, deceſſiſſet, Imperator Antoninus cum D. Severo reſcripſit ad libellum exceptoris.*

24. OBTRECTATORUM i. adverſariorum. Cicer. pro Manil. c. 8. *A nullo iſtorum, qui huic obtrectant legi.* Tuſc. Quæſt. IV. 8. *Obtrectatio autem eſt ea, quam intelligi zelotypiam volo, ægritudo ex eo, quod alter quoque potiatur eo, quod ipſe concupiverit.*

25. CRIMINATIONES i. accuſationes, reprehenſiones contumelioſas. Cicer. contra Rull. III. 1. *Criminatione illa, qua in me abſentem uſus eſt.* Noſt. *Tib.* 12. 4. cui *criminari* eſt accuſare *Tib.* 10. 2: 65. 3. *Cal.* 56. 3. & *crimen* accuſatio *Aug.* 71. 1. & *liber criminoſiſſimus* criminationibus & maledictis plenus *Cæſ.* 75. 9.

26. PRIORE ad Cordubam.

27. POSTERIORE ad Mundam.

28. ASINIUS POLLIO, de quo ſupr. 30. 6. §. 16.

* 29. SUBITA HOSTIUM INCURSIONE. Quod negare videtur ſcriptor Bel. Hiſp. 29. 6. *Itaque noſtri ad dimicandum procedunt: id quod adverſarios exiſtimabamus eſſe facturos: qui tamen a munitione oppidi mille paſſibus longius non audebant procedere.*

CAPUT LVI.

ARG. *Commentarios, de analogia libros, Anticatones, iter, epiſtolas, aliaque relinquit Cajus Julius Cæſar.*

1 Reliquit & rerum ſuarum commentarios [1], Gallici civiliſque belli Pompeja-
2 ni. Nam Alexandrini, Africique, & Hiſpanienſis, incertus auctor eſt.
3 Alii enim Oppium [2] putant, alii Hirtium: qui etiam Gallici belli noviſſimum im-
4 perfectumque librum ſuppleverit [3]. De commentariis Cæſaris Cicero in eodem [4]
Bruto ſic refert: *Commentarios ſcripſit valde quidem probandos: nudi [5] ſunt, recti [6], & venuſti, omni ornatu orationis tanquam veſte detracta: ſed dum voluit alios habere parata unde ſumerent [7], qui vellent ſcribere hiſtoriam, ineptis [8] gratum fortaſſe fecit, qui illa volunt*

COMMENTARIUS, ſive *commentarium* eſt ſcriptum, quod ſibi quiſque noſtrum privatim facit, & domi continet quaſi quoddam memoriæ promptuarium eorum quæ agimus. Aſcon. in Cicer. p. 86. *Moris fuit unumquemque domeſticam rationem ſibi totius vitæ per dies ſingulos ſcribere.* In illo capita tantum & ſummas rerum annotare ſolemus. Cicer. Brut. c. 44. *Ipſa illa cenſoria contra Cn. Domitium collegam non eſt oratio, ſed quaſi capita rerum, & orationis commentarium paullo plenius* Ad hunc modum Cæſar res ſuas in Gallia & bello civili geſtas non late & plene narrat, ſed veluti perſtringit. V. & *Bud. in Pand. p.* 104. *Pancirol. Notit. Dign. Imp. Orient. c.* 13.

2. OPPIUM, ſive *Hirtium* horum bellorum auctorem facit noſter. Sed tam diverſi inter ſe abeunt, toto narrationis ſermoniſque contextu, ut nulla vis mihi unquam imprimat eſſe ab eodem patre. Certe Hiſpanienſis cum Alexandrino non convenit, eſtque ille totus militari quodam & horrido ſtylo. De bello Africo liber non tantum inter illos eminet, ſed inter pleraque Romana ſcripta. Ita terſa in eo, & ad comicum morem pura dictio, ſimplex, cohærens, & candida narratio. *Lipſ. Llect.* 11. 22. V. quoque *Voſſ. Hiſt. Lat.* 1. 13.

3. SUPPLEVISSE Hirtium octavum Gallici belli librum docet ejus in illum ad *Balbum* præfatio.

4. IN EODEM Bruto *c.* 75.

5. NUDI i. ſine pigmentis oratoriis, ſine ſcriptionis genere cultiore. Senec. cont. Exc. III. Præf. *Nec hoc commentario contentus erat, in quo nudæ res ponuntur. Caſtiſſimi* dicuntur Gell. XIX. 8. *Vir ingenii præcellentis, ſermonis præter alios ſuæ ætatis caſtiſſimi.*

6. RECTI i. in quibus nihil deeſt. Ut Senec. Epiſt. 100. *domus recta* omnibus numeris abſoluta, ſine vitio ac macula, & noſt. *Aug.* 74. 1. *Veſp.* 19. 3. *Dom.* 7. 2. *cæna recta* opipara & modis omnibus inſtructa.

7. UNDE SUMERENT.... *Sunt* enim *editi, ne ſcientia tantarum rerum ſcriptoribus deeſſet.* Hirt. de Bell. Gall. VIII. præf. 5.

8. INEPTUS eſt, qui judicii errore peccat. Cicer. de Orat. II. 4. *Ex omnibus Latinis verbis hujus verbi vim vel maximam ſemper putavi. Quem enim nos ineptum vocamus, is mihi videtur ab hoc nomen habere ductum, quod non ſit aptus. Nam qui aut tempus quid poſtulet, non videt, aut plura loquitur, aut ſe oſtentat, aut eorum, quibuſcum eſt, vel dignitatis, vel commodi rationem non habet, aut denique in aliquo genere*

Digitized by Google

dunt calamiſtris inurere [9]*, ſanos* [10] *quidem homines à ſcribendo deterruit.* De iiſdem com- 5
mentariis Hirtius [11] ita prædicat: *Adeo probantur omnium judicio, ut prærepta, non
præbita facultas ſcriptoribus videatur. Cujus tamen rei major noſtra quam reliquorum eſt
admiratio. Cæteri enim quam bene atque emendate, nos etiam quam facile atque celeriter
eos perſcripſerit* [12]*, ſcimus.* Pollio Aſinius parum diligenter, parumque integra ve- 6
ritate [13] compoſitos [14] putat: quum Cæſar pleraque, & quæ per alios [15] erant
geſta, temere [16] crediderit, & quæ per ſe, vel conſulto, vel etiam memoria la-
pſus [17], perperam ediderit: exiſtimatque reſcripturum [18], & correcturum fuiſſe.
Reliquit & *de analogia* [19] libros duos, & *Anticatones* [20] totidem: ac præterea poë- 7
ma, quod inſcribitur *Iter* [21]: Quorum librorum primos in tranſitu Alpium, quum 8
ex

nere aut inconcinnus, aut multus eſt, is ineptus eſſe dicitur.

9. Calamistris inurere i. fucoſo ornatu exornare. *Calamiſtrum* eſt acus crinalis, quo excalefacto crines in cincinnos rediguntur & criſpantur. Cicer. poſt redit. c. 7. *Frons calamiſtri notata veſtigiis.* V. *Donatum & Beroaldum*, ut & *Barthol. de inaur. p.* 43. & noſtr. *Aug.* 86. §. 12.

10. Sanos i. integri judicii. Opponuntur ineptis. Plerumque de animo dicitur: Plaut. Trin. II. 4. 53.

Satin' tu ſanus mentis aut animi tui?

11. Hirtius de Bell. Gall. VIII. præf. §. 6.

* 12. Perscripserit i. ſcripſerit. Compoſitum pro ſimplici. Nep. 14. 5. 3. *Hæc Padates perſcripta ei mittit.* Juſtin. II. 10. 13. *Demaratus omnia in tabellis ligneis magiſtratibus perſcribit.*

13. Veritate, abſque qua hiſtoria dici non poteſt. Polyb. XII. 5. Ὅτι καθάπερ ἐμψύχου σώματος τῶν ὄψεων ἐξαιρεθεισῶν ἀχρειοῦται τὸ ὅλον· οὕτως ἐξ ἱστορίας ἐὰν ἄρῃς τὴν ἀλήθειαν, τὸ καταλειπόμενον αὐτῆς ἀνωφελὲς γίγνεται διήγημα: *ut animal luminibus ademptis prorſus inutile redditur; ita ſi veritatem ex hiſtoria tollas, quod ſupereſt illius, narratio eſt nullius uſus.*

14. Compositos i. ſcriptos. V. Curt. IX. 5. 21. §. 52.

15. Alios, Curionem, Labienum, Cottam legatos.

* 16. Temere i. inconſiderate ſupr. 55. 6. §. 19. cum tamen *hiſtoria propriæ ſit earum rerum, quibus gerendis interfuerit is, qui narrat*, Verrio Flacco judice apud *Gell.* V. 18. Hinc jactat Herodian. I. 1. 4. ſe hiſtoriam non ab aliis acceptam conſcribendam ſuſcepiſſe. Ἐγὼ ἱστορίαν οὐ παρ' ἄλλων ἀποδεξάμενος ἤθροισα ἐς συγγραφήν. Et Dio LXXII. p. 818. C. ſe & illa quæ narraverat, cæteraque omnia, quæ ſequebantur, non ab aliis tradita, ſed a ſe obſervata notaſſe. Λέγω ταῦτά τε καὶ τὰ λοιπὰ οὐκ ἐξ ἀλλοτρίας ἔτι παραδόσεως, ἀλλ' ἐξ οἰκείας ἤδη τηρήσεως. Et carpit ſcriptores, qui ex narratione ſcribunt, Dioſcor. Pag. 1. B. Τὰ δ' ἐξ ἱστορίας τὰ πλεῖστα ἀναγράψαι. Hinc Africam, Galliam & Hiſpaniam peragravit Polyb. III. 59. Aſiam & Europam triginta totis annis Diod. Sicul. I. pag. 3. C. ut pleraque & maxime inſtituto ſuo neceſſaria ipſi inſpicerent. Quod de Diodoro etiam memoriæ prodidit Juſtin. Mart. Cohort. ad Græc. p. 10. C. V. etiam Juris olim in Academia Trajectina Antecesſorem celeberrimum *P. Voet in Herodian. Marc. p.* 15.

17. Memoria lapsum, dum ſua ſcriberet, eſſe Cæſarem, non eſt vero ſimile, cum in illo *ſublimitas omnium, quæ cœlo continentur, capax* fuerit, ita ut *ſcribere & legere ſimul, dictare & audire, epiſtolas quoque magnarum rerum quaternas pariter librariis dictare: aut, ſi nihil aliud ageret, ſeptenas ſolitus fuerit.* Plin. VII. 25. Τῇ τε γὰρ τῆς φύσεως ἰσχύϊ θαυμαστῇ ἐκέχρητο, καὶ παιδείᾳ παντοδαπῇ ἀκριβῶς ἤσκητο· καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἀπεικότως καὶ γνῶναι πᾶν τὸ δέον ὀξύτατα, καὶ ἑρμηνεῦσαι πιθανώτατα, διαθέσθαι τε καὶ διοικῆσαι φρονιμώτατα ἀεὶ ἠδυνήθη. *Erat in ipſo vis quædam naturæ admirabilis, & eam exercitatione omnis generis accurate confirmaverat, ut non abs re quidquid facto eſſet opus & cognoſcere celerrime, & exponere ſumma cum fide, & adminiſtrare prudentiſſime poſſet.* Dio XLIV. p. 260. B.

18. Rescripturum i. retractaturum, * emendandi animo recogniturum, *reſcribendo* melius facturum. Plin. Epiſt. VII. 9. 5. *Poteris & quæ dixeris poſt oblivionem retractare, multa retinere, plura tranſire; alia interſcribere, alia reſcribere.*

19. Analogia *Græce, Latine ſimilium comparatio, ſive proportio nominatur. Cujus hæc vis eſt, ut quod dubium, referatur, ut incerta certis probentur.* Iſidor. I. 27. Suos de *analogia* libros *ad M. Ciceronem conſcripſit* Cæſar *Gell.* XIX. 8. Illos laudant *Cicer. Brut. c.* 72. *Gell.* I. 10. *Macrob. Sat.* I. 5. *Quintil. Inſtit.* I. 7: VII. 9.

20. Anticatones, quia in illis Catonis crimina eſt complexus, & Ciceronis Catoni, ſive libro, quo Catonis laudes deſcripſerat, reſpondit. Catonis enim præconia ſuam putabat eſſe vituperationem. V. *Appian. B. C.* II. *p.* 490. *Dion.* XLIII. *p.* 219. *E. Plutarch. Cæſ. p.* 733. *C. Gell.* IV. 16. De illis Juven. VI. *p.* 338.

—— *Quam ſint duo Cæſaris Anticatones.*

* Hos ſe in antiqua quadam bibliotheca Leodii vidiſſe teſtatur Erardus a Maria Valentinus & Leodienſis Epiſcopus apud *Vivem in Auguſt. de Civ. Dei.* I. 23.

21. Iter Græcis ὁδοιπορικόν, vulgo itinerarium.

ex citeriore Gallia [22], conventibus [23] peractis, ad exercitum rediret: ſequentes ſub
tempus Mundenſis [24] prælii fecit: noviſſimum, dum ab Urbe [25] in Hiſpaniam ul-
9 teriorem [26] IV. & XX. die [27] pervenit. *Epiſtolæ* quoque ejus ad ſenatum exſtant, quas
primus videtur ad paginas [28] & formam memorialis [29] libelli [30] convertiſſe, quum
10 antea conſules & duces non niſi tranſverſa charta [31] ſcriptas mitterent. Exſtant &
ad *Ciceronem* [32], item ad *familiares* [33] domeſticis de rebus: in quibus ſi qua occul-
tius perferenda erant, per notas [34] ſcripſit, id eſt, ſic ſtructo literarum ordine,
ut nullum verbum effici poſſet: quæ ſi quis inveſtigare, & perſequi [35] vellet,
quartam

22. CITERIOREM GALLIAM V. ſupr. 22. 2. §. 4.

23. CONVENTUS quid dixi ſupr. 7. 1. §. 6.

24. *Μοῦνδα τρόπον δέ τινα τοῦ τόπου τούτου* (Bæticæ Hiſpaniæ) *μητρόπολις κατέστη, ἐν ᾗ οἱ Πομπηΐου παῖδες κατεπολεμήθησαν. Munda quodammodo hujus loci metropolis eſt, in hac Pompeji filii debellati ſunt.* Strab. III. *p.* 97. Noſt. *Aug.* 94. 19. V. & *Cæſ.* 35. 4. 30.

* 25. URBE Roma, *κατ' ἐξοχὴν* ſic dicta. Quintil. VIII. 2. *Quod commune eſt & aliis nomen, intellectu alicui rei peculiariter tribuitur, ut* Urbem *Romam accipimus.* Stephan. in *Ἀλεξάνδρεια. Ἐλέγετο δὲ κατ' ἐξοχὴν πόλις, καὶ πολῖται ἐξ αὐτῆς: ὡς ἄστυ καὶ Ἀθῆναι, καὶ ἀστοὶ καὶ ἀστικοὶ οἱ Ἀθηναῖοι, ὡς καὶ ἐπὶ Ῥώμης λέγεται ὔρψ. Dicebatur vero per excellentiam πόλις, i. urbs, & ejus incolæ πολῖται, i. cives, quemadmodum & Roma Urbs dicitur.* Gloſſ. Phil. *Πόλις, μόνη Ῥώμη, Urbs.* Unde *ἄνδρας κατ' ἐξοχὴν ὄντας τῆς πόλεως* Actor. 25. 23. *Viros præcipuæ dignitatis ex urbe Roma* intelligit Clar. *Perizon. de Prætor.* §. 19. Hinc *Urbici* ſunt Romani Cæſ. 49. 5. Aug. 46. 1.

26. HISPANIAM ULTERIOREM V. ſupr. 7. 1. §. 4.

27. IV. ET XX. DIE, cum tamen XXVII. die eum illuc perveniſſe dicat Strab. III. p. III. *Φασὶ δ' οἱ συγγραφεῖς, ἐλθεῖν καὶ Καίσαρα ἐκ Ῥώμης ἑπτὰ καὶ εἴκοσιν ἡμέραις εἰς τὴν Ὀβούλκωνα, ἡνίκα ἔμελλε συνάπτειν εἰς τὸν περὶ τὴν Μοῦνδαν πόλεμον. Dicunt hiſtorici Cæſarem Roma Obulconem perveniſſe* XXVII. *diebus, cum ad Mundam eſſet conſerturus prælium.* Quem numerum etiam ponit, & maximo cum exercitu longiſſimam viam emenſum eſſe Cæſarem dicit Appian. B. C. II. p. 492. *βαρυτάτῳ στρατῷ μακροτάτην ὁδόν.* V. *Caſaubonum.*

28. PAGINÆ occurrunt etiam in Ciceronis epiſtolis, in quibus *poſtrema pagina*, eſt poſtrema pars, ut *prima pagina* eſt prima pars epiſtolæ ad Attic. VI. 2. *Reſpondebo primum poſtremæ tuæ paginæ, & quoniam reſpondi tuæ paginæ poſtremæ prima mea: nunc ad primam revertar tuam.*

29. MEMORIALIS, quod *memoriæ* vegetandæ cauſa fieri ſoleat, eoque pluribus paginis plures res continentur, quarum ſubit *memoria* ex inſpectione: de quo intellexiſſe videtur Quintil. XI. 2. *Ad libellum reſpicere vitioſum, quod libertatem negligentia facit.* V. *Beroaldum.*

30. LIBELLI, quia cum aliæ chartæ olim convolverentur, hic in formam *libelli* plicabatur. V. *Pancirol. in notit. imp. Orient. c.* 97. *Guther. de off. Aug. Dom.* III. 3.

31. TRANSVERSA CHARTA i. in forma patente, ut vulgus loquitur. V. tamen *Guther.* l. l. & ad hunc locum *M. Donatum*, & *Savar. in Sidon. Epiſt.* II. 9.

32. AD CICERONEM ſcripſiſſe Cæſarem teſtatur Dio XL. p. 124. E. *Καὶ τῷ Κικέρωνι, πάνθ' ὅσα ἐβουλήθη, Ἑλληνιστὶ ἐπέστειλεν.*

33. FAMILIARES C. *Oppium & Balbum Cornelium, qui res ejus abſentis curabant.* Gell. XVII. 9.

*34. NOTAS, quas *σημείων* vocat Cicer. Attic. XIII. 32. *Quod ad te ſcripſi, parum intellexti credo, quia διὰ σημείων ſcripſeram.* Unde *σημειογράφος*, *notarius* in Gloſſis Philoxeni. Erant vel *literæ ſingulariæ ſine coagmentis ſyllabarum*, ut dicuntur Gell. XVII. 9. Et poſterioribus temporibus *σίγλαι*, ut in Nov. Juſtinianus: vel figuræ quædam, quæ etiam plures ſignificabant voces. Plutarch. Cat. min. p. 770. B. *Σημεῖα ἐν μικροῖς, καὶ βραχέσι τύποις πολλῶν γραμμάτων ἔχοντα δύναμιν. Signa, quæ minutis & brevibus figuris multarum vim literarum complectebantur.* Has Pedius negat *eſſe literas* apud Paull. Digeſt. XXXVII. 1. 6. §. 2. De his quoque exſtat liber a Grutero in lucem miſſus, qui Tyronis & Senecæ nomen præ ſe fert. V. etiam *Wouwer. Polym. c.* 6. §. 6. *Græv. Ant. Rom. Præf.* 1. * * 2: Hinc *notis excipere* noſtr. *infr.* Tit. 3. 3. & *ſumma notata* noſter *infr.* Galb. 5. 3. Illas quis invenerit, an Ennius, an Tiro Ciceronis libertus, an Xenophon philoſophus, an Mæcenas, inter ſe diſputantes *Iſidorum*, *Plutarchum*, *Euſebium*, *Laertium*, *Dionem*, *Senecam* V. apud *Lipſ. Epiſt. Belg.* 1. 27. *Voſſ. Gramm.* 1. 41. *Bernart. in Stat. Sylv.* 1. 1. 16. *Wouwer. de Polym. c.* 6. *n.* 10. Ab Ægyptiis manaſſe ad Græcos, & apud illos a Xenophonte diligentius excultas eſſe putat *Nicol. de ſigl. Vet. c.* 3. §. 10. Hanc ſcriptionem, quod obſervavit *Hugo de prim. ſcrib. orig. c.* 17. Suetonius non recte vocat *per notas*: quia literæ, etiamſi tranſpoſitæ, non tamen ſunt *notæ*; neque per tranſpoſitas literas ſcribere idem eſt quod *notare*: nam quæ per tranſpoſitas literas ſcripta ſunt, omnino perſcripta ſunt; ſeu, ut barbari loquuntur, ad longum omnibus neceſſariis literis ſcripta ſunt, *notata* autem ſeu *notis* ſcripta, compendio, & per abbreviationem (ut vocant) ſcripta ſunt. *Tractatio* rectius dicitur Varr. L. L. IV. 6. ut monet & explicat *Turneb. Adv.* XXIV. 29.

35. PERSEQUI i. legendo aſſequi, vel intelligere, ut apud Græcos *παρακολουθεῖν* & *ἐπελθεῖν.* Sic imitatione Græcorum *tranſire* dixerunt pro percurrere

quartam [36] elementorum [37] literam, id eſt, *d* pro *a*, & perinde [38] reliquas commutet. Feruntur & a puero, & ab adoleſcentulo, quædam ſcripta: ut *Laudes Herculis*, tragœdia *Oedipus*: item *Dicta collectanea* [39]: quos omnes libellos vetuit Auguſtus publicari, in epiſtola, quam brevem admodum ac ſimplicem ad Pompejum Macrum, cui ordinandas [40] bibliothecas delegaverat, miſit. 11

rere ſive lectione, ſive oratione, ut illi διέρχεσθαι. In ὁμιλίαις Græco-latinis, quæ gloſſario ſunt adjectæ, leguntur hæc, *& ego tranſeo lectionem:* καὶ ἐγὼ διέρχομαι ἀνάγνωσιν. Cicer. ad Herenn. III. 21. *Ut ipſi nobiſcum primum tranſeamus bis aut ter eum verſum.* V. *Caſaubonum & Salmaſ. Exerc. Plin. Prolegomena.*

36. Quartam literam commutaſſe tradit & Dio XL. p. 124. E. Εἰώθει δὲ καὶ ἄλλως, ὁπότε τι δι' ἀποῤῥήτων τῳ ἐπέστελλε, τὸ τέταρτον ἀεὶ στοιχεῖον ἀντὶ τοῦ καθήκοντος ἀντιγράφειν. *Conſueverat alioquin, ſi quid ſecreti per literas cuiquam ſignificaret, quartum ſemper elementum in ſcribendo pro eo, quod ſcribi debebat, ſumere.* *Quartam* i. quarto loco ab ea, quæ uſurpanda eſſet, remotam. Si vero V. ſcribendum eſſet, aliæque quas nullæ, aut quatuor non ſequuntur, videtur, ut monet Babelonius, diſpoſitis in circulum characteribus repetiiſſe initium, & pro V. A, pro X. B. &c. ſcripſiſſe, vel duplex A. A. ut Auguſtus c. 88. 4. adhibuiſſe.

37. Elementa dicuntur literæ, quia ut corpora mixta ex *elementis*, ita voces ex literis componuntur, & in illas, ut in *elementa* corpora mixta, reſolvuntur. Plato Cratyl. p. 297. D. Ἐστὶ δὲ, ἐξ ὧν συντίθεται, στοιχεῖα. *Ea vero, quibus conſtant* nomina, *elementa ſunt.* Dionyſ. περὶ συνθέσ. ὀνομάτ. p. 11. Γράμματα μὲν λέγεται, ὅτι γραμμαῖς τισι σημαίνεται, στοιχεῖα δὲ, ὅτι πᾶσα φωνὴ τὴν γένεσιν ἐκ τούτων λαμβάνει πρῶτον, καὶ τὴν διάλυσιν εἰς ταῦτα ποιεῖται τελευταίαν. *Literæ dicuntur, quia lineis ac figuris quibuſdam ſignificemus: elementa autem, quia vox omnis generatur ex iis primo, inque ea poſtremo reſolvitur.* V. & *Ernſt. Obſ.* II. 26. *Voſſ. Gramm.* I. 8. *Galeot. Mart. de Doctr. Prom.* c. 17.

38. Perinde i. ſimiliter. Gloſſ. Cyr. *Perinde*, παραπλησίως καὶ ὁμοίως. Flor. I. 13. 4. *Gens corporum mole, perinde armis ingentibus terribilis.* V. & *Salmaſ. Exerc. Plin. p. 175. b. C.*

39. Dicta collectanea, quæ ἀποφθεγμάτων *volumina* forte Cicer. Fam. IX. 16. Nam quod *volumina* Ciceroni; *libelli* Suetonio dicuntur, neminem debet movere. *Volumen* Latinis eſt omnis ſectio major, ſive libri pars. Plin. Epiſt. III. 5. *Tres ſtudioſi* i. libri, quibus maximum ſtudium impenderat, *in ſex volumina propter amplitudinem diviſi.* V. *Caſaubonum.*

40. Ordinare i. diſponere, cuique locum aſſignare, *digerere* ſupr. 44. 4.

CAPUT LVII.

ARG. *Armorum & equitandi peritus, laboris patiens eſt, & longiſſimas vias celeriter conficit Cajus Julius Cæſar.*

Armorum & equitandi [1] peritiſſimus, laboris ultra fidem patiens [2] erat: in agmine nonnunquam equo, ſæpius pedibus anteibat, capite detecto, ſeu ſol [3], ſeu imber eſſet. Longiſſimas vias incredibili celeritate [4] confecit expeditus [5], meritoria 1 2

Equitandi *uſus a puero illi facilis fuit*, ut Plutarch. Cæſ. p. 716. A. Τὸ μὲν ἐν ἱππείαις ἐκ παιδὸς ἦν αὐτῷ ῥᾴδιον. Εἴθιστο γὰρ εἰς τοὐπίσω τὰς χεῖρας ἀπάγων, καὶ τῷ νώτῳ περιπλέκων, ἀνὰ κράτος ἐλαύνειν τὸν ἵππον. *Conſueverat enim manibus retro reductis, & in tergo complicatis velociſſime curſu equum concitare.*

2. Laboris patiens. Plutarch. Cæſ. p. 715. E. Τῶν πόνων ὑπομονῇ, παρὰ τὴν τοῦ σώματος δύναμιν ἐγκαρτερεῖν δοκοῦντος στρατιώτας ἐξέπληττε. *Tolerantia laborum, quos ſupra corporis vires videbatur perferre, obſtupefecit milites.*

* 3. Soles poetis magni & intenſi calores dicuntur. Tibull. I. 4. 2.

Ne capiti ſoles, ne noceantve nives.

Virg. Georg. I. 65.

—— *glebaſque recentes*

Pulverulenta coquat maturis ſolibus æſtas.

Stat. Theb. IV. 831.

—— *tuque o cunctis inſuete domari*
Solibus.

Extra carmen noſter. *Barth. in Statium, Broukh. in Tibullum.*

4. Incredibili celeritate, in illa enim *unam eſſe poſitam ſalutem* putabat B. G. V. 29. 6. De illa Plutarch. Cæſ. p. 716. A. Συντόνως δὲ ἤλαυνεν οὕτως, ὥστε τὴν πρώτην ἔξοδον ἀπὸ Ῥώμης ποιησάμενος, ὀγδοαῖος ἐπὶ τὸν Ῥοδανὸν ἐλθεῖν. *Adeo ſtrenue iter faciebat, ut quum primo die Roma exiiſſet, ad Rhodanum octavo pervenerit.* V. & ſupr. 56. 8. §. 27.

5. Expeditus i. nullis oneratus impedimentis. Cicer. pro Mil. c. 21. *Iter expediti latronis cum Milonis impedimentis comparate.*

6. Mu-

Digitized by Google

toria [6] rheda [7], centena paſſuum millia [8] in ſingulos dies: ſi flumina morarentur, nando [9] trajiciens [10], vel innixus [11] inflatis [12] utribus [13], ut perſæpe nuntios de ſe prævenerit.

6. MERITORIA i. mercede conducta. Ita tabernæ mercede locatæ *meritoria* dicuntur Juven. III. 234. *meritorium cœnaculum* noſt. Vit. 7. 3. *Mereri* enim docente *Alciato de verb. ſign. p.* 224. eſt mercede operam præſtare. Habebant vero recentioribus temporibus Romæ, qui rhedas, & id genus vehiculorum ſub mercede elocabant. Noſt. *Cal.* 39. 1. V. & *Scheff. de re veh.* I. 18: II. 30.

7. RHEDA utebantur in itineribus veteres. Cicer. ad Attic. V. 17. *Hanc epiſtolam dictavi ſedens in rheda, cum in caſtra proficiſcerer.* Vocabulum eſt Gallicum. Quintil. I. O. I. 5. *Plurima Gallica valuerunt, ut rheda ac petoritum.* Quatuor habebat rotas. Iſid. XIX. 12. *Rheda genus vehiculi quatuor rotarum.* V. quoque *Scheff. de re vehic.* II. 30. *Coraſ. Miſc.* III. 20.

8. CENTENA PASSUUM MILLIA i. centena milliaria Italica, quorum quaterna ſi ſingula Germanica conficiunt, iter diurnum Cæſaris 25. Germanicorum milliarium fuerit.

9. NARE docebantur tyrones ex Romana diſciplina, quia *non ſemper pontibus flumina tranſeuntur, ſed & cedens & inſequens natare cogitur frequenter exercitus. Sæpe repentinis imbribus, vel nivibus ſolent exundare torrentes. Et ignorantia non ſolum ab hoſte, ſed etiam ab ipſis aquis diſcrimen incurrit: ideo Romani veteres campum Martium vicinum Tiberi delegerunt, in quo juventus poſt exercitium armorum ſudorem pulveremque dilueret, ac laſſitudinem curſus natandi labore deponeret.* Veget. I. 10. Noſt. 64. 1. *Aug.* 64. 6. *Ner.* 34. 8. Unde notatur Caligula, quod qui *docilis ad cætera, natare neſcierit* infr. 54. 8. V. quoque *Mercur. Gymn.* III. 14. *Lacerd. Virg.* IX. 603. *Tiraq. in Alex.* I. 20. *Lipſ. Mil. Rom.* V. 13. quamvis poſterius ad artem non ſit referendum, ſed uti de inanimis dicitur ut monet Clar. Ryckius ad Tacit. Ann. XIV. 5. 6. & ſecundo loco *notare* præferat Lipſ. Elect. II. 17. de rect. pronunt. L. L. c. 2. Epiſt. ad Belg. I. 27.

10. TRAJICIENS i. flumina ſuperans. Juſtin. XXIII. 1. 17. *A Sicilia in Italiam trajecit.* Noſt. c. 4. 2. & alibi.

11. INNIXUS, *utribus incubare* dicit Curt. VII. 5. 18. *ſe ſuſpendere, & pedibus iter adgubernare* Flor. III. 5. 16. *inſidere* Front. III. 13. 5. *ſuper utres nare* Curt. VII. 8. 6.

12. INFLABANTUR interdum utres. Xenoph. ἀναβ. Κύρ. III. p. 314. C. φυσηθέντα dicuntur coria ovium... Front. III. 13. 5. *Juſſit inſidentem duobus inflatis utribus ire ſeptem millium paſſuum trajectum.*

13. UTRIBUS exercitum trajicere Græcos docet Rhodius quidam apud Xenoph. ἀναβ. Κύρ. III. p. 314. C. qui cum hærerent, & quid agendum eſſet neſcirent duces, dum hinc arduis montibus, illinc profundo cohiberentur flumine, quaterna millia gravis armaturæ peditum ſimul trajecturum ſe promiſit. Fiebant ex ovium, caprarum, boum, aſinorum pellibus. Πολλὰ γὰρ ὁρῶ, inquit Rhodius, ταῦτα πρόβατα, αἶγας, καὶ βόας, καὶ ὄνους, ἃ ἀποδαρέντα καὶ φυσηθέντα ῥᾳδίως ἂν παρέχοι τὴν διάβασιν, *quorum coria detracta & inflata facilem trajectionem præſtare poſſent.*

CAPUT LVIII.

ARG. *In obeundis expeditionibus cautus & audax eſt Cajus Julius Cæſar.*

§. 2 In obeundis expeditionibus, dubium cautior an audentior [1]. Exercitum neque per inſidioſa itinera duxit unquam, niſi perſpeculatus [2] locorum ſitus: neque in Britanniam tranſvexit, niſi ante per ſe [3] portus, & navigationem, & ac-
3 ceſſum ad inſulam exploraſſet. At idem obſeſſione caſtrorum [4] in Germania nuntiata,

AUDENTIORES in univerſum eſſe Romanos docet Polyb. Hiſt. I. 37. Καθόλου Ῥωμαῖοι πρὸς πάντα χρώμενοι τῇ βίᾳ, καὶ τὸ προτεθὲν οἰόμενοι δεῖν κατ' ἀνάγκην ἐπιτελεῖν, καὶ μηθὲν ἀδύνατον εἶναι σφίσι τῶν ἅπαξ δοξάντων, ἐν πολλοῖς μὲν κατορθοῦσι διὰ τὴν τοιαύτην ὁρμήν i. interprete ad hunc locum Caſaubono. *Omnino Romani in omni re, quam inſtituunt, violenti, & quidquid ſemel propoſuerint, id neceſſario fieri debere exiſtimantes, nihilque eorum, quæ ſemel decreta ipſis fuerint, non poſſe fieri ſtatuentes: efficiunt illi quidem pleraque omnia hac tanta violentia & impetu ex animi ſententia.* Unde Flor. I. 8. 2. *Romulo quid audentius*, ut quidem legendum eſſe contendit *Freinshemius.*

2. PERSPECULATUS i. omnia penitus *ſpeculatus.* Plin. VIII. 26. *recentes arundinum caſuras perſpeculatus.* *Per* in compoſitis ſæpe ſignificat plane, penitus. * Et hoc ducibus præſcribit Onoſ. Strat. I. 6. Προπεμπέτω ἱππεῖς τοὺς διερευνησομένους τὰς ὁδούς. *Præmittat equites ſcrutandis explorandiſque viis....*

3. PER SE. Ipſe tamen ſe miſiſſe Voluſenum dicit B. G. IV. 21. 1. *Ad hæc cognoſcenda prius quam,* vel *qui*, ut Hotmanus legit, *periculum faceret, idoneum eſſe arbitratus C. Voluſenum, cum navi longa præmit-*

tiata, per ſtationes hoſtium Gallico habitu penetravit ad ſuos. A Brundiſio [5] Dyr- 4
rachium [6] inter oppoſitas claſſes hyeme tranſmiſit. Ceſſantibuſque copiis [7], quas 5
ſubſequi juſſerat, cum ad arceſſendas fruſtra [8], ſæpe miſiſſet, noviſſime ipſe clam [9] noctu parvulum navigium [10] ſolus [11] obvoluto capite [12] conſcendit [13]: neque aut quis eſſet ante detexit, aut gubernatorem [14] cedere adverſæ tempeſtati paſſus eſt [15], quam pæne obrutus fluctibus [16].

præmittit. Huic mandat, ut exploratis omnibus rebus ad ſe quam primum revertatur. * Niſi dixeris, Cæſarem *per ſe* videri egiſſe, quod ipſius mandato legatus. Addit hoc *Berneggerus*.

4. Obsessione castrorum i. cum ad Q. Ciceronis Cæſaris legati *hyberna de improviſo advolarunt Nervii ab Ambiorige perſuaſi legionem, quæ cum Cicerone hyemabat, oppreſſuri,* & ipſius *Cæſaris, reliquorumque hybernis oppugnarentur.* Cæſ. B. G. v. 39. 1: 41. 3.

5. Brundisium V. ſupr. Cæſ. 34. 2. §. 12.

6. Dyrrachium V. ſupr. Cæſ. 36. 2. §. 5.

7. Copiis his præfuit Antonius. Dio, qui & moræ cauſas narrat, xli. p. 174. E. Ὁ δὲ Καῖσαρ, βραδύνοντος τοῦ Ἀντωνίου, ὃ τοὺς ὑπολειφθέντας ἐν τῷ Βρεντεσίῳ κομίσαι ἐπετέτακτο, καὶ οὐδὲ ἀγγελίας τοὺς περὶ αὐτῶν, διά τε τὸν χειμῶνα καὶ διὰ τὸν Βίβυλον, φοιτώσης: *Cæſar Antonio, qui reliquis militibus a Brundiſio tranſvehendis præpoſitus erat, moras faciente, ac ne nuntio quidem ab illis, hyeme ac Bibulo prohibentibus, adveniente.*

8. Frustra. Lucan. v. 479.

Ductor erat cunctis audax Antonius armis,
Illum ſæpe minis Cæſar, precibuſque morantem
Evocat....

V. *Dionem* §. 7.

9. Clam, λαθὼν, καὶ τὸ σῶμα ἐγκαλυψάμενος. Appian. B. C. ii. p. 463. κρύφα πάντων. Plutarch. Cæſ. p. 726. *B.*

10. Parvulum navigium, πλοῖον τὸ μέγεθος δωδεκάσκαλμον, *navem duodecim ſcalmorum magnitudine.* Plutarchus.

11. Solus, & ita Dio xli. p. 175. A. ἐθελήσας αὐτὸς καὶ μόνος γε ἐς τὴν Ἰταλίαν πλεῦσαι, *ipſe ſtatuit ſolus in Italiam navigare*, & Lucan. v. 510.

Cæſar ſollicito per vaſta ſilentia greſſu
Vix famulis audenda parat, cunctiſque relictis
Sola placet fortuna comes.

tres tamen ſervos præmiſiſſe ad fluvium dicit Appianus.

12. Obvoluto capite, ἐγκεκαλυμμένος τε καὶ ἐν νυκτὶ μάλιστα ἀγνοούμενος. Appianus.

13. Conscendit ὥς τις ἄλλος λέγων ὑπὸ τοῦ Καίσαρος πεπέμφθαι, *ſe ut alium quendam a Cæſare miſſum prædicans.* Dio, Appianus, ἐπιθέμενος ἐσθῆτα ἰδιώτου, *indutus veſte privati hominis.* Appianus. vel ἐσθῆτα θεράποντος, *veſte ſervili.* Plutarchus.

14. Gubernatorem Amyclam, Lucan. v. 520.

Hæc Cæſar bis, terque manu quaſſantia tectum
Limina commovit, molli conſurgit Amyclas,
Quem dabat alga, toro....

15. Adversæ tempestati cedere non passus est, τὸν κυβερνήτην, καίπερ πνεύματος ὄντος, ἐξεβιάσατο ἀναχθῆναι, *gubernatorem, quamquam ventus incumberet, ut proveheretur, cogit.* Dio.

16. Quam pæne obrutus fluctibus. Plutarch. Apoph. p. 206. C. Συγκλυζομένου δὲ τοῦ πλοίου ποιήσας τῷ κυβερνήτῃ φανερὸν ἑαυτὸν ἀνέβοησε, πίστευε τῇ τύχῃ, γνοὺς ὅτι Καίσαρα κομίζεις, καὶ τὴν Καίσαρος τύχην, quod addit idem Cæſ. p. 727. C. & ex illo Appianus: *cum vero naviculam fluctus pæne obruerent, gubernatori quis eſſet aperuit, & exclamavit: fide fortunæ, ſciens te Cæſarem vehere & Cæſaris fortunam.* V. & *Dionem.*

CAPUT LIX.

ARG. *Religione ab incepto non abſterretur, & vaticinationes eludit Cajus Julius Cæſar.*

Ne religione [1] quidem ulla a quoquam incepto abſterritus [2] unquam vel retarda- 1
tus eſt. Cum immolanti [3] aufugiſſet hoſtia [4] profectionem adverſus Scipio- 2
nem

Religione i. impedimento objecto ab auſpicio, omine, prodigio. V. Curt. iv. 10. 2. §. 7. Not. c. 86. 1.

2. Ab incepto non absterritus. Omina enim illum viciſſe dicit Senec. ad Marc. c. 14. *Tam cito dolorem vicit, quam omina ſolebat*, ut apud Senecam legendum eſſe putat *Pontan. in Macrob. p. 622.*

3. Immolanti i. ſacrificanti. V. Curt. iv. 3. 23. §. 85. * *Immolare* non dicebatur popa, ſed is, qui ſacra faciebat. Cicer. Div. i. 33. *Cum Sylla immolaret in agro Nolano ante prætorium.*

4. Hostia si aufugisset dirum omen eſſe arbitrabantur veteres. Macrob. Sat. iii. 5. *Obſervatum eſt a ſacrificantibus, ut ſi hoſtia, quæ ad aras duceretur, fuiſſet vehementius reluctata, oſtendiſſetque ſe invitam altaribus admoveri, amoveretur, quia invito deo offerri eam putabant.* Feſtus: *Piacularia auſpicia appellabant, quæ ſacrificantibus triſtia portendebant; cum hoſtia ab ara profugiſſet, aut percuſſa mugitum dediſſet, aut in aliam partem corporis quam oporteret decidiſſet.* Inter prodigia Pharſalicæ cladis hoc quoque ponit Lucan. vii. 165.

3 nem & Jubam non diſtulit [5]. Prolapſus [6] etiam in egreſſu navis, verſo [7] ad me-
4 lius omine, *teneo* [8] *te*, inquit, *Africa.* Ad eludendas [9] autem vaticinationes, quibus felix & invictum in ea provincia fataliter [10] Scipionum [11] nomen ferebatur, deſpectiſſimum [12] quendam ex Corneliorum genere, cui ad opprobrium vitæ [13], Salutioni [14] cognomen erat, in caſtris ſecum habuit [15].

Admotus ſuperis diſcuſſa fugit ab ara
Taurus....

Noſt. *Galb.* 18. 2. *Tit.* 10. 1.

5. PROJECTIONEM NON DISTULIT. Minuc. Fel. p. 29. *Caius Caſar, ne ante brumam in Africam navigia tranſmitteret, auguriis & auſpiciis retinentibus ſprevit, eo facilius & navigavit & vicit.* Cicer. de Divin. II. 24. *Quid ipſe Caſar, cum a ſummo aruſpice moneretur, ne in Africam ante brumam tranſmitteret, nonne tranſmiſit? quod ni feciſſet, uno in loco omnes adverſariorum copia convenissent.*

6. PROLAPSUS in faciem, ἐπὶ στόμα. Dio XLII. p. 212. E. Hoc prodigii loco habitum. Appian. de Bell. Parth. p. 137. Γίνεται δὲ πρῶτον αὐτῷ σημεῖον ἀπὸ τῆς θεοῦ ταύτης: ἐξιόντων γὰρ ἐκ τοῦ ἱεροῦ, πρῶτος ἐσφάλη κατὰ τὰς θύρας ὁ νεανίας ὁ Κράσσος, εἶτα ἐπ' αὐτῷ περιπεπτωκὼς ὁ πρεσβύτερος. *Primum ei prodigium oblatum eſt in hujus Dea templo: exeuntibus enim Craſſis junior procidit in foribus, & mox ſuper eum ſenior.* Noſt. *Oth.* 7. 6.

7. VERSO, quia dii adverſam fortunam portendebant. Dio. D. Ὑφ' ὧν εἰ καί τι φοβερὸν ὑπὸ τοῦ δαιμονίου σφίσιν ἐσημαίνετο, ἀλλὰ καὶ αὐτό γε ἐκεῖνο ἐς ἀγαθὸν ἔτρεψε. Hoc ad melius *vertere* potuit Cæſar, quia *oſtentorum vires & in noſtra poteſtate ſunt, ac prout quæque accepta ſunt, ita valent.* Plin. XXVIII. 2. Unde C. *Flaminius conſul exercitu luſtrato, cum Arretium verſus caſtra moviſſet, & contra Annibalem legiones duceret, & ipſe & equus ejus repente concidiſſet, rem* illam *non habuit religioni.* Cicer. Divin. I. 35.

8. TENERE TERRAM eſt in gradu conſtare, non labi, non concidere, ſed rectum iter per viam ſine prolapſione inſtituere. Cicer. de Aruſp. reſp. c. 11. & ex illo Arnob. IV. p. 148. *An ſi ludius conſtitit, aut tibicen repente conticuit, aut puer ille patrimus & matrimus ſi terram non tenuit* i. in terram prolapſus eſt, *ludi non ſunt rite facti.* Superſtitio vero veterum animos imbuerat, ut putarint piaculum eſſe commiſſum, ſi inter ambulandum puer collapſus eſſet, aut a loco, ordine, & ſtatione defeciſſet. Prodigii ſimile habitum legimus apud Obſeq. c. 130. *quod puer in pompa Victoria cultu cum ferretur, ferculo deciderit.* Omen, de quo noſter, quod *terram tenere* dum non potuerit Cæſar, ne *Africam* quidem *tenturus* videretur. Sed aliter id interpretatus eſt Cæſar, n. ſe *terram tenuiſſe* manibus, quemadmodum & *Africam* erat in manibus habiturus. Dio XLII. p. 212. E. V. & *de Roa Singul.* VI. I.

9. ELUDENDAS i. vitandas V. inſr. Aug. 34. 4. §. 17.

10. FATALITER INVICTUM i. quaſi ab æterno eſſet conſtitutum, ut vinci non poſſint. Cicer. Cat. IV. I. *Suum nomen fatale eſſe putavit.* Noſt. *Ner.* 43. 3. 40. 4. 49. 3.

11. Ὁ Σκηπίων τῶν δὲ ἄλλων αὐτοκράτωρ ἦρχε· καὶ αὐτοῦ καὶ τὸ ὄνομα πολὺ πάντας τοὺς ὁμογνωμονοῦντας ἐπέρρωσεν, νομίζοντας οὐκ οἶδ' ὅπως ἀλόγῳ τινὶ πίστει, μηδένα ἂν Σκηπίωνα ἐν τῇ Ἀφρικῇ κακῶς πρᾶξαι. *Reliquorum dux ſuis Scipio* Pompeji ſocer: *& ipſius nomen omnes, qui in eadem erant cauſa, magnopere confirmavit, abſurda quadam perſuaſione, nullum Scipionem in Africa infeliciter rem gerere poſſe.* Dio. C. Plutarch. Cæſ. p. 732. C. *Scipio* autem Africanus prior ſtipendiariam fecit, poſterior funditus evertit Carthaginem Africæ caput.

12. DESPECTISSIMUM, qui εὐκαταφρόνητος καὶ παρημελημένος Plutarcho dicitur.

13. AD OPPROBRIUM VITÆ i. morum turpitudinem, vitæ infamiam; quamvis & formæ cum mimo Salutione ſimilitudinem addat Plin. VII. 12. *Ejuſdem familia Scipioni poſt eum cognomen Salutio mimus dedit.*

14. SALUTIONI, ἐκαλεῖτο γὰρ Σκηπίων Σαλλουτίων. Plutarchus. Plin. XXXV. 2. *Cum vidiſſet adoptione teſtamentaria Salutionis (hoc enim ei fuerat cognomen) Africanorum dedecore notam irrepentem Scipionum nomini.* Σαλάττων *Dioni* dicitur. Sed hoc Criticis minus placet. * Lipſ. Elect. II. 17. legit *Salacioni.* Et putat libidinoſum illum homuncionem fuiſſe, & vitæ ſpurcæ atque impuræ. Ita autem a ſalax *Salacio*, ut a ſenex ſenecio, & talia.

15. IN CASTRIS SECUM HABUIT, imo in præliis ante ſigna ut exercitus ducem locavit, τοῦτον ἐν ταῖς μάχαις προέταττεν ὥσπερ ἡγεμόνα τῆς στρατιᾶς. *Plutarchus.*

CAPUT LX.

ARG. *Pralia ex occaſione & quavis tempeſtate ſumit, hoſtem fuſum caſtris exuit, ancipiti pralio equos dimittit Cajus Julius Caſar.*

1 Prælia non tantum deſtinato [1], ſed ex occaſione [2] ſumebat [3]: ac ſæpe ab itinere

DESTINATO i. ex propoſito, data opera. Senec. de Clem. I. 5. *Peccavimus omnes.... alii ex deſtinato*, quam præpoſitionem præmittit & noſt. *Cal.* 43. I.

2. Ex

re[4] ſtatim, interdum ſpurciſſimis[5] tempeſtatibus, quum minime quis moturum[6]
ſperaret[7]: nec niſi tempore extremo ad dimicandum cunctantior[8] factus eſt. Quo 2
ſæpius viciſſet, hoc minus experiendos caſus[9] opinans: nihilque ſe tantum acquiſi-
turum victoria, quantum auferre calamitas[10] poſſet. Nullum unquam hoſtem fu- 3
dit, quin caſtris[11] quoque exueret: ita nullum ſpatium perterritis dabat. Anci- 4
piti[12] prælio equos dimittebat[13], & in primis ſuum, quo major permanendi ne-
ceſſitas imponeretur auxilio fugæ erepto.

2. Ex occasione, quæ plurimum valet etiam in rebus bellicis. Polyb. x. 39. Ὅτι μὲν ὁ καιρὸς ἐν πᾶσι μεγάλην ἔχει μερίδα πρὸς τὰς ἐπιβολὰς, μεγίστην δ' ἐν τοῖς πολεμικοῖς, παντὶ δῆλον. *Nam ad animo deſtinata plurimum valere occaſionem in omnibus rebus, maxime in bellicis, cuivis eſt notum.*

3. Sumere prælia genus loquendi militare eſſe docet *Caſaubonus*. Et ita Tacit. Hiſt. II. 42. 3. *Othoniani quamquam diſperſi, pauciores, feſſi, prælium tamen acriter ſumpſere.*

4. Ab itinere i. poſt iter. Cicer. pro Mil. c. 35. *Centeſima hac lux eſt ab interitu Clodii.*

5. Spurcissimis i. vehementiſſimis, aſperrimis. Non. IV. 425. *Spurcum, vehemens, aſperum. M. Tull. ad Cæſarem juniorem* II. *Cum iter facerem Claternam tempeſtate ſpurciſſima.*

6. Movere dicitur, qui cum exercitu proficiſcitur, quod *moveat caſtra*, vel *ſigna*. Flor. II. 8. 8. *Maximus regum quum ingenti ſtrepitu ac tumultu moviſſet ex Aſia.* V. quæ in *Cicer. ad Attic.* v. 12. & ad *Flor.* I. 13. cui Cicero & Florus animam debent, notat *Grævius*.

7. Sperare dicitur de cujuſvis rei futuræ eventu. Virg. Æn. IV. 419.

Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem.

i. putare futurum eſſe. Idem Græcis & quidem Athenienſibus ἐλπίζειν. Suidas & Schol. Thucyd. I. I. Ἐλπίσαι οὐ μόνον ἐπ' ἀγαθῷ, ἀλλ' ἁπλῶς ἐπὶ τῇ τοῦ μέλλοντος ἐκβάσει λέγεται παρ' Ἀττικοῖς. *Sperare non ſolum de bona re, ſed ſimpliciter de rei futuræ exitu dicitur Athenienſibus.* V. & *Loenſ. Miſc.* II. 23.

8. Cunctantior. i. *tardior & conſideratior, & ex priſtina bellandi conſuetudine celeritateque exceſſit.* Hirt. de Bell. Afric. 73. I.

9. Minus experiendos casus, ſc. *ne fortunam ſuam nimis onerando fatigaret.* Juſtin. XII. 8. 15.

10. Calamitas auferre ſolet imperatori auctoritatem. Cæſ. B. G. VII. 30. 3. *Itaque ut reliquorum imperatorum res adverſæ auctoritatem minuunt....* & odia conciliare. Cæſ. B. C. II. 31. 3. *Et felicitas rerum geſtarum exercitus benevolentiam imperatoribus, & res adverſæ odia conciliant.*

11. Castris nondum *exuto* hoſte nondum fuſus videtur hoſtis. Plutarch. Apoph. p. 203. Εἰς δὲ Λιβύην διαβὰς ἐπὶ Δομίτιον· καὶ μάχῃ μεγάλῃ κρατήσας, ἀσπασαμένων αὐτὸν αὐτοκράτορα τῶν στρατιωτῶν ἔφη μὴ δέχεσθαι τὴν τιμὴν, ἕως ὀρθὸς ἕστηκεν ὁ χάραξ τῶν πολεμίων· οἱ δὲ ὁρμήσαντες διεπόρθησαν τὸ στρατόπεδον. *Cum trajeciſſet in Africam adverſus Domitium* Pompejus, *illumque magno ſuperaſſet prælio, ſalutatus ab exercitu imperator, dixit ſe hunc honorem non accepturum, recto adhuc ſtante hoſtium vallo: itaque milites caſtra hoſtium diripuerunt.*

12. Ancipiti i. periculoſo, ut *Aug.* 59. I. V. Curt. III. 7. 9. §. 33.

13. Equos dimisit pugnaturus cum Helvetiis. Cæſ. B. G. I. 25. I. *Cæſar primum ſuo, deinde omnium e conſpectu remotis equis, ut æquato periculo ſpem fugæ tolleret, cohortatus ſuos prælium commiſit.* Plutarch. Cæſ. p. 716. D. Κἀκεῖ συναγαγὼν καὶ παρατάξας τὴν δύναμιν, ὡς ἵππος αὐτῷ προσήχθη· Τούτῳ μὲν (ἔφη) νικήσας χρήσομαι πρὸς τὴν δίωξιν· νῦν δὲ ἴωμεν ἐπὶ τοὺς πολεμίους, καὶ πεζὸς ὁρμήσας ἐνέβαλε. *Et illic contraxit & inſtruxit copias, ubi fuit ei equus admotus. Hoc ubi vicero utar, inquit, ad perſequendos hoſtes: nunc in illos pergamus, & pedibus profectus incurrit in illos.* Ita ad *Mundam ſuis referentibus pedem, equum ſuum abduci a conſpectu ſuo juſſit, & in primam aciem pedes proſiliit.* Frontin. II. 8. 13.

CAPUT LXI.

ARG. *Equo inſigni utitur, & ejus inſtar pro æde Veneris genetricis dedicat Cajus Julius Cæſar.*

Utebatur autem equo inſigni, pedibus prope humanis[1], & in modum digito- 1
rum ungulis fiſſis: quem natum apud ſe[2], cum aruſpices[3] imperium orbis
terræ ſignificare domino pronuntiaſſent[4], magna cura aluit: nec patientem ſeſſo-
ris

Humanis *ſimiles pedes priores habuiſſe traditur Cæſaris Dictatoris equus, hac effigie locatus ante Veneris genetricis ædem.* Plin. VIII. 42. Solin. c. 45.

2. Apud se i. in ſuis prædiis, in ſua domo. Terent. Heaut. I. 2. 8.

Non eſt pater: apud nos eſt.

3. Aruspicium invenit *Delphus*. Plin. VII. 56. ars eſt prodigia interpretandi. Tacit. Ann. XV. 47. 3. *In agro Placentino viam propter natus vitulus, cui caput in crure eſſet. Secutaque aruſpicum interpretatio.*

4. Pro-

ris alterius [5], primus aſcendit: cujus etiam inſtar [6] pro æde [7] Veneris genetricis [8] poſtea dedicavit.

4. PRONUNTIARE dicebantur aruſpices. Obſeq. c. 106. *Aruſpices ſacra Apollinis litanda, & de lege, quæ ferebatur ſuperſedendam pronuntiarunt.* V. & *Briſſ. de Form.* I. 127.

5. PATIENTEM SESSORIS ALTERIUS. Ita *in dorſo inſidere ſuo non patiebatur alium* niſi Alexandrum Bucephalus. Utrumque in Chronico docet Manaſſes. Ἵππος βοΐαις ἐγκολαῖς τοὺς πόδας ὡπλισμένος, μόνον δ' αὐτὸν ἐδέχετο Γάϊον ἀναβάτην, καθάπερ τὸν Ἀλέξανδρον ἵππος ὁ Βουκέφαλος. *Equus bovis ſculptura pedes armatos habens, ſolum Caium ſeſſorem ferebat, ut Alexandrum Bucephalus.* V. & *Buleng. de equo c.* 9.

6. INSTAR i. figuram, effigiem. Gloſſ. Cyril. *Inſtar, ſimilitudo,* ὁμοίωμα. Juſtin. XVIII. 5. 11. *Ex frequentia hominum velut inſtar civitatis effectum eſt.* Noſter ſæpius. V. & Curt. IV. 14. 22. §. 95.

7. ÆDEM hanc conſecravit Cæſar Appian. B. C. II. p. 470. Θυόμενός τε νυκτὸς μέσης, τὸν Ἄρη κατεκάλει, καὶ τὴν ἑαυτοῦ πρόγονον Ἀφροδίτην.... νεών τε αὐτῇ νικηφόρῳ χαριστήριον ἐν Ῥώμῃ ποιήσειν ηὔχετο κατορθώσας. *De media nocte operatus ſacris Martis & genetricis Veneris...illique ædem, ſi juvaret victoriam, vovit Romæ ſacrandam.* fecit Arceſilaus. Plin. XXXV. 12. *Ab hoc* (Arceſilao) *factam Venerem genetricem in foro Cæſaris, & priuſquam abſolveretur, feſtinatione dedicandi poſitam.* In quarta Urbis regione collocat *Pancir. de reg. Urb. p.* 7. De hac *æde* noſt. c. 78. 1: 84. 1.

8. VENERIS GENETRICIS, quia ab illa genus ſuum ducebat. V. 6. 1. §. 9. quamvis & illam Romanis eſſe cultam tradat Macrob. Sat. I. 12. *Cum hodieque in ſacris Martem patrem, Venerem genetricem vocemus.* De *Venere genetrice* agit quoque *Gyrald. Synt. Deor.* XIII. *p.* 381.

CAPUT LXII.

ARG. *Inclinatam aciem reſtituit Cajus Julius Cæſar.*

1 Inclinatam [1] aciem ſolus ſæpe reſtituit, obſiſtens fugientibus, retinenſque ſingulos, & contortis [2] faucibus convertens in hoſtem, & quidem adeo plerumque trepidos, ut aquilifer [3] moranti [4] ſe cuſpide [5] ſit comminatus [6]: alius in manu detinentis reliquerit ſignum.

INCLINATAM i. *in fugam nutantem*, ut Flor. III. 10. 4. quæ nondum quidem fugit, ſed tamen fugam meditatur. Nep. 16. 5. 4. *Jam inclinatæ erant tyrannorum copiæ.*

2. CONTORTIS i. in hoſtem reflexis, *intortas fauces* Plin. VII. 44. quibus rapiebantur fontes, ut docet Soler. de pil. ſect. 8. Cæſar vero ignavos in ignaviæ exprobrationem hoc modo in hoſtem convertit.

3. AQUILIFER eſt qui fert *aquilam*. Hæc modica fuit ex argento, & ſummæ haſtæ inſiſtebat, alis expanſis, pede fulmen aureum tenens. * Dio XL. p. 128. D. Ὁ ἀετὸς ἐστι νεὼς μικρὸς, καὶ ἐν αὐτῷ ἀετὸς χρυσοῦς ἐνίδρυται: καθίσταταί τε ἐν πᾶσι τοῖς ἐκ τοῦ καταλόγου στρατοπέδοις, καὶ οὐδαμόσε ἐκ τῶν χειμαδίων, πλὴν εἴ ποι σύμπας ὁ στρατὸς ἐξίοι, κινεῖται. Καὶ αὐτὸν εἷς ἀνὴρ ἐπὶ δόρατος μακροῦ ἐς ὀξὺ τὸν σύρακα ἀπηγμένου, ὥστε καὶ ἐς τὸ δάπεδον καταπήγνυσθαι, φέρει. *Aquila exigua quædam eſt ſacelli effigies, inque ea aquila aurea eſt collocata. Exigitur autem in omnibus per delectum conſcriptis legionibus, neque prius hibernaculis efferetur, quam univerſus exercitus egrediatur. Eam haſta ſublimi unus vir portat, cujus pars infima in acutam cuſpidem deſinit, ut in ſolum defigi poſſit.* In ſacello incluſæ *aquilæ* effigiem ex columna Trajani exhibet *Salmaſ. Exerc. Plin. p.* 802. *b. E. F.* In reliquis nummis ſine ſacello conſpicitur. Illam *Romanis legionibus C. Marius in ſecundo ſuo conſulatu proprie dicavit, cum antea prima eſſet cum quatuor aliis: lupi, minotauri, equi, aprique ſingulos ordines anteibant.* Plin. X. 4. Plura de *aquila* Lipſ. de Mil. Rom. IV. 5. in Tacit. Ann. II. p. 36. Jun. Anim. III. 2. Fuller. Miſcel. II. 1. Valtrin. Mil. Rom. III. 9. Ferrar. Elect. I. 4.

4. MORANTI n. Cæſari i. detinenti.

5. CUSPIDE i. haſtilis, quo aquila geſtatur, parte inferiori mucronata; deſinebat enim in acutam *cuſpidem*, qua in terram figeretur. Dio. V. illum ſupr. §. 3.

6. COMMINATUS SIT, ἀνέτεινε τὴν οὐραχὸν ἐς τὸν αὐτοκράτορα, *porrexit, protendit cuſpidem in imperatorem.* Appian. B. C. II. p. 466. qui prælio, quo inſignem de Cæſare apud Dyrrachium victoriam abſtulit Pompejus, id accidiſſe narrat.

CAPUT LXIII.

ARG. L. *Caſſium partis adverſæ ſupplicem ad ſe recipit Cajus Julius Cæſar.*

Non

Non minora illa conſtantiæ ejus, imo majora etiam indicia fuerunt. Poſt aciem 1.2
Pharſalicam, cum præmiſſis in Aſiam copiis, per anguſtias Helleſponti [1] vectoria navicula [2] trajiceret, L. Caſſium [3] partis adverſæ cum decem [4] roſtratis [5] navibus obvium ſibi, neque refugit: & cominus [6] tendens, ultro ad deditionem hortatus [7], ſupplicem ad ſe recepit.

Hellespontus, hodie *fretum Gallipoli*, eſt fretum anguſtum ſeptem ſtadiorum inter mare Ægæum & Propontidem, quod Aſiam ab Europa ſeparat. Dicitur quod in illo *Helle* Athamantis filia ſubmerſa perierit. Fabulam prodidit *Hygin. fab.* 1. De illo Mel. I. 1. *Maris anguſtias & introitum nos fretum, Græci πορθμὸν appellant. Ubi primum ſecoarctat, Helleſpontus vocatur.* V. etiam Plin. IV. 11. Diodor. IV. p. 174.

2. Vectoria navicula, quæ trajicit homines, ἐν πορθμείῳ τινὶ Dio XLII. p. 188. C. σκάφεσι μικροῖς Appian. B. C. II. p. 482.

3. L. Cassium etiam Dio vocat: ἐνέτυχε τῷ τῷ Πομπηΐου ναυτικῷ μετὰ τοῦ Κασσίου τοῦ Λευκίου πλέοντι: *incidit in claſſem Pompejanam ſub L. Caſſio navigantem.* Hunc eundem, qui poſtea Cæſarem interfecit, fuiſſe putat Appian. II. p. 483. Ὁ δ' οὕτως ἑαυτὸν ἀτυχῶς ὑπὸ φόβου μόνῳ παραπλέοντι παρέδωκε, ὕστερον ἐν Ῥώμῃ δυναστεύοντα ἤδη κατέκανεν, *& tamen hic qui turpiter ſolo metu ſe dedidit trajicienti, poſt Romæ jam rerum potentem occidit.* Duo enim *Caſſii*, Cajus & Lucius fuerunt inter Cæſaris interfectores: unde *alter Caſſius* noſt. 82. 1. Vide tamen, ſi vis *Xylandrum ad Dionem.* Properabat autem ad Pharnacem, *Appianus.*

4. Decem, Ἑβδομήκοντα τριήρων. *Appianus.*

5. Rostratis i. æneo vel ferreo *roſtro* munitis. Liv. XXXVI. 42. *Livius una & octoginta navibus roſtratis, multis præterea minoribus, quæ aut aperta roſtrata erant, aut ſine roſtris ſpeculatoria. Roſtra Piſæus navibus addidit.* Plin. VII. 57. Erant in navibus trabes prominentiores munitæ ære. Petron. c. 31. *Quorum imam partem quaſi embolum navis aneum finiebat.* Unde Græcis naves χαλκέμβολοι & χαλκόμυτοι νῆες dicuntur. Vel ferro. Vitruv. X. 21. *Is aries habuerat de ferro duro roſtrum, ita ut naves longæ ſolent.* Unde *ferramenta navium* Salluſt. Hiſt. III. dicuntur. Illorum locus prora. Suidas: Ἔμβολος· χάλκωμα πεπυκνωμένον περιτιθέμενον κατὰ πρῴραν ταῖς ναυσὶν, *roſtrum aneum firmum circa navis proram.* V. & *Bayſ. de re nav. p.* 69. *Scheff. de mil. nav.* II. 5.

6. Cominus i. ſtatim, ſine intermiſſione. Tacit. Ann. XII. 12. 5. *Non cominus Meſopotamiam, ſed flexu Armeniam petant.* Virg. Georg. I. 105.

Qui ſemine cominus arva
Inſequitur.

Ubi Servius: *Cominus non ſignificat ex propinquo; ſed ſtatim, ſine intermiſſione, ſignificatus frequentiſſimus eſt in Ciſalpina Gallia. Vulgo enim dicunt: vade ad eum, ſed cominus.*

7. Ad deditionem hortatus. Appian. p. 483. Ὑπὸ δέους τῆς Καίσαρος εὐτυχίας σφαλεὶς δὴ καὶ ὑποπτεύσας τότε ὥσπερ ἐξεπλάγη, καὶ νομίσας ἐπὶ τὸν Καίσαρα ἐπίτηδες ἐπιπλεῖν, τὰς χεῖρας ὤρεγεν ἐς αὐτὸν ἀπὸ τριήρους ἐς σκάφην, καὶ συγγνώμην ᾔτει, καὶ τὰς τριήρεις παρεδίδου. Τοσοῦτον ἴσχυεν ἡ δόξα τῆς Καίσαρος εὐτυχίας. *Horrenda Cæſaris felicitate attonitus, ratusque illum contra ſe navigare de induſtria, manus ſupplices e triremi tendens orabat veniam, & claſſem ei dedidit. Tantum poterat Cæſariana felicitatis opinio.*

CAPUT LXIV.

ARG. *Alexandriæ in mare deſilit, & ad proximam navem nando evadit Cajus Julius Cæſar.*

Alexandriæ [1] circa oppugnationem pontis [2], eruptione hoſtium [3] ſubita compul- 1
ſus in ſcapham [4], pluribus eodem [5] præcipitantibus [6] cum deſiliſſet in mare, nando

Alexandriam. V. Curt. IV. 8. 2. §. 8. Ad Pharum hæc accidiſſe dicunt Plutarch. Cæſ. p. 731. D. Hirt. de Bell. Alex. 19. 1.

2. Pontis, quem *adverſus hoſtem prævallari, & qua exitus navibus erat, fornice exſtructo, quo pons ſuſtinebatur, lapidibus oppleri, atque obſtrui imperaverat.* Hirt. de Bell. Alex. 19. 4.

3. Eruptione hostium ex navibus facta. Hirt. c. 20. §. 2. 3. 4. *Hi primum navigia hoſtium lapidibus ac fundis a mole repellebant, ac multum proficere multitudine telorum videbantur. Sed poſtquam ultra eum locum ab latere eorum aperto auſi ſunt egredi ex navibus Alexandrini pauci, ut ſine ſignis, certiſque ordinibus ſine ratione prodierant, ſic temere in naves fugere cœperunt. Quorum fuga incitati Alexandrini ex navibus egrediebantur, noſtroſque acrius perturbatos inſequebantur.*

4. Scapha linter eſt. Gloſſ. opt. σκάφας lintres, navigium Hirt. Bell. Alex. 21. 1. *acatium* Plutarch. Cæſ. p. 731. D. καταπηδήσας ἀπὸ τοῦ χώματος εἰς ἀκάτιον, *deſiliit ex aggere in acatium.*

5. Eodem i. in Cæſaris navigium, *quod multitudine depreſſum militum una cum hominibus interiit.* Hirt. 21. 3. Plutarchus.

6. Præcipitantibus i. deſilientibus, ſe dejicientibus. Cicer. LL. II. 3. *Fibrenus ſtatim præcipitat in Lirim,*

P

nando per ducentos paſſus, evaſit ad proximam navem, elata [7] læva, ne libelli [8], quos tenebat, madeſierent: paludamentum [9] mordicus [10] trahens, ne ſpolio [11] potiretur hoſtis.

Lirim. Accuſativum addit Curt. IV. 16. 16. *Pleriqne cum hoſtis urgeret, in flumen ſe præcipitaverant.*

7. ELATA, Plutarchus: ἀνέχων ὑπὲρ τῆς θαλάττης.

8. LIBELLI, γράμματα Dioni, βιβλίδια Plutarcho, literarum faſciculus, qui illi redditus erat, continens forte res in Aſia geſtas.

9. PALUDAMENTUM *erat inſigne pallium imperatorum, cocco, purpuraque & auro diſtinctum. De quo Salluſtius, togam, inquit, paludamento mutavit. Erat pallium bellicum.* Iſid. XIX. 24. Unde Apul. Apol. p. 288. *Quod regibus diadema, quod imperatoribus paludamentum.* Græcis φοινικίς. Inde οὐχ ὥσπερ ἔθος ἐστὶ Ῥωμαίων στρατηγοῖς ἐν φοινικίδι προελθεῖν, *non, ut moris erat Romanis imperatoribus, in purpurea proceſſiſſe* dicitur Craſſus Appian. Parth. p. 142. & Plutarch. in Craſſo. Induebat hoc imperator votis in Capitolio auſpicatis. *Cajus enim Flaminius iram infeſtis jam ante patribus movit, quod auſpicato non fuiſſet profectus in Capitolium ad vota nuncupanda, ut inde paludatus ad provinciam iret.* Liv. XXI. 36.

10. MORDICUS i. morſu, dentibus. Plaut. Curc. III. 4. 73.

Os denaſabit tibi mordicus.

Inde idem feſtivo joco *mordices* dentes vocat Aſin. II. 2. 57.

Aſini me mordicibus ſcindant.

11. SPOLIO hoc omnino potitum eſſe hoſtem docent Appian. B. C. II. p. 484. καὶ τὴν χλαμύδα αὐτοῦ λαβόντες οἱ Ἀλεξανδρεῖς περὶ τρόπαιον ἐκρέμασαν, *Alexandrini paludamento potiti affixerunt id tropæo,* & Dio XLII. p. 204. B. dum his addit paludamentum appendiſſe, ὡς καὶ αὐτὸν ἐκεῖνον ᾑρηκότες, *tanquam ipſum ducem cepiſſent.*

CAPUT LXV.

ARG. *Militem probat, tractat, coercet, & ſemper intentum habet Cajus Julius Cæſar.*

1 Militem neque a moribus [1], neque a fortuna [2] probabat, ſed tantum a viribus:
2 tractabatque pari ſeveritate atque indulgentia [3]. Non enim ubique ac ſemper, ſed cum hoſtis in proximo eſſet, coercebat: tum maxime [4] exactor graviſſimus diſciplinæ, ut neque itineris, neque prælii tempus denuntiaret: ſed paratum,
3 & intentum [5] momentis omnibus [6], quo vellet, ſubito educeret. Quod etiam ſi-
4 ne cauſa plerumque faciebat; præcipue pluviis, & feſtis diebus. Ac ſubinde obſervandum [7] ſe admonens, repente interdiu, vel nocte ſubtrahebat, augebatque iter, ut ſerius ſubſequentes defatigaret.

MORES militum omnino obſervarunt duces Romani. Veget. I. 7. *Et hoc eſt, in quo totius reipublicæ ſalus vertitur, ut tyrones non tantum corporibus, ſed etiam animis præſtantiſſimi deligantur. Juventus enim, cui defenſio provinciarum, cui bellorum committenda fortuna eſt, & genere, ſi copia ſuppetat, & moribus debet excellere. Honeſtas enim idoneum militem reddit. Verecundia, dum prohibet fugere, facit eſſe victorem.* Ipſe *non minus ſe in milite modeſtiam & continentiam, quam virtutem atque animi magnitudinem, deſiderare* profitetur B. G. VII. 52. 4. *Mores* itaque hos præſtare debuerint in militia, cum jam nomen dediſſent, utque præſtarent ſeveritate diſciplinæ conſecutus fuerit, quamvis ante fuiſſent ſolutis *moribus*, ut ſatis acute ſcriptores hos conciliat acutiſſimus *Grævius.*

2. FORTUNA i. cenſu, divitiis, quod Græcis dicitur πλουτίνδην δοκιμάζειν, ut obſervat ὁ πάνυ *Caſaubonus.* Et recte. *Scivit* enim *non ex cenſu eſſe virtutem,* ideoque *præterita facultatum contemplatione, vires tantum animoſque ſpectavit.* Romanos vero a *fortuna* probaſſe milites docet nos Nabis Spartanus apud Liv. XXXIV. 31, dum T. Quintio hæc dicit: *vos a cenſu equitem, a cenſu peditem legitis.*

3. PARI SEVERITATE ATQUE INDULGENTIA i. æque ſevere & leniter. *Indulgentia* dicitur de cura paterna circa educationem, qua ſuos exercent molliter & ſuaviter. Tacit. Agric. 4. 3. *Mater Julia Porcilla fuit, in hujus ſinu indulgentiaque educatus per omnem honeſtarum artium cultum pueritiam adoleſcentiamque tranſegit.* Unde Quintil. Inſtit. I. 2. *Mollis illa educatio, quam indulgentiam vocamus.*

4. TUM MAXIME i. ſi unquam, præcipue tunc. ut Tib. 14 7. V. Curt. III. 4. 14. §. 66.

5. PARATUM ET INTENTUM. Liv. XLIV. 34. *Militem hæc tria curare debere, corpus ut quam validiſſimum & perniciſſimum habeat, arma apta, animum paratum ad ſubita imperia.*

6. MOMENTIS OMNIBUS i. quovis tempore. V. Curt. V. 13. 14. §. 37.

7. OBSERVANDUM i. ut ſe *obſervarent*, cuſtodirent, ne quoquam ſe ſubduceret, qui ſolitus erat ſe repente ſubtrahere e conſpectu militum, ita ut ab illis quæreretur. *Obſervari* enim dicuntur, qui nihil

Digitized by Google

nihil agere ſine arbitrio poſſunt. Terent. Andr. I. 2. 142. Obſerves filium. Ubi Donatus: obſervatio in duabus rebus eſt, in obſequio & ſpeculando. V. & Beroaldum & Vall. Eleg. IV. 3.

CAPUT LXVI.

ARG. *Fama hoſtilium copiarum perterritos amplificando confirmat Cajus Julius Cæſar.*

Fama vero hoſtilium copiarum perterritos non negando, minuendove [2] ſed inſu- 1
per amplificando [3] ementiendoque [4] confirmabat. Itaque cum exſpectatio ad- 2
ventus Jubæ [5] terribilis eſſet [6], convocatis ad concionem militibus, *Scitote*, inquit,
pauciſſimis his diebus regem adfuturum cum x *legionibus* [7], *equitum* xxx [8], *levis armatu-
ræ* [9] c *millibus* [10], *elephantis* ccc [11]. *Proinde deſinant quidam quærere ultra, aut opina-
ri* [12], *mihique, qui compertum habeo, credant; aut quidem vetuſtiſſima nave* [13] *impoſitos,
quocunque vento* [14], *in quaſcunque terras jubebo avehi.*

* Fama, *qua bella ſtare* dicit Curt. III. 8. 7. & nos ad illum. §. 14.

* 2. Non negando, minuendove, ut perperam Vitellius, quem carpit Tacit. Hiſt. III. 54. 1. *quod fractis apud Cremonam rebus, nuntios cladis occultans, ſtulta diſſimulatione, remedia potius malorum, quam mala diſtulerit.*

3. Amplificando i. augendo, exaggerando, in majus extollendo. * Liv. XXXV. 52. *Quibus mendaciis de rege, multiplicando verbis copias ejus, erexerat multorum in Græcia animos.*

4. Ementiendo i. jactanter fingendo, ut *ementiri ſtirpem, genus.* Ovid. Met. V. 187.

Qui ſe genitum ſeptemplice Nilo
Ementitus erat.

V. *Torrentium.*

5. Juba rex fuit Mauritaniæ, filius Hiempſalis, qui ſtetit a partibus Pompeji, cujus cauſam populi & ſenatus eſſe cenſuerat, τά τε τοῦ Πομπηΐου, ὡς καὶ τὰ τοῦ δήμου τῆς τε βουλῆς προτιμῶν. *Dio* XLI. *p.* 172. B.

6. Terribilis esset. Hirt. Bell. Afric. 48. 3. *Erat in caſtris Cæſaris ſuperiore tempore magnus terror, & exſpectatione copiarum regiarum exercitus ejus magis ſuſpenſiore animo ante adventum Jubæ commovebatur.* V. & *Appian. B. C.* II. *p.* 488.

7. X legionibus Scipionis, qui ſe Jubæ conjunxerat. Hirt. Bell. Afric. 1. 4. * *Legiones* ſub Cæſaribus pedites ſunt intelligendæ. Crebra enim eſt apud auctores *legionum* & equitum oppoſitio, non tantum hoc loco apud noſtrum; ſed etiam Cicer. Att. VII. 7. *Nunc legiones equitatumque revocari jubet.* Ipſe Livius etiam cum vetuſtiora exponit, huc reſpicit, & a *legionibus* equites diſtinguit, ut per *legiones* pedites intellexiſſe neceſſe ſit, locis quæ adfert *Scheffer. ad Mauric. Strat. p.* 516.

8. Equitum xxx. millibus, *ἱππέας Νομάδας ἐς διςμυρίους* dicit *Appianus*, *equitum Nomadarum ferme* xx. *millia. Infinitum equitatum* Hirtius. Sed hoſtium copias mentiendo auget Cæſar.

9. Levis armaturæ i. leviter armatorum. V. illos ad Curt. VI. 4. 15. §. 54.

10. C. millibus, *magnam vim* Hirtius.

11. Elephantis ccc, cxx Hirtius, lx. Appianus.

12. Quærere aut opinari verborum vim unica ſibi familiari voce *πολυπραγμονεῖν* exprimere Græcos hiſtoricos monet *Caſaubonus.*

13. Vetustissima nave... Fuit hoc apud veteres inter ſupplicii genera. Plin. Paneg. 34. 5. *Congeſti ſunt in navigia raptim conquiſita, ac tempeſtatibus dediti: abirent fugerentque vaſtatas delationibus terras: ac ſi quem fluctus ac procellæ ſcopulis reſervaſſent, hic nuda ſaxa, & inhoſpitale littus incoleret, ageret duram & anxiam vitam, relictaque poſt tergum totius generis humani ſecuritate mæreret.* Noſt. *Tit.* 8. 14. Ita & in Chriſtianos a tyrannis ſævitum fuiſſe docet *Caſaubonus*, & *Lipſ. in Plinium.*

* 14. Quocunque vento etiam adverſo fontes avehi veteres jubebant. Plin. Paneg. 35. 1. *Memoranda facies, delatorum claſſis permiſſa omnibus ventis, coactaque vela tempeſtatibus pandere, iratoſque fluctus ſequi, quoſcunque in ſcopulos detuliſſent.*

CAPUT LXVII.

ARG. *Deſertores & ſeditioſos tantum punit, laſciviendi licentiam permittit, milites commilitones appellat, argentoque & auro politis armis ornat, & clade audita barbam capillumque ſummittit Cajus Julius Cæſar.*

Delicta neque obſervabat [1] omnia, neque pro modo [2] exſequebatur [3]: ſed de- 1
ſertorum [4] ac ſeditioſorum & inquiſitor & punitor acerrimus, connivebat in
cæteris.

Observabat delicta i. habebat pro *delictis.*

2. Modo i. jure conſueto, diſciplinæ militaris inſtitutione. Ita *Caſaubonus.*

3. Exsequebatur i. puniebat. Tacit. Agric. c. 19. *Omnia ſcire, non omnia exſequi.* Noſt. *Cal.* 12. 6. *Veſp.* 14. 1.

4. Desertores ſunt, qui ſigna, locum, aut præſidium, in quo ab imperatore locati, relinquunt. Me-

2 cæteris [5]. Ac nonnunquam poſt magnam pugnam, atque victoriam; remiſſo officiorum munere [6], licentiam omnem paſſim laſciviendi [7] permittebat; jactare ſolitus, *milites ſuos etiam unguentatos* [8] *bene pugnare poſſe*: nec milites eos pro concione, ſed blandiori [9] nomine *commilitones* [10] appellabat: habebatque tam cultos, ut argento, & auro politis armis [11] ornaret, ſimul & ad ſpeciem [12], & quo tenacio-
3 res [13] eorum in prælio eſſent metu damni. Diligebat quoque uſque adeo, ut audita clade Tituriana [14] barbam capillumque ſummiſerit [15], nec ante dempſerit,
4 quam vindicaſſet. Quibus rebus & devotiſſimos [16] ſibi, & fortiſſimos [17] reddidit.

Modeſtin. Digeſt. XLIX. 16. 3. §. 3. 4. *Deſertor eſt, qui per prolixum tempus vagatus reducitur. Is qui exploratione emanet, hoſtibus inſiſtentibus, aut quia foſſato recedit, capite puniendus eſt.*

5. CONNIVEBAT IN CÆTERIS i. reliqua militum delicta oculis quaſi clauſis præteribat, viſa diſſimulabat. Cicer. Phil. 1. 7. *Sed ea ipſa concedo: quibuſdam etiam in rebus conniveo.* Proprie *connivere* eſt oculorum palpebras alternatim movere, modo claudere, modo aperire. Plin. X. 3. *Haliaetus tantum implumes etiamnum pullos ſuos percutiens, ſubinde cogit adverſos intueri ſolis radios, & ſi conniventem humectantemque animadvertit, præcipitat e nido.*

6. REMITTERE OFFICIORUM MUNUS i. illorum, quæ in exercitu debebant agere, veniam dare, illa non exigere. Noſt. Veſp. 18. 5.

7. LASCIVIENDI i. per ludum atque jocum agendi. Quid proprie *laſcivire*, dixi ad Curt. V. 6. 1. §. 2.

8. UNGUENTATOS i. *unguento* delibutos. Illa fumebant ad fœtentis animæ, & gravis halitus de corpore exſpirantis emendationem. Luxuriæ vetus hoc eſt patrocinium. Ita veſte purpurea ſumpta in convivio ſaltaturus dixit Ariſtippus apud Laert. II. §. 127.

Καὶ γὰρ ἐν βακχεύμασιν
Οὖσ' ἥ γε σώφρων οὐ διαφθαρήσεται.
Neque in ſacris Liberi
Pudica mens unquam corrumpitur.

Luxuriæ tamen inſtrumenta eſſe docet Plin. XIII. 3. Et recte Veget. 1. 3. *Neſcio quomodo minus mortem timet, qui minus deliciarum novit in vita.*

9. BLANDIORI i. animum magis demulcente. Plaut. Aſin. III. 1. 22.

an tu tibi
Verba blanda eſſe aurum rere.

Pertinet ad nares: inde *blandum thus*, quod odore naribus *blanditur* Prop. IV. 6. 3. ad oculos: inde *blanda imagines* Prop. I. 20. 21.

10. COMMILITONES, quaſi & ipſe ex numero *militum* eſſet. Mos Imperatoribus ſollennis. Tacit. Hiſt. I. 37. 1. Juſtin. XIV. 2. 8. Curt. IX. 2. 28. Noſt. Galb. 20. 1. Dicuntur & *commilites* Tacit. Ann. I. 43. 3. Gloſſ. Philox: *συστρατιώτης, commiles.* Illos *bellorum ſocios* dicit Cæſar apud Lucan. I. 329. A Cæſare diſſentit Auguſtus infr. c. 25. 1.

11. ARGENTEIS ET AUREIS ARMIS militem ornare non tantum commune fuit pleriſque gentibus; ſed etiam ipſis Romanis. Juven. XI. 108.

Argenti quod erat ſolis fulgebat in armis.

De Titi exercitu Joſeph. Bell. Jud. VI. 15. Μηδὲ τὰ ὅπλα σφῶν αὐτῶν αἰδούμενοι πεποιημένα ἐξ ἀργύρου τε καὶ χρυσοῦ. *Nec arma propria quiſquam erubeſceret auro argentoque facta.* Bruti exercitum exhibet §. 13.

12. SPECIEM i. ornatum, quem in Philopœmenis exercitu notat Plutarch. Philip. p. 361. C. Μεθ' ἡδονῆς διὰ λαμπρότητα καὶ κάλλος ἁπτομένων καὶ φορούντων, ἐναγωνίσασθαί τε βουλομένων, καὶ διακριθῆναι τάχιστα πρὸς τοὺς πολεμίους. *Quæ ob ſplendorem & pulcritudinem verſabant ac ferebant cum voluptate, ut in iis dimicare, & quamprimum cum hoſtibus decernere cuperent.*

13. TENACIORES.... eſſe milites putavit & Brutus apud Plutarch. Brut. p. 1001. E. Κόσμῳ δὲ ὅπλων καὶ λαμπρότητι θαυμαστὸν ἐξεφάνη τοῦ Βρούτου στράτευμα. Χρυσὸς γὰρ ἐν αὐτοῖς τὰ πλεῖστα τῶν ὅπλων καὶ ἄργυρος ἀφειδῶς κατακεχορηγηθείς.... Τὸν δὲ ἐν χερσὶ καὶ περὶ τὸ σῶμα πλοῦτον ᾤετό τι καὶ φρονήματος παρέχειν τοῖς φιλοτιμοτέροις: τοὺς δὲ φιλοκερδεῖς, καὶ μαχιμωτέρους ποιεῖν, ὥσπερ κτήματα τῶν ὅπλων περιεχομένους. *Armorum nitore & ſplendore mirum in modum eminuit Bruti exercitus. Erant enim ex auro pleraque arma, & præbitum fuerat profuſe argentum.... At divitias, quas in manibus & circa corpus ferunt, acuere nonnihil putabat gloriæ cupidos: avaros vero reddere fortiores, quod arma ſicuti pecunias retinerent.*

14. CLADE TITURIANA, de qua ſupr. 25. 1.

15. SUMMISERIT i. neque totonderit, neque raſerit, ſed nutriverit, creſcere ſiverit. Ita caſus ſuos lugere ſolebant ipſi imperatores. Ita *Varro amiſſo ad Cannas exercitu barbam capillumque ſummiſit.* Front. Strat. IV. 5. §. 6. * Cato Uticenſis apud Plutarch. p. 785. A. Ἀπ' ἐκείνης λέγεται ἡμέρας μήτε κεφαλὴν ἔτι κείρασθαι, μήτε γένειον, πένθος δὲ καὶ κατήφειαν, καὶ βαρύτητος ἐπὶ ταῖς συμφοραῖς τῆς πατρίδος, ἓν σχῆμα νικώντων ὁμοίως καὶ νικωμένων, ἄχρι τελευτῆς διαφυλάξαι. *Ex ea die dicitur neque capillum, neque barbam totondiſſe: luctus, mœſtitiæ, doloris ob calamitatem patriæ unum habitum, ſive vincerent, ſive vincerentur, retinuiſſe uſque ad extremum.* & apud noſtr. *Aug.* 23. 4. *Cal.* 24. 6. V. *Kirchm. Fun.* 12. 13. *Hotman. de Barba* §. 14. & ad hunc locum *Donatum.*

16. DEVOTISSIMOS i. valde deditos, addictos. Juven. IX. 71.

Ni

Ni tibi deditus eſſem,
Devotuſque cliens.

Noſt. *Tib.* 67. 5. De *devotis*, qui *ſoldurii* appellabantur, ipſe Cæſ. B. G. III. 22. §. 1. 2. 3. Exempla plurima collegit *Borrich. de var. LL. at. p.* 84.

17. Fortissimos, quales *facit milites amor principis*. Nazar. Paneg. c. 19.

CAPUT LXVIII.

ARG. *Promptiſſimo & fortiſſimo exercitu utitur Caius Julius Cæſar.*

Ingreſſo civile bellum, centuriones cujuſque legionis ſingulos equites [1] e viatico [2] ſuo obtulerunt, & univerſi milites gratuitam & ſine frumento ſtipendioque operam, cum tenuiorum tutelam [3] locupletiores in ſe contuliſſent: neque in tam diuturno ſpatio quiſquam omnino deſcivit [4]: plerique capti conceſſam ſibi ſub conditione vitam, ſi militare adverſus eum vellent, recuſarunt [5]. Famem & cæteras neceſſitates [6] non cum obſiderentur modo, ſed & ſi alios ipſi obſiderent, tantopere tolerabant, ut Dyrrachina munitione Pompejus, viſo [7] genere panis ex herba [8], quo ſuſtinebantur, *cum feris* [9] *ſibi rem eſſe* dixerit, amoverique ocyus, nec

1

2

Centuriones singulos equites *obtulerunt* i. quiſque *centurio* ſe equitem armaturum & ſuſtentaturum pollicebatur.

2. Viatico i. pecunia, facultatibus, bonis. Horat. Epiſt. II. 2. 26.

Luculli miles collecta viatica multis
Ærumnis....

Ulpian. Digeſt. XII. 1. *Si filiusfamilias viaticum ſuum mutuum dederit.* Gell. XVII. 2. *Ut facile intelligeretur magnum viaticum ex ſe atque in ſe ad rempublicam evertendam habere. Magnum viaticum pro magna facultate, & parata magno, poſitum eſt.: videturque Græcos ſecutus, qui ἐφόδιον a ſumptu viæ ad aliarum quoque rerum apparatus traducunt.* V. quoque *Oiſel. in Gellium.*

3. Tutelam i. neceſſitatum omnium exhibitionem. *Tueri* eſt alere. Macrob. II. 2. *Moleſtum teſtem interrogavit, quia ſutorem ſciebat, quo artificio ſe tueretur.* Et ita Scævola Digeſt. XV. 3. 20. *Sine quibus aut ſe tueri, aut ſervos paternos exhibere non poſſet.* §. 21. *Convenit inter omnes, ubi etiam pater, aut ipſa ſe tueretur.* Noſt. *Aug.* 49. 6.

4. Descivisse *neminem, aut militem, aut equitem a Cæſare ad Pompejum ante id tempus, quo Allobroges duo fratres Roſcillus & Ægus ex equitum numero ad Pompejum tranſiverunt cum iis, quos ſui conſilii participes habebant*, docet ipſe B. C. III. 59. 60. & 61. nam & Labienum a ſe defeciſſe non obſcure innuit ibid. 71. 4. dum *perfugam* nominat: *Labienus captivos productos, quo major perfugæ fides haberetur, commilitones appellans interfecit*: & *transfugam* Lucan. V. 346.

Fortis in armis
Cæſareis Labienus erat, nunc transfuga vilis.

5. Capti recusarunt.... inter illos fuit Granius Petronius quæſtor deſignatus, qui capta in Africa Cæſaris navi Scipioni ſalutem danti reſpondit: ὅτι τοὺς Καίσαρος στρατιώτας οὐ λαμβάνειν, ἀλλὰ διδόναι σωτηρίαν ἔθος ἐστίν, *Cæſaris milites non accipere, ſed dare ſalutem conſueſſe.* Plutarch. Cæſ. p. 715. D. & centurio legionis XIV. qui nave ex claſſe errabunda capta, & a Varo deductus ad Scipionem vitam & incolumitatem pollicentem illi reſpondit: *egone contra Cæſarem imperatorem meum, apud quem ordinem duxi, ejusque exercitum, pro cujus dignitate victoriaque amplius* XXXVI. *annis depugnavi, adverſus armatusque conſiſtam?* Hirt. de Bell. Afric. 45. 3. Hæc quoque *Beroaldus*.

* 6. Necessitates i. caſus, adverſitates, in quas inciderat. Ita & Tib. 47. 2.

* 7. Viso, quia Cæſaris milites panes illos provecti ad Pompeji ſtationes, intromiſerunt & projecerunt, cum his verbis, quouſque tellus ejuſcemodi ferret radices, non defuturos ſe obſidere Pompejum. Plutarch. Cæſ. p. 726. E. Διαπλάσαντες ἐξ αὐτῆς ἄρτους, καὶ ταῖς προφυλακαῖς τῶν πολεμίων ἐπιδραμόντες, ἐσφαλλον ἔσω καὶ διεῤῥίπτουν, ἐπιλέγοντες, ὡς ἄχρι ἂν ἡ γῆ τοιαύτας ἐκφέρῃ ῥίζας, οὐ παύσονται πολιορκοῦντες Πομπήιον.

8. Herbam hanc *lapſanam* vocat. Plin. XIX. 8. *Nec non olus quoque ſylveſtre eſt, triumphorum D. Julii carminibus præcipue jociſque militaribus celebratum. Alternis quippe verſibus exprobravere lapſana ſe vixiſſe apud Dyrrachium, præmiorum parſimoniam cavillantes.* *Caram* appellat ipſe B. C. III. 48. 4. *Genus radicis inventum ab illis, qui fuerant cum Valerio, quod appellatur cara, quod admiſtum lacte multum inopiam levabat. Ex hoc effectos panes.... Cara* radicem elixam paſtinacæ modo ad edendum eſſe dicit Dioſcor. III. 59. ἡ δὲ ῥίζα ἑφθὴ ἐδώδιμος ὥσπερ σταφυλῖνος. Per diminutionem hodie nos dicere *carottam* contendit *Salmaſ. Exerc. Plinian. p.* 159. *a. B.* De hac *herba* bene multa *Berneggerus*.

9. Cum feris. Appian. B. C. II. p. 465. Αὐτόμολοί τε Πομπηίῳ τοιούς δὲ ἄρτους προσήνεγκαν, ὡς εὐφρανοῦντες ἰδόντα: ὁ δ' οὐχ ἥσθη, ἀλλ' εἶπεν, οἵοις θηρίοις μαχόμεθα.

nec cuiquam oſtendi, juſſerit: ne patientia & pertinacia [10] hoſtis animi ſuorum
3 frangerentur. Quanta fortitudine dimicaverint, teſtimonio eſt, quod adverſo ſemel apud Dyrrachium [11] prælio, pœnam in ſe ultro depopoſcerunt [12]: ut conſo-
4 landos [13] eos magis imperator, quam puniendos habuerit. Cæteris præliis innumeras adverſariorum copias [14] multis partibus [15] ipſi pauciores facile ſuperaverunt.
5 Denique una ſextæ legionis cohors præpoſita caſtello [16], quatuor Pompeji legiones per aliquot horas ſuſtinuit, pæne omnis [17] confixa multitudine hoſtilium ſa-
6 gittarum: quarum centum ac triginta millia [18] intra vallum reperta ſunt. Nec mirum, ſi quis ſingulorum facta reſpiciat, vel Caſſii Scævæ [19] centurionis, vel C.
7 Acilii militis, ne de pluribus referam. Scæva, excuſſo oculo [20], transfixus femore & humero, centum & viginti [21] ictibus ſcuto perforato, cuſtodiam portæ
8 commiſſi caſtelli retinuit [22]. Acilius [23] navali ad [24] Maſſiliam [25] prælio, injecta in puppem hoſtium dextra, & abſciſſa, memorabile [26] illud apud Græcos Cynægi-
ri

χόμεθα. *Transfugæ Pompejo hos panes obtulerunt ut rem lætam: ille vero non lætatus eſt, ſed dixit, cum qualibus pugnamus beſtiis.*

10. PERTINACIA i. conſtantia. V. Curt. v. 9. 4. §. 16. Illam ἀγριότητα καὶ ἀπάθειαν vocat Pompejus apud *Plutarch. Cæſ. p.* 726. *F.*

11. DYRRACHIUM V. *ſupr.* 36. 2. §. 5.

12. POENAM DEPOPOSCERUNT. Appian. B. C. II. p. 467. Καὶ ἐκ παραδόξου μεταβολῆς ἐκέλευον τῷ πατρίῳ νόμῳ διακληρώσαντα αὐτοὺς, τὸ δέκατον μέρος ἀναιρεῖν: οὐ πειθομένου δὲ τοῦ Καίσαρος μᾶλλον ᾐδοῦντο, καὶ συνεγίνωσκον αὑτοῖς οὐκ ἀξίως ὑπὸ σφῶν ἡσσῆσθαι, καὶ τοὺς φέροντας τὰ σημεῖα κτείνειν ἐπῄεσαν, ὡς οὐκ ἂν αὐτοὶ ποτὲ φυγόντες, εἰ μὴ τὰ σημεῖα προαπεστράφη: ὡς δὲ ὁ Καῖσαρ οὐδὲ τοῦτ' ἀνασχόμενος ὀλίγους μόλις ἐκόλασεν: *Et mirum in modum mutati depoſcebant decimationis ex more patrio ſupplicium: Cæſare vero non obtemperante eo magis pudebat admiſſi dedecoris in cujus minime oportebat injuriam: & expetebant ad necem ſigniferos, ut qui non fuiſſent fugituri, niſi qua ſigna verterent: ut vero Cæſar ne hoc quidem paſſus vix in paucos animadvertit.*

13. CONSOLANDOS HABUERIT i. neceſſe fuerit ut *conſolaretur.* Plin. Epiſt. I. 7. *Quæ nunc cum ſicis & boletis certandum habent.* I. 8. *Cum enitendum haberemus, ut quod parentibus dabatur, etiam nobis probaretur.*

14. INNUMERAS COPIAS. Plin. VII. 25. *Nam præter civiles victorias undecies centum & nonaginta duo millia hominum occiſa præliis ab eo.*

15. MULTIS PARTIBUS i. multo. Cicer. Fam. I. 2. *In Hortenſii ſententiam multis partibus plures ituros.*

16. CASTELLO, quod ad Dyrrachium Pompejo objecerat Cæſar.

17. OMNIS COHORS i. iſtius cohortis omnes milites. Cæſ. B. C. III. 53. 3. *In caſtello nemo fuit omnino militum, quin vulneraretur.*

18. CENTUM AC TRIGINTA MILLIA. Ipſe B. C. III. 53. 4. *Quum laboris ſui periculique teſtimonium afferre vellent, millia ſagittarum circiter XXX. in caſtellum conjecta Cæſari renumeraverunt.*

* 19. CASSII SCÆVÆ, qui in Campenſi aliisque MSS. plene exprimitur *M. Cæſius Scæva.* Et ita Pigh. ad Val. Max. III. 2. 23. putat reſtituendum tum hoc loco, tum apud Appianum, apud quem nominum errore de duobus, uno Scæva, & altero Minutio hæc hiſtoria ſcribi videtur, quam uno conſenſu Cæſar, Lucanus, Suetonius & Valerius uni adſcribunt.

20. EXCUSSO OCULO ſiniſtro. Lucan. VI. 213-227. Cæſar ib. n. 3. *quatuor ex illa cohorte oculos amiſiſſe* dicit, in quibus Minutium quendam, qui & ſex accepiſſet vulnera, fuiſſe narrat Appianus.

21. CENTUM ET VIGINTI, quem numerum invenies apud *Flor.* IV. 2. 40. *Val. Max.* III. 2. 23. *Appian. B. C.* II. *p.* 465. ſed *centum & triginta foramina in eo ad* Cæſarem *relato inventa* fuiſſe dicunt *Cæſ. B. C.* III. 53. 4. & *Plutarch. Cæſ. p.* 715. *B.*

22. CUSTODIAM RETINUIT προπηδήσας κατέσεισεν, ὡς εἰπεῖν τι βουλόμενος: σιωπῆς δ' αὐτῷ γενομένης, Πομπηίου λοχαγόν ἐπὶ ἀνδρίᾳ γνώριμον ἐκάλει, σῶζε τὸν ὅμοιον σεαυτῷ, σῶζε τὸν φίλον, καὶ πέμπε μοι τοὺς χειραγωγήσοντας, ἐπεὶ τέτρωμαι. Προσδραμόντων δ' ὡς αὐτομολοῦντι δύο ἀνδρῶν, τὸν μὲν ἔφθασε κτείνας, τοῦ δὲ τὸν ὦμον ἀπέκοψε: καὶ ὁ μὲν τάδε ἔπραξεν ἀπογνώσει ἑαυτοῦ καὶ τοῦ φρουρίου: τοῖς δ' ἄλλοις αἰδὼς ἐπὶ τῷ συμβεβηκότι καὶ ὁρμὴ προσέπεσε, καὶ τὸ φρούριον περιεσώθη. *Ante ordines cum proſiliiſſet, & manum moviſſet quaſi dicturus aliquid: ſilentio vero facto Pompejanum centurionem virtute nobilem appellabat, ſerva tui ſimilem, ſerva amicum, mitte qui me manu ducant ſaucium. Quumque tanquam ad transfugam duo viri accurriſſent, alterum occidit prinſquam dolum ſentiret, alterius abſcidit humerum, idque fecit de ſe ac caſtello deſperans: tum vero cæteri ab hoc caſu receperunt animos, & caſtellum ſervatum eſt.* Appian. p. 465. Pugnantem deſcribit *Lucan.* VI. 186-195. & *Aulum* vocat centurionem illum, quem evocatum transfoderit Scæva *n.* 236.

23. C. ACILIUS *decimæ legionis miles* fuit. Val. Max. III. 2. 22.

24. AD i. apud. Liv. II. 53. *Dum hæc ad Vejos geruntur.* V. *Vechn. Hell.* II. 3.

25. Maſ-

ri [27] exemplum imitatus, tranſilivit in navem umbone [28] obvios agens [29].

25. Massiliam deſcripſi ſupr. 34. 3. §. 25.

26. Memorabile. Val. Max. III. 2. 22. *Cynægirum verboſa laudum ſuarum cantu Græcia omnium ſæculorum memoriæ literarum inculcat.*

27. Cynægirus fuit *filius Euphorionis* Herod. VI. p. 424. *miles Athenienſis* Juſtin. II. 9. 16. qui Perſicam navem receptui ſe dantem, ἀναγομένην ναῦν Plutarch. Paral. §. 2. *dextera manu tenuit, nec prius dimiſit, quam manum amitteret: tum quoque amputata dextra, navem ſiniſtra comprehendit; quam & ipſam cum amiſiſſet, ad poſtremum morſu navem detinuit.* Juſtin. n. 17. 18. Hunc *Medicorum bellorum in Græcia fulmen* vocat *Marcell.* XXIV. 6.

28. Umbone i. clypeo, θυρεὸν vocat Plutarch. Cæſ. p. 715. A. Serv. Æneid. IX. 80. *umbo i. ſcutum. Nam totum a parte ſignificat.* Proprie eſt media pars ſcuti, quæ cum rotundo tumore protuberat & exſeritur. Unde & *umbo clypei* dicitur Virg. Æneid. II. 546.

29. Agens i. propellens, avertens. Flor. II. II. 5. *Utrique fundis ſagittiſque acti.* Plutarchus: τύπτων εἰς τὰ πρόσωπα τοὺς πολεμίους, ἀπέστρεψε πάντας, καὶ τοῦ σκάφους ἐπεκράτησεν: *quo pulſans hoſtium ora omnes avertit, & navi eſt potitus.*

CAPUT LXIX.

ARG. *Seditiones compeſcit, nonam legionem cum ignominia dimittit, ægreque reſtituit Caius Julius Cæſar.*

Seditionem per decem annos [1] Gallicis bellis nullam omnino moverunt, civilibus [2] aliquas: ſed ut celeriter ad officium [3] redierint, nec tam indulgentia ducis, quam auctoritate. Non enim ceſſit unquam tumultuantibus, atque etiam obviam [4] ſemper iit. Et nonam quidem legionem [5] apud Placentiam [6], quamquam adhuc in armis [7] Pompejus eſſet, totam cum ignominia [8] miſſam fecit: ægreque poſt multas, & ſupplices preces, nec niſi exacta de ſontibus [9] pœna, reſtituit.

(The numbers 1, 2 and 3 are printed in the right margin beside the lines of this paragraph.)

Per decem annos.... Suetonium erraſſe notavi *ſupr.* 25. I. §. I.

2. Civilibus bellis ſeditiones moviſſe Cæſaris milites mirum non eſt, quia in illis duces militibus ob ſceleris ſocietatem obnoxii ſunt, & ne ad adverſarios tranſeant, laxius illos habere debent. Exempla ſunt obvia. Hujus ſeditionis hanc eſſe cauſam docet Dio XLI. p. 165. C. Καὶ γὰρ ἤλπιζον οὐδενὸς ἀτυχήσειν παρ' αὐτοῦ, ἅτε καὶ ἐν χρείᾳ τοσαύτῃ σφῶν ὄντος. *Etenim nihil putabant fore, quod ab eo impetrare non poſſent adeo ipſorum opera indigente.*

3. Officium i. obſequium imperatori debitum. Nep. I. 7. I. *pleraſque ad officium redire coegit.*

4. Obviam quomodo ierit tumultuantibus de hac ſeditione agens eleganti oratione docet Lucan. V. 316..... & multo verboſiore Dio XLI. p. 165. D.....

5. De legionis hujus ſeditione Dio. C. Καὶ στρατιωτῶν τινῶν ἐν Πλακεντίᾳ στασιασάντων, καὶ μήτ' ἀκολουθῆσαι οἱ ἐθελόντων, πρόφασιν μὲν, ὡς τεταλαιπωρημένων, τὸ δ' ἀληθὲς, ὅτι μήτε τὴν χώραν διαρπάζειν, μήτε τἆλλα ὅσα ἐπεθύμουν, ποιεῖν αὐτοῖς ἐπέτρεπε: *Et Placentiæ quidam milites tumultuabantur, imperiumque detrectabant, prætendentes ſe jam confectos laboribus eſſe, re autem vera, quod ipſis diripiendæ regionis, cæterarumque ſuarum cupiditatum exſequendarum poteſtatem non faciebat.* Appian. B. C. II. p. 457. illos præfectis reclamaſſe dicit, ὡς ἔν τε τῇ στρατείᾳ βραδύνοντας, καὶ τὰς πέντε μνᾶς οὐ λαβόντας, ἅς ποτε δωρεὰν αὐτοῖς ὁ Καῖσαρ ἔτι περὶ Βρεντέσιον ὑπέσχετο: *bellum eos trahere, nec ſingulis quinas minas reddere, quas donativi nomine Cæſar illis Brundiſii pollicitus fuerat.*

6. Placentia colonia Romanorum in Gallia Ciſalpina. Polyb. III. 40. *pridie Cal. Jan. primo anno belli Punici deducta P. Cornelio Scipione patre Africani, T. Sempronio Longo Coſſ.* Aſcon. in Cicer. p. 155.

* 7. Adhuc in armis. Atqui bello civili Pompejus *arma* nonniſi cum vita depoſuit; ſed ſeditio hæc mota eſt poſt devictos Petrejum & Afranium, Cæſare ex Hiſpania redeunte, adeoque ante pugnam Pharſalicam. Videtur ergo *adhuc* abundare. *Torrentius.*

8. Ignominiosa miſſio eſt, cum quis propter delictum ſacramento ſolvitur. Ulpian. Digeſt. III. 2. 2. 2. *Ignominiæ cauſa hoc ideo additum eſt, quoniam multa genera ſunt miſſionum. Eſt honeſta, quæ emeritis ſtipendiis, vel ante ab imperatore indulgetur: cauſaria, quæ propter valetudinem laboribus militiæ ſolvit: eſt ignominioſa. Ignominioſa autem miſſio toties eſt, quoties is qui mittit, addit nominatim, ignominiæ cauſa ſe mittere.* Julii exemplum ſecutus eſt Auguſtus infr. c. 24. 3.

9. Sontibus, θρασυτάτοις, *audaciſſimis*; ut Dio XL. p. 170. A. *ſeditionis auctoribus*, ut Appianus: Ὁ δὲ Καῖσαρ μόλις τε καὶ κατ' ὀλίγον ἐνδιδοὺς, ἐς τοσοῦτον ὅμως ὑφῆκεν, ὡς ἑκατὸν καὶ εἴκοσι μόνους (οἳ κατάρξαι μάλιστα ἐδόκουν) διακληρῶσαι, καὶ δώδεκα αὐτῶν τοὺς λαχόντας ἀνελεῖν: *Cæſar ægre & cunctanter exoratus hactenus tamen pœnam remiſit, ut ex CXX. ſolis, qui præcipui ſeditionis auctores videbantur, in duodecim ſorte ductos animadverteret.*

CAPUT LXX.

ARG. *Decumanos miſſionem & præmia flagitantes adit, dimittit, circumagit, præda, agrique deſtinati tertia parte mulctat Cajus Julius Cæſar.*

1 Decumanos [1] autem Romæ [2] cum ingentibus minis, ſummoque etiam Urbis periculo, miſſionem [3] & præmia [4] flagitantes [5], ardente [6] tunc in Africa [7] bello, neque adire [8] cunctatus eſt, quamquam deterrentibus amicis, neque dimittere [9]: ſed una voce, qua *Quirites* [10] eos pro militibus appellarat, tam facile circumegit [11] & flexit, ut ei *milites* eſſe confeſtim reſponderint: & quamvis recuſantem ultro in Africam ſint ſecuti: ac ſic quoque ſeditioſiſſimum quemque & prædæ & agri deſtinati tertia parte multavit.

Decumanos 1. decimæ legionis milites. Per *u* ſcribebant veteres, ut *decumum.* Legiones non a tribunis, ſed a primo numero incipientes, ordine illas ſucceſſive nominaverunt Romani. Exemplis ſic ſatis multis ad hunc locum hoc docet *Donatus.* Hiſce plurimum fidebat Cæſar, ut ipſe narrat B. G. 1. 40. 15. *Se cum ſola decima legione iturum, de qua non dubitaret, ſibique eam prætoriam cohortem futuram. Huic legioni Cæſar & indulſerat præcipue, & propter virtutem confidebat maxime.* Unde apud Appian. B. C. 11. p. 486. dicit *dolere ſibi, quod decumani ſemper prælati aliis tales tumultus cieant:* *ἄχθεσθαι ὅτι καὶ τὸ δέκατον τέλος, ὃ προετίμησεν αἰεί, τοιαῦτα θορυβεῖ.*

2. Romam ut venirent, & quid peterent, ut ſibi exponerent, permiſit Cæſar militibus in Africam præmittendis in Campania tumultuantibus ad cædem uſque legatorum. Duos viros prætorios, Coſconium & Galbam interfecerunt, & Cajus Criſpus Salluſtius internuntius fuga ſibi conſuluit. V. *Dion.* XLII. *p.* 209. *D. Appian. B. C.* 11. *p.* 485. *Plutarch. Cæſ. p.* 732. *A.*

3. Missionem honeſtam V. ſupr. 69. §. 8.

4. Præmia i. agros ipſe dixit; agri enim poſt impleta ſtipendia militibus diſtribui ſolebant. Lucan. 1. 341.

His ſaltem longi, non cum duce, præmia belli
Reddantur, miles ſub quolibet iſte triumphet:
Conferet exſanguis quo ſe poſt bella ſenectus?
Quæ ſedes erit emeritis? quæ rura dabuntur?
Quæ noſter veteranus arent?

5. Flagitare eſt vehementer, & plus quam poſtulare. Cicer. pro Quint. c. 3. *Tametſi cauſa poſtulat: tamen quia poſtulat, non flagitat, præteribo.* Vall. Eleg. v. 58. Noſter ſæpius.

6. Ardente i. extante. Nam, ut ait Mart. Cap. in libr. v. *Interdum verba transferuntur decoris cauſa, ut bellum ſubito exarſit, pro extitit.* V. *Beroaldum.*

7. In Africa adverſus Scipionem & Jubam. c. 36. 1.

8. Adiit illos in campo Martio hærentes. Appian. 11. p. 486. *αὐτοῖς ἔτι στασιάζουσιν ἐς τὸ Ἄρειον πεδίον ἐπῆλθε.*

9. Dimisit, *ὡς μηδὲν δῆθεν αὐτῶν δεόμενος καὶ τοῖς τὸν τεταγμένον χρόνον ἐστρατευμένοις καὶ τὰ γέρα ἐντελῆ δώσειν ὑπέσχετο, ut quibus ad nullam rem indigeret, pollicitus ſe eis, qui legitimum tempus meruiſſent, præmia quoque integra daturum,* Dio p. 210. B.

10. Quirites i. cives urbanos, non milites, quorum nomen honorificentius quam *quiritum*, cum *quirites* plebeji etiam ignobiles, qui nullam reipublicæ operam navaverunt, poſſint eſſe. *Quiritis* nomen privatam quoque vitam, *militis* ornamentum non mediocre deſignat. Plutarch. Cæſ. p. 732. A. *Ἐπετίμησε μὲν αὐτοῖς τοσοῦτον ὅσον ἀντὶ στρατιωτῶν πολίτας προσαγορεῦσαι. Hactenus caſtigavit milites: quod pro militibus quirites appellaverit.* Ita Alexander Severus apud Lamprid. c. 53. ſeditioſos increpat *milites: vos omnes hodie una voce quirites; non enim digni eſtis, qui Romanæ plebis ſitis, ſi jus Romanum non agnoſcitis?* V. & *Turneb. Adv.* XXIV. 14. *Fabr. Semeſt.* 1. 17. *Pium Annot. poſt. c.* 187.

11. Circumegit i. a prava illa mente & ſeditione retraxit. Sen. Contr. 1. 8. *Ad hæc nova & diverſa imperia ſubito me circumagi putas poſſe? non ita eſt. Compeſcuit* Tacit. Ann. 1. 42. 4. *Divus Julius ſeditionem exercitus verbo uno compeſcuit, quirites vocando, qui ſacramentum ejus detrectabant.*

CAPUT LXXI.

ARG. *Maſintham abſtrahentibus eripit, apud ſe occultat, & in Hiſpaniam lectica ſua avehit Caius Julius Cæſar.*

1.2 Studium [1] & fides [2] erga clientes [3] ne juveni quidem defuerunt. Maſintham [4] nobilem

Studium in ornandis.

2. Fides in defendendis.

3. Clientes. Moris fuit antiquitus, ut provinciales & ſocii populi Romani vel toti ſenatui vel proceribus potentioribus in *clientelam* ſeſe darent, ut illorum ductu & patrocinio defenderentur. Cicer.

nobilem juvenem, cum adverſus Hiempſalem [5] regem tam enixe defendiſſet, ut Jubæ regis [6] filio in altercatione [7] barbam invaſerit [8], ſtipendiarium [9] quoque pronuntiatum, & abſtrahentibus ſtatim eripuit, occultavitque [10] apud ſe diu, & mox ex prætura proficiſcens in Hiſpaniam, inter officia proſequentium [11], faſceſque lictorum lectica [12] ſua avexit.

cer. Divin. c. 21. *Clariſſimi viri noſtræ civitatis temporibus optimis, hoc ſibi ampliſſimum, pulcerrimumque ducebant, ab hoſpitibus clientibuſque ſuis, ab exteris nationibus, quæ in amicitia populi Romani, ditioneque eſſent, injurias propulſare, eorumque fortunas defendere.* Quo gradu Romanis fuerint, qui ſeſe in illorum fidem & patrocinium dediderunt, docet Gell. IV. 13. Illos ad imitationem Theſſalorum & Athenienſium inſtituit, & unicuique de plebe, ut, quem ſibi vellet, patronum eligeret, permiſit Romulus. Dionyſ. II. p. 84. hiſce docet. Ἐπιτρέψας ἑκάστῳ τῶν ἐκ τοῦ πλήθους, ὃν αὐτὸς ἐβούλετο, νέμειν προστάτην. Ἔθος Ἑλληνικὸν καὶ ἀρχαῖον, ᾧ Θετταλοί τε μέχρι πολλοῦ χρώμενοι διετέλεσαν, καὶ Ἀθηναῖοι κατ' ἀρχάς. Ἐκάλουν δὲ Ἀθηναῖοι μὲν θῆτας τοὺς πελάτας, ἐπὶ τῆς λατρείας· Θετταλοὶ δὲ πενέστας, ὀνειδίζοντες αὐτοῖς εὐθὺς ἐν τῇ κλήσει τὴν τύχην.

4. Masintha hic videtur fuiſſe ex ſtirpe regia ortus unius alicujus eorum Africæ regum, qui in Africa, quod Romanis reſtitiſſent, periere amiſſo regno. Hunc veteris ſplendoris umbram aliquo modo retinentem pendere ſibi ſtipendia Hiempſal pridem a populo Romano Rex ſalutatus adnitente Sulla jubebat. Re ad ſenatum delata, Maſintha Romam venit, Hiempſal filium Jubam mittit: ibi magna contentione actum eſt diviſis ſenatorum ſtudiis. Vicit tandem Juba, & Maſintha pronuntiatus Jubæ ſtipendiarius. V. *Caſaubonum.*

5. Hiempsal rex fuit Numidarum. Hunc regem inſtituit Pompejus. *Plutarch. Pomp. p.* 624.

6. Regis Hiempſalis.

7. Altercatione i. contentione, jurgio. V. ſupr. 23. 1. §. 6.

8. Invadere violentiæ verbum eſt. Virg. Æn. II. 265. *Invadunt urbem ſomno vinoque ſepultam.* Petron. c. 16. *Invaſerat pallium.*

9. Stipendiarium i. vaſallum, qui non libera, ſed aliis obligata poſſidet, & vectigal quotannis inde pendit. Gloſſ. opt. *ſtipendiarius*, ὑποτελής.

10. Occultandi ſui gratia lecticis uti ſolebant. Cicer. Phil. II. 41. *Obviam & proceſſit magna ſane multitudo. At iſte operta lectica latus eſt per oppidum ut mortuus.* Noluit enim a quoquam ſalutari, propterea ſe intra lecticam abdidit. *Scheff. de re veh.* II. 5.

11. Inter officia prosequentium i. in turba amicorum ad portam ſalutarem illum deducentium. In provinciam abituros pro prætore aut proconſule illic ſalutabant clientes, aliique amici. Liv. XLII. 49. *Per hos forte dies P. Licinius conſul votis in Capitolio nuncupatis paludatus ab Urbe profectus eſt. Semper quidem ea res cum magna dignitate ac majeſtate geritur, præcipue tamen convertit oculos animoſque cum ad magnum nobilemque aut virtute, aut fortuna hoſtem euntem conſulem proſequuntur.... Cum his cogitationibus omnium ordinum homines proficiſcentem conſulem proſecuti ſunt.* Noſt. *Aug.* 29. 7.

12. Lectica operta, qua in itineribus uſos fuiſſe veteres docet §. 10. Illam contra hominum aſpectum, ſive aeris injurias undique, niſi quod feneſtræ quædam in ea ad proſpectum, quas velo, vel linteo, quod dimovere, ſeu adducere pro vehentis voluntate licuerit, texerint, clauſam pluribus probat Lipſ. Elect. I. 19. Erat octophorus, quo & iter fecit Verres apud Cicer. Verr. V. 11. *Ut mos fuit Bithyniæ regibus lectica octophoro ferebatur.* Caligula apud *noſtr.* 43. 2. V. & *Aug.* 53. 12.

CAPUT LXXII.

ARG. *Amicos magna facilitate & indulgentia tractat Cajus Julius Cæſar.*

Amicos tanta ſemper facilitate [1] indulgentiaque tractavit, ut C. Oppio comitanti ſe per ſylveſtre iter, correptoque ſubita valetudine, & in diverſorio loco [2], quod

1. Facilitas eſt qua de noſtro jure in amicorum gratiam facile remittimus. Nep. Attic. 15. 1. *Ejus comitas non ſine ſeveritate erat, neque gravitas ſine facilitate.*

2. In diversorio loco ceſſerit. Locus hic varie vexavit eruditos, ut, quo loco illud *loco* reponerent, neſciverint. Grævius pro *loco cubiculo* legit. Et recte. Nam ita Plutarch. Cæſ. p. 716. B. Ἐν ὁδῷ δέ ποτε συνελασθεὶς ὑπὸ χειμῶνος εἰς ἔπαυλιν ἀνθρώπου πένητος, ὡς οὐδὲν εὗρε πλέον οἰκήματος ἑνὸς γλίσχρως ἕνα δέξασθαι δυναμένου. *Compulſus aliquando in itinere per tempeſtatem in hominis pauperis caſam, ubi nihil præter unum cubiculum reperit, quod vix unum poſſet capere.* Ubi οἴκημα *cubiculum* eſt, ut meretricis cella Polluci VII. 33. 9. πορνεῖα, οἰκήματα: IX. 5. Πορνεῖα, ἃ καὶ οἰκήματα ἄν τις εἴποι. Achil. Tat. II. p. 107. Xo-

2 quod unum erat, ceſſerit [3], & ipſe humi [4] ac ſub divo [5] cubuerit. Jam autem rerum potens [6], quoſdam etiam infimi generis ad ampliſſimos honores provexit.
3 Quum ob id culparetur, profeſſus eſt palam, *ſi graſſatorum* [7] *& ſicariorum* [8] *ope in tuenda ſua dignitate uſus eſſet, talibus quoque ſe parem gratiam relaturum.*

ρίον ἐν μέγα τέτταρα οἰκήματα ἔχον. V. etiam Xiphil. Ner. c. 27. n. 4. §. 20. carceris cella, in qua in vinculis detinebatur Petrus Act. 12. 7. *φῶς ἔλαμψεν ἐν τῷ οἰκήματι.* * Vide præterea, ſi lubet, de hoc loco inter ſe contendentes *Gronov. ad hunc locum*, & *Perizon. Reſp. ad Nuper. Notit. p.* 27.

3. CESSERIT *πρὸς τοὺς φίλους εἰπὼν, ὡς τῶν μὲν ἐντίμων παραχωρητέον εἴη τοῖς κρείττοσι, τῶν δ' ἀναγκαίων τοῖς ἀσθενεστάτοις*: *amicis dicens, honorifica loca principibus concedenda, neceſſaria debiliſſimis.* Plutarchus.

4. HUMI pro *ἐπὶ στιβάδος*, vel culcita viatoria *humi* ſtrata, ut monet *Caſaubonus.* * Qui in ſtramentis, vel culcitis ſuper *humo* conſtratis, *χαμεῦναι* dicuntur. Heſychius. *Χαμευνῇ, χαμαικοιτῇ.* Lectus humilis, *χαμεύνη.* Suidas. Ariſtoph. Schol. *Ὀρνιθ.* p. 579. E. *Χαμεύνη, ταπεινὴ κλίνη.* Heſychius, *χαμεύνη, στιβὰς, καὶ ἡ ταπεινὴ κλίνη.* & *χαμεύνια.* Pollux VI. 1. *Τὰς δὲ ἐγκοιμητηρίους ψιάθους χαμευνίας ἐκάλουν.* *Storeas vero, in quibus dormiebant, vocabant χαμευνίας.* Et qui in lecto illo humili cubabat, *χαμεύνης.* Ariſtoph. *Ὀρνιθ.* p. 579. n. 16. Suidas. Heſychius.

5. SUB DIVO i. ſub cœlo. V. *infr.* Aug. 82. 2. §. 13. Hoc non præciſe verum eſſe monet *Caſaubonus.* Plutarchus enim *ſub protecto januæ* illum dormiviſſe dicit, *αὐτὸν ἐν τῷ προστῴῳ τῆς θύρας ἐκάθευδεν.* Illud vero aliquantum ſpatii ante januam tegere ſolet.

6. POTENS RERUM i. obtinens imperium. Tacit. Ann. XI. 31. 3. *Ut identidem interrogaret, an ipſe imperii potens? an Silius privatus eſſet? Res πολύσημον* eſt, & ſignificat quoque imperium, dominationem. Auſon. Eidyl. XII. Gram. n. 7.

Imperium, litem, venerem cur una notat res?

7. GRASSATOR eſt qui cædem molitur, vel ex lubidine, vel propter præmia. Gloſſ. Phil. & Cyril. *Graſſator, λωποδύτης.* Feſtus: *Graſſari dicuntur latrones vias obſidentes. Gradi ſiquidem ambulare eſt, unde tractum graſſari, videlicet ab impetu gradiendi.* Noſter ſæpius. * *Graſſatorem* hac periphraſi deſcribit Appian. B. C. IV. p. 607. *Ἄνδρα λῃστεύειν τοὺς παροδεύοντας, καὶ ἐπὶ ἔργῳ καταδύειν εἰθισμένον.* *Hominem prætereuntes viatores rapere & in ergaſtulum vinctos conjicere ſolitum.*

8. SICARIUS quis ſit, docui *ſupr.* 11. §. 18.

CAPUT LXXIII.

ARG. *Simultates deponit, C. Memmii ſuffragator eſt, C. Calvo prior ſcribit, & Valerium Catullum ſibi ſatisfacientem cœnæ adhibet Caius Julius Cæſar.*

1 Simultates [1] contra nullos tam graves excepit [2] unquam, ut non occaſione oblata libens deponeret. C. Memmii, cujus aſperrimis [3] orationibus non minore
2
3 acerbitate [4] reſcripſerat [5] etiam ſuffragator [6] mox in petitione conſulatus [7] fuit. C. Calvo

SIMULTAS odium eſt tectum & latens. Feſtus: *ſimultas, odium.* Nep. 25. 17. 1. *Nunquam cum ſorore fuiſſe in ſimultate.* Noſt. *Tib.* 51. 1. *Aug.* 62. 2.

2. EXCEPIT i. in animum eo uſque dimiſit, ut vellet exercere. Verbum eſt hoſpitii, ut dicetur *Cal.* 35. 1. & inde tranſlata metaphora.

3. ASPERUM quid ſit, dixi ad Curt. III. 4. 6. §. 32.

4. ACERBITATE, quam deſcripſi ad Curt. VI. 8. 22. §. 51.

5. RESCRIPSERAT i. reſponderat. V. *infr.* Aug. 85. 1. §. 5.

* 6. SUFFRAGATOR erat, qui *ſuffragabatur*, ſive *ſuffragio* ſuo aliquem in petitione honoris juvabat, Græcis *ψηφοφόρος*. Cicer. pro Mur. c. 7. *Tua nobilitas populo, & ſuffragatoribus obſcurior.* Noſt. infr. Veſp. 23. 7. *Beger. Spicileg. Antiq.* III. 12. *Suffragari* enim dicebantur illi, qui ſententia, vel tabella, nam vel voce ferebantur, vel in tabella deſcribebantur *ſuffragia*, in comitiis candidato favebant. *Suffrago* flexura eſt in poſterioribus quadrupedum pedibus, quæ in prioribus genu appellatur. Plin. XI. 45. *Aves, ut quadrupedes, alas in priora curvant, ſuffragines in poſteriora.* Et *ſuffragari* anniti, juvare, auxilio eſſe etiam ad comitia tranſlatum. Cicer. Off. I. 39. *Domus ſuffragata domino, novo homini, ad conſulatum putabatur.* Hinc *ſuffragium* noſt. *ſupr.* 13. 2: 41. 3. *infr.* 80. 5. Rhet. 5. 4. *ſuffragatio* Claud. 40. 3. *ſuffragator* h. l. De re ipſa Cicer. Frat. III. 8. *Memmius in adventu Cæſaris habet ſpem.*

* 7. CONSULATUS, quem petiit anno ab U. C. 700. Sed de ambitu eſt condemnatus. Cicer. Frat. III. 2. *De ambitu poſtulati ſunt omnes, qui conſulatum petunt: a Q. Curtio, bono & erudito adoleſcente, Memmius.* Attic. IV. 18. *Conſules flagrant infamia, quod C. Memmius candidatus pactionem in ſenatu recitavit, quam ipſe & ſuus competitor Domitius cum conſulibus feciſſent, ut ambo HS. quadragena conſulibus darent, ſi ipſi eſſent conſules facti.* Et in Græciam exſulatum abiit. Cicer. Fam. XIII. 19. *Quem C. Memmius Gemellus, cum in calamitate exſilii ſui Patrenſis civis factus*

Calvo [8] poſt famoſa [9] epigrammata [10] de reconciliatione per amicos agenti ultro ac prior ſcripſit. Valerium Catullum [11], a quo ſibi verſiculis [12] de Mamurra [13] per- 4
petua ſtigmata [14] impoſita, non diſſimulaverat, ſatisfacientem [15] eadem die adhibuit cœnæ, hoſpitioque [16] patris ejus, ſicut conſueverat, uti perſeveravit.

ctus eſſet, Patrenſium legibus adoptavit.

8. C. Calvum V. *ſupr.* 49. 2.

9. Famosa i. Cæſaris *famam* lædentia, quæ vulgo diffamatoria. Noſt. *Aug.* 55. 1. *Tib.* 28. 1. *Domit.* 8. 7. Illorum pœnam V. infr. *Domit.* 8. 7.

10. Epigrammata; carmina ingenioſa, brevia, quæ formam inſcriptioni convenientem haberent, licet non inſcriberentur aut ſubſcriberentur ſtatuis, imaginibus, ſepulcris, quibus carmina arguta & brevia, *epigrammata* inde dicta, inſcribi aut ſubſcribi priſco more ſolebant.

11. Valerium Catullum poetam Veronenſem.

12. Versiculis, qui leguntur apud Catull. 29. 3: 57. 2.

13. Mamurra, de quo Plin. xxxvi. 6. *Primum Romæ parietes cruſta marmoris operuiſſe totius domus ſuæ in Cælio monte Cornelius Nepos tradidit Mamurram Formiis natum, equitem Romanum, præfectum fabrorum C. Cæſaris in Gallia. Hic eſt Mamurra Catulli Veronenſis carminibus proſciſſus, quem*, ut ad Catull. 29. 3. legendum contendit Scaliger, *Metrodorus Sceptius clarius quam Catullus dixit habere, quidquid habuiſſet comata Gallia.*

14. Stigmata i. infamiæ notas. *Stigma* proprie eſt, quod inuritur. Petron. c. 63. *Frontes notans inſcriptione ſolerti, ut videamur ſtigmate eſſe puncti.* Noſt. *Cal.* 27. 4.

15. Satisfacientem i. teſtibus præſentibus pœnitentiam teſtantem. Olim jurabant ſe agnoſcere, quod indigno eam injuriam intuliſſent, eaque res vindicabat læſum ab infamia. Qui ſine illa *ſatisfactione* hujuſmodi offenſas condonabant, habebantur vel ignavi, quod ultionem non audebant expetere, vel ita flagitioſi, ut in legibus & judiciis ſpem nullam vindictæ haberent. Plaut. Amph. iii. 2. 8. 9. Terent. Adelph. ii. 1. 8. 9. Noſt. Tib. 27. 2. Claud. 38. 3. V. *Nann. Miſcell.* ii. 7. *Turneb. Adv.* xviii. 25. *Briſſon. Form.* viii. *p.* 716. *Muret. Var. Lect.* xii. 7.

16. Hospitio, Verona, quæ in Tranſpadana Italiæ regione, in quam itare Catullo reconciliatus potuerit Cæſar ante bellum civile motum anno ab U. C. 705. cum Catullus, qui meminit *præda Pontica & Hibera* 29. 19. 20. poſt bellum civile actæ, obierit, ut ad Catullum docet Voſſius p. 83. & Coetier apud Grævium in Suetonium: anno ab U. C. 704. Per *prædam* enim *Ponticam* Mithridatis Ponti regis præfectum Aſia expulſum, de quo noſter *ſupr.* 4. 5. & per *Hiberam* Luſitanorum quædam oppida hoſtiliter ab illo direpta, de quibus noſter *infr.* 54. 2. intelligere potuit Catullus. Ut non neceſſe fuerit Catullum hoc epigramma ſcripſiſſe poſt Cæſaris triumphos, & intellexiſſe prædam confectis adverſus Pharnacem & Pompejos bellis ablatam, poſt quam paucis poſt diebus cæſus Tranſpadani *hoſpitio* uti non potuit Cæſar. Quod tamen pertendunt, & inter Suetonii παραπάματα, ut illa appellare amant, hanc hiſtoriam ponunt *Scalig. ad Euſebium p.* 143. & ad hunc locum *Caſaubonus.*

CAPUT LXXIV.

ARG. *In ulciſcendo lenis eſt, piratas jugulari.... deinde ſuffigi jubet, Cornelio Phagitæ non nocet, Philemonem ſimplici morte punit, in Clodium teſtis citatus ſe quidquam comperiſſe negat Cajus Julius Cæſar.*

Sed & in ulciſcendo natura leniſſimus: piratas, a quibus captus eſt, quum in de- 1
ditionem redegiſſet, quoniam ſuffixurum ſe cruci ante juraverat, jugulari [1]
prius juſſit, deinde ſuffigi [2]. Cornelio Phagitæ, cujus quondam nocturnas inſi- 2
dias

1. Jugulari ut ſubtraheret diuturnæ pœnæ; vivos enim cruci ſuffigere ſupplicium fuit, quo nullum acerbius. Ita ſed per ſævitiam, & ad infamiam Hanno Carthaginenſis *virgis cæſus, effoſſis oculis & manibus cruribuſque fractis, velut a ſingulis membris pœnæ exigerentur, in conſpectu populi occiditur: corpus verberibus lacerum in crucem figitur* apud Juſtin. xxi. 4. 7. *Lipſ. de Cruce* iii. 12. * Aliquando vero corpus, ſed capite prius reſciſſo, cruci eſſe ſuffixum in Joſephi hiſtoria nos docent tum Moſes, tum Philo Judæus. Ille juxta lxx interpretes Gen. xl. 19. Ἔτι τριῶν ἡμερῶν, καὶ ἀφελεῖ Φαραὼ τὴν κεφαλήν σου ἀπὸ σοῦ, καὶ κρεμάσει σε ἐπὶ ξύλου. *Adhuc tres ſunt dies, & Pharao caput tuum auferet, & te de ligno ſuſpendet.* Hic p. 540. B. Τὰ τρία κανᾶ σύμβολον τριῶν ἡμερῶν ἐστιν. Ἐπιτεχθὰν ταύτας ὁ βασιλεὺς ἀνασκολοπισθῆναί σε, καὶ τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθῆναι κελεύσει. *Tria caniſtra dies tres ſignificant. His elapſis Rex in crucem te tolli jubebit; truncatum prius capite.* D. Προστάξας τὸν μὲν ἀνασκολοπισθῆναι τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθέντα. *Jubens alterum in cruce ſuſpendi abſciſſo capite.*

2. Suffigi Pergami, ubi illos in cuſtodiam dederat, poſtquam *a proconſule Junio, qui Aſiam tum obtinebat, petierat, ut auctor fieret ſumendi de captivis ſupplicii,*

dias æger, ac latens, ne perduceretur ad Syllam, vix præmio [3] dato evaſerat,
3 nunquam nocere ſuſtinuit [4]. Philemonem a manu [5] ſervum [6] qui necem ſuam per
4 venenum inimicis promiſerat, non gravius quam ſimplici morte [7] puniit. In P.
Clodium Pompejæ uxoris ſuæ adulterum, atque eadem de cauſa pollutarum cere-
moniarum reum teſtis citatus, negavit ſe quidquam comperiſſe [8]: quamvis & ma-
ter Aurelia, & ſoror Julia, apud eoſdem judices, omnia ex fide retuliſſent: inter-
rogatuſque [9], cur igitur repudiaſſet uxorem? *quoniam*, inquit, *meos tam ſuſpicione,
quam crimine judico carere* [10] *oportere.*

ſupplicii, & ille ſe facturum negaſſet, venditurumque captivos dixiſſet (per otium ſe de illis conſideraturum dixit Plutarcho Cæſ. p. 708. C. περὶ τῶν αἰχμαλώτων σκέψεσθαι φάσκοντος ἐπὶ σχολῆς) *Incredibili enim celeritate revectus ad mare, priuſquam de ea re ulli proconſulis redderentur epiſtolæ, omnes quos ceperat, ſuffixit cruci.* Paterc. II. 42. 3. 4.

3. PRÆMIUM hoc V. *ſupr.* 4. 4. §. 19.

4. SUSTINUIT I. auſus eſt, animum induxit. Val. Max. VIII. 9. 2. *Quem ne hoſtium quidem quiſquam occidere ſuſtinuit.* Noſt. 75. 3. & alibi.

5. A MANU, qui *amanuenſis* noſt. *Ner.* 44. 2. *Tit.* 3. 3. quod tanquam novum in Lipſio fruſtra notat *Sciop. Jud. de ſtyl. Hiſt. p.* 160. ſcriba erat, κατ' ἐξοχὴν dictus, qui dominorum dictata excipiebat. Noſt *Aug.* 67. 5. quales etiam ancillas habuerunt mulieres. Marcellin. XVIII. *Ancilla, quæ domina dictante perſcripſerat, exemplum ferens chartulam prodidit.* Noſt. *Veſp.* 3. 4. cum ad differentiam ruſticorum, *omnes urbani* ſervi dicerentur *amanuenſes*, ut docet *Salmaſ. in Epict. p.* 8. & 9. qui dominis *ad manum* præſto non erant. Uſus eſt elegans hujus præpoſitionis, quo in ſervis munus, operamque diſcernimus, ut *a libellis* Ner. 49. 7. Domit. 14. 9. *a rationibus, ab epiſtolis* Claud. 28. 5. *a ſtudiis* ibid. n. 4. *a voluptatibus* Tib. 42. 7. quem etiam obſervarunt *Calder. Obſ.* III. I. *Vechn. Hellen.* II. 10. *De amanuenſibus* quoque *Popm. de oper. ſerv. p.* 72. *Salmaſ. in Epictet.* 8.

6. SERVUM fruſtra abeſſe vult *Torrentius*. Licet enim omittat *infr. Aug.* 67. 6. hoc loco addit noſter I. quia etiam addit Cicer. de Orat. III. 60. *Quem ſervum ſibi ille habuit ad manum.* II. quia & *a manu* habuerunt libertos, qualis *Genis Antoniæ liberta* Veſp. 3. 3. III. quia exaggerare vult Cæſaris clementiam, qui ne quidem in *ſervum*, cui tamen *crura effregiſſe* dicitur Auguſtus 67. 5. atrocius quid ſtatuere voluit.

7. SIMPLICI MORTE I. uno ſupplicii genere, ut non tortus perierit, ut Petron. c. 21. *Neque enim tam magnum facinus admiſimus, ut debeamus torti perire.* Ita & Liv. XL. 24. *Ita innoxius adoleſcens, quum in eo ne ſimplici quidem genere mortis contenti inimici fuiſſent, interficitur.* Cui *mortem non unam* de illo, qui gladio percuſſus, & deinde in mare præcipitatus interierat, dicit Lucan. III. 751.

Feſtinantem animam morti non tradidit uni.

8. NEGAVIT SE QUIDQUAM COMPERISSE, οὐδὲν ἔφη τῶν λεγομένων κατὰ τοῦ Κλωδίου γεγονέναι. *Plutarch. Cæſ. p.* 712. *D.* opinatum eſſe Cæſarem illam a Clodio adulteratam dixit noſt. 6. 2.

9. INTERROGATUS n. ab accuſatore, ὁ κατήγορος ἠρώτησε. Plutarchus, qui unum ex tribunis plebis Clodium accuſaſſe dicit, ἐγράψατο τὸν Κλώδιον εἷς τῶν δημάρχων ἀσεβείας.

10. SUSPICIONE QUAM CRIMINE CARERE. Plutarch. Apoph. p. 206. A. & Cæſ. p. 712. D. Ὅτι τὴν Καίσαρος γυναῖκα καὶ διαβολῆς δεῖ καθαρὰν εἶναι: *quia Cæſaris uxorem etiam criminis puram oportet eſſe.* Et recte. *Nam*, ut ex emendatione Schultingii legitur apud Senec. Contr. II. 15. *femina, damnum pudicitiæ quo vitet, æque curandum eſt, eſſe ac videri pudicam.*

CAPUT LXXV.

ARG. *Moderationis & clementiæ admirabilis varia ſpecimina edit Cajus Julius Cæſar.*

1 Moderationem [1] vero clementiamque [2] cum in adminiſtratione, tum in victoria belli civilis [3] admirabilem exhibuit. Denuntiante [4] Pompejo pro hoſtibus ſe

MODERATIONEM I. in ulciſcendo modum.

2. CLEMENTIAM I. in danda venia affectum. Nep. Alcib. 5. 6. *Quod in captos clementia fuerant uſi.* Senec. de Ira II. 23. *Fecit hoc & C. Cæſar, ille qui victoria civili clementiſſime uſus eſt. Cum ſcrinia deprehendiſſet epiſtolarum ad Pompejum miſſarum ab iis qui videbantur, aut in diverſis, aut in neutris fuiſſe partibus, combuſſit: gratiſſimum putavit genus veniæ neſcire quid quiſque peccaſſet.*

* 3. VICTORIA BELLI CIVILIS, de qua hæc Cicer. Fam. IV. 9. *Omnia ſunt miſera in bellis civilibus: quæ majores noſtri ne ſemel quidem, noſtra ætas ſæpe jam ſenſit. Sed miſerius nihil eſt quam ipſa victoria: quæ etiamſi ad meliores venit, tamen eos ipſos ferociores, impotentioreſque reddit: ut etiamſi natura tales non ſunt, neceſſitate eſſe cogantur. Multa enim victori eorum arbitrio*

ſe habiturum [5], qui Reipublicæ defuiſſent [6]: ipſe medios, & neutrius partis [7] ſuorum ſibi numero futuros pronuntiavit. Quibus autem ex commendatione Pom- 3
peji [8] ordines dederat [9], poteſtatem tranſeundi ad eum [10] omnibus fecit. Motis 4
apud Ilerdam [11] deditionis conditionibus [12], cum aſſiduo inter utraſque partes uſu [13] atque commercio, Afranius ac Petrejus [14] deprehenſos intra caſtra Julianos [15] ſubita pœnitentia interfeciſſet, admiſſam in ſe perfidiam non ſuſtinuit imitari [16]. Acie 5
Pharſalica proclamavit, *ut civibus parceretur* [17]: deincepſque nemini non ſuorum, quem vellet, unum partis adverſæ ſervare conceſſit: nec ulli periiſſe [18], niſi in prælio, reperientur, exceptis duntaxat Afranio, & Fauſto [19], & L. Cæſare [20] juvene:

bitrio, per quos vicit, etiam invito, facienda ſunt.

* 4. DENUNTIANTE ex ſententia Cn. Domitii *infr.* Ner. 2. 8.

5. PRO HOSTIBUS SE HABITURUM: & hoc ex legibus Solonis, in quibus & hæc fuit. *Si ob diſcordiam diſſenſionemque ſeditio atque diſceſſio populi in duas partes fieret, & ob eam cauſam irritatis animis utrinque arma caperentur, pugnareturque, tum qui, in eo tempore, in eoque caſu civilis diſcordiæ non alterutra parti ſeſe adjunxerit, ſed ſolitarius, ſeparatuſque a communi malo civitatis ſeceſſerit, is domo, patria, fortuniſque omnibus careto: exſul extorriſque eſto.* Gell. II. 12. Quam & repetit Cicer. ad Attic. X. I.

6. REIPUBLICÆ DEFUISSENT i. ſuas partes ſecuti non fuiſſent, quia ſe *rempublicam* defendendam in ſe recepiſſe dictitabat.

7. MEDIOS ET NEUTRIUS PARTIS i. qui neque Cæſariani, neque Pompejani eſſent, qui *neutram partem ſequerentur.* Ner. 2. 9. *in neutris partibus eſſent.* Senec. de Ira II. 23. Tales dicuntur *otioſi.* Cicer. Fam. IX. 5. *quieti* Nep. 16. 4. 1.

8. POMPEJI nondum inimici.

9. DEDERAT ORDINES n. ducendas i. centurionatum. Juſtin. XI. 6. 6. *Ordines nemo niſi ſexagenarius duxit. Ordo ſexagenos milites, duos centuriones, vexillarium unum habebat*, quod de *Latinis*, *apud quos nihil diſſonum ab Romana Republica præter animos erat*, dicit Liv. VII. 8.

10. EUM jam hoſtem.

11. ILERDA, ſive *Ilergetum*, vulgo parum corrupto nomine *Lerida*, πόλις πρὸς τῇ Πυρήνῃ Ἰβηρίας, *urbs ad Pyrenen Iberiæ* Stephano, ἐπέχει τοῦ μὲν Ἴβηρος ὡς ἐπὶ δύσιν ἰοῦσι σταδίους ἑκατὸν ἑξήκοντα: Ταῤῥάκῶνος δὲ πρὸς νότον περὶ υξ', πρὸς ἄρκτον δὲ Ὄσκας πεντακοσίους τετταράκοντα: *diſtat ab Ibero verſus occaſum ſito ſtadiis 160: a Tarracone verſus auſtrum ad 460: verſus ſeptentrionem abeſt Oſca ſtadiis 540.* Strab. III. p. III. Situm deſcribit Lucan. IV. II-16.

12. MOTIS CONDITIONIBUS i. mota mentione conditionum, ut plenius noſter 79. 2. *dolens motam regni mentionem.* V. *Caſaubonum.* Hoc extrema deditionis agitare eſt Flor. II. 17. 17.

13. ASSIDUO INTER UTRASQUE PARTES USU. Cæſ. B. C. I. 74. I. *Quorum diſceſſu liberam nacti milites colloquiorum facultatem, vulgo procedunt; & quem pleriſque in caſtris notum aut municipem habebat, conquirit atque vocat;* n. 4. *Interim alii ſuos in caſtra invitandi cauſa adducunt; alii ab ſuis abducuntur; adeo ut una caſtra jam facta ex binis viderentur.* Eadem Lucan. IV. 195-201. & Appian. B. C. II. 454.

14. AFRANIUS AC PETREJUS. Cæſ. B. C. I. 75. I. *Quibus nuntiatis Afranio ab inſtituto opere diſcedit, ſeque in caſtra recepit. Petrejus non deſerit ſeſe, armat familiam, cum hac.... improviſo ad vallum advolat, colloquia militum interrumpit, noſtra repellit a caſtris, quos deprehendit, interficit.* Eadem Lucan. IV. 195-209. & Appian. B. C. II. 454.

15. JULIANOS i. Cæſarianos. Hirt. Bell. Afric. 78. 7. *Poſtquam equites Juliani vim hoſtium ſuſtinere non poterant.* Hinc Cicer. Phil. XIII. 15. *Vectigalia Juliana Lupercis ademiſti.*

16. PERFIDIAM NON SUSTINUIT IMITARI. Unde Lucano IV. 258. dicitur.

Dux cauſa melioris.

17. UT CIVIBUS PARCERETUR. Senec. de Clem. I. 25. *Nullum ornamentum Principis faſtigio dignius pulcriuſque eſt, quam illa corona ob cives ſervatos.* Et *ſententiam Scipionis, qua ille dicebat, malle ſe unum civem ſervare, quam mille hoſtes occidere frequentaſſe* Antoninum Pium teſtatur *Capitolin. c. 9.*

18. PERIRE eſt interfici, mori, ſed morte violenta. Petron. c. 21. *Ut debeamus torti perire.*

19. AFRANIO ET FAUSTO. Hirt. Bell. Afric. c. 95. §. 1. 2. *P. Sitius quum iter cum paucis per Mauritaniam ad Cæſarem faceret, forte incidit in Fauſtum* Syllam, Syllæ dictatoris filium, Pompeji generum, de quo 27. 1. *Afraniumque, qui iter in Hiſpaniam tendebant*, illos *vivos capit cum conjuge & liberis. Paucis poſt diebus, diſſenſione in exercitu orta, Fauſtus & Afranius interficiuntur.* Indicta cauſa tanquam captivos occidiſſe Cæſarem dicit *Dio* XLIII. p. 219. A. ἐκείνους ἀκρίτους ὁ Καῖσαρ ὡς καὶ αἰχμαλώτους ἀπέσφαξε.

20. L. CÆSAREM ἐν γένει οἱ ὄντα, καὶ ἐθελόντην ἱκετεύσαντα, ὅμως ἐπειδὴ διαπαντὸς προσπεπολεμήκει, τὴν μὲν πρῶτον ἀπολογήσασθαι ἐκέλευσεν, ὅπως ἐν δίκῃ τινὶ κατεψηφίσθαι αὐτοῦ δόξαι: ἔπειτα δὲ ὀκνήσας αὐτὸν τῇ ἑαυτοῦ φωνῇ θανατῶσαι, τότε μὲν ἀνεβάλετο, ὕστερον δὲ καὶ κρύφα ἀπέκτεινε: *cognatum ſuum, ultroque ſibi ſupplicem factum, tamen quod toto bello contra ſe ſtetiſſet, primum cauſam dicere juſſit, ut judicio victum condemnaſſe videretur: verum, quum eum ſua voce morti addicere vereretur,*

vene: ac ne hos quidem voluntate ipſius interemptos [21] putant: quorum tamen
& priores poſt impetratam veniam rebellaverant: & Cæſar libertis ſerviſque
ejus ferro & igni crudelem in modum enectis, beſtias quoque ad munus [22] po-
6 puli comparatas contrucidaverat. Denique tempore extremo etiam, quibus non-
dum ignoverat, cunctis in Italiam redire permiſit, magiſtratuſque [23] & im-
peria [24] capere: ſed & ſtatuas L. Syllæ atque Pompeji [25], a plebe disjectas,
7 repoſuit. Ac ſi qua poſthac, aut cogitarentur [26] gravius adverſus ſe, aut diceren-
8 tur, inhibere [27] maluit: quam vindicare [28]. Itaque & detectas conjurationes, con-
ventuſque nocturnos, non ultra arguit, quam ut edicto oſtenderet eſſe ſibi notas:
& acerbe loquentibus ſatis habuit pro concione denuntiare, ne perſeverarent. Au-
9 lique Cæcinæ [29] criminoſiſſimo [30] libro, & Pitholai [31] carminibus maledicentiſſi-
mis, laceratam exiſtimationem ſuam, civili [32] animo tulit.

reretur, judicio ſuſpenſo, paullo poſt per inſidias interemit. Dio XLIII. p. 219. B. Aliter tamen Hirt. Bell. Afric. 89. 3. *Uticam ire contendit: cui in itinere fit obvius L. Cæſar, ſubitoque ſe ad genua projecit, vitamque ſibi, nec amplius quidquam, deprecatur. Cui Cæſar facile & pro ſua natura & inſtituto conceſſit.*

21. VOLUNTATE IPSIUS INTEREMPTOS dicit tamen Flor. IV. 2. 90. *Nemo cæſus imperio præter Afranium: ſatis ignoverat ſemel: & Fauſtum Syllam.*

22. MUNUS *gladiatorium* dicitur 19. 4: 39. 1. & a venationibus diſtinguitur noſtr. Cal. 27. 8. quia ad illos pertinet ejus appellatio, ita ut & de beſtiarum confectoribus dicatur. Lactant. Inſtit. VI. 12. *Et primitus quidem venationes, quæ vocantur munera, Saturno attributa ſunt.* V. *Fabr. Semeſt.* II. 10.

23. MAGISTRATUS I. munera civilia. V. 54. 1. §. 3.

24. IMPERIA I. munera militaria. V. 54. 1. §. 2.

25. POMPEJI ſtatuas dum erigeret, ſuas fixiſſe Cæſarem dixit Cicero apud Plutarch. Apoph. p. 205. E. Ἐπεὶ δὲ Καῖσαρ κρατήσας τὰς Πομπηΐου καταβεβλημένας εἰκόνας ἀνέστησε μετὰ τιμῆς, ἔφη περὶ αὐτοῦ λέγων ὁ Κικέρων, ὅτι τοὺς Πομπηΐου Καῖσαρ ἱστὰς ἀνδριάντας τοὺς ἑαυτοῦ πήγνυσι.

26. COGITARENTUR I. nefariæ conjurationis conſilia inirentur. Curt. VIII. 6. 30. *Quo ſuo merito tantum in ſemet cogitaſſent facinus.* Noſt. *Tib.* 19. 3. *Cal.* 12. 5.

27. INHIBERE I. verbis, ne in effectum deducerentur, prohibere.

28. VINDICARE n. factis I. punire. Cicer. Fam. X. 21. *Neque hoc aut vindicarat Lepidus, aut ſanarat.*

29. AULUS CÆCINA de hoc ſuo libro apud Cicer. Fam. VI. 7. *Non tam intereſt, quo animo ſcribatur, quam quo accipiatur, cum præſertim adhuc ſtyli pœnas dem: qua quidem in re ſingulari ſum fato; nam cum mendum ſcripturæ litura tollatur, ſtultitia fama multetur, meus error exſilio corrigitur, cujus ſumma criminis eſt, quod armatus adverſario maledixi.*

30. CRIMINOSUS liber quis, dicam *infr.* Aug. 71. 1. §. 1.

31. PITHOLAUS fuit Marcus Otacilius *Pitholaus*, qui *cum Caninius Rebilius uno tantum die conſul fuiſſet, dixit ante flamines, nunc conſules diales fiunt.* Macrob. Sat. II. 2. De ejus nomine plura *Leopard. Emend.* III. 17.

32. CIVILI I. æquo, quali decet eſſe inter *cives*, non more eorum, qui *æquabilitatem communis juris præſtantia dignitatis, aut fortunæ ſuæ tranſeunt*, ut loquitur *Cicer. de Orat.* II. 52. Græci ἰσομοιρίας ἢ ἰσονομίας, πολίτευμα ἰσονόμον κατ' ἰσότητα καὶ ἰσηγορίαν διοικούμενον vocant. Noſt. *Aug.* 51. 1. *Tib.* 11. 3: 26. 1. *Claud.* 35. 2. V. *Torrentium* & ad *Auguſtum Caſaubonum.*

CAPUT LXXVI.

ARG. *Honores nimios recipit, humano faſtigio ampliora ſibi decerni patitur, honores ad libidinem capit, & dat, & jure cæſus exiſtimatur Cajus Julius Cæſar.*

1 Prægravant [1] tamen cætera facta, dictaque ejus, ut & abuſus dominatione, &
2 jure cæſus [2] exiſtimetur. Non enim honores [3] modo nimios recepit, ut continuum

PRÆGRAVANT I. præpollent, graviora ſunt. Μεγάλαι φύσεις, inquit Plato, μεγάλας κακίας ἐκφέρουσι, *Præclara ingenia magna vitia producunt.*

2. JURE CÆSUM videri dicebant eum, qui cæſus erat. Liv. IV. 15. *Tumultuantem multitudinem incerta exiſtimatione facti ad concionem vocari juſſit, & Melium jure cæſum pronuntiavit.* Loquendi hæc formula ex XII. manavit tabulis, in quibus hoc exſtat caput: *ſi nox furtum factum ſit, ſi im aliquis occiſit, jure cæſus eſto.* Macrob. Sat. I. 4. Plura *Briſſ. de form.* V. *p.* 483. *Sigon. de Jud.* I. 29. Vulcat. Gall. in Avid. c. 8. *Enumeravit deinde omnes principes qui occiſi eſſent, habuiſſe cauſas, quibus mererentur occidi, nec quenquam facile bonum, vel victum a tyranno, vel occiſum,*

tinuum [4] conſulatum, perpetuam [5] dictaturam [6], præfecturamque morem [7], inſuper prænomen imperatoris [8], cognomen patris patriæ [9], ſtatuam [10] inter reges, ſuggeſtum

occiſum, dicens, debuiſſe Neronem, debuiſſe Caligulam, Othonem & Vitellium.

* 3. Honores, quibus tribunitiam poteſtatem continuam addit Dio XLII. p. 194. D. Τήν τε ἐξουσίαν τῶν δημάρχων διὰ βίου, ὡς εἰπεῖν, προσέθετο. Sed Tacit. Ann. III, 56. 2. (Licet illum erroris arguat Lipſius n. 126. cum potius Tacito fides ſit habenda quam Dioni, quia his temporibus fuit vicinior, imo cæteri auctores, qui honores Cæſari decretos exacte deſcripſerunt, hunc non prætermiſiſſent.) *Id ſummi faſtigii vocabulum Auguſtus reperit, ne regis aut dictatoris nomen aſſumeret, ac tamen appellatione aliqua cetera imperia præmineret.*

4. Continuum i. non interruptum, ut *continua pax* Flor. IV. 12. 46. *Imperium* vero *conſulare annuum* fuit. Liv. II. 1. qui VII. 42. *plebiſcitis cautum* ſe inveniſſe dicit, *ne quis eundem magiſtratum intra decem annos caperet.* * Et Marius lege ſolutus legitur, ut ante decennium poſſet petere. Plutarch. in Mar. p. 412. B. Τὸ δεύτερον Μάριος ὕπατος ἀπεδείχθη, τοῦ μὲν νόμου κωλύοντος ἀπόντα, καὶ μὴ διαλιπόντα χρόνον ὡρισμένον αὖθις αἱρεῖσθαι, τοῦ δὲ δήμου τοὺς ἀντιλέγοντας ἐκβαλόντος. *Iterum conſulem deſignaverunt Marium. Quum lex autem abſentem, & niſi interjecto certo ſpatio, vetaret denuo creari conſulem, repudiavit populus adverſantes.* Conſulem in decennium fuiſſe appellatum tradunt *Dio* XLIII. *p.* 236. *A.* & *Appian. B. C.* II. *p.* 494.

5. Perpetuam, ἐς τὸν ἑαυτοῦ βίον Appianus: διὰ βίου Joſeph. Antiq. Jud. XIV. 17. ἐπὶ δέκα ἔτη Dio, cum tamen ſemeſtris eſſet magiſtratus, & quem extra Italiam adminiſtrare abſque piaculo nemo poſſet. Dio XXXVI. p. 16. B. C. Λέγω τὸν δικτάτωρα .... καὶ τοῦτον μὲν τοιοῦτον ὄντα, ὅτι ἐπὶ πᾶσι ποτὲ τοῖς πράγμασιν οἱ πατέρες ἡμῶν, ὅτι ἐπὶ πλεῖον χρόνον ἐξαμήνου κατεστήσαντο. Ἔξεστιν ὑμῖν δικτάτορα προχειρίσασθαι, ἐφ' ᾧ μήτε πλείω τοῦ τεταγμένου χρόνου, μήτε ἔξω τῆς Ἰταλίας ἄρξῃ. *Dictatorem inquam.... illum quidem, quantus quantus ſit, majores noſtri neque cujuſvis rei cauſa dixerunt, & imperium illi non ultra ſextum menſem dederunt. Itaque licet vobis dictatorem creare, modo ne ultra præſtitutum tempus, neve extra Italiam ſit cum imperio.* Quod & Appianus dicit B. C. I. p. 350. Suſcepit vero illam extra Italiam cum eſſet, ἔξω τῆς Ἰταλίας ὤν. Dio XLII. p. 195. A.

6. Dictatura *dignitas nova, major quam conſulatus Romæ eſt creata nono anno poſt reges exactos, cum gener Tarquinii ad injuriam ſoceri vindicandam ingentem collegiſſet exercitum.* Eutrop. I. 12. Livio tamen teſte II. 18. *nec quo anno, nec quibus conſulibus, nec quis primum dictator creatus ſit, ſatis conſtat.*

7. Præfectus morum Cæſar etiam Ciceroni dicitur *ſupr.* 41. 6. §. 27. Primus videtur nactus hunc titulum Pompejus, qui *tertium conſul; corrigendis moribus delectus, gravior remediis quam delicta erant.* Tacit. Ann. III. 28. 1. *Præfectum morum*, ſive magiſtrum, τῶν τρόπων ἐπιστάτην illum vocarunt, *quaſi non ſatis digno cenſoris nomine*, ὥσπερ οὐκ ἀξίας αὐτοῦ τῆς τοῦ τιμητοῦ προσρήσεως οὔσης, ut Dio docet XLIII. *p.* 220. *A.* non cenſorem, quem titulum per ſpeciem modeſtiæ recuſaverit, ut opinatur Caſaubonus, qui etiam Dionem non verum dixiſſe ait. Summæ quidem dignitatis *cenſura* fuit, unde ἀρχὴν πασῶν ἱερωτάτην, καὶ δυναμένην μέγα πρός τε τἆλλα καὶ πρὸς ἐξέτασιν βίων, *magiſtratum omnium ſanctiſſimum, & magnæ cum in aliis, tum in regendis moribus auctoritatis* vocat Plutarch. in Æmil. *p.* 275. *D.* ſed dignitati Cæſaris, qui honores ad libidinem capiebat, tum temporis minus conveniens, maxime quia Pompejus, ut modo Tacitus, *cenſoris* nomine rejecto *morum magiſter* jam antea creatus fuerit. V. & *Guther. Off. Aug.* I. 40.

8. Imperatoris appellatio in hiſtoria Romana trifariam accipitur. I. pro ἡγεμὼν & στρατηγός, ſive *prætor*, qui hoc nomine appellatus a militibus, imperium belli ſuis auſpiciis adminiſtrandi a populo accepiſſet. Cicer. de Orat. I. 48. *Imperator eſt adminiſtrator belli gerendi.* Hæc titulus non erat, nec nomini præponebatur. II. pro victor & νικητής, ſic ſolitus appellari, qui res magnas bello geſſerat, & decem millia hoſtium ceciderat *Appian. B. C.* II. *p.* 455. Hæc ponebatur poſt nomen, ut *Cicero Imperator Lentulo Imperatori.* III. pro rex, a Julio Cæſare. Hæc fere nomini præponebatur, ut in lapide veteri: IMP. CAESAR. DIVI. F. AUG. PONT. MAX. COS. XIIII. IMP. XX. TRIBUNIC. POTEST. XXXVIII. V. *Dion.* XLIII. *p.* 235. *C. D. Zonar. Ann.* II. *p.* 162. *Alex. Gen.* I. 2. *Caſaubonum; Buleng. Imp. Rom.* I. 1. *Sigon. de jur. Prov.* II. 7. & *in Faſt. p.* 304. *Valtrin. de re mil.* VII. 1. *Ferrar. de Acclam. & Plauſ.* VI. 8. *Briſſon. de Form.* IV. *p.* 351. *Caſtal. Obeliſc. Theſ. Ant. Rom. Grav. Tom.* IV. *p.* 1868.

9. Pater patriæ primus fuit dictus *Cicero* decreto ſenatus. Plin. VII. 30. *Salve primus omnium parens patriæ appellate*, vel a Catone, ut narrant *Appian.* II. *p.* 431. & *Plutarch. Cicer. p.* 872. C. vel a Catulo, ut ipſe dicit *in Piſon. c.* 3. Deinde *Camillus* a militibus apud Livium *ſupr.* 49. 7. §. 36. *Cæſar*, cum jam patriam evertiſſet funditus, per adulationem. Dio XLIV. *p.* 242. *C.* Poſt Cæſarem *Auguſtus* 58. 1. *Veſpaſianus* quamvis ſero 12. 4. *Pertinax* ea die qua Auguſtus eſt appellatus *Capitolin. c.* 5. Dici recuſant *Tiberius* 67. 3. & *Nero* 8. 2. Differunt *Adrianus* apud Spartian. *c.* 6. & *Antoninus Philoſophus* apud Capitol. *c.* 9. Sed dicti ſunt imperatores ἐς τε τιμὴν καὶ ἐς παραίνεσιν, ἵνα αὐτοί τε τοὺς ἀρχομένους, ὡς καὶ παῖδας ἀγαπῶσι, καὶ ἐκεῖνοι σφᾶς, ὡς καὶ πατέρας αἰδῶνται. *Honoris gratia, & ut admonerentur, ut ſubditos liberorum inſtar diligerent, & hi illos velut parentes*

geſtum [11] in orcheſtra [12]: ſed & ampliora etiam humano faſtigio [13] decerni ſibi paſſus eſt: ſedem auream [14], in curia [15], & pro tribunali [16], thenſam [17], & ferculum [18] Circenſi pompa [19], templa [20], aras [21], ſimulacra juxta deos [22], pulvinar

rentes revererentur. Dio LIII. p. 509. B. *ut ſcirent datam ſibi patriam poteſtatem, quæ eſt temperatiſſima, liberis conſulens, ſuaque poſt illos reponens.* Senec. de Clem. I. 14.

10. STATUÆ quibus ponerentur, primi fuerunt reges. Plin. XXXVI. 5. *Primas putarem has, poſitas ætate Tarquinii Priſci, niſi regum antecedentium eſſent in Capitolio. Inter reges* poni *ſtatuam* invidioſum habitum, quia iniqui ſemper in memoriam & nomen regum poſt primos pulſos extitere Romani. Dio XLIII. p. 236. B. Καὶ ἄλλην ἐς τὸ Καπιτώλιον παρὰ τοὺς βασιλεύσαντάς ποτε ἐν τῇ Ῥώμῃ ἀνέθεσαν. Καί μοι θαυμάσαι τῆς συντυχίας ἐπέρχεται, ὀκτὼ γὰρ ἅμα αὐτῶν, ἑπτὰ μὲν ἐκείνοις, ὀγδόη δὲ τῷ γε Βρούτῳ τῷ τοὺς Ταρκυνίους καταλύσαντι) οὐσῶν, παρὰ ταύτην τότε τὴν τοῦ Καίσαρος ἔστησαν· καὶ ὅτι καὶ ἐκ τούτου ὅτι μάλιστα ὁ Βροῦτος ὁ Μᾶρκος κινηθεὶς ἐπεβούλευσεν αὐτῷ. *Aliamque* ſtatuam *in Capitolio juxta reges, qui quondam Romæ regnaverant, poſuerunt. Ac mihi fortuitum iſtum caſum admirari ſubit, quod quum eſſent octo ſtatuæ, ſeptem poſita regibus, & una Bruto ei, qui Tarquinios everſit, juxta hanc Cæſaris tunc repoſita ſit: nimirum hæc quoque res in primis M. Brutum ad inſidias Cæſari faciendas incitavit.* V. & *Plutarch. Brut. p.* 984. *A.* & *Frigell. de ſtat. c.* 25.

11. SUGGESTUM dicit etiam Plin. Paneg. 51. 4. 5. *Per omne ſpatium una facies, omnia continua & paria, nec magis proprius ſpectandi Cæſaris ſuggeſtus, quam propria quæ ſpectet. Licebit ergo civibus tuis invicem contueri, dabitur non cubiculum principis, ſed ipſum principem cernere.* Quid fuerit, dicam *infr.* Ner. 12. 6. §. 18.

12. ORCHESTRA. V. illam *ſupr.* 39. 4. §. 23.

13. FASTIGIO i. dignitate. V. Curt. III. 12. 25. 85. Decerni vero ſibi eſt paſſus, *ut currus ſibi adverſum Jovem ſpectans in Capitolio collocaretur, ipſe quoque ſuper imaginem orbis terrarum ex ære ſtatueretur, cum inſcriptione,* SEMIDEUS EST: ἅρμα τέ τι αὐτοῦ ἐν τῷ Καπιτωλίῳ ἀντιπρόσωπον τῷ Διὶ ἱδρυθῆναι, καὶ ἐπὶ εἰκόνα αὐτὸν τῆς οἰκουμένης χαλκοῦν ἐπιβιβασθῆναι, γραφὴν ἔχοντα, ὅτι ἩΜΙΘΕΟΣ ἘΣΤΙ. Dio XLIII. *p.* 220. *B.*

14. SEDES AUREA Flor. IV. 2. 91. *ſuggeſtus,* Dion. XLIV. p. 243. A. & Plutarch. Cæſ. p. 736. D. δίφρος ἐπίχρυσος. Cicer. Phil. II. 85. *Sedebat in roſtris collega tuus.... in ſella aurea.* Divin. I. 119. *Quod paullo ante interitum Cæſaris contigit, qui cum immolaret eo die, quo primum in aurea ſella ſedit.*

15. CURIA i. ſenatu.

16. TRIBUNAL quid ſit, dicam Aug. 27. 6. §. 23. * Nonne fuiſſet ſatis dixiſſe *in curia pro tribunali?* Cur addit conjunctionem &? An quia duplex ibi ſella, alia inferiori loco, alia pro tribunali, ut pro occaſione, aut opportunitate qua vellet, quave opus eſſet, ſederet? An *tribunal* non curiam ipſam, ſed forum intelligemus, ubi judicia habebantur? Sic habuiſſet in ſenatu, ſic in foro habuiſſet. An tandem ad αὔξησιν honoris dictum: quaſi non tantum in curia, ſed, quod amplius eſt, in tribunali ejuſdem curiæ? *Chiment. de Honor. biſell. c.* 13.

17. THENSÆ ſacri erant currus, ſuper quos deorum ſtatuæ collocatæ vehebantur. Aſcon. in Cicer. p. 108. *Thenſæ ſunt ſacra vehicula, pompa ordinum, & hoſtiarum.* Feſtus: *Thenſam ait vocari Sinnius Capito vehiculum, quo exuviæ deorum ludicris Circenſibus in circum ad pulvinar vehuntur: fuit & ex ebore, ut apud Titinium in Barbato, & ex argento.* * Romani hunc morem acceperunt vel ab Aſiaticis, apud quos, ut Strab. XV. p. 504. ξόανον τοῦ Ὠμάνου πομπεύει, *ſimulacrum Omani in pompa deferebatur.* vel ab Ægyptiis & Æthiopibus. Euſtath. Iliad. Α. Ἐν Διοσπόλει μέγιστόν ἐστι Διὸς ἱερόν· ἀφ' οὗ λαβόντες Αἰθίοπες Διὸς ξόανον, καὶ ἄλλων δαιμόνων σὺν αὐτῷ, κατά τινα καιρὸν τεταγμένον περινοστοῦσι τὰ κατὰ τὴν Λιβύην, καὶ πανηγυρίζουσι πολυτελῶς ἐπὶ δώδεκα ἡμέρας, ἐπεὶ δὲ τοσοῦτοι παρ' αὐτοῖς θεοί. *Dioſpoli grande eſt Jovis delubrum: unde Æthiopes accipientes ſimulacrum Jovis, & aliorum pariter deorum, ſtatis ea temporibus per Libyam circumeunt, publicaque in celebritate magnifice duodecim diebus feriantur, quoniam totidem habeant deos.* De Cæſaris *thenſa* Dio XLIII. p. 236. B. ἀνδριάντα, ὕστερον δὲ καὶ ἅρμα ὅλον ἐν ταῖς ἱπποδρομίαις μετὰ τῶν θείων ἀγαλμάτων πέμπεσθαι ἔγνωσαν: *ſtatuam, & poſt thenſam in Circenſibus pompis eum deorum ſimulacris vehi juſſerunt.* Noſt. *Aug.* 43. 12. *Veſp.* 5. 11. V. & *Panvin. de lud. Circ.* II. 2. *Frigell. de ſtat. c.* 33. *Buleng. de circ. c.* 38. *Lipſ. de Veſt. c.* 11. *Voſſ. de Idol.* II. 10. *Taſſin. lud. ſecul. Rom. c.* 15. §. 14.

18. FERCULUM quid fuerit, dixi *ſupr.* 37. 4. §. 24.

19. CIRCENSI POMPA præferri divinus fuit honor. Nam olim non niſi ſimulacra Deorum ſic vecta ſunt. Cicer. Verr. V. 72. *Omnes Dei, qui vehiculis thenſarum ſollennes cœtus ludorum initis, vos precor.* Macrob. Saturn. I. 23. *Vehitur ſimulacrum Dei Heliopolitani ferculo, uti vehuntur in pompa ludorum Circenſium deorum ſimulacra.* Dionyſ. VII. p. 578. Τελευταῖαι δὲ πάντων αἱ τῶν θεῶν εἰκόνες ἐπόμπευον, ὤμοις ὑπ' ἀνδρῶν φερόμεναι. *Poſtremum in pompa locum obtinebant deorum ſimulacra, quæ hominum humeris portabantur.* Ad hunc tamen modum prælatæ ſunt ſtatuæ Auguſti, Liviæ, Antoniæ. *Claud.* 11. 5. Agrippinæ. *Cal.* 15. 4. Britannici. *Tit.* 2. 6. V. & *Panvin. Lud. Circ.* II. 2. *Chiment. de honor. biſ. c.* 41. *Frigell. de ſtat. Rom. c.* 33. *Buleng. de circo c.* 38.

20. TEMPLA illi decreta fuiſſe docet Appian. Bell. Civ. II. p. 494. Καὶ νεὼς ἐψηφίσαντο πολλοὺς αὐτῷ γενέσθαι καθάπερ θεῷ, καὶ κοινὸν αὐτοῦ καὶ Ἐπιεικείας, ἀλλήλους δεξιουμένων. *Templa etiam multa ex ſenatusconſulto*



1 Circus.
2 Lictores.
3 Senatus Romanus.
4 Juventus Romana pedeſtris.
5 Juventus Romana equeſtris.
6 Bigæ.
7 Trigæ.
8 Quadrigæ.
9 Luctatores.
10 Pugiles.
11 Curſores.
12 Armata ſaltatio virorum.
13 Armata ſaltatio Juvenum.
14 Armata ſaltatio puerorum.
15 Saltatio ſatyrica.
16 Tubicines et
17 Citharœdi.
18 Camilli et C
19 Miniſtri ſa
20 Aruſpices.

NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google



NAPOLI

Digitized by Google

nar [23], flaminem [24], Lupercos [25], appellationem menſis [26] e ſuo nomine. Ac nullos non honores ad libidinem cepit, & dedit. 3
Tertium & quartum conſulatum [27] 4
titulo tenus geſſit, contentus dictaturæ poteſtate decretæ cum conſulatibus ſimul: atque utroque anno [28] binos conſules ſubſtituit [29] ſibi in ternos noviſſimos menſes: ita

ſulto illi decreta ſunt tanquam deo: & in his unum commune ipſi & Clementiæ, in quo ſimulacra jungerent dexteras. Idem Dio LIV. p. 243. C. Plutarch. Cæſ. p. 734. D.

21. Aræ ut ponerentur imperatoribus etiam vivis, & victimæ cæderentur tanquam diis immortalibus, adulatione temporum mos fœdiſſimus irrepſit. Solus ſufficiat Suetonius, qui idem narrat *Cal.* 13. 2. *Claud.* 2. 1. Cæſaris hanc fuiſſe Capitolinam ſuſpicatur *Rycq. de Capit. c.* 36.

22. Simulacrum inter deos ponere ambitioſa nimis res erat. Dio XLIV. p. 242. C. Καὶ ἐν ταῖς πόλεσι, τοῖς τε ναοῖς τοῖς ἐν τῇ Ῥώμῃ πᾶσιν ἀνδριάντα τινὰ αὐτοῦ εἶναι ἐκέλευσαν. *Utque in omnibus urbibus, omnibusque Romæ templis ejus ſtatua poneretur, juſſerunt.* Ex hoc capite reprehenditur Domitianus, quod ejus *ſtatuis permixta Deorum ſimulacra ſorderent:* & laudatur Trajanus, quod ſuam *ſtatuam unam alteramve in veſtibulo Jovis* poni curaſſet a Plin. Paneg. 52. 3. V & *Frigell. de ſtat. Rom. c.* 25.

23. Pulvinaribus deos honorabant. Arnob. IV. *Deos eſſe & hos rati, pulvinaribus & templis honoraſtis. Erant tabulata,* in pulvillorum modum facta, *in quibus ſtabant numina, ut eminentiora viderentur.* Acro Hor. Od. 1. 37. 3. Liv. XXII. 10. *Curatum lectiſternium, & per triduum habitum decemviris ſacrorum curantibus, & pulvinaria in conſpectu fuere.* V. *Donatum*, & ſi vis, *Turneb. Adv.* XXX. 32. *Taſſin. de lud. ſecul. Rom. c.* 15. §. 6. *Laz. Comm. R. R.* XI. 3. & 4. *Guther. de vet. jur. Pontif.* III. 9. *Chiment. hon. biſell. c.* 31.

24. Flaminem Cæſaris fuiſſe M. Antonium Antonio objicit Cicer. Phil. II. 43. *Quem is majorem honorem conſecutus erat, quam ut haberet pulvinar, ſimulacrum, faſtigium, flaminem? Eſt ergo flamen, ut Jovi, ut Marti, ut Quirino, ſic divo Julio M. Antonius?* Idem Dio XLIV. p. 243. C.

25. Lupercos inde dictos *Julianos.* Dio XLIV. p. 243. B. Ἱεροποιούς τε ἐς τοῦ Πανὸς γυμνοπαιδίας, τρίτην τινὰ ἑταιρίαν, ἣν Ἰουλίαν ὀνόμασαν. *Tertium quoddam genus ſacerdotum, quod Julium vocarunt, qui Lupercalia celebrarent, inſtitutum.* Unus *Lupercorum fuit M. Antonius.* Plutarch. Cæſ. p. 736. D. Ἀντώνιος ἦ τῶν θεόντων τὸν ἱερὸν δρόμον εἷς ἦν. Cicer. Phil. II. 34. *Ita eras Lupercus, ut te conſulem eſſe meminiſſe deberes.* *Lupercalia* feſtum olim fuit paſtorum, ut Plutarch. ibidem C. Λουπερκαλίων ἑορτὴ ὡς ποιμένων τὸ παλαιὸν ἦν, & ab eodem pluribus deſcribitur *Rom. p.* 31. *Cæſ. p.* 736. ab Arcadibus Euandri comitibus acceptum, in quo nobiles juvenes frequentes & magiſtratus nudi per urbem diſcurrunt, hirſutis ſcuticis obvios per ludum & jocum cædentes. De illo & *noſt.* 79. 2. *Aug.* 31. 4. Qui ex hoc tempore factum hoc neglectum reſtituiſſe dicit Auguſtum. Plura de hoc feſto *Dionyſ. I. p.* 67. *Ovid. Faſt.* II. 267–452. *Val. Max.* II. 2. 9. *Alex. Gen.* IV. 12. *Onuphr. R. R.* II. *p.* 156. *Laz. Comm. R. R.* X. 9. *Argol. in Onuphr. Lud. Circ. p.* 73. *Turneb. Adv.* VII. 3.

26. Mensis Julii. Plutarch. Num. p. 72. B. Ὁ πέμπτος ἀπὸ Καίσαρος τοῦ καταγωνισαμένου Πομπήιον Ἰούλιος. *Quintilis a Cæſare, qui devicit Pompejum, Julius.* Cenſor. de Die nat. c. 21. *Qui Quintilis fuit Julius cognominatus eſt C. Cæſare* V. *& M. Antonio Coſſ. anno Juliano ſecundo.* Cauſam dicit Macrob. Sat. I. 12. *Quintilis in honorem Julii Cæſaris Dictatoris, legem ferente M. Antonio M. filio conſule, Julius appellatus eſt, quod hoc menſe ad quartum Idus Quintiles Julius procreatus ſit,* & juxta cum illo *Dio* XLIV. p. 242. E. *Appian. B. C.* II. *p.* 494. *Euſeb. ad a.* 1973. *& Feſtus.*

27. Consulem tantum ſine dictatore hoc anno (708.) edit in tabulis Capitolinis Verrius Flaccus: & lapis Colotianus C. Julium Cæſarem III. & M. Æmilium Lepidum. Quod hæc antiqua in nummo argenteo inſcriptio Cæſaris confirmat: CAESAR. DICT. ITER. AUGUR. PONT. MAX. COS. TERT. Eutrop. VI. 18. conſulem, non dictatorem dicit: *Inde ex Aſia Romam regreſſus tertio ſe conſulem fecit.* Plutarch. Cæſ. p. 731. F. Ἐκ τούτου διαβαλὼν εἰς Ἰταλίαν, ἀνέβαινεν εἰς Ῥώμην, τοῦ μὲν ἐνιαυτοῦ καταστρεφομένου, εἰς ὃν ᾕρητο δικτάτωρ τὸ δεύτερον· εἰς δὲ τὸν ἐπιόντα ὕπατος ἀπεδείχθη: *Hinc Pharnace victo trajiciens in Italiam, Romam perrexit, exacto jam anno in quem iterum dictator creatus fuerat: conſul deſignatur in ſequentem.* Anton. p. 920. C. Διὸ καὶ Καῖσαρ ἐπανελθὼν Δολοβέλλᾳ τε συγγνώμην ἔδωκε, καὶ τὸ τρίτον αἱρεθεὶς ὕπατος, οὐκ Ἀντώνιον, ἀλλὰ Λέπιδον εἵλετο συνάρχοντα. *Itaque reverſus Cæſar Dolabellæ veniam dedit, & tertium conſul factus, non Antonium, ſed Lepidum elegit collegam.* Itaque dictaturam una cum conſulatu, utrumque tertium, geſſiſſe Cæſarem dum ſcribunt *Suetonius, Dio, Hirtius*, non immerito videntur erraſſe. *Panvin. Faſt.* I. *p.* 167. *Sigon. Faſt. p.* 299. 301. *Pigh. Ann.* III. *p.* 451. 457.

28. Utroque anno.... incertum eſt, verum de quarto conſulatu. Dio XLIII. p. 236. C. Οὐ μέντοι καὶ διὰ τέλους ἔσχεν, ἀλλ' ἐν τῇ Ῥώμῃ γενόμενος, ἀπεῖπέ τε αὐτὴν, καὶ τῷ Φαβίῳ τῷ Κοΐντῳ, τῷ τε Τρεβωνίῳ τῷ Γαΐῳ ἐνεχείρισε. *Conſulatum ad finem anni non geſſit; ſed poſtquam in Urbem venit, eo ſe abdicavit, conſuleſque fecit Q. Fabium & C. Trebonium.* V. *Torrentium.*

*29. Substituendi ſibi alium conſuetudo incepit ab hoc Julio, de quo hoc quoque prodidit Dio §.

R 28.

ita ut medio tempore comitia nulla [30] habuerit, præter tribunorum & ædilium plebis [31]: præfectoſque [32] pro prætoribus [33] conſtituerit, qui præſente [34] ſe res urbanas adminiſtrarent. Pridie autem Kalendas Januarias [35] repentina conſulis [36] morte ceſſantem honorem in paucas horas [37] petenti [38] dedit. Eadem licentia ſpreto patriæ more [39], magiſtratus in plures annos [40] ordinavit [41]. Decem prætoriis viris conſularia ornamenta [42] tribuit. Civitate donatos, & quoſdam e ſemibarbaris Gallorum [43] recepit in curiam. Præterea monetæ [44] publiciſque vectigalibus

28. Julium imitati ſunt Auguſtus. Noſt. 26. 6. Caligula. Noſt. 17. 1. Domitianus. Noſt. 13. 7.

30. COMITIA NULLA fere habita biennii ſpatio, ſive toto illo tempore, quo victo Pompejo Ægypti, Ponti & Africæ bellis diſtinebatur, ac ne bello quidem Hiſpanienſi, ſed magiſtri equitum, primum Antonius, poſtea Lepidus abſente Cæſare res urbanas adminiſtrarunt. V. *Torrentium.*

31. TRIBUNORUM ET ÆDILIUM PLEBIS etiam comitia fuerunt, & *tribunitia, ædilitiaque* dicebantur, quia & hi populi ſuffragiis creabantur.

32. PRÆFECTOS. Dio XLIII. p. 227. E. Αὐτὸς ἐξεστράτευσεν, ἐπιτρέψας τὴν πόλιν τῷ Λεπίδῳ καὶ πολιανόμοις τισὶν ὀκτὼ, ὡς τισὶ δοκεῖ ἢ ἕξ, ὡς μᾶλλον πεπίστευται. *Ipſe Romæ cuſtodia Lepido, octoque, ut nonnullis videtur, vel (quod magis creditum eſt) ſex Urbis præfectis injuncta, in Hiſpaniam expeditionem ſuſcepit.* Quoties vero prætor conventus agere ipſe non poſſet, in provinciam mittebat *præfectum*, quod & in Urbe nimis inſolenter factitaſſe Cæſarem indicat noſter. V. & *ſupr.* 7. §. 4.

33. PRÆTORES quatuordecim, & quæſtores quadraginta quarto Cæſaris conſulatu factos eſſe dicit Dio XLIII. p. 237. B. Prætorum, ædilium, quæſtorum numerum ampliaſſe Cæſarem dicit quoque noſter 41. 1. Sed videntur *Torrentio* deſignati tantum fuiſſe, non etiam honorem iniiſſe. *Quæſtores* dicit Dio ibid. E. Δύο τῶν πολιανομούντων, ἐπειδὴ ταμίας οὐδεὶς προεκεχειροτόνητο, ἐγένοντο. *Duo Urbis præfecti, quia quæſtor nullus creatus fuerat, facti ſunt.* Sed, ut recte *Caſaubonus*, præfecti illi & *quæſtorum* in Urbe munere ſunt functi, ut non obſcure innuit Dio, illoſque comparat potius *prætoribus*, quia prætextam, & reliqua *prætorum* inſignia habuerunt.

34. PRÆSENTE, imo abſente. Dio XLIII. p. 237. E. 238. A. Ἐν τῇ ἀποδημίᾳ τῇ τοῦ Καίσαρος οἱ πολιανόμοι πάντα τὰ ἐν τῷ ἄστει πράγματα μετὰ τοῦ Λεπίδου ἱππαρχοῦντος ἔσχον. *Per abſentiam Cæſaris præfecti Urbis cum Lepido magiſtro equitum omnium rerum curam geſſerunt.* V. & *Lipſ. Elect.* II. 17.

35. KALENDÆ JANUARIÆ olim ſollennes erant ineundis magiſtratibus. Plin. XI. 37. *Jecur defuit Cajo principi Kalendis Januariis, cum iniret conſulatum, quo anno interfectus eſt.* Herodian. I. 16. 7. de illis: Ταύτης δὲ τῆς ἑορτῆς, προϊούσης ἐν ᾗ ἀρχαὶ ἐπώνυμοι τότε πρῶτον τὴν ἔνδοξον καὶ ἐνιαύσιον πορφύραν περιτίθενται. *Quum igitur hic dies feſtus adeſſet, in quo ſummi magiſtratus conſpicuam & ſollennem ſibi purpuram primum induunt.* Unde *annum aperire* dicebantur. Sidon. Epiſt. VIII. 6. *Conſul Aſterius anni ſui fores aperuerat.* Carm. II. 3.

Annum pande novum Conſul.

V. & *Tiraquell. in Alex. Gen.* III. 24.

36. CONSULIS Q. Fabii Maximi. Dio XLIII. p. 236. C. Καὶ ἐπειδή γε ὁ Φάβιος τῇ τελευταίᾳ τῆς ὑπατείας ἡμέρᾳ ἀπέθανεν, εὐθὺς ἀντ᾽ αὐτοῦ ἕτερον πρὸς τὰς περιλοίπους ὥρας Γάϊον Κανίνιον ἀνθείλετο. *Et cum Fabius extrema conſulatus ſui die eſſet mortuus, ſtatim ejus loco alium in reſiduas horas C. Caninium ſubſtituit.*

* 37. IN PAUCAS HORAS, n. ſex. Treb. Poll. Trig. Tyr. c. 8. *Conſul ille, qui ſex pomeridianis horis conſulatum ſuffectus tenuit.*

38. PETENTI C. Caninio Rebilio. Cicer. Fam. VII. 30. *In campo* Martio *certe non fuiſti, cum hora ſecunda, comitiis quæſtoriis inſtitutis, ſella Q. Maximi, quem illi conſulem eſſe dicebant, poſita eſſet, quo mortuo ſublato ſella ſublata eſt. Ille autem, qui comitiis tributis eſſet auſpicatus, centuriata habuit, conſulem hora ſeptima renuntiavit, qui uſque ad Kal. Jan. eſſet, quæ erant futura mane poſtridie. Ita Caninio conſule ſcito neminem prandiſſe: nihil tamen eo conſule mali factum eſt, fuit enim mirifica vigilantia, qui ſuo toto conſulatu ſomnum non viderit.* Ciceronis hos jocos invenies & apud Macrob. Sat. II. 2. Dion. XLIII. p. 236. D. Plutarch. Cæſ. p. 735. A. Cauſa fuit, ut *belli civilis præmia feſtinarentur.* Tacit. Hiſt. III. 37. 5. Improbavit hoc exemplum Nero apud noſtr. 15. 7.

39. Mos *eſt inſtitutum patrium pertinens maxime ad religiones, ceremoniaſque antiquorum.* Feſtus.

40. IN PLURES ANNOS, in quinquennium. Appian. B. C. II. p. 495. Ἐς γὰρ πενταετὲς καὶ τὰ ἀστικὰ ἤδη τὰ ἐτήσια, καὶ τὰς τῶν ἐθνῶν ἢ στρατοπέδων ἡγεμονίας διετάξατο. *In quinquennium & urbani magiſtratus, & anniverſarii ad provinciarum, aut exercituum curam diſtributi ſunt.*

* 41. ORDINAVIT i. qui *ordine* ſuccederent, conſtituit, elegit, creavit. Ita Veſp. 23. 4. Domit. 4. 5.

42. CONSULARIA ORNAMENTA i. quibus *conſules* ornari ſolebant, erantque *ſella curulis, faſces, & toga prætexta.* Cicer. in Piſon. c. 10. *Tu etiam mentionem facies conſulatus tui? aut te fuiſſe Romæ conſulem dicere audebis? quid? tu in lictoribus, in toga & prætexta eſſe conſulatum putas? quæ ornamenta etiam in Sex. Clodio te conſule eſſe voluiſti.* Veteres, quibus conſulatum dare non poterant, ejus *ornamenta*, quibus illum illis tribuebant honorem, ac ſi revera con-

libus peculiares [45] ſervos præpoſuit. Trium legionum [46], quas Alexandriæ relinquebat, curam & imperium Rufini liberti ſui filio [47], exoleto [48] ſuo, demandavit.

conſulatum geſſiſſent, domum mittebant. Noſt. Claud. 5. 1: 24. 1.

43. SEMIBARBARI GALLORUM ſunto Narbonenſes, ſive Bracati. Hi enim politiores mores, ut ſuos Romani volebant, plurimum induerant. V. Merul. Coſm. II. 3. 19. & de illis Cæſar ita fuit meritus, ut multos ex iis ſenatores allegerit: unde dictum illud 80. 3.

Galli bracas in curia depoſuerunt, latum clavum ſumpſerunt.

emanaſſe putet *Sigon. de jur. prov.* 1. 6. Gallos vero *barbaros* Græca quadam ſuperbia dixerunt Romani, unde *barbarici ſoni* Claudian. Epigr. 1. 8. ſunt *verba Gallica* n. 20. utpote a Latina gravitate gentili ſono abhorrentia, ut pluribus exemplis probat *Barth. Adv.* X. 17.

44. MONETÆ cudendæ, cui qui præerant, a numero triumviri, & ab officio *monetales* ſunt dicti. Dio LIV. p. 540. C. Καὶ ἐς ἑτέρους τρεῖς ἐς τὸ τοῦ νομίσματος κόμμα μεταχειριζόμενοι. *Et alii tres ſignanda pecunia negotium gerentes.* Pompon. Digeſt. I. 2. 2. §. 31. Creati *ſunt eodem tempore triumviri monetales, æris, argenti, auri flatores.* Deſignabantur his notis: A. A. A. F. F. i. *ære, argento, auro flando, feriendo.* De illis & Cicer. Fam. VII. 13. *Treviros vites cenſeo, audio capitales eſſe, mallem auro, argento, ære eſſent.*

45. PECULIARES i. ſuos, proprios, erant enim & publici. Hoc vero & *peculiare* ſignificat. Cicer. Verr. III. 74. *Quid? peculiarem aliquam habes Siciliam?* Noſt. *Aug.* 5. 2. *Galb.* 12. 7. Proprie *peculiare*, quod in ſervorum aut ancillarum *peculio* eſt. Hinc Plaut. Aſin. III. 1. 37. *ovis peculiaris*, Aul. III. 4. 6. *gallus peculiaris*, Ulpian. Digeſt. XXXIII. 6. 9. §. 3. *vinum peculiare, quod ſervi habuerunt.*

46. TRES LEGIONES in Ægypto devicta habuit etiam Auguſtus, imo & Tiberius, ſub quo Strabo vixit, & hæc ſcripſit XVII. Ἐστὶ δὲ (in Ægypto) τρία τάγματα, ὧν τὸ ἓν κατὰ τὴν πόλιν ἵδρυται, τὰ δ' ἄλλα δ' ἐν τῇ χώρᾳ. *Sunt tres legiones, quarum una in urbe agit, reliqua in ipſa regione.* V. *Lipſ. in Tacit. Hiſt. p.* 14.

47. LIBERTORUM FILII primis Reipublicæ temporibus in militiam ne quidem admiſſi ſunt, & bello Marſico *primum militare cœperunt.* Liv. Epit. 74.

48. EXOLETUS, quis V. ſupr. 49. 5. §. 22.

CAPUT LXXVII.

ARG. *Impotentia voces propalam edit, & aruſpicem triſtia exta nuntiantem ridet Cajus Julius Cæſar.*

Nec minoris impotentiæ [1] voces propalam edebat, ut T. Ampius [2] ſcribit; *Nihil eſſe Rempublicam, appellationem [3] modo, ſine corpore ac ſpecie [4], Syllam [5] neſciſſe literas [6], qui dictaturam [7] depoſuerit [8]. Debere homines conſideratius jam loqui ſecum;*

ac

IMPOTENTIÆ i. ſuperbiæ, qua homo dulci fortuna ebrius ſeipſum regere non poteſt, ſed omnia ſibi permittit. Petron. c. 7.

Clienſque cœnas impotentium captet.

Liv. III. 38. *Quantum a cœtu, congreſſuque impotentium dominorum* i. decemvirorum ſuperbiorum *ſe amoviſſent.* Noſt. Claud. 15. 13. Ner. 28. 6.

*2. T. AMPIUS, cujus loco *Tampius* legendum cenſet *Urſinus*, ſed, ut monet *Reineſ. Inſcr.* V. 47. *Titi Ampii* cujuſdam meminit quoque Tacit. Hiſt. II. 86. 6. III. 4. 2: 10. 3. Hunc incertæ ætatis hiſtoricis annumerat, & Julii Cæſaris æqualem fuiſſe ſuſpicatur *Voſſ. de Hiſtor. Latin.* III. 2. *p.* 726.

3. APPELLATIONEM inter & vocabulum diſtinguebant veteres. Quintil. I. 4. *Fuerunt, qui ipſum adhuc vocabulum ab appellatione diducerent; ut eſſet vocabulum, corpus viſu tactuque manifeſtum, domus, lectus: appellatio, cui vel alterum deeſt, vel utrumque, ventus, cœlum, Deus.* Huc Cæſarem alluſiſſe *Heraldo* viſum eſſe monet *Caſaubonus.*

4. SPECIES Latinis, ut docet *Caſaubonus*, etiam id ſignificat, quod vere eſt atque ſubſiſtit; ut cum temperantiam virtutis *ſpeciem* eſſe dicimus. Simili modo Cicer. Attic. IV. 16. *Amiſimus, mi Pomponi, omnem non modo ſuccum ac ſanguinem, ſed etiam colorem, & ſpeciem priſtinam civitatis.*

5. SYLLA *literis Græcis atque Latinis juxta, atque doctiſſime eruditus* fuit. Salluſt. Bell. Jug. c. 95. libros rerum geſtarum reliquit, quorum meminit Plutarch. in Syll. p. 461. E. ex illis aliquid adferunt Gell. I. 12: XX. 6. & Priſcian. IX. p. 864. & illorum *noviſſimum imperfectum ſupplevit* ejus libertus Cornelius Epicadus. Noſt. *Gramm. c.* 12. *n.* 2. V. & *Voſſ. de Hiſtor. Lat.* I. 9.

6. NESCISSE LITERAS i. literatorem, grammaticum non fuiſſe, qui, quod grammatici munus eſt, dictare neſciverit. Illi enim quomodo ſit ſcribendum, quomodo loquendum, dictare, & dictata dare dicuntur. V. *Turneb. Adv.* III. 22. & *Torrentium.*

7. DICTATOREM (ceſſaverat hic honos per annos 400, πεπαυμένον ἤδη ἐκ τετρακοσίων ἐτῶν. *Appian.* I. *p.* 411.)

2 *ac pro legibus* [9] *habere quæ dicat.* Eoque arrogantiæ progreſſus eſt, ut aruſpice triſtia [10], & ſine corde [11] exta [12] ſacro [13] quodam nuntiante, *futura* diceret *lætiora* [14], *quum vellet: nec pro oſtento ducendum, ſi pecudi cor* [15] *defuiſſet.*

p. 411.) ſe ipſe fecit Sylla, & magiſtratum ſemeſtrem, ut dixi *ſupr.* 76. §. 5. ab annis 120. ſibi ſumpſit. Plutarch. Syll. p. 473. A. Δικτάτωρα μὲν γὰρ ἑαυτὸν ἀνηγόρευσε, δι᾽ ἐτῶν ἑκατὸν εἴκοσι τοῦτο τὸ γένος τῆς ἀρχῆς ἀναλαβών.

8. Deposuerit quomodo dictaturam Sylla, prodidit Plutarch. ibid. E. Οὕτω δ᾽ ἄρα ἐν ταῖς πράξεσιν ὡς τοῖς εὐτυχήμασιν ἐπίστευεν, ὥστε παμπόλλων μὲν ἀνῃρημένων ὑπ᾽ αὐτοῦ, καινοτομίας δὲ γενομένης καὶ μεταβολῆς ἐν τῇ πόλει τοσαύτης, ἀποθέσθαι τὴν ἀρχήν, καὶ τὸν δῆμον ἀρχαιρεσιῶν ὑπατικῶν ποιῆσαι κύριον, αὐτὸς δὲ μὴ προσελθεῖν, ἀλλ᾽ ἐν ἀγορᾷ τὸ σῶμα παρέχων τοῖς βουλομένοις ὑπεύθυνον, ὥσπερ ἰδιώτης ἀναστρέφεσθαι. *Adeo autem non rebus geſtis, ut felicitate nitebatur, ut permultis a ſe necatis, tam multis in republica mutatis & innovatis, dictatura ſe abdicaverit, populoque comitiorum conſularium conceſſa poteſtate ipſe non acceſſerit, ſed in foro corpus cuilibes præbens ad injuriam oppertunum tanquam privatus obambulaverit.*

9. Pro legibus *arbitria principum erant* etiam apud Juſtin. I. I. 2. ſed tum, quum *jus bonumque non legibus magis quam natura valeret*, ut Salluſt. B. C. c. 9. Sub Auguſto primum imperatoribus conceſſum, ut *legibus* eſſent ſoluti. Dio LIII. p. 508. E. Ἤδη δὲ καὶ ἕτερόν τι, ὃ μηδενὶ τῶν πάλαι Ῥωμαίων ἐς πάντα ἄντικρυς ἐδόθη, προσεκτήσαντο, ὑφ᾽ οὗπερ καὶ μόνου καὶ ἐκεῖνα ἂν καὶ τἆλλα αὐτοῖς πράττειν ἐξῆν· λέλυνται γὰρ δὴ τῶν νόμων. *Aliud porro quoddam jus habent, nulli unquam Romano aperte, & in omnibus conceſſum, quo ipſo ſolo & hæc & reliqua agere illis licet; legibus enim ſunt ſoluti.*

10. Tristia exta exhibet Curt. VII. 7. 22. §. 57.

11. Cor *non ſemper in parte extorum habitum eſt. L. Poſthumio Albino rege ſacrorum poſt centeſimam viceſimam tertiam olympiadem, cum rex Pyrrhus ex Italia diſceſſiſſet, cor in extis aruſpices inſpicere cœperunt. Cæſari dictatori, quo die primum veſte purpurea proceſſit, atque in ſella aurea ſedit, ſacrificanti bis in extis defuit. Unde quæſtio magna de divinatione argumentantibus, potueritne ſine ullo viſcere hoſtia vivere, an ad tempus amiſerit?* Plin. XI. 37. *Caput extorum* defuiſſe: ἡ κεφαλὴ τοῖς σπλάγχνοις ἔλιπε dicit *Appian. B. C.* II. *p.* 501. Etiam Pertinace eadem die, qua interfectus eſt, *immolante negatur in hoſtia cor repertum* apud *Capitol. c.* 11. Hoc vero *pro tetro oſtento habitum, neque enim conſiſtere naturaliter animal ſine corde poſſe*: καὶ δεινὸν εἶναι τὸ τέρας, οὐ γὰρ ἂν φύσει γε συστῆναι ζῷον ἀκάρδιον, *Plutarch. Cæſ. p.* 737. *E.* & *peſtiferum auſpicium* eſſe dicit *Feſtus.*

12. Exta quid ſint, monui ad Curt. VII. 7. 8. §. 33.

13. Sacro i. ſacrificio. Min. Fel. p. 34. *Bellonam ſacrum ſuum hauſtu humani cruoris imbuere.* Tib. IV. 2. 13.

Hoc ſollemne ſacrum multos conſumet in annos.

Sic Græci τὸ ἱερὸν & pro loco ſacro, & pro re divina. *Salmaſ. Exercit. Plinian. p.* 91. *b. E.*

14. Læta exta quænam fuerint, dixi ad Curt. VII. 7. 29. §. 74.

15. Cor ſi deſit, pecudem vivere non poſſe, dixit §. 11. Plutarchus. Extiſpicium hoc ſatis ſalſe ridet Cicer. de Divin. II. 16. *Sed affers, in tauri opimi extis, immolante Cæſare, cor non fuiſſe: id quia non potuerit accidere, ut ſine corde victima illa viveret, judicandum eſſe tum interiiſſe cor, cum immolaretur. Qui fit, ut alterum intelligas, ſine corde non potuiſſe bovem vivere: alterum non videas, cor ſubito non potuiſſe neſcio quo avolare? ego enim poſſum vel neſcire, quæ vis ſit cordis ad vivendum, vel ſuſpicari, contactum aliquo morbo bovis exile, & exiguum, & vietum cor, & diſſimile cordis fuiſſe. Tu vero quid habes, quare putes, ſi paulo ante cor fuerit in tauro opimo, ſubito id in ipſa immolatione interiiſſe? an quod adſpexit veſtitu purpureo excordem Cæſarem, ipſe corde privatus eſt?* infr. *Claud.* 3. 2. 4.

CAPUT LXXVIII.

ARG. *Univerſis patribus conſcriptis non aſſurgit, & Pontium Aquilam ſibi non aſſurgere indigne fert Cajus Julius Cæſar.*

142 Verum præcipuam & inexpiabilem [1] ſibi invidiam hinc maxime movit. Adeuntes ſe cum plurimis, honorificentiſſimiſque decretis [2], univerſos patres con-
3 ſcriptos [3] ſedens [4] pro æde Veneris [5] genetricis excepit [6]. Quidam putant retentum

Inexpiabilem i. irreconciliabilem. *Expiare* eſt abolere. Flor. I. 7. 10. *Matrona dedecus ferro expiavit.* Exempla invenies apud *Sculting. Sen. contr. p.* 222. & *Lomejer. luſtrat. c.* 1.

2. Decretis, quibus honores *c.* 76. denarratos illi obtulerunt.

3. Conscriptos i. *in novum ſenatum lectos. Cædibus regis diminutum patrum numerum, primoribus equeſtris gradus lectis, ad trecentorum ſummam explevit. Traditumque inde fertur, ut in ſenatum vocarentur, qui patres, quique conſcripti eſſent.* Liv. II. 1.

4. Sedens, cum aſſurgere debuiſſet. Ita Jovem exci-

tum a Cornelio Balbo [7], quum conaretur aſſurgere: alii, ne conatum quidem omnino, ſed etiam admonentem C. Trebatium [8], ut aſſurgeret, minus familiari vultu reſpexiſſe [9]. Idque factum ejus tanto intolerabilius [10] eſt viſum, quod ipſe triumphanti [11], & ſubſellia [12] tribunitia [13] prætervehenti [14] ſibi, unum e collegio [15] Pontium Aquilam [16] non aſſurrexiſſe [17], adeo indignatus ſit, ut proclamaverit: *Repete ergo a me Aquila Rempublicam tribunus* [18]: & nec deſtiterit per continuos dies quidquam cuiquam niſi ſub exceptione polliceri, *ſi tamen per Pontium Aquilam licuerit.* 4

excipiunt dii omnes apud Homer. Iliad. I. 533.

Θεοὶ δ' ἅμα πάντες ἀνέςαν
Ἐξ ἑδέων, σφοῦ πατρὸς ἐναντίον: οὐδέ τις ἔτλη
Μεῖναι ἐπερχόμενον, ἀλλ' ἀντίοι ἔςαν ἅπαντες.
Dii vero ſimul omnes ſurrexerunt
Ex ſedibus, ſui patris in occurſum: neque aliquis ſuſtinuit
Exſpectare venientem, ſed obvii ſteterunt omnes.

Tiberius conſules apud Dion. LVII. p. 609. A. Τούς τε ἀεὶ ἄρχοντας ὡς ἐν δημοκρατίᾳ ἐτίμα, καὶ τοῖς ὑπάτοις καὶ ὑπανίςατο. *Magiſtratus ſemper ac ſi in democratia honorabat, & conſulibus quoque aſſurgebat.*

5. Pro æde Veneris, pro roſtris ſediſſe dicit Plutarch. Cæſ. p. 736. A. Ἐν δὲ συγκλήτῳ τιμάς τινας ὑπερφυεῖς αὐτῷ ψηφισαμένων, ἔτυχε μὲν ὑπὲρ τῶν ἐμβόλων καθεζόμενος. *Quum in ſenatu eximios honores ei decrevissent, ſedebat forte pro roſtris.* V. hanc *ædem* ſupr. 61. §. 7.

6. Excepit reſpondens, quaſi ageret cum privatis; contrahendos magis quam ampliandos ſibi honores: ἀλλ' ὥσπερ ἰδιώταις τισὶ χρηματίζων, ἀπεκρίνατο, συςολῆς μᾶλλον ἢ προσθέσεως τὰς τιμὰς δεῖσθαι. Plutarchus.

7. Cornelio Balbo dicente, non meminiſti te eſſe Cæſarem, neque vis pro majeſtate tua coli? οὐ μεμνήσῃ Καῖσαρ ὤν, οὐδ' ἀξιώσεις ὡς κρείττονα θεραπεύεσθαι σεαυτόν. Plutarchus.

8. Trebatium Ictum, Ciceronis familiarem, Cæſaris in Gallias comitem. Inter Ictos recenſetur in catalogo Ictorum: de quo illud eſt. *Trebatius Caſellio peritior, Caſellius Trebatio eloquentior fuiſſe dicitur.* V. *Beroaldum.*

9. Vultu minus familiari respicere, ὑποβλέπειν Græcis. V. *Caſaub. in Athen.* IV. 26. Hanc Trebatii admonitionem ſibi minus placuiſſe hoc vultu oſtendere voluit Cæſar.

10. Intolerabilius. Plutarch. Cæſ. p. 736. B. Καὶ τοῦτο οὐ μόνον ἠνίασε τὴν βουλήν, ἀλλὰ καὶ τὸν δῆμον, ὡς ἐν τῇ βουλῇ τῆς πόλεως προπηλακιζομένης: καὶ μετὰ δεινῆς κατηφείας ἀπῆλθον εὐθὺς, οἷς ἐξῆν μὴ παραμένειν. *Id non ſenatum modo, ſed etiam populum offendit, tanquam deſpecta in patribus republica: atque cum ingenti mærore abierunt ſtatim, quibus non licebat adeſſe.* Eadem & *Dio* XLIV. *p.* 244. *B.*

11. Triumpho Hiſpanienſi hoc accidiſſe docet temporis ratio. *Pigh. Ann.* III. *p.* 460.

12. In subselliis poſitis in aliqua porticu magiſtratus populi Romani imperatores exſpectabant triumphantes. Joſeph. Bell. Jud. VII. 15. Καὶ προΐασιν εἰς τὰς Ὀκταβίας περιπάτους. Ἐνταῦθα γὰρ ἥ τε βουλὴ, καὶ τὰ τέλη τῶν ἀρχόντων, οἵ τε ἀπὸ τῶν τιμημάτων ἱππεῖς τὴν ἄφιξιν αὐτῶν ἀνέμενον. *Et* Veſpaſianus & Titus *ad Octavianas porticus tranſeunt. Ibi enim ſenatus, & ducum proceres, & honorati equites eorum præſtolabantur adventum.*

13. Tribunitia, quia ſubſellia etiam erant *tribunorum*, ut *Aſcon. in Cicer. p.* 34. Noſt. *Claud.* 23. 5. V. & *Manut. Quæſ. Epiſt.* III. 4. *Chiment. de honbiſell. c.* 22.

14. Prætervehenti. Activum pro paſſivo eſſe poſitum ſcripſi *ſupr.* 37. 3. §. 13.

15. Collegio decem tribunorum.

16. Pontius Aquila poſtea legatus D. Bruti fuit, & unus ex interfectoribus Cæſaris: ἔκ τε τῶν σφαγέων ὤν, καὶ τῷ Δεκίμῳ ὑποςρατηγῶν. *Dio* XLVI. *p.* 316. C. Quibus illum annumerat quoque *Appian. B. C.* II. *p.* 499.

* 17. Assurgere potentioribus & nobilioribus ſolebant inferiores apud Græcos. Pauſan. Arcad. p. 278. Καὶ γὰρ Θεμιςοκλέους ἐς τιμὴν ἐπανέςη τὸ ἐν Ὀλυμπίᾳ θέατρον. *Nam in Themiſtoclis honorem theatrum in Olympicis aſſurrexit.* Homer. Hymn. in Apoll. n. 3.

Καί ῥά γε ἀναΐσσουσιν ἐπισχεδὸν ἐρχομένοιο
Πάντες ἀφ' ἑδράων.
Et utique aſſurgunt prope advenienti
Omnes a ſedibus.

Et apud Romanos. Claud. de laud. Stilich. I. 47.

—— *quacumque alte gradereris in urbe,*
Cedentes ſpatiis, aſſurgenteſque videbas.

Cicer. de Senect. infr. Ner. 4. 3. §. 10. Noſt. Veſp. 13. 8. Claud. 6. 3. Et inde *aſſurgere* alicui eſt illi quemvis honorem tribuere. Serv. in Virg. Georg. II. 98. infr. Tib. 31. 6.

18. Repete rempublicam tribunus i. pro poteſtate tua *tribunitia* imperium mihi abroga. Ironia eſt, q. d. tu, licet *tribunus*, non eris mihi tanti, ut *rempublicam* populo reſtituam.

CAPUT LXXIX.

ARG. *Tribunos plebis hominem coronam lauream candida faſcia præligatam ſuæ ſtatuæ imponentem duci jubentes poteſtate privat, & ex eo regii nominis affectati infamiam diſcutere non valet Cajus Julius Cæſar.*

R 3 Adjecit-

1 Adjecit ad tam inſignem deſpecti [1] ſenatus contumeliam multo arrogantius fa-
2 ctum. Nam cum ſacrificio Latinarum [2] revertente [3] eo inter immodicas, ac novas populi acclamationes, quidam e turba ſtatuæ [4] ejus coronam lauream candida faſcia [5] præligata impoſuiſſet: & tribuni plebis Epidius Marullus Cæſetiuſque Flavus coronæ faſciam detrahi, hominemque duci in vincula juſſiſſent, dolens ſeu parum proſpere motam [6] regni mentionem, ſive, ut ferebat, ereptam ſibi gloriam recuſandi, tribunos graviter increpitos poteſtate [7] privavit : neque ex eo infamiam affectati etiam regii nominis diſcutere [9] valuit: quamquam & plebi [10] regem ſe ſalutanti, *Cæſarem ſe, non regem* [11] eſſe reſponderit: & Lupercalibus [12] pro Roſtris [13] a conſule Antonio [14] admotum ſæpius [15] capiti ſuo diadema [16] repulerit [17], atque

DESPECTI i. contempti. Contempſiſſe ſenatum videtur Cæſar, ut qui in Republica nihil niſi nomen eſſet, dum Aquilam tribunum a ſe Rempublicam repetere per indignationem jubet.

2. LATINARUM ſc. feriarum, quas, ut tradit Dionyſ. A. R. IV. p. 250. inſtituit Tarquinius Superbus, & templum in monte Albano ſtatuit commune Romanis, Latinis, Hernicis, Volſcis, ut coeuntes quotannis in deſignatum locum nundinarentur & una epularentur, & communibus ſacris fruerentur. Sacra hæc Jovi Latiali fieri juſſit. Populi illarum feriarum & ſacrificii participes fuere quadraginta ſeptem. Ad illas alii agnos, alii caſeos, alii lactis certam menſuram, alii aliquod ejuſmodi cibi genus ferebant. De illis *Dio* XLIV. *p.* 242. *C. Plutarch. in Camil. p.* 151. *E. Obſeq. de prod. c.* 130. *Gell.* XIV. 8. *Macrob. Sat.* I. 16. *Varr. L. L.* V. 3. *Alex.* V. 2. *Pigh. Ann.* I. 52. *Buleng. de imp.* I. 15. *Laz. Comm. R. R.* X. 3. *Periou. de Græc. & Rom. magiſtr.* III. *Theſ. Ant. Græc. Grenov. Tom.* VI. *p.* 2804. *B. Hotom. de magiſtr. Rom.* I. *Theſ. Ant. Rom. Græv. Tom.* II. *p.* 1873. *A.*

*3. REVERTENTE ex Albano monte, ubi ſollenne ſacrum Jovi Latiali ex more celebraverat. Fuit inter noviſſimos honores hic quoque Cæſari tributus, ut ſacro illo peracto, curru in urbem ex Albano monte inveheretur. Dio XLIV. 242. C. *Μετά τε τὰς ἀνοχὰς, τὰς Λατίνας ἐπικληθείσας, ἐς τὴν πόλιν ἐκ τοῦ Ἀλβανοῦ ἐσελαύνειν ἔδοσαν. Berneggerus.*

4. STATUÆ, pro roſtris poſitæ. Dio, *τὴν εἰκόνα αὐτοῦ τὴν ἐπὶ τοῦ βήματος ἑστῶσαν.*

5. CANDIDA FASCIA i. *διαδήματι βασιλικῷ* Plutarch. Cæſ. p. 736. E. Dio XLIV. p. 244. E. Zonar. Ann. II. p. 132. Regum diademata alba eſſe ſolebant. Lucianus in navigio & in dialogo Diogenis & Alexandri diadema regium *ταινίαν λευκὴν* vocat, *albentem vittam* Sil. Ital. XVI. 201. Et hinc inſigne regis. Val. Max. VI. 2. 7. *Cui* Pompejo *candida faſcia crus alligatum habenti, Favonius, non refert, inquit, qua in parte corporis ſit diadema: exigui panni cavillatione regias ejus vires exprobrans.* Unde de eodem Cicer. Attic. II. 3. *Etenim mihi caligæ ejus, ut faſciæ cretatæ, non placebant.* V. *Braun. de veſt. ſacerd. Hebr.* II. 4. I. *Paſchal. de cor.* IX. 3. *Pier. Hieregl.* XLI. 3. *Briſſon. de regn. Perſ.* I. *p.* 33.

6. MOTAM i. factam, injectam.

7. POTESTATE tribunitia.

8. PRIVAVIT. Appian. B. C. II. 7. p. 406. *Κατηγόρησεν ἐπὶ τῆς βουλῆς τῶν περὶ τὸν Μάρυλλον, ὡς ἐπιβουλευόντων οἱ μετὰ τέχνης ἐς τυραννίδος διαβολήν: καὶ ἐπεῖπεν, ἀξίους μὲν αὐτοὺς εἶναι θανάτου, μόνης δ' αὐτοὺς ἀφαιρεῖσθαι καὶ παραλύειν τῆς τε ἀρχῆς καὶ τοῦ βουλευτηρίου. Apud ſenatum de Marullo collegiſque eſt queſtus, quod malo dolo invidiam affectatæ tyrannidis ei facerent: & addidit dignos quidem eſſe morte, ſatis tamen fore, ſi a magiſtratu ſimul & ſenatu ſummoveantur.* Addit Val. Max. V. 7. 2. *Cæſetium filium abdicare juſſum,* ſed *in hunc modum reſpondere ſuſtinuiſſe: celerius tu mihi Cæſar omnes filios meos eripies, quam ex his ego unum nota pellam mea.*

9. INFAMIAM.... *diſcutere* i. ſic ſe purgare populo Romano, quin omnes illum *affectare regnum* crederent. *Diſcutere*, inquit *Bud. in. Pandect. p.* 185. verbum eſt medicorum. Tubercula enim *diſcutiuntur*, i. diſſolvuntur incipientia, ne ſuppurent: quod fieri ſolet, cum in aliquem locum incommodum humores ingruunt. Celſ. V. 11. *Ad diſcutienda ea, quæ in corporis parte aliqua coierunt, maxime poſſunt abrotonum....* & duellatorum. Muri enim *diſcutiuntur*, qui diruuntur, & in diverſas partes quatiuntur. Cæſ. B. C. II. 9. 3. *Aut ſaxa ex catapultis lateritium diſcuterent.* Inde *diſcutere* eſt auferre, tollere. Liv. II. 52. *Periculum audacia diſcuſſit*, & noſt. *Domit.* 2. 6.

10. PLEBS hæc non univerſa, ſed, ut *Caſaubonus*, e *plebe* perditiſſimus quiſque in hoc ſummiſſus, ut aliis præiret ad hanc acclamationem. Appian. B. C. II. p. 495. dicit quoſdam illum circa portas ambulantem Regem ſalutaſſe: *ἑτέρων δ' αὐτὸν ἀμφὶ τὰς πύλας ἰόντα βασιλέα προσειπόντων.*

11. CÆSAREM, NON REGEM. Appianus: *Τοῦ δήμου στενάξαντος, εὐμηχάνως εἶπε τοῖς ἀσπαζομένοις, οὐκ εἰμὶ βασιλεὺς, ἀλλὰ Καῖσαρ, ὡς δὴ περὶ τὸ ὄνομα ἐσφαλμένοις. Plebe gemitum edente arguto dicto ſalutantibus reſpondit: non ſum rex, ſed Cæſar, quaſi erratum eſſet in cognomine.*

12. LUPERCALIBUS, de quibus *ſupr.* 76. 2. §. 25.

13. ROSTRIS, de quibus *ſupr.* 6. 1. §. 6.

14. CONSULE ANTONIO & collegis ſacerdotibus, qui eum regem ſalutavit, & diadema imponens: hoc,

atque in Capitolium [18] Jovi [19] Optimo Maximo [20] miſerit. Quin etiam varia fama 3
percrebruit migraturum Alexandriam [21], vel Ilium [22], tranſlatis ſimul opibus imperii, exhauſtaque Italia delectibus [23], & procuratione Urbis amicis permiſſa: proximo autem ſenatu L. Cottam quindecimvirum [24] ſententiam dicturum: ut, quoniam libris fatalibus [25] contineretur, Parthos [26] niſi a rege [27] non poſſe vinci, Cæſar rex appellaretur.

hoc, inquit, populus tibi per me exhibet. Dio XLIV. p. 245. D. *Καὶ αὐτὸν ὁ Ἀντώνιος βασιλέα μετὰ τῶν συνιερέων προσηγόρευσε, καὶ διαδήματι ἀνέδησεν εἰπὼν, ὅτι τοῦτό σοι ὁ δῆμος δι' ἐμοῦ δίδωσι.* Unde pluribus inſectatur Antonium Cicer. Phil. II. 34.

15. Sæpius, bis admotum eſſe tradit *Plutarch. Caſ. p.* 736. *D.*

16. Diadema faſcia erat fronti applicita, pone revincta, cerebrum verſus, interdum gemmata, interdum pura. Liberi patris inventum eſſe prodidit Plin. VII. 56. Plura *Alex. Gen.* I. 28. *Paſchal. de Coron.* IX. 3. *Soler. de pil.* §. 9. Hoc vero *Regum* erat, unde & Claudius Druſus male audit apud noſt. *Tib.* 2. 6.

17. Repulerit, *ita ut non offenſus videretur.* Paterc. II. 56. 4. Dio XLIV. p. 244. E. 245. D.

18. In Capitolium diadema hoc miſit Cæſar ex conſuetudine coronas in Capitolio deponendi. Plin. XII. 19. *Coronas ex cinnamo interraſili auro incluſas primus omnium in templis Capitolii atque Pacis dicavit imperator Veſpaſianus Auguſtus.* V. & *Rycq. de Capit.* c. 31.

19. Jovi, quem ſolum Romanorum regem eſſe dixit. Dio: *Ὅτι Ζεὺς μόνος τῶν Ῥωμαίων βασιλεὺς εἴη.*

20. Optimo maximo. Cicer. pro Dom. c. 57. *Quocirca te Capitoline, quem propter beneficia populus Romanus* optimum, *propter vim* maximum *nominavit....* Lactant. I. 10. *Quid omnium horum pater Jupiter, qui in ſollenni precatione Optimus Maximus nuncupatur?* Cicer. de Fin. III. 20. *Jovem cum* optimum & maximum *dicimus, hoc intelligi volumus, ſalutem hominum in ejus eſſe tutela.* Noſt. *Aug.* 23. 3: 94. 9. quod cognomen aſſumſit Caligula apud *noſt.* 22. 1.

21. Alexandriam Ægypti urbem, forte 1. propter ejus pulcritudinem, 2 propter Cleopatram.

22. Ilium, Trojam, propter originem, quam ipſe ab hac trahebat urbe. Ad hanc reſpicere videtur Horat. Od. III. 3. 57.

Sed bellicoſis fata Quiritibus
Hac lege dico: ne nimium pii
Rebuſque fidentes, avita
Tecta velint reparare Trojæ.

Hanc cognationem quoque renovavit cum Ilienſibus Cæſar, illiſque agrum attribuit, & libertatem, publicarumque operarum immunitatem ſervavit. Strab. XIII. p. 409. *Κατὰ συγγένειαν ἀνατίαστιν χώραν προσένειμε αὐτοῖς, καὶ τὴν ἐλευθερίαν, καὶ τὴν ἀλειτουργησίαν αὐτοῖς συνεφύλαξε.*

23. Delectibus i. militibus. Flor. IV. 2. 5. *Hinc Gallici Germanique delectus.* Hinc *delectum agere* Flor. III. 10. 22. & noſt. Cal. 43. 2. eſt milites legere.

24. Quindecimviros ſacris faciundis præfuiſſe docet & Cicer. Fam. VIII. 4. *P. Dolabellam quindecimvirum factum hoc tibi non invideo.* Primitus fuere duumviri. Dionyſ. IV. p. 259. *Ὁ δὲ Ταρκύνιος τῶν ἀστῶν ἄνδρας ἐπιφανεῖς δύο προχειρισάμενος, καὶ δημοσίους αὐτοῖς δύο θεράποντας παραζεύξας, ἐκείνοις ἀπέδωκε τὴν βιβλίων φυλακήν.* *Tarquinius ſuperbus duumviros creavit ex numero nobilium, hiſque addidit duos miniſtros publicos, & per hos cuſtodiri libros voluit.* Anno ab U. C. 398. C. Licinius & L. Sextius tribuni plebis *de decemviris ſacrorum ex parte de plebe creandis pertulere: creati quinque patrum, quinque plebis.* Liv. VI. 42. Noſt. Galb. 8. 1. *Quindecimviros* inſtituiſſe Syllam ſe pulcre divinaſſe putat Merul. de ſacerd. c. 2. De horum ſacerdotum numero etiam Gruch. de comit. II. 2.

25. Fatalibus i. Sibyllinis, in quibus populi Romani *fata* continebantur. Liv. XXII. 9. *Decemviri libros Sibyllinos adire juberentur, qui inſpectis fatalibus libris retulerunt patribus....* Beroaldus.

26. Parthos V. ad Curt. VI. 2. 12. §. 40. 41.

27. Nisi a rege Parthos vinci non poſſe falſa fama in vulgus exierat. Dio XLIV. p. 247. C. *Λόγου τινὸς, εἴτ' οὖν ἀληθῶς εἴτε καὶ ψευδῶς: ὡς τῶν ἱερέων τῶν πεντεκαίδεκα καλουμένων διαθροοῦντων, ὅτι ἡ Σιβύλλα εἰρηκυῖα εἴη, μήποτ' ἂν τοὺς Πάρθους ἄλλως πως, πλὴν ὑπὸ βασιλέως ἁλῶναι.* *Sparſus fuerat rumor, ſive is verus fuit, ſive confictus; ſacerdotes, quos quindecimviros vocabant, perhibere Sibyllæ vaticinio prædictum eſſe, Parthos niſi a rege ſubigi non poſſe.* Cicer. Divin. II. 54. *Sibyllæ verſuum interpres nuper falſa quadam hominum fama dicturus in ſenatu putabatur, eum, quem revera regem habebamus, appellandum quoque eſſe regem, ſi ſalvi eſſe vellemus.* i. interprete *Caſaub. contr. Baron.* I. 11. Parthos vincere, & ſalvam rempublicam vellemus.

CAPUT LXXX.

ARG. *In Cæſarem conſpirant, & cædis locum & tempus defi[illegible] ſexaginta amplius conjurati.*

Quæ

1 Quæ cauſa conjuratis maturandi [1] fuit deſtinata negotia, ne aſſentiri [2] neceſſe eſ-
2 ſet. Conſilia igitur diſperſim antea habita, & quæ ſæpe bini ternive ceperant, in unum omnes contulerunt, ne populo quidem jam præſenti ſtatu læto, ſed clam palamque detrectante [3] dominationem [4], atque aſſertores [5] flagi-
3 tante. Peregrinis [6] in ſenatum allectis libellus [7] propoſitus [8] eſt. *Bonum factum* [9]. *Ne quis ſenatori novo curiam* [10] *monſtrare velit:* & illa vulgo canebantur:

Gallos Cæſar in triumphum ducit, idem in curiam [11].

Galli bracas [12] *depoſuerunt, latum clavum* [13] *ſumpſerunt* [14].

4 Q. Maximo [15] ſuffecto, trimeſtrique [16] conſule theatrum introeunte, cum lictor animadverti [17] ex more juſſiſſet, ab univerſis conclamatum eſt: *Non eſſe conſulem*
5 *eum* [18]. Poſt remotos Cæſetium & Marullum tribunos, reperta ſunt proximis comitiis

MATURANDI I. properandi. Salluſt. B. C. c. 36. *Antonius Caſilinam perſequi maturet.* Cæſar vero *omnino curabat*, aut Appian. B. C. II. p. 497. *ut quamprimum exiret Urbem, in qua laborabat invidia: verum quatriduo ante diem profectioni deſtinatam confoſſus eſt ab inimicis:* τὴν ἔξοδον ὅλως ἐπετάχυνεν, ἐπίφθονος ὢν ἐν τῇ πόλει· ἐξιέναι δ' αὐτὸν μέλλοντα πρὸ τετάρτης ἡμέρας οἱ ἐχθροὶ κατέκανον.

2. ASSENTIRI I. decretum de Cæſare rege appellando probare.

3. DETRECTANTE I. recuſante, declinante. V. Curt. VII. I. 38. §. 109.

4. DOMINATIONEM I. tyrannidem. V. Curt. VI. I. 8. §. 15.

5. ASSERTORES I. libertatis vindices, defenſores. Flor. II. 18. 16. *Aſſeruit cum fide ſocios.* Noſt. *Galb.* 9. 8. *Tib.* 2. 10. Quid ſit proprie *aſſerere*, dixi ad Curt. VIII. I. 42. §. 122.

6. PEREGRINIS, Gallorum ſemibarbaris, ut 76. 6.

7. LIBELLUS I. ſcriptum... ut & Cicer. pro Quint. c. 15. *De quo libelli in celeberrimis locis proponantur, huic ne perire quidem tacite conceditur.* Noſt. *Vitell.* 14. 9.

8. PROPOSITUS I. in publico *poſitus*, omnium viſui expoſitus. Tacit. Ann. III. 5. 7. *Propoſitam thoro effigiem.* Noſt. *Aug.* 42. 3. *Vit.* 14. 9. *Galb.* 10. 1. *Cal.* 14. 3: 16. 3. *Tit.* 8. 5.

9. BONUM FACTUM boni ominis cauſa ſuis edictis addebant, & illud per B & F, ut monet *Iſid.* I. 22. ſcribebant veteres. Joſephus exprimit his verbis, καλῶς ἔχει Antiq. Jud. XIV. 17. καλῶς ἔχει καὶ ἡμᾶς ἀπομνημονεύειν, *bonum factum nos quoque horum meminiſſe.* Tertull. de Pudic. c. 1. *O edictum, cui adſcribi non poterit, bonum factum.* Plaut. Pœn. prol. n. 16.

Bonum factum eſt, edicta ut ſervetis mea.

Noſt. *Vit.* 14. 6. V. & *Briſſon. Form.* III. *p.* 274. *Turneb. Adv.* III. 22. *Loenſ. Miſc.* IV. 23. *Putean. Reliq. Conv. Theſ. Antiq. Roman. Grav. Tom.* XII. *p.* 249.

10. CURIAM, quam utpote peregrini neſcirent.

11. IN CURIAM DUCIT, *recepit in curiam* ſupr. 76. 6.

12. BRACAS Gallis adſcribit & [illegible] v. p. 213. Χιτῶσι καὶ ἀναξυρίσιν, ἃς ἐκεῖνοι βράκ[illegible]ροσαγορεύουσιν: *utuntur & indumentis, quæ ipſi bracas appellant*, & Viridomaro Gallorum duci Prop. IV. II. 22.

Illi virgatis jaculantis ab inguine bracis.

Unde & Galliæ pars, Narbonenſis ſc. *bracata* fuit dicta. Tunicam fuiſſe, cui ſagum fuerit impoſitum, ex hoc trochaico, quo latum clavum, qui tunica ſenatorum fuit, *bracis* mutaſſe docemur, putat Manut. Quæſ. Epiſt. II. 2. Sed dicamus feminalia, ſive ſemoralia, quibus pudenda velaverint, fuiſſe. Ita deſcribit illas Ambroſ. libr. offic. I. & videtur docere Agathias loquens de Francis II. Γυμνοὶ δὲ τὰ στέρνα εἰσὶ καὶ τὰ νῶτα μέχρι τῆς ὀσφύος: ἐνταῦθα δὲ ἀναξυρίδας οἱ μὲν λινᾶς, οἱ δὲ καὶ σκυτίνας διαζωννύμενοι τοῖς σκέλεσι περιαμπέχονται. *Nudi ſunt pectora ac terga ad lumbos uſque: inde bracis, alii lineis, alii coriaceis cincti crura obtegunt.* Et ita quoque *Cluver. German. Ant.* I. 16. *Merul. Coſm.* II. 3. 15. *Tiraq. in Alex.* V. 18. *Voſſ. Lex.* & *de vit. ſerm.* I. 2. *Braun. de veſt. ſacerd. Hebr.* II. I. 8.

13. LATUM CLAVUM. V. illum *ſupr.* 45. 5. §. 24.

14. SUMPSERUNT penultimam corripit, ut *emerunt* Terent. Eun. prol. n. 20. Ubi Donatus: *Emerunt autem medium corripe, ut Virg. Ecl.* IV. 61.

Matri longa decem tulerunt faſtidia menſes.


Exempla collegerunt *Turneb. Adv.* III. 22. *Voſſ. Gramm.* II. 21. & ad *Virgilium Lacerda*, & multo plura *Heinſ. Ovid. Heroid.* VII. 166.

15. Q. MAXIMO, quem exhibet 76. 5. §. 38.

16. TRIMESTRI, quippe *menſe Octobri revertit in Urbem* Cæſar. Paterc. II. 56. 3. in quam cum venit conſulatu ſe abdicavit, & Fabium Maximum ſibi ſubſtituit. V. *Dion. ſupr. c.* 76. §. 28.

17. ANIMADVERTERE populum jubebat lictor conſule adveniente. Hoc quid fuerit, explicat Seneca Epiſt. 64. *Si conſulem videro, aut prætorem, omnia quibus honor haberi ſolet, faciam: equo deſiliam, caput adaperiam, ſemita cedam.*

18. NON ESSE CONSULEM, utpote populi ſuffragiis in annum integrum non legitime creatum. Πρῶτον μὲν δὴ τότε τοῦτο παρὰ τὸ καθεστηκὸς ἐγένετο, τὸ μήτε ἐτησίαν, μήτε ἐς πάντα τὸν λοιπὸν χρόνον τοῦ ἔτους τὴν ἀρχὴν ἐκεῖνον τὸν αὐτὸν ἔχειν: ἀλλὰ ζῶντα τὸν αὐτῆς, καὶ μὴ ἀναγκασθέντα, μήτε ἐκ πατρίων, μήτε ἐξ ἐπηγορίας τινὸς ἐκστῆναι, καὶ ἕτερον ἀντ' αὐτοῦ ἀντικαταστῆναι. *Contra quod moribus receptum erat hoc factum eſt primum,* *quod*



1 Congiarium populo Romano datum.
2 Templum Jovis Capitolini.
3 Camilli ac Flaminii
4 Consules
5 Lictores
6 Ministri turbam baculis summoventes.
7 Lictores.
8 Magistratus.
9 Tubicines.
10 Captarum urbium, montium, fluviorum, et marium simulacra.
21 Aurum, argentum, æs rude et aliquæ...
22 Tabulæ, signa aurea, argentea, ... gemmæ, purpura, coccus, byſſus, vest...
23 Coronæ militibus Romanis, et l... virtutis ergo donatæ.
24 Gentium victarum arma.

N° 3

Digitized by Google

Pag. 130.



SACRIFICIUM ANTE TEMPLUM JOVIS.

NAPOLI

Digitized by Google

mitiis [19] complura ſuffragia, conſules [20] eos declarantium. Subſcripſere [21] qui- 6
dam L. Bruti [22] ſtatuæ, *Utinam viveres.* Item ipſius Cæſaris ſtatuæ.

Brutus, quia reges ejecit, conſul primus factus eſt:
Hic quia conſules ejecit, rex poſtremo factus eſt.

Conſpiratum [23] eſt in eum a ſexaginta amplius [24], C. [25] Caſſio [26] Marcoque [27] & 7
Decimo Bruto [28] principibus conſpirationis. Qui primum cunctati utrumne illum 8
in campo [29] per comitia [30] tribus ad ſuffragia [31] vocantem partibus diviſis [32] e ponte [33] dejicerent [34], atque exceptum trucidarent: an in Sacra via [35], vel in aditu theatri

quod conſulatum non toto anno, neque omni reliquo anni tempore geſſerit, ſed vivus, & neque legibus patriæ, neque edicto quodam juſſus eo ſe abdicaverit, aliumque ſubrogaverit Cæſar. Dio XLIV. p. 236. *D.*

19. Comitia hæc tempore non ſuo, primis anni menſibus habita: vel menſe Februario, vel Martii initio. Sed feſtinavit Cæſar, quia primo vere Urbe exiturus erat. Jam enim Octavium cum parte copiarum Apolloniam præmiſerat. V. *Caſaubonum.*

20. Consules utpote illo honore dignos, qui Cæſaris coronæ detracto diademate libertatis aſſertores ſe oſtendiſſent. V. *Beroaldum.*

21. Subscripsere ex more n. plebis Romanæ, ex quo ſi quid palam profiteri non auderet, voluntatis ſuæ ſignificationem edebat *ſcribendo* in porticibus, parietibus, ſtatuarum baſibus, aliiſque monumentis defunctorum. Plutarch. Gracch. τὴν δὲ πλείστην αὐτὸς ὁ δῆμος ὁρμὴν καὶ φιλοτιμίαν ἐξῆψε, προκαλούμενος διὰ γραμμάτων αὐτὸν ἐν στοαῖς, τοίχοις, καὶ μνήμασι γραφομένοις. V. *Caſaubonum.*

* 22. L. Bruti, quia idem cum nobili hoc *Bruto*, qui Tarquinios quondam everterat, nomen gerebat. M. *Brutum* ab illo *Bruto* ortum ferebant, ut ad ſimile facinus, quaſi id generi ſuo conveniens, hominem excitarent: & frequenter illum appellabant, cum o *Brute, Brute*, exclamarent, & adjicerent, *Bruto* ſibi opus eſſe. Ipſiuſque adeo priſci illius *Bruti* ſtatuæ ſubſcripſerunt. Dio XLIV. p. 245. E. Τῇ ὁμωνυμίᾳ πρὸς τὸν πάνυ Βροῦτον τὸν τοὺς Ταρκυνίους καταλύσαντα καταχρώμενοι, πολλὰ ἐξετίθεσαν, φημίζοντες αὐτὸν ψευδῶς ἀπόγονον ἐκείνου εἶναι· οἱ μὲν ἀλλὰ τοῦτο τὸ ἐν πολλοῖς, ὅπως ὡς καὶ γένει προσῆκον αὐτῷ, ἐς ὁμοιότροπα ἔργα προαχθείη, ἐπλάττοντο· καὶ συνεχῶς ἀνεκάλουν αὐτόν, ὦ Βροῦτε Βροῦτε ἐκβοῶντες, καὶ προσεπιλέγοντες, ὅτι Βρούτου χρῄζομεν.

* 23. Conspirationis cauſam prodit Senec. de Ira III. 30. *D. Julium plures amici confecerunt quam inimici, quorum non expleverat ſpe inexplebiles.*

24. Lx amplius in Cæſarem conjuraſſe dicunt etiam Eutrop. VI. 18. Oroſ. VI. 17. ἐκ ὀλίγοι dicit Dio XLIV. *p.* 247. *A.* illoſque ſenatores & equites fuiſſe Romanos addit *Eutropius.* Horum pleroſque collegit *Caſaubonus.*

25. Cassius et Brutus vel invidentes ei dignitatis amplitudinem, vel priſtinæ reipublicæ formæ cupidi illum confecerunt. Appian. B. C. I. p. 351. ζήλῳ τε τῆς ἀρχῆς τοῦ μεγέθους, καὶ πόθῳ τῆς πατρίου πολιτείας. Paterc. II. 56. 3. *Conjurationis auctoribus Bruto & Caſſio, quorum alterum promittendo conſulatum non obligaverat, contra differendo Caſſium offenderat, interemptus eſt.* Hos ſuſpectos habuit Cæſar, dum dixit apud Plutarch. Cæſ. p. 737. C. Apoph. p. 206. E. Οὐ τούτους δέδοικα τοὺς παχεῖς καὶ κομήτας, μᾶλλον δὲ τοὺς ὠχροὺς καὶ λεπτοὺς ἐκείνους· Κάσσιον λέγων καὶ Βροῦτον. *Nihil timeo hos pingues & comatos, ſed potius pallidos illos & macilentos: Caſſium & Brutum deſignans.*

26. C. Cassius Bruti fuit affinis, & prætor. Dio XLIV. p. 247. A. Τὸν Κάσσιον τὸν Γάϊον, σωθέντα μὲν καὶ αὐτὸν ὑπὸ τοῦ Καίσαρος, καὶ προσέτι καὶ στρατηγίᾳ τιμηθέντα, τῆς τε ἀδελφῆς ἄνδρα ὄντα, προσέλαβε. *Cajum Caſſium a Cæſare ſalute donatum, & pratura inſuper ornatum, ſororis ſuæ maritum ſibi adjunxit.*

27. M. Brutus Καιπίων, *Cæpio* dictus. Dio XLI. p. 184. *A.* prætor & conſul in quartum annum deſignatus. Plutarch. Cæſ. p. 737. *B.* Hujus tribunali noctu inſcripſerant; Καθεύδεις Βροῦτε, καὶ οὐκ εἶ Βροῦτος. *Dormis Brute, & non es Brutus.* Plutarchus, Dio XLIV. p. 246. B. Zonar. Ann. II. p. 132.

28. D. Brutus ὃν καὶ Ἰούνιον, Ἀλβῖνόν τε ἐπεκάλουν, *quem & Junium & Albinum vocaverunt.* Dio XLIV. p. 247. A. quemque *in ſecundis hæredibus ſcripſerat.* Plutarch. Cæſ. p. 738. B. ὃς καὶ δεύτερος ὑπ' αὐτοῦ κληρονόμος γεγράφθαι.

29. In campo Martio, in quo fere comitia tributa habebantur. Cicer. Attic. I. I. *In campo comitiis tribunitiis....* IV. 14. *Sequere nunc me in campum.* V. *Gruch. de Comit.* III. 5. *Merul. de Comit. c.* 4. §. 16.

30. Comitia tributa, illa enim qui habebat, in ponte conſiſtere ſolebat, ubi vocatarum tribuum tabellas colligebat. V. *Gruch. de Comit.* III. 4.

31. Suffragia danda per tabellas, quas populo miniſtrabant, qui in pontis initio ſtabant diribitores, & quas a populo repetebat, qui in altera pontis parte ſtabat rogator magiſtratus, qui ciſtam detulerat colligendis per tribus ſuffragiis. V. *Gruch. de Comit.* II. 4. *Merul. de Comit. c.* §. 18.

32. Divisis I. aliis ſuper ponte, aliis ſub ponte collocatis, quorum illi Cæſarem dejicerent, hi dejectum exciperent & trucidarent.

33. E Ponte tabulato, in quem in campo Martio exſtructum adſcendebant ſingulæ per vicem tribus

theatri [36] adorirentur: poſtquam ſenatus Idibus Martiis [37] in Pompeji curiam [38] edictus [39] eſt, facile tempus [40] & locum [41] prætulerunt.

bus ſuffragia laturæ, datiſque ſuffragiis in montem *Citorium*, ſive *Citatorum*, ut aliis placet, qui dextri Campi Martii lateris partem occupavit, tranſibant. Cicer. ad Heren. I. 12. *Pontes diſturbat, ciſtas dejicit.* V. & *Gruch. de Comit.* II. 5. *Beroal. Annot. c.* 5. *Pollet. For. Rom.* v. 8. *Hinc videre mihi videor, inquit *Nardin. Rom. Vet.* VI. 6. ſepta, quo aliunde ingreſſus per tabulata prohiberetur, foſſa circumdata, & hanc *ponte* ſtratam fuiſſe. Id certe Cicero indicare videtur Attic. IV. 16. *In campo Martio ſepta tributiis comitiis marmorea ſumus & tecta facturi: eaque cingemus excelſa porticu, ut mille conficiantur. Simul adjungetur huic operi villa etiam publica.* Operi Lepidus poſtea & Agrippa ultimam manum admoverant, ut docebit Dio infr. Aug. 43. 1. §. 17.

34. DEJICERENT, ATQUE EXCIPERENT, & ita Virg. Æn. III. 317.

Heic quis te caſus dejectam conjuge tanto
Excipit?

Ubi Servius: *Signate locutus eſt, quia dejectam dixerat. Excipiuntur enim quæ cadunt.*

35. SACRA VIA, in qua habitaſſe Cæſarem diximus *ſupr.* 46. 1. §. 2.

36. THEATRI Pompejani, de quo plura Aug. 31. 10. In illo tunc ludi agitabantur. Appian. B. C. II. p. 500. Θέαι δ' ἦσαν ἐν τῷ Πομπηΐου θεάτρῳ, καὶ βουλευτήριον ἔμελλε τῶν τε περὶ αὐτὸ οἰκῶν ἔσεσθαι, εἰώθει ἐπὶ ταῖς θέαις ὧδε γίγνεσθαι: *Ludi tunc erant in Pompeji theatro, & ad ædes huic imminentes ſenatus futurus erat, ut ſolebat ſpectaculorum tempore fieri.*

37. IDIBUS MARTIIS Annæ Perennæ feſtum erat, in quo largioribus poculis indulgebant, & pro cyathorum numero annos mutuo ſibi precabantur Romani. Illud deſcribit *Ovid. Faſt.* III. 523....

38. POMPEJI CURIAM ejus theatro proximam fuiſſe dicit Appian. §. 36. In illa *Pompeji* fuit ſtatua: Noſt. Aug. 31. 3. Cicer. Divin. II. 9. *Quid vero Cæſarem putamus, ſi divinaſſet fore, ut in eo ſenatu, quem majore ex parte ipſe cooptaſſet, in curia Pompeja, ante ipſius Pompeji ſimulacrum, tot centurionibus ſuis inſpectantibus, a nobiliſſimis civibus, partim etiam a ſe omnibus rebus ornatis, trucidatus ita jaceret, ut ad ejus corpus non modo amicorum, ſed ne ſervorum quidem quiſquam accederet?* Ita vero voluerunt fata, ut in *curia Pompeji* necaretur, qui Pompejum everterat. Sic enim de illa Plutarch. Cæſ. p. 738. F. Ὁ δὲ δεξάμενος τὸν φόνον ἐκεῖνον, καὶ τὸν ἀγῶνα χῶρος, εἰς ὃν ἡ σύγκλητος ἠθροίσθη, τότε Πομπηΐου μὲν εἰκόνα κειμένην ἔχων, Πομπηΐου δὲ ἀνάθημα γεγονὼς τῶν προσκεκοσμημένων τῷ θεάτρῳ, παντάπασιν ἀπέφηνε δαίμονος τινὸς ὑφηγουμένου καὶ καλοῦντος ἐκεῖ τὴν πρᾶξιν ἔργον γεγονέναι. *At locus, ubi cædes illa & certamen eſt patratum, in quo coactus fuit ſenatus, ubi ſtatua erat Pompeji locata, dedicatus a Pompejo inter theatri ornamenta, omnino oſtendit numinis cujuſdam auctoris & trahentis illuc negotium factum illud fuiſſe.* V. & infr. 82. 3. §. 20.

39. EDICTUS vel indictus ſenatus erat, qui ob negotia incidentia repente indicebatur. Appian. B. C. I. p. 365. Ὁ δ' ἐπιδημῶν τῶν ὑπάτων Ὀπίμιος.... τὴν βουλὴν διὰ κηρύκων συνεκάλει. *Alter conſulum qui in Urbe manſerat Opimius.... ſenatum per præconem convocat.* Σύγκλητος dicebatur Athenienſibus. Suidas: Εἰ δέ τι ἐξαίφνης κατεπείξειεν ὥστε γενέσθαι ἐκκλησίαν, αὕτη ἐκαλεῖτο σύγκλητος ἐκκλησία. Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου. *Si vero repente nova de cauſa fieret eccleſia, illa vocabatur convocata concio.* V. & *Bud. in Pandect. p.* 57. Cui opponitur *legitimus*, quem V. *Aug.* 35. 4. 23.

40. TEMPUS, Idus Martias.

41. LOCUM, Pompeji curiam.

CAPUT LXXXI.

ARG. *Futuram cædem evidentibus prodigiis docetur Cajus Julius Cæſar.*

1.2 Sed Cæſari futura cædes evidentibus prodigiis denuntiata eſt. Paucos ante menſes quum in colonia [2] Capua [3] deducti lege Julia [4] coloni ad exſtruendas villas ſepulcra vetuſtiſſima disjicerent [5], idque eo ſtudioſius facerent, quod aliquantum

DENUNTIATA, non ut caveret, ſed ut moriendum ſibi plane ſciret. *Quæ enim fato manent; quamvis ſignificata, non vitantur.* Tacit. Hiſt. I. 18. 1.

2. COLONIAM hanc deduxit Cæſar *poſt annos circiter* 152, *quam bello Punico ab Romanis Capua in formam præfecturæ redacta erat.* Paterc. II. 44. 4. Frontin. de colon. §. 21. *Capua muro ducta colonia, Julia Felix. Juſſu imperatoris Cæſaris a* 20 *viris eſt deducta.* Noſt. ſupr. 20. 6. §. 32. V. & *Panvin. Comm. R.* III. *p.* 346. *Merul. Coſm.* II. 4. 25. *Cluver. Ital. Ant.* IV. 5. 4.

3. CAPUA *& ipſa caput urbium: quondam inter tres maximas, Romam, Carthaginemque numerata.* Flor. I. 16. Antea dicta *Vulturnum.* Liv. IV. 37. *Vulturnum Etruſcorum urbem, quæ nunc Capua eſt, ab Samnitibus captam.*

4. JULIA 1. quam de colonis Capuam ducendis tuliſſe Cæſarem diximus *ſupr.* 20. 3. §. 12.

5. SEPULCRA DISJECERUNT contra leges, quas in colo-

tum vaſculorum operis antiqui [6] ſcrutantes [7] reperiebant [8]: tabula ænea [9] in monumento [10], in quo dicebatur Capys [11] conditor Capuæ ſepultus, inventa eſt, conſcripta [12] literis verbiſque Græcis hac ſententia: *Quandoque* [13] *oſſa Capyis detecta eſſent, fore ut Julio* [14] *prognatus manu conſanguineorum* [15] *necaretur, magniſque mox Italiæ cladibus* [16] *vindicaretur.* Cujus rei, ne quis fabuloſam, aut commentitiam putet, 3
auctor eſt Cornelius Balbus familiariſſimus Cæſaris. Proximis [17] diebus equorum 4
greges, quos in trajiciendo [18] Rubicone [19] flumine conſecrarat [20], ac vagos ſine cuſtode [21] dimiſerat, comperit pertinaciſſime pabulo abſtinere [22], ubertimque [23] flere

coloniis deducendis ſanxiſſe veteres ſcribit Hygin. de lim. conſt. p. 208. *Uti quæcunque loca ſacra, ſepulcra, delubra, aquæ publicæ, aquæ vicinales, fontes, foſſæque publicæ vicinaleſque eſſent, item ſi quæ compaſcua, quamvis agri dividerentur, in omnibus ejuſdem conditionis eſſent, cujus ante fuiſſent.*

6. VASCULA OPERIS ANTIQUI multa in ſepulcris olim poſita fuiſſe hoc exemplo probat *Guther de jur. man.* II. 32.

7. SCRUTANTES i. quærentes. V. Curt. III. 4. 13. §. 62.

8. REPERIEBANT i. magno labore quæſitum inveniebant. Curt. V. 1. §. 29. *Quo limo penitus egeſto, vix ſufficiendo operi firmum reperiunt ſolum.* Donat. ad Terent. Hec. I. 1. 1. *Reperias, aptum verbum ad raritatem, & ideo non dixit*, pauci ſunt, ſed paucos reperias, *quaſi quærens. Non autem reperitur, niſi quod quæritur: non quæritur niſi quod præſto non ſit.* V. *Alex. Gen.* I. 21. & ad illum *Tiraquellum.*

*9. TABULAM ÆNEAM quod dicit Suetonius, id juvencam æneam fuiſſe vult Serv. Æneid. II. 35. *Nam his temporibus, quibus Cæſar occidi habuit, Capuæ juvencæ æneæ inſcriptum fuiſſe: iiſdem temporibus unum de genere conditoris periturum.* In libello Scauri de Orthographia mentio fit fœderis Græciæ quod camelo æreo inciſum fuit. *Cœterier apud Grævium in Suetonium.*

10. MONUMENTO i. ſepulcro. *Monumentum* eſt θήκη generalis omnium in eadem familia defunctorum. *Salmaſ. Exerc. Plin. p.* 849. *a. E.* Proprie eſt, quod ſervandæ memoriæ gratia exiſtit. *Idem ibid.* 859. *a. C.*

11. CAPYM Capuam condidiſſe dicunt quoque Sil. Ital. I. 179.

cui nomina liquit
A Jove ducta Capys, magno cognatus Julo.

Virg. Æn. X. 145.

Et Capys: hinc nomen Campanæ ducitur urbi.

*Romulum vero Dionyſ. I. p. 59. Ῥώμον κτίσαι Καπύην ἀπὸ τοῦ προπάππου Κάπυος. *Romulum condidiſſe Capuam a Capy proavo denominatam.*

12. CONSCRIBI dicitur etiam id, in quo ſcribitur. Ita & *menſa*, ut hoc loco tabula, Ovid. Amor. II. 5. 17.

Conſcriptaque vino
Menſa.

13. QUANDOQUE i. quandocunque. V. *ſupr.* I. 3. §. 38.

14. JULO, ad quem genus ſuum Cæſarem retuliſſe dictum *ſupr.* 6. 1. §. 12. De *Juli* poſteris in Capyis ſepulcro mentio facta eſt, utpote qui & Trojanus fuerit, & Æneæ propinquus. V. & *Baldelonium.*

15. CONSANGUINEORUM i. Romanorum, qui ejuſdem erant cum Cæſare *ſanguinis.*

16. ITALIÆ CLADIBUS i. damnis illatis tum bellis civilibus ab Auguſto geſtis, tum ſæviori illa Auguſti, Lepidi, Antonii triumvirorum proſcriptione.

17. PROXIMIS i. Cæſaris necem *proxime* antecedentibus.

18. TRAJECTURUS Rubiconem Cæſar ſuperiore loco conſtituit equos impetum aquarum excepturos, ut ita pedites, fractus undarum viribus, infra tuto tranſirent. Lucan. I. 220.

Primus in obliquum ſemper opponitur amnem
Excepturus aquas, molli tunc cætera rumpit
Turba vado faciles jam fracti fluminis undas.

V. *Beroaldum.*

19. RUBICONE, quem deſcripſi ſupr. 31. 2. §. 19.

20. CONSECRAVERAT illos Marti, ut hariolatur Torrentius, ut equos Minervæ conſecratos legimus apud Virg. Æn. III. 537.

Quatuor hic, primum omen, equos in gramine vidi
Tondentes campum late.

Ita ſacros equos habuit Cyrus apud Herod. I. p. 86. E. Ἐνταῦθα δὲ τῶν τις ἱρῶν ἵππων τῶν λευκῶν ὑπὸ ὕβριος ἐσβὰς ἐς τὸν ποταμὸν, διαβαίνειν ἐπειρᾶτο. *Interim quidam e ſacris equis candidis petulanter ingreſſus fluvium tranſire conabatur.* *Boves Diana Perſica. Plutarch. Lucull. p. 507. E. Βόες ἱεραὶ νέμονται Περσίας Ἀρτέμιδος, ἣν μάλιστα θεῶν οἱ πέραν Εὐφράτου βάρβαροι τιμῶσι. *Diana Perſica, quam eximie venerantur barbari trans Euphratem colentes, ſacra paſcuntur boves.* Proſerpina apud eundem ibid. p. 498. A. Ἡ ἱερὰ καὶ τρεφομένη τῇ θεῷ, νομὴν μὲν ἔχειν (ὥσπερ τἄλλα βοτὰ Κυζικηνῶν) ἐν τῇ περαίᾳ. *Sacra* vacca, *quæ deæ alebatur, trans fretum paſcebat cum reliquo armento Cyzicenorum.*

21. SINE CUSTODE i. ſine ullo paſtore. Liv. XXIV. 3. *Lucus ibi frequenti ſylva, & proceris abietis arboribus ſeptus læta in medio paſcua habuit, ubi omnis generis ſacrum deæ paſcebatur ut pecus ſine ullo paſtore.* Græcis

5 flere [24]. Immolantem aruſpex Spurinna monuit, caveret periculum quod non
6 ultra Martias Idus [25] proferretur. Pridie autem eaſdem Idus avem regaliolum [26],
cum laureo ramulo [27] Pompejanæ curiæ ſe inferentem, volucres varii generis ex
7 proximo nemore [28] perſecutæ, ibidem diſcerpſerunt. Ea vero nocte cui inluxit
dies cædis [29], & ipſe ſibi viſus eſt per quietem interdum ſupra nubes volitare [30],
8 alias cum Jove dextram jungere. Et Calpurnia [31] uxor imaginata eſt [32], collabi faſtigium [33] domus, maritumque in gremio ſuo confodi, ac ſubito cubiculi fores [34] ſponte

cis talia animalia vocantur ἄφετα. Syneſ. Epiſt. 57. Ἔζων μετ' ἀγαθῶν τῶν ἐλπίδων ὥσπερ ἐν ἱερῷ περιβόλῳ τῷ κοσμῷ ζῶον ἄφετον. *Vivebam cum bona ſpe in mundo ut in ſacro ſepto ſolutum animal.* De hac voce plura *Victor. V. L.* XXVIII. 24. *Bochart. Hieroz.* II. 54. etiam *Turneb. Adv.* II. 27. *Buleng. de equo c.* 14. *Guther. de Jur. Pont.* III. 13.

22. PABULO ABSTINERE. Huc reſpicit Virg. Ecl. v. 25.

nulla neque amnem
Libavit quadrupes, nec graminis attigit herbam.

* Moſchus de Bione Eidyl. III. 23.

Αἱ βόες αἱ ποτὶ ταύροις
Πλαζόμεναι, γοάοντι, καὶ οὐκ ἐθέλοντι νέμεσθαι.
Vaccæ apud tauros
Errantes plorant, & non volunt paſci.

23. UBERTIM i. largiter, abundanter. Apul. Met. v. p. 161. *Pſyche flens ubertim deceſſit ad ſomnum. Flere uberius* Cicer. Phil. II. 31. *Cum mulier fleret uberius, homo miſericors ferre non potuit.*

24. FLERE etiam dicuntur equi. Plin. VIII. 42. *Amiſſos lugent dominos, lacrymaſque interdum deſiderio fundunt.* Virg. Æn. x. 89.

Poſt bellator equus poſitis inſignibus Æthon
It lacrymans, guttiſque humectat grandibus ora.

Homer. Iliad. XVII. 437.

δάκρυα δέ σφι
Θερμὰ κατὰ βλεφάρων χαμάδις ῥέε μυρομένοισι.
lacrymæ autem ipſis
Calida ex palpebris in terram fluebant plorantibus.

25. IDUS MARTIAS *ferales ſibi annotavit Cæſar ſcorpionis occaſu.* Plin. XVIII. 26.

26. REGALIOLUS Suetonio dicitur avicula, quam Græci βασιλίσκον vocant, Latini *regaviolum* & *regaviliolum*. Gloſſ. *regaviolus*, ſic enim in gloſſario legendum contendunt *Caſaubonus* & *Salmaſ. Exerc. Plin. p.* 315. *b. C.* βασιλίσκος, ὀρνίθιον. Plinio VIII. 25. x. 74. *Parva avis, quæ trochilos vocatur, rex avium in Italia.* De illa quoque *Salmaſ. Hiſt. Aug. Pollion.* 30. *tyr. c.* 10. & ad hunc locum *Donatus.*

27. LAUREUS RAMUS Cæſari quoque portentum fecit. Laurus enim Cæſarum uſque eo propria eſſe cœpit, ut ſi quid ſignificaretur ominis, quod ad ipſorum exitium, aut ſalutem pertineret, id fieret per *laurum*. V. *Paſchal. de Coron.* VIII. 2.

* 28. NEMORE, quod platano, vel lauro, vel alio arboris genere conſitum inter curiam Pompeji, & porticum, quæ ante Pompeji theatrum ejus curiæ proximum collocat *Nardin. Rom. Vet.* 6. 3.

29. INLUXIT DIES CÆDIS i. dies cædis ſecutus eſt. Val. Max. I. 7. 2. *Nocte, quam in terris ultimam egit.* Perperam Dio XLIV. p. 248. A. ἐν γὰρ τῇ νυκτί, ἐν ᾗ ἐσφάγη.

30. SUPRA NUBES VOLITARE, ἐπὶ τῶν νεφῶν μετέωρος ἀναφέρεσθαι. *Dio.*

31. CALPURNIA L. Piſonis filja *ſupr.* 21. I. §. I.

32. IMAGINATA EST i. ſomniavit, per ſomnum, *in quiete vidit*, ut Val. Max. I. 7. 2. Plin. XX. 13. *Ideo profluvio genitali datur, & venerem crebro per ſomnia imaginantibus.* Unde *imagines* nocturnæ ſomnia dicuntur. Flor. IV. 2. 45. *Dux ipſe*, Pompejus, *nocturna imagine, theatri ſui audiens plauſum.* Et Tibul. I. 3. 28.

Et quum te fuſco ſomnus velavit amictu,
Vanum nocturnis fallit imaginibus.

ſomnurna Varr. Prometh. I. apud Non. II. 790. ex emendatione *Salmaſ. Exerc. Plin. p.* 764. *b. C.*

Levis mens nunquam ſomnurnas imagines
Affatur.

Noſt. *Cal.* 50. 8. De virtute *imaginativa* Donatus.

33. FASTIGIUM ἁπλῶς eſſe ædificii ſummum dixit Feſtus ad Curt. III. 12. 25. §. 85. Interdum eſt ornamentum *faſtigii*, & quodammodo *faſtigii faſtigium*. Talia ornamenta *faſtigiis* addebantur templorum, quibus privatorum ædificiorum culmina habentia quoque tecti formam, ἀετὸς & ἀέτωμα dicebatur, carebant, ut ſtatuæ, victoriæ, & alia deorum ſimulacra. Ἀκρωτήρια dicuntur Græcis. Heſychius: ἀκρωτήρια, τὰ ἐπάνω τῶν ναῶν ζῴδια ἀνατιθέμενα. *Faſtigia, templorum ſigna ſuperne illis impoſita.* Et illa, *faſtigia*, quia vocem, qua exprimerent, non habuerunt, vocant Latini. Qua de cauſa & Græcam vocem retinet, & a *faſtigio* diſtinguit Vitruv. III. 3. *Membra omnia, quæ ſupra capitula columnarum ſunt futura, id eſt, epiſtylia, zophori, coronæ, tympana, faſtigia, acroteria.* Qui *ſigna fictilia, aut ærea inaurata* vocat hæc *faſtigiorum* ornamenta III. 2. *Ipſarum ædium ſpecies ſunt barycæ, barycephalæ, humiles, latæ, ornantque ſignis fictilibus, aut æreis inauratis earum faſtigia.* Quia vero multa Cæſari decreta erant ut deo, ejus quoque ædium *faſtigium* eodem modo ornaverunt, quo ſolebant ornari deorum templa. Unde & ἀκρωτήριον quaſi *faſtigii faſtigium*, & domus *faſtigio* impoſitum vocat Plutarch. Cæſ. p. 738. A. Ἦ γάρ τι τῇ Καίσαρος οἰκίᾳ προσκείμενον οἷον ἐπὶ κόσμῳ καὶ σεμνότητι τῆς βουλῆς ψηφισαμένης ἀκρωτήριον, τοῦτο ὄναρ ἡ Καλπουρνία θεασαμένη καταῤῥηγνύμενον, ἔδοξε ποτνιᾶσθαι καὶ δακρύειν. *Nam quum Cæſaris*

ſponte [35] patuerunt. Ob hæc ſimul & ob infirmam valetudinem diu cunctatus [36], 9
an ſe contineret, &, quæ apud ſenatum propoſuerat agere, differret: tandem Decimo Bruto [37] adhortante, ne frequentes, ac jamdudum opperientes deſtitueret [38], quinta fere hora [39] progreſſus eſt [40]: libellumque [41] inſidiarum indicem, ab obvio [42] quodam porrectum, libellis cæteris, quos ſiniſtra manu [43] tenebat, quaſi mox lecturus [44] commiſcuit [45]. Dein pluribus [46] hoſtiis cæſis [47], cum litare [48] 10
non

Cæſaris ædibus velut ad ornamentum & amplitudinem ex S. C. eſſet adjunctum faſtigium faſtigii (pinnaculum vertit interpres) *id per quietem imaginata collabi Calpurnia videbatur lamentari.* Noſt. *Claud.* 17. 4. V. *Salmaſ. Spart. Peſcenn. c.* 12. *Exerc. Plin. p.* 853. *b. E. Victor. Var. Lect.* XVII. 18. *Rhodig. Ant. Lect.* XXI. 33. *Scheff. Obſeq. c.* 127. *Buleng. de donar. Pont. c.* 16.

34. Cubiculi fores. Obſeq. c. 127. *Nocte, cum valvæ cubili* (cubiculi legit Schefferus) *clauſæ eſſent, ſua ſponte apertæ ſunt, ita ut lunæ fulgore, qui intro venerat, Calpurnia excitaretur.* Plutarch. Cæſ. p. 737. F. Μετὰ ταῦτα κοιμώμενος παρὰ τῇ γυναικὶ, πασῶν ἅμα τῶν θυρῶν τοῦ δωματίου καὶ τῶν θυρίδων ἀναπεταννυμένων, διαταραχθεὶς ἅμα τῷ κτύπῳ καὶ τῷ φωτί. *Deinde cubans, apud uxorem, omnibus cubiculi januis pariter & feneſtris patefactis, exterritus eſt ſtrepitu & lumine.* V. quoque *Dion.* XLIV. *p.* 248. *B.*

35. Sponte ſi *paterent* fores, nulla humana accedente opera, id pro ſiniſtro omine, & pro grandi prodigio fuit habitum. Noſt. *Ner.* 46. 4. *Veſp.* 23. 10. V. *Sagittar. de jan. vet. c.* 35. §. 15. *Buleng. de prodig. c.* 48.

36. Cunctatus.... rogante Calpurnia μὴ προελθεῖν, ἀλλ' ἀναβαλέσθαι τὴν σύγκλητον: *ne prodiret, ſed in aliud tempus ſenatum rejiceret.* Plutarch. Cæſ. p. 738. A. Paterc. II. 57. 2. Ille vero, *ne muliebri ſomnio motus id feciſſe exiſtimaretur, ſenatum adire contendit.* Val. Max. I. 7. 2.

37. D. Brutus φοβηθεὶς μὴ τὴν ἡμέραν ἐκείνην διακρουσαμένου τοῦ Καίσαρος, ἔκπυστος ἡ πρᾶξις γένηται, τούς τε μάντεις ἐχλεύαζεν, καὶ καθήπτετο τοῦ Καίσαρος, ὡς αἰτίας καὶ διαβολὰς ἑαυτῷ κτωμένου πρὸς τὴν σύγκλητον, ἐντρυφᾶσθαι δοκοῦσαν: ἥκειν μὲν γὰρ αὐτὴν κελεύσαντος ἐκείνου, καὶ προθύμους εἶναι ψηφίζεσθαι πάντας, ὅπως τῶν ἐκτὸς Ἰταλίας ἐπαρχιῶν βασιλεὺς ἀναγορεύοιτο, καὶ φοροίη διάδημα τὴν ἄλλην ἐπιὼν γῆν καὶ θάλασσαν. *Veritus, ne, ſi diem illum exemiſſet Cæſar, res efferretur, irriſit aruſpices, Cæſaremque caſtigavit, quod criminum materiam & calumniarum præberet adverſus ſe patribus, qui ludibrio viderentur haberi: conveniſſe ex ipſius edicto ſenatum, libentemque omnia decreturum, ut provinciarum extra Italiam rex diceretur, omnibusque locis aliis terra marique diadema ferret,* Plutarch. Cæſ. p. 738. C. V. & Dion. XLIV. p. 248. C. Zonar. II. 132.

38. Destitueret i. præſto non eſſet, ut promiſerat.

39. Quinta fere hora i. circiter undecimam. *In horas* enim *duodecim diviſum eſſe diem, noctemque in totidem, vulgo notum eſt.* Cenſor. de D. N. c. 23.

40. Progressus est lectica delatus. Plutarch. Brut. p. 991. B. Ἤδη δὲ Καῖσαρ ἀπηγγέλλετο προσιὼν ἐν φορείῳ κομιζόμενος. *Jam annuntiabatur Cæſarem advenire lectica delatum.*

41. Libellum, quem ſupplicem putabat. * *Libellis* principes etiam præſentes adire ſolebant & illo tempore veteres. Tacit. Ann. IV. 39. 1. *Sejanus ad Cæſarem componit codicillos. Moris quippe tum erat, quamquam præſentem, ſcripto adire.* Moris hujus repertorem C. Cæſarem Lipſius n. 103. vult fuiſſe ex his, quæ ex Plutarch. in Cæſ. p. 716. A. adfert verbis. Λέγεται δὲ καὶ τὸ διὰ γραμμάτων τοῖς φίλοις ὁμιλεῖν Καίσαρα πρῶτον μηχανήσασθαι, τὴν κατὰ πρόσωπον ἔντευξιν ὑπὲρ τῶν ἐπειγόντων τοῦ καιροῦ, διά τε πλῆθος ἀσχολιῶν, καὶ τῆς πόλεως τὸ μέγεθος, μὴ περιμένοντος. *Ferunt & Cæſarem primum rationem reperiſſe amicos per literas conveniendi, cum coram agendi de rebus iis quæ incidiſſent, nec multitudo occupationum, nec urbis magnitudo ſemper ſpatium darent.* Tenuit coluitque eundem morem Auguſtus *infr.* 84. 5: 45. 3. V. tamen, ſi ingrum tibi eſt, *Guther. Off. Dom. Aug.* I. 34. *Ravard. de div. reg. jur.* 71. *Buleng. de Imper.* I. 33.

42. Obvio, quem Artemidorum Cnidium genere, literarum Græcarum doctorem, qui quæ agerentur, ex nonnullis Bruti ſociis, quibus familiariter utebatur, magna ex parte cognoverit, fuiſſe dicunt Plutarch. Cæſ. p. 738. E. & Zonar. II. 132. qui ἐγγὺς σφόδρα προσελθὼν, τοῦτο, ἔφη, Καῖσαρ, ἀνάγνωθι μόνος καὶ ταχέως: γέγραπται γὰρ ὑπὲρ πραγμάτων μεγάλων, καὶ σοὶ διαφερόντων. *Proxime accedens, hunc, inquit, Cæſar ſolus lege & cito: magnas enim res continet, & ad te pertinentes.*

43. Sinistra manu tenuiſſe dicit etiam *Celſ. de vit. Cæſ. p.* 202. ſed dextra Manil. IV. 59.

toties prædicta cavere
Vulnera non potuit, toto ſpectante ſenatu
Indicium dextra retinens.

44. Quasi mox lecturus, imo legere ſubinde conatus, per ſalutantium frequentiam prohibitus eſt. Plutarch. ibid. E. Ἀναγνῶναι μὲν ὑπὸ πλήθους τῶν ἐντυγχανόντων ἐκωλύθη, καίπερ ὁρμήσας πολλάκις. Sed non legiſſe, quia rem non neceſſariam eo contineri putabat, dicit Dio XLIV. p. 248. D. Οὐκ ἀνέγνω, νομίσας ἄλλό τι αὐτὸ τῶν οὐκ ἐπειγόντων ἔχειν.

45. Commiscuit cæteris, imo ſolum ſervaſſe dicit Plutarchus: ἐν δὲ τῇ χειρὶ κατέχων, καὶ φυλάττων μόνον ἐκεῖνο.

* 46. Pluribus. Prioribus enim ſi non litaſſent, illis & alias addebant veteres. Serv. Æn. III. 231. *Sane ſciendum iterationem hanc fieri ſecundum ritum ſacrorum,*

non poſſet, introiit curiam ſpreta religione: Spurinnamque [49] irridens, & ut falſum arguens, quod ſine ulla noxa [50]. Idus Martiæ adeſſent [51]: quamquam is *veniſſe quidem eas* diceret, *ſed non prateriiſſe* [52].

ſacrorum. Nam diſplicuiſſe prima ex prodigiis ſignificatur. Plutarch. Æmil. p. 264. C. Ἅμα δ' ἡμέρᾳ τῷ Ἡρακλεῖ βυθυτῶν οὐκ ἐκαλλιέρει μέχρις εἴκοσι. Τῷ δὲ πρώτῳ καὶ εἰκοστῷ παρῆν τὰ σημεῖα. *Luce prima cum ſacrificaret Herculi, hoſtiis viginti non litavit. Tandem prima & vigeſima exta læta fuerunt.* Qui & multas hoſtias cecidiſſe Cæſarem dicit p. 738. B. Πολλὰ καταθύσαντος. *Centum victimis perlitare non potuiſſe* Flor. IV. 2. 94. Illas ridet *Cicer. Divin.* II. 15. & 17.

47. HOSTIAS CÆDERE ſolebant magiſtratus, antequam curiam intrarent. Appian. B. C. II. p. 501. Ἔθος δ' ἐστὶ τοῖς ἄρχουσιν ἐς τὴν βουλὴν εἰσιοῦσιν, οἰωνίζεσθαι προθυτῶν. *Mos eſt magiſtratibus curiam intraturis, prius uti aruſpicum opera.*

48. LITARE quid ſit, ſatis fuſe dixi ad Curt. VII. 7. 29. §. 76.

* 49. SPURINNAM..... *cum forte uterque in domum Calvini Domitii ad officium conveniſſet.* Val. Max. VIII. II. 2.

50. NOXA i. damno, detrimento. Ut cum *noxam* ſervus dicitur dediſſe Celſ. VII. 26. *Eodem tamen unco ſine ulla noxa educitur.* Noſt. *Obſ.* 10. 6.

51. IDUS MARTIAS ADESSE. Dio: Ποῦ δῆτα σοῦ τὰ μαντεύματα; ἢ οὐχ ὁρᾷς ὅτι ἡ ἡμέρα, ἣν ἐδεδίεις, πάρεστι, καὶ ἐγὼ ζῶ. *Ubi ergo tua prædictiones? annon diem hanc, quam tu metuebas, adeſſe, & me vivere vides?*

* 52. PRÆTERIISSE. Val. Max. VIII. II. 2. *Abjecerat alter,* Cæſar, *timorem, tanquam exacto tempore ſuſpecto, alter,* Spurinna, *ne extremam quidem ejus partem periculo vacuam eſſe arbitratus eſt.*

CAPUT LXXXII.

ARG. *In Pompeji curia tribus & viginti plagis confoditur, & lectica impoſitus domum refertur Cajus Julius Cæſar.*

1 Aſſidentem conſpirati [1], ſpecie officii [2] circumſteterunt [3]: illicoque Cimber Tullius [4], qui primas partes ſuſceperat [5], quaſi aliquid rogaturus [6] propius acceſſit, renuentique [7], & geſtu in aliud tempus differenti, ab utroque humero [8] togam apprehendit: deinde clamantem, *Iſta quidem vis eſt* [9], alter Caſſius adverſum

* CONSPIRATI i. *conſpirantes,* qui *conſpiravere.* Niſi mavis, inquit Gudius ad Phædr. I. 2. 4. intelligere de condenſatis, & quaſi in *ſpiram* collectis, ut nemo poſſet perrumpere. Unde idem Phædri *conſpiratis factionum partibus* exponendum dicit de factionibus in unum conflatis, collectis, ſimul inflatis & accenſis, colliſis & invicem excitatis.

2. OFFICII i. honoris exhibendi, οἷα φίλοι. Appian. *B. C.* II. *p.* 501. ἁπτόμενοί τε χειρῶν, καὶ στέρνα, καὶ κεφαλὴν, κατεφίλουν. *Manus ejus tangentes, pectus & caput deoſculabantur.* Plutarch. Brut. p. 991. E.

3. CIRCUMSTETERUNT. Plutarch. Cæſ. p. 739. A. Τῶν δὲ περὶ Βροῦτον οἱ μὲν ἐξόπισθεν τὸν δίφρον αὐτοῦ περιέστησαν, οἱ δὲ ἀπήντησαν. *Bruti cohors partim pone ſellam ejus circumſteterunt, partim obviam illi proceſſerunt.*

4. CIMBER TULLIUS, de quo Senec. Epiſt. 83. *De illa C. Cæſaris cæde, illius dico qui ſuperato Pompejo rempublicam tenuit, tam creditum eſt Tullio Cimbre, quam C. Caſſio. Caſſius tota vita aquam bibit: Tullius Cimber & nimius erat in vino, & ſcordalus. In hanc rem jocatus eſt ipſe: ego, inquit, quemquam feram, qui vinum ferre non poſſum?*

5. PRIMAS PARTES *ſuſceperat* i. primus erat futurus, qui adoriretur Cæſarem. Tranſlatum ab actionibus ſcenicis, quarum ſunt primæ, ſecundæ tertiæ *partes.* Noſt. Cal. 56. 4. Inde *priores partes apud aliquem habere* eſt apud illum primum eſſe. *Terent. Eun.* I. 2. 71.

6. ALIQUID ROGATURUS, fratri n. exulanti reditum, ἀδελφῷ φυγάδι κάθοδον. Appianus & Plutarch. Brut. p. 991. E. Cæſ. p. 793. B. Zonar. Ann. II. p. 132. gratiarum agendarum cauſa, ὡς καὶ χάριν τινὰ γνώσκων. Dio XLIV. *p.* 249. *B.*

* 7. RENUENTI i. rejicienti. Qui capitis *nutu* ſingula probentur, aut rejiciantur, dicam *infr.* Cal. 38. II. §. 30.

8. HUMERO togam dejicere in conjurationibus aggrediendi ſignum fuit uſitatum. Liv. XXIV. 38. *Cum toga ſignum dedero, cum undique turbam invadite.* Noſt. 9. 5. & *Ferrar. de R. V.* I. 10. Vel ab *humero* Cæſaris, quod præ *Plutarcho* & *Dione* clarius indicat Appianus: Ὁ μὲν Κίμβρος αὐτοῦ τῆς πορφύρας, ὡς ἔτι δεόμενος, ἐλάβετο, καὶ τὸ εἷμα περισπάσας, ἐπὶ τὸν τράχηλον εἷλκε, βοῶν, τί σχολάζετε ὦ φίλοι. *Cimber togam ejus purpuream, quaſi amplius deprecaturus, apprehendit, eamque retorquens in cervicem ejus traxit, exclamans, quid ceſſatis amici,* forte ut ejus conſtringerentur & cohiberentur brachia, quæ nullo labore cohiberi potuerunt, ſi toga undique fuerit clauſa. Togam V. *ſupr.* 9. 5. 22.

9. ISTA QUIDEM VIS EST exclamare ſolebant veteres, cum vehementius, & violentius, vel arctius tene-

ſum [10] vulnerat paullum infra jugulum. Cæſar Caſſii brachium arreptum graphio [11] trajecit: conatuſque proſilire [12], alio vulnere tardatus eſt. Utque animad- 2
vertit undique [13] ſe ſtrictis pugionibus [14] peti, toga caput obvolvit [15]: ſimul ſini- 3
ſtra manu ſinum [16] ad ima crura [17] deduxit [18], quo honeſtius [19] caderet [20], etiam inferiore

tenebantur, pellebantur, trudebantur. Plaut. Capt. III. 5. 92.

Vis hæc quidem hercle eſt, & trahi & trudi ſimul. Turneb. Adv. XIV. 7.

10. ADVERSUM I. in pectore. Ita *adverſa vulnera* dicit Juſtin. IX. 3. 10. V. quæ dixi ad Curt. III. 11. 9. § 42.

11. GRAPHIUM erat ſtylus ferreus, ab una parte acutus, quo exarabantur in cera literæ, ab altera parte planus, qua inducebatur, quod perperam erat exaratum, & rurſus complanabatur cera. Sympoſ. in ænigmate, cujus lemma *graphium*:

De ſummo planus, ſed non ego planus in imo.

Romani in urbe nunquam gladio, aut pugione accingebantur; ſed *graphiis*, quæ cum pugillaribus circumferebant. Itaque in ſubita ira ad hæc, quæ in promptu erant, confugiebant. Ita *Erixonem equitem Romanum, quia filium ſuum flagellis occiderat, populus in foro graphiis confodit.* Senec. de Clem. I. 14. Noſt. *Cal.* 28. 2. *Claud.* 35. 3. V. & *Salmaſ. Exerc. Plin. p.* 735. *b. F. Calvinum & Lipſium in Senecam. Pignor. de ſerv. p.* 227. *Laurent. Polym.* I. 5. *Voſſ. Gramm.* I. 35.

12. CONATUS PROSILIRE, *de ſella deſiliiſſe* dicit Appian. B. C. II. p. 502. & *furentem frendentemque feræ modo, nunc in hunc, nunc in illum ſe obvertiſſe*: Ὥστε τὸν Καίσαρα ἐπὶ μὲν τι σὺν ὀργῇ καὶ βοῇ, καθάπερ θηρίον, ἐς ἕκαστον αὐτῶν ἐπιστρέφεσθαι.

13. UNDIQUE, πολλαχόθεν ἅμα. Dio XLIV. p. 249. B. Τὸ πλευρὸν ἕτερος ὡς ἐπὶ συστροφῇ τετραμμένου διελαύνει ξιφιδίῳ, καὶ Κάσσιος ἐς τὸ πρόσωπον ἔπληξε, καὶ Βροῦτος ἐς τὸν μηρὸν ἐπάταξε, καὶ Βουκολιανὸς ἐς τὸ μετάφρενον. *Alius latus ejus velut in colluctatione perfodit gladiolo, Caſſius vulnus inflixit in faciem, Brutus femur ſuffodit, Bucolianus occiput.* Appianus.

14. PUGIONIBUS, quos partim *in ſcriniis loco libellorum collocatos importarunt.* Dio XLIV. p. 247. E. Καὶ σφίσιν εὐπορίαν ἀσφαλῆ ξιφῶν ἐν κιβωτίοις ἀντὶ γραμματείων τινῶν ἐσκομισθεῖσαν ὑπάρξειν, partim ſub togis occultaverunt. Plutarch. Brut. p. 991. C. Κασσίου δ' ἤδη καὶ τινων ἄλλων τὰς χεῖρας ἐπιβεβλημένων ταῖς λαβαῖς ὑπὸ τὰ ἱμάτια, καὶ σπασαμένων τὰ ἐγχειρίδια. *Quum vero Caſſius & nonnulli alii capulis manus ſub togis admoviſſent, & pugiones ſtringerent.*

15. CAPUT TOGA OBVOLVIT, συνεκαλύψατο. Plutarch. Brut. p. 991. F. Τῷ ἱματίῳ τὴν κεφαλὴν ἐγκαλυψάμενος. Dio XLIV. p. 249. E. ἀλλὰ συγκαλυψάμενον σφαγῆναι πολλοῖς τραύμασι. Plutarch. Cæſ. 739. D. ἐφειλκύσατο κατὰ τῆς κεφαλῆς τὸ ἱμάτιον. Hoc vero facere ſolebant in re crepera & calamitoſa, ob imminentis caſus horrorem, ne terroris, metuſque pictura vultui impreſſa ab interficientibus conſpiceretur. Ita & Pompejus ταῖς χερσὶν ἀμφοτέραις τὴν τήβεννον ἐφελκυσάμενος κατὰ τοῦ προσώπου: *ambabus manibus toga texit faciem.* Plutarch. Pomp. 661. C. Erat vero pars *togæ*, quæ ad cervicem ſiniſtro humero incumbens trahebatur in caput, quaque obvelabatur caput. & Nero infr. 48. I. V. *Schegk. Præm.* 10. *Ferrar. de re veſt.* I. 10. *Salden. Ot. Theol.* I. 6. 8.

16. SINUS pars erat togæ, a toga non ſejuncta, imo illa ipſa in certum compoſita atque replicata modum; duplicabatur enim ſub dextro brachio, & ſuperior pars τοῦ πτύγματος formabat balteum, inferior autem tabulis conſtabat, I. plicis longis per dextrum humerum deſcendentibus, excluſa dextra, deinde in deficientibus tabulis curvabatur in *ſinum*, qui deinde injiciebatur in lævum humerum, rurſus in tabulas conglomeratus. Elegantiores & lautiores, quibus laxa erat toga, inundantes habebant *ſinus*, imo ex humero ſiniſtro quaſi ſponte lapſum dejiciebant in brachium, qui hoc modo umbonem latius ambibat. Macrob. Sat. II. 9. Hortenſius *togam corpori ſic applicabat, ut rugas non facile, ſed induſtria locatas artifex nodus conſtringeret, & ſinus ex compoſito defluens nodum lateris* I. umbonem *ambiret. Is quondam cum incederet elaboratus ad ſpeciem, collegæ de injuriis diem dixit, quod ſibi in anguſtiis obvius offenſu fortuito ſtructuram togæ deſtruxerat, & capital putavit, quod in humero ſuo locum ruga mutaſſet.* Ex his facile apparet, qua ratione Cæſar moriens *ſinum* ad ima crura deduxit, ut honeſtius caderet. *A. Ruben. de re veſt.* II. 12. imagines interpretes exhibet *P. Ruben. Elect.* I. 17. De *ſinu* togæ etiam *Quintil.* XI. 3. *Turneb. Adv.* II. 26. *Ant. Auguſt. dial.* 2. *Manut. Quæſ. Epiſt.* I. II. *Sigon. de jud.* III. 18. *Ferrar. de re veſt.* I. 6. & *epiſtola ad Rhodium*: *Gronov. apud Ferrar.* I. 39. *Beſſ. de toga c.* 18.

17. AD CRURA quia bracis caruit, alioquin corporis partem inferiorem tam ſollicite tegere non fuiſſet opus. Bracarum uſus ante tempora imperatorum apud Romanos rarus fuit: ideoque veſtimentum barbarum ſæpiſſime dicitur, quaſi ignotum cultioribus populis. Auguſtus quidem infr. 82. I. §. 6. *feminalibus & tibialibus*, ſed non niſi tempore hiberno eſt uſus. V. & *Braun. de veſt. ſac. Hebr.* II. I. §. 19.

* 18. DEDUXIT I. *demiſit utraque manu.* Val. Max. IV. 5. 6. ſiniſtra ſcilicet ſubductum ſinum cadere ſinens, dextra eundem ad crura *deducens.* Ferrar. R. V. I. I. 6.

19. HONESTIUS CADERET partibus pudendis velatis. Ita Valerius l. l. *Ne tribus quidem & viginti vulneribus, quin verecundiæ obſequeretur, abſterreri potuit, ſiquidem utraque manu togam demiſit, ut inferior pars corporis tecta collaberetur.* Hoc Appian. B. C. II. p. 502.

4 inferiore corporis parte velata. Atque ita tribus & viginti plagis confoſſus eſt,
5 uno modo ad primum ictum gemitu ſine voce [21] edito. Etſi tradiderunt quidam,
6 M. Bruto irruenti dixiſſe, καὶ σὺ εἶ ἐκείνων, καὶ σὺ τέκνον [22]. Exanimis diffugientibus cunctis [23] aliquamdiu jacuit, donec lecticæ [24] impoſitum dependente bra-
7 chio [25], tres ſervuli domum retulerunt. Nec in tot vulneribus, ut Antiſtius medicus exiſtimabat, lethale ullum repertum eſt, niſi quod ſecundo loco in pectore
8 acceperat. Fuerat animus conjuratis [26] corpus occiſi in Tiberim [27] trahere, bona publicare, acta [28] reſcindere, ſed metu M. Antonii [29] conſulis, & magiſtri equitum Lepidi [30], deſtiterunt.

502. πεσεῖν εὐσχημόνως, & εὐσχήμως Eurip. Hecub. n. 509.

Ἡ δ' καὶ θνήσκουσ', ὅμως
Πολλὴν πρόνοιαν εἶχεν εὐσχήμως πεσεῖν.
Aſt illa jam moriens, tamen
Sollicita multum eſt condecenter ne cadat.

* Q. Calab. 1. 620.

Εὐσταλέως ἐριποῦσα κατ' οὔδεος· οὐδέ οἱ αἰδὼς
Ἤσχυνεν δέμας ἠΰ.
Compoſite cadens ad terram nec pudor
Formoſum corpus dedecorat.

Honeſte enim ut caderent, & ne quid indecorum in corpore poſſet videri, magna cum cura curarunt veteres. Lucretia apud Ovid. Faſt. II. 833.

Tunc quoque jam moriens, ne non procumbat honeſte,
Reſpicit, hæc etiam cura cadentis erat.

Cujus moris exempla collegerunt *Mag. Miſc.* II. 21. *Stanl. Aeſchyl. Agam. n.* 2.

20. CECIDIT εἴτε ὑπὸ τύχης, εἴτε ἀπὸ τῶν κτεινόντων ἀπωσθεὶς πρὸς τὴν βάσιν, ἐφ' ἧς ὁ Πομπηΐου βέβηκεν ἀνδριάς· καὶ πολὺ καθῄμαξεν αὐτὴν ὁ φόνος, ὡς δοκεῖν αὐτὸν ἐφεστάναι τῇ τιμωρίᾳ τοῦ πολεμίου Πομπήϊον ὑπὸ πόδας κεκλιμένου, καὶ περισπαίροντος ὑπὸ πλήθους τραυμάτων. *Fortuitone, an a percuſſoribus impulſus ad baſin, in qua poſita Pompeji ſtatua erat, eamque largo cruore, dum interficeretur, reſperſit, ita apparebat ultioni de hoſte ſumendæ præfuiſſe Pompejum ad pedes ſuos abjecto, atque ob vulnerum multitudinem animam agente.* Plutarch. Cæſ. p. 739. D. E. Zonar. Ann. II. p. 133.

21. SINE VOCE, alta tamen *voce* exclamaſſe: *Scelerate Caſca quid agis*, μιαρώτατε Κάσκα τί ποιεῖς? dicit Plutarch. Cæſ. p. 739. C. Brut. p. 991. E.

22. Καὶ σὺ εἶ ἐκείνων, καὶ σὺ τέκνον. *Es tu inter iſtos es? & tu fili? Filium* vocavit Brutum, ſi non ob familiaritatem, certe ob conſuetudinem, quam cum Bruti matre Servilia illum habuiſſe diximus *ſupr.* 50. 3. §. 11. 12.

23. DIFFUGISSE CUNCTOS dixit & Cicero *ſupr.* 80. 8. §. 38.

24. LECTICIS inde a regibus efferebantur mortui. Dionyſ. IV. p. 10. cadaver Lucretiæ efferri facit ἐπὶ κλίνης μέλασιν ἀμφίοις ἐστρωμένης, *in lectica nigris veſtibus inſtrata.* Aſcon. in Cicer. p. 182. *Sex. Tedius ſenator, qui forte ex rure in Urbem revertebatur, cadaver Clodii in via relictum ſuſtulit, & lectica ſua Romam ferri juſſit.* V. *Lipſ. Elect.* I. 19. hac tamen in curiam delatus fuerat *ſupr.* 81. 9. §. 40.

25. BRACHIO DEPENDENTE, ἀνωμάλως, οἷα τρεῖς, *Appian.* B. C. II. *p.* 503. I. interprete Caſaubono, *lectica non æqualiter ſublata, ſed propendente, ut cum a tribus ſolis geſtatur.*

26. FUERAT ANIMUS CONJURATIS I. conjurati conſtituerant, ut *Oth.* 6. I.

27. IN TIBERIM trahebantur & tyrannorum occiſorum cadavera. Καὶ γὰρ ταῦτα ἐκ τῶν νόμων τοῖς τυράννοις ἐπετέτακτο. *Sic enim legibus in tyrannos animadvertitur.* Appian. B. C. II. p. 512. Lamprid. Heliog. c. 17. *Cadaver per pontem Æmilium annexo pondere, ne fluitaret, in Tiberim abjectum eſt, ne unquam ſepeliri poſſet. Appellatus eſt poſt mortem Tiberinus, & tractitius, & impurus.* Vitellius apud noſtr. 17. 2. & ex illo more populi clamor de Tiberio exſtincto apud noſtr. 75. 1. *Tiberium in Tiberim.*

28. ACTA ejus, qui togatus in republica verſatus eſt cum imperio & poteſtate, ſunt proprie leges. Unde ait eleganter Cicer. Philip. I. 7. *Quare acta Gracchi, leges Semproniæ proferentur: quære Syllæ, Corneliæ. A Cæſare ipſo ſi quæres quidnam egiſſet in Urbe & toga: leges multas reſponderet ſe & præclaras tuliſſe.* Noſt. *Aug.* 10. 1. V. *Beroaldum.*

29. M. ANTONIUM πιστὸν ὄντα Καίσαρι καὶ ῥωμαλέον ἔξω παρακατεῖχεν Βροῦτος Ἀλβῖνος, ἐμβαλὼν ἐπίτηδες ὁμιλίας μῆκος ἔχουσαν, *fidum Cæſari & valentem moratus eſt extra curiam Brutus Albinus, ſermonem ex compoſito cum eo prolixum exorſus.* Plutarch. Cæſ. p. 739. A. qui tamen Brut. p. 991. *D.* juxta cum Dione XLIV. p. 248. E. & Appiano B. C. II. p. 501. ad Antonium præ foribus diſtinendum relictum fuiſſe Trebonium dicunt. Hunc metuebant, μὴ ἀντὶ τῆς βουλῆς τῷ δήμῳ μόνῳ χρώμενος, ἐργάσαιτό τι δεινὸν αὐτούς. *Ne omiſſo ſenatu ad plebem ſe conferens aliquid damni daret.* Appian. B. C. II. p. 503.

30. LEPIDUM *apud exercitum in ſuburbio fuiſſe* dicit Dio p. 249. A. ἐπεὶ ὅγε Λέπιδος ἐξεστράτευτο, καὶ ἐν τῷ προαστείῳ ἦν. Hunc timebant ob exercitum, quem habebat. Appian. B. C. II. p. 503.

CAPUT LXXXIII.

ARG. *Aperitur & recitatur in Antonii domo teſtamentum, quod fecerat Cajus Julius Cæſar.*

Poſtulante ergo L. Piſone ſocero [1] teſtamentum ejus aperitur [2]: recitaturque [3] 1
in Antonii domo, quod Idibus Septembribus proximis in Lavicano [4] ſuo fecerat, demandaveratque virgini Veſtali [5] maximæ [6]. Q. Tubero tradit, hæredem 2
ab eo ſcribi ſolitum [7] ex conſulatu ipſius primo [8], uſque ad initium civilis belli,
Cn. Pompejum [9]: idque militibus pro concione recitatum. Sed noviſſimo [10] te- 3
ſtamento tres inſtituit hæredes ſororum [11] nepotes, C. Octavium [12], ex dodrante [13], & L. Pinarium [14], & Q. Pedium [15] ex quadrante [16]: reliquos [17] in ima cera.

Socero quia Piſonis filiam Calpurniam uxorem domum duxerat c. 21.

* 2. Aperiebantur teſtamenta mortuo teſtatore. Plutarch. Cæſ. p. 740. C. *Poſtquam apertis teſtamenti Cæſaris tabulis compertum eſt legatum populo Romano viritim luculentum relictum eſſe.* Quintil. Declam. 332. *Apertæ ſunt tabulæ pauperis....* Et quidem ex præſcripto legis viceſimæ hæreditatum ſtatim poſt mortem, a præſentibus in triduum, vel quinque dies, ab abſentibus intra eos dies poſtquam veniſſent, teſte Paull. Sentent. IV. tit. 6. Quomodo *aperirentur* docent Ulpian. l. 3. §. 9. de exhib. teſtam. *Exhibere apud prætorem oportet: ut ex auctoritate ejus ſignatores admoniti venirent ad recognoſcenda ſigna.* Paull. l. l. *Tabulæ teſtamenti aperiuntur hoc modo, ut teſtes, vel maxima pars eorum adhibeantur, qui ſignaverint teſtamentum: ita ut agnitis ſignis, rupto lino, aperiatur, recitetur: atque ita deſcribendi exempli fiat poteſtas.* Et ita Tiberius apud Suet. 23. 2. *Briſſon. de Form.* VII. *p.* 590.

3. Recitatur i. clara voce de ſcripto legitur. Plin. Epiſt. II. 19. 1. *Hortaris ut orationem amicis pluribus recitem. Faciam, quia hortaris: quamvis vehementer addubitem. Neque enim me præterit, actiones, quæ recitantur, impetum, omnem calorem, ac prope nomen ſuum perdere. 4. Recitantium præcipua pronuntiationis adjumenta, oculi, manus præpediuntur, quominus mirum eſt, ſi auditorum intentio langueſcit, nullis extrinſecus aut blandimentis capta, aut aculeis excitata.* * Per *legere* enim explicat Epiſt. III. 15. 3. *Quantum æſtimare licuit ex iis, quæ me præſente recitaſti: ſi modo non impoſuit mihi recitatio tua: legis enim ſuaviſſime, & peritiſſime.* Noſter ſæpius. Plenius *ex ſcripto recitare.* Liv. XXIII. II. *ex tabella pronuntiare* Noſt. Claud. 15. 7.

4. Lavicano i. villa, quam habebat Cæſar in agro *Lavicano*, dicto a porta *Lavicana*, cujus meminit Plin. XXXVI. 5. *Mars eſt etiamnum ſedens coloſſeus ad Lavicanam portam euntis.* In hac villa ex Hiſpania redux videtur ad aliquod tempus hæſiſſe, vel ut tot bellis feſſum ruſticatione ſe relaxaret, vel ut triumpho neceſſaria pararentur.

5. Virginibus vestalibus teſtamenta demandare ſolebant Romani. Plutarch. Anton. p. 942. E. Τίτιος καὶ Πλάγκος Ἀντωνίου φίλοι τῶν ὑπατικῶν ἀποδράντες ᾤχοντο πρὸς Καίσαρα, καὶ περὶ τῶν Ἀντωνίου διαθηκῶν ἐγένοντο μηνυταὶ τὰ γεγραμμένα συνειδότες: ἀπέκειντο δ' αὗται παρὰ ταῖς ἑστιάσι παρθένοις. *Titus & Plancus Antonii ex conſularibus amici perfugerunt ad Cæſarem, & teſtamentum Antonii detexere contentorum conſcii, tabulæ depoſitæ apud Virgines Veſtales erant.* Auguſti teſtamentum inlatum per *virgines Veſtales* dicunt *Tacit. Ann.* 1. 8. 1. & noſt. *Aug.* 102. 1. * In templis vero teſtamenta veteres repoſuerunt, tanquam cuſtodia tutiſſima. Forſan quod & hac ratione teſtamentorum violatoribus iram deorum imprecarentur. V. & *Lipſ. de Veſt. c.* 7. *Annal. in Tacit. p.* 6. *Long. de anul. p.* 121. *Laurent. Polym.* 1. 1.

6. Maximæ, i. in illo ſacerdotio antiquiſſimæ; triginta enim annos ſacrario illi ſerviebant, primo decennio ſacrorum rationem diſcebant, ſequenti exercebant, poſtremo alias docebant, ut hiſce Dionyſ. A. R. II. p. 127. Χρόνος δὲ τριακονταετὴς μένειν αὐτὰς ἀναγκαῖον ἁγνὰς γάμων: ἐν ᾧ δέκα μὲν ἔτη μανθάνειν αὐτὰς ἔδει: δέκα δὲ τελεῖν τὰ ἱερά: τὰ δὲ λοιπὰ ἔτη διδάσκειν ἑτέρας. Ita *Cornelia Veſtalium* fuit *maxima*, quam *vivam defodi imperavit* Domitianus. *Plin. Epiſt.* IV. II. *noſt. Domit.* 8. 13.

7. Scribi solitum, quia ſupremis ſuis maturius proſpicere, & teſtamentum paratum habere *ſolebant* prudentes patresfamilias.

8. Ex consulatu primo, quem geſſit cum Bibulo 19. 3: 20. 3.

9. Pompejum, utpote affinitate ſibi junctum 21. 1.

10. Novissimo, quia teſtamenti tabulas pro oblata occaſione reficere & immutare teſtatori integrum erat, & extrema ejus voluntas demum rata eſſe debebat.

11. Sororum, non ſuos, quia avorum & aviarum tantum dicimur nepotes. V. *Voſſ. de vit. ſerm.* 1. 27.

12. C. Octavium, *nepotem ſororis ſuæ Juliæ.* Paterc. II. 59. 1. Ita enim notante ibidem *Voſſio* gens ſe habet Julia. Julia Julii Cæſaris ſoror nupta fuit Atio Balbo, ex illo conjugio nata eſt Atia, nupta Octavio, hinc Cæſar Auguſtus.

13. Ex dodrante i. novem illis dedit hæreditatis partes, ſive tres quartas. As enim pro tota accipitur hæreditate, & *dodrans* pro novem ejus partibus. V. *Alex. Gen.* 3. 1. *de aſſe Budæum & ICtos.*

4 ra [18]. C. Octavium etiam in familiam nomenque [19] adoptavit [20]: pluresque percuſſorum [21] in tutoribus filii, ſi quis ſibi naſceretur, nominavit. Decimum Brutum [22] etiam

14. L. PINARII ET Q. PEDII ut Octavii cohæredum meminit & *Appian. B. C.* III. *p.* 540. Ὕβρεις τε πολλαὶ παρὰ τὰς δίκας ἦσαν αὐτῷ, καὶ τὸ τῆς ζημίας προὔκοπτεν ἐς ἄπειρον ἔς τε Πέδιον καὶ Πινάριον· οὗτοι γὰρ τὴν ἐκ τῶν Καίσαρος διαθηκῶν τοῦ κληρονόμου μοῖραν εἶχον. *Quin & extra judicia multa illi inferebantur injuria, in tantum ut nec Pedio & Pinario abſtineretur: nam & his hæreditatis portio quædam ceſſerat.*

15. Q. PEDIUS conſul poſtea fuit creatus cum Octavio. Dio XLVI. p. 320. E. Οὕτω μὲν ὁ ὕπατος ᾑρέθη, καὶ αὐτῷ καὶ συνάρχων (εἴγε τοῦτο δεῖ, ἀλλὰ μὴ ὑπάρχων αὐτὸν εἰπεῖν) ὁ Πέδιος ὁ Κύιντος ἐδόθη. *Ita conſul creatus eſt* Octavius, *& collega, (ſi quidem is collega, ac non potius legatus dicendus eſt) Q. Pedius illi datus.* Certe *conſularis* dicitur Plin. XXXV. 4. *Q. Pedius nepos Q. Pedii conſularis triumphaliſque, a Cæſare dictatore cohæredis Auguſto dati.*

* 16. EX QUADRANTE i. tres illis dedit hæreditatis partes, ſive unam quartam, *quadrans* enim accipitur pro tribus unciis, & exinde pro tribus hæreditatis partibus. V. laudatos §. 13. * *Quadrantem* vero ſupereſſe dodrante dempto, etiam nemine monente intelligitur.

17. RELIQUOS i. hæredes ſecundos, in quibus numerat & D. Brutum. * Lipſ. Elect. I. 20. contendit diſtinguenda eſſe hæc verba ad hunc modum: *ex quadrante reliquo. In ima cera C. Octavium.* Et Lipſii diſtinctionem laudat Gud. in Phæd. IV. 24. 17.

18. IMA CERA i. interiore teſtamenti parte, qui locus eſt in teſtamento ſubſtitutorum hæredum. In prima enim *cera* hæredes primi ſcribi ſoliti, & in eadem legata, adoptiones, commendationes relinquebantur. Unde & Octavium, quem inter primos hæredes ex dodrante inſtituit, & in familiam nomenque teſtamento adoptavit Cæſar, in prima, non in *ima cera*, adoptatum eſſe veriſimile eſt. In ſecunda autem, quæ eadem cum *ima* ſecundi hæredes ſcribi ſoliti. *Ima* eadem cum ſecunda, quia vulgo duplices erant tabulæ, in quibus teſtamentum ſcribebatur, binis tabellis, ſive *ceris* i. ceratis paginis conſtantes, prima & ſecunda. Atque hæc etiam *ima*, vel infima, vel extrema, vel noviſſima, quia poſt eam nulla. *Imam partem teſtamenti* vocat *Scævol. Digeſt.* XXXIII. I. 34. I. *extremam ceram codicis* Cicer. Verr. I. 36. Noſt. *Ner.* 17. 2. V. *Salmaſ. de mod. uſur. c.* II. *p.* 466. 467. *Ferret. Muſ. Lapid.* II. 4. *Lipſ. Elect.* I. 20. *Alex. Gen.* I. I.

19. IN FAMILIAM ET NOMEN adoptantis tranſibant, qui teſtamento adoptabantur. Senec. de brev. vit. c. 15. *Nobiliſſimorum ingeniorum familiæ ſunt. Elige in quam adſciſci velis: non in nomen tantum adoptaberis, ſed in ipſa bona.* Sic Titus Pomponius Atticus Q. Cæcilii avunculi teſtamento adoptatus non tantum ex dodrante hæres eſt factus, ſed & Q. Cæcilius Atticus eſt appellatus. * Nep. 25. 5. 2. *Cæcilius moriens teſtamento adoptavit eum, hæredemque fecit ex dodrante.* Varr. de Re ruſt. II. 2. *Atticus, qui tunc T. Pomponius, nunc Quintus Cæcilius cognomine eodem.* Et Octavius poſt eam diem Cæſar eſt appellatus, ut in Epiſtolis Bruti ad Cæſarem. Noſt. *Aug.* 102. 3. *Galb.* 17. I. *Tib.* 6. 4. V. & *Polit. Miſc. c.* 31. *Fab. Semeſt.* I. 14. *Buleng. de imp.* II. I.

20. ADOPTARE hic nihil aliud eſt quam adſciſcere, ut & *Galb.* 17. I. *Tib.* 6. 4. Talis vero *adoptio* an proprie dici poſſit, & legis actio, viderint Icti. Cenſebatur autem vera *adoptio*, cum is qui nomen ferre juſſus erat delato primum ad prætorem urbanum teſtamento, a populo quoque lege curiata obtinuerat, ut in defuncti familiam tranſire poſſet. Appian. B. C. III. p. 534. Ἔνθα Γάιον Ἀντώνιον τὸν ἀδελφὸν Ἀντωνίου, στρατηγοῦντα τῆς πόλεως, ὑπαντιάσας, ἔφη δέχεσθαι τὴν θέσιν τοῦ Καίσαρος· ἔθος γάρ τι Ῥωμαίοις τοὺς θετοὺς ἐπὶ μάρτυσι γίγνεσθαι τοῖς στρατηγοῖς. *Ubi* in foro *Cajum Antonium fratrem Antonii, prætorem urbanum, accedens ait ſe adoptionem accipere: qui mos Romanus eſt, adoptioni auctoritatem prætoris interponere.* Dio XLVI. p. 321. E. Καὶ ἐς τὸ τοῦ Καίσαρος γένος κατὰ τὰ νομιζόμενα ἐσεποιήθη, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὴν ἐπίκλησιν μετέθετο· ὠνόμαζε μὲν γὰρ καὶ πρότερον αὐτὸς ἑαυτόν, ὥς γε τισὶ δοκεῖν, Καίσαρα, ἐξ οὗ τὸ ὄνομα αὐτῷ τοῦτο μετὰ τοῦ κλήρου κατελείφθη· οὐ μέντοι οὔτ' ἀκριβῆ τὴν προσηγορίαν, οὔτε ἐπὶ πάντας εἶχε, πρὶν δὴ καὶ ἐκ τῶν πατρίων αὐτὴν τότε ἐβεβαιώσατο, καὶ οὕτως ἐξ ἐκείνου Γάιος Ἰούλιος Καῖσαρ Ὀκταουιανὸς ἐπεκλήθη. Νενόμισθαι γάρ, ὅστις εἰς ποιηθῇ, τὴν μὲν ἄλλην αὐτὸν πρόσρησιν ἀπὸ τοῦ ἐσποιησαμένου λαμβάνειν, ἓν δέ τι τῶν προτέρων ὀνομάτων σχηματισθὲν πως τηρεῖν. *Deinde in Cæſaris familiam ſecundum majorum inſtituta adoptatus eſt, nomenque mutavit (quamquam enim jam ante ſeipſum dixerit, ut quibuſdam viſum eſt, Cæſarem, ex quo ejus nomen cum hæreditate aſſumpſiſſet: tamen neque id conſtanter, neque apud omnes gerebat, priuſquam more Romano id confirmaſſet) ac C. Julius Cæſar Octavianus dictus eſt. Sic enim inſtitutum, ut qui adoptatur, ab adoptante appellationem accipiat: nomen tamen aliquod eorum, quæ prius geſſit, aliter paullo formatum, ſervet.* V. & *Torrentium* & *Cujac. Obſerv.* XVII. 7.

* 21. PERCUSSORES, οἱ φονεῖς. V. infr. Cal. 3. 3. §. 9.

22. D. BRUTUM percuſſorem in ſecundis hæredibus nominatum fuiſſe qui populus tulerit, narrat Appian. B. C. II. p. 518. Οἴκτιστον δ' ἐφάνη μάλιστα αὐτοῖς, ὅτι τῶν ἀνδροφόνων Δέκιμος ὁ Βροῦτος ἐν τοῖς δευτέροις κληρονόμοις ἐγέγραπτο παῖς. *Miſerandum in primis id viſum eſt illis, quod D. Brutus ex percuſſoribus inter ſecundos hæredes filius erat ſcriptus.* Ἐφ' ᾧ δὴ καὶ μᾶλλον συνεταράσσοντο, καὶ δεινόν, καὶ ἀθέμιστον ἡγοῦντο, καὶ Δέκιμον ἐπιβουλεῦσαι Καίσαρι, παῖδα αὐτῷ γεγραμμένον εἶναι. *Id vero ut nefarium facinus omnes exhor-*

etiam in ſecundis hæredibus [23], Populo hortos [24] circa Tiberim publice [25], & viritim trecenos ſeſtertios [26] legavit.

exhorruerint, conjuraſſe in Cæſarem Decimum, in filium adoptatum.

23. Secundos hæredes, ἑτέρους κληρονόμους προσγράφειν Ῥωμαίοις ἔθος, εἰ μὴ κληρονομοῖεν οἱ πρότεροι. *Alteros hæredes adſcribere Romani ſolent, ſi forte hæreditatem non adirent priores.* Appian. Bell. Civ. II. p. 518. *Hæredes aut inſtituti dicuntur, aut ſubſtituti. Inſtituti primo gradu: ſubſtituti ſecundo, vel tertio.* Modeſt. Digeſt. XXVIII. 6. 1. *Poteſt* enim *quis in teſtamento plures gradus hæredum facere: puta,* ſi ille hæres non erit, ille hæres eſto, *& deinceps plures, ut noviſſimo loco in ſubſidium, vel ſervum neceſſarium hæredem inſtituat.* Marcian. ibid. 36. §. 1. Illi dicebantur *primi* hæredes: hi vel *ſecundi.* Salluſt. Bell. Jugurth. c. 65. *quem Micipſa ſecundum hæredem ſcripſerat,* vel tertii noſt. *Claud.* 4. 13. De ſingulis huice noſt. *Aug.* 102. 3. V. quoque *Briſſon. de form.* VII. *p.* 606.

24. Horti Cæſaris vicini fuerunt Antonii hortis. Dio XLVII. p. 351. A. Ἔκ τε τῶν τοῦ Καίσαρος καὶ ἐκ τῶν τοῦ Ἀντωνίου κήπων ὁμοχώρων ἀλλήλοις παρὰ τῷ Τιβέριδι ὄντων. *Ex Cæſaris Antoniique hortis, qui ad Tiberim ſiti, interque ſe vicini erant.* Fortunæ ædem illic fuiſſe tempore ſuo tradit Plutarch. Brut. p. 993. B. οὗ νῦν ἐστι τύχης ἱερόν. & Tacit. Annal. II. 41. 1. *Ædes Fortis Fortunæ Tiberim juxta in hortis, quos Cæſar Dictator populo Romano legaverat, dicatur.* De illis Horat. Sat. I. 9. 18.

Trans Tiberim longe cubat is prope Cæſaris hortos.

De illis & noſt. *Tib.* 72. 1. Olim vero *hortos* legari ſuetum docet, quæ Julii Carnici habetur, inſcriptio vetus. *Longius. Patroclus. ſecutus. pietatem. col. cent. hortos. cum. ædificio. huic. ſepulturæ. juncto. vivus. donavit. ut. ex. reditu. eorum. roſa. &. eſca. patrono. ſuo. &. quandoque. ſibi. ponerentur.*

25. Publica proprie dicuntur ea, quæ populi Romani ſunt, quorum uſus communis eſt, proprietas nullius: quod ex lctis docet *Torrentius.*

26. Trecenos ſeſtertios, ἑβδομήκοντα πέντε δραχμῶν Plutarch. Brut. p. 993. B. 1. totidem denarios, nam quatuor ſeſtertii denarium faciunt. V. *Torrentium,* & *Scalig. de re numm. p.* 33.

CAPUT LXXXIV.

ARG. *In campo Martio rogo exſtructo crematur, laudatur, deflectur Cajus Julius Cæſar.*

Funere indicto [1], rogus [2] exſtructus eſt in Martio campo [3] juxta Juliæ [4] tumulum:

Funus indixit Antonius conſul. Lactant. 1. 15. *Quod ſi conſul non fuiſſet Antonius, C. Cæſar pro ſuis in rempublicam meritis defuncti hominis honore caruiſſet, & quidem conſilio Piſonis ſoceri, & L. Cæſaris propinqui, qui vetabant funus fieri: & Dolabellæ conſulis qui columnam in foro, id eſt, titulum ejus evertit, & forum expiavit.* Funus indictivum eſt Feſto, *ad quod per præconem evocabantur:* & *funus indicere* παραγγέλλειν Græcis. Cicer. L. L. II. 24. *Reliqua ſunt in more, funus ut indicatur.* Manil. IV. 92.

Indicitque rogum ſummis, ſtatuitque ſepulcrum.

Indictionis ſollennia verba exhibet Terent. Phorm. V. 8. 38.

Exſequias Chremeti, quibus eſt commodum, ire
jam tempus eſt.

Et Feſtus in Quirites: *Quiris ſingulare uſurpatur nomen, ut indicio eſt præco, qui in funeribus indictivis ita pronuntiare ſolet:* ollus Quiris letho datus eſt. De quibus etiam *Briſſon. de Form.* VIII. *p.* 721. *Kirchm. Fun.* I. 4. *Meurſ. de Fun. c.* 17.

2. Rogus erat ſtrues lignorum ad comburendum cadaver parata. Gloſſ. Cyril. *Rogus,* πῦρ, πυρὰ νεκρῶν. Eurip. Schol. in Hecub. 386. πυρὰ τὸ πῦρ τὸ ἐπὶ νεκρῷ ἁπτόμενον, καὶ ὁ τόπος, ἐν ᾧ τὸ πῦρ ἅπτεται. *Pyra ignis ſuper mortuo incenſus, & locus, in quo ignis accenditur* V. & *Kirchm. de Fun.* III. 1.

3. In campo Martio magnatum, & illorum, qui de republica bene meriti fuerant, corpora tumulabantur. Strab. V. p. 163. Διόπερ ἱεροπρεπέστατον νομίσαντες τὸν τόπον τοῦτον, καὶ τὰ τῶν ἐπιφανεστάτων μνήματα ἐνταῦθα κατεσκεύασαν ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν. *Itaque hunc locum maxime ſacrum ac venerabilem rati, illuſtriſſimorum virorum monimenta ibi collocarunt, ac matronarum.* De Syllæ funere Appian. B. C. 1. p. 418. Τὸ δὲ λέχος ὑποδύντες ἀπὸ τῆς βουλῆς ἄνδρες εὔρωστοι διεκόμιζον ἐς τὸ πεδίον τὸ Ἄρειον, ἔνθα βασιλεῖς θάπτονται μόνοι. *Lecticam in humeros ſublatam robuſti aliquot ſenatores tranſtulerunt in campum Martium, ubi ſoli reges ſepeliuntur.* * Illorum duntaxat tamen, quibus hoc ſenatus conceſſiſſet. Ea de cauſa Domitius eſt conatus impedire, quo minus Juliæ corpus in illo tumularetur. Dio XXXIX. p. 120. C. Καίτοι τοῦ Δομιτίου ἀνθισταμένου, καὶ λέγοντος ἄλλα τε, καὶ ὅτι οὐχ ὁσίως ἐν τῷ ἱερῷ τόπῳ ἄνευ τινὸς ψηφίσματος θάπτοιτο. *Quantumvis Domitio reſiſtente, atque inter alia dicente, non fas eſſe eam in loco ſacro ſine decreto ſepeliri.* Et M. Oppii oſſa inde removit ſenatus. Dio XLIV. 390. B. Ἡ δὲ δὴ βουλή, ἀγανακτήσασα τῇ πάσῃ τοῦ πλήθους περὶ αὐτὸν σπουδῇ, τὰ ὀστᾶ αὐτοῦ, ὡς οὐχ ὁσίως ἐν τῷ ἱερῷ χωρίῳ κείμενα, ἀνείλετο, πεισθεῖσα τοῖς ποντίφιξι. *Quod plebis omne ſtudium erga Oppium indigne ferens ſenatus, oſſa ejus, monitu pontificum, tanquam loco ſacro non rite poſita, inde removit.* Noſt. *Aug.* 97. 2. §. 3. 101. 8. §. 27. V. & *Laz. Comm. R. R.*

lum: & pro Roſtris [5] aurata ædes [6] ad ſimulacrum [7] templi Veneris Genetricis [8] collocata: intraque lectus [9] eburneus, auro ac purpura [10] ſtratus: & ad caput tro-
2 pæum [11] cum veſte [12], in qua fuerat occiſus. Præferentibus [13] munera [14] quia ſuffecturus dies non videbatur, præceptum eſt, ut omiſſo ordine [15], quibus quiſ-
3 que vellet itineribus Urbis, portaret in campum. Inter ludos [16] cantata ſunt quædam

III. 18. *Tiraq. in Alex.* III. 3. & *Nardin. Rom. vet.* VI. 7.

4. JULIAM in campo Martio ſepelire coactus eſt Pompejus. Plutarch. Pomp. p. 647. D. Παρασκευασμένου δὲ Πομπηΐου τὸ σῶμα θάπτειν ἐν Ἀλβανῷ, βιασάμενος ὁ δῆμος εἰς τὸ Ἄρειον πεδίον κατήνεγκεν. *Paraverat Pompeius illam ſepelire in Albano, ſed populus eum coegit, ut in campum Martium illam transferret.* Ejus *monumentum fulmine ictum fuiſſe, ingrediente* Auguſto *Urbem* dicit noſt. *infr. Aug.* 95. 1.

5. ROSTRIS, quæ deſcripſi *ſupr.* 6. 1. §. 6.

6. AURATAM ÆDEM vocat pegma in foro exſtructum, ut ibi collocaretur Cæſaris corpus, dum laudatio peragеretur. I. quia, ut diſertim notat, in modum templi fuit confectum. II. propter religionem circa defunctos, qua ratione dixit Polyb. VI. 51. imaginibus defunctorum ſolita περιτιθέναι ξύλινα ναΐδια. & Plinius quoque armaria illa vocat *ædiculas*. III. quia de Cæſare tanquam de deo loquitur: fuitque hæc illius ἀποθέωσις quædam & conſecratio. Talis etiam *ædes* poſita Pertinaci apud Xiphil. Dion. Exc. LXXIV. p. 841. A. Ἐν τῇ ἀγορᾷ τῇ Ῥωμαίᾳ βῆμα ξύλινον ἐν χρῷ τοῦ λιθίνου κατεσκευάσθη, καὶ ἐπ' αὐτοῦ οἴκημα ἄτοιχον, περίστυλον, ἔκ τε ἐλέφαντος καὶ χρυσοῦ πεποικιλμένον ἐτέθη, καὶ ἐν αὐτῷ κλίνη ὁμοία. *Exſtructus erat in foro ſuggeſtus ligneus pone ſuggeſtum lapideum, & ſupra fuit ædes ſine parietibus, columnis in ambitum cincta, ebore & auro variedistincta, & in illa lectus conſimilis.* V. & *Caſaubonum*.

7. AD SIMULACRUM I. imaginem, ſimilitudinem, inſtar. Sic dicunt *belli ſimulacra* Lucret. II. 42. & 324. & Virg. Æneid. V. 674. *pugnæ ſimulacrum* Liv. XL. 6. & Virg. Æneid. V. 585. *civitatis ſimulacrum* Cicer. Fam. X. 1. dicunt.

8. VENERIS GENETRICIS templum V. *ſupr.* 61. §. 7.

9. LECTO ſuper funebri ſimulacrum verſatile populo oſtendiſſe Antonium narrat Appian. B. C. II. p. 520. Ἀνέσχε τις ὑπὲρ τὸ λέχος ἀνδρείκελον αὐτοῦ Καίσαρος ἐκ κηροῦ πεποιημένον. Τὸ μὲν γὰρ σῶμα ὡς ὕπτιον ἐπὶ λέχους οὐχ ἑωρᾶτο· τὸ δὲ ἀνδρείκελον ἐκ μηχανῆς ἐπεστρέφετο πάντῃ, καὶ σφαγαὶ τρεῖς καὶ εἴκοσιν ὤφθησαν, ἀνά τε τὸ σῶμα πᾶν, καὶ ἀνὰ τὸ πρόσωπον θηριωδῶς ἐς αὐτὸν γενόμεναι. *Aliquis ſupra lecticam extulit ceream Cæſaris effigiem. Nam cadaver ſupinum in lectica non videbatur; verum effigies in machina verſatili apparebat omnibus, & vulnera tria & viginti viſa ſunt & corpori omni, & faciei immaniter inflicta.*

10. PURPURA. Tres en. colores indumentis funeralibus veteres dederunt, album, atrum, *purpureum*. Virg. Æneid. VI. 221.

Purpureaſque ſuper veſtes, velamina nota
Conjiciunt.

Liv. XXXIV. 7. *Purpura viri utemur.... Ut cum eo crementur mortui.* Et coronas ex floribus *purpureis* mortem ſignificare ſcribit Artem. Ὀνειρ. I. 79. Στέφανοι ἐκ τῶν πορφυρῶν καὶ θάνατον σημαίνουσι. V. plura apud *Licet. Lucern.* VI. 12. *Lacerdam in Virgilium. Moreſt. Pomp. Fer.* I. 16.

11. TROPÆUM I. pertica cum tranſverſo baculo in ſummo, de qua plura ad Curt. V. 8. 16. §. 40. κόντον vocat Appianus. Hanc vocem huic loco bene convenire dicit *Caſaubonus*, licet hoc neſciat *Buleng. de imp.* III. 7. V. etiam *Scheff. R. V.* I. 3.

12. CUM VESTE perfoſſa, lacera, & cruenta imperatoris ſanguine. Appianus: λελακισμένην ὑπὸ τῶν πληγῶν, καὶ πεφυρμένην αἵματι αὐτοκράτορος. Quintil. Inſtit. VI. 1. *Populum Romanum egit in furorem Caji Cæſaris prætexta prolata in foro cruenta. Sciebatur interfectum eum, corpus denique ipſum impoſitum lecto erat: veſtis tamen illa ſanguine madens ita repræſentavit imaginem ſceleris, ut non occiſus eſſe Cæſar, ſed tum maxime occidi videretur.*

13. PRÆLATA lecto funebri & mortuo hæc munera, non ſequuta fuiſſe lectum ex hoc loco docet *Scheff. de re veh.* II. 3.

14. MUNERA appellabantur peculiari nomine, quæ ab amicis funus proſequentibus in rogum conjiciebantur. Val. Flacc. III. 313.

dona debita caſis
Munera, quæ noſtro miſiſſet Cyzicus igni.

Tibull. II. 4. 22.

Nec qui det mæſtus munus in exequias.

Græcis δῶρα & ἐντάφια dicuntur, ut docet *Kirchm. Fun.* III. 5. & ex illo *Alard. in Flaccum.* De illis quoque *Meurſ. Fun. c.* 22.

15. ORDO, quem dicit, fuit hic: præibant magiſtratus & ſenatus poſitis dignitatis inſignibus, ſequebantur equites habitu lugubri, deinde milites cum armis, ſed verſis, poſtremo populus per tribus. V. *Caſaubonum*.

16. LUDOS I. ſcenicorum artificum operam, & mimorum, ludionumque, qui funeribus intererant, actionem & geſticulationem, quæ ad ſcurrilitatem ac obſcœnitatem uſque procedebat, inprimis vero ejus, qui *archimimus* Veſp. 19. 6. qui perſonam defuncti ferre, & omnia ejus dicta facta imitari, omnia minima maxima ad ejus ingenium fingere, ridiculeque maxime etiam ſeria oſtendere, & joculari licentia virtutes vitiaque perſtringere ſolebat. V. *Reineſ. Var. Lect.* I. 21. *Faes ad Gyrald. de Sepult. c.* 14. &, ſi lubet, *Guther. de jur. man.* I. 23.

17. PA-

dam ad miſerationem, & invidiam cædis ejus, accommodata ex Pacuvii [17] Armorum judicio [18],

Men'me ſervaſſe [19], *ut eſſent qui me perderent?*

Et ex Electra Attilii [20] alia ad ſimilem ſententiam. Laudationis [21] loco conſul Antonius [22] per præconem pronuntiavit [23] ſenatusconſultum [24], quo omnia ei divina 4
ſimul atque humana [25] decreverat: item jusjurandum [26], quo ſe cuncti pro ſalute unius adſtrinxerant, quibus perpauca [27] a ſe [28] verba addidit. Lectum pro Ro- 5
ſtris [29] in forum [30] magiſtratus [31] & honoribus functi detulerunt [32]. Quem, quum 6
pars

17. Pacuvius Brundiſinus tragœdiarum ſcriptor fuit inclytus.

18. Armorum judicium tragœdia fuit, cujus argumentum erat diſceptatio *armorum* Achillis inter Ulyſſem & Ajacem. V. *Beroaldum.*

19. Men' servasse ſc. decuit Pompejanos. Appian. B. C. II. p. 501. καὶ Καίσαρα αὐτὸς ὃς εἶδε πολέμιον τῶν πολιτῶν, διὰ τὸ συμφέρον τῆς πόλεως περισώσας; ὑπ' αὐτῶν ἀπέθανε: *& Caſar ipſe, qui quos bello cives devictos utilitatis publicæ reſpectu ſervaverat, ab illis interfectus eſt.*

20. Attilio quintum inter comicos locum dat Vulcatius Sedigitus apud Gell. XV. 24.

Poſt inſequi Licinium facio Attilium.

Et Sophoclis Electram illum vertiſſe dicit Cicer. de Fin. I. 2. *A quibus tantum diſſentio, ut cum Sophocles vel optime ſcripſerit Electram, tamen male converſam Attilii mihi legendam putem.* V. & *Reineſ. Var. Lect.* III. 3.

* 21. Laudationis i. orationis funebris. Senec. Epiſt. 2. *Aliud eſt laus, aliud laudatio. Hæc & vocem exigit. Itaque nemo dicit laudem funebrem, ſed laudationem, cujus officium oratione conſtat.* Cicer. de Orat. II. 84. *Noſtræ laudationes, quibus in foro utimur, aut teſtimonii habent brevitatem nudam, atque inornatam, aut ſcribuntur ad funebrem concionem.* Orationes funebres ad Valerium Poplicolam refert Plutarch. Poplic. p. 101. F. Ἀπεδέξαντο δὲ τοῦ Οὐαλερίου, καὶ τὰς εἰς συνάρχοντα τιμὰς, ἃς ἐκκομιζόμενον καὶ θαπτόμενον ἐκόσμησε· καὶ λόγον ἐπ' αὐτῷ διεξῆλθεν ἐπιτάφιον, ὃς οὕτως ὑπὸ Ῥωμαίων ἠγαπήθη, καὶ τοσαύτην ἔσχε χάριν, ὥστε πᾶσι τοῖς ἀγαθοῖς μεγάλοις ὑπάρχειν, ἐξ ἐκείνου τελευτήσαντα, ὑπὸ τῶν ἀρίστων ἐγκωμιάζεσθαι. *Gratus etiam ad populum honos collegæ habitus fuit, quo exequias ejus & funus decoravit Valerius: in cujus laudem orationem funebrem habuit, quæ uſque adeo placuit populo Romano, tamque fuit probata, ut hujus exemplo præclari & inſignes viri omnes vita functi a præſtantiſſimis laudentur.* Ita *laudatus* eſt Auguſtus c. 101. n. 7. Tiberii pater noſt. 6. 5. & qui illic laudantur. V. quoque *Kirchm. Fun.* II. 18. *Moreſt. Pomp. Fer.* III. 4. *Gyrald. de var. ſepel. rit.* c. 6. & ad illum *Johannem Faes. Meurſ. de Fun.* c. 34. *Guther. jur. Man.* I. 25.

* 22. Antonius. Propinquos laudaſſe mortuos dicam Tib. 6. 5. 10. §. 19. Hi ſi deeſſent, qui officium hoc defuncto valerent præſtare, aliis hoc demandabatur. Plin. Epiſt. II. 1. 6. *Hujus viri exequiæ magnum ornamentum principi, magnum ſeculo, magnum etiam foro & Roſtris attulerunt. Laudatus eſt a Conſule Cornelio Tacito; nam hic ſupremus felicitati ejus cumulus acceſſit laudator eloquentiſſimus.* Appian. Aug. 101. 7. §. 31. Antonii orationem funebrem deſcribit Dio XLIV. p. 258. C.

23. Per præconem pronuntiare dicuntur, qui *præconi* verba legis, ſive decreta, ſive aliquid tale, ſcriba verba ſubjiciente populo dant recitanda. Non enim decorum erat, ab ipſo magiſtratu codicem recitari. Unde olim Cornelius tribunus plebis exiſtimatus eſt imminuiſſe tribunitiam poteſtatem, quia in tribunatu codicem pro Roſtris ipſe recitaverat. V. *Beroaldum.*

24. Senatusconsultum eſt quod *ſenatus* decernit. Unde & ſæpius decretum dicitur. Quamvis ſæpius de communi, decretum de privata tantum re dicatur, ut fuſius dixit *Manut. de Senat. Rom.* c. 10. ad c. 86. §. 7. Intelligit *decreta* illa *honorificentiſſima*, de quibus 78. 1. De eodem 86. 2.

25. Divina et humana i. honores diis & hominibus decerni ſolitos.

26. Jusjurandum ipſe narrat Antonius apud Appian. B. C. II. p. 506. εἰ κατὰ μὲν ἔχθραν ἰδίαν οὐδὲν ἐργασόμεθα, ἕνεκα τοῦ μύσους, καὶ ὧν Καίσαρι πάντες ὠμόσαμεν, φύλακες αὐτοῦ τοῦ σώματος ἢ τιμωροὶ παθόντι ἔσεσθαι; *Ex odio privato quidem nihil agemus, ſed propter piaculum, & quæ Cæſari omnes juravimus, ſervaturos nos eum incolumem, aut ulturos, ſi quid ei ſecus acciderit.* De eodem 86. 2.

27. Perpauca. Prolixa tamen legitur apud Dionem Antonii oratio, ſi modo illa Antonii, & non Dionis ipſius XLIV. *p.* 258-266.

* 28. A se i. de ſuo. V. *infr.* Aug. 40. 4. §. 19.

29. Lectum pro rostris Græco more i. *lectum*, qui *pro roſtris* erat, aut in æde aurata *pro roſtris* poſita, ut explicat *Torrentius. Lectis* vero ſive *lecticis* mortuos extuliſſe veteres, dixi 82. 6. §. 24.

30. In forum. Appian. B. C. II. p. 521. Ὁ δὲ δῆμος ἐπὶ τὸ λέχος τοῦ Καίσαρος ἐπανελθὼν, ἔφερον αὐτὸ ἐς τὸ Καπιτώλιον ὡς ἐναγὲς, θάψαι τε ἐν ἱερῷ, καὶ μετὰ θεῶν θέσθαι: κωλυόμενοι δὲ ὑπὸ τῶν ἱερέων ἐς τὴν ἀγορὰν αὖθις ἔθεσαν. *Plebs vero ad lecticam Cæſaris reverſa, detulit eam in Capitolium, ſepeliturа in templo ut conſecratum, & juxta deos poſitura: ſed prohibentibus ſacerdotibus, rurſus in forum retulerunt.*

 31. Ma-

pars in Capitolini [33] Jovis cella [34] cremare [35], pars in curia Pompeji [36] deſtinaret, repente duo quidam gladiis ſuccincti, ac bina jacula geſtantes, ardentibus cereis [37] ſuccenderunt: confeſtimque circumſtantium turba virgulta arida [38], & cum ſubſelliis tribunalia [39], quicquid præterea ad donum aderat [40], congeſſit [41]: deinde tibicines [42] & ſcenici artifices [43] veſtem [44], quam ex inſtrumento triumphorum [45] ad præ-

31. Magistratus... hi enim imperatorum lectos ferre ſolebant. Herodian. III. 8. Τὸ κλινίδιον αἴρουσι νέοι τοῦ τε ἱππικοῦ τάγματος εὐγενέστατοι, καὶ τῆς συγκλήτου ἐπίλεκτοι νεανίαι. *Lectum attollunt equeſtris ordinis nobiliſſimi, & ſenatorii lectiſſimi juvenes.* Syllæ funus exhibet §. 3. Auguſti *corpus ad rogum humeris ſenatorum ferendum conclamant patres* apud Tacit. Ann. I. 8. 6. noſtr. *Aug.* 101. 7. V. quoque *Kirchm. de Fun.* II. 8. *Moreſt. Pomp. Fer.* 13. 1.

* 32. Detulerunt humeris. Hiſce elata eſſe funera conſtat. V. *infr.* Aug. 101. 7. §. 28.

33. Capitolini cognomine Jovem coluerunt Romani. Plin. Paneg. c. 94. 1. *In fine orationis præſides cuſtodeſque imperii deos, ego conſul pro rebus humanis, ac te præcipue* Capitoline Jupiter *precor.* Cicer. *ſupr.* 79. §. 20. Noſter ſæpius.

34. Cella i. ſacratiſſima templi parte, quam profano ingredi fas non erat. Unde Phil. II. 8. III. 12. queritur, quod *in Concordiæ cella armatos incluſerit* Antonius, quod Phil. V. 7. *teterrimum auditu, non modo aſpectu eſſe* dicit Cicero. Noſt. *Aug.* 30. 4. * In Capitolini Jovis templo tres *cellas* fuiſſe, æquali diſtantia, communibus lateribus, ſub eodem laqueari, & eodem tecto: medium Jovis, a lateribus alterum Junonis, alterum Minervæ, ſcribit Dionyſ. IV. p. 259. Τρεῖς εἰσὶ σηκοὶ παράλληλοι, κοινὰς ἔχοντες πλευράς· μέσος μὲν, ὁ τοῦ Διός, παρ᾽ ἑκάτερον δὲ τὸ μέρος, ὅ τε τῆς Ἥρας, καὶ ὁ τῆς Ἀθηνᾶς, ὑφ᾽ ἑνὸς αἰετοῦ καὶ μιᾶς στέγης καλυπτόμενοι.

35. Cremari corpora licet antiquiſſimi fuerit inſtituti, & apud Græcos, & apud Romanos, quod prolixe probat *Kirchm. de Fun.* I. 1. & 2. tamen & terra corpora condiderunt veteres. Unde *gentem Corneliam*, inquit Cicer. LL. II. 22. *uſque ad memoriam noſtram hac ſepultura ſcimus eſſe uſam.* Quia vero, ut Plin. VII. 54. *longinquis bellis obrutos erui cognoverunt.* Et C. *Marii ſitas reliquias apud Anienem diſſipari juſſit Sylla victor acerbiore odio incitatus, quam ſi tam ſapiens fuiſſet, quam fuit vehemens, timens ſuo corpori & hoc poſſe accidere, primus e patriciis Corneliis igni voluit cremari.*

36. In curia Pompeji, in qua fuerat occiſus.

* 37. Cerei vulgo dicuntur candelæ grandiores ex pura *cera* compoſitæ. *Cerei* olim in pompa funebri fuerunt in uſu. Iſidor. XI. 2. *Funus dictum a funalibus accenſis, quos ante feretrum papyris cera circumdatis ferebant.* *Candelis*, ut Feſtus in Cereos, *pauperes, locupletes cereis utebantur.* Senec. Brev. Vit. c. 20. *At mehercule iſtorum funera tanquam minimum vixerint, ad faces & cereos ducenda ſunt.* V. *Noris. Diſſert. in Cenot. Piſan.* 311. 403. & *Kirchm. Fun.* II. 3.

38. Virgulta arida. Appian. B. C. II. p. 521. Καὶ θάλλους καὶ σανίδας, ὅσα πολλὰ ἦν ἐν ἀγορᾷ, καὶ εἴ τι τοιουτότροπον ἄλλο, συνενεγκόντες, καὶ τὴν πομπὴν δαψιλεστάτην οὖσαν ἐπιβαλόντες, στεφάνους τε ἐνίους παρ᾽ ἑαυτῶν, καὶ ἀριστεῖα πολλὰ ἐπιθέντες, ἐξῆψαν. *Ligna & ſubſellia, & quidquid tale in foro ad manus erat, congerentes, & funeris pompam ſplendidiſſimam ſuperinjicientes, coronas quoque & dona militaria privatorum imponentes, accenderunt.*

39. Cum subselliis tribunalia, ex quibus & Clodii rogus fuit extructus. Dio XL. p. 143. C. Καὶ μετὰ τοῦτο πυρὰν ἐκ τῶν βάθρων ποιήσαντες, ἔκαυσαν καὶ ἐκεῖνο καὶ τὸ συνέδριον: *idque* Clodii corpus *rogo ex ſubſelliis conſtructo cum ipſa curia combuſſerunt.* Hiſce & cancellos, & nummulariorum menſas, καὶ κιγκλίδας, καὶ τραπέζας addit Plutarch. Cæſ. p. 479. C. Hæc vero in foro erant poſita, ad Romuli imitationem. Dionyſ. A. R. II. p. 99. Παρεσκευάσατο χωρίον ἐν ᾧ καθιζόμενος ἐδίκαζεν ἐν τῷ φανερωτάτῳ τῆς ἀγορᾶς. *Paravit tribunal ad jus dicendum in loco fori conſpicuo.* quia in illo, & non in ſuis ædibus, ut provincialis, publice jus dicebat prætor urbanus. Quod obſervat *Clar. Perizon. diſſ. de prætore* §. 33. II. §. 28.

40. Ad donum aderat i. in ignem conjicere poſſent, *munus* §. 14.

41. Congessit i. collegit, coacervavit. *Congerere* eſſe avium nidulantium dixi ad Curt. V. 2. 8. §. 29.

42. Tibicines in funeribus canere ſolebant. Matth. 9. 23. καὶ ἰδὼν τοὺς αὐλητὰς, *& cum vidiſſet tibicines*, etiam natu majorum. Senec. ἀποκολ: *Erat omnium formoſiſſimum Claudii funus, ut ſcires deum efferri, tibicinum, cornicinum, omniſque generis ſenatorum tanta turba, tantus conventus, ut etiam Claudius audire poſſet.* Ovid. Triſt. V. 1. 48.

Tibia funeribus convenit iſta meis.

V. & *Kirchm. de Fun.* II. 5. *Mag. Miſc.* II. 12. *Barthol. de tib. vet.* II. 15. *Meurſ. de Fun. c.* 18. *Nicol. de luct. Græc. c.* 9. *Rittersh.* XII. *tab. c.* 4.

53. Scenici artifices i. qui *artifices ſcenarii* Ammian. XXVIII. & *artifices ſcenæ* noſt. Veſp. 18. 3. ut legendum putat Lipſ. in Senec. de Benef. VII. 20. Erat enim *ſcena hiſtrionum propria.* Pollux IV. 19. 20. hiſtriones, mimi, ludiones, de quibus dictum §. 16. Ita Neronem *Imperatorem ſcenicum* vocat *Plin. Paneg.* 46. 4.

44. Vestem ſibi detractam atque diſciſſam in rogum projiciebant, qui mortuum amaverant. Herod. V. p. 360. C. Περίανδρος ἀπέδυσε σφέας, πάσας ὁμοίως τάς τ᾽ ἐλευθέρας καὶ τὰς ἀμφιπόλους: συμφορήσας δὲ ἐς ὄρυγμα, Μελίσσῃ ἐπευχόμενος κατέκαιε. *Periander omnes*

præſentem uſum induerant, detractam ſibi, atque diſciſſam, injecere flammæ: & veteranorum militum legionarii [46] arma [47] ſua, quibus exculti, funus celebrabant. Matronæ [48] etiam pleræque ornamenta ſua quæ gerebant, & liberorum bullas [49] 7
atque prætextas. In ſummo publico luctu exterarum gentium [50] multitudo cir- 8
culatim [51] ſuo quæque more lamentata eſt, præcipueque Judæi [52], qui etiam noctibus continuis [53] buſtum [54] frequentarunt.

mnes ſine diſcrimine exuit, ingenuas pariter & ancillas, atque eas veſtes ad foveam comportatas Meliſſam precando cremavit. Tacit. Ann. III. 3. 2. *Atque ubi colonias tranſgrederentur, atrata plebes, trabeati equites, pro opibus loci, veſtem..... cremabant.* V. & *Kirchm. de Fun.* III. 5. *Nicol. de luct. Græc. c.* 14.

45. Instrumento triumphorum i. apparatu triumphali, quo uſi fuerant in actione ludorum Cæſaris triumphalium *ſupr.* 37. 2.

46. Veteranorum militum legionarii i. legiones compoſitæ e *veteranis militibus*, quæ Romæ tum erant, deductionem in promiſſos agros exſpectantes. V. *Caſaubonum.*

47. Arma, quibus accincti erant, in rogum arſuri ducis milites, ad teſtandum ingentem luctum, jacere nonnunquam ſolebant. Cordus apud Lucan. VIII. 681. cum Pompejum uſtiſſet, dicit eum non optare funus, quale tantæ virtuti debebatur, nec

totus ut ignem
Projectis mœrens exercitus ambiat armis.

Virg. Æneid. XI. 193.

Hinc alii ſpolia occiſis direpta Latinis
Conjiciunt igni, galeaſque, enſeſque decoros,
Frenaque, ferventeſque rotas: pars munera nota,
Ipſorum clypeos, & non felicia tela.

V. & *Rutgerſ.* V. L. VI. 19. *Meurſ. de Fun. c.* 16. *Kirchm. de Fun.* III. 5. *Nicol. de luct. Græc. c.* 14. *Moreſt. Pomp. Fer.* VII. 3. * Hæc veterani flammæ injecerunt, *quaſi jam armis vale dicerent, illo exſtincto, qui ſummum fuerat decus armorum.* Celſ. de vit. Cæſ. p. 204.

* 48. Matrona *dicta eſt proprie, quæ in matrimonium cum viro convenit, quoad in eo matrimonio manſerit, etiamſi liberi nondum nati fuerint: & dicta eſt ita a matris nomine non adepto jam, ſed cum ſpe & omine mox apiſcendi.* Gell. XVIII. 6. Hoc nomine veniebant ex Paullo apud Feſtum, *quibus ſtolas habendi jus eſſet.* Hinc *matronalis ſtola* apud Val. Max. I. I. I. Et *non ſunt paſſi matronas ſtolas, neque ornatus matronales deponere* apud Vitruv. I. I. Etiam *matronas* viros claros defunctos lugere moris erat. Liv. II. 7. de Bruti funere. *Multo majus morti decus publica fuit mœſtitia, eo ante omnia inſignis, quia matronæ annum, ut parentem, eum luxerunt.* Plutarch. Coriol. p. 233. Αἰτησαμέναις ταῖς γυναιξὶν ἐπέτρεψαν ἀποπενθῆσαι δέκα μῆνας. *Poſtulantibus matronis, ut eum decem lugere menſes liceret, conceſſum.* V. *Noriſ. Diſſert. in Cenot. Piſ. p.* 368.

49. Bulla *geſtamen erat triumphantium, quam in triumpho præ ſe ferebant, incluſis intra eam remediis, quæ crederent adverſus invidiam valentiſſima. Hinc deductus mos, ut bulla in uſum puerorum nobilium uſurparetur, ad omen & vota concilianda virtutis ei ſimilis, cui primis in annis munera iſta ceſſerunt.* Is vero fuit *Tarquinii Priſci filius*, quem *quatuordecim annos natum, quod hoſtem manu percuſſerat, & pro concione laudavit, & bulla aurea donavit pater, inſigniens puerum ultra annos fortem præmiis virilitatis & honoris.* Macrob. Sat. I. 6. * Illarum figuram fuiſſe rotundam, & non cordiformem, ut videtur indicare Macrobius, ex marmoribus docet *Spon. Miſc. Erud. Ant. Sect. 9. p.* 299.

* 50. Exterarum gentium, quæ in certis quibuſdam partibus, aut regionibus collocatæ Romam incolebant. Athen. I. p. 20. C. Ὅλα ἔθνη ἀθρόως αὐτόθι συνῴκισται, ὡς τὸ Καππαδοκῶν, καὶ Σκυθῶν, καὶ Ποντικῶν, καὶ ἄλλων πλειόνων. *In ea urbe gentes etiam totæ habitant, ut Cappadoces, Scythæ, Ponti nationes, & aliæ complures.* Plura *Aring. Rom. Subterr.* II. §. 3. & 4.

51. Circulatim i. per *circulos*. *Circulus* interdum pro hominum multitudine & cœtu. Cicer. Fratr. III. 4. *Cato diremptis tabellis de circulo ſe ſubduxit.*

52. Judæi, quorum dux Antipater Cæſari bellum in Ægypto gerenti multis in rebus fuit uſui: Καίσαρι πολεμοῦντι κατ' Αἴγυπτον εἰς πολλὰ χρήσιμον αὑτὸν παρέσχεν Ἀντίπατρος ὁ τῶν Ἰουδαίων ἐπιμελητής. Joſeph. Ant. Jud. XIV. 14. qui etiam Cæſare in Syriam deducto ex Syria in Judæam eſt reverſus, & reſtituit mœnia per Pompejum diſjecta: ὡς δὲ Καίσαρα προπέμψας ἐκ τῆς Συρίας εἰς τὴν Ἰουδαίαν ὑπέστρεψεν, ἀνεγείρει μὲν εὐθὺς τὸ τεῖχος ὑπὸ Πομπηΐου καθῃρημένον. Idem ibid. c. 16. Inde in *Judæos* a Cæſare tot collata beneficia, quæ denarrat idem ibid. c. 14. 15. 16.

53. Noctibus continuis. Superarunt ergo plebem Romanam, de qua Appian. B. C. II. p. 521. τὴν νύκτα πανδημεὶ τῇ πυρᾷ παρέμενον: *circa rogum totam noctem permanſit totus populus.*

54. Bustum i. ſepulcrum. Cicer. LL. II. 26. *Pœna eſt, ſi quis buſtum (nam id puto appellari tymbon) aut columnam violarit.*

CAPUT LXXXV.

ARG. *A funere diſcurrit cum facibus, Helvium Cinnam per errorem nominis occidit, Parenti patriæ columnam ſtatuit, & ad illam ſacrificat, vota ſuſcipit, & controverſias diſtrahit plebs Romana.*

Plebs

1 Plebs ſtatim a funere [1] ad domum Bruti & Caſſii [2] cum facibus tetendit; atque
ægre repulſa [3], obvium ſibi Helvium Cinnam [4] per errorem nominis, quaſi
Cornelius [5] is eſſet, quem graviter pridie concionatum de Cæſare [6] occidit [7]: ca-
2 putque ejus præfixum haſtæ circumtulit [8]. Poſtea ſolidam columnam [9] prope vi-
ginti pedum lapidis Numidici [10] in foro [11] ſtatuit [12] ſcripſitque PARENTI PA-
3 TRIÆ [13]. Apud eandem longo tempore [14] ſacrificare, vota ſuſcipere [15], con-
troverſias

A FUNERE 1. poſt exſequias celebratas. Liv. v. 44. *A ſecundis rebus magis etiam ſolito cauti.* Noſt. Tib. 52. 3. Plutarch. Cæſ. p. 740. C. ex rogo incenſo. Ἁρπάμενοι δὲ δαλοὺς διαπύρους ἔθεον ἐπὶ τὰς οἰκίας τῶν ἀνῃρηκότων καταφλέξοντες. *Inde ardentibus titionibus ad domos percuſſorum incendendas cucurrerunt. Funus pompa eſt exſequiarum* Donat. Terent. Andr. 1. 1. 100.

2. BRUTI ET CASSII, ut conjurationis principum 80. 7.

3. REPULSA. Appian. B. II. p. 521. Καὶ κατετρῶσαν αὐτοὺς ἐκεῖνοι τε ἀμυνόμενοι, καὶ τῶν γειτόνων δεομένων, τοῦ μὲν πυρὸς ἀπέσχοντο. *Partim domeſticis propugnantibus, partim vicinis deprecantibus, ab igne abſtinuerunt.*

4. HELVIUM CINNAM tribunum plebis, de quo ſupr. 52. 5. & Plutarchus: Κίννας τις τῶν Καίσαρος ἑταίρων ἐτύγχανε τῆς παρῳχημένης νυκτὸς ὄψιν ἑωρακὼς ἄτοπον. Ἐδόκει γὰρ ὑπὸ Καίσαρος ἐπὶ δεῖπνον καλεῖσθαι: παραιτούμενος δὲ, ἄγεσθαι τῆς χειρὸς ὑπ᾽ αὐτοῦ, μὴ βουλόμενος, ἀλλ᾽ ἀντιτείνων. Ὡς δὲ ἤκουσεν ἐν ἀγορᾷ τὸ σῶμα καίεσθαι τοῦ Καίσαρος, ἀναστὰς ἐβάδιζεν ἐπὶ τιμῇ καίπερ ὑφορώμενος τὴν ὄψιν ἅμα καὶ πυρέττων. *Cinna quidam ex amicis Cæſaris ſomnium horrendum priore nocte habuerat. Videbatur ſibi a Cæſare ad cœnam invitari: & quum negaret, manu ab eo invitus & reluctans duci. Hic quum audiviſſet Cæſaris corpus in foro cremari, ſurgens honoris cauſa in forum proceſſit, etſi viſionem ſuſpectam habebat, & febre etiam tenebatur.*

5. CORNELIUS Cinna prætor, *in quem ſe ſævire exiſtimabat populus, iratus ei, quod quum affinis eſſet Cæſaris, adverſus eum nefarie raptum, impiam pro Roſtris orationem habuiſſet.* Val. Max. IX. 9. 1. Hunc lapidibus ſunt inſequuti: compulſoque in domum quandam ligna cum congeſſiſſent, illamque exuſſiſſent, ni Lepidus cum exercitu ſuperveniens inhibuiſſet: Λίθοις ἔβαλλον καὶ ἐδίωκον, καὶ ἐς οἰκίαν τινὰ συμφυγόντα, ξύλα συμφέροντες, ἐμπρήσειν ἔμελλον, εἰ μὴ Λέπιδος μετὰ στρατιᾶς ἐπελθὼν ἐκώλυσε. *Appian. B. C. II. p. 507.*

6. GRAVITER CONCIONATUM DE CÆSARE 1. qui multa in contumeliam Cæſaris dixerat, βλασφήμως δεδημηγορηκότα. *Appianus.*

7. OCCIDIT, διέσπασαν ἐν μέσῳ τῶν ἀνθρώπων. *Plutarchus.* διέσπασαν θηριωδῶς, καὶ οὐδὲν αὐτοῦ μέρος ἐς ταφὴν εὑρέθη. *Immaniter diſcerpſerunt ut nullum ejus membrum ad ſepulturam inveniri potuerit.* Appian. B. C. II. p. 521.

8. CAPUT CIRCUMTULIT. Val. Max. IX. 9. 1. *Eoque errore propulſus eſt, ut caput Helvii perinde atque Cornelii, circa rogum Cæſaris, fixum iaculo ferret, officii ſui, alieni erroris piaculum miſerabile.*

9. COLUMNAM hanc *e. ecratam* vocat & a *Dolabella everſam* dicit Cicer. Phil. 1. 2. Lactant. 1. 15. *Dolabella conſul columnam in foro, id eſt, titulum ejus, evertit, ac forum expiavit. Aram* Græci. Appian. Bell. Civ. II. p. 521. Ἔνθα βωμὸς πρῶτος ἐτέθη, νῦν δ᾽ ἐστὶ ναὸς αὐτοῦ Καίσαρος. *Ubi primum ara fuit, nunc templum eſt ipſius Cæſaris.* DIO XLIV. p. 267. C. Βωμὸν δέ τινα ἐν τῷ τῆς πυρᾶς χωρίῳ ἱδρυσάμενοι. Οἱ δὲ ὕπατοι ἐκεῖνόν τε ἀνέτρεψαν. *Aram autem multitudo eo in loco, quo rogus fuerat, exſtruxit. Illam conſules ſubverterunt.* Græcos erroris inſimulat, & *columnam* hanc conſecrationis notam fuiſſe vult *Guther. de jur. man* II. 5. & 19. * Sed abſolvunt Noriſ. Diſſert. in Cenot. Piſan. III. 4. & Licet. de Lucern. VI. 6. quia *aræ* M. Brutus ac Caſſius Cæſaris interfectores meminerunt apud Cicer. Fam. XI. 2. quæ profecto antea fuerat poſita. 2. quia ibidem *plebs ſacrificaſſe* dicitur noſt. *inſr.* n. 3. Conciliandis his auctoribus & *aram* & *columnam* ſimul poſitam fuiſſe ſtatuit *Berthald. de ara. c.* 25. §. 1.

10. LAPIS NUMIDICUS eſt marmor ex *Numidia* in Italiam tranſlatum. Plin. XXXVI. 6. *M. Lepidus Catuli in conſulatu collega, primus omnium limina ex Numidico marmore in domo poſuit magna reprehenſione. Is fuit conſul anno Urbis* 666. *Hoc primum invecti marmoris Numidici veſtigium invenio, non in columnis tantum, cruſtiſve, ſed in maſſa, ac viliſſimo liminum uſu.*

11. IN FORO, eo ipſo loco, ubi fuerat crematus *ſupr.* 84. 5. §. 30.

* 12. STATUIT opera Amatii cujuſdam. Appian. B. C. III. p. 527. Γεγενημένος ὢν κατὰ τὴν δὴ τὴν ὑπόκρισιν συγγενὴς τῷ Καίσαρι, ὑπερήλγει μάλιστα αὐτοῦ τεθνεῶτος, καὶ βωμὸν ἐπῳκοδόμει τῇ πυρᾷ. *Is,* Amatius, *quoniam hac ſimulatione effecerat, ut videretur non alienus a cognatione Cæſaris, præ cæteris ægre ferens ejus obitum, aram ubi crematus eſt poſuit.*

13. PARENTI PATRIÆ. Cicer. Fam. XII. 3. *Auget tuus amicus* Antonius *furorem in dies. Primum in ſtatua, quam poſuit in Roſtris, inſcripſit,* parenti optime merito: *ut non modo ſicarii, ſed jam etiam parricidæ judicemini.*

14. LONGO TEMPORE. Sed quomodo? cum dejectam *Cicero, Lactantius* & *Dio* dicant §. 9. & vix altero menſe a nece Cæſaris ſuperfuerit, ut docet Noriſ. Cenot. Piſan. Diſſ. III. c. 4. niſi ſacrificia illic loci poſt dejectam Cæſari facta eſſe indicare voluerit *Suetonius.*

15. VOTA

troverſias quaſdam [16] interpoſito per Cæſarem [17] jurejurando [18] diſtrahere [19] perſeveravit.

15. Vota suscipere quid ſit dicam *infr.* Aug. 97. 2. §. 6.

16. Quasdam, quia, ut putat *Caſaubonus*, aliæ *controverſiæ* ad alios deferebantur deos, ſive heroas.

17. Per Cæsarem jurare veteribus ſollenne fuit. Tertull. Apol. c. 28. *Citius denique apud vos per omnes deos, quam per unum genium Cæſaris pejeratur.* Noſt. *Claud.* 11. 4.

18. Jurejurando, quod ideo vetus poeta eleganter appellavit *mantile, quo quotidianæ noxæ extergeantur.* Apud Lucianum ὅρκος εἶναι τοῦ eſt obſervari colique ab aliquo officioſiſſime, ut docet *Caſaubonus.*

19. Distrahere i. diſſolvere, dirimere, finire. Cicer. pro Cæcin. c. 2. *Omnia judicia aut diſtrahendarum controverſiarum, aut puniendorum maleficiorum cauſa reperta ſunt.* Transfertur ab auctionibus, in quibus res pluribus divenditæ quaſi in diverſa *trahuntur.* Juſtin. ix. 1. 6. *Mercibus diſtractis anhelantem inopiam recreavit.* Ulpian. Digeſt. 11. 15. 8. §. 15. *Si uni pluribuſve fundus ad alimenta fuerit relictus, velintque eum diſtrahere: neceſſe eſt prætorem de diſtractione ejus & tranſactione arbitrari.* Noſt. *Veſp.* 16. 2. *Cal.* 39. 2. Vult vero dicere Suetonius, cultum eum locum inſtar templi. Nam in templis controverſiæ *diſtrahi* ſolitæ. Exemplis hoc probat *Caſaubonus.*

CAPUT LXXXVI.

ARG. *Moriatur an ſuperſit, ſuſque deque fert Cajus Julius Cæſar.*

Suſpicionem Cæſar quibuſdam ſuorum reliquit, neque voluiſſe ſe diutius vivere, neque curaſſe, quod valetudine minus proſpera uteretur: ideoque & quæ religiones [1] monerent, & quæ renuntiarent amici, neglexiſſe. Sunt qui putent confiſum eum noviſſimo illo ſenatusconſulto [2], ac jurejurando, etiam cuſtodias Hiſpanorum [3] cum gladiis ſectantium [4] ſe removiſſe [5]. Alii e diverſo opinantur, *inſidias* [6] *undique imminentes ſubire ſemel confeſſum* [7] *ſatius eſſe, quam cavere* [8] *ſemper.* Alii ferunt dicere ſolitum, *non tam ſua, quam Reipublicæ intereſſe* [9], *uti ſalvus eſſet, ſe jam pridem potentiæ gloriæque abunde* [10] *adeptum: Rempublicam, ſi quid ſibi eveniret* [11], *neque quietam fore, & aliquanto deteriore conditione civilia bella ſubituram.*

1 2 3 4

Religiones i. prodigia. V. *ſupr.* 59. 1. §. 1.

2. Senatusconsulto, de quo *ſupr.* 78. 2.

3. Hispanorum. V. *Aug.* 49. 3. §. 7.

4. Sectantium, & ita Hor. Sat. 1. 139.

Neque te quiſquam ſtipator, ineptum
Præter Criſpinum ſectabitur.

5. Removisse contra prædictum Panſæ & Hirtii. Paterc. ii. 57. 1. *Laudandum experientia conſilium eſt Panſæ atque Hirtii, qui ſemper prædixerant Cæſari, ut principatum armis quæſitum armis teneret. Ille dictitans, mori ſe quam timeri malle, dum clementiam, quam præſtiterat, exſpectat, incautus ab ingratis occupatus eſt.*

6. Insidias, quas vel ipſi componerent amici, probe novit Cæſar. Cicer. Attic. xiv. 1. *Atque etiam proxime, cum Seſtii rogatu apud eum fuiſſem, exſpectaremque ſedens quoad vocaret, dixiſſe eum: ego dubitem quin ſummo in odio ſim, cum M. Cicero ſedeat, nec ſuo commodo me convenire poſſit? Atqui, ſi quiſquam eſt facilis, hic eſt: tamen non dubito quin me male oderit.*

* 7. Confessum nullius hic eſt ſententiæ. Quis enim ſanus diceret: *quidam opinantur illum confeſſum eſſe.* Sed dicendum fuiſſet, *quidam narrant illum confeſſum eſſe.* Cave putes *opinari* hic accipi pro loqui. In duobus MSS. Torrentius *confeſſum* non reperit; ſed in iiſdem *opinatum.* Reſcribo cum Torrentio, non probata tamen ejus interpunctione. *Alii e diverſo opinatum, inſidias undique imminentes ſubire ſemel ſatius eſſe.* Subaudiendum tamen ex præcedentibus *putant.* Græviue.

8. Subire satius quam cavere. Recte Senec. Epiſt. 22. *Nemo tam timidus eſt, ut malit ſemper pendere, quam ſemel cadere.* Ad eundem modum ſuos hortatur Ajax apud Homer. Iliad. O. 511.

Βέλτερον, ἢ ἀπολέσθαι ἕνα χρόνον, ἠὲ βιῶναι,
Ἢ δηθὰ στρεύγεσθαι ἐν αἰνῇ δηϊοτῆτι.
Melius ſemel eſt vel vivere, ſive perire,
Quam ſemper pendere in gravi diſcrimine Martis.

9. Reipublicæ interesse..... De hac Cæſaris voce Cicer. pro Marc. c. 8. *Itaque illam tuam præclariſſimam & ſapientiſſimam vocem invitus audivi:* ſatis te diu, vel naturæ vixiſſe, vel gloriæ. *Satis, ſi ita vis, naturæ fortaſſe, addo etiam, ſi placet, gloriæ: at, quod maximum eſt, patriæ certe parum.*

* 10. Abunde i. quod ſatis eſt, ſatis ſuperque. Jungitur genitivo etiam a Virg. Æneid. vii. 552.

Terrorum & fraudis abunde eſt.

ad imitationem Græcorum. Cicer. Attic. ii. 1. Ἅλις σπουδῆς. Sed accuſativo a Salluſt. B. J. 14. *Abunde magna præſidia nobis in veſtra amicitia fore.* Et alia exempla collegit *Vechner. Hellenol.* 1. 34.

11. SI QUID SIBI EVENIRET humanitus i. moreretur. Ita plenius Cicer. Philip. 1. 4. *Si quid mihi humanitus accidiſſet.* Ex vulgi enim ſermone conciſiore & breviore ſimpliciter *accidere*, *contingere*, *evenire*, pro vita defungi. Ultimus, qui homini poteſt evenire caſus, eſt mors. Pompon. lib. 11. ad S.C.l.163. *Si quis ita in teſtamento ſcripſerit, ſi quid filio meo acciderit, Damas meus ſervus liber eſto: mortuo filio Damas liber erit. Licet enim accidat & vivis, attamen vulgi ſermone etiam mors ſignificatur.* Noſt. *Aug.* 102. 6. *Cal.* 3. 9. V. quoque *Alciat. de verb. ſign. p.* 202. * Et ita Græci. Arrian. VII. p. 466. Ὡς εἴ τι κατὰ τὴν πορείαν Κρατερῷ συμπίπτοι. *Si quid humanitus Cratero in itinere accideret.* & παθεῖν. Laert. v. 61. Τάδε διατίθεμαι ἐάν τι πάσχω. *Ita, ſi quid mihi acciderit, diſpono.*

CAPUT LXXXVII.

ARG. *Subitam ſibi celeremque mortem optat Cajus Julius Cæſar.*

1 Illud plane inter omnes fere conſtitit, talem ei mortem pæne [1] ex ſententia obti-
2 giſſe. Nam & quondam cum apud Xenophontem [2] legiſſet, Cyrum ultima
valetudine [3] mandaſſe quædam de funere ſuo [4], aſpernatus tam lentum mortis ge-
3 nus, ſubitam [5] ſibi celeremque optaverat. Et pridie quam occideretur, in ſer-
mone nato ſuper cœnam [6] apud M. Lepidum, quiſnam eſſet finis vitæ commodiſ-
ſimus, repentinum inopinatumque [7] prætulerat.

PÆNE, non quidem violentam, ſed tamen ſubitam.

2. XENOPHONTEM Κυροπαιδ. VIII. p. 161. 162. 163.

3. ULTIMA VALETUDINE i. morbo graviori, & quo ad extremum vitæ finem pervenerat. *Valetudo* etiam morbus *ſupr.* 49. 4. §. 17.

* 4. DE FUNERE ſuo mandabant, ejuſque modum & rationem hæredibus præſcribebant veteres Senec. de Brevit. vit. c. 20. *Quidam diſponunt etiam illa quæ ultra vitam ſunt, moles magnas ſepulcrorum, & operum publicorum dedicationes, & ad rogum munera, & ambitioſas exſequias.* Nep. 25. 22. 4. *Elatus eſt* Pomponius Atticus, *in lecticula, uti ipſe præſcripſerat, ſine ulla pompa funeris.* Tacit. Ann. XV. 64. 5. *Exin balneo illatus, & vapore ejus exanimatus, ſine ullo funeris ſollenni crematur* Annæus Seneca. *Ita codicillis præſcripſerat, cum ſupremis ſuis conſuleret.* Noſt. Aug. 102. 7. Oth. 11. 1. V. & *Briſſon. Form.* VII. *p.* 671. *Kirchm. Fun. Rom.* 1. 4. *Moreſt. Pomp. Fer.* 11. 30. 2.

5. SUBITAM mortem ad *ſummam vitæ felicitatem* refert Plin. VII. 53. *In primis autem miraculo ſunt atque frequenti mortes repentinæ, hoc eſt, ſumma vitæ felicitas.*

6. SUPER COENAM i. inter cœnandum. V. Curt. VI. 11. 27. §. 51.

7. REPENTINUM ET INOPINATUM. Plutarch. Apophth. p. 206. E. Λόγου δὲ παρὰ δεῖπνον ἐμπεσόντος περὶ θανάτου, ποῖος ἄριστος, ὁ ἀπροσδόκητος, εἶπε. *Sermone ſuper cœnam incidente de morte, qualis eſſet optima, reſpondit, inopinata.*

CAPUT LXXXVIII.

ARG. *Perit, & in deorum numerum refertur Cajus Julius Cæſar.*

1 Periit ſexto & quinquageſimo ætatis anno [1]: atque in deorum numerum relatus [2]
2 eſt, non ore [3] modo decernentium, ſed & perſuaſione vulgi. Siquidem ludis [4],
quos

SEXTUS ET QUINQUAGESIMUS ANNUS eſt inter annos climactericos, qui vitæ mortalium periculoſi eſſe produntur. Hunc octo hebdomades conficiunt, & ſeptem octies multiplicata componunt. Cicer. de Repub. VI. *Cum ætas tua ſeptenos octies ſolis anfractus reditusque converterit, duoque hi numeri, quorum uterque plenus ſummam tibi naturalem confecerint, in te unum, atque in tuum nomen ſe tota convertet civitas.* V. *Beroaldum* & ex illo *Torrentium.* Incidit vero ille in annum ab U. C. 709. V. *Pigh. Ann.* III. *p.* 463. * Non hoc, ſed ſeptimo & quinquageſimo Cæſarem periiſſe contendit P. Manutius. V. illum latius hac de re differentem de *Leg. Rom. c.* 6.

2. IN DEORUM NUMERUM REFEREBANTUR non tantum Reges; ſed etiam Cæſares. Illorum primus hunc honorem conſequutus eſt Julius. V. *ſupr.* 1. 1. §. 3.

3. ORE i. conſenſu. Inde *uno ore* i. unanimiter. Terent. Phorm. IV. 3. 20.

Uno ore auctores fuere, ut præcipitem hanc daret.

ἐκ φωνῆς μιᾶς *Herod.* 1. *c.* 4. §. 21. ἐνὶ στόματι *Paulo* Rom. 15. 6. V. & *Kemp. de Oſcul. Diſſert.* 1. §. 3.

4. LUDIS, quos Apollonia reverſus in patris honorem edidit. Dio XLV. p. 272. E. Τὴν πανήγυριν τὴν ἐπὶ τῇ τοῦ Ἀφροδισίου ἐκποιήσει καταδειχθεῖσαν, ἣν ὑποδεξάμενοι τινὲς ζῶντος ἔτι τοῦ Καίσαρος ἐπετέλουν, ἐν ὀλιγωρίᾳ,

Digitized by Google

quos primos conſecratos [5] ei [6] hæres Auguſtus edebat [7], ſtella crinita [8] per ſeptem dies continuos fulſit, exoriens circa undecimam horam: creditumque eſt animam [9] eſſe Cæſaris in cœlum recepti, & hac de cauſa ſimulacro ejus in vertice additur ſtella [10]. Curiam, in qua occiſus eſt, obſtrui [11] placuit: Iduſque Martias parri- 3
cidium [12] nominari: ac ne unquam eo die ſenatus ageretur.

ὀλιγωρίᾳ, ὥσπερ τι καὶ τὴν τῶν Παριλίων ἱπποδρομίαν, ἐποιοῦντο, αὐτὸς ἐπὶ τῇ τοῦ πλήθους θεραπείᾳ, ὡς καὶ προσήκουσαν διὰ τὸ γένος, τοῖς οἰκείοις τέλεσι διέθηκε. Ludos inſtitutos ob perfectionem fani Veneris, quos vivo adhuc Cæſare quidam ſeſe celebraturos receperant, ſed tum, ſicut & equeſtre certamen Parilibus, negligebant, ipſe ad captandam populi gratiam, tanquam ad ſe ratione generis pertinens, ſuis ſumptibus fecit. Noſt. *Aug.* 10. 3.

5. Consecratos Veneri Genetrici. Senec. N.Q. VII. 17. *Cometes, qui poſt necem divi Julii, ludis Veneris Genetricis, circa undecimam horam diei emerſit.* Plin. II. 25. *Cometes, qui apparuit ludis, quos faciebat Veneri Genetrici, non multo poſt obitum patris Cæſaris.* Appian. Bell. Civ. III. p. 544. Θέας ὁ Καῖσαρ ἐτέλει, ἀνακειμένας ἐκ τοῦ πατρὸς Ἀφροδίτῃ Γενετείρᾳ, ὅτε περ αὐτῇ καὶ τὸν νεὼν ὁ πατὴρ τὸν ἐν ἀγορᾷ ἅμα αὐτῇ ἀγορᾷ ἀνετίθει. *Ludos Cæſar celebrabat in honorem Veneris Genetricis a patre inſtitutos, quando illi ædem in foro, & forum ipſum pater dedicavit.*

6. Ei i. ab illo n. Cæſare. Videtur ſic explicare noſter Aug. 10. 3. *Ludos victoriæ Cæſaris, non audentibus facere quibus contigerat id munus, ipſe edidit.* Frequens locutio auctoribus. V. exempla infr. Aug. I. 2. §. 6.

7. Edebat curante Matio, qui ſic ipſe apud Cicer. Fam. XI. 28. *Ludos, quos Cæſaris victoriæ Cæſar adoleſcens fecit, curavi.*

8. Stella crinita i. cometes, *ſidus crinitum* Plinio, apud quem II. 25. ſic de illo Auguſtus: *Iis ipſis ludorum meorum diebus, ſidus crinitum per ſeptem dies, in regione cœli, quæ ſub ſeptentrionibus eſt, conſpectum. Id oriebatur circa undecimam horam diei, clarumque & omnibus terris conſpicuum fuit. Eo ſidere ſignificari vulgus credidit, Cæſaris animam inter deorum immortalium numina receptam: quo nomine id inſigne ſimulacro capitis ejus, quod mox in foro conſecravimus, adjectum eſt.*

* 9. Animas heroum in ſidera mutari credebant gentiles. Hæc opinio de *anima* Julii Cæſaris fuit. Ovid. Metam. XV. 746.

Cæſar in urbe ſua deus eſt; quem Marte, togaque
Præcipuum, non bella magis finita triumphis,
Reſque domi geſtæ, properataque gloria rerum,
In ſidus vertere novum, ſtellamque comantem,
Quam ſua progenies.

Nam quod Cæſar in deos relatus fuit; non tam de corpore creditum, cujus cineres urna concludebantur; quam de *anima* in cometen converſa. Nimirum cum ita vulgo, imo & Stoicis, ac philoſophorum aliis perſuaſum foret, mentem hominis eſſe igneam: credibile etiam viſum, ignem illum, qui a morte Cæſaris in cœlo conſpici cœpiſſet, eſſe *animam* ejus in cœlum receptam. *Voſſ. de Idolol.* III. 9.

10. Stellas addebant inter deorum inſignia. Lucan. VII. 469.

Fulminibus manes, radiiſque ornabit & aſtris.

Cæſaris ſtellam hanc §. 8. deſcripſit Plinius, deſcripſit & Dio XLV. p. 273. B. Θαρσήσας, χαλκοῦν αὐτὸν ἐς τὸ Ἀφροδίσιον, ἀστέρα ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς ἔχοντα, ἔστησεν. *Animo confirmatus* Cæſar *ſtatuam æream cum ſtella ſupra caput in Veneris templo poſuit.* V. *Figrel. de Roman. ſtat. c.* 32.

11. Obstrui i. tanquam funeſtam claudi. Sed a populo furibundo incenſam dicit Appian. B. C. II. p. 521. Βουλευτήριον, ἔνθα ὁ Καῖσαρ ἀνῄρητο, κατέφλεξαν.

12. Parricidium. V. Curt. III. 6. II. §. 33.

CAPUT LXXXIX.

ARG. *Morte ſua non defunguntur, ſed vario caſu pereunt Cæſaris percuſſores.*

Percuſſorum autem fere [1], neque triennio [2] quiſquam amplius [3] ſupervixit, ne- 1
que ſua morte [4] defunctus eſt. Damnati omnes: alius alio caſu periit, pars nau- 2
fragio,

Fere, quia amplius triennio ſupervixerunt, qui cum Sex. Pompejo fuerunt, & interfuerunt pacis conditionibus, quæ convenit inter Cæſarem, Antonium & Pompejum anno ab U. C. 715. *Pighio* 714. poſt Caji necem quinto. Superfuit *Caſſius Parmenſis, qui ultimus ex interfectoribus Cæſaris morte pœnas dedit.* Paterc. II. 87. 3. quem poſt Actiacum bellum, cum Cæſari ſupervixiſſet annos tredecim, & quod excurrit, obiiſſe monet *Caſaubonus.* V. *Aug.* 4. 5. §. 20.

2. Triennio dum neminem percuſſorum ſupervixiſſe dicit, bellum Philippenſe, quod tertio anno a Caji cæde geſtum eſt, reſpicit *Suetonius.*

3. Triennio amplius i. plus quam *triennium.* Ad eundem modum loquitur etiam Juven. VI. 119.

Linquebat comite ancilla non amplius una.

i. non plus quam una. Et fere Catull. 97. 3.

——— Namque amplius horam
Suffixum in ſumma me memini eſſe cruce.

fragio, pars prælio, nonnulli ſemet eodem illo pugione [5], quo Cæſarem violaverant, interemerunt.

4. SUA MORTE I. naturæ communi lege. * Senec. Epiſt. 69. *Bella res eſt mori ſua morte.* Firmic. Aſtron. VIII. 19. *Erit longus, in ſenecta felix, & qui ſua morte moritur.* cui opponitur mors violenta. Arnob. I. p. 23. *Quia vinculis corporis non naturali diſſolutione digreſſus eſt, ſed vi illata deceſſit.* Gell. XIII. I. *Illud Homeri ſequutus eſt Iliad.* III. 336.

Μὴ καὶ ὑπὲρ μοῖραν δόμον Ἄϊδος εἰσαφίκηαι.

Nihil autem dubium eſt, quin violentam & inopinatam mortem ſignificaverit: quæ quidem poteſt recte videri accidere præter naturam. De βιαιοθανάτοις multa *Salmaſ. Exerc. Plin. p. 787. a. D-G. b.* & *Elmenh. in Arnob. p.* 37. 38. Idem accidit Gordiani percuſſoribus. * Capitol. Gord. c. 33. *Quod de Cæſare memoria traditum eſt, hoc etiam de Gordiano Cerdus eveniſſe perſcribit. Nam omnes quicunque illum gladio appetiverunt (qui novem fuiſſe dicuntur) poſtea interemptis Philippis, ſua manu, ſuisque gladibus iiſdem, quibus illum percuſſerant, interiiſſe dicuntur.* Ammian. XXIII. 5. *Nec erravere diu manes ejus,* Gordiani, *inulti quod velut clarento juſtitia, omnes qui in eum conſpiravere cruciabilibus interiere ſuppliciis.*


5. EODEM PUGIONE, quo violaverat Cæſarem, ſemetipſum interfecit Caſſius. Plutarch. Cæſ. p. 740. F. Θαυμασιώτατον δὲ τῶν μὲν ἀνθρωπίνων τὸ περὶ Κάσσιον· ἡττηθεὶς γὰρ ἐν Φιλίπποις, ἐκείνῳ τῷ ξιφιδίῳ διέφθειρεν ἑαυτόν, ᾧ κατὰ Καίσαρος ἐχρήσατο. *Inter humana ſigna maxime mirandum, quod Caſſio accidit. Hic victus in Philippis ſemetipſum interemit eodem pugione, quo in Cæſarem uſus fuerat:* & Brutus. Dio XLVIII. p. 357. A. Ὁ μὲν οὖν Βροῦτος, ὅ τε Κάσσιος οὕτως ἀπώλοντο, τοῖς ξίφεσιν, οἷς τὸν Καίσαρα ἀπεχρήσαντο, σφαγέντες. *Ad hunc igitur modum Brutus & Caſſius perierunt iis, quibus Cæſarem interfecerunt, gladiis confoſſi.*



A. Houbraken del. — A. Pool ſculp.


Digitized by Google

Digitized by Google



NAPOLI

Digitized by Google



NAPOLI

D. OCTAVIUS CÆSAR AUGUSTUS.

CAPUT I.

ARG. *Velitris præcipuus eſt, aram conſecrat, ſemicruda exta foco rapta proſecat, & prælium ingreſſus victor redit Octavius.*

Gentem [1] Octaviam [2] Velitris [3] præcipuam olim fuiſſe multa declarant. Nam & vi- 1.2
cus [4] celeberrima [5] parte oppidi jam pridem Octavius [6] vocabatur: & oſtendebatur

Gens 1. familia. Alias *gens* differt a familia, ut dictum ſupr. Cæſ. 6. 1. §. 13.

*2. Octaviam gentem deſcribunt *Streinnius* & *Auguſtinus de Gent. & Fam. in Octavia.*

3. Velitræ oppidum vetuſtiſſimum Volſcorum. Dio xliv. p. 269. D. Γάϊος ὁ Ὀκτάουϊος ἦν μὲν ἐξ Οὐελίτρων τῶν Οὐολσκίδων: *C. Octavius Velitris Volſcorum oppido oriundus fuit.* Coloniam eo deductam eſſe tradit Liv. 11. 31. *Volſcis devictis Veliternus ager ademptus, Velitras coloni ab Urbe miſſi, & colonia deducta.* Noſt. 6. 1: 94. 2. cui incolæ *Velitrini* 94. 2. * Vulgo *Velitri*, *Belitri*, & *Bellitri* dicitur, ut monet *Cluver. Ital.* 111. 8. 1. Illas deſcribit quoque *Leand. Ital. p.* 211.

4. Vicus eſt ædium in urbe continuata ſeries. Cicer. Off. 111. 20. *Omnibus vicis ſtatuæ.* Hæ vero prope ædes ponebantur. Cicer. Attic. iv. 3. *Supero Craſſum divitiis, atque omnium vicos & prata contemno.* V. *Manut. Quæſ. Epiſt.* 111. 7.

5. Celeberrima 1. maxime frequentata, per quam multi homines tranſeunt. Cato R. R. c. 1. *celebrem* dixit *viam.* Liv. xxxviii. 19. *Celebre & frequens emporium.* Noſt. Vit. 8. 2. cui & *ludi celeberrimi* Aug. 44. 1. Alia exempla tibi ſuppeditabit, ſi deſideras, *Zinzerling. prom. Juv. Crit. c.* 11. Inde *celebrare* eſt ſua præſentia *celebres* reddere *dies feſtos, natales, convivia, funus.*

6. Octavius an fuit urbis conditor, an aliquo

 caſu

debatur ara Octavio [7] conſecrata [8], qui bello dux finitimo [9], cum forte Marti rem divinam faceret [10], nuntiata repente hoſtis incurſione, ſemicruda [11] exta [12] rapta foco [13] proſecuit [14]: atque ita prælium ingreſſus, victor rediit.
3 Decretum etiam publicum exſtabat, quo cavebatur, ut in poſterum quoque ſimili modo exta Marti redderentur [15], reliquiæque ad Octavios referrentur [16].

caſu exhauſtum frequentavit? magnum certe quoddam videtur iſtius extitiſſe in rempublicam beneficium, cujus gratia ἡρωϊκὴν τιμὴν ſit conſequutus. *De nomine* enim *alicujus nomen loco imponere* heroicis annumerat Diodor. xx. 193. Δημητριάδα μὲν γὰρ τὴν πόλιν ὠνόμασαν, θυσίας δὲ καὶ πανηγύρεις ἔτι δ' ἀγῶνας ἐψηφίσαντο συντελεῖν αὐτῷ κατ' ἐνιαυτὸν, καὶ τὰς ἄλλας ἀπονέμειν τιμὰς ὡς κτίστῃ. *Nam Demetriadem nuncuparunt urbem, ſacraque, & feſtos conventus, itemque ludos illi peragendos quotannis, alioſque honores, tanquam conditori exhibendos, ſanciverunt.* Caſaubonus. * Videri queat tamen ille vicus non tam heroici honoris cauſa, quam more paſſim recepto a primario ejus incola denominatus. *Berneggerus.*

* 7. OCTAVIO ipſi hanc aram fuiſſe conſecratam volunt Caſaubonus & Gruterus, negat Lipſ. in Tacit. Ann. II. 144. quia rude fuit, & adulandi ignarum hoc ævum. Itaque *Octavio* i. ab *Octavio* omiſſa præpoſitione. Sollenne hoc ſcriptoribus. Tacit. Ann. II. 50. 5. *Ut exemplo majorum propinquis ſuis removeretur.* VI. 41. 3. *Urbes, quæ Macedonibus ſitæ Græca vocabula retinent.* Noſt. ſupr. Cæſ. 19. 3: 20. 6: 88. 2.

8. CONSECRARI dicebantur aræ. Liv. x. 23. *Hanc ego aram Pudicitiæ plebejæ dedico.* Exemplum ex Salonæ urbis monumento *Briſſon. de Form.* I. *p.* 115. adfert hoc: *Jupiter. opt. max. quandoque tibi hodie aram dabo, dedicaboque, quas leges hic hodie palam dixero: ut infimum ſolum hujus aræ eſt, ſi quis hic hoſtia ſacrum faxit, quod magmentum nec protollat, idcirco tamen probe factum eſto. Cæteræ leges huic aræ eædem ſunto, quæ aræ Dianæ ſunt in Aventino monte dictæ. Hiſce legibus, hiſce regionibus, ſicuti dixi, hanc tibi aram Jupiter optime max. dico dedicoque, uti ſies volens, propitius mihi, collegiſque meis, decurionibus, colonis, coloniæ Martiæ, Juliæ Salonæ, conjugibus, liberiſque noſtris.*

9. FINITIMO, vel quod cum *finitimis* quacunque cauſa geritur, vel quod pro *finibus*, qualia fere bella illo ſeculo. Populos Velitrinis *finitimos* denarrat Plin. III. 5.

10. REM DIVINAM FACERET i. ſacrum offerret. Cat. R. R. c. 5. *Rem divinam niſi compitalibus in compito, aut in foro ne faciat.* Unde *res divina* ſacrificium inſr. *Tib.* 44. 3. *Aug.* 96. 4. Sacrificabant vero diis veteres ante conflictum. Onoſand. Stratag. c. 10. §. 9. *Μήτε δὲ εἰς πορείαν ἐξαγέτω τὸ στράτευμα, μήτε πρὸς μάχην ταττέτω, μὴ πρότερον θυσάμενος. Neque ad expeditionem deducat, aut ad conflictum componat* Imperator, *niſi prius ſacris rite peractis.*

11. SEMICRUDA i. de more nondum percocta, qualia Marti dare conſueverant Velitrini. Arnob. II. p. 91. *Cum Romulo Pompilioque regnantibus, percocta plane ac madida concremarentur diis exta, nonne rege ſub Tullio ſemicruda cœpiſtis, & leviter animata porricere, priſca obſervatione contempta.*

12. EXTA quænam, dixi ad Curt. VII. 7. 8. §. 33.

13. FOCO RAPERE i. quæ in *foco* coquuntur, *rapide* accipere. Olla, ubi *exta* coquebantur, *extar* dicebatur, ut in gloſſis *Philoxenus.* Illam *extarem* vocat Plaut. Rud. I. 2. 47. Talia *aulicoqua* dicuntur Feſto: *aulicoqua exta, quæ in aulis coquebantur, dicebant, id eſt, elixa.*

14. PROSECUIT i. illorum partem *proſectam* aræ ſuperimpoſuit. *Proſiciæ* extorum proprie ſunt σπλάγχνων ἀπαρχαὶ, & σπλάγχνων ἀπάρξασθαι dicebatur, qui extorum *proſicias* in aram inicrebat, quod & ἐμπύρων ἀπάρχεσθαι eſt Dionyſ. I. p. 32. in Potitiorum ſacris. Quo facto reliquis extis veſcebantur. Hunc ſacrificii morem a Prometheo originem duxiſſe volunt, quo partem hoſtiæ in ignem conjicere ſoliti ſunt, partem ad ſuum victum abuti, quum antea tota hoſtiarum & illibata viſcera igne conſumerentur. * Σπλαγχνεύεσθαι Græci hoc uno verbo dicunt apud *Arrian. Peripl. p.* 2. Videſis *Salmaſ. Exerc. Plin. p.* 90. *a. E. F.* 91. *a. B. C. F. Merul. de ſacrif.* IV. 8. *Briſſon. de Form.* I. p. 24. *Turneb. Adv.* XV. 7. *Stuck. Arrian. Peripl. p.* 78.

15. REDDI & proſecari idem. Eſt ergo & illud ſacrificale verbum. Virg. Georg. II. 194.

Lancibus & pandis fumantia reddimus exta.

Ubi Servius: *proprio ſacerdotum verbo uſus eſt: reddi enim exta dicebantur, cum probata, & elixa, aræ ſuperponebantur.* Stat. Theb. IV. 466.

Semineces fibras, & adhuc ſpirantia reddit
Viſcera.

Ubi Lactantius: *reddit, imponit aris.* V. & *Briſſon. de Form.* I. *p.* 27.

16. REFEREBANTUR extorum reliquiæ etiam ad illos, qui ſacro non interfuiſſent. V. *Salmaſ. Exerc. Plin. p.* 91. *a. E.*

CAPUT II.

ARG. *A patribus ad plebem, & rurſus a plebe ad patres redit, & in duas, ſed conditione diverſa, familias defluit gens Octavia.*

Ea

Ea gens a Tarquinio Priſco rege inter Romanas gentes allecta [1], in ſenatum [2] 1
mox a Servio Tullio in patricias tranſducta, procedente tempore ad plebem [3]
ſe contulit: ac rurſus magno intervallo per D. Julium [4] in patriciatum rediit [5]. Pri- 2
mus ex hac magiſtratum populi ſuffragio cepit C. Rufus. Is quæſtorius [6] Cneum 3
& Cajum [7] procreavit: a quibus duplex Octaviorum familia defluxit, conditione
diverſa. Siquidem Cneus, & deinceps ab eo reliqui omnes functi ſunt honori- 4
bus ſummis [8]. At Cajus, ejuſque poſteri, ſeu fortuna [9], ſeu voluntate, in eque- 5
ſtri ordine conſtitere [10] uſque ad Auguſti patrem. Proavus Auguſti ſecundo Pu- 6
nico bello ſtipendia in Sicilia [11] tribunus militum fecit, Æmilio Pappo Imperatore [12].
Avus

Allecta i. aſſumpta, cooptata, civibus addita, Romana facta. *Allegere* eſt in cœtum adjungere, & adoptare, *προσκαταλέγειν*, *προσαιρεῖσθαι*. Noſter ſæpius. V. *Bud. Annot. in Pandect. p.* 261.

2. In senatum prius quam in patricios adſcitam fuiſſe gentem Octaviam refert, & ſenatores ex plebe legi cœptos ſub regibus innuere videtur Suetonius, quod falſum eſſe Feſti, Livii, Dionyſii teſtimoniis probant Sigon. de jur. civ. II. 2. & Manut. de ſen. Rom. c. 1. Quid ſi ergo diceremus cum Panvin. Faſt. I. p. 46. Suetonium ita voluiſſe dicere: gentem Octaviam a Tarquinio, qui Dionyſio & Livio auctoribus patricios ſecerit, *patriciam* eſſe factam, a Servio vero Tullio, qui patricios, licet hoc dicat Zonaras ſcriptor vanus & futilis Ann. II. p. 14. nunquam fecit, *in ſenatum* eſſe tranſductam? * Quod ſi minus placuerit, ſubducatur *in ſenatum*. Hoc enim abundare, & ab aliquo, qui dictionem *allectam* voluit exponere, additum exſtimavit *Zamoſc. de Sen. Rom.* 1. 6. & omiſit, ubi locum hunc laudat, *Sigon. de jur. Ant. Rom.* 1. 7. Grævius ὁ πάνυ cum MS. Abbatis Gandenſis, tribus Palatinis multiſque aliis codicibus diſtinguendum cenſuit: *Inter Romanas gentes allecta, in ſenatum mox...* A Tarquinio jure civitatis, pergit Grævius, fuit donata gens Octavia, a Serv. Tullio inter patricias in ſenatorum album ſcripta. Tum temporis enim nulli ſenatores erant niſi patricii.

3. Ad plebem ſe contulerunt patricii, vel patriciorum jura repudiando, vel ſe in diverſam gentem adoptando, quo pacto in *plebeji* familiam tranſivit Clodius *ſupr. Caſ.* 20. II. §. 58. V. *Sigon. de jur. civ.* 1. 7.

4. D. Julius primus ex ſenatoribus plebejis patricios multos fecit, cum noviſſimis reipublicæ temporibus omnes fere patriciorum, tum majorum, tum minorum gentium familiæ defeciſſent, atque rerum publicarum adminiſtratio penes novos homines, vel plebejos eſſet, & ſenatus fere omnis ex his lectus eſſet. In horum numerum adſcivit & Octavium. Dio XLV. p. 271. A. Ἐξ ὧν τοῦτον ὁ Καῖσαρ μέγα ἐπ' αὐτῷ ἐλπίσας, ἔς τε τοὺς εὐπατρίδας αὐτὸν ἐσήγαγε. *Hæc Cæſarem in magnam de illo*, Octavio, *ſpem adduxerant, ideoque eum inter patricios retulerat.* Adſcivit vero hos *Julius* lege Caſſia. Tacit. Ann. XI. 25. 2. *Iiſdem diebus in numerum patriciorum adſcivit Cæſar vetuſtiſſimum quemque e ſenatu.... exhauſtis etiam, quas dictator Cæſar lege Caſſia, & princeps Auguſtus lege Senia ſublegere.* Vide ſodes & *Panvin. Faſt.* 1. *p.* 47.

5. In patriciatum redire pro a plebe ad patres tranſire nove a *Suetonio* dictum eſſe dicit *Torrentius*. *Tranſitiones* vero *a plebe ſunt, cum homines humiliores in alienum ejuſdem nominis infunduntur genus: ut ſi ego me a M. Tullio eſſe dicerem, qui patricius cum Servio Sulpicio conſule, anno decimo poſt exactos reges fuit.* Cicer. Brut. c. 16.

6. Quæstorius eſt, qui *quæſtura* eſt functus. Salluſt. Jug. c. 104. meminit Cn. Octavii Rufonis, qui *quæſtor* provincialis (V. Cæſ. 7. 1. §. 1.) *ſtipendium in Africam portaverit*, apud quem *Rufum* legendum, & hunc eſſe Octavium non obſcure videtur velle *Pigh. Ann.* III. *p.* 139.

7. Cneum et Cajum ſc. Octavios. Octavius gentis erat nomen, & fratres ex illa oriundi prænominibus diſtinguebantur. Prænomen enim nominibus gentilitiis præponebatur, utpote diſcriminis cauſa inter fratres & gentiles inventum. Noſt. *Tib.* 1. 5.

8. Fungi summis honoribus i. *multum in imperiis & magiſtratibus verſari*, ut *Nep.* 8. 2.

* 9. Fortuna ſcilicet tenuiore, quæ non ſinebat ad altiora contendere. *Berneggerus.*

10. Constitere i. manſere, honores non cepere. V. *ſupr. Caſ.* 1. 1. §. 12.

11. Siciliam provinciam fuiſſe *Æmilii Pappi* docet etiam Liv. XXVIII. 18. *Prætoria inde comitia habita: creati duo, qui tum ædiles plebis erant, Sp. Lucretius & Cn. Octavius, & ex privatis Cn. Servilius Cepio & L. Æmilius Pappus. Tum prætoria provincia in ſortem conjecta, Sicilia obtigit L. Æmilio.*

* 12. Imperatore. Æmiliorum neminem præter unum M. Lepidum, qui primo anno hujus belli prætor Siciliæ fuit, & hunc L. Æmilium prætorem toto hoc bello habuiſſe obſervat *Pigh. Ann.* II. *p.* 213. & tamen hunc *Imperatorem* vocat noſter, nec pro *Imperatore*, quod putat Pighius, ſubſtituendum eſt prætore. Prætores enim *Imperatores* dici potuerunt, ut monet *Berneggerus*, quia exercitum duxerunt, & triumphandi jus habuerunt. Docet hoc exemplum Anicii apud Liv. XLV. 43. *Similia omnia magis viſa hominibus, quam paria. Minor ipſe Imperator,*

Digitized by Google

7 Avus municipalibus [13] magiſteriis [14] contentus, abundante patrimonio, tranquil-
8 liſſime ſenuit. Sed hæc alii. Ipſe Auguſtus nihil amplius quam [15] equeſtri [16] fa-
milia ortum ſe ſcribit [17], vetere ac locuplete, & in qua primus ſenator pater ſuus
9 fuerit. M. Antonius [18] libertinum [19] ei proavum exprobrat, reſtionem [20] e pa-
go [21] Thurino [22]: avum argentarium [23]. Nec quidquam ultra de paternis Augu-
ſti majoribus reperi.

tor, & nobilitate Anicius cum Æmilio, & jure imperii prætor cum Conſule collatus.

13. MUNICIPALES non raro contemptui præſertim ipſis Romanis. Cicer. pro Sext. c. 45. *Homines municipales, & ruſticani.* Sidon. Epiſt. I. 2. *Non eminentius quam municipaliter natus.* Hinc *municipalis eques* Juven. VIII. 237. *orator* Sidon. IV. 3. *poeta* Sidon. carm. 9. 310. *adulter* Tacit. Ann. IV. 3. 5. Hinc & *municipali magiſtratui* objecta humilitas, etiam *Cal.* 23. 3. V. & *Chiment. de Hon. Biſel. c.* 6. *Sirmond. in Sidon. p.* 22. *Turneb. Adv.* III. 9.

14. MAGISTERIIS I. magiſtratibus, officiis publicis municipii Velitrarum. Hæc *magiſtratus* nomine non dignatur, quia *magiſtratuum* Romanorum præ illis longe fuit major dignitas & excellentia. *Magiſtrare* vero *moderari eſt: unde magiſtri non ſolum doctores artium; ſed etiam pagorum, ſocietatum, vicorum, collegiorum, equitum dicuntur, quia omnes hi magis cæteris poſſunt: unde & magiſtratus, qui per imperia potentiores ſunt, quam privati.* Feſtus. Noſt. *Cal.* 22. 8. *Domit.* 4. 12. *Aug.* 30. 1. *Tib.* 76. 3. V. tamen inter ſe de hoc loco contendentes *Buleng. de imp.* VII. 15. & *Chiment. de Hon. Biſel. c.* 6.

15. NIHIL AMPLIUS QUAM I. tantum. Tacit. Ann. XIII. 40. 6. *Nec amplius quam decurio equitum audentius progreſſus.* Noſt. *infr.* 7. 3. *Claud.* 16. 4. *Galb.* 19. 2. *Tit.* 9. 2. *Veſp.* 20. 3.

* 16. EQUESTRIS ordinis dicebantur viri nobiles, & quibus erat cenſus *equeſtris*, priuſquam allegerentur in ſenatum, quæſtura obtenta. Hanc qui obtinuiſſent, facultatem eundi in ſenatum habebant, & ex ordine *equeſtri*, cum primum cenſus agebatur, in ſenatorium ordinem referebantur. Val. Max. II. 2. 1. *Memor eum triennio ante quæſtorem factum, ignaruſque nondum a Cenſoribus in ordinem ſenatorium allectum: quo uno modo his, qui jam honores geſſerant, aditus in curiam dabatur.* V. *Noriſ. Cen. Piſan. Diſſert.* II. 3.

17. SCRIBIT forte in libris de vita ſua, quorum mentio 85. 3.

18. M. ANTONII epiſtolæ, unde hæc deſumpta, Suetonii ætate adhuc exſtabant. Tacit. Ann. IV. 34. 8. *Antonii epiſtolæ falſa quidem in Auguſtum probra, ſed multa cum acerbitate habent.* V. *Caſaubonum.*

19. LIBERTINUM. V. *Claud.* 24. 4.

20. RESTIO eſt, qui *reſtes* I. funes intorquet, & nectit, ut linteo, qui lintea facit. Græcis σχοινοπλόκος. Gloſſ. σχοινοπλόκος, *reſticularis, reſtio. Reſtionem* audiſſe Octavii proavum putat *Caſaubonus* ea ratione, qua pater Ciceronis dictus fullo, Demoſthenis μαχαιροποιὸς: quod familias haberent eorum artificiorum peritas, ex eaque re ipſi quæſtum facerent. Sed neque hoc, quia hoc moris erat, videtur opprobrium, certe non conveniens ſtomacho Antonii ignobilitatem generis Octavii connumerantis, utpote qui proavum libertinum habuerit, & quo cumulatius ignominiam ſuperadderet, *reſtionem* addidit. V. & *Pium Annot. poſt. c.* 189.

21. PAGO I. regione, diſtrictu, tractu. Cæſ. B. G. I. 12. 4. *Is pagus appellabatur Tigurinus. Nam omnis civitas Helvetia in quatuor pagos diviſa eſt.* IV. 1. 4. *Suevorum gens eſt longe maxima. Ii centum pagos habere dicuntur.* Rhellicanus in Cæſarem Italorum & Gallorum vulgus, licet voce parum Latina, *canthonem* vocare dicit, & hoc Glareani Helvetii adfert carmen:

Et Græci πάγον, pagum fortaſſe Latini
Totius fluvii ſulcos dixere propinquos,
Et villas juxta poſitas, vicoſque caſaſque.
Non etenim credo pro vico dicere pagum,
Scripta monent aliud, teſtiſque adducitur hoſtis.

Hunc *agrum Thurinum* vocat *infr.* 3. 3. & *regionem Thurinam infr.* 7. 1.

22. THURINUS Θούριος dicitur Appiano B. C. I. p. 424. Τὰ δ᾽ ὄρη τὰ περὶ Θουρίους καὶ τὴν πόλιν αὐτὴν κατέλαβε. *Ergo Thurinos montes, & illorum oppidum obſedit. Oppidum Thurium inter duos amnes, Crathin & Sybarim.* Plin. III. 11. Locus nobilis vel inde, quod Herodotus Halicarnaſſenſis inter alios colonos eo conceſſit, & *Thurius* appellatus eſt. Strab. XIV. p. 451. Ἄνδρες δ᾽ ἐγένοντο ἐξ αὐτῆς Ἡρόδοτός τε ὁ συγγραφεύς, ὃν ὕστερον Θούριον ἐκάλεσαν, διὰ τὸ κοινωνῆσαι τῆς εἰς Θουρίους ἀποικίας. *Viri illuſtres nati ſunt ibi, Herodotus hiſtoriæ ſcriptor, quem deinde Thurium vocarunt, quod ſocium ſe deducendæ in Thurios coloniæ præbuiſſet.* Hinc *Thurino* cognomen inditum eſt Octavio *infr.* 7. 1.

23. ARGENTARIUS erat, qui non in permutando tantum tabernam exercebat, ſed qui etiam nummos, non tantum ſuos, ſed etiam aliorum fœnori collocabat. Horum artes minus honeſtæ habebantur Romanis. Cicer. Off. I. 42. *Primum improbantur illi quæſtus, qui in odia hominum incurrunt: ut portitorum, ut fœneratorum.* V. & *Alciat. Diſpunct.* IV. 22. *Sigon. de jur. civ.* II. 11.

C A-

CAPUT III.

ARG. *Amplis opibus innutritus honores adipiſcitur & adminiſtrat, prætor eſt, Macedoniam ſortitur, fugitivos delet, Beſſos & Thracas magno prælio fundit, & ſocios bene tractat C. Octavius.*

C. Octavius pater a principio ætatis, & re [1], & æſtimatione magna fuit: ut e- 1
quidem mirer, hunc quoque a nonnullis argentarium, atque etiam inter
diviſores [2] operaſque campeſtres [3] proditum. Amplis enim innutritus opibus, ho- 2
nores & adeptus eſt facile, & egregie adminiſtravit. Ex [4] prætura [5] Macedoniam [6] 3
ſortitus [7], fugitivos, reſiduam Spartaci [8] & Catilinæ [9] manum [10], Thurinum a-
grum

RE 1. divitiis, facultatibus, bonis. Cicer. Attic. VI. 1. *Moritur interim Vindullus, quæ res ad Magnum Pompejum pertinere putabatur* 1. bona lege redibant ad Pompejum. Prop. IV. 1. 15.

Magnaque pars Tatio rerum erat inter oves.

1. opum, divitiarum Tatii plurima pars ovibus cenſebatur. V. *Cuper. Obſ.* II. 6. Paterc. II. 59. 2. *Fuit C. Octavius, ut non patricia, ita admodum ſpecioſa equeſtri genitus familia, gravis, ſanctus, innocens, dives.*

2. DIVISORES vocabantur, qui pecuniam inter tribus viritim dividebant nomine candidatorum. *Magiſtres curiarum* vocat Plaut. Aul. 1. 2. 29.

Nam noſter noſtræ qui eſt magiſter curiæ,
Dividere argenti dixit nummos in viros.

Nomen criminis quidem non fuiſſe aſſerit Aſcon. in Cicer. p. 51. ſed tamen pro ſordido ac vili miniſterio ſemper habitum. Unde probri loco nepotibus ſæpe objectum, ſi majores *diviſores* fuiſſent. Ita Cicer. Attic. 1. 17. C. Herennio tribuno plebis objicit patrem *diviſorem: tribulis tuus eſt, & Sextus pater ejus nummos vobis dividere ſolebat.* Nec mirum. Tribulium enim in ferendis ſuffragiis corruptores erant. Cicer. pro Planc. c. 16. *Unam tribum delige tu, doce id quod debes, per quem ſequeſtrum, quo diviſore corrupta ſit.* Imo *fures* dicebantur. Cicer. Verr. III. 69. *Tu ejuſmodi evaſiſti, non in hominis luxurioſi, ſed tantum in furis, ac diviſoris diſciplina educatus.* V. & *Gruch. de Com.* 1. 3. *Ravard. Var.* II. 16. *Beroal. Annot.* 88. *Pollet. For. Rom.* V. 9. *Sigon. de jud.* II. 30. *Bud. in. Pandect. p.* 236. *E.*

3. OPERÆ CAMPESTRES vocabantur, qui in campo Martio candidatis honorem petentibus ſuam præſtabant *operam*, & pro illis laborabant, ut ſuffragatoribus ſuffragantibus honorem petitum conſequerentur. Lucrum, quod inde provenit, *quæſtum campeſtrem* vocat Cicer. de Aruſp. reſp. c. 20. *Opera* vero f. g. & perſonam, quæ aliquid facit, ſignificat. Serv. Æn. XI. 183. *Si autem feminino genere dixerimus operas, ipſas perſonas, quæ aliquid faciunt, ſignificamus,* maxime tamen abjectum, ſordidum, & vilis conditionis hominem. Cicer. pro Sext. c. 27. *Cum per tribunum aliquem & ſexcentas operas ſe fortunis ſpoliari videant.* Noſt. Veſp. 1. 9. V. quoque *Beroald. Annot. c.* 88. *Pollet. For. Rom.* II. 1.

* 4. Ex 1. poſt, ut dictum ſupr. Cæſ. 18. 1. §. 1.

* 5. PRÆTURA qualis fuerit magiſtratus, dixi ſupr. Cæſ. 14. 1. §. 1. *Prætorem* illum vocat quoque Paterculus. *Hic prætor inter nobiliſſimos viros creatus, primo loco.* Fuit *prætor* M. Pupio Piſone & M. Valerio Meſſalla Coſſ. ſive an. ab U. C. 692. ut vult *Pigh. Ann. Rom.* III. *p.* 337. Quam vero juriſdictionem in Urbe obtinuerit, ut idem addit, incertum eſt.

* 6. MACEDONIAM ſortitus eſt Octavius L. Afranio, & Q. Cæcilio Metello Coſſ. ſive an. ab U. C. 693. V. *Pigh. Ann. Rom.* III. 341. 349. & 357.

* 7. SORTITI quare fuerint prætores provincias, docui ſupr. Cæſ. Jul. 18. 1. §. 2.

8. SPARTACUS genere Thrax, quondam Romanam militiam ſecutus, tunc vero ex captivo gladiator. Appian. B. C. 1. p. 423. in ludo Lentuli Batiati, qui Capuæ gladiatorum familiam alebat. Plutarch. Craſſ. p. 547. C. circiter ſeptuaginta ejuſdem conditionis perſuaſis, ut pro ſua potius libertate, quam pro ſpectatorum voluptate dimicarent. Appianus. effracta cuſtodia, & armis, quæ viatoribus gladiatoria ad aliud oppidum plauſtris portantibus, eripuerat inſtructus. Appianus & Plutarchus. occupavit Veſuvium. Appianus. Flor. III. 20. Paterc. II. 30. 5. deinde Coram & Campaniam pervagatus, Nolam, Nuceriam, Thurios atque Metapontum populatus. Florus. Claudium Pulchrum legatum (qui Clodius Glaber Floro, Varinius Glaber Appiano) P. Varenum prætorem, C. Caſſium proconſulem, & Cn. Manlium prætorem prælio vicit, Liv. Epit. 95. 96. 97. Appianus & Plutarchus. Gellium & Lentulum conſules fugavit. Oroſ. V. 24. in Apulia. Eutropius. circa Bruttium angulum, tertio, qui agebatur, anno, Appianus, Eutrop. VI. 7. in primo agmine fortiſſime dimicans occiſus eſt. Florus. cæſis cum ipſo millibus quadraginta. Livius Epit. 97. a Licinio Craſſo prætore. Florus, Livius, alii.

9. L. SERGIUS CATILINA nobili genere natus *Salluſt. B. C. c.* 5. *Appian.* II. p. 428. patricius *Aſcon. in Cicer. p.* 129. *Flor.* IV. 1. 3. genus traxit a Sergeſto Trojano. Virg. Æneid. V. 121.

Sergeſtuſque, domus tenet a quo Sergia nomen.

Hunc luxuria primum, tum hinc conflata egeſtas rei familiaris, ſimul occaſio, quod in extremis finibus mundi arma Romana peregrinabantur, cum in nefaria conſilia opprimendæ patriæ ſuæ compuliſſent. ut Florus, quibus cum acceſſiſſet libido rei-

Digitized by Google

4 grum tenentes, in itinere delevit [11], negotio ſibi in ſenatu extra ordinem [12] dato. Pro-
5 vinciæ præfuit non minore juſtitia quam fortitudine [13]. Namque Beſſis [14] ac Thracibus magno prælio fuſis, ita ſocios tractavit, ut epiſtolæ M. Tullii Ciceronis exſtent [15], quibus Q. fratrem, eodem tempore [16] parum ſecunda fama proconſulatum [17] Aſiæ adminiſtrantem, hortatur & monet [18], imitetur in promerendis [19] ſociis vicinum [20] ſuum Octavium.

publicæ capiundæ. Salluſtius & Plutarch. Cicer. p. 866. C. ſociis Curio, Porcio, Sylla, Cethego, Autronio, Varguntejo, Longino, Lentulo, aliis infeſtis ab Etruria ſignis patriam petens. Florus. n. xi. cum tribus millibus hominum acerrime pugnantibus cecidit. *Dio* XXXVII. *p.* 47. *E.* Plura *Appian. B. C.* I. 428-431. *Cicero in Catilinariis* & *bello Catilinario Salluſtius.*

10. MANUM RESIDUAM I. exercitum, multitudinem poſt utriuſque interitum ſuperſtitum, & per Italiam graſſantium.

11. DELEVIT I. fudit, ad internecionem cecidit. Juſtin. VI. 4. 13. *Deletis jam ſuorum copiis ſupervenit rex Ageſilaus.* Metaphora petita a ſcriptura, quæ *deletur.* Cicer. Attic. XIV, 14. *Jam ſcripſeram, delere nolui.* Noſt. Cal. 20. 4.

12. EXTRA ORDINEM; ordinaria enim provincia Octavii erat Macedonia, in quam dum proficiſcitur, ob occaſionem injunctum eſt ei hoc velut *extraordinarium* negotium, ut inter eundum in provinciam fugitivos exſtirparet. Non enim *extraordinarium* hoc fuit imperium, quod ſenatus populo inconſulto lege Cornelia provinciali magiſtratui dare non poterat. V. *Gruch. de Comit.* II. 2.

* 13. JUSTITIA ET FORTITUDO viri principis duæ ſunt maximæ virtutes. Homer. Iliad. Π. 542.

Ὃς Λυκίην εἴρυτο δίκῃσί τε καὶ σθένεϊ ᾧ.

Juſtitia Lyciam qui tutabatur & armis.

Virg. Æneid. XI. 126.

Juſtitiane prius mirer, belline laborum?

Ubi plura exempla collegit *Lacerda.*

14. BESSI populi ſunt Thraciæ, quorum *multa nomina ad Neſtum amnem Pangæi montis ima ambientem.* Plin. IV. 11. Unde deleto *ac* Beſſis Thracibus legendum opinantur Sabellicus & Torrentius. majorem partem Æmi tenent, & a latrociniis prædones appellantur, *ὑπὲρ τὸ πλέον τῆς ὀρεινῆς νεμόμενοι τοῦ Αἵμου, καὶ ὑπὸ τῶν λῃστῶν λῃσταὶ προσαγορευόμενοι.* Strab. VII. p. 220.

15. EPISTOLÆ EXSTANT ad Q. Fratr. I. I. *Adjungenda etiam facilitas eſt in audiendo, lenitas in decernendo, in ſatisfaciendo ac diſputando diligentia. His rebus nuper C. Octavius jucundiſſimus fuit:* I. 2. *Mediocri me dolore putas affici, cum audiam, qua ſit exiſtimatione Virgilius, qua tuus vicinus C. Octavius? Nam ſi te interioribus vicinis tuis, Cilicienſi & Syriaco anteponis, valde magnum facis. Atque is dolor eſt, quod cum ii, quos nominavi, te innocentia non vincant, vincunt tamen artificio benevolentiæ colligendæ.*

* 16. EODEM TEMPORE. Aſiam enim ſortitus Q. Cicero M. Pupio Piſone & M. Valerio Meſſalla Coſſ. de quibus ſupr. n. 3. §. 5. per triennium obtinuit non dato ſibi ſucceſſore. V. *Pigh. Ann. Rom.* III. 341.

* 17. PROCONSULEM vocat Q. Ciceronem prætorium, nec tamen errat noſter, licet illum erroris inſimulet *Turneb. Adv.* XXIV. 15. *Proconſul* enim conſul, proprætor, prætor ſæpe a ſcriptoribus confunduntur. Nam ſæpe prætor pro proprætore poni ſolet, ut C. Verres Siciliæ prætor I. cum prætorio imperio, poſtquam prætor urbanus fuerat: item prætor pro conſule, ut C. Cæſar Galliæ prætor, Rupilius Siciliæ, in quas tamen provincias ex conſulatu miſſi fuerant: item conſul pro *proconſule*, ut quum ait Livius, P. Scipionem Coſ. bellum in Africa geſſiſſe: poſtremo *proconſul* pro proprætore, ut Q. Cicero *proconſul* Aſiæ, quum eam ex prætura ſortitus ſit. V. *Panvin. Faſt.* I. *p.* 120. *Comm. R. R.* III. *p.* 374. *Salmaſ. in Spartian. Adrian. c.* 22. *Gruch. de Comit.* II. 2. *Noriſ. Diſſert. in Cenot. Piſ.* II. II. *Manut. L. L. c.* 10.

18. HORTATUR ET MONET, & ita Terent. Hec. I. I. 7.

Et moneo & hortor, ne cuiuſquam miſereat.

Ubi Donatus: *monemus conſilio, hortamur impulſu.*

19. PROMERENDIS I. humanitate devinciendis, benevolentiæ artificio conciliandis. Donat. Adelph. II. I. 47. *Mereri & promereri eſt præſtare beneficium.*

20. VICINUM, quia Macedonia Octavii provincia non multum diſtat ab Aſia Ciceronis provincia.

CAPUT IV.

ARG. *Morte obit repentina C. Octavius: Pompejum gradu contingit, prætor eſt, & agrum Campanum dividit M. Atius Balbus: maternam Auguſti originem deſpiciunt M. Antonius & Caſſius Parmenſis.*

1 Decedens Macedonia, priuſquam profiteri [1] ſe candidatum conſulatus [2] poſſet, morte

PROFITERI ſe candidatos oportebat, qui comitiis indictis honorem petere vellent: alioquin niſi intra legitimos dies *profeſſi* eſſent ſe petere, ratio eorum comitiis haberi non poterat, Salluſt. Cat. c. 18.

morte obiit repentina, ſuperſtitibus liberis, Octavia majore [3], quam ex Ancharia [4], & Octavia minore, item Auguſto [5], quos ex Atia [6] tulerat [7]. Atia, M. 2
Atio Balbo, & Julia ſorore C. Cæſaris, genita eſt. Balbus paterna ſtirpe Arici- 3
nus [8], multis in familia ſenatoriis imaginibus [9], a matre [10] magnum Pompejum arctiſſimo contingebat gradu [11]: functuſque honore præturæ [12] inter xx viros [13] agrum Campanum [14] plebi Julia [15] lege diviſit. Verum M. Antonius deſpiciens 4
etiam maternam Auguſti originem, proavum ejus Afri [16] generis fuiſſe, & modo unguen-

18. *Poſt paullo Catilina, pecuniarum repetundarum reus, prohibitus erat petere conſulatum; quod intra legitimos dies profiteri nequiverat*: & quidem apud magiſtratum comitia habiturum. Paterc. II. 92. 3. *C. Sentius Saturninus in comitiis habendis præcipuum egit conſulem. Nam & quæſturam petentes, quos indignos judicavit, profiteri vetuit; & cum id facturos ſe perſeverarent, conſularem, ſi in campum deſcendiſſent, vindictam minatus eſt.* V. & *Gruch. de Comit.* I. 2. *Kemp. de oſcul. Diſſert.* II. §. 10.

2. Candidatum consulatus. Cicer. Phil. III. 6. *Ignobilitatem objicis C. Cæſaris filio, cujus etiam naturalis pater, ſi vita ſuppeditaſſet, conſul factus eſſet.*

3. Majoris & minoris cognomine diſtinguebatur familiæ, quo vocabantur, nomen, ſi duæ eſſent filiæ. Sic apud Liv. I. 46. & 47. *Tullia major & minor*, Plutarch. Anton. p. 955. E. *Antonia major & minor*, quarum *major* noſtr. *Ner.* 5. 1. *minor* noſtr. *Cal.* 1. 1. *Claud.* 1. 13.

4. Ex Ancharia. V. Plutarchum ſupr. Jul. 27. 1. §. 3.

5. Augusto. V. illum *infr.* 7. 4. §. 21.

6. Atia, ad quam alludit Virg. Æneid. v. 568.

Alter Atis, genus unde Atii duxere Latini.

7. Tulerat i. procreaverat, genuerat. Lactant. 1. 16. V. illum infr. Claud. 19. §. 3. Noſt. Tib. 47. 3. Cal. 7. 1. Hoc potius a *tollo*, quam a *fero* eſſe ad Sanct. Minerv. III. 8. monet *Clar. Perizonius.*

8. Aricinus i. oriundus *Aricia, quæ civitas juxta Albam, quam matrem propter Auguſtum, qui fuerat ex Aricina matre progenitus, dicit* Virg. VII. 763.

Inſignem quem mater Aricia miſit.

Servius. ἐπὶ τῇ ὁδῷ τῇ Ἀππίᾳ, στάδιοι δ᾽ εἰσὶν ἐκ τῆς Ῥώμης ρξ, *in via Appia 160 ſtadiis a Roma*, Strab. v. p. 165. Hodie parum corrupto nomine dicitur *La Riccia*. Plura *Cluver. Ital.* III. 4. 13. *Leand. Ital. p.* 216.

9. Multis in familia senatoriis imaginibus i. *multi* ex ejus *familia* fuerant *ſenatores*. *Imago* hæc eſt vultus ſimilitudo ejus, qui curules magiſtratus geſſiſſet, oris ſimilitudinem affabre, miroque artificio effictam, coloribus pigmentiſque adumbratam referens, quam in inſignioris domus parte collocabant. Polyb. VI. 51. Μετὰ δὲ ταῦτα θάψαντες καὶ ποιήσαντες τὰ νομιζόμενα, τιθέασι τὴν εἰκόνα τοῦ μεταλλάξαντος εἰς τὸν ἐπιφανέστατον τόπον τῆς οἰκίας, ξύλινα ναΐδια περιτιθέντες· ἡ δὲ εἰκών ἐστι, πρόσωπον εἰς ὁμοιότητα διαφερόντως ἐξειργασμένον, καὶ κατὰ τὴν πλάσιν, καὶ κατὰ τὴν ὑπογραφήν. Hiſce magiſtratus ipſi & honores addebantur. Liv. x. 7. *Cujus imaginis titulo conſulatus, cenſuraque, & triumphus æquo animo legetur: ſi auguratum, aut pontificatum adjeceritis, non ſuſtinebunt legentium oculi?* Concedebantur non omnibus promiſcue, ſed illis ſolis, qui magiſtratus curules geſſiſſent. Cicer. Verr. v. 14. *Nunc ſum deſignatus ædilis. Habeo rationem, quid a populo Romano acceperim, antiquiorem in ſenatu ſententiæ dicendæ locum, togam prætextam, ſellam curulem, jus imaginis ad memoriam, poſteritatemque prodendam.* Hoc ſenſu dicuntur & hæ, quas dicit noſter, *imagines ſenatoriæ*. Noſt. Veſp. 1. 1. V. & *Panvin. Faſt. p.* 70. *Figrell. de ſtat. c.* II. *Sigon de Nom. Rom. c.* 6.

10 Matre i. gradu materno, *genus maternum* dixit ſupr. Cæſ. 6. 1.

11. Arctissimo contingebat gradu i. *propinqua cognatione* erat illi *conjunctus*, ut *Nep. præf.* §. 7. Noſt. *Ner.* 32. 2. De his *gradibus* Cicer. Off. I. 17. *Arctior vero colligatio eſt ſocietatis propinquorum. Prima ſocietas in ipſo conjugio eſt, proxima in liberis. Sequuntur fratrum conjunctiones, poſt conſobrinorum, ſobrinorumque, qui cum in una domo jam capi non poſſunt, in alias domos, tanquam in colonias exeunt. Sequuntur connubia & affinitates: ex quibus etiam plures propinqui.*

12. Honore præturæ. Cicer. Phil. III. 6. *Quamquam hujus ſanctiſſimæ feminæ, atque optimæ* (Atiæ) *pater M. Atius Balbus, in primis honeſtus, prætorius fuit.* * Ejus *præturam* ad Junium Silanum, & Licinium Murenam.... ſive ad an. ab U. C. 691. refert *Pigh. Ann.* III. *p.* 328.

13. Inter xx viros, inter quos Ciceronem eſſe noluiſſe dixit Paterculus ad Cæſ. 20. II. §. 59. Prioribus temporibus cum ager, ſive publicus, ſive de hoſtibus modo captus populo dividendus eſſet, creabantur triumviri, vel quinqueviri. Liv. VI. 21. *Ad quam militiam quo paratior plebes eſſet, quinqueviros Pomptino agro dividendo, & triumviros Nepete coloniæ deducendæ creaverunt*, vel decemviri. Liv. XXXI. 4. *Decreverunt patres, ut M. Junius prætor Urbis, ſi ei videretur, decemviros agro Samniti, Apuloque, quod ejus publicum populi Romani eſſet, metiendo, dividendoque crearet.*

14. Agrum Campanum V. ſupr. Jul. 20. 6. §. 32.

15. Julia utpote a *Julio* in primo conſulatu lata de agro hoc dividendo, unde & *agraria* dicta. Liv. Epit. 103. *Leges agrariæ a Cæſare conſule latæ ſunt.*

unguentariam tabernam [17], modo piſtrinum [18] Ariciæ [19] exercuiſſe, objicit. Caſſius quidem Parmenſis [20] quadam epiſtola [21], non tantum ut piſtoris, ſed etiam ut nummularii nepotem, ſic taxat [22] Auguſtum, *Materna tibi farina* [23] *eſt ex crudiſſimo* [24] *Aricia piſtrino: hanc finxit* [25] *manibus collybo* [26] *decoloratis* [27] *Nerulonenſis* [28] *menſarius* [29].

16. Afri, & ob id prorſus externi & barbari, & ne quidem Italici.

17. Unguentariam tabernam exercere i. unguenta vendere. Plaut. Pœn. III. 3. 90. *unguentariam facere.*

Ibi ut balneator faciat unguentariam.

Ita *tabernam* dicit Juven. II. 42.

Ne pudeat dominum monſtrare taberna.

Exercere furnariam Noſt. *Vit.* 2. 1.

18. Piſtrinum exercere eſt eſſe *piſtorem. Piſtoribus* quamdiu caruerit Roma, dixi ex Plinio ſupr. Cæſ. 48. 2. §. 8. Inde *piſtrinum* locus eſt, ubi farinam in pila i. vaſe concavo pinſebant, & contundebant. Serv. Æn. I. 183. *Et quia apud majores noſtros molarum uſus non erat, frumenta torrebant, & ea in pilas miſſa pinſebant: & hoc erat genus molendi: unde & pinſores dicti ſunt, qui nunc piſtores vocantur.* Deinde duplex genus eſt inventum molarum, verſatilium & truſatilium, alteras jumenta, alteras homines agebant. *Piſtrinum* deſcribit Apul. Met. IX. p. 821. *Ibi complurium jumentorum multivii circuitus intorquebant molas ambage varia, nec die tantum, verum perpeti etiam nocte, prorſus inſtabili machinarum vertigine lucubrabant pervigilem farinam.*

19. Aricia. Cicer. Phil. III. 6. *Aricina mater. Trallianam, aut Epheſiam putes dicere. Videte, quam deſpiciamur omnes, qui ſumus e municipiis, id eſt, omnes plane: quotus enim quiſque non eſt? quod autem municipium non contemnit is, qui Aricinum tantopere deſpicit, vetuſtate antiquiſſimum, jure federatum, propinquitate pane finitimum, ſplendore municipum honeſtiſſimum?*

20. Cassius Parmensis *apud Actium M. Antonii, cujus partes ſequutus fuerat, fractis copiis, Athenas confugit.* Val. Max. I. 7. 7. Ubi Q. Varus ab Auguſto miſſus, ut eum interficeret, ſtudentem reperit, & perempto eo ſcrinium cum libris abſtulit. Fuit ſub Caſſio & Bruto tribunus militum. Scripſit elegias & epigrammata, ut ſcribit Porphyrio ad Horat. Epiſt. I. 4. 3.

Scribere, quod Caſſi Parmenſis opuſcula vincat.

21. Epistola a Caſſio ad Antonium ſcriptæ meminit Plin. XXXI. 2. *Cydnus Cilicia amnis podagricis medetur, ſicut apparet in epiſtola Caſſii Parmenſis ad M. Antonium.*

22. Taxat i. jocis, maledictis tangit, fatigat. Hinc *taxatores* ſcenici olim dicti, quod alter alterum maledictis tangeret. Donat. Eun. III. 1. 30. *Tetigerim, luſerim, fatigaverim. Nam tangere, cum multa, tum etiam hoc ſignificat.* Græcos eodem ſenſu uſurpaſſe ἅπτεσθαι docet *Victor. V. L.* IX. 19. & θίγειν docet *Salmaſ. in Vopiſc. Carin. c.* 1.

23. Materna tibi farina i. tua mater piſtoris fuit filia.

24. Crudissimo i. recenti, minime vetuſtate obliterato, ſed recenti memoria cognito. Ita medici vulnus vocant *crudum* i. recens, & *ſenectam crudam* i. viridem, vividam Charontis Virg. Æn. VI. 304. *crudum* ſervitium apud Tacit. Annal. I. 8. 7. recens, cui nondum ſunt aſſueti. *Marc. Donatus & Grav. in Suetonium.*

25. Finxit hanc i. genuit ex illa. *Fingi* dicitur proles. Colum. VI. 36. *Labat quod ex duobus fingitur:* 37. *Diſſimiles ſui mulas fingit.* Hoc verbum optime huic loco convenit, ut monet *Caſaubonus.* Ex farina *finguntur* opera dulciaria, quorum figuræ erant infinitæ, ut placentæ, ſcriblitæ, cruſtula, alia. Martial. XIV. 222.

Mille tibi dulces operum manus iſta figuras
Exſtruet.

Varr. L. L. VI. 3. *Fictores dicti a fingendis libis.*

26. Collybo i. nummorum aſſidua tractatione, ἀργυρίου ἀλλαγή. Pollux VII. 33. Notat enim æreum nummulum, cui bos eſſet impreſſus. Heſychius: κόλλυβος εἶδος νομίσματος, καὶ ὁ ἐν τῷ χαλκῷ κεχαραγμένος βοῦς. *Collybus* etiam eſt id, quod pro pecuniæ permutatione argentario ſolvitur. Cicer. Verr. III. 78. *Ex omni pecunia, quam aratoribus ſolvere debuiſti, certis nominibus deductiones fieri ſolebant, primum pro ſpectatione & collybo, deinde pro neſcio quo cerario. Collybus eſſe qui poteſt, cum utantur omnes uno genere nummorum.*

27. Decoloratis i. fœdatis. Plin. XXXIII. 3. *Manus ſordeſcunt decidua materia.* In malam partem ſumitur illud verbum. Horat. Od. II. 1. 35.

quod mare Daunia
Non decoloravere cades.

Virg. Æneid. VIII. 326.

Deterior donec paullatim & decolor atas.

Ubi Servius: *Decolor, vitioſa, qua decoloraret veteres mores. In omni enim vitioſo corpore ineſt peſſimus color.* Ut vero tractandis, ac numerandis pecuniis conſpurcantur manus, ita menſarii cum avia Auguſti commercium turpe & inhoneſtum innuere videtur Caſſius. V. *Donatum.*

28. Nerulum urbs eſt in Latio, non multum diſtans ab Urbe. Hodie *Nerulo* vocatur prope Monaſterium Farfaræ ſitum. V. *Donatum* & *Boroaldum. Leandr. Deſcr. Ital. p.* 158.

29. Mensarius, qui & menſularius & nummularius eſt, qui pecunias cuſtodit, eaſque recipit, & perſolvit, & earum rationes tractat, *campſor* communi appellatione vocatus. Liv. VII. 21. *Solutionem aris alieni in publicam curam verterunt quinque viris*

Digitized by Google

viris creatis, quos menſarios a diſpenſatione pecuniæ appellarunt. Hic ergo avi argentarii, de quo *ſupr.* 2. §. 23. miniſter fuerit, & cum avi uxore minus pudice rem habuerit. Illegitimam enim ſtirpem, ex qua fuerit procreatus Auguſtus, Auguſto Caſſium objicere putat *Donatus.*

CAPUT V.

ARG: *Ad capita bubula naſcitur, & illic nunc ſacrarium habet Octavius Cæſar Auguſtus.*

Natus eſt Auguſtus, M. Tullio Cicerone [1], C. Antonio [2] conſulibus IX. Kalen. Octobris [3] paullo ante ſolis exortum [4], regione Palatii [5], ad capita bubula [6]: ubi nunc ſacrarium [7] habet, aliquanto poſtquam exceſſit, conſtitutum. 1
Nam ut ſenatus actis [8] continetur, cum C. Lectorius adoleſcens patricii generis, in 2
depre-

M. TULLIO CICERONE.... natum eſſe Auguſtum prodidit quoque Plutarch. in Cicer. p. 883. E. Καὶ γὰρ ἐκ τύχης αὐτῷ γεγονέναι συμβέβηκε Κικέρωνος ὑπατεύοντος. *Forte fortuna namque acciderat, ut naſceretur conſule Cicerone.* Unde Paterc. II. 36. 1. *Conſulatui Ciceronis non mediocre adjecit decus natus eo anno D. Auguſtus.* * Fuit is annus ab U. C. non ſeptingenteſimus, ut perperam Plin. IX. 39. *Spinter ædilis fuit urbis conditæ anno ſeptingenteſimo, Cicerone Conſule.* Sed ſexcenteſimus nonageſimus, ſi Sigonii Faſtos, Caſſiodori Chronicon, & Pigh. Ann. III. p. 319. ſecutus fueris; aut ſexcenteſimus nonageſimus primus, ſi Dionem XXXVII. p. 34. D. Docet nos hoc ipſe Suetonius. Infr. cap. 100. §. 6. Auguſtum ſcribit *obiiſſe duobus Sextis, Pompejo & Appulejo conſulibus, ſeptuageſimo & ſexto ætatis anno.* Horum autem conſulatus Chronologis modo laudatis in annum 766. Dioni in annum 767. incidit.

2. ANTONIUS hic fuit C. *Antonius* Nepos. Illi nec prænomen, nec cognomen, addit Suetonius, ex more auctoribus ſollenni, quo in paribus conſulum ponendis illa ſæpius omittunt Solin. c. 1. *Quod cum Cajus Pompejus Gallus, & Quintus Veranius Urbis conditæ* 801. *fuerint conſules.* Quorum, dum illos ponit, neutri cognomen dedit Tacit. Ann. XII. 5. 1. *C. Pompejo, Q. Vareno Coſſ. pactum inter Claudium & Agrippinam matrimonium.* V. *Salmaſ. Exerc. Plin. p.* 13. *a. A.*

3. IX. KAL. OCTOBRIS etiam notatur in veteri Kalendario, ſive hemerologio Juliano: IX. Kal. Octobr. H. D. AUGUSTI NATALIS. & Dion. XVI. p. 590. Τῇ γὰρ τρίτῃ καὶ εἰκοστῇ τοῦ Σεπτεμβρίου ἐγεγόνει; ſed reducti ad Kalendarium Julianum, quem illo anno in XV. aut XVI. Kal. Novembris antiqui incidiſſe dicit *Rubon. diſſert. de gemma Auguſtea Theſ. Ant. Rom. Græv. Tom.* XI. *p.* 1343. *C. & de natal. Auguſti. Theſ. Græv. ibid. p.* 1378. *A.*

4. PAULLO ANTE SOLIS EXORTUM; Quod noſter docet etiam *infr.* 94. 7. Cauſatur enim Octavius pater tardius in ſenatum veniens mane, quo de Catilinæ conjuratione in curia agendum erat, filium ſibi natum, quem illi ipſo illo mane natum ratio ipſa dictat. Naſcuntur autem ut plurimum infantes ſub auroram. Ideo Nonnus in Dionyſiacis ὦ λοχίην vocat auroram, quæ partibus præeſt. Noſt. *Ner.* 6. 1.

5. REGIONE PALATII. Servius enim Tullius Urbem in quatuor regiones diviſit. Dionyſ. IV. p. 219. Ὁ δὲ Τύλλιος, εἰς τέσσαρα μέρη διελὼν τὴν πόλιν, καὶ θέμενος ἐπὶ τῶν λόφων ταῖς μοίραις τὰς ἐπικλήσεις, τῇ μὲν, Παλατίνην, τῇ δὲ Σαβουράνην, τῇ τρίτῃ δὲ Κολλατίνην, τῇ τετάρτῃ τῶν μερῶν, Ἰσκυλίνην. *Ceterum Tullius, in quatuor regiones Urbem diviſit, & ab ipſis collibus unamquamque denominavit, primam Palatinam, ſecundam Suburanam, tertiam Collinam, quartam Exquilinam.* Decima hæc eſt apud *Victorem, Panvinium, Pancirolum, Merulam, Nardin. Rom. Vet.* VI. 11.

6. AD CAPITA BUBULA, quæ pro inſigni, vel ſuſpenſa, vel depicta ibi fuerint. * Ubi *capita* hæc *bubula* fuerint, haud conſtat. Forte, ut *Nardin. Rom. Vet.* VI. 13. in illo Palatini clivo, qui ad S. Anaſtaſiæ ædem in forum boarium ſpectabat, ubi in memoriam primæ murorum deſignationis aratro per Romulum factæ duo *boum capita* picta, ſculptave fuiſſe, a ratione alienum non fuerit conjicere. In *lautis Carinis* natum eſſe Auguſtum dicit Serv. Æn. VIII. 361. *Carinæ ſunt ædificia facta in carinarum modum, quæ erant circa templum Telluris. Lautas autem dixit, aut propter elegantiam ædificiorum, aut propter Auguſtum, qui natus eſt in lautis Carinis.* In illis etiam Pompejus Magnus domum habuit, quam poſtea Antonius poſſedit. Dio XLVIII. p. 380. B. Τὴν οἰκίαν αὐτοῦ τὴν πατρῴαν τὴν ἐν ταῖς Καρίναις κατεῖχε, τόπος γάρ τις τῆς Ῥωμαίων πόλεως οὕτω καλούμενός ἐστι. Idem *Paterc.* II. 77. 1. Noſt. *Tib.* 15. 1. Harum caput in quarta regione collocant, *Rufus Victor, Panvinius, Merula.* Illas fuſius deſcribunt *Nardin. Rom. Vet.* III. 9. *Donat. de Urb. Rom.* XII. 6. & 10.

7. SACRARIUM I. ſacellum, quod etiam in privatis ædibus, in quo ſacra fierent gentilitia. Cicer. Fam. XIII. 2. *Cajo Aviano Evandro, qui habitat in tuo ſacrario, multum utor.* Noſt. Tib. 51. 2. Ulpian. Digeſt. I. 8. 9. §. 2. *Sacer locus eſt locus conſecratus: ſacrarium eſt locus, in quo ſacra reponuntur: quod etiam in privato ædificio eſſe poteſt.* Servio vero Æn. XII. 199. & Iſid. XV. 5. *proprie locus eſt in templo, in quo ſacra reponuntur: ſicut donarium eſt, ubi collocan-*

deprecanda graviore adulterii pœna [9], præter ætatem [10] atque natales [11], hoc quoque patribus conſcriptis allegaret [12], ſe eſſe poſſeſſorem, ac velut ædituum [13] ſoli [14], quod primum D. Auguſtus naſcens attigiſſet [15], peteretque donari [16], quaſi proprio ſuo, ac peculiari deo, decretum eſt, ut ea pars domus conſecraretur.

tur oblata. Noſt. *Veſp.* 5. 11. *Domit.* 15. 6.

8. SENATUS ACTIS. V. illa ſupr. Jul. 20. 1. §. 2.

9. GRAVIOR ADULTERII POENA videtur fuiſſe deportatio. Tacit. Ann. IV. 42. 4. *Cæſar Aquiliam adulterii delatam cum Vario Ligure exſilio punivit.* 1. deportatione, quæ proprie exſilium eſt, relegatione gravius; maxime ſi duplex fuerit crimen, inceſtum & adulterium. Marcian. Digeſt. XLVIII. 18. 5. *Si quis viduam, vel alii nuptam cognatam, cum qua nuptias contrahere non poteſt, corruperit, in inſulam deportandus eſt: quia duplex crimen eſt, & inceſtum, quia cognatam violavit contra fas: & adulterium, vel ſtuprum adjungit.*

10. ÆTATEM n. juvenilem, cui peccanti facilius indulgemus. Cicer. pro Cœl. c. 18. *Detur aliquid ætati: ſit adoleſcentia liberior: non omnia voluptatibus denegentur.* Plin. Epiſt. IX. 21. *Remitte aliquid adoleſcentiæ ipſius.* Chorus apud Euripid. ἱκετιδ. n. 250.

Ἥμαρτεν· ἐν νέοισι δ' ἀνθρώποις τὸ δὲ
Ἔνεστι, συγγνώμην δὲ τῷδ' ἔχειν χρεών.
Peccavit: in juvenibus autem hominibus hoc
Ineſt, veniam autem huic habere opus eſt.

Hac & ipſe *Octavius Cæſar favorabilis fuit.* Flor. IV. 4. 4. Hujus allegationem non admittebat lex Julia. Papin. Digeſt. XLVIII. 5. 36. *Si minor annis adulterium commiſerit, lege Julia tenetur: quoniam tale crimen poſt pubertatem incipit.* * Ea de cauſa Cicer. Her. IV. 17. *Qui adoleſcentium peccatis ignoſci putant oportere, falluntur, propterea quod ætas illa non eſt impedimento bonis ſtudiis. At hi ſapienter faciunt, qui adoleſcentes maxime caſtigant, ut quibus virtutibus omnem vitam tueri poſſint, eas in ætate maturiſſima velint comparare.*

11. NATALES 1. familiæ nobilitatem. Tacit. Hiſt. II. 86. 6. *Aderat Cornelius Fuſcus, vigens ætate, claris natalibus.* Horum allegatio ſolet in cauſa eſſe favorabilis. Ita Claudium Appium reum nobilitati Claudiorum condonari petit familia Claudia apud Liv. III. 58. *Potius unum tot Claudiis deprecantibus condonarent, quam propter unius odium multorum preces aſpernarentur: ſe quoque id generi ac nomini dare.* V. & *Beroaldum.*

12. ALLEGARET 1. in medium proferret. Plin. Epiſt. III. 15. *Adhibes preces, allegas exemplum.* Quintil. Inſtit. IV. 1. *Nam tum dignitas ejus allegatur: tum commendatur infirmitas.* Noſt. 47. 3. Verbum hoc poſt Ciceronem, qui hoc *proferre* appellat, receptum eſſe putat *Bud. Annot. in Pandect. p.* 100.

13. ÆDITUUS eſt, qui locorum ſacrorum curam gerit. Vetus commentator ad Horat. Epiſt. II. 1. 230. *Æditui ſunt templorum cuſtodes, & ſacerdotes, dicti ab æde & ſacris tuendis.* Græcis νεωκόρος. Gloſſ. Philox. νεωκόρος, *æditimus.* Suidas: Νεωκόρος, ὁ τὸν ναὸν κοσμῶν καὶ εὐτρεπίζων. *Qui templum ornat & parat.* & νεωκόρον τῆς μεγάλης θεᾶς Ἀρτέμιδος καὶ τοῦ Διοπετοῦς τὴν Ἐφεσίων πόλιν, *æditimam magnæ deæ Dianæ, & ſimulacri cœlo delapſi Epheſiorum civitatem* vocat *Paullus Act.* 19. 35. V. & *Rubenii de urbibus neocoris diatriben.*

14. SOLI 1. terræ, loci, cui inædificata erat domus, in qua natus Auguſtus. V. Feſtum laudatum ad Curt. V. 1. 33. §. 131.

15. NASCENS ATTIGISSET, ex more veterum, quo infantes recens editi in terram ſtatuebantur, & illos nudos terra excipere dicebatur. Plin. præf. 7. *Hominem tantum nudum, & in nuda humo, natali die abjicit ad vagitus ſtatim & ploratum.* Ovid. in Ibim n. 221.

Qui ſimul impuræ matris prolapſus ab alvo
Cinyphiam fœde corpore preſſit humum.

Noſt. Ner. 6. 1. *Meurſ. de Puerp. c.* 4. *Barthol. de Puerp. p.* 69. *Brod. Miſc.* IV. 3. *Kemp. de Oſcul. c.* 25. §. 11. Factum hoc 1. ut vocem terræ *contactu* acciperent. Macrob. Sat. I. 12. *Quod infantes partu editi non prius vocem edant, quam attigerint terram* 2. ut auſpicarentur recti eſſe diis conjugalibus, ut explicat Varro lib. II. de vit. P. R. apud Nonium. 3. ut Opem, ſeu matrem communem ſalutarent. Macrob. Sat. I. 10. *Huic deæ*, Opi, *ſedentes vota concipiunt, terramque de induſtria tangunt, demonſtrantes & ipſam matrem eſſe mortalibus appetendam.* Barthol. ibid. p. 70. Kemp. l. l.

16. DONARI 1. culpam propter illum remitti.

CAPUT VI.

ARG. *Auguſti nutrimentorum locus adhuc oſtenditur, & inde pæne ſemianimis exturbatur novus villæ poſſeſſor.*

1 Nutrimentorum ejus oſtenditur adhuc locus in avito [1] ſuburbano [2] juxta Velitras

AVITO 1. ab *avis*, a majoribus relicto. Ita *avitum hoſpitium* Cicer. Fam. XIII. 14. *avitus fundus* Hor. Od. I. 12. 43. Noſt. *infr.* 94. 11. *Veſp.* 5. 7.

2. SUBURBANO 1. villa, quæ in Velitrarum *ſuburbio* fuerit. Cicer. Attic. XVI. 13. *Malo eſſe in Tuſculano, aut uſpiam in ſuburbano.* Noſt. *infr.* 72. 4. *Veſp.* 5. 2. *Ner.* 48. 1. Ulubris nutritum fuiſſe, & ideo ab Horatio locum illum, cum alioquin deſertiſſimus ſit vicus, nominatum eſſe ad Horat. Epiſt. I. 11. 30. dicit *Porphyrio.*

3. CEL-

tras permodicus, & cellæ penuariæ [3] inſtar [4]: tenetque vicinitatem opinio [5], tan-
quam & natus ibi ſit. Huc introire niſi neceſſario & caſte [6], religio eſt [7]: con- 2
cepta opinione veteri, quaſi temere adeuntibus horror quidam & metus objiciatur:
ſed & mox confirmata eſt. Nam cum poſſeſſor villæ novus, ſeu forte, ſeu ten- 3
tandi cauſa cubitum ſe eo contuliſſet: evenit, ut poſt pauciſſimas noctis horas ex-
turbatus inde ſubita vi, & incerta [8], pæne ſemianimis cum ſtrato [9] ſimul ante fo-
res inveniretur.

3. Cella penuaria eſt, in qua *penus*, aut utenſilia conduntur, & unde ad uſum familiarem promuntur. *Cella promptuaria* dicitur Plaut. Amph. I. I. 4. *cella proma* Tertull. de reſurr. c. 27. *Cur cellarum promarum potius vocabulo uſus eſt, & non alicujus loci receptorii, niſi quia in cellis promis caro ſalita, & uſui repoſita ſervatur depromenda illinc ſuo tempore. Penus* vero *eſt omne, quo veſcuntur homines.* Cicer. N. D. II. 27. Noſt. *Ner.* II. 7.

4. Instar i. ſimilitudinem V. ſupr. Jul. c. 61. §. 6. & Curt. IV. 14. 22. §. 95.

5. Tenet vicinitatem opinio i. vicini opinantur. * Juſtin VIII. 2. 11. *Miſeratio infantis eos tenebat.* i. Aeropi parvuli a rege Philippo hæredis inſtituti miſerebantur Macedones. Virg. Æn. VI. 507. *Nomen & arma locum ſervant.* i. locus ſervat nomen & arma.

6. Caste i. ſancte, religioſe; quia illic colebatur Auguſtus tanquam deus. Deos vero *caſte* adire debebant. Cicer. L. L. II. 10. *Caſte jubet lex adire ad deos, animo videlicet, in quo ſunt omnia: nec tollit caſtimoniam corporis; ſed hoc oportet intelligi, cum multum animus corpori præſtet.*

7. Religio est i. non audent. V. Curt. IV. 10. 2. §. 7.

8. Incerta i. cujus cauſam ignorabat.

9. Strato i. lecti opertorio. *Stratum* enim dicimus, quod ſterni ſolet: Inde & *ſtrata* equorum, & *inſtratum* Ictus appellat veſtem omnem, quæ ſternitur. V. *Beroaldum.*

CAPUT VII.

ARG. *Thurinus, C. Cæſar, & Auguſtus cognominatur Octavius Cæſar Auguſtus.*

Infanti cognomen [1] Thurino inditum eſt, in memoriam majorum originis [2]: vel 1
quod in regione Thurina, recens [3] eo nato, pater Octavius adverſus fugitivos
proſpere rem geſſerat [4]. Thurinum cognominatum ſatis certa probatione tradide- 2
rim, nactus puerilem imagunculam [5] ejus æream [6] veterem, ferreis [7], ac pæne
jam

Cognomen Cæpias fuit etiam Octavio. Dio XLV. p. 269. D. Ὁ δὲ Γάϊος ὁ Ὀκτάβιος Καιπίας, οὕτω γὰρ ὁ τῆς Ἀττίας τῆς τοῦ Καίσαρος ἀδελφιδῆς υἱὸς ὠνομάζετο. *C. Octavius Cæpias, ſic enim Attiæ, quæ ſororis Cæſaris filia erat, nominabatur.* * Quem tamen hoc loco corruptum, & apud illum legendum eſſe Γάϊος ὁ Ὀκταουίου καὶ Ἀττίας υἱὸς putant *Perizon. Anim. Hiſtor. c.* 10. & *Ant. Auguſtin. de Famil. Roman. in Octavia.*

2. Memoriam originis i. quod eſſet Auguſtus ex *majoribus*, qui licet ex pago Thurino originem non habuiſſent, illic tamen conſederint.

3. Recens caute accipiendum. Tertium enim agebat annum Octavius filius, cum fugitivorum reliquias delevit Octavius pater, qui delevit illas L. Afranio & Q. Cæcilio Metello Celere coſſ. ſive anno ab U. C. 693. Simul obſervandum, nominalibus non fuiſſe impoſita cognomina; ſed poſtea ex occaſione captatum omen, aut decus. V. & *Caſaubonum* & *Pigh. Ann.* III. *p.* 349.

* 4. Rem gesserat i. pugnaverat. Nep. Milt. 3. 3. *Cum crebri afferrent nuntii, male rem gerere Darium.* Obſequens *infr.* Tib. 2. 7. Hoc vero exemplo, quod etiam monet *Berneggerus*, Coſſus *victoria ſua teſtimonium in cognomen filii contulit.* Paterc. II. 6. 2. Et *Aſinius Pollio, ductor Germanici exercitus, cum poſt captas Salonas Dalmatiæ civitatem primo meruiſſet lauream: poſt etiam conſulatum adeptus fuiſſet: eodem anno ſuſcepit filium, quem a capta civitate Salonium vocavit.* Serv. Ecl. IV. 1.

5. Imaguncula i. parvam *imaginem*. * Hæc Auguſti non fuit effigies nummo expreſſa, ut vult *Bergier. de viis publ. & milit.* V. 15. 10. quem refutat Illuſtriſſimus Cuperus, non *Harpocr. p.* 85. 86. 87. ut memoriæ lapſu ad Bergierum ſcribit Henninius; ſed *Homer. Apoph. p.* 257. Verum minuta aliqua ſtatua. De hac etiam *imaginem* dici, docebo §. 6. Minores enim veteribus uſurpatas arguunt vocabula auctoribus ὑποκοριστικῶς uſurpata. *Statunculas* nominavit *Cyprianus de aleatoribus*, ut notat *Figrell. de ſtat. Rom. c.* 17. & *Petrus Damianus*, qui ſtatuam ſalis ex conjuge Loth factam *ſtatunculam* dicit, ut obſervat *Barth. Adv.* XVIII. 8. Minutis illis honores divinos habuerunt gentiles. Ita Marcell. XXII. 13. narrat Aſclepiadem Philoſophum *deæ cœleſtis argenteum breve figmentum, quocunque ibat ſecum ſolitum*

jam exoleſcentibus [8] literis, hoc nomine inſcriptam: quæ dono a me Principi [9] da-
3 ta inter cubiculares [10] colitur. Sed & a M. Antonio in epiſtolis [11] per contumeliam ſæpe Thurinus appellatur: & ipſe nihil amplius quam *mirari* ſe reſcribit, *pro opprobrio nomen prius* [12] *ſibi objici.* Poſtea *C. Cæſaris* [13], & deinde *Auguſti* [14] cognomen aſſumpſit: alterum teſtamento [15] majoris avunculi [16], alterum Munatii Planci [17] ſenten-

tum efferre. Apollinis imaginem ſecum tuliſſe Syllam in ejus vita dicit Plutarch. p. 471. B. *Λέγεται ὃ ἔχων τι χρυσοῦν Ἀπόλλωνος ἀγαλμάτιον ἐκ Δελφῶν, ἀεὶ μὲν αὐτὸ κατὰ τὰς μάχας περιφέρειν ἐν τῷ κόλπῳ, ἀλλὰ καὶ τότε τοῦτο καταφιλεῖν. Dicitur ſignum habuiſſe Apollinis aureum ex Delphis, illud ſemper quidem in præliis circumtuliſſe in ſinu, tunc vero etiam oſculatum eſſe.* Noſt. *Ner.* 56. 3. Exemplorum copiam ſatis jucundam exhibet *Ampl. Cuper. Harpocr. p.* 85. 86. 87.

6. ÆREAM i. ex *ære* factam. Licet enim *imago* proprie ſit, quæ vel ex cera exprimitur, vel coloribus & pictura repræſentatur, unde *ſignis imagines* opponit Plin. XXXV. 2. tamen & imagines dicuntur, quæ fiunt ex ære, marmore & auro. De prioribus Tacit. Agric. c. 46. n. 4. *Non quia intercedendum putem imaginibus, quæ marmore aut ære finguntur.* De poſterioribus Noſt. *Tib.* 65. 1. *Vit.* 2. 15. V. etiam *Cuper. Homer. Apoth. p.* 257.

7. FERREIS i. figuris literarum ex *ferro* æri inſculptis. Petron. c. 33. *Habebat extremo articulo digiti ſequentis annulum minorem, totum aureum, ſed plane ferreis velut ſtellis ferruminatum.* Ita decretum in Cæſaris honorem factum literis aureis in pilam argenteam inſcripſiſſe Romanos narrat Dio XLIV. p. 243. C. *Τὰ δόγματα τὰ περὶ τούτων γιγνόμενα ἐς μὲν στήλας ἀργυρᾶς χρυσοῖς γράμμασιν ἐνέγραψαν.* Græci hanc artem *τέχνην ἐμπαιστικὴν* nominarunt, quod ex Athenæo aliquot prolatis exemplis docet ad hunc locum, & in Athen. XI. 20. *ὁ πάνυ Caſaubonus.* * Subinde enim ex materia non liquida literas fabricarunt veteres: ut de buxo & ebore apud Hieronymum Epiſt. ad Lætam II. 15. Quintil. I. I. de argento apud Cicer. Verr. IV. 43. de auro noſt. Ner. 10. 9. & ad illum Dio. V. *Hug. de prim. ſcrib. orig. c.* 12.

8. EXOLESCENTIBUS i. deficientibus, evaneſcentibus. Agrætius: *Adoleſcere augmenti eſt: indoleſcere coagmenti: exoleſcere vaneſcentis.* Colum. II. 18. *Multa ſunt, quæ negligentia exoleſcant, & fiant ſterilia.*

9. PRINCIPI Adriano, ſub quo epiſtolarum magiſter fuit.

10. CUBICULARES i. in *cubiculo* poſitas. Plin. XXXV. 2. *Iidem & vultus Epicuri per cubicula geſtant ac circumferunt.* Noſt. *Cal.* 7. 2. Lararium vero, ſive Larium ſedes ſæpius fuit *cubiculum.* In illo poſitos præſtantes & amatos viros colebant. Lamprid. Sever. c. 31. *Virgilii imaginem cum Ciceronis ſimulacro in ſecundo larario habuit, ubi & Achillis & magnorum virorum. Alexandrum vero Magnum inter divos & optimos in larario majore conſecravit.* Noſt. *Vit.* 2. 11. V. *Figrell. de ſtat. Rom. c.* 10. *Faes ad Gyrald. de Sepel. rit. c.* 1. & ad hunc locum *Caſaubonum.*

* 11. EPISTOLIS Suetonii ætate adhuc exſtantibus. Sed de illis, ſimilibuſque dicacibus ſcriptis Cremutius Cordus apud Tacit. Annal. IV. 34. 8. *Antonii Epiſtolæ, Bruti conciones, falſa quidem in Auguſtum probra, ſed multa cum acerbitate habent.* Dieterich. Hiſt. Aug. p. 14.

12. NOMEN PRIUS Thurini quod infans habuerat, & habere deſierat.

* 13. C. CÆSARIS. Unde Auguſtus ſæpius *C. Cæſar* vocatur a Cicerone. Phil. V. 16. *Venio ad C. Cæſarem P. C. qui niſi fuiſſet, quis noſtrum eſſe potuiſſet?* 18. *Spondeo P. C. C. Cæſarem talem ſemper fore civem.*

14. AUGUSTI cognomen aſſumpſit Idibus Januarii anno ab U. C. 726. ſe VII. & M. Vipſanio Agrippa III. Coſſ. Ovid. Faſt. I. 587.

Idibus in magni caſtus Jovis æde ſacerdos
Semimaris flammis viſcera libat ovis:
Redditaque eſt omnis populo provincia noſtro,
Et tuus Auguſto nomine dictus avus.

Oroſ. VI. 20. vero *octavo Idus Januarii. Urbem triplici triumpho ingreſſus eſt.... Hoc die primum Auguſtus conſalutatus eſt.* Cenſor. c. 20. *quamvis ex ante diem decimum ſextum Kal. Februarii Imperator Cæſar* D. F. *ſententia L. Munatii Planci a ſenatu, ceteriſque civibus, Auguſtus appellatus eſt, ſe* VII. *&* M. *Vipſanio Agrippa* III. *Coſſ.* V. *Caſaubonum. Lipſ. in Tacit. Ann. p.* 7. *Pigh. Ann.* III. 505.... *Sigon. Faſt. p.* 324.

15. TESTAMENTO. V. illud ſupr. *Cæſ.* 83. 4. §. 19.

* 16. MAJOR AVUNCULUS, *is eſt proaviæ frater, patris vel matris avunculus magnus.* Paull. Digeſt. XXXVIII. 10. 10. §. 16. Uti *avunculus magnus eſt aviæ frater, mihique is eſt avunculus magnus, qui patri meo, aut matri meæ eſt avunculus.* C. Cæſarem Auguſti *majorem avunculum* Suetonium ſequuti vocant quoque Paterc. II. 59. 3. & Aur. Vict. Epit. I. 2. Sed Suetonius & hi illum ſequuti errarunt. Mater enim ejus Atia, *filia fuit Juliæ ſororis Cæſaris* noſt. *ſupr.* 4. 2. & Dioni ad hujus cap. §. 1. & Auguſtus *ſororis* Cæſaris *nepos* appellatur noſt. *infr.* 94. 21. & C. Cæſar Auguſti *magnus* (is enim fuit, non *major*) *avunculus* dicitur a Schotto edito *Vict. Cæſ.* I. I. Niſi cum Caſaubono ad Perſ. p. 500. & Boeclero Indice Vellejano *matris avunculum* velimus intelligere.

17. L. MUNATIUS PLANCUS forte fuerit is, cujus ſunt epiſtolæ ad Ciceronem, & Ciceronis ad illum *Famil.* X. Hunc Galliam comatam rexiſſe ſcribit *Euſebius.* V. Rhet. 6. 2. §. 4.

18. QUI-

Digitized by Google



DELINEATIO ROMÆ A ROMULO POSITÆ.

NAPOLI

Digitized by Google

ſententia: cum quibuſdam cenſentibus [18] *Romulum* [19] appellari oportere, quaſi & ipſum conditorem [20] Urbis, prævaluiſſet, ut *Auguſtus* [21] potius vocaretur, non tantum novo, ſed etiam ampliore [22] cognomine, quod loca quoque religioſa, & in quibus augurato quid conſecratur, auguſta dicantur [23], ab auctu [24], vel ab avium geſtu [25], guſtuve [26], ſicut etiam Ennius [27] docet, ſcribens:

Auguſto augurio [28] *poſtquam inclyta condita Roma eſt.*

18. Quibusdam censentibus, imo volente ipſo Auguſto. Dio III. p. 507. C. Βουληθέντων γὰρ σφῶν ἰδίως πως αὐτὸν προσειπεῖν, καὶ τῶν μὲν τό, τῶν δὲ τὸ καὶ ἐσηγουμένων καὶ αἱρουμένων, ὁ Καῖσαρ ἐπεθύμει μὲν ἰσχυρῶς Ῥωμύλος ὀνομασθῆναι, αἰσθόμενος δὲ ὅτι ὑποπτεύεται ἐκ τούτου τῆς βασιλείας ἐπιθυμεῖν.... *Etenim quum ſtatuiſſent peculiari eum quodam cognomento inſignire, ac alii alia referrent & probarent, Cæſar, quamvis Romuli nomen vehementer appetebat, tamen quum ſentiret hinc ſe ſuſpectum affectari regni fieri......*

19. Romulus *an vocaretur, quia condidiſſet imperium, tractatum etiam in ſenatu.* Flor. IV. 12. 66. *Quirinum* illum nominat Serv. ad Virg. Georg. III. 25. ubi ille: *Non eſt contrarium, nam, ut etiam Æn. I. 296. diximus, Suetonius Tranquillus hoc de Auguſto commemorat: quodam tempore tres partes populi conſentiente ſenatu obtuliſſe ei tria nomina: Quirini, Auguſti, Cæſaris. Ille, ne unum eligendo, alias offenderet partes, primo Quirinus eſt dictus, inde Cæſar, poſt in nomine permanſit Auguſti. Unde eum Virgilius omnibus iſtis appellat nominibus.* Ita Camillus *Romulus* appellatus eſt. V. ſupr. Cæſ. 49. 7. §. 36. * Errat Servius, dum Suetonii auctoritate confirmatum ire vult *Quirini* nomen Octavio eſſe oblatum. Nam Quirinus nunquam dictus eſt: & Romuli nomen illi oblatum eſt, ut ait Suetonius. Nec *Cæſaris* nomen illi eſt oblatum, quod etiam Servius, ſed ipſe cepit more majorum ex teſtamento C. Julii Cæſaris. *Cuper. Obſerv.* II. 2.

20. Condere urbem, imperium, dicitur, qui rempublicam ſervat, qui novam formam procumbenti reipublicæ reſtituit. Paterc. II. 60. I. *Sed aſſerebant ſalutaria reipublicæ terrarumque orbis fata conditorem conſervatoremque Romani nominis.* Ita Camillus *alter conditor Urbis* dictus eſt. V. ſupr. *Cæſ.* 49. 7. §. 36.

21. Augustus nomen eſt majeſtatis, & exprimit Græcorum σεβαστόν. Pauſan. in Lacon. p. 92. Τῷ δὲ ὄνομα εἶναι τούτῳ Αὔγουστος, ὃ κατὰ γλῶτταν δύναται τὴν Ἑλλήνων σεβαστός. *Cognomen vero Auguſti idem pollet, quod Græcorum lingua σεβαστός.* Dio LIII. p. 507. D. Ἐξ οὗ περ καὶ σεβαστὸν αὐτὸν καὶ ἑλληνίζοντές πως, ὥσπερ τινὰ σεπτόν, ἀπὸ τοῦ σεβάζεσθαι, προσεῖπον: *ideoque σεβαστὸν Græci auguſtum, quaſi venerandum dicas, interpretati ſunt.*

22. Ampliore. Dio: ὡς καὶ πλεῖόν τι ἢ κατὰ ἀνθρώπους ὤν: *quaſi hominis natura amplior.* Flor. IV. 12. 66. *Sanctius & reverentius viſum eſt nomen Auguſti.*

23. Religiosa.... *auguſta dicuntur.* Dio: πάντα γὰρ τὰ ἐντιμότατα καὶ τὰ ἱερώτατα αὔγουστα προσαγορεύεται: *omnia enim, quæ honore digniſſima, ac ſanctiſſima ſunt, auguſta dicuntur.* Suidas: Αὔγουστα δὲ λέγονται τὰ τίμια, καὶ μεγάλα, καὶ ἐπίσημα. *Auguſta autem dicuntur pretioſa, & magna, & inſignia.* Ovid. Faſt. I. 609.

Sancta vocant auguſta patres: auguſta vocantur
Templa, ſacerdotum rite dicata manu.

24. Augere verbum eſt ſacrorum, ut dicetur infr. 96. 4. §. 10.

25. Gestu i. volatu, quem non tantum obſervabant veteres, ſed & quomodo ſe *gererent* in volando. Inde illa avium diviſio in diſciplina augurali, alias auſpicium facere ore: alias ore & alis: alias volatu & alis. V. *Caſaubonum.*

26. Gustu, quia *aves paſtæ id ratum facere.* Feſtus in *auguſtus locus.* Unde ineuntibus magiſtratibus dici ſolitum, *aves paſcunt*, quod ex Pediano adſert *Torrentius.* Plura V. infr. Tib. 2. 7. §. 28.

27. Ennii verſus legitur etiam apud Varr. R. R. III. I.

Septingenti ſunt paulle plus aut minus anni,
Auguſto augurio poſtquam inclyta condita Roma eſt.

28. Augurio litem commiſerunt, *quia gemini erant, nec ætatis verecundia diſcrimen facere poſſet, ut Dii, quorum tutelæ ea loca eſſent, auguriis legerent, qui nomen novæ urbi daret, qui conditam imperio regeret. Palatinum Romulus, Remus Aventinum ad inaugurandum templa capiunt. Priori Remo augurium veniſſe fertur, ſex vultures: jamque nuntiato augurio duplex numerus Romulo ſe oſtendit.* Liv. I. 6. & 7. Quid *augurium*, docet Servius ad Curt. IV. 6. 12. §. 45.

CAPUT VIII.

ARG. *Patrem amittit, aviam Juliam pro concione laudat, togam virilem ſumit, avunculum in Hiſpaniaṡ ſubſequitur, Apollonia ſtudiis vacat, avunculi hæreditatem adit, & rempublicam cum Antonio & Lepido, deinde ſolus tenet Octavius Cæſar Auguſtus.*

Digitized by Google

1 Quadrimus [1], patrem amiſit, duodecimum annum agens aviam Juliam defun-
2 ctam pro concione laudavit [2]. Quadriennio poſt [3] virili [4] toga ſumpta [5], militaribus donis [6] triumpho Cæſaris Africano [7] donatus eſt, quamquam expers
3 belli [8] propter ætatem [9]. Profectum mox avunculum [10] in Hiſpanias adverſus Cn. Pompeji liberos, vix tum firmus a gravi valetudine, per infeſtas hoſtibus vias, pauciſſimis comitibus, naufragio etiam facto, ſubſecutus [11] magnopere demeruit [12],
4 approbata [13] cito etiam morum indole [14] ſuper itineris induſtriam [15]. Cæſare poſt receptas

QUADRIMUS i. quatuor annos natus. Unde ὀρφανὸς dicitur Dioni XLV. p. 269. D. Ὀρφανὸς δὲ ὑπὸ τοῦ Ὀκταουίου τοῦ πατρὸς καταλειφθείς. *Pupillus a patre Octavio relictus.*

2. LAUDABAT defunctos filius, vel aliquis ex ſanguine junctis. Polyb. VI. 51. Πέριξ δὲ παντὸς τοῦ δήμου στάντος, ἀναβὰς ἐπὶ τοὺς Ἐμβόλους, ἂν μὲν υἱὸς ἐν ἡλικίᾳ καταλείπηται, καὶ τύχῃ παρὼν, οὗτος: εἰ δὲ μὴ, τῶν ἄλλων εἴ τις ἀπὸ γένους ὑπάρχει, λέγει περὶ τοῦ τετελευτηκότος τὰς ἀρετὰς, καὶ τὰς ἐπιτετευγμένας ἐν τῷ ζῆν πράξεις. *Ibi populo omni circumſtante Roſtra conſcendit aut filius, ſi contingat filium ætate adultum ab eo eſſe relictum, atque ille præſens adſit: ſi minus, e ſanguine junctis aliquis, & defuncti laudes commemorat, & ſi qua, dum viveret, feliciter ab eo fuerint geſta.* Hinc *Cæſar Auguſtus duodecim annos natus aviam pro Roſtris laudavit.* Quintil. Inſt. XII. 6. & patrem adoptivum Auguſtum *infr.* 101. 8. patrem Tiberius *infr.* 6. 5. Liviam proaviam *infr.* 10. 3. Caligula. De mulierum poſt mortem laudibus V. *Cæſ.* 6. 1. §. 5.

3. QUADRIENNIO POST i. ætatis anno decimo ſexto, atque ideo ante legitimum tempus reipublicæ temporibus conſtitutum. Hiſce enim prætexta ante ſeptimum decimum annum completum, & octavum decimum incipientem poſita non videtur. I. quia toga virilis ſumebatur principio ejus ætatis, qua militare leges cogebant. Cicer. pro Cœl. c. 5. *Nobis quidem olim annus erat unus ad cohibendam brachium toga conſtitutus: & ut exercitatione, ludoque campeſtri tunica uteremur. Eademque erat, ſi ſtatim* poſt togam virilem ſumptam ſcilicet *mereri ſtipendia cœperamus, caſtrenſis ratio militaris.* Militare vero ſolebant ſeptimo decimo anno completo juxta Servii Tullii inſtitutum, de quo Gell. X. 28. *Tubero ſcripſit Servium Tullium ab anno ſeptimo decimo milites ſcripſiſſe.* II. quia non licuit prius togam virilem ſumere, quam accuſare leges permitterent. Val. Max. V. 4. §. 4. *M. Cotta eo ipſo die, quo togam ſumpſit virilem, protinus ut e Capitolio deſcendit, Cn. Carbonem, a quo pater ejus damnatus fuerat, poſtulavit.* Poſtulare vero decem & ſeptem annis minorem non permittebat prætor. Digeſt. III. I. 3. *Pueritiam excuſavit prætor, dum minorem annis decem & ſeptem, qui eos non in totum complevit, prohibet poſtulare: quia moderatam hanc ætatem ratus eſt ad procedendum in publicum.* Sub Cæſaribus vero, & paullo ante, legitimum tempus togæ mutandæ videtur fuiſſe annus quartus decimus completus, & quintus decimus inceptus. Hoc anno Virgilius, Cicero F, M. Aurelius, ipſe Auguſtus, ſi Nicolao Damaſceno in excerptis apud Conſtantinum Porphyrogenetam fides habenda, unde pro *duodecimum* ſubſtituunt *decimum annum* nonnulli, togam mutaverunt, & quia annum quartum decimum duntaxat ingreſſus erat Nero, *virilem* illi *togam maturatam* dicit Tacit. Annal. XII. 41. 1. Ad quem locum hæc nos docuit Ryckius. De togæ mutatæ anno V. ſi commodum tibi eſt, *Gruch. de Comit.* I. 3. *Bayſ. R. V. c.* 10. *Manut. Quaſ. Epiſt.* III. 1. *Pollet. For. Rom.* III. 7. *Bud. in Pandect. p.* 251. *Ferrar. de re Veſt.* I. 2. 1. *Sigon. de Jud.* III. 18. *Boſſ. de Toga* §. 12. *Noriſ. Cenot. Piſan. Diſſert.* II. *p.* 114. *P. Serv. Juven. Fer. c.* 1. *Maſſon. Ovid. vit. p.* 29.

4. VIRILI, quia, qui eam poſita prætexta puerili toga ſumerent, in *viros* tranſcriberentur. Eadem *pura* & *libera* dicebatur. Senec. Epiſt. 4. *Tenes utique memoria, quantum ſenſeris gaudium, cum prætexta poſita ſumpſiſti virilem togam.*

5. SUMPTA i. induta. Mart. VIII. 48. 6.

Quo poſſis melius fallere, ſume togam.

Sumebant vero illam in Capitolio. V. *Val. Max.* §. 3.

6. MILITARIA DONA i. quæ militibus ſingulis virtutis ergo ab imperatore triumphaturo dabantur: & erant vel minora, *haſta pura*, *phiala ſive armilla*, *phalera*, *vexillum*, quæ ob læſum aut dejectum dabantur hoſtem: Noſt. 25. 4. *Claud.* 28. 1. vel majora, ut *corona*, quæ ob ſervatum civem, aut aliam majoris uſus dabantur fortitudinem V. *Gell.* II. 11. & *Lipſ. Mil. Rom.* V. 17. *Sigon. de jur. civ.* I. 15. *Buleng. de triump. c.* 12.

7. AFRICANO. V. illum ſupr. *Cæſ.* 37. 2. §. 7.

8. EXPERS BELLI eſt, qui bello non intereſt. Ita *expers amoris*, quem amorem celamus. Plaut. Pſeud. I. 5. 83. *expers domo*, quem domo abeſſe cogimus. Plaut. Perſ. IV. 3. 40. *Expers* enim eſt qui eſt ſine parte. Gloſſ. *expers*, ἄπειρος, ἄμοιρος. Noſt. 38. 3. *Veſp.* 1. 4.

9. ÆTATEM, quam V. §. 3.

10. AVUNCULUM ſc. magnum, Julium Cæſarem. V. *ſupr.* 7. 4. §. 16.

11. SUBSECUTUS, cum eſſet natus annos 18. Paterc. II. 59. 3. *Natumque annos* 18. *Hiſpanienſis militia aſſecutum ſe poſtea comitem habuit.*

12. DEMERUIT i. ſibi conciliavit, devinxit. Paterc. II. 102. 1. *Obiſſe Cenſorium virum demerendis hominibus genitum.* Noſt. *Claud.* 40. 7. *Veſp.* 2. 8.

13. APPROBARE opus perfectum dicuntur ſuſceptores, vel redemptores, *probantibus* cenſoribus, qui

receptas Hiſpanias expeditionem in Dacos [16], & inde in Parthos, deſtinante, præmiſſus Apolloniam [17] ſtudiis vacavit [18]. Utque primum occiſum [19] eum, hære- 5
demque ſe comperit [20], diu cunctatus, an proximas legiones [21] imploraret, id quidem conſilium, ut præceps immaturumque [22], omiſit. Cæterum urbe [23] re- 6
petita, hæreditatem adiit [24] dubitante matre, vitrico [25] vero Marcio Philippo [26] conſulari

qui id locaverant. Vitruv. IX. 3. *Hiero auream coronam immani pretio locavit faciendam, & aurum ad ſacoma appendit redemptori. Is ad tempus opus manufactum ſubtiliter, regi approbavit.* Noſt. *Galb.* 6. 6. *Aug.* 16. 11: 46. 2.

14. Indole. Significanter locutus, cum in pueris non tam virtus, quam virtutis *indoles* eluceſcat. Liv. III. 12. *Neque in civitate Romana tantam indolem tam matura virtutis juniorum extitiſſe.* Noſt. *Aug.* 43. 6. *Cal.* 12. 2. *Ner.* 10. 1. V. Curt. III. 12. 26. §. 88.

15. Itineris industriam I. celeritatem, qua Auguſtus avunculum ſubſecutus in Hiſpaniam venit.

16. Dacos. V. illos *infr.* 21. 2. §. 11.

17. Apollonia urbs eſt ad Ionium mare, ἐν τῇ Ἀπολλωνίᾳ ἔτι πρὸς τῷ Ἰονίῳ ἐν κόλπῳ Dio XLV. p. 271. B. ἐφ' ᾧ ποταμῷ Ἀῷῳ ἐνομωτάτη, κτίσμα Κορινθίων καὶ Κερκυραίων, τοῦ ποταμοῦ μὲν ἀπέχουσα σταδίους δέκα, τῆς θαλάττης δ' ἑξήκοντα. *Prope fluvium Aoum legibus optimis temperata, condita a Corinthiis & Corcyrais, diſſita a flumine ſtadiis* 10, *a mari* 60. Strab. VII. p. 219. Plura qui voluerit, evolvat *Palmer. Græc. Ant.* I. 27.

18. Studiis vacavit. Dio. Οὗτος δὴ ὁ Ὀκταούιος ἔτυχε μὲν τότε ἐν τῇ Ἀπολλωνίᾳ ἐπὶ παιδείᾳ. *Proinde is Octavius Apollonia diſciplina capienda ergo morabatur.* Paterc. II. 59. 4. *Pacatis bellis civilibus ad erudiendum liberalibus diſciplinis ſingularis indolem juvenis Apolloniam eum in ſtudia miſerat, mox belli Getici, ac deinde Parthici habiturus commilitonem.* Studiorum cauſa Apollodorum Pergamenum Apolloniam ſecum duxerat. Noſt. 89. 1. & Athenodorum philoſophum Tarſenſem. Suidas: Ἀθηνόδωρος Στωϊκὸς φιλόσοφος περὶ Ὀκταουιανοῦ βασιλέως Ῥωμαίων. Lucian. *infr.* 89. 1. §. 3. & ſimul rem militarem addiſceret. Unde & alas equitum, cum quibus exerceretur, e Macedonia viciſſim commeaſſe dicit Appian. B. C. III. p. 531. Ἀσκεῖσθαι τὰ πολέμια ἐπέμπετο ὑπὸ τοῦ Καίσαρος, ὡς ἐς τοὺς πολεμίους ἑψόμενος αὐτῷ, καὶ αὐτὸν ἐν τῇ Ἀπολλωνίᾳ ἱππέων ἶλαι παραλλὰξ ἐκ Μακεδονίας ἐπιοῦσαι συνεγύμναζον.

19. Occisum Cæſarem Octavio annuntiatum eſt circa veſperam, ſexto menſe poſtquam Apolloniam venerat: Ἕκτον δ' ἔχοντι μῆνα ἐν τῇ Ἀπολλωνίᾳ, ἀγγέλλεται περὶ ἑσπέραν ὁ Καῖσαρ ἀνῃρημένος. *Appian. B. C.* III. *p.* 531.

20. Comperit Brundiſii. *Paterc.* II. 59. 5. *Obſeq. c.* 118. *Dio* XLV. *p.* 271. *C. Appian. B. C.* III. *p.* 532.

21. Proximas legiones. Paterculus: *Cum protinus ex vicinis legionibus centuriones ſuam, ſuorumque militum operam, ei pollicerentur, neque eam ſpernendam Salvidienus & Agrippa* dicerent. Macedonicas fuiſſe monet Appian. p. 532. Ἐφ' οἷς οἱ φίλοι ἐκ Ῥώμης ὑπετίθεντο ταῦτα, οἳ οἱ μὲν ἐς φυλακὴν τοῦ σώματος αὐτοῦ ἠξίουν ἐπὶ τὸν ἐν Μακεδονίᾳ στρατὸν καταφυγεῖν. *Sic haſitanti Romani amici ſuadebant, ut ad legiones in Macedoniam ſecuritatis cauſa confugeret.*

22. Immaturum *conſilium* dicit etiam Liv. XXII. 38. *Conſilia ante tempus immatura non precepturum.* Illud ſimili tranſlatione *incoctum* dicit Plaut. Milit. II. 2. 53.

Quidquid eſt, incoctum non expromit, bene coctum dabit.

ut obſervant *Gatak. de ſtyl. N. T. c,* 3. & ad hunc locum *Caſaubonus.*

23. Urbem *cum intraret, ſolis orbis ſuper caput ejus, curvatus æqualiter rotundatusque, in colorem arcus, veluti coronam tanti mox viri capiti imponens conſpectus eſt.* Paterc. II. 59. 6. Unde irim, ſed perperam, quia *varii coloris circulum* duntaxat fuiſſe dicam *infr.* 95. 1. §. 4. hiſce dicit Dio XLV. p. 272. A. Ἐς γὰρ τὴν Ῥώμην ἐσιόντος αὐτοῦ, ἶρις πάντα τὸν ἥλιον πολλὴ καὶ ποικίλη περιέσχεν.

24. Adiit I. ſuſcepit. Ita Tryphon. Digeſt. XXVIII. 2. 28. §. 3. *aditus eſt ad hareditatem* I. adiri hæreditas poteſt. Noſt. *Tib.* 6. 4. V. & *Cujac. Obſerv.* VII. 18. Apud prætorem urbanum quomodo hoc factum ſit, dixi *Caſ.* 83. 4. §. 20. Illam vero ſe *aditurum*, Brundiſii cum hæreret, conſtituerat. Unde ibi hæreditatem *adiiſſe*, & nomen Cæſaris aſſumpſiſſe dicit Dio XLV. p. 271. C. Ἀλλὰ τό τε ὄνομα τοῦ Καίσαρος παραχρῆμα ἀνέλαβε, καὶ τοῦ κλήρου αὐτοῦ ἐνεδέξατο, & *ſe in Juliam gentem adſciviſſe* Obſeq. c. 128.

25. Mater & *vitricus* ab Urbe ſcripſerunt ei, ne nimis extolleretur hujuſmodi pollicitis, neve quidquam tentaret audacius: memor quomodo Cæſar ſuperatis omnibus inimicis per amicos oppreſſus ſit: tutius fore ſi intra privatam conditionem ad tempus ſe contineat, & ad Urbem conſerat cum amicorum cohorte. Ἡ δὲ μήτηρ καὶ Φίλιππος ὃς εἶχεν αὐτὴν, ἀπὸ Ῥώμης ἔγραφον, μήτε ἐπαίρεσθαι, μήτε θαρρεῖν πω, μεμνημένον ὅτι Καῖσαρ ὁ πάντων ἐχθρῶν κρατήσας ὑπὸ τῶν φιλτάτων μάλιστα πάθοι· τὰ δ' ἰδιωτικώτερα, ὡς ἐν τοῖς παροῦσιν ἀκινδυνότερα αἱρεῖσθαι μᾶλλον, καὶ πρὸς σφᾶς εἰς Ῥώμην ἐπείγεσθαι φυλαττόμενον. *Appian. B. C.* III. *p.* 532. Illis enim *non placuit adiri nomen invidioſa fortuna Cæſaris.* Paterc. II. 60. 1. Reſpondit vero illis Achillis verbis ad Thetidem:

Αὐτίκα τεθναίην, ἐπεὶ οὐκ ἄρ' ἔμελλον ἑταίρῳ

7 conſulari [27] multum diſſuadente. Atque ab eo tempore exercitibus comparatis, primum cum M. Antonio, Marcoque Lepido, dein tantum cum Antonio per duodecim fere annos [28], noviſſime per quatuor & quadraginta ſolus Rempublicam tenuit [29].

Κτινοιῶν ἐχαμόνα.
Diſperéam caſi ni jam fuero ultor amici.
Appian. p. 534.

* 26. MARCIO PHILIPPO, cui Atia Auguſti mater defuncto priore marito Octavio nupſerat. Hunc *Marcium* vocat noſter etiam *infr.* 29. 13. *Lucium* Dio XLV. p. 269. Ἐτράφη παρά τε τῇ μητρὶ καὶ παρὰ τῷ ἀνδρὶ δευτέρῳ αὐτῆς Λυκίῳ Φιλίππῳ. *Educatus eſt apud matrem, & alterum matris maritum Lucium Philippum.*

27. CONSUL fuit Marcius Philippus anno ab U: C. 697, ut docent qui faſtos conſcripſerunt, *Panvinius, Sigonius, Pighius.*

28. PER DUODECIM FERE ANNOS, tribus n. demptis menſibus: ex a. d. v. Kal. Decemb. anno ab U. C. 711. ad a. d. III. Non. Septemb. a. 723. V. *Caſaubonum.*

29. TENUIT I. occupavit, ſolus imperavit. Sæpius Cicero. Noſt. *Tit.* 5. 1.

CAPUT IX.

ARG. *Per ſpecies, qui vixerit, & bella civilia quinque geſſiſſe, dicitur Octavius Cæſar Auguſtus.*

1 Propoſita vitæ ejus velut ſumma, partes ſingillatim [1], neque per tempora [2], ſed
2 per ſpecies exſequar [3]: quo diſtinctius demonſtrari cognoſcique poſſint. Bella civilia [4] quinque geſſit: Mutinenſe [5], Philippenſe [6], Peruſinum [7], Siculum [8],
3 Actiacum [9]. Ex quibus primum, ac noviſſimum adverſus M. Antonium: ſecundum adverſum Brutum & Caſſium: tertium adverſum L. Antonium triumviri fratrem: quartum adverſus Sextum Pompejum Cn. filium.

SINGILLATIM, & ita ſolent ſcriptores. Flor. II. 19. 5. *Quæ etſi involuta inter ſe ſunt omnia atque confuſa: tamen quo melius appareant, ſimul & ne ſcelera virtutibus obſtrepant, ſeparatim proferentur.*

2. PER TEMPORA EXSEQUI I. juxta ſeriem *temporis* narrare, ut quæque hoc vel illo anno ſint geſta. *Reddere quæque ſuis temporibus*, ut loquitur Curt. V. I. I.

3. PER SPECIES EXSEQUI I. ſecundum actiones & genera narrare ſtatum, ac conditionem vitæ. Sic cum narramus, quæ quis publice, quæ privatim, quæ fortiter, quæ moderate, quæ ſerio, quæ jocoſe egerit, non obſervato annorum ordine. Paterc. I. II. I. *Facilius cujuſque rei in unum contracta ſpecies, quam diviſa temporibus, oculis animiſque inhæret.*

4. BELLA CIVILIA Auguſti in brevi quaſi tabella exhibet Ovid. Met. XV. 822.

Illius auſpiciis obſeſſa mœnia pacem
Victa petent Mutina: Pharſalia ſentiet illum,
Æmathiaque iterum madefacti cæde Philippi:
Et Magnum Siculis nomen ſuperabitur undis:.
Romanique ducis conjux Ægyptia tædæ
Non bene fiſa cadet: fruſtraque erit illa minata,
Servitura ſuo Capitolia noſtra Canopo.

Recenſet etiam Serv. in Virg. Ecl. IV. 13. Æneid. VI. 832.

5. MUTINENSE ad Mutinam contra M. Antonium geſtum. V. c. 10.

6. PHILIPPENSE ad Philippos adverſus Brutum & Caſſium. V. c. 13.

7. PERUSINUM ad Peruſiam adverſus L. Antonium V. c. 14. 15.

8. SICULUM ad Pelorum Siciliæ promontorium adverſus S. Pompejum V. c. 16.

9. ACTIACUM ad Actium Epiri promontorium adverſus M. Antonium V. c. 17.

CAPUT X.

ARG. *Avunculi necem vindicare, Brutum Caſſiumque deferre ſtatuit, ludos edit, & M. Antonium duobus præliis fundit Octavius Cæſar Auguſtus.*

1 Omnium bellorum initium & cauſam hinc ſumpſit, nihil convenientius ducens,
2 quam necem avunculi [1] vindicare [2], tuerique [3] acta [4]. Confeſtim ut Apollonia

AVUNCULI magni. V. *ſupr.* 7. 4. §. 16.

2. NECEM VINDICARE. Paull. Digeſt. XXXIV. 9. 21. *Omnes hæredes, vel eos, qui loco hæredis ſunt, officioſe agere circa defuncti vindictam convenit.* Ovid. Metam. XV. 820.

cæſique parentis

Nos

Digitized by Google

Ionia rediit, Brutum Caſſiumque, & vi [5], nec opinantes [6], & quia proviſum pe-
riculum ſubterfugerant, legibus aggredi [7], reoſque cædis abſentes deferre [8] ſta-
tuit. Ludos autem victoriæ [9] Cæſaris, non audentibus [10] facere [11], quibus obti- 3
gerat id munus, ipſe edidit [12]. Et quo conſtantius [13] cætera quoque exſequere- 4
tur, in locum tribuni plebis forte demortui [14], candidatum [15] petitorem ſe oſten-
dit [16]: quamquam patricius, necdum ſenator [17]. Sed adverſante conatibus ſuis 5
M. Antonio [18] conſule, quem vel præcipuum adjutorem [19] ſperaverat; ac ne
publi-

Nos in bella ſuos fortiſſimus ulter habebit.

3. Tueri, quia illa *reſcindere conjuratis fuerat animus* Cæſ. 82. 8. ſed fruſtra. Exſtat hæc de illis querela apud Cicer. Attic. xiv. 17. *Nunc quacunque nos commovimus, ad Cæſaris non modo acta, verum etiam cogitata revocamur.*

* 4. Acta dicuntur hoc loco decreta, leges, edicta, cæteræque res geſtæ ab illo, qui togatus in republica, cum poteſtate & imperio verſatus eſt. *Berneggerus.*

5. Vi. Putat *Caſaubonus* Octavium per milites Cæſarianos inſidias ſtruxiſſe illorum vitæ, quo tempore Antii erant, & per Italiam vagi errabant. Romam enim jam antea Antonii, non Octavii metu deſeruerant.

6. Nec opinantes i. præter ſpem & exſpectationem, ἀπροσδοκήτως. Terent. Heaut. i. 2. 12.

Ut hanc lætitiam nec opinanti primus ei objicerem.

Nec pro non poſuerunt veteres. Feſtus. *Nec conjunctionem grammatici fere dicunt eſſe disjunctivam, ut nec legit, nec ſcribit: cum, ſi diligentius inſpiciatur, ut fecit Sinnius Capito, intelligi poſſit eam poſitam eſſe ab antiquis pro non, ut & in duodecim eſt. Aſt ei cuſtes nec eſit. Item ſi adorat furto, quod nec manifeſtum erit. Et apud Plautum in Phaſmate. Nec recte ſi illi dixeris. Et Turpilium in Demetrio. Nec recte dici mihi quod jam dudum audio.*

7. Legibus aggredi i. judicio capitis accuſare. *Legibus* fieri dicitur, quod fit juxta *leges*. Intelligit autem *legem* vel Corneliam de ſicariis, vel Juliam de vi publica, vel Juliam majeſtatis.

8. Deferre i. accuſare. Actor rei *deferebat* nomen, quod judex quæſtionis recipiebat. Cicer. Verr. ii. 38. *Palam de ſella ac tribunali pronuntiat, ſi quis abſentem Sthenium rei capitalis reum facere vellet, ſeſe ejus nomen recepturum.* Mart. xii. 25. 3.

Ecce reum Carus te detulit.

V. & *Pollet. For. Rom.* iv. 7.

* 9. Victoriæ in Hiſpania Pompeji liberis devictis ablatæ. Hujus nuntius pridie Paliliorum Romam allatus eſt. Ea re inſtitutum eſt, ut Palilibus ludi in circo & ſacra fierent, licet ordinario Paliliorum die editi non fuerint, ſed aliquantum dilati. Prius docet Dio xliii. 234. D. Τῶν Παριλίων ἱπποδρομία ἀθανάτων διὰ τὴν τοῦ Καίσαρος νίκην, ὅτι ἡ ἀγγελία αὐτῆς τῇ προτεραίᾳ πρὸς ἑσπέραν ἀφίκετο, ἐτέθη. Poſterius xlv. p. 273. A. Ἐν ὀλιγωρίᾳ, ὥσπερ που καὶ τὴν τῶν Παριλίων ἱπποδρομίαν, ἐποιοῦντο. *Berneggerus.*

* 10. Non audentibus. V. illos ſupr. Cæſ. 88. 2. §. 4.

11. Facere dicitur de iis, qui ſpectacula edunt. Phædr. v. 6. 5: 8. 16.

Facturus ludos quidam dives nobilis.

Noſt. 43. 1. & 2. *Cal.* 18. 3. *Claud.* 21. 3.

* 12. Edidit tanquam ad ſe ratione generis pertinentes. Dio *ſupr.* Cæſ. Jul. 88. 2. §. 4. *Edidit* illos Matio & Poſtumio curantibus. Cicer. Fam. xi. 28. *Ludos, quos Cæſaris victoriæ Cæſar adoleſcens fecit, curavi.* Attic. xv. 2. *De Octavii concione idem ſentio quod tu: ludorumque ejus apparatus, & Matius & Poſtumius procuratores non placent.*

* 13. Constantius i. majore fiducia, intrepide. Tertull. de Pat. c. 2. *Parum hoc, ſi non etiam proditorem ſecum habuit, nec conſtanter denotavit* i. verecunde magis, quam diſerte ac *confidenter nominavit.* Noſt. Ner. 7. 1.

14. Tribuni plebis demortui, τῶν δὲ δημάρχων τινὸς ἀποθανόντος. Appian. B. C. iii. p. 546. Hunc, ſi modo per Caſaubonum liceret, Helvium Cinnam, de quo ſupr. Cæſ. 85. 1. §. 4. diceret Torrentius perſuaſus a Dion. xlv. p. 272. D.

* 15. Candidatus non in ambitione tantum, ſed etiam in ſacris, in officiis, in diebus ſollennibus eſt cultiori toga indutus. Plaut. Rud. i. 5. 12.

Æquius vos erat candidatas venire.

Caſ. ii. 8. 10.

At candidatus cedit hic maſtigia.

Imo quotieſcunque plebs albata, dubium non eſt, quin lautiores *candidati*, ſeu veſtiti togis, in quas plus albi additum. Hinc *candidatus petitor* eſt *petitor* in toga *candida*. Et *petitorem* ex margine non irrepſit, ut perperam *Torrentius* & *Berneggerus*: nec legendum, *candidatus petitorem*, ut conjicit *Caſaubonus*. *Candidatus* enim, quum ſic appellatur, qui prenſat, vocabulum per ſe adjectivum, & infinitum, τὸ *petitor* neceſſario vult intelligi. V. *Gronov. Obſ.* ii. 24.

16. Ostendit se candidatum. Appianus. Καὶ ὁ δῆμος οἰόμενος αὐτὸν ἐπιθυμεῖν τῆς ἀρχῆς, διὰ τὸ νεώτερον τῆς ἡλικίας οὐ παραγγέλλειν, ἐπενόει ἐν ταῖς χειροτονίαις δήμαρχον ἀποφῆναι τὸν Καίσαρα. *Plebs vero ipſum rata ejus honoris cupidum, quamvis propter immaturam ætatem non profiteretur, volebat ſuis ſuffragiis tribunum declarare Cæſarem.*

17. Quamquam patricius, necdum senator. V. *infr.* 40. 1. §. 3.

18. Adversante M. Antonio. Plutarch. in Anton.

Digitized by Google

publicum [20] quidem, & tranſlatitium [21] jus ulla in re ſibi ſine pactione graviſſimæ mercedis impertiente, ad optimates [22] ſe contulit, quibus eum inviſum ſentiebat, maxime quod D. Brutum [23], obſeſſum Mutinæ [24], provincia [25] a Cæſare data, &
6 per ſenatum [26] confirmata, expellere [27] armis niteretur. Hortantibus itaque non-
7 nullis, percuſſores [28] ei ſubornavit. Hac fraude deprehenſa, periculum invicem me-

p. 922. F. Δημαρχίαν τε γὰρ ἐνέστη μετιόντι, καὶ δίφρον χρυσοῦν τοῦ πατρὸς, ὥσπερ ἐψήφιστο, θέντος, ἠπείλησεν εἰς φυλακὴν ἀπάξειν, εἰ μὴ παύσαιτο δημαγωγῶν. *Nam ambienti tribunatum obſtitit, & ſellam auream patris ex plebiſcito ponenti minitatus eſt, niſi populum deſiſteret ſolicitare, in carcerem ſe eum ducturum.* Appian. B. C. II. p. 546. Προύγραψεν ὡς ὕπατος, μηδένα Καίσαρι ἐγχειρεῖν παρανόμως, ἢ χρήσασθαι κατ' αὐτοῦ παντὶ μέτρῳ τῆς ἐξουσίας. *Propoſuit edictum conſulare, ne cui Cæſar quidquam in manus daret niſi legitime, aut animadverſurum in eum pro poteſtate.* * Unde *monſtroſa malignitate Antonii conſulis multa perpeſſum Cæſarem* dicit Obſeq. c. 128. & ab illo *ſuperbe exceptum* Paterc. II. 60. 3.

19. PRÆCIPUUM ADJUTOREM propter beneficia Cæſaris dictatoris in Antonium collocata, & quia ſe ſemper acerrimum propugnatorem Cæſaris præſtiterat Antonius. Appian. B. C. III. p. 535. Ἐγὼ δὲ πάτερ Ἀντώνιε, πατέρα γὰρ ὑμᾶς σέ μοι δικαιοῦσιν αἵ τε Καίσαρος ἐς σὲ εὐεργεσίαι καὶ ἡ σὴ πρὸς ἐκεῖνον χάρις. *Ego pater Antoni, te enim patrem appellare fas eſt ob Cæſaris erga te merita, tuamque mutuam gratiam.* Plutarch. Anton. p. 922. D. Οὗτος εὐθὺς Ἀντώνιον, ὡς δὴ πατρῷον φίλον, ἀσπασάμενος. *Is* Octavius *ſtatim ut paternum amicum ſalutans Antonium.*

20. PUBLICUM I. quod omnibus patet, quo omnes promiſcue utuntur. Terent. Phorm. II. 3. 65.

An ne hoc quidem adipiſcar ego, quod jus publicum eſt?

Plin. X. 33. *Jam publicum quidem omnium eſt, tabulata ramorum ſuſtinendo nido provide eligere* I. omnibus eſt commune.

21. TRANSLATITIUM, quod eſt valde vulgatum. Latini eo ſenſu *tranſlatitium* uſurpant, quo Græci ἐγκύκλιον. Heſychius. Ἐγκύκλιον τὸ πανταχῆ κυκλοῦν. Et ἔγκυκλα τὰ ἐγκυκλούμενα τῷ βίῳ, καὶ συνήθη. Ad verbum *tranſlatitia*. Hinc ἐγκύκλιοι ἐπιστολαὶ, quæ eadem forma ad plures ſcribuntur. Hinc *tranſlatum* in ſcena Latina, quod in Græca τὸ ἐγκύκλημα, καὶ ἐγκύκληθρον. Val. Max. II. 4. 6. *Tranſlatum antea Pœniceis indutum tunicis M. Scaurus exquiſito genere veſtis cultum induxit.* *Tranſlatum* eſt machina, qua dii in ſcenam aliquid locuturi, aut acturi transferebantur. Ita deos ipſos appellat Valerius. Phædr. V. 8. 24.

Dii ſunt locuti more tranſlatitio.

I. ut ſolent in *tranſlato*. Noll. Ner. 7. 8: 33. 9. V. *Salmaſ. Exerc. Plin. p. 124. a. F. G. b. A. Pigh. in Valerium.* Quamvis aliter hæc explicet *Voſſ. Inſtit. Orat.* IV. 6. 15.

22. OPTIMATES, maxime Ciceronem. Plutarchus Antonio. Ἐπεὶ μέντοι Κικέρωνι δοὺς ἑαυτὸν ὁ νεανίας, καὶ τοῖς ἄλλοις, ὅσοι τὸν Ἀντώνιον ἐμίσουν, δι' ἐκείνων μὲν ᾠκειοῦτο τῇ βουλῇ. *Ut vero Ciceroni ſe adoleſcens, & aliis, qui oderant Antonium, dedidit, illorum opera commendatus eſt ſenatui.* Dio XLV. p. 277. D. Διὰ γὰρ τὸ πρὸς αὐτὸν ἔχθος, σφοδρότατον ὑπάρχον, τόν τε Καίσαρα ἐθεράπευε, καὶ πᾶν ὅ,τι περ ἐδύνατο καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ, τούτῳ τι ἐβοήθει. Cicero *quum infenſiſſimus eſſet Antonio, Cæſari ſtudebat, omnique & oratione & actione pro viribus Cæſarem juvabat.*

23. D. BRUTUM, licet Cæſaris percuſſorum principem, ſibi ſocium eſſe voluit Octavius, licet & illum, æque ac Antonium odio haberet, quia utrumque ſimul oppugnare non poterat, & verebatur, ne, ſi hoc conaretur, illos inter ſe conjungeret, bellumque adverſus ambos gerendum haberet, haud ignarus ſe eum, ſi nunc ejus auxilio præſens negotium obtinuiſſet, in poſterum facile debellare poſſe. V. fuſius hæc narrantem *Dionem*.

24. MUTINA, vulgo nunc *Modona* & *Modena*. Cluver. Ital. I. 28. 5. Hanc, *ut petenti Ciſalpinam Galliam Antonio obſiſteret, cum exercitu occupavit D. Brutus.* Liv. Epit. 117. Appian. B. C. III. p. 558. quem illic obſedit Antonius, quod is unus ex percuſſoribus Cæſaris eſſet; hoc enim prætexebat: vera autem cauſa erat, quod Gallia Brutus ei cedere nolebat. Ἐπολιόρκει μὲν ὁ Ἀντώνιος τὸν Δέκιμον ἐν τῇ Μουτίνῃ ὄντα, ὡς μὲν τἀκριβὲς εἰπεῖν, ὅτι δὲ παρῄνει αὐτῷ τὴν Γαλατίαν. Dio XLVI. *p.* 314. *A.*

25. PROVINCIAM Galliam Ciſalpinam Bruto dederat Cæſar Julius transmiſſurus in Africam contra Catonem & Scipionem: Μέλλων δὲ διαβαίνειν εἰς Λιβύην Καῖσαρ ἐπὶ Κάτωνα καὶ Σκιπίωνα, Βρούτῳ τὴν ἐντὸς Ἄλπεων Γαλατίαν ἐπέτρεψε. *Plutarch. Brut. p.* 986. *E.*

26. SENATUS hanc provinciam Bruto confirmaverat ſentiens Antonii inſidias, & quidam ex hoc ordine privatim ſcripſerunt illi, ut conſtanter retineret provinciam, augeret exercitum, pecunias colligeret, ne forte vim inferret Antonius: Ἰδίᾳ τε αὐτῶν οἱ δυνατοὶ ἐπέστελλον τῷ Δεκίμῳ τῆς ἀρχῆς ἐγκρατῶς ἔχεσθαι, καὶ στρατὸν ἄλλον, καὶ χρήματα ἀγείρειν, εἰ πρὸς Ἀντώνιον βιάζοιτο. *Appian. B. C.* III. p. 543.

27. EXPELLERE μετὰ τῶν στρατευμάτων ἐς τὴν Ἀπολλωνίαν προπεμφθέντων. *Cum exercitu, qui Apolloniam fuerat præmiſſus.* Dio XLV. p. 274. D. In illum finem ad plebem converſus, plebiſcito ſibi illam dandam curaverat: Ὁ δὲ ἀντὶ μὲν τῆς βουλῆς ἐπῆγε τὸν δῆμον αἰτῆσαι νόμῳ τὴν Κελτικήν. *Appianus.* Petebat vero illam Antonius, utpote militibus & pecuniis inſtructiſſimam: ὡς καὶ ἰσχυροτάτην καὶ τοῖς στρατιώταις καὶ τοῖς χρήμασιν οὖσαν. *Dio.*

28. PER-

metuens [29], veteranos [30] ſimul, in ſuum ac reipublicæ auxilium, quanta potuit
largitione [31] contraxit. Juſſuſque [32] comparato exercitui pro prætore præeſſe [33], 8
& cum Hirtio ac Panſa [34], qui conſulatum acceperant, D. Bruto [35] opem ferre,
demandatum bellum tertio menſe confecit duobus præliis. Priore Antonius eum 9
fugiſſe ſcribit, ac ſine paludamento equoque poſt biduum demum apparuiſſe [36].
Sequenti ſatis conſtat non modo ducis, ſed etiam militis [37] functum munere: at- 10
que

28. PERCUSSORES Antonio ſubornaſſe Octavium, videtur dicere Cicer. Fam. XII. 23. *Perſcriberem in primis Cæſaris Octaviani conatum: de quo multitudini fictum ab Antonio crimen videtur, ut in pecuniam adoleſcentis impetum faceret. Prudentes autem, & boni viri & credunt factum & probant:* & plane affirmat Senec. de Clem. I. 9. *Divus Auguſtus cum hoc ætatis eſſet, quod tu nunc es, duodeviceſimum egreſſus annum, jam pugiones in ſinum amicorum abſconderat, jam inſidiis M. Antonii conſulis latus petierat*, pernegat tamen Paterc. II. 60. 3. *Mox etiam, velut inſidiis ejus petitus, ſceleſte etiam inſimulare cœpit: in quo turpiter deprehenſa ejus vanitas eſt.* V. *Caſaubonum.*

29. PERICULUM METUENS. Paterc. II. 60. 5. *C. Cæſar juvenis quotidianis petebatur inſidiis.*

30. VETERANOS. Cicer. Phil. V. 16. *Cæſar annis multis minor* Pompejo *veteranos, cupientes jam requieſcere, armavit.* Paterc. II. 61. 2. *Primum a Calatia, mox a Caſilino veteranos excivit paternos.* Dio XLV. p. 276. A. Αὐτὸς δὲ μέχρι Καμπανίας ἐλθὼν, πλῆθος ἀνδρῶν ἐκ τῆς Καπύης μάλιστα, ἅτε καὶ παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ὃν τιμωρεῖν ἔλεγε, τήν τε χώραν καὶ τὴν πόλιν εἰληφότων, ἤθροισεν. Ἐκ τούτων δὲ δὴ τῶν ἀνδρῶν καὶ τὸ τῶν ἠυοκάτων ἢ ἐυοκάτων σύστημα, ὡς ἀνακλήτους ἄν τις ἑλληνίσας, ὅτι πεπαυμένοι τῆς στρατείας, ἐπ' αὐτὴν αὖθις ἀνεκλήθησαν, ὀνομάσειεν, ἐνομίσθη. *Ipſe in Campaniam uſque progreſſus, magnam manum, ex Capua præſertim, quod hi a patre ipſius, quem ulciſci ſe dicebat, illam regionem & urbem accepiſſent, contraxit. Et ex his viris orta tunc evocatorum, aut vocatorum appellata legio, quos anacletos Græce quis dixerit, quod dimiſſi a militia rurſus ad eam vocati fuerint, in uſu eſſe cœpit.* Paterculus. *Quorum exemplum ſecuti alii, brevi in formam juſti coiere exercitus. Mox cum Antonius occurriſſet exercitui, quem ex tranſmarinis provinciis Brundiſium venire juſſerat, legio Martia & Quarta, cognita & ſenatus voluntate, & tanti juvenis indole, ſublatis ſignis ad Cæſarem ſe contulerunt.* Legiones has hac de re *divinas & cœleſtes* appellat *Cicer. Phil.* XV. II. V. & *Appian. B. C.* III. *p.* 556. *Dion.* XLV. *p.* 276. D.

31. QUANTA POTUIT LARGITIONE. Dio: Ὑπισχνεῖτό τε σφίσι πολλὰ, καὶ ἔδωκεν εὐθὺς τότε πεντακοσίας δραχμάς. Cicer. Attic. XVI. 8. *Magna molitur* Octavianus: *veteranos, quique Caſilini, & Calatiæ ſunt, perduxit ad ſuam ſententiam. Nec mirum: quingenos denarios dat.*

32. JUSSUS EST annitente Cicerone. Plutarch. Anton. p. 923. A. Τῶν δὲ ἐν τῇ πόλει Κικέρων μέγιστον δυνάμενος, καὶ παροξύνων ἐπὶ τὸν Ἀντώνιον ἅπαντας ἀνθρώπους, τέλος ἔπεισε τὴν βουλὴν ἐκεῖνον μὲν πολέμιον ψηφίσασθαι, Καίσαρι δὲ ῥαβδουχίας πέμψαι καὶ στρατηγικὰ κόσμια. *In Urbe Cicero plurimum pollens, omneſque homines concitans in Antonium, tandem ſenatum perpulit, ut hoſtem illum judicaret, Cæſari lictores & inſignia prætoria decerneret.* V. illum *Philip.* V. 16. & 17.

33. EXERCITUI PRO PRÆTORE PRÆESSE. Appian. B. C. III. p. 557. Τῷ Καίσαρι δ' ὁ στρατὸς πελέκεάς τε καὶ ῥαβδοφόρους ἐσκευασμένους προσαγαγόντες, ἠξίουν ἑαυτὸν ἀντιστράτηγον ἀποφῆναι. *Cæſari autem exercitus ſecures cum lictoribus obtulit, rogans ut vellet eſſe proprætor.*

34. A. HIRTIUS ET CAJUS VIBIUS PANSA non *deſignati* erant conſules, ut illos perperam vocat *Paterc.* II. 61. 4. ſed *conſulatum* jam *ſuſceperant*, ut recte noſter, iiſdem n. Kalendis Januariis, quibus decretum fuit, ut cum Hirtio & Panſa pari imperio iis, quas tum habebat, copiis, præeſſet Octavius. V. Appian. B. C. III. p. 558. & 559. Fuerunt hi coſſ. anno ab U. C. 710. V. Pigh. Ann. III. p. 471.

35. D. BRUTO, qui jam fame laborabat. Appian. B. C. III. p. 568. Παρελθόντος δὲ τοῦ χειμῶνος ἤδη, Δέκιμος μὲν ἔκαμνεν ὑπὸ λιμοῦ. Ideoque metuebat Cæſar, ne aut vi expugnaretur, aut penuria ad deditionem compelleretur. Dio XLVI. p. 315. A. Δείσας οὖν ὁ Καῖσαρ μὴ καὶ βίᾳ ἁλῷ, ἢ καὶ ἀπορίᾳ τῶν ἐπιτηδείων ὁμολογήσῃ.

36. SINE PALUDAMENTO APPARUISSE, quod ἥττης & turpis fugæ argumentum. In ſummo enim periculo aut fuga *paludamenta*, & omnia honoris inſignia ponere duces ſunt ſoliti. Cæſ. B. C. III. 96. 3. *Pompeius jam cum intra vallum noſtri verſarentur, equum nactus, detractis inſignibus imperatoriis, decumana porta ſe ex caſtris ejecit.* V. *Caſaubonum* & *Freinsh. Flor.* I. 18. 7.

37. DUCIS ET MILITIS.... Salluſt. Catil. c. 60. *Catilina ſtrenui militis, & boni imperatoris officia ſimul exſequebatur.* Eſt vero *ducis* bene conſulere, *militis* corporis robore ſtrenue facere. Onoſand. Strateg. c. 33. Στρατηγοῦ γνώμη πλεῖον ἰσχύει ῥώμης. Σώματος μὲν γὰρ ἀνδρίᾳ δρᾶσαί τι μέγα καὶ στρατιώτης δύναται· γνώμης δὲ προμηθείᾳ βουλεῦσαί τι κρεῖττον, οὐκ ἄλλος. *Imperatoris prudentia plus valet robore. Corporis enim robore ſtrenue quid facere quilibet miles poteſt; mentis autem prudentia bene conſulere, non alius.* Marcellin. XXV. 4. *Corporis munus a milite, ab imperatore vero animi poſcitur.* V. etiam Curt. VII. 2. 33. §. 63.

38. SUAM

que in media dimicatione, aquilifero legionis ſuæ [38] graviter ſaucio, aquilam humeris ſubiiſſe [39], diuque portaſſe.

38. SUAM, quam ante collegerat, quam ad eum Martia & Quarta transſugerent, & quam evocatorum legionem appellavit Dio XXVIII. vocari putat *Torrentius.*

39. SUBISSE HUMERIS I. in *humeros* impoſuiſſe. Virg. Æn. 11. 708.

Ipſe ſubibo humeris.

Mirum hoc *Caſaubono* eſt viſum: quod ſcilicet & ſigna militaria eſſent tanti ponderis, ut iis portandis vix valentiſſimi *humeri* ſufficerent: & Octavius nec ætate ea tum fuerit, nec lacertis illis, ut ſine maximo conatu par oneri eſſe poſſet, maxime cum & ipſe *cruentus & ſaucius* fuerit, ut narrat Flor. IV. 4. 5. Adducit Herodian. IV. 7. §. 12. qui ut arduum & rarum notat, quod bajulandis interdum ſignis, dum ſe militibus ſuis per omnia vult facere æqualem, ſuffecerit Caracalla: Ἔστι δ᾽ ὅτι καὶ τὰ τῶν ϛρατοπέδων σύμβολα, ἐπιμήκη ὄντα, καὶ χρυσοῖς ἀναθήμασι πολλοῖς κεκοσμημένα, μόλις ὑπὸ τῶν γενναιοτάτων ϛρατιωτῶν φερόμενα, ἐπιθεὶς τοῖς ὤμοις ἔφερεν αὐτός: *Aliquando etiam ſigna militaria quæ & prælonga ſunt, & multis donariis aureis ornata, ut illa vix validiſſimi geſtent milites, ipſe humeris impoſita ferebat.* * Sed, quod recte monet *Ferrar. Elect.* I. 4. diſcrimen fuit inter aquilam & ſigna cohortium. Aquila, ut diximus *ſupr.* Jul. 62. §. 3. argentea, modica, haſtæque oblongæ impoſita, ut conſpici ab univerſa legione poſſet. Signa cohortium, præcipue Herodiani ætate, habebant imagines Imperatorum ex auro, aut argento, & alia præterea ornamenta, & ideo gravia, & difficilia portatu.

CAPUT XL

ARG. *Panſæ vulneri opera medici venenum indidiſſe, & Hirtium manu ſua interemiſſe dicitur Octavius Cæſar Auguſtus.*

1 Hoc bello cum Hirtius [1] in acie [2], Panſa paullo poſt ex vulnere [3] periiſſent, rumor increbruit, ambos opera ejus occiſos [4]: ut Antonio fugato [5], Republi-
2 ca conſulibus orbata [6], ſolus victores exercitus occuparet. Panſæ quidem adeo ſuſpecta mors fuit, ut Glyco [7] medicus cuſtoditus ſit, quaſi venenum vulneri
3 indidiſſet [8]. Adjicit his Aquilius Niger, alterum e conſulibus Hirtium, in pugnæ tumultu ab ipſo interemptum [9].

HIRTIUS & PANSA. Horum annum ſine illorum nominibus notant Tibull. III. 5. 9. & Ovid. Triſt. IV. 10. 6.

Cum cecidit fato conſul uterque pari.

2. IN ACIE. Appian. B. C. III. p. 572. Ἵρτιος δὲ καὶ ἐς τὸ ϛρατόπεδον ἐνήλατο τοῦ Ἀντωνίου, καὶ περὶ τὴν ϛρατηγίδα σκηνὴν μαχόμενος ἔπεσε. *Hirtius etiam in Antonii caſtra irrupit, & circa prætorium pugnans cecidit.*

3. EX VULNERE, quod *in mortem vulnerari* eſt *Obſeq. c.* 129. Ἐπὶ τὸν Οὐίβιον ἀπὸ Βονωνίας προσιόντα λαθὼν νυκτὸς ἀπῆρε, καὶ αὐτόν τε ἐνεδρεύσας κατέτρωσε. *In Vibium Bononia tum procedentem clam de nocte profectus eſt* Antonius, *eumque inſidiis exceptum vulneravit.* Dio XLVI. p. 316. A. Ὀβελῷ τὴν λαγόνα τρωθεὶς ἐς Βονωνίαν ἐξεφέρετο: *qui veruto per ilia ſauciatus, ex pugna elatus eſt Bononiam.* Appian. B. C. III. p. 571.

4. OPERA EJUS OCCISOS, quod & Dio XLVI. p. 317. A. Ὥστ᾽ αἰτίαν τοῦ θανάτου αὐτῶν πρὸς τὴν τῆς ἀρχῆς διαδοχὴν ἴσχειν. *Ita ut eorum mortis culpa* Cæſari, *tanquam ſucceſſionis cupido, impingeretur,* & Tacit. Ann. I. 10. 2. *Mox, ubi decreto patrum faſces, & jus prætoris invaſeris, cæſis Hirtio & Panſa (ſive hoſtis illos, ſeu Panſam venenum vulneri affuſum, ſui milites Hirtium, & machinator doli Cæſar abſtulerant) utriuſque copias occupaviſſe.* Panſæ tamen moribundi ad Cæſarem oratio, quam narrat Appian. B. C. III. p. 574. 575. Octavium liberare videtur. Utrumque Cæſar ἐπιφανῶς ἔθαπτε, καὶ ἐς Ῥώμην ἔπεμπε μετὰ τιμῆς. *illuſtri & honorato funere in Urbem miſit.* Appian. p. 575.

5. FUGATO, *turpi* enim *ac nuda fuga Italiam deſerere eſt coactus.* Paterc. II. 61. 4. Unde Macrob. Sat. II. 2. 5. *Poſt Mutinenſem fugam quærentibus quid ageret Antonius, reſpondiſſe familiaris ejus ferebatur: quod canis in Ægypto, bibit & fugit.*

* 6. CONSULIBUS ORBATA I. privata ceu parentibus, quorum inſtar *Conſules* ſunt reipublicæ. Nam hoc proprie eſt orbari. Unde *Conſulem* qui interficit, parricida eſt.

7. GLYCO medicus fuit Panſæ. Hunc Ciceroni excuſat & commendat Brutus Epiſt. Cicer. ad Brut. 6. *Tibi Glycona medicum Panſæ diligentiſſime commendo. Audimus eum veniſſe in ſuſpicionem Torquato de morte Panſæ, cuſtodirique ut parricidam. Nihil minus credendum eſt: quis enim majorem calamitatem morte Panſæ accepit? Præterea eſt modeſtus homo, & frugi, quem ne utilitas quidem videatur impulſura fuiſſe ad facinus.*

* 8. VULNERI INDIDISSET. Noſt. Cal. 55. 5. *in plagam addidiſſet.*

9. AB IPSO INTEREMPTUM. Forte, quia cadenti Hirtio

Hirtio primus adfuiſſe dicitur. Appian. B. C. III. p. 572. Ἵρτιος μαχόμενος ἔπεσε, καὶ αὐτοῦ τὸ σῶμα ὁ Καῖσαρ ἐκδραμὼν ἀνείλετο. *Hirtius pugnans cecidit, & Cæſar accurrens corpus ſuſtulit.*

CAPUT XII.

ARG. *Optimatium cauſam deſerit, & Nurſiones grandi pecunia multates oppido extorres agit Octavius Cæſar Auguſtus.*

Sed ut cognovit, Antonium poſt fugam a M. Lepido [1] receptum, cæteroſque 1
duces, & exercitus conſentire [2] pro patribus [3], cauſam optimatium ſine cunctatione deſeruit [4]: ad prætextum mutatæ voluntatis dicta factaque [5] quorundam calumniatus [6], quaſi alii *ſe puerum* [7], alii *ornandum* [8] *tollendumque* [9] *jactaſſent* [10]: ne aut ſibi, aut veteranis [11] par gratia referretur. Et quo magis pœnitentiam prioris ſe- 2
ctæ approbaret [12], Nurſiones [13] grandi pecunia [14], & quam pendere [15] nequirent,

A LEPIDO qui receptus fuerit Antonius, narrat Paterc. II. 63. 1. *Interim Antonius, fuga tranſgreſſus Alpes, primo per colloquia repulſus a M. Lepido, qui Pontifex Maximus in C. Cæſaris locum furto creatus, decreta ſibi Hiſpania, adhuc in Gallia morabatur: mox ſæpius in conſpectum veniens militum, cum & Lepido omnes imperatores forent meliores, & multis Antonius, dum erat ſobrius; per averſa caſtrorum proruto vallo militibus receptus eſt:* narrat ſed fuſius *Plutarch. Anton. p.* 923.

2. DUCES CONSENTIRE, diu dubios fuiſſe dicit Paterc. II. 63. 3. *Plancus deinde dubia, id eſt, ſua fide, diu quarum eſſet partium ſecum luctatus, ac ſibi difficile conſentiens, & nunc adjutor D. Bruti, deſignati conſulis, collegæ ſui, ſenatuique ſe literis venditans, mox ejuſdem proditor; Aſinius autem Pollio, firmus propoſito, & Julianis partibus fidus, Pompejanis adverſus; uterque exercitus tradidere Antonio.*

3. PATRIBUS i. optimatibus, cauſa ſenatus, quam defenderat Pompejus. Paterc. II. 62. 1. *Omnia ante, quam fugaretur Antonius, honorifice a ſenatu in Cæſarem, exercitumque ejus decreta ſunt: ſed, ut receſſit metus, erupit voluntas, protinuſque Pompejanis partibus rediit animus.* 65. 1. *Cum Antonius & ſubinde Cæſarem admoneret, quam inimica ipſi Pompejana partes forent; & in quod jam emerſiſſent faſtigium.* V. tamen *Pith. Adverſ.* II. 7. & *Caſaubonum.*

4. CAUSAM OPTIMATIUM DESERUIT i. a Cicerone deſcivit, & *cauſam* ſenatorum, quæ ad libertatem aſſerendam ſpectabat, deſerens Antonio reconciliatus eſt. V. *Beroaldum.*

5. FACTA, quia *Bruto Caſſioque provinciæ, quas jam ipſi ſine ullo S. C. occupaverant, decretæ: laudati, quicunque his ſe exercitus tradidiſſent: omnia tranſmarina imperia eorum commiſſa arbitrio.* Paterc. II. 62. 2. Dio XLVI. p. [illegible]7. D. E.

6. CALUMNIATUS i. ſiniſtre, malitioſe interpretatus. Phædr. I. 1. 5.

Calumniari ſi quis autem voluerit.

Noſt. *Tib.* 53. 3. Recte vero & dextre facta & dicta illa interpretatus eſt Octavius; nam cum Pompejanis honores, de quibus §. 5. haberentur, ejus *adeo nulla habita mentio, ut legati, qui ad exercitum ejus miſſi erant, juberentur ſummoto eo milites alloqui.* Paterc. II. 62. 5.

7. PUERUM *ne quis Octavianum Auguſtum diceret; ne majeſtas tanti imperii minueretur, decreverat ſenatus.* Serv. Ecl. I. 44. Ita tamen vulgo illum Romæ appellabant. Dio XLVI. p. 318. D. Καὶ παῖδα, ἅπερ που διεθρύλλουν, ὄντα. Ipſe Cicero ſcribens Attic. XVI. 15. *Quamquam enim poſſet in præſentia belle iſte puer retundere Antonium.* Hoc vero ægerrime tuliſſe prodit Dio: Ἐκεῖνος δὲ ἐπί τε τοῖς ἄλλοις, καὶ ἐπ' αὐτῷ τούτῳ, ὅτι παῖς ἤκουε, δεινῶς ἀγανακτῶν οὐκέτ' ἐπαναβολὰς ἐποιήσατο. *Cæterum is cum alia indigne ferens, tum id indigniſſime, quod puer vocaretur, omnem moram amputavit.*

8. ORNANDUM i. honores aliquos illi tribuendos. Reſpexit vero Cicero vel ad *ornamenta* in mortem pugnantium gladiatorum, vel ad victimas, antequam occiderentur, *ornari* ſolitas.

9. TOLLENDUM. Paterc. II. 62. 6. *Hoc eſt illud tempus, quo Cicero, inſito amore Pompejanarum partium, Cæſarem laudandum & tollendum cenſebat: cum aliud diceret, aliud intelligi vellet.* *Tollere* enim eſt vel laudibus, honoribus extollere, vel e medio tollere & interficere. Quomodo interpretatus eſt ipſe Auguſtus. Ita enim Brutus Ciceroni Fam. XI. 20. *Cæſarem nihil ſane de te queſtum, niſi dictum, quod diceret te dixiſſe laudandum adoleſcentem, ornandum, tollendum; ſe non eſſe commiſſurum, ut tolli poſſit.*

* 10. JACTASSENT i. ſubinde dixiſſent. Jactare, ſermonem cædere, fabulari. Petron. c. 75. *Dum hæc taliaque jactamus.*

11. VETERANIS, de quibus ſupr. 10. 7. §. 30. Brutus Cicer. Fam. XI. 9. *Veteranos peſſime loqui volebat Labeo me credere, & tibi ab iis inſtare periculum.*

12. POENITENTIAM PRIORIS SECTÆ APPROBARET i. oſtenderet, quam ſe *pæniteret*, quod *priorem ſectam*, ſive optimatium partes ſecutus erat. *Pœnitentia* eſt etiam actio *pænitudinis.* Petron. c. 100. *Aut fallor, aut fortuna communis cœpit redire ad pœnitentiam*

rent, multatos, extorres egit oppido [16] : quod Mutinenſi acie [17] interemptorum civium tumulo [18] publice exſtructo adſcripſerant, *pro libertate eos occubuiſſe* [19].

nitentiam ſuam. V. *Erhard. Symb. in Petron. p.* 657.

13. NURSINI *Umbriæ populi* dicuntur Liv. XXVIII. 45. a *Nurſia* oppido, cujus etiam meminit noſt. *Veſp.* I. 7. & 8. & quam *Ptolemæus* etiam in Umbria, ſed *Plinius* in Sabinis collocant. Diverſitas regionum vicinitati adſcribenda. De illa Virg. Æn. VII. 715.

—— *quos frigida miſit*
Nurſia.

Ubi *in Picenis* eſſe dicit *Servius*. Vulgo nunc *Norſiam*, & *Norciam* dici dicunt *Cluver. Ital.* II. 9. 36. *Merul. Coſm.* II. 4. 24. *Leand. Ital. p.* 141.

14. PECUNIÆ hujus Nurſinis impoſitæ, ut recte obſervat *Caſaubonus*, vera cauſa non fuit alia, quam *pecuniæ* ad militibus largiendum inopia, licet illius, quod dicit Suetonius, prætextum fuerit.

15. PENDERE I. ſolvere. Curt. IX. 7. 14. *Stipendio, quod Arachoſiis utraque natio penſitabat, impoſito.* Quod a pecunia, quæ olim *pendebatur*, tractum eſt.

16. EXTORRES EGIT OPPIDO. Dio XLVIII. p. 365. A. Παμπόλλοις χρήμασιν ἐζημιώθησαν, ὥστε καὶ τὴν πόλιν καὶ τὴν χώραν ἅμα πᾶσαν ἐκλιπεῖν. *Tanta ab eis multa nomine exacta eſt pecunia, ut urbe agroque omni ceſſerint.* Extorrem eleganter deſcribit Scalig. ad Varr. p. 28. *Februi genus, quo torris ardens demergebatur in aquale, quod Græci vocant* χερνίβα. *Idque plurimi erat apud veteres, utpote cum his conſtare vitam humanam crederent. Adeo ut quem vita privari vellent, ei his duobus interdiceretur: eumque vocabant* extorrem, *tanquam torris illius &* χερνίβιον *exſortem.*

17. MUTINENSI ACIE, ſed *Peruſina* dicit hoc accidiſſe *Dio.*

18. TUMULUM hunc fuiſſe xenotaphium, ſive polyandrion affirmat *Meurſ. de Fun. c.* 40. Veteres tales, in quibus peregrinos ſepeliebant, habuiſſe, illoſque in finibus, qui inde ſepultuarii a limitum auctoribus dicuntur, poſuiſſe, & in illos militum in prælio cæſorum corpora in unum contuliſſe certum eſt. Pauſan. *Bœot.* p. 289. Πολυάνδριον δὲ οὐ μακρὰν ἀπὸ τῶν πυλῶν ἐστί· κεῖνται δὲ ὁπόσους κατέλαβεν ἀποθανεῖν Ἀλεξάνδρῳ καὶ Μακεδόσιν ἀντιτεταγμένους. *Non longe a portis commune ſepulcrum exſtat eorum, qui in acie cum Alexandro & Macedonibus confligentes mortem oppetiere.* Ælian. V. H. XII. 21. Καταλιποῦσαι τοὺς νεκροὺς ἐν τῷ πολυανδρίῳ θάψαι: *Relictis mortuis, ut in communi ſepulcro humarentur.* Suidas: Πολυάνδριον, μνῆμα, τάφος, τὸ θρυλλούμενον παρὰ πολλοῖς ξενοτάφιον. *Polyandrion, monumentum, ſepulcrum, a multis vulgo dictum peregrinorum ſepulcrum.*

19. PRO LIBERTATE OCCUBUISSE, ὅτι ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας ἀγωνιζόμενοι ἐτελεύτησαν. *Dio.* Titulos vero, qui, qua de cauſa illic humati interiiſſent, docerent, veteres monumentis adſcripſiſſe docent *Briſſon. de form.* VII. *p.* 692. *Kirchm. de Fun.* III. 20. *Broukh. in Tib.* III. 2.

CAPUT XIII.

ARG. *Cum Antonio & Lepido ſocietatem init, Philippenſe bellum duplici prælio tranſigit, victoria ſucceſſum non moderatur, & veteranos in Italiam reducendos recipit Octavius Cæſar Auguſtus.*

1 Inita cum Antonio & Lepido ſocietate [1], Philippenſe [2] quoque bellum, quamquam invalidus atque æger, duplici prælio tranſegit [3] : quorum priore caſtris
2 exutus [4], vix ad Antonii cornu [5] fuga evaſerat. Nec ſucceſſum victoriæ moderatus eſt

INEUNDÆ SOCIETATIS hujus *conditionem* qui jacta ſit mentio, narrat Paterc. II. 65. I. Ubi illam inierint, dicam infr. 96. I. §. I.

* 2. PHILIPPENSE, quia geſtum in campis *Philippenſibus. Philippos* poſuit Philippus Macedo. Appian. Bell. Civ. IV. p. 650. Φίλιππος ὡς εὐφυὲς ἐπὶ Θρᾶκας χωρίον ὠχύρωσέ τι, καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ Φιλίππους προσεῖπεν. *Philippus ut opportunum adverſus Thracas locum muniit, & de ſuo nomine Philippos dixit.* Geſtum eſt autumno exeunte. Plutarch. Brut. p. 1006. C. Διὰ κοιλότητα τοῦ στρατοπέδου χειμῶνα μοχθηρὸν προσδοκῶντα. Εἰλημένοι γὰρ πρὸς ἕλεσι, καὶ μετὰ τὴν μάχην ὄμβρων φθινοπωρινῶν ἐπιγενομένων, πηλοῦ κατεπίμπλαντο τὰς σκηνάς, καὶ ὕδατος, παραχρῆμα πηγνυμένου διὰ ψῦχος. *Ex caſtrorum concavitate aſperrimam hyemem exſpectabant. Paludibus & jam impliciti, præterea poſt pugnam autumnalibus pluviis copioſi, limo omnia contubernia impleverant, aquaque ex frigore in glaciem denſabatur.* Ann. ab U. C. 711. ſive Æmilio Lepido II. & L. Munatio Planco Coff. ut docet *Pigh. Ann.* III. *p.* 480.

3. INVALIDUS ATQUE ÆGER TRANSEGIT. Et ita Paterc. II. 70. I. *Nam ipſe Cæſar, etiamſi infirmiſſimus valetudine erat, obibat munia ducis, oratus etiam ab Artorio medico, ne in caſtris remaneret, manifeſte denuntiatione quietis territo.* Negat Flor. IV. 6. 10. *Et quamvis duces non eſſent præſentes, quorum alterum corporis ægritudo, illum metus & ignavia ſubduxiſſent.* Negat ipſe in commentariis ſuis apud Appian. B. C. IV. p. 653. Ex hydrope vero laboraſſe dicunt Agrippa & Mæcenas apud Plin. VII. 45. *Philippenſi prælio morbus, fuga, & triduo in palude latebra ægroti: & (ut fatentur Agrippa & Mæcenas) aqua ſubter cutem fuſa turgida latera.*

4. CA-

eſt [6]: ſed capite [7] Bruti [8] Romam miſſo, ut ſtatuæ Cæſaris [9] ſubmitteretur, in
ſplendidiſſimum quemque captivum non ſine verborum contumelia ſæviit [10]. Ut 3
quidem uni ſuppliciter ſepulturam precanti [11] reſpondiſſe dicatur, *jam iſtam in vo-*
lucrum [12] *poteſtatem* [13] *fore.* Alios patrem & filium [14] pro vita rogantes ſortiri, vel 4
dimicare

4. Castris exutus. Paterculus: *Cornu, cui Brutus præerat, impulſis hoſtibus caſtra Cæſaris cepit.* Plutarch. Anton. p. 925. A. Τῇ μὲν γε πρώτῃ μάχῃ Καῖσαρ ὑπὸ Βρούτου κατὰ κράτος ἡττηθεὶς, ἀπέβαλε τὸ στρατόπεδον, καὶ μικρὸν ἔφθη τοὺς διώκοντας ὑπεκφυγών. *Priore certe acie prorſus a Bruto Cæſar fuſus fugatusque caſtra amiſit, & pæne in poteſtatem venit fugientem inſectantium* Lactant. II. 8. *In aciem lectica perlatus eſt, & eodem die a Bruto caſtra capta ſunt.* Noſt. infr. 91. 2.

5. Antonii cornu, quod fuerat dextrum, cum Octavii cornu ſiniſtrum fuiſſet. Liv. Epit. 124. *Ita ut utriusque dextra cornua vincerent.* Duo vero cornua mediam aciem tegebant. Terent. Eun. IV. 7. 4.

In medium agmen cum vecti Donax:
Tu Simalio in ſiniſtrum cornu, tu Syriſce in dexterum.

V. *Lipſ. Mil. Rom.* IV. 6. *Laz. Comm. R. R.* IV. 2.

6. Successum victoriæ moderatus est. Quid ſi placeret emendatio Viri incomparabilis Grævii noſtri ex Viterbienſi & tribus Palatinis codd. legentis *ſucceſſu.* Talibus enim locutionibus delectatur Suetonius, ut *Cæſ.* 5. 1: 7. 1. Eſſet enim idem, quod cum feliciter ei *ſuccederet*, *moderate victoria* non eſt uſus, ſed inſolenter & crudeliter ſe geſſit. *Non victoris vitio, quo nihil moderatius, ſed ipſius victoriæ, quæ civilibus bellis ſemper eſt inſolens.* Cicer. Fam. IV. 4. *Qua nihil eſt miſerius, quia, etiamſi ad meliores venit, tamen eos ipſos ferociores, impotentioresque reddit, ut etiamſi natura tales non ſint, neceſſitate eſſe cogantur.* Cicer. ibid. Epiſt. 9.

7. Capite Romam misso. Dio XLVII. p. 356. A. Ἡ δὲ δὴ κεφαλὴ ἐπέμφθη μὲν ἐς τὴν Ῥώμην, χειμῶνι δὲ ἐν τῷ ἀπὸ τοῦ Δυῤῥαχίου διάπλῳ περιπεσοῦσα, ἐς τὴν θάλασσαν ἐῤῥίφη. *Caput autem Romam miſſum, in tranſmiſſione a Dyrrhachio tempeſtate coorta, in mare abjectum eſt.* Exempla per ſaturam collegit *Freinsh. ad Flor.* IV. 9. 7.

8. Brutus *poſt paucos deinde dies conflixit cum hoſtibus, & victus cum in tumulum nocte ex fuga ſe recepiſſet, impetravit a Stratone Ægeate familiari ſuo, ut manum morituro commodaret ſibi: rejectoque lævo ſuper caput brachio, cum mucronem gladii ejus dextera tenens, ſiniſtræ admoviſſet mammillæ, ad eum ipſum locum, qua cor emicat, impellens ſe in vulnus, uno ictu tranſfixus exſpiravit.* Paterc. II. 70. 4. 5. Plutarch. Brut. p. 1009. A. B. Ἀναβοήσας τοῦτο δὴ τὸ Ἡράκλειον.

Ὦ τλῆμον ἀρετὴ, λόγος ἄρ᾽ ἦσθ᾽: ἐγὼ δέ σε
Ὡς ἔργον ἤσκουν: σὺ δ᾽ ἄρ᾽ ἐδούλευες τύχῃ.

O miſera virtus, inane nomen: ego te quidem ut rem colebam: at tu ſerviebas fortunæ. Dio. V. & *Appian. B. C.* IV. *p.* 666.

9. Statuæ Cæsaris, ad quam Trebonii caput projecit Dolabella. Dio XLVII. p. 344. B. Τήν τε Σμύρναν νυκτὸς ἐξαπιναίως κατέλαβε, καὶ ἐκεῖνον ἀποκτείνας τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ πρὸς τὴν τοῦ Καίσαρος εἰκόνα ἔῤῥιψε. *Smyrnam repente noctu* Dolabella *occupavit, & illum,* Trebonium, *interfecit, ejusque caput ad Cæſaris ſtatuam projecit.*

* 10. Non sine verborum contumelia sævit. Quod non hoc vult, quaſi *ſævitia* illa in *verbis contumelioſis* conſtiterit, eaque præcipua pars miſeriarum fuerit: ſed quod factorum *ſævitiam verborum contumelia* ſit comitata. Quomodo de Caligula noſt. 29. 1. *Berneggerus.*

11. Sepulturam precanti..... quæ refellunt, quod de Auguſto prodidit Ulpian. Digeſt. XLVIII. 24. 1. *Corpora eorum, qui capite damnantur, cognatis ipſorum neganda non ſunt. Et id ſe obſervaſſe etiam divus Auguſtus libro decimo vitæ ſuæ ſcribit.* Idem noſt. *Veſp.* 2. 8.

12. In volucrum potestate ſepultura dicitur eſſe, quando habent facultatem cadaver relictum diſcerpendi, & recondendi intra ventrem tanquam intra ſepulcrum. Talis fuit ſepultura Curionis de quo Lucan. IV. 754.

Paſcit aves nullo contectus Curio buſto.

V. *Beroaldum*, & exempla congerentes, *Lacerd. Virg.* IX. 486. X. 559. *Alard. in Val. Flacc.* III. 272.

* 13. In potestatem pro in poteſtate *ſolæciſmum* non dico, ut *vulgus ſemidoctum* apud Gell. I. 7. nam & apud veteres ſcriptores locutionum talium copiam cum illo offendi, & illas per ſaturam collegiſſe Vechnerum, Popmam, Schottum, Voſſium monui ad Curt. III. 5. 10. §. 32. *Antiptoſin* cum Vechnero dixi. Quia vero hoc vocabulo doctiſſimi Zurkii, amici noſtri, auris explorata læditur, in Ciceronem ubi ſcribit p. 7. *Græciſmum*, ad quem antiptoſin laxiori vocis ſignificatione referendam eſſe puto, duntaxat nunc dicam. *Græcos illa ratione ſcribendi uſos eſſe* agnoſcit Gellius, iſtiusque exempla ex profanis & ſacris ſcriptoribus ad Curtii l. l. attuli.

14. Patrem et filium Aquilios Floros fuiſſe dicit Dio LI. p. 444. A. Οἱ δὲ δὴ Φλῶροι, ὅτι τὸν ἕτερον τὸν λαχόντα κελεύσαντος αὐτοῦ σφαγῆναι, ἀμφότεροι διεφθάρησαν: ἦσαν μὲν γὰρ πατήρ τε καὶ παῖς; ὡς δ᾽ οὗτος πρὶν λαχεῖν, αὐτὸς ἑαυτὸν τῷ σφαγεῖ ἑκὼν παρέδωκε, περιαλγήσας τε ἐκεῖνος, καὶ αὐτοχειρίᾳ αὐτῷ ἐπαπέθανεν. *Et Aquilii Flori, quorum quum alter tantum, in quem ſors incidiſſet, mori a Cæſare juſſus eſſet, uterque periit: erant enim pater & filius: ille enim* (non enim novum

eſt,

dimicare [15] juſſiſſe, ut alterutri concederetur: ac ſpectaſſe utrumque morientem;
cum patre, quia ſe obtulerat, occiſo, filius quoque voluntaria occubuiſſet ne-
4 ce. Quare cæteri, in his M. Favonius, ille Catonis æmulus [16], cum catenati
producerentur, imperatore Antonio honorifice ſalutato, hunc fœdiſſimo convi-
5 cio [17] coram proſciderunt [18]. Partitis poſt victoriam officiis, cum Antonius O-
rientem ordinandum [19], ipſe veteranos in Italiam reducendos, & municipalibus
agris [20] collocandos recepiſſet: neque veteranorum, neque poſſeſſorum [21] gratiam
tenuit [22]: alteris, pelli ſe [23]; alteris, non pro ſpe meritorum tractari [24] queren-
tibus.

eſt, ut τοῦτο ad id quod remotius eſt referatur, & accipiatur ſimpliciter τοῦτο & ἐκεῖνος pro ὁ μὲν, ὁ δὲ, ut inquit ad hunc locum *Caſaubonus*) *antequam ſortiretur, ſe percuſſori ultro præbuit, & hic dolore rei permotus ſibi ipſi necem inſulit.*

* 15. DIMICARE. Romanorum captivos ita tractare Annibalis mos fuit. Val. Max. IX. 2. 2. ext. *Quos in caſtra perduxerat, paria fere fratrum & propinquorum jungens ferro decernere cogebat.* Appian. B. Annib. p. 330. Ὅσοι ἦσαν ἀπὸ τῆς βουλῆς, ἢ ἄλλως ἐπιφανεῖς, μονομαχεῖν αὐτοὺς ὑπὸ θεαταῖς τοῖς Λίβυσιν ἠνάγκασε: πατέρας τε υἱοῖς καὶ ἀδελφοὺς ἀδελφοῖς. *Quos vel ex ſenatu, vel nobilitate in caſtris habuit, parentes liberis, fratribus fratres componens, ferro decernere ſpectantibus Afris cogebat.* Berneggerus & Caſaubonus. In antiquo codice legitur *micare*, ut obſervat *Turneb. Adv.* XX. 13. Hoc non aliter differt a *ſortiri*, quam ut genus & ſpecies. Qualis ſortitionis modus fuerit *micatio*, docui ſupr. Cæſ. 26. 7. §. 37.

16. CATONIS ÆMULUS, ὃς ἦν ζηλωτὴς Κάτωνος Plutarch. *Cæſ. p.* 718. C. ἐραστὴς γεγονὼς Κάτωνος *Brut. p.* 999. *F.* ζηλωτὴς ἐς τὰ μάλιστα αὐτοῦ ὤν. Dio XXXVIII. p. 62. *B.*.

17. CONVICIUM quodnam fuerit, incertum. Videtur proprio nomine appellaſſe. Republica enim ad Cæſares delata contumelioſum videtur fuiſſe ſummis honoribus functos propriis nominibus appellare. *Caius Caligula iratus fuit Herennio Macro, quod illum Caium ſalutaverat: nec impune ceſſit primipilario, quod Caligulam dixerat.* Senec. de Conſt. c. 18. Et cum omnes, qui cum Antonio erant, Cleopatram appellarent reginam, gratiam procul dubio ejus, nec non Triumviri captantes, inventus fuit Cn. Domitius, qui *ſolus Antonianarum partium nunquam niſi nomine ſalutavit.* Paterc. II. 84. 3. Ita *privato nomine Veſpaſianum*, licet illi *non ſuccenſuerit, ſalutavit Helvidius Priſcus* apud noſtr. infr. 15. 2. Contra ea ſalutabant illos dignitatis nomine, quale *Imperator, Cæſar, Auguſtus.* Inde Dolabella apud Quintil. Inſt. VI. 3. *Imperator torque me dona.* Quibus Auguſtum deſignat. V. & *Amp. Cuper. Obſ.* IV. 8. *Quod tamen aliter atque aliter obſervatum eſſe monet ad Alexandr. Genial. II. 19. *Tiraquellus.*

18. PROSCIDERUNT I. deriſerunt, contumelioſe lacerarunt. Ovid. Pont. IV. 16. 47.

Ergo ſummotum patria proſcindere livor
Deſine.

Noſt. *Cal.* 30. 5.

* 19. ORIENTEM ORDINANDUM I. orientis publicum ſtatum conſtituendum. V. *Curt.* VII. 3. 3. §. 14.

20. MUNICIPALIBUS AGRIS. Appian. B. C. IV. p. 590. Ἐπελπίσαι δὲ ἤδη τὸν στρατὸν ἐς τὰ νικητήρια τοῦ πολέμου ἄλλαις τε δωρεαῖς, καὶ ἐς κατοικίαν δώσειν τῶν Ἰταλικῶν πόλεων ὀκτωκαίδεκα, αἳ καὶ περιουσίᾳ, καὶ ἐδάφεσι, καὶ οἴκοις ἐς κάλλος διαφέρουσιν, ἔμελλον αὐτοῖς ἐδάφεσι, καὶ οἴκοις αὐτοῖς διανεμηθήσεσθαι, ὥσπερ αὐτοῖς ἀντὶ τῆς πολεμίας δορίληπτοι γενόμεναι: *Et quo alacrior redderetur exercitus, poſt propoſita victoriæ præmia, præter alia donativa promiſſæ ſunt eis coloniæ Italicarum urbium octodecim, tam opibus quam agri bonitate ac ædificiorum pulcritudine præcellentium, quarum urbana ac ruſtica prædia non ſecus quam bello capta dividerentur.* V. & *Sigon. de jur. Ital.* III. 4.

21. POSSESSORUM nomine municipes, cives veteres, ſive antiquos cultores, quibus aut totus ager, aut ex parte aliqua adimebatur, aliqua itidem ejus parte relicta, vel potius reſtituta, ſignificari dicit *Fab. Semeſt.* II. 4.

22. GRATIAM NON TENERE quid, dicam infr. Domit. 9. 6. §. 6.

23. PELLI SE. Appian. B. C. V. p. 678. οὐδὲν μὲν ἀδικοῦσαι λέγοντες, Ἰταλιῶται δὲ ὄντες ἀνίστασθαι γῆς τε καὶ ἑστίας οἷα δορύληπτοι. *conquerentes nullo ſuo peccato ſe homines Italici nominis pelli agris ſociſque, tanquam jure belli captos.*

24. NON PRO SPE MERITORUM TRACTARI. Appianus: Καταλέγοντι δὲ αὐτῷ τὸν στρατὸν ἐς τὰς ἀποικίας, καὶ τὴν γῆν ἐπινέμοντι δυσεργὲς ἦν: οἵ τε γὰρ στρατιῶται τὰς πόλεις ᾔτουν, αἳ αὐτοῖς ἀριστίνδην ἦσαν ἐπειλεγμέναι πρὸ τοῦ πολέμου. *Deducenti autem milites in colonias, & agros dividenti magna difficultas objecta eſt; milites enim petebant optimam quamque urbem, ut ante bellum ſelectæ fuerant.*

CAPUT XIV.

ARG. *L. Antonium Peruſiam confugere coactum ad deditionem fame compellit, in theatro parum abeſt quin pereat, & ad murum a gladiatoribus pene intercipitur Octavius Cæſar Auguſtus.*

Quo

Quo tempore L. Antonium [1] fiducia conſulatus [2], quem gerebat, ac fraternæ potentiæ res novas molientem [3] confugere Peruſiam [4] coegit, & ad deditionem fame [5] compulit; non tamen ſine magnis ſuis, & ante bellum, & in bello diſcriminibus. Nam cum ſpectaculo ludorum gregarium militem in XIIII. 2
ordinibus [6] ſedentem excitari [7] per apparitorem [8] juſſiſſet, rumore ab obtrectatoribus dilato, quaſi eundem mox & diſcruciatum [9] necaſſet: minimum abfuit, quin periret, concurſu, & indignatione [10] turbæ militaris. Saluti fuit, quod qui de- 3
ſiderabatur [11], repente comparuit incolumis, ac ſine injuria [12]. Circa Peruſinum 4
autem

L. ANTONIUM M. fratrem. Dio XLV. p. 274. C. Τρεῖς γὰρ οἱ ἀδελφοὶ οἱ Ἀντώνιοι, ὄντες ἀρχὰς ἅμα πάντες ἴσχον· ὁ μὲν γὰρ Μάρκος ὑπατεύων, ὁ δὲ Λούκιος δημαρχῶν, ὁ δὲ Γάϊος στρατηγῶν. *Erant tres fratres Antonii, & gerebat quilibet eorum aliquem magiſtratum: Marcus conſulatum, Lucius tribunatum plebis, Cajus præturam.*

2. CONSUL fuit L. Antonius cum Publio Servilio Iſaurico. *Dio* XLVIII. *p.* 358. *E.* ſive an. ab. U. C. 712. *Pigh. Ann.* III. *p.* 453. Ille *modo apud veteranos criminatus Cæſarem, modo eos, qui juſte diviſione prædiorum, nominatiſque colonis agros amiſerant, ad arma conciens, magnum exercitum conflavit.* Paterc. II. 74. 2. Appian. B. C. v. 683. Dio XLVIII. p. 363. A.

3. RES NOVAS MOLIENTEM i. e. ſeditiones excitantem, ut noſter ſæpius. Impulſum vero a Fulvia dicunt *Flor.* IV. 5. *Paterc.* II. 74. 3. *Appian.* B. C. v. *p.* 682. *Plutarch. Anton. p.* 929. *C.* qui addit ſperaſſe Fulviam, *ſi quis extitiſſet in Italia motus, a Cleopatra ſe retracturum Antonium*: ἐλπίζουσαν δὲ τῆς Κλεοπάτρας ἀπάξειν τὸν Ἀντώνιον, εἴ τι γένοιτο κίνημα περὶ τὴν Ἰταλίαν. V. etiam infr. 62. 2. §. 7.

4. PERUSIAM *ſe contulit Antonius Cæſaris viribus undique pulſus.* Paterc. II. 74. 3. Fuit illa *urbs Etruriæ*, πρὸς Περουσίαν Τυρσηνίδα πόλιν ἀπετράπετο. Dio XLVIII. p. 365. B. qui addit *natura munitum fuiſſe locum, & ſatis inſtructum omnibus rebus ad defendendum neceſſariis*: ideoque elegerat illam, *ut ſi opus eſſet, in urbe munita hyemaret*: ὡς ἐν ὀχυρᾷ πόλει χειμάσων εἰ δέοι. *Appian.* B. C. v. 689. Unde hyeme ſtante obſeſſam eſſe intelligimus. Hodie incolis vocatur *Perugia*, ut monet Cluver. *Ital.* II. 3. 74. De illa bene multa *Leand. Ital. p.* 98.

5. FAME ad deditionem compulſos fuiſſe dicit & Lucan. I. 41.

His Cæſar Peruſina fames, Mutinaque labores: ...

Fame vero *turpi, & nihil non experta* Flor. IV. 5. 3. quam deſcribit Appian. p. 691. Ἠπόρουν δὲ οἱ θεράποντες κατὰ πλῆθος, καὶ κατέπιπτον ἔν τε αὐτῇ τῇ πόλει καὶ μέχρι τοῦ σφετέρου διατειχίσματος. πόαν τε τινα ἐσφέροντο, ἢ φυλλάδα χλωρὰν νεμόμενοι, καὶ τοὺς ἀποθανόντας ὁ Λεύκιος ἐς τάφρους ἐπιμήκεις κατώρυσσεν, ἵνα μὴ καιομένων, ἔνδηλον τοῖς ἐχθροῖς γένοιτο. *Errabant igitur agminatim paſſim ſuccumbentes malo, vel in urbe, vel in pomæriis, herbam, ſicubi invenirent, depaſcentes, & frondes virides: exanimes autem Lucius in foveas altas defodiebat, ne rogos hoſtis animadverteret.*

6. IN 14 ORDINIBUS. Appian. B. C. v. 683. Στρατιώτης ἀπορῶν οἰκείας ἕδρας παρῆλθεν ἐς τοὺς καλουμένους ἱππέας. *Miles quum proprius locus non vacaret, tranſiit ad locos equitum.* Ordines hos V. *Cæſ.* 39. 4. §. 21.

7. EXCITARI dicebatur, qui loco in theatro ſibi non debito ſurgere jubebatur. Mart. v. 14. 1.

Sedere primo ſolitus in gradu ſemper,
Tunc cum liceret occupare Mannejus,
Bis excitatus, terque tranſtulit caſtra.

Quint. Inſtit. VII. 6. *Si excitatus fuerit de ſpectaculis, aget injuriarum*: ἀτίμως. *Dio.* V. Beroaldum & *Lipſ. de Amphith. c.* 15.

8. APPARITOREM, i. miniſtrum. *Apparere eſt præſto eſſe ad obſequium. Unde etiam apparitores conſtat eſſe nominatos.* Serv. Æn. XII. 851. Inde *apparitura* tale miniſterium noſtro Gramm. 9. quæ *apparitio* Cicer. Fam. XIII. 54. & *apparitorium* locus, in quo *apparitores* conſidebant in lapide antiquo in hortis Matthejorum, quem adfert & explicat Rhod. in Scribon. Larg. p. 296. Horum formula erat *ſurge.* Martial. v. 26. 1.

Quadringenta tibi non ſunt Chereſtrate; ſurge:
Lectius ecce venit, ſta, fuge, curre, late.

* 9. DISCRUCIATOS ante mortem necare ſolebant crudeliores. V. Curt. VIII. 8. 20. §. 54.

10. CONCURSU ET INDIGNATIONE Appianus: Ὁ δὲ στρατὸς ἠγανάκτησε, καὶ περιστάντες αὐτὸν ἀποχωροῦντα τοῦ θεάτρου, τὸν στρατιώτην ᾔτουν, οὐχ ὁρώμενον ἡγούμενοι διαφθαρῆναι, ἐπελθόντα δὲ νομίζοντες ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου νῦν προαχθῆναι, ἀρνούμενόν τε καὶ τὰ γεγονότα διηγούμενον, ψεύδεσθαι διδαχθέντα ἔλεγον, καὶ ἐλοιδόρουν ὡς τὰ κοινὰ προδιδόντα. *Exercitus rem indigne ferens, illum, Auguſtum, e theatro diſcedentem circumſtitit, militem exhiberi ſibi poſtulans, quem nuſquam apparentem periiſſe putabant: ubi vero ſupervenit, tanquam productum e carcere, quum id negaret, remque ut erat narraret, mentiri ſubornatum ajebant, proditorem appellantes.* Unde Auguſti infortuniis *curam Peruſinæ contentionis* non ἀλόγως annumerat *Plin.* VII. 45. V. & Beroaldum.

11. DESIDERARI res dicitur, quæ abiit, nec amplius exſtat. *A ſideribus* Feſto dicitur. *Siderum vero* ortus & occaſus plerumque diras tempeſtates commovere ſolent. Unde anni tempeſtates *ſidera* vocabant veteres Romani. Et inde *præſiderare* dicitur,

Digitized by Google

autem murum ſacrificans, pæne interceptus eſt a manu gladiatorum, quæ oppido eruperat.

citur, cum maturius hiberna tempeſtas movetur, quaſi ante ſideris tempus. Feſtus. προχειμάζειν Græcis: & *deſiderare* eſt deſinere *ſiderare* & χειμάζειν. Hinc *deſiderantur* qui deficiunt, vel moriuntur, & intereunt. Curt. III. II. 27. *Triginta omnino & duo ex pediſibus deſiderati ſunt:* & *deſideramus* virtutem alicujus, quam illum non habere dolemus *infr.* 76. 6. ut & illud quod vehementer cupimus *infr.* 29. 8. & alibi. V. & de hac voce differentem *Salmaſ. Exerc. Plin. p.* 302. *F.*

12. Injuria i. corporis damno, læſione. Ita nocendi, damnum inferendi poteſtatem *injuriæ licentiam* vocat *Salluſt. Bell. Cat. c.* 12.

CAPUT XV.

ARG. *In plurimos animadvertit, dedititios hoſtiarum more mactat, &, ut occulti adverſarii detegantur, ad arma it Octavius Cæſar Auguſtus.*

1 Peruſia capta [1], in plurimos [2] animadvertit [3]: orare veniam, vel excuſare ſe conan-
2 tibus una voce occurrens, *moriendum eſſe* [4]. Scribunt quidam, trecentos [5] ex
dedititiis [6] electos, utriuſque ordinis, ad aram [7] divo Julio exſtructam [8], Idibus
3 Martiis [9] hoſtiarum more [10] mactatos [11]. Exſtiterunt qui traderent, conſpecto [12]
eum ad arma iſſe, ut occulti adverſarii, & quos metus magis quam voluntas con-
tineret, facultate L. Antonii ducis præbita, detegerentur: devictiſque his, &
confiſcatis [13], promiſſa veteranis præmia [14] ſolverentur.

Perusiam captam ἐγνώκει μὲν ὁ Καῖσαρ ἐς διαρπαγὴν ἐπιτρέψαι τῷ στρατῷ. Κέστιος δέ τις αὐτῶν ὑπομεμηνότερος ἐνέπρησε τὴν οἰκίαν, καὶ ἑαυτὸν ἐς τὸ πῦρ ἐνέβαλε, καὶ ἄνεμος τὴν φλόγα ὑπολαβόντες περιήνεγκαν ἐς ὅλην Περυσίαν, καὶ ἐνεπρήσθη χωρὶς τοῦ Ἡφαιστίου μόνου: *ſtatuerat Cæſar dare militi diripiendam. Sed quidam oppidanorum non ſatis ſana mentis nomine Ceſtius incendit ædes ſuas, & ſe in ignem conjecit, & ventis flammam diſſiantibus per totam Peruſiam cremata ſunt omnia, fano Vulcani tantum excepto.* Appian. B. C. v. p. 699. Patere. II. 74. 4. Domitio Calvino II. Aſinio Pollione coſſ. *Dio* LVIII. *p.* 365. *D.* ſive anno ab U. C. 713. V. *Pigh. Ann.* III. *p.* 484.

2. In plurimos. Οἱ πλείους ἀπώλοντο, maxime ſenatorum. Appianus: Τοὺς δὲ Περυσίνους ἀπὸ τοῦ τείχους παρακαλοῦντας ἐκέλευσεν ἥκειν ἄνευ τῆς βουλῆς μόνης καὶ ἐλθοῦσι συνέγνω: οἱ δὲ βουλευταὶ, τότε μὲν φύλαξι παρεδόθησαν, μετ᾽ οὐ πολὺ δὲ ἀνῃρέθησαν. *Peruſinos ex mœnibus deprecantes venire juſſit abſque ſenatoribus, donavitque eos venia: ſenatores tunc miſſi in carcerem, paullo poſt necati ſunt.*

3. Animadvertit i. capitale ſupplicium ſumpſit. Flor. III. 21. 23. *Animadverſum in eos, qui ſe ſponte dediderant.* IV. I. 10. *De ſupplicio agentibus, Cato animadvertendum pro ſcelere cenſebat.* Noſt. *Claud.* 29. 6. *Tib.* 61. 9. Hinc *capitalis animadverſio* noſtr. *Aug.* 24. 4.

4. Moriendum esse reſpondit quoque Marius pro Lutatio Catulo orantibus & deprecantibus: Ἐπεὶ πρὸς τοὺς δεομένους ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ παραιτουμένους ὁ Μάριος τοσοῦτον μόνον εἶπεν, ἀποθανεῖν δεῖ. *Plutarch. Mario p.* 431. *F.*

5. Trecenti, Dioni fuerunt ἱππεῖς τετρακόσιοι καὶ βουλευταὶ ἄλλοι τε: *quadringenti equites & ſenatores & alii.*

* 6. Dedititios ad Deorum aras mactaſſe ſolebant veteres. Diodor. v. p. 306. Χρῶνται καὶ τοῖς αἰχμαλώτοις ὡς ἱερείοις πρὸς τὰς τῶν θεῶν θυσίας. *Utuntur captivis, tanquam hoſtiis, ad deorum victimas.*

7. Ad aram, ἐπὶ τὸν βωμὸν τὸν τῷ Καίσαρι τῷ προτέρῳ ὡσιωμένον. *Dio*, quam *Peruſinam* videtur appellare Senec. de Clem. I. II. *Fuerit moderatus & clemens*, Auguſtus, *nempe poſt Peruſinas aras.*

8. Exstructam juſſu Auguſti. Unde κοσμοπλάστης a Juliano, & deos feciſſe a Manilio dicitur ſupr. Cæſ. I. I. §. 3.

9. Idibus Martiis, quibus occiſus eſt Cæſar, ut illi n. fierent parentalia.

10. Hostiarum more i. ſecuri, qua percuti ſolebant *hoſtia.* Flor. II. 5. 3. *Legatos noſtros, nec gladio quidem, ſed ut victimas ſecuri percutiunt.* Exempla invenies apud *Briſſon. de form.* I. *p.* 41. Ignominioſum mortis genus, & crudele. Val. Max. IX. 2.3. *Cujus*, Damaſippi, *juſſu principum civitatis capita hoſtiarum capitibus permixta ſunt.* Quod tangit Liv. VII. 15. *Trecentos ſeptem milites Romanos captos Tarquinienſes immolarunt: qua fœditate ſupplicii aliquanto ignominia populi Romani inſignicior fuit.* V. & *Caſaubonum* & *Lacerd. ad Virg.* X. 519.

11. Mactatos i. cæſos, quia nunquam cædebatur hoſtia, niſi frugibus *macta* eſſet: a præcedentibus conſequentia, ut Rhetores loquuntur. *Mactum* Romani veteres vocant auctum. Herbam adultam Cato vocavit *mactam*, nempe quod ita aucta eſſet. *Macta* hoſtia cum frugibus & mola aucta erat, *macta* ara, quod verbenis aucta & cumulata, *mactare* hoſtiam pro cædere κατ᾽ εὐφημισμὸν, ne cædem nominarent. *Scalig. Epiſt.* 20. & *Carr. Emend.* II. 3.

12. Conspecto i. re *conſpecta*, & conſiderata.

Dictum

Dictum ut *conſulto*, *compoſito*. V. tamen *Turneb. Adv.* XXIV. 15. *Lipſ. Elect.* I. 12. *Palmer. Spic.* 13. *Gron. Add. Liv.* V. 11.

13. Confiscatis i. illorum bonis *fiſco* adjudicatis, publicatis. Aſcon. in Cicer. p. 50. *Fiſci, fiſcinæ, fiſcellæ, ſpartea ſunt utenſilia ad majoris ſummæ pecunias capiendas. Unde quia major ſumma eſt pecunia publica, quam privata, ut pro cenſu privato loculos, & arcam, & ſacellos dicimus, ſic pro publico theſauro ærarii dicitur fiſcus.* * *Ærarium* & *fiſcus* differunt: Eſt enim *ærarium* populi, *fiſcus* principis. Diſtinguuntur etiam Plin. Pan. 36. 3. *At fortaſſe non eadem ſeveritate fiſcum, qua ærarium cohibes: imo tanto majore, quanto plus tibi licere de tuo, quam de publico credis.* Tacit. Ann. VI. 2. 1. *Bona Sejani ablata ærario, ut in fiſcum cogerentur.* Et Spartianus *fiſcum privatum*, ut *ærarium publicum* vocat Adrian. c. 7. *Damnatorum bona in fiſcum privatum redigi vetuit, omni ſumma in ærarium publicum recepta.* Hanc differentiam notarunt etiam *Ritterſh. in Salvian. p.* 64. *Cellar. in Plinium.* & *Demſter. Paral. ad Ant. Rom. Roſin.* VII. 35. Noſt. *infr.* 102. 8. *Veſp.* 16. 6. *Cal.* 16. 10.

14. Præmia. V. illa infr. 24. 3. §. 16.

CAPUT XVI.

ARG. *Bello Siculo variis de cauſis diu tracto, tandem Pompejum ſuperat, criminationibus laceratur, magna pericula adit, & M. Lepidum exercitu ſpoliatum Circejos relegat Octavius Cæſar Auguſtus.*

Bellum Siculum [1] inchoavit in primis, ſed diu traxit [2] intermiſſum ſæpius: mo- 1
do reparandarum claſſium cauſa, quas tempeſtatibus duplici naufragio [3], &
quidem per æſtatem [4] amiſerat: modo pace facta [5], flagitante populo: ob inter-
cluſos commeatus [6], famemque ingraveſcentem: donec navibus ex integro fabri-
catis [7], ad [8] xx ſervorum [9] millibus manumiſſis, ad remum [10] datis, portum Ju-
lium

Siculum, quia geſtum contra Sext. Pompejum, Auguſto & Antonio bello Philippenſi occupatis *Siciliam* invadentem, quam quo modo invaſerit, narrat Dio XLVIII. p. 366. 367. De illo Lucan. VI. 418..... 422.

Ad dubios pauci præſumpto robore caſus
Spemque metumque ferunt, turbæ ſed miſtus inerti
Sextus erat, Magno proles indigna parente:
Qui mox Scyllæis exſul graſſatus in undis
Polluit æquoreos Siculus pirata triumphos.

2. Diu traxit, annos ſeptem circiter, quos deſcribit *Caſaubonus.* V. & *infr. Tib.* 31. 5. §. 12.

3. Duplici naufragio, quod fuſius narrant *Dio* XLVIII. *p.* 385. 386. *Appian. B. C.* V. *p.* 728. & Auguſti infortuniis annumerant *Plin.* VII. 45. & *Solin. c.* 3.

4. Per æstatem, ἤδη τοῦ θέρους προήκοντος, *æſtas jam vergebat.* Ὁ δὲ Πομπήϊος οὐδ' ἐπὶ τοιᾷδε εὐκαιρίᾳ τοσοῖσδε ναυαγίοις ἐπιχειρεῖν ἠξίου, ἀλλ' ἔθυε μόνον Θαλάσσῃ καὶ Ποσειδῶνι, καὶ υἱὸς αὐτῶν ὑφίστατο καλεῖσθαι, πειθόμενος οὐκ ἄνευ θεοῦ δὶς οὕτω θέρους πταῖσαι τοὺς πολεμίους. *Pompejus ne hac quidem naufragiorum occaſione uſus, tantum Neptuni ſacris operabatur & Salatiæ: quorum etiam filium appellari ſe ſuſtinuit, perſuaſus, non ſine deo bis ita per æſtivos menſes hoſtem afflictum adverſis tempeſtatibus.* Appian. B. C. V. p. 729.

5. Pace facta anno ab U. C. 715. cum naufragia paſſus ſit a. 716. adeoque ὑστερολογίαν hic notandam monet *Caſaubonus.*

6. Commeatus: cum S. Pompejus Siciliam obtineret, quam Cato *cellam penariam reipublicæ, nutricem plebis Romanæ*, nominavit, intercluſi erant commeatus i. cibaria, & annona rei frumentariæ, adeo ut populus Romanns fame laboraret, & ob id pacem fieri depoſceret. Oroſ. VI. 18. *S. Pompejus poſtquam ſe in proſcriptorum numerum relatum comperit, converſus in latrocinia, omnem oram Italiæ cædibus rapiniſque vaſtavit, Sicilia prærepta, commeatibuſque impeditis Romam fame affecit.* V. *Beroaldum.*

7. Ex integro fabricatis. Appianus: Διεφθάρατο δ' αὐτῷ νῆες, βαρεῖαι μὲν ἕξ, κουφότεραι δὲ ἕξ καὶ εἴκοσι, λιβυρνίδες δ' ἔτι πλείους: καὶ ἐς τάδε διορθώματα τριάκοντα ἡμέρας ἀναλώσειν ἔμελλεν.... ἐνοχλουμένου δὲ τοῦ δήμου ταῖς ἀπορίαις, ἐπεσκεύαζε ναῦς ἐς τὴν γῆν ἀνέλκων μετὰ ἐπείξεως. *Perierunt naves graves ſex, leviores viginti ſex, liburnicæ plures etiam: his incommodis ſarciendis opus fuit triginta dierum ſpatio.... ſed quum populus laboraret inopia, ſubductas naves reparavit celeriter.*

8. Ad i. circiter. V. ſupr. Cæſ. 20. 6. §. 36.

9. Servos non niſi graviſſima neceſſitate urgente armaverunt Romani. Ita Cannenſi clade exhauſta Republica *octo millia juvenum validorum ex ſervitiis publice empta armaverunt.* Liv. XXII. 57. *Deerat juventus, in ſacramentum militiæ liberata ſervitia.* Flor. II. 6. 23. Appian. B. C. I. p. 379. Ἀπελευθέρων τότε πρῶτον ἐς στρατείαν δι' ἀπορίαν ἀνδρῶν καταλεγέντων. *Libertis tum primum admiſſis in militiam ob virorum inopiam.* Florus auxilium pudendum *ſervos* dicit n. 30. *Quamvis tunc (o pudor) manu ſervili pugnaret.* Noſt. *Tib.* 4. 5. Unde Auguſti infortuniis annumeratur *ſervitiorum delectus juventutis penuria* a Plin. VII. 45.

10. Ad remum etiam olim dabantur ſervi gravioribus Reipublicæ temporibus, cum pecunia in ærario non eſſet, qua civibus ſtipendia darent. Liv. XXXIV.

lium [11] apud Bajas [12], immiſſo in Lucrinum [13], & Avernum lacum [14] mari, ef-
2 fecit [15]. In quo cum hyeme tota [16] copias exercuiſſet [17], Pompejum inter My-
las [18], & Naulochum [19] ſuperavit [20]: ſub horam pugnæ [21] tam arcto repente ſomno devin-

XXXIV. 6. *Non milites in ſupplementum, non ſocios navales ad claſſem tuendam, non pecuniam in ærario habemus.... ſervos ad remum ex cenſu conſtituto, cum ſtipendio noſtro dabamus*, quod bello Punico II. inſtitutum eſſe dicit idem XXIV. 11. Auguſtus prius manumiſit, & manumiſſos *fecit remiges.* Hoc enim eſt hoc loco *ad remum dare.* V. & *Scheff. de mil. nav.* II. 4.

11. JULIUS PORTUS Virg. Georg. II. 163. *Julia* dicitur *unda*,

Julia qua ponto longe ſonat unda refuſo.

Julius dicitur, quia ab Auguſto in familiam *Juliam* adoptato factus. V. *Cluver. Ital.* IV. 2. 26. *Merul.* II. 4. 10.

12. BAJÆ oppidum fuit Campaniæ maritimum ad Miſenum promontorium. Strab. v. p. 168. Κάμψαντι δὲ τὸ Μισηνὸν, λιμὴν εὐθὺς ὑπὸ τῇ ἄκρᾳ: καὶ μετὰ τοῦτο ἐγκολπίζουσα ἠϊὼν εἰς βάθος αἰνικῶς, ἐν ᾗ αἱ Βαΐαι. Ταῖς δὲ Βαΐαις συνεχὴς ὅ τε Λοκρῖνος κόλπος, καὶ ἐντὸς τούτου ὁ Ἄορνος. *Poſtquam ultra Miſenum curſum navis circumflexeris, ſtatim ſub ipſo promontorio palus exiſtit, indeque littus profunditate immenſa in ſinum reducitur. Bajas autem contingit Lucrinus ſinus, eoque interior lacus Avernus.* Naturam loci accuratius deſcribit Dio XLVIII. p. 388. Caſtellum nunc eo ſitu vulgo incolis vocatur *Il Caſtel di Baja.* Cluver. Ital. IV. 2. 16. Leand. Ital. p. 215.

13. LUCRINUS continuo ſequebatur Bajas. Strab. v. p. 169. Ὁ δὲ Λοκρῖνος κόλπος πλατύνεται μέχρι Βαϊῶν, χώματι εἰργόμενος ἀπὸ τῆς ἔξω θαλάττης ὀκτασταδίῳ τὸ μῆκος, πλάτος δὲ ἁμαξιτοῦ πλατείας. *Porro Lucrinus ſinus in latum producitur uſque ad Bajas, interclusus ab externo mari aggere longo ſtadia* VIII. *tanta latitudine, quantam lati currus orbita occupat* V. & §. 12. Fere omnis interiit. Quippe quum fere biennio totus hic tractus crebris terræ motibus fuiſſet concuſſus: tandem anno a nato Chriſto 1538. a. d. III. Kal. Octob. ex repentino, altiſſimoque hiatu ignem evomente, tanta cinerum pumicibus permixtorum vis eructata eſt, uti inde mons altiſſimus, lateque proxima occupans littora, qui nunc *mons novus*, & *mons cinereus* dicitur, extiterit, & nunc tenuis tantum, ac cœnoſa extet palus cum exiguo arundineto. *Cluver. Ital.* IV. 2. 17. *Leand. Ital. p.* 260.

14. AVERNUS LACUS Lucrino per anguſtas fauces jungebatur, vulgo hodieque *Il Lago d'Averno*, & nonnunquam *Il Lago de Trepergole* dicitur. Illum deſcribit Strab. v. p. 168. Ἔστι δ' ὁ μὲν Ἄορνος κόλπος ἀγχιβαθὴς καὶ ἀρτίστομος λιμένος καὶ μέγεθος καὶ φύσιν ἔχων. *Avernus eſt ſinus mari pone ipſum littus profundo, faucibus commode ad recipiendas naves inſtructus.* Formam deſcribit Ariſtot. περὶ θαυμασ. II. p. 1097. Περὶ τὴν Κύμην τὴν περὶ Ἰταλίαν λίμνη ἐστὶν ἡ προσαγορευομένη Ἄορνος: πεποιῆσθαι γὰρ λέγουσι περὶ αὐτὴν λόφους κύκλῳ, τὸ ὕψος οὐκ ἔλαττον τριῶν σταδίων, καὶ αὐτὴν εἶναι τῷ σχήματι κυκλοτερῆ, τὸ βάθος ἔχουσαν ἀνυπέρβλητον. *Circa Cumam Italiæ lacum eſſe ferunt, quem Aornon vocant, forma circulari, & profunditate immenſa, tumulis undequaque ſeptum trium minimum ſtadiorum altitudine.* V. *Cluver. Ital.* IV. 2. 25. *Merul. Coſm.* II. 4. 12. *Leand. Ital. p.* 264.

15. EFFECIT opera Agrippæ. Dio XLVIII. p. 388. *A. B.*

16. HYEME TOTA, ſeſquiannum in hunc apparatum fuiſſe conſumptum ex hiſtoria patet. V. *Caſaubonum.*

17. EXERCENDIS copiis ſuis etiam mari operam dederunt Romani. Ita illas primo bello Punico Carthaginenſibus bellum indicturi in navali diſciplina exercuerunt. Polyb. I. 21. Οἱ δὲ τὰ πληρώματα συναθροίσαντες, ἐδίδασκον ἐν τῇ γῇ κωπηλατεῖν τὸν τρόπον τοῦτον. Καθίσαντες ἐπὶ τῶν εἰρεσιῶν ἐν τῇ χέρσῳ τοὺς ἄνδρας τὴν αὐτὴν ἔχοντας τάξιν ταῖς ἐπ' αὐτῶν τῶν πλοίων καθέδραις, μέσον ἐν αὐτοῖς στήσαντες τὸν κελευστὴν, ἅμα πάντας ἀναπίπτειν ἐφ' αὑτοὺς ἄγοντας τὰς χεῖρας, καὶ πάλιν προνεύειν ἐξωθοῦντας ταύτας συνείθιζον, ἄρχεσθαί τε καὶ λήγειν τῶν κινήσεων πρὸς τὰ τοῦ κελευστοῦ παραγγέλματα. *Alii ſocios navales cogere, & ad remigandum hoc modo eos in terra exercere. Remiges ſedere ad remigia juſſos in littore, eodem ſervato ordine, ut ſi in navium transſtris conſiderent: hortatore in medium locato, omnes reclinare ſeſe manus adducendo, & rurſus incumbere eaſdem propellendo, principio & fine motus ad pauſarii juſſionem facto aſſuefaciebant.* De Auguſti copiis *Dio* XLVIII. *p.* 389. *B.*

18. MYLÆ, πόλις Σικελίας *Stephano.* Illam condiderunt Zanclæi. Τὴν Ἱμέραν οἱ ἐν Μύλαις ἔκτισαν Ζαγκλαῖοι. Strab. VI. p. 188. Hodie *Milazzo* dicitur Cluver. Sicil. II. 5. 6. Bochart. Chan. I. 27. Et hanc occupavit Auguſtus. Appian. B. C. v. p. 738. Ὁ Καῖσαρ κατέσχε Μυλάς. *Cæſar occupavit Mylas.*

19. NAULOCHUM nil niſi ναύσταθμον i. navium ſtationem ſignificat, haud dubio circa os fuit amniculi, cujus vulgare nunc apud incolas nomen eſt *Malpurtio fiume.* Cluver. Sicil. II. 5. 10. Ex *Naulochis* Pompejus victus Meſſanam ſe proripuit. Appian. B. C. v. p. 740. Καὶ αὐτὸς ἐκ τῶν Ναυλόχων ἀναδραμὼν ἐς τὴν Μεσσήνην ἠπείγετο.

20. SUPERAVIT. Appian. B. C. v. p. 741. Κατέδυσαν δὲ ἐν τῷ πόνῳ νῆες, Καίσαρος μὲν τρεῖς, Πομπηΐου δὲ ὀκτὼ καὶ εἴκοσι, καὶ αἱ λοιπαὶ κατεφλέχθησαν, ἐλήφθησαν, ἢ ἐς τὴν γῆν ὀκέλλουσαι συνετρίβησαν, αἱ δὲ ἑπτακαίδεκα μόναι διέφυγον. *Merſæ ſunt in eo prælio naves Cæſaris tres, Pompeji octo & viginti: reliquæ aut crematæ, aut captæ, aut littori alliſæ, fractæque, ſolæ ſeptendecim effugerunt.*

21. SUB HORAM PUGNÆ de inſtante jam tempore pugnæ intelligendum eſt. Nam *ſub horam* cum dicimus,

devinctus [22], ut ad dandum [23] ſignum ab amicis excitaretur. Unde præbitam Antonio materiam putem exprobrandi, *ne rectis* [24] *quidem oculis eum aſpicere potuiſſe inſtructam aciem, verum ſupinum* [25], *cælum intuentem, ſtupidum* [26], *cubuiſſe: nec prius ſurrexiſſe, ac militibus in conſpectum fuiſſe* [27], *quam a M. Agrippa* [28] *fugatæ ſint hoſtium naves.* Alii dictum factumque ejus criminantur [29], quaſi claſſibus tempeſtate per- 3
ditis exclamaverit: *etiam invito* [30] *Neptuno victoriam ſe adepturum:* ac die circenſi- 4
um [31] proximo ſollenni [32] pompæ [33] ſimulacrum dei detraxerit [34]. Nec temere [35] 5
plura, ac majora pericula ullo alio bello adiit. Trajecto in Siciliam exercitu, cum 6
ad partem reſiquam copiarum continentem repeteret [36], oppreſſus ex improviſo a Demochare, & Apollophane [37], præfectis Pompeji, uno demum [38] navigio ægerrime

cimus, inſtantis jam temporis vicinitatem deſignamus. Ut cum Virg. Georg. III. 402.

Sub lucem exportant calathis,

dixit, id non plane per lucem, ſed adventante jam luce intelligendum. V. *Urſinum.*

22. Arcto devinctus. V. *Curt.* IV. 13. 16. §. 48.

23. Dandum ad pugnam. Ad pugnam *data* ſigna docent nos Cæſ. Bell. Afric. 83. 1. *Signo Felicitatis dato, equo admiſſo in hoſtem ire contendit.* Tacit. Ann. II. 14. 7. *Orationem ducis ſecutus militum ardor: ſignumque pugnæ datum.*

24. Ne rectis, ſed conniventibus & vitabundis, ut ſolent timidi. * *Rectis oculis aſpicere* eſt ſine metu aſpicere. Theocr. Eid. V. 35.

——— Μέγα δ' ἄχθομαι, εἰ τύ με τολμῇς
Ὄμμασι τοῖς ὀρθοῖσι ποτιβλέπειν.

——— *Vehementer vero indignor, quod tu me audes*
Oculis rectis aſpicere.

Ὀπωπαῖς ἀσκαρδαμύκτοισι. Oppian. Κυνηγ. I. 208.

Ἢ πῶς ἀνδιόωσιν ἀσκαρδαμύκτοισιν ὀπωπαῖς
Ἀιζηοῖσι λόχον πεπυκασμένον ὁπλίτῃσι.
Aut quo modo reſpicit irretortis oculis
Juvenibus cohortem condenſam armatis.

25. Supinum. Alludit ad morem eorum, qui vehementiſſime aliquid a Deo petebant: *ſupini* quippe orabant, &, ut ait Horat. Od. III. 23. 1. *cælo ſupinas ferebant manus.* Objicit Octavio Antonius ignaviam, ſimul & δυσιδαιμονίαν, quod quando in acie ſtare debebat, lateret *ſupinuſ*que cœlum intueretur, vota ſolum diis fundens. V. *Caſaubonum.*

26. Stupidum, ὑπὸ δέους ἔκφρονα. *Caſaubonus.*

27. Fuisse pro veniſſe. Græci παραγενέσθαι, vel etiam γενέσθαι. Euſtath. in Ἐρωτικοῖς VI. Γένου περὶ τὸ δωμάτιον: εὐθὺς ἐν ἐξανίστη, τῆς τραπέζης καὶ περὶ τὸ δωμάτιον γέγονεν. *Abi in cubiculum: illa igitur e menſa ſtatim ſurrexit, & in cubiculum venit.* V. *Caſaubonum.*

28. M. Vipsanius Agrippa. Appian. B. C. V. p. 740. Ὁ Ἀγρίππας ἐθάῤῥυνε τοὺς συνόντας ὡς ἤδη κατορθοῦντας, καὶ τοῖς πολεμίοις αὖθις ἐμπεσὼν, ἐπέκειτο ἀπαύστως, μέχρι ξυνθέντες ὅσοι μάλιστα κατ' αὐτὸν ἦσαν, τούς τε πύργους κατέῤῥιψαν, καὶ τὰς ναῦς ἐπιστρέψαντες, ἐς τὸν πορθμὸν ἔφυγον, καὶ ἔφθασαν προσδραμεῖν ἑπτακαίδεκα νῆες: αἱ δὲ λοιπαὶ διακλείσαντος αὐτὰς τοῦ Ἀγρίππου, αἱ μὲν ἐξώκελλον αὐταῖς ὑπὸ ὁρμῆς οἱ διώκοντες, ἢ ὁρμιζομένας ἀνῆπτον, ἢ ἐνεπίμπρασαν. *Agrippa cohortatus eſt proximos quaſi jam victores: redintegratoque in hoſtem impetu, urgere non deſiit, donec qui ipſi oppoſiti erant primi coacti cedere, turres dejecerunt, verſiſque navibus in fretum fugerunt, duntaxat ſeptendecim navibus: reliqua per Agrippam intercluſa, bona ex parte littori illiſa dum vehementi fugiunt impetu, aut retracta inde ſunt, aut incenſa.* Ideo cæruleo vexillo donatur 25. 4. §. 22.

* 29. Criminantur. Hinc Julianus Imperator Cæſ. p. 36. Ἄλλως τε καὶ μνημονεύων αὐτῷ τῆς ἐς τὸν θεὸν ὑπερηφανίας. *Alioquin ad memoriam revocans ejus in Deum ſuperbiam.*

30. Invito, utpote qui Pompejo tanquam filio ſupr. §. 4. ſtuderet.

31. Circenses deſcripſi *ſupr.* 39. 1. §. 7.

32. Sollenni i. feſto. V. infr. *Tib.* 34. 4. §. 17.

33. Pompa eſt totus ille apparatus, qui ludicro certamini præmittitur. Plaut. Mil. Glor. I. 1. 67.

Ut te hodie quaſi pompam illac præterducerem.

Pompa vero proprie circenſium eſt. Tertull. de ſpectac. c. 7. *Sed circenſium paullo pompatior ſuggeſtus, quibus proprie hoc nomen pompa.* Deorum vero ſimulacra circenſi pompa quotannis traducebantur. V. *Caſ.* 76. 2. 19.

34. Detraxerit i. cum aliis diis in pompam non tranſtulerit. Non tranſtulit autem, quia naufragium fecerat.

* 35. Temere i. facile. Quintil. I. 3. *Ingeniorum præcox genus non temere pervenit ad frugem.* Noſt. *Tit.* 6. 6.

36. Continentem repeteret i. ad *continentem*, ut reliquam partem adduceret, veheretur. Senec. Oed. I. 61.

Properatque, ut alium repetat in eundem rogum.

Herc. Fur. III. 770.

Repetebas umbras.

Liv. XXI. 28. *Primis expoſitis, alii deinde repetiti ac trajecti ſunt.* Quid *continens*, dixi ad Curt. III. 1. 13. §. 66. Unde, ut Salmaſ. Exerc. Plin. p. 826. b. G. ſemper inſulis opponitur. Solin. c. 54. *Ab inſulenſi, ut conſequens eſt, ad continentem.*

37. Demochares et Apollophanes liberti fuerunt Pompeji, quos claſſi præfecit loco Menecratis & Menodori, ἀντὶ ἀδελφῶν ἑαυτῷ ναυάρχους ἀπέφηνεν ἀντὶ Μηνο-

7 rime effugit [39]. Item cum præter Locros [40] Rhegium [41] pedibus iret, & proſpe-
ctis biremibus Pompejanis terram legentibus [42], ſuas ratus deſcendiſſet ad littus,
8 pæne exceptus eſt. Tunc etiam per devios tramites refugientem ſervus Æmilii
Paulli, comitis ejus, dolens proſcriptum olim ab eo [43] patrem [44] Paullum [45] &
9 quaſi occaſione ultionis oblatâ, interficere conatus eſt. Poſt Pompeji [46] fugam,
collegarum alterum M. Lepidum, quem ex Africa [47] in auxilium [48] evocarat, ſu-
perbientem xx legionum [49] fiducia, ſummaſque ſibi partes [50] terrore ac minis vin-
dicantem ſpoliavit exercitu [51]: ſupplicemque [52] conceſſa vita [53] Circejos [54] in per-
petuum [55] relegavit.

Μηνοδώρῳ καὶ Μενεκράτους. *Appian. B. C. v. p.* 721.

38. Demum *ſignum eſt tarditatis.* Donat. ad Terent. And. v. 3. 11.

39. Effugit. Appianus: Ὁ μὲν δὴ Καῖσαρ ἐξήλατο τῆς νεὼς ἐπὶ τὰς πέτρας, καὶ τοὺς ἐκνέοντας ἐκ τῆς θαλάττης ἀνελάμβανε, καὶ ἐς τὸ ὄρος ἄνω παρέπεμπε: *Cæſar certe in ſaxa e navi deſiliit, & enatantes excipiebat, recipienteſque ſe in montem deducebat.*

40. Locri Epizephyrii urbs celeberrima Bruttiorum a promontorio Zephyrio cognominata. Strab. vi. p. 179. Εἶθ' ἡ πόλις οἱ Λοκροὶ οἱ Ἐπιζεφύριοι, ἐπεὶ Λοκρῶν ἄποικοι τῶν ἐν τῷ Κρισαίῳ κόλπῳ μικρῷ ὕστερον τῆς ἀπὸ Κρότωνος καὶ Συρακουσῶν κτίσεως ἀποικισθέντες ὑπὸ Εὐάνθους. *Sunt hi Locri colonia eorum Locrorum, qui in ſinu Criſæo habitant, ab Euanthe deducta non multo poſt Crotonem & Syracuſas conditas.* Vulgo *Gierazzo*, *Girace.* Plura *Cluver. Ital.* iv. 15. 33.

41. Rhegium Bruttiorum oppidum ad fretum Siculum, nunc Calabriæ ulterioris caput in regno Neapolitano. *Mel.* ii. 4. *Juſtin.* iv. 1. 7. *Stephanus.* A Chalcidenſibus olim conditum. Strab. vi. p. 177. Κτίσμα δ' ἐστὶ τὸ Ῥήγιον Χαλκιδέων. Quod Latine Solin. c. 2. *Notum eſt Rhegium a Chalcidenſibus conſtitutum.* Ptolemæo iii. 1. *Julium Rhegium.* Vulgo *Rheggio*, ut monet *Cluver. Ital.* iv. 15. 24. dicitur.

42. Terram legentibus i. prope *terram* navigantibus. Virg. Æn. iii. 292.

Littoraque Epiri legimus.

Ubi Donatus: *Verbum eſt nauticum: nam legere ajunt cum colligunt funem.* Noſt. *Tib.* ii. 1.

43. Eo Auguſto. Licet Paullum fratrem proſcripſiſſe Lepidum ipſum dicant *Paterc.* ii. 67. 2. *Flor.* iv. 6. 4. *Oroſ.* vi. 18. *Appian. B. C.* iv. *p.* 595. Dicunt hoc enim ad augendam invidiam atrociſſimi facinoris, & quia ipſi quodammodo proſcripſiſſe cenſeri poſſunt quos in funeſtam illam & ſceleratam tabulam communi omnium Triumvirorum nomine propoſitam referri a collegis paſſi ſunt. Plutarch. Anton. p. 924. B. Ἐδόθη δὲ καὶ Λεπίδῳ Παῦλον ἀνελεῖν τὸν ἀδελφόν. Οἱ δέ φασιν ἐκστῆναι τοῦ Παύλου τὸν Λέπιδον ἐκείνοις, ἀποθανεῖν αὐτὸν αἰτουμένοις. Οὐδὲν ὠμότερον, οὐδὲ ἀγριώτερον τῆς διαμείψεως ταύτης δοκεῖ γενέσθαι: φόνον γὰρ ἀντικαταλλαττόμενοι φόνου, ὁμοίως μὲν οὓς ἐλάμβανον, ἀνῄρουν οὓς ἐδίδοσαν. *Permiſſum etiam Lepido eſt Paullum fratrem occidere. Alii vero dicunt, Paullum fratrem a Lepido conceſſum illis, mortem ejus expetentibus. Nihil truculentius, neque crudelius illa permutatione exiſtimo unquam factum. Permutando enim cædes cædibus, æque occiderunt, quos aliis concedebant proſcribendo, atque eos, quos accipiebant.* Senec. Suaſ. vi. *Alter fratrem proſcribi, alter avunculum patitur.* Clar. Perizon. Animadv. Hiſt. c. 3.

44. Patrem Æmilii junioris, de quo præceſſit. * Non enim de ſervi *patre* ſermo eſt, quod putat, & *patronum* legendum cenſet *Schott. Obſ.* iii. 15. oblitus frequentiſſima illa *Marius Pater*, *Catulus pater*, & apud ipſum Suetonium *Silius*, vel *Salvius pater*, *Octavius pater.*

45. Paullum Lepidum conſularem, de quo in animadverſionibus bene multa, quem modo laudavi, *Vir Clariſſimus.*

46. Pompejum in mediterranea fugientem M. Titius & Furnius inſequuti in poteſtatem vivum redegerunt, ἐπιδιώξαντες ἐζώγρησαν, & jubente Antonio interfecerunt, ut fuſius *Dio* xlix. *p.* 403. *A. B. Appian. B. C.* v. *p.* 753.

47. Ex Africa *Cæſar Lepidum acciverat gerens contra Pompeium bellum.* Paterc. ii. 80. 1. & ſic illum illa, licet illam ſortitus eſſet, exuiſſe dicitur. Appian. B. C. i. p. 352. Λέπιδον, ὃν ἐπεκλήρωτο Λιβύην, ἀφείλετο.

48. In auxilium. Appian. B. C. v. p. 742. Ἐμέμφετο τῷ Λεπίδῳ διὰ τῶν φίλων, ὅτι σύμμαχος ἔφασκον αὐτὸν ἐλθεῖν Καίσαρι ἐς Σικελίαν, οὐχ ἑαυτῷ κατακτησόμενον αὐτήν. *Expoſtulavit* Cæſar *cum Lepido per amicos qui ajebant eum in auxilium Cæſari veniſſe in Siciliam, non ut eam ſibi acquireret.*

49. xx. Legionum. Appian. B. C. v. p. 741. duas & viginti fuiſſe dicit. Ὁ δὲ σὺν τούτοις ἔχων δύο καὶ εἴκοσι τέλη πεζῶν, καὶ ἱππέας πολλοὺς ἐπῄρετο, καὶ κρατήσειν ἐδόκει Σικελίας. *Qui acceſſione horum auctus uſque ad viginti duarum legionum numerum cum equitatu valido, elatus eſt animo, de obtinenda Sicilia cogitans.*

50. Summas partes i. imperium. *In id* enim *furoris proceſſit, ut totam victoriam ut ſuam interpretaretur; audebatque denuntiare Cæſari, excederet Sicilia.* Paterc. ii. 80. 2.

51. Spoliavit exercitu. Paterc. ii. 80. 4. *Spoliata quam tueri non poterat dignitas.* Dio xlix. p. 399. C. Καὶ ὁ μὲν ἐκ τούτου τῆς τε ἐξουσίας πάσης παρελύθη.

52. Supplicem, Cæſaris *genibus eum advolutum* dicit

dicit *Paterculus*; ſed illi aſſurrexiſſe Cæſarem, nec paſſum ſibi accidere ad genua. Appian. B. C. v. p. 743. Ὁ δὲ Καῖσαρ ὑπανίστη τε αὐτῷ προσθέοντι, καὶ προσπεσεῖν ἐθέλοντα κωλύσας..... *depoſito paludamento* Oroſ. VI. 18. & *veſte pulla velatum* Oroſius, Paterculus, Dio.

53. Vita & *rerum dominio*, Paterculus: δίαιταν Dio.

54. Circeji oppidum Latii in ejuſdem nominis promontorio. Strab. v. p. 160. Μετὰ δὲ Ἄντιον τὸ Κιρκαῖόν ἐστιν, ἐν σ' καὶ ϟ' σταδίοις ὄρος νησιάζον θαλάττῃ τε καὶ ἕλεσιν· ἔχει δὲ πολίχνιον Κιρκαῖον. *Stadiis ab Antio 290 Circæus mons eſt, quem mare & paludes tantum non inſulam faciunt: eſt ibi Circos oppidum.* Vulgo *La Citta Vechia* dictum eſt. Cluver. Ital. Ant. III. 7. 9. Unde Dio: καὶ δίαιταν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ οὐκ ἄνευ φυλακῆς ἔχειν: *& vita in Italia, non ſine cuſtodia, conceſſa eſt.* Romam fuiſſe miſſum vult Appianus: ἔπεμψεν ἐς Ῥώμην ἐφ' ὅπερ ἦν σχήματος, ἰδιώτην ἀντ' αὐτοκράτορος, οὐδὲν ἔτι πλὴν ἱερέα ὧν εἶχεν ἱερωσύνης. *Remiſitque ſic cultum ad Urbem adempto imperio, relictoque tantum ſacerdotio.* V. & *infr.* 54. 3. §. 8.

55. In perpetuum, ita ut ex agro in Urbem invitum eum venire juſſerit, & ſubinde in conventus publicos introduxerit, ut propter potentiæ ac dignitatis in contrarium mutationem riſui & ludibrio omnibus eſſet. Ἔς τε γὰρ τὴν πόλιν καὶ ἄκοντα αὐτὸν ἐκ τῶν ἀγρῶν κατάγειν ἐκέλευε, καὶ ἐς τὰς συνόδους ἀεὶ ἐσῆγεν, ὅπως ὅτι πλεῖστον καὶ χλευασίαν καὶ ὕβριν πρός τε τῆς ἰσχύος, καὶ πρὸς τὴν τῆς ἀξιώσεως μεταβολὴν ὀφλισκάνῃ. Dio LIV. p. 531. B.

CAPUT XVII.

ARG. *Antonii ſocietatem abrumpit, teſtamentum recitandum curat, amicos hoſti judicato remittit, illo apud Actium victo in hiberna ſe recipit, Italiam repetens tempeſtate conflictatur, deſideria militum ordinat, Ægyptum petit, Alexandria potitur, Antonium ad mortem adigit, Cleopatræ Pſyllos admovet, Antonium juvenem & Cæſarionem interficit, & reliquos Antonii & reginæ liberos conſervat & fovet Octavius Cæſar Auguſtus.*

M. Antonii ſocietatem ſemper dubiam & incertam, reconciliationibuſque [1] variis [2] male [3] focillatam [4] abrupit tandem. Et quo magis degeneraſſe eum a civili more [5] approbaret, teſtamentum [6], quod is Romæ [7] etiam de Cleopatræ liberis [8] inter hæredes [9] nuncupatis [10] reliquerat, aperiendum, recitandumque [11] pro concione 1 2

Reconciliati ſunt ſæpius Nervæ Cocceji & Mæcenatis interventu. Horat. Sat. I. 5. 27. 28. 29.

Huc venturus erat Mæcenas optimus, atque
Coccejus miſſi magnis de rebus uterque
Legati, averſos ſoliti componere amicos.

Appian. B. C. v. p. 709. Οἱ πρέσβεις σφίσιν αὐτοῖς προσελόμενοι Κοκκήϊον μὲν ὡς κοινὸν ἀμφοῖν, ἐκ δὲ τοῦ Ἀντωνίου Πολλίωνα, καὶ Μαικήναν ἐκ τοῦ Καίσαρος, ἔγνωσαν Καίσαρι καὶ Ἀντωνίῳ πρὸς ἀλλήλους ἀμνηστίαν εἶναι τῶν γεγονότων, καὶ φιλίαν ἐς τὸ μέλλον. *Legati adhibito Coccejo, ut communi amborum amico, & ex Antonianis Pollione, & Cæſarianis Mæcenate decreverunt præteritarum offenſarum oblivionem mutuam, & amicitiam in poſterum.*

2. Variis. Eleganter de illis Appian. B. C. v. p. 726. Οὕτως αὐτοῖς ἦν συνεχὴς ἡ μεταβολὴ πρός τε τὰς ὑπονοίας διὰ φιλαρχίαν, καὶ ἐς τὰς πίστεις ὑπὸ χρείας. *Ita continenter momento levi mutabantur vel ad ſuſpiciones per ambitionem, vel ad fiduciam quoties poſtularet neceſſitas.* Singularum vero tempora accurate notavit *Caſaubonus.*

3. Male i. vix, non ſatis. Flor. III. 21. 9. *Male obrutum reſurrexit incendium.* Noſt. *Tib.* 42. I. Huic contraria *optima fide reviviſcens amicitia* Petron. c. 51.

4. Focillatam i. ægre ſuſtentatam. *Focillare* proprie eſt ægras fauces lana appoſita fovere. V. *Caſaubonum.*

5. A civili more i. probi *civis* officio degeneraſſe Antonium pluribus oſtendit *Dio* L. *p.* 421. 422.

6. Testamentum. Plutarch. Anton. p. 942. E. Τίτιος δὲ καὶ Πλάγκος Ἀντωνίου φίλοι τῶν ὑπατικῶν ἀποδράντες ᾤχοντο πρὸς Καίσαρα, καὶ περὶ τῶν Ἀντωνίου διαθηκῶν ἐγένοντο μηνυταὶ τὰ γεγραμμένα συνειδότες. Ἀπέκειντο δ' αὗται παρὰ ταῖς ἑστιάσι παρθένοις, καὶ Καίσαρος αἰτοῦντος οὐκ ἔδωκαν· εἰ δὲ βούλοιτο λαμβάνειν, ἐλθεῖν αὐτὸν ἐκέλευον. Ἔλαβεν οὖν ἐλθών. *Titius autem & Plancus, Antonii ex conſularibus amici, perfugerunt ad Cæſarem, & teſtamentum Antonii detexere, contentorum conſcii. Tabulæ depoſitæ apud Virgines Veſtales erant, quas poſcenti Cæſari denegaverunt illæ tradere: ſi accipere vellet, ipſe veniret, mandaverunt. Illuc ergo profectus accepit tabulas.* * Titio & Planco cum Antonio intervenitie rixam quandam, vel illos aliqua ex cauſa Cleopatræ infenſos fuiſſe ſcribit Dio L. p. 420. D. Προσκρούσαντές τι αὐτῷ ἐκεῖνοι, ἢ καὶ τῇ Κλεοπάτρᾳ τι ἀχθεσθέντες, ηὐτομόλησαν.

7. Romam alterum teſtamenti ſui exemplum videtur miſſum, cum alterum Alexandriæ factum ibi cuſtoditum fuerit. Ideoque non ſatis apte noſter *reliquerat*, quia dubium non eſt, quin poſt ea tempora ſcripſerit Antonius id teſtamentum, quibus noviſſime in Urbe fuit, ut quidem putat *Caſaubonus.*

8. Cleopatræ liberis i. ſibi ex *Cleopatra* genitis, τοῖς παισὶ τοῖς ἐκ τῆς Αἰγυπτίας οἱ τρεφομένοις. *Dio* L. *p.* 421. *A.*

Digitized by Google

3 concione curavit. Remiſit [12] tamen hoſti judicato neceſſitudines [13], amicoſque o-
4 mnes: atque inter alios C. Soſium & T. Domitium tunc adhuc conſules [14]. Bononienſibus [15] quoque publice, quod in Antoniorum clientela [16] antiquitus erant,
5 gratiam fecit conjurandi [17] cum tota Italia pro partibus ſuis. Nec multo poſt navali prælio apud Actium [18] vicit [19], in ſerum [20] dimicatione protracta, ut in na-
6 vi victor pernoctaverit. Ab Actio cum Samum [21] in hiberna ſe recepiſſet, turbatus nuntiis de ſeditione militum, præmia & miſſionem poſcentium, quos ex omni numero

9. Inter hæredes, ὑπερόγκους τε τοὺς δωρεὰς ἐδίδου, *immenſa munera dabat*. Dio.

10. Nuncupatis i. voce dictis, inſtitutis. Eſt enim *nuncupare* non ſcripto, ſed verbo cavere, vel dicere, quod Græce ὑπαγορεύειν dicitur. Unde *teſtamentum nuncupare* dictum eſt. Plin. xiv. 22. *Alii teſtamenta ſua nuncupant, alii mortifera loquuntur.* Juſtin. xii. 15. 13. *Nam etſi non voce nuncupatus heres, judicio tamen electus videbatur.* Noſt. *Cal.* 38. 7. *Claud.* 4. 13: 6. 6. Sic *nuncupata vota* dicit noſter *infr.* 97. 2. *Ner.* 46. 7. V. *Bud. in Pandect. p.* 62. & *Ictos.*

11. Recitari teſtamentum Antonii plerique moleſte tulerunt. Ἀλλόκοτον γὰρ ἔδοξεν εἶναι καὶ δεινὸν, εὐθύνας τινὰ διδόναι ζῶντα περὶ ὧν ἐβουλήθη γενέσθαι μετὰ τὴν τελευτήν. *Indignum enim videbatur & grave, rationem ut quis redderet vivus eorum, quæ poſt mortem fieri voluerit.* Plutarch. Anton. p. 943. A. Dio tamen l. p. 420. D: Τοιαῦτα γάρ τινα ἐν αὐταῖς ἐνεγέγραπτο, ὥστε μηδ᾽ αἰτίαν τινὰ παρ᾽ αὐτῶν, καί τοι παρανομώτατον πρᾶγμα ποιήσας, σχεῖν. *Illa enim, quæ teſtamento continebantur, hujuſmodi erant, ut omnem facti, etſi erat injuſtiſſimum, invidiam tollerent.*

12. Remisit i. permiſit, ut ejus ſequerentur partes.

13. Necessitudines i. conſanguineos. V. ſupr. Cæſ. 27. 1. §. 1.

14. C. Sosium.... Dio l. p. 419. D. Μέχρι μὲν ὁ τε Δομίτιος ὁ Γναῖος, καὶ ὁ Σόσσιος ὁ Γάιος, ἀμφότεροι τῆς τοῦ Ἀντωνίου μερίδος ὄντες, ὑπάτευσαν: τότε γὰρ οὐδὲν ἔτι ἐπεκρύψαντο, ἀλλ᾽ ἄντικρυς ἐπολεμώθησαν. *Donec Cn. Domitius & C. Soſſius, Antonianarum uterque partium conſulatum acceperunt: tum enim palam ad bellum civile deſcenderunt.* p. 420. B. Οἱ ὕπατοι μήτ᾽ ἀντειπεῖν αὐτῷ θαρσοῦντες, μήτε σιωπῆσαι ὑπομένοντες, λάθρα προεξεχώρησαν, καὶ μετὰ τοῦτο πρὸς τὸν Ἀντώνιον ἀπῆλθον. *Conſules neque contradicere auſi, neque tacere ſuſtinentes clanculum ante eam diem Urbe profecti, ad Antonium ſe contulerunt.*

15. Bononiensibus. V. 96. 2. §. 1.

16. In clientelam ut ſeſe darent proceribus Romanis provinciales & ſocii populi Romani olim moris fuit. * Dionyſ. ii. p. 85. Οὐ μόνον ἐν αὐτῇ τῇ πόλει τὸ δημοτικὸν ὑπὸ τὴν προστασίαν τῶν πατρικίων ἦν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀποίκων αὐτῆς πόλεων, καὶ τῶν ἐπὶ συμμαχίᾳ καὶ φιλίᾳ προσελθουσῶν, καὶ τῶν ἐκ πολέμου κεκρατημένων ἑκάστη φύλακας εἶχε καὶ προστάτας οὓς ἐβούλετο Ῥωμαίων. *Nec tantum in ipſa Urbe plebs tota erat ſub patrociorum patrocinio; ſed & coloniarum, & ſociarum, & amicarum civitatum, ac bello ſubactarum quæque ſuos habebant patronos quoſcunque vellent e Romanis civibus.* Ita Syracuſani in Marcellorum, Puteolani in Caſſiorum, Allobroges in Fabii Sangæ fuerunt *clientela.* Noſt. *Tib.* 6. 2. Plures ſi deſideras, evolve *Reineſ. Epiſt. ad Hofman.* 31. & *Noriſ. Diſſert. in Cenot. Piſan.* ii. 7.

17. Gratiam fecit conjurandi..... i. permiſit eis, ne cum tota Italia pro partibus ſuis *conjurarent.* V. infr. Tib. 35. 2. §. 6.

* 18. Actium promontorium eſt a dextra ingredientibus ſinum Ambracium. Dio l. p. 426. C. Τὸ δὲ Ἄκτιον Ἀπόλλωνός ἱερόν ἐστι, καὶ πρὸ τοῦ στόματος τοῦ πορθμοῦ τοῦ κόλπου τοῦ Ἀμβρακικοῦ, κατ᾽ ἀντιπέρας τῶν πρὸς τῇ Νικοπόλει λιμένων. *Actium Apollinis eſt templum, & ante os trajectus ſinus Ambracici e regione portuum, qui ſunt ad Nicopolim.* Strab. vii. p. 224. Οἰκοῦσι δὲ τοῖς μὲν ἐν δεξιᾷ εἰσπλέουσι τῶν Ἑλλήνων Ἀκαρνᾶνες, καὶ ἱερὸν τοῦ Ἀκτίου Ἀπόλλωνος ἐνταῦθα. *Habitant autem ad dextram eorum qui navi introeunt Græci Acarnanes, & templum Apollinis Actii ibi eſt.* x. p. 311. Ἀπὸ τοῦ στόματος ἀρξαμένοις καὶ τοῦ Ἀμβρακικοῦ κόλπου πρῶτον ἐστὶν Ἀκαρνάνων χωρίον τὸ Ἄκτιον: ὁμωνύμως δὲ λέγεται τό τε ἱερὸν τοῦ Ἀκτίου Ἀπόλλωνος καὶ ἡ ἄκρα. *Ab ore incipientibus & ſinu Ambracico primus occurrit locus Acarnaniæ Actium. Idem vero nomen habent templum Apollinis Actii, & promontorium.* Ab Italis nautis nunc *Cabo Figalo* vocatur. Plura Palmer. *Græc. Ant.* iii. 2.

19. Vicit a. d. iv. Non. Septembr. anno ab U. C. 723. ætatis ſuæ 32. diebus demptis 22. V. *Dion.* li. *p.* 442. *D. Caſaubonum. Pigh. Ann.* iii. *p.* 501. *Noriſ. Cenot. Piſan.* ii. 1. & 6. Oroſ. vi. 19. *Ab hora quinta uſque in horam ſeptimam incerta vincendi ſpe, graviſſima utrinque cædes acta: reliquum diei cum ſubſequente nocte in victoriam Cæſaris declinavit.*

* 20. In serum i. in veſperam, horam nimirum decimam. Plutarch. Anton. p. 947. E. Μόλις ὥρας δεκάτης ἀπεῖπε. *Tandem hora decima ſuccubuit.* Serum diei pars eſt extrema, & tempus nocti proximum. Virg. Georg. i. 251.

Illic ſera rubens accendit lumina veſper.

Noſt. infr. *Ner.* 22. 3. *Serum diei* eleganter vocant Liv. vii. 8. *Caſtrorum oppugnatione, quia ſerum erat diei, abſtinuere.* Tacit. Ann. ii. 21. 5. *Jamque ſero diei ſubducit ex acie legionem. Serum diem* Tacit. Hiſt. iii. 82. 6. *Vitelliani ad ſerum uſque diem ſaxis piliſque ſubeuntes arcebant.*

21. Samum pro *in Samum.* V. quæ dixi ad Curt. i. 27. §. 105. *Samus* inter Miletum & Chium eſt,

mero [22] confecta victoria Brundiſium [23] præmiſerat, repetit Italiam, tempeſtate
in trajectu bis conflictatus: primo inter promontoria [24] Peloponneſi [25], atque Æ-
toliæ [26]: rurſus circa montes Ceraunios [27], utrobique parte Liburnicarum [28] de-
merſa: ſimulque ejus, in qua vehebatur, fuſis armamentis [29], & gubernaculo
diffracto. Nec amplius quam ſeptem & viginti dies, donec deſideria [30] militum 7
ordinarentur, Brundiſii commoratus, Aſiæ Syriæque circuitu Ægyptum petit.
Obſeſſaque Alexandria [31], quo Antonius cum Cleopatra confugerat, brevi poti- 8
tus eſt [32]. Et Antonium quidem ſeras conditiones pacis tentantem ad mortem [33] 9
adegit, viditque mortuum [34]. Cleopatræ, quam ſervatam triumpho [35] magnope- 10
re

eſt, & attribuitur Aſiæ, in quam mox a victoria Actiaca trajeciſſe teſtatur Dio LI. In illa *quintum iniit conſulatum* 26. 7. V. *Torrentium* & *Caſaubonum.*

* 22. Ex omni numero i. ex omnibus legionibus. Cæſ. B. C. I. 20. 5. *Itaque omnes uno conſilio Domitium productum circumſiſtunt & cuſtodiunt; legatoſque ex ſuo numero ad Cæſarem mittunt* i. ex ſuo corpore, & nomine totius præſidii. Et legionem *ex ſuo numero* dare, aut tradere eſt ex copiis ſibi ex SCto attributis, vel ex ſuo exercitu apud Cæſ. B. G. VIII. 54. 2. *Cn. Pompejus legionem primam Cæſari tanquam ex ſuo numero dedit. Cæſar Pompejo legionem remiſit, & ex ſuo numero quintamdecimam ex SC. jubet tradi.* Ita *numeri* ſunt cohortes *infr.* Veſp. 6. 6. §. 15. V. *Valeſ. ad Ammian.* XX. 1.

23. Brundisium deſcripſi ſupr. Cæſ. 34. 2. §. 12.

24. Promontoria Rhium & antirrhum, qui breviſſimus erat ſimul & æſtuoſiſſimus ex Ætolia in Peloponneſum trajectus, opinatur *Caſaubonus.*

25. Peloponnesum V. Curt. III. 1. 1. §. 4.

26. Ætoliam V. Curt. III. 2. 16. §. 84.

27. Ceraunii montes *Epiri ſunt altiſſimi, a crebris fulminibus dicti.* Serv. Georg. I. 332. *Acroceraunia* dicuntur *Horat. Od.* I. 3. 20. & *Plinio*, qui III. 11. *Acroceraunio Epiri promontorio ſecundum* dicit *finiri Europæ ſinum.*

28. Liburnicæ a patria dicuntur, ut *Cæſ.* 39. 10. §. 45. Appian. Illyr. p. 758. B. C. II. p. 452. Λιβυρνοὶ, γένος Ἰλλυριῶν, οἳ τὸν Ἰόνιον, καὶ τὰς νήσους ἐλῄστευον ναυσὶν ὠκείαις τε καὶ κούφαις: ὅθεν ἔτι νῦν Ῥωμαῖοι τὰ κοῦφα καὶ ὀξέα δίκροτα Λιβυρνίδας προσαγορεύουσι. *Liburni, Illyriorum natio, qui Jonium mare inſulaſque prædabantur navibus citis & levibus: qua ex cauſa Romani nunc quoque biremes leves & celeres Liburnicas appellant.* Veget. IV. 33. *Auguſto dimicante Actiaco prælio, cum Liburnorum auxiliis præcipue victus fuiſſet Antonius, experimento tanti certaminis patuit, eſſe Liburnorum naves cæteris aptiores. Ergo ſimilitudine & nomine uſurpato ad earundem inſtar claſſem Romani principes texuerunt. Liburnia namque Dalmatiæ pars eſt, Jadertinæ ſubjacens civitati, cujus exemplo nunc naves bellicæ fabricantur, & appellantur Liburnæ.* V. *Bayſ. de re nav. p.* 22. 23. *Gyrald. de re naut. c.* 18. *Laz. Comm. R. R.* VI. 8. *Scheff. de re nav.* II. 2. *Stewech. ad Vegetium.*

29. Armamentis i. remis, rudentibus, & omni inſtrumento nautico. Flor. IV. 2. 76. *Quum eodem tempore fluctus, procellæ, viri, naves, armamenta confligerent.* Hinc *exarmata navis:* in qua nulla ſunt *armamenta:* navis ſine velis, remis, ancoris; *Cum dixiſſet Albutius in illo, qui fratrem parricidii damnatum exarmata nave dimiſit.* Senec. Contr. præf. III. V. *Grav. in Florum. Laz. Comm. R. R.* VI. 5.

30. Desideria i. ἀξιώσεις, preces, *poſtulationes* noſtr. *Ner.* 7. 1. Ita *deſideria militum* Tacit. Ann. I. 19. 2. *legionum* I. 26. 3. Noſt. Tit. 8. 2. Aliquando libelli ſupplices, ut infr. 53. 5. V. *Caſaubonum* & *Pollet. For. Rom.* IV. 17.

31. Alexandriam deſcripſi ad Curt. IV. 8. 2. §. 8.

32. Potitus est Alexandria Octavius Kal. Sext. Oroſ. VI. 19. *Kalendis Sextilibus prima luce Antonius cum ad inſtruendam claſſem in portum deſcenderet, ſubito univerſæ naves ad Cæſarem tranſierunt.* Inde ſenatuſconſultum, quo Sextilis in Auguſtum mutatur, apud Macrob. Sat. I. 12. *Cum Ægyptus menſe Sextili in poteſtatem populi Romani redacta ſit, finiſque hoc menſe bellis civilibus impoſitus ſit, placere ſenatui, ut hic menſis Auguſtus appelletur.* V. & *Velſer. rer. Aug. Vind.* II. *p.* 200. 201. & *ad Scalig. Epiſt.* 2. Qui potitus ſit hac urbe Octavius ſuſius Dio LI. p. 449. Plutarch. Anton. p. 951. V. etiam Maſſon. Jan. reſer. p. 179. Horat. vit. p. 339.

33. Mortem conſcivit ſibi hoc modo Antonius: Erat ei ſervus nomine Eros, quem jam pridem hortatus fuerat, ut juſſus interficeret ipſum. Is, quod olim in ſe receperat, præſtare juſſus, ſtricto gladio, quaſi illum icturus, averſo vultu ſemetipſum confodit. Tum Antonius, euge Eros, inquit, quod ipſe facere non potuiſti, me quomodo faciendum ſit doces. Sicque ventrem fodit, & in lectulum ſe demiſit. Cognito ſuperſtitem eſſe Cleopatram ad illam deportari voluit, & in gremio ejus animam efflavit, ut latius Plutarch. Anton. p. 951. 952. Dio LI. p. 450.

34. Vidisse mortuum Antonium apud neminem legitur: imo in interiorem tentorii partem ſe ſubduxiſſe Cæſarem, & illic illacrymaſſe affini quondam ſuo, & collegæ, & multorum certaminum & rerum ſocio teſtis perhibet Plutarch. p. 952. B. Ὁ δ' ὡς ἤκουσεν, ἐνδοτέρω τῆς σκηνῆς ὑποστὰς, ἀπεδάκρυσεν ἄνδρα κηδεστὴν γενόμενον, καὶ συνάρχοντα, καὶ πολλῶν ἀγώνων, καὶ πραγμάτων κοινωνόν. *Vidiſſe mortuam Cleo-*

re cupiebat, etiam Pſyllos [36] admovit, qui venenum ac virus exſugerent: quod
11 periiſſe morſu aſpidis [37] putabatur. Ambobus communem ſepulturæ honorem [38]
12 tribuit, ac tumulum ab ipſis [39] inchoatum perfici [40] juſſit. Antonium [41] juvenem,
majorem de duobus Fulvia genitis, ſimulacro [42] divi Julii, ad quod poſt multas,
13 & irritas preces confugerat, abreptum [43] interemit [44]. Item Cæſarionem, quem
ex

patram teſtatur Dio LI. p. 453. A. Ἀκούσας δὲ ὁ Καῖσαρ τὴν τελευτὴν αὐτῆς, ἐξεπλάγη, καὶ τό τε σῶμα αὐτῆς εἶδε. *Cæſar audito Cleopatræ interitu attonitus, corpus ejus vidit.* * Sed & hoc otioſum, nec Suetonii eſſe dicit Celeberrimus Gronovius in ſuis ad hunc locum notis, cum ſcripſerit auctor, *unxitque mortuum*, more ſcilicet Ægyptio, non Romano, ut nos doceat, Auguſtum juſſiſſe curari cadaver ad invidiam hominis, qui ſe Ægyptium fecerat ejurata Roma. V. Dionem. *infr.* §. 38.

35. TRIUMPHO SERVATAM. Dio LI. p. 452. A. Ἐν ἐπιμελείᾳ αὐτὴν ἐποιεῖτο, ὅπως ἐς τὰ ἐπινίκια λαμπρύνῃ. Τοῦτο οὖν ὑποτοπήσασα, καὶ μυρίων θανάτων χαλεπώτερον αὐτὸ νομίσασα εἶναι, ὄντως τε ἀποθανεῖν ἐπεθύμησε. *Accurate illam obſervari juſſit, adhibiturus eam ad exornandum ſuum triumphum. Quod ita fore ſuſpicata, & infinitis mortibus acerbius ducens, mori ſerio cœpit.* Unde ejus imaginem illo tranſlatam dicunt ſcriptores. Plutarch. Anton. p. 955. B. Ἐν γὰρ τῷ θριάμβῳ τῆς Κλεοπάτρας αὐτῆς εἴδωλον ἐκομίζετο, καὶ τῆς ἀσπίδος ἐμπεφυκυίας. *Siquidem in triumpho ejus imago ipſius Cleopatræ, & aſpidis mordicus brachio affixa.* Unde Prop. III. 9. 53.

Brachia ſpectavi ſacris admorſa colubris.

V. etiam infr. 22. §. 13.

36. PSYLLORUM *gens in Africa fuit, a Pſyllo rege dicta. Horum corpori ingenitum fuit virus exitiale ſerpentibus, ut cujus odore ſopirent eas.* Plin. VII. 2. Hos ſecum traxit Cato minor in Africam iter faciens. Plutarch. p. 787. A. Ἔτι δὲ ἅμαξαι καὶ τοὺς καλουμένους Ψύλλους ἐπαγόμενος, οἳ τά τε δήγματα τῶν θηρίων ἰῶνται τοῖς στόμασιν ἕλκοντες ἰόν, αὐτά τε τὰ θηρία κατεπᾴδοντες ἀμβλύνουσι καὶ κηλοῦσι. *Currus inſuper & Pſyllos appellatos trahebat ſecum, qui ſerpentium ictibus medentur venenum ore exſugentes, ipſaſque incantationibus hebetant, & ſopiunt ſerpentes.* De *Pſyllis* tamen Celſ. V. 27. 3. *Pſylli non habent ſcientiam adverſus venena præcipuam, ſed audaciam uſu ipſo confirmatam, quæ vulnera exſugunt: namque venenum ſerpentis non guſtu, ſed in vulnere nocet: ergo quiſquis exemplum Pſylli ſecutus, id vulnus exſuxerit, & ipſe tutus erit, & tutum hominem præſtabit.* Qui quomodo naſcantur, pluribus docet Dio LI. p. 453. *B. C.*

37. MORSU ASPIDIS periiſſe Cleopatram dicunt quoque Paterc. II. 87. 1. *Cleopatra, fruſtratis cuſtodibus, illata aſpide, morſu ſane ejus, expers muliebris metus ſpiritum reddidit.* Flor. IV. 11. 11. *Admotis ad venas ſerpentibus, ſic morte quaſi ſomno ſoluta.* Quo mortis genere obierit, nemo certum novit: unde & varia genera denarrant *Dio* LI. *p.* 452. *E.* & *Plutarch. Anton. p.* 955. *A. B.*

38. COMMUNEM SEPULTURÆ HONOREM. Dio LI. p. 453. C. Ἀντώνιος καὶ Κλεοπάτρα ἐν τῷ αὐτῷ τρόπῳ ἐταριχεύθησαν, καὶ τῇ αὐτῇ θήκῃ ἐτάφησαν. *Antonius & Cleopatra eodem modo conditi, & in eadem arca ſepulti ſunt.*

39. IPSIMET plerumque ſepulcra ſibi vivi facere ſolebant. Senec. Brev. Vit. c. 20. *Quidam diſponunt etiam illa, quæ ultra vitam ſunt, moles magnas ſepulcrorum.* Xiphil. LXIX. p. 797. E. Ἐτάφη δὲ πρὸς αὐτῷ τῷ ποταμῷ πρὸς τῇ γεφύρᾳ τῇ Αἰλίᾳ· ἐνταῦθα γὰρ τὸ μνῆμα κατεσκευάσατο. *Sepultus eſt ad flumen juxta pontem Ælium: illic enim monumentum fecerat.* Noſt. 101. 11..... Rationes, quæ illos impulerint, denarrat Kirchm. de Fun. III. 11.

40. PERFICERE ſepulcrum, ſi morte præventi abſolvere non potuiſſent, ſolitos fuiſſe hæredes, ex inſcriptione, quæ eſt in via Oſtienſi quarto ab Urbe lapide, prolixiore docet l. l. *Kirchmannus.*

41. ANTONIUM, quem Ἄντυλλον ex conſuetudine linguæ ſuæ U Romanum ante geminum LL in Y mutando vocant Græci, *Antullum* dicunt Latini. Illum in paterni generis, quod ab *Antone* Herculis filio, a quo *Antyllus* ὑποκοριστικὸν eſt pro *Antonillus*, traxit, memoriam vocavit Antonius. V. doctiſſ. *Perizon. Anim. Hiſtor. c.* 3.

42. Ad SIMULACRA imperatorum confugiebant miſeri, & in periculo conſtituti, ut a pœna & periculo tuti eſſent. Ulpian. Digeſt. XXI. 1. 17. §. 12. *Ego puto non eſſe eum fugitivum, qui id facit, quod publice facere licere arbitratur, ne eum quidem, qui ad ſtatuam Cæſaris confugit, fugitivum arbitror.* Liv. XXIII. 10. *Cyrenis quum Magius ad ſtatuam Ptolemæi regis confugiſſet.* Noſt. *Tib.* 53. 3. V. & *Figrell. de ſtat. c.* 34. *Long. de anul. p.* 12. 13.

43. ABREPTUM, quod tamen interdixerant triumviri. Dio XLVIII. p. 338. B. Ἀπηγόρευσαν δὲ, μηδένα ἐς τὸ ἡρῷον αὐτοῦ καταφυγόντα ἐπ' ἀδείᾳ, μήτε ἀνδρηλατεῖσθαι, μήτε συλᾶσθαι. *Edixere, ne quis ſecuritatis cauſa in ejus*, Julii, *templum confugiſſet, inde ejici vel abripi poſſet.* Sub Tiberio vero cum *incederet deterrimo cuique licentia, impune probra & invidiam in bonos excitandi, arrepta imagine Cæſaris.... C. Ceſtius ſenator diſſeruit; principes quidem inſtar Deorum eſſe: ſed neque a diis niſi juſtas ſupplicum preces audiri, neque quemquam in Capitolium, aliave Urbis templa perfugere, ut eo ſubſidio ad flagitia utatur.* Tacit. Ann. III. 36. 2. 3. V. *Figrell. de ſtat. c.* 34. & *Lipſium ad Tacitum.*

44. INTEREMIT. Dio LI. p. 454. A. Τῶν δὲ δὴ παίδων αὐτῶν, Ἄντυλλος μὲν, καίτοι τήν τε τοῦ Καίσαρος θυγατέρα ἐγγεγυημένος, καὶ ἐς τὸ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἡρῷον

Digitized by Google

Cæſare patre [45] Cleopatra concepiſſe prædicabat, retractum [46] e fuga ſupplicio affecit [47]. Reliquos Antonii reginæque communes [48] liberos, non ſecus ac neceſſitu- 14
dine junctos ſibi & conſervavit, & mox [49] pro conditione cujuſque ſuſtinuit ac fovit [50].

ἡρῷον, ὃ ἡ Κλεοπάτρα ἐπεποιήκει, καταφυγὼν, εὐθὺς ἐσφάγη. *Ex liberis autem eorum Antyllus, quamquam ei Cæſaris erat deſponſata filia.* (V. noſt. 63. 4.) *& in patris ejus templum a Cleopatra factum confugerat, ſtatim jugulatus eſt.* Prodiderat vero illum Theodorus pædagogus. Plutarch. Anton. p. 953. B. ὑπὸ Θεοδώρου τοῦ παιδαγωγοῦ παραδοθείς.

45. PATRE i. Julio. Sæpe ita differentiæ cauſa hiſtorici. Auct. Pervig. Ven. n. 73.

Patrem crearet & nepotem Cæſarem.

Ubi pater Cæſar filius, nepos Auguſtus. Noſt. 45. 3.

46. RETRACTUM.... Plutarchus: Καισαρίωνα ἡ μὲν μήτηρ ἐξέπεμψε μετὰ χρημάτων πολλῶν εἰς τὴν Ἰνδικὴν δι' Αἰθιοπίας. Ἕτερος δὲ παιδαγωγὸς ὅμοιος Θεοδώρῳ, Ῥόδων, ἀνέπεισεν ἐπανελθεῖν, ὡς Καίσαρος αὐτὸν ἐπὶ βασιλείαν καλοῦντος. Βουλευομένου δὲ Καίσαρος Ἄρειον εἰπεῖν λέγουσιν: οὐκ ἀγαθὸν πολυκαισαρίη. Τοῦτον μὲν οὖν ὕστερον ἀπέκτεινε μετὰ τὴν Κλεοπάτρας τελευτήν. *Cæſarionem miſerat mater cum magna pecuniæ ſumma per Æthiopiam in Indiam. Hunc alter ſimili Theodoro pædagogus Rhodon induxit ad regrediendum, tanquam vocaret eum Cæſar ad regnum. Deliberante de eo Cæſare perhibent Arium*, de quo 89. 2. §. 8. *dixiſſe non eſſe probandam Cæſarum multitudinem. Eum poſt ſub Cleopatræ mortem interfecit.*

* 47. SUPPLICIO AFFECIT, non parvulum, ut Malala Chronol. IX. p. 279. aſſerit, ſed minimum, utpote poſt victoriam Actiacam, ſeptendecim annos habentem.

48. COMMUNES...: i. ex Antonio & Cleopatra genitos. Prop. IV. 12. 70.

Nunc tibi commendo communia pignora natos.

Virg. Æneid. II. 789.

Jamque vale, & nati ſerva communis amorem.

Eurip. Phœnis. n. 15.

Ἐξαιτεῖ θ' ἅμα
Παίδων ἐς οἴκους ἄρσενα κοινωνίαν.
& poſcit ſimul
Liberorum in ædibus maſculorum communem prolem.

Noſt. *Tib.* 7. 6.

49. MOX i. deinde. Plin. XII. 12. *In noſtro orbe proxime laudatur Syriacum, mox Gallicum.* Noſt. ſupr. *Cæſ.* 1. 1. *infr.* 47. 3. *Oth.* 10. 2.

50. SUSTINUIT AC FOVIT, quod multis docet *Plutarch. Anton. p. 955. C. D.* * *Suſtinere* pro ſuſtentare poſitum. Liv. XXXIX. 9. *Maligne omnia præbentibus ſuis, meretricula munificentia ſuſtinebatur.* Senec. Contr. II. 9. *Etiamſi ſuſtinerem, at tradi diviti nollem.*

CAPUT XVIII.

ARG. *Alexandri conditorium & corpus veneratur, Ægypti foſſas oblimatas militari opere deterget, Nicopolim apud Actium condit, ludos quinquennales conſtituit, & locum caſtrorum Neptuno ac Marti conſecrat Octavius Cæſar Auguſtus.*

Per idem tempus conditorium [1] & corpus [2] Magni Alexandri cum prolatum e 1
penetrali [3] ſubjeciſſet oculis, corona aurea [4] impoſita, ac floribus [5] aſperſis veneratus

CONDITORIUM i. arcam, θήκην, λάρνακα, πύελον, ut dicitur Straboni. Olim ex auro, poſtea e vitro fuit. Strab. XVII. p. 546. Τὸ δὲ σῶμα τοῦ Ἀλεξάνδρου κομίσας ὁ Πτολεμαῖος ἐκήδευσεν ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ, ὅπου νῦν ἔτι κεῖται, οὐ μὴν ἐν τῇ αὐτῇ πυέλῳ· ὑαλίνη γὰρ αὕτη, ἐκεῖνος δ' ἐν χρυσῇ κατέθηκεν. *Alexandri corpus Ptolemæus Alexandriam detulit, ibique id ſepeliit, & adhuc ibi jacet, non tamen in eodem alveo; nunc enim vitreus eſt, ille in aureo condiderat.* Talem intelligi arcam patet, quia *ex penetrali prolatam* dicit noſter. Qui & ejus meminit infr. Cal. 52. 3.

2. CORPUS i. cadaver. Curt. X. 10. 9. *Septimus dies erat, ex quo corpus Regis jacebat in ſolio.* Noſt. 100. 4. *Tib.* 75. 5: 7. 7. Illud attrectaviſſe, ita ut naſi quoque particulam aliquam fregerit, dicit Dio LI. p. 454. E. Καὶ μετὰ ταῦτα τὸ μὲν τοῦ Ἀλεξάνδρου σῶμα εἶδε, καὶ αὐτοῦ καὶ προσήψατο, ὥστε τι τῆς ῥινός, ὥς φασι, θραυσθῆναι.

3. PENETRALIA ſunt *templorum ſecreta*. Serv. Æn. VI. 71. Gloſſ. *Penetralia*, μυχοί, ἐνδότατα. *Penetralis*, μυχὸς, ὁ ἐσώτερος τόπος.

4. CORONA AUREA. Ex moribus etiam orientis. Tertull. de idol. c. 18. *Igitur purpura illa, & aurum cervicis ornamentum eodem more apud Ægyptios & Babylonios inſignia erant dignitatis, quo more nunc prætexta, vel trabea, vel palmata, & coronæ aureæ ſacerdotum provincialium, ſed non eadem conditione.* Curt. X. 1. 32. *Ceterum corona aurea impoſita amiculo, cui adſueverat ipſe, ſolium in quo corpus* Cyri *jacebat, velavit.*

5. FLORIBUS ſepulcra aſperſiſſe veteres infinitis ſcriptorum locis probari poſſet. Hæc vero ſufficient. Sophocles Electra. n. 896.

Ἐπεὶ γὰρ ἦλθον πατρὸς ἀρχαῖον τάφον,
Ὁρῶ κολώνης ἐξ ἄκρας νεορρύτους
Πηγὰς γάλακτος, καὶ περιστεφῆ κύκλῳ

Πάντων

Digitized by Google

ratus eſt: conſultuſque [6], num & Ptolemæum [7] inſpicere vellet, *regem ſe voluiſſe*
2 ait *videre*, *non mortuos* [8]. Ægyptum [9], in provinciæ formam redactam, ut feraciorem habilioremque annonæ urbicæ [10] redderet, foſſas [11] omnes, in quas Nilus
3 exæſtuat [12], oblimatas [13] longa vetuſtate, militari [14] opere [15] deterſit [16]. Quoque Actiacæ victoriæ memoria celebratior in poſterum eſſet, urbem Nicopolim [17] apud

Πάντων ὅσ' ἐστὶν ἀθλίων θνητῶν πατρός.
Abs ſe digreſſa antiquum ut acceſſi ad patris
Tumulum, repletos lacte rivos conſpicor
Fuſo recens, variiſque buſtum floſculis
Hinc inde conſperſum undique.

Tib. II. 4. 48.

Atque aliquis ſenior veteres veneratus amores,
Annua conſtructo ſerta dabit tumulo.

Plin. XXI. 3. *Aſſes ergo contulit populus, ac funus elocavit, quaque præferebatur, flores e proſpectu omni ſparſit.* Noſt. *Ner.* 57. 3. Plura, ſi volueris, ſuppeditabunt *Ouzel. Minuc. Fel. p.* 64. 65. 66. *Kirchm. Fun.* IV. 3. *Mag. Miſc.* II. 17. *Paſchal. de Cor.* IV. 5.

6. CONSULTUS i. interrogatus. Flor. I. 7. 7. *Per nuntios conſulenti quid fieri vellet.* Juris verbum eſt. Horat. Sat. II. 3. 192.

Ergo conſulere, & mox reſpondere licebit?

Ubi V. *Torrentium* & *Turneb. Adv.* VII. 10.

7. PTOLEMÆUM legerim ultima ſyllaba circumflexa, pro *Ptolemæorum*; ſequitur enim: *regem, ait ſe voluiſſe videre, non mortuos.* Et ita Dio LI. p. 455. A. Τὰ δὲ δὴ τῶν Πτολεμαίων, καίτοι τῶν Ἀλεξανδρέων σπουδῇ βουληθέντων αὐτῷ δεῖξαι, οὐκ ἐθεάσατο· εἰπὼν ὅτι, βασιλέα, ἀλλ' οὐ νεκροὺς ἰδεῖν ἐπεθύμησα. *Ptolemæorum autem corpora, quamquam ea oſtendere Alexandrini enixe volebant, non ſpectavit: dicens regem, non mortuos ſe videre voluiſſe.* V. *Torrentium.*

8. MORTUI dicuntur Ptolemæi, quia illorum, qui deliciis corrupti male vixerunt, non *vita*, ſed *mors* eſt. Talium vero fuit vita omnium poſt tertium, maxime quarti, ſeptimi, & ultimi Auletis. V. *Beroaldum.* & *Schulting. in Senec. Contr. p.* 62.

9. ÆGYPTUS ἐπαρχία ἐστὶ νῦν, φόρους μὲν τελοῦσα ἀξιολόγους, ὑπὸ σωφρόνων δ' ἀνδρῶν διοικουμένη τῶν πεμπομένων ἐπάρχων ἀεί. Ὁ μὲν οὖν πεμφθεὶς τὴν τοῦ βασιλέως ἔχει τάξιν. Ὑπ' αὐτῷ δ' ἐστὶν ὁ δικαιοδότης, ὁ τῶν πολλῶν κρίσεων κύριος. Ἄλλος δ' ἐστὶν ὁ προσαγορευόμενος ἴδιος λόγος, ὃς τῶν ἀδεσπότων, καὶ τῶν εἰς Καίσαρα πίπτειν ὀφειλόντων ἐξεταστής ἐστι. Παρέπονται δὲ τούτοις ἀπελεύθεροι Καίσαρος καὶ οἰκονόμοι, μείζω καὶ ἐλάττω πεπιστευμένοι πράγματα. *Nunc provincia eſt, & tributa maxima pendit, ab hominibus modeſtis adminiſtratur, qui in eam mittuntur. Qui mittitur Regis loco eſt. Ei ſubeſt* δικαιοδότης *i. juri dicendo præfectus, qui judicia exercendi pleraque poteſtatem habet. Tum alius* ἴδιος λόγος, *nimirum qui peculiares rationes curat. Is in ea inquirit, quæ ſub alterius poteſtate non ſunt, ſed ſeorſim ad Cæſarem recidunt. Hos comitantur Cæſaris liberti & adminiſtratores, quibus majora & minora negotia committuntur.* Strab. XVII. p. 548.

10. ANNONÆ URBICÆ i. Romam devehendæ. Illa vero plurima eo ex Ægypto quotannis tranſvehebatur. Plin. Paneg. 31. 2. *Percrebruerat antiquitus, urbem noſtram, niſi opibus Ægypti ali ſuſtentarique non poſſe. Superbiebat ventoſa & inſolens natio, quod victorem quidem populum, paſceret tamen; quodque in ſuo flumine, in ſuis manibus, vel abundantia noſtra, vel fames eſſet.* Alexandriam Romanis præter pecuniam quatuor menſium quotannis ſubminiſtrare annonam teſtatur Joſeph. Bell. Jud. II. 28. Καὶ τῶν χρημάτων ἔξωθεν τῇ Ῥώμῃ σῖτον μηνῶν τεσσάρων παρέχει. Aurel. Vict. Epit. I. 6. *Hujus* Auguſti *tempore ex Ægypto Urbi annua ducenties centena millia frumenti inferebantur.*

11. FOSSAS i. meatus interciſos, ſive incilia hiantia, quæ Nilum tranſmittunt in arva remotiora ſegetibus deſtinata. Herod. II. p. 110. διώρυχας appellat, quaſi effoſſa aquarum emiſſaria. V. *Bud. in Pandect. p.* 213.

12. EXÆSTUAT i. ſe exonerat, *abundat* Tibull. I. 8. 21. *Juſtum incrementum eſt cubitorum* 16. *Minores aquæ non omnia rigant: ampliores detinent tardius recedendo.* Plin. V. 9.

13. OBLIMATAS i. *limo* obductas, cœno obſtructas. Aurel. Vict. Epit. I. 5. *Quam ut annona Urbis copioſam efficeret, foſſas incuria vetuſtatis limo clauſas labore militum patefecit. Oblimare* eſt *limo* implere. Virg. Georg. III. 136.

Et ſulcos oblimet inertes.

* Cicer. N. D. II. 52. *Ægyptum Nilus irrigat, & cum tota æſtate obrutam, oppletamque tenuit, tum recidit, mollitoſque & oblimatos agros ad ſerendum relinquit.*

14. MILITEM feriari nunquam volebant imperatores Romani. Tempore vero pacis ad diſcutiendum torporem, alia ingentia opera præſcribebant, ut vias exſtruere, caſtella ponere, foſſas facere, purgare. Tacit. Ann. XI. 20. 2. *Ut tamen miles otium exueret, inter Moſam Rhenumque trium & viginti millium ſpatio foſſam produxit.* Noſt. *Claud.* I. 3.

* 15. OPERE..... i. militibus *opus* facientibus. Aurel. Vict. Epit. I. 5. *Labore militum patefecit. Opus* pro labore Latini dicunt. Liv. Præf. *Res eſt immenſi operis.* Ut Græci ἔργον. Ariſtot. Hiſt. Anim. VI. 30. *Gravidam capere eſt labor,* ἔργον ἐστί.

16. DETERSIT i. repurgavit, limum auferri juſſit, metaphorice. Ut etiam *detergere faſtidia* dixit Colum. VIII. 10.

17. NICOPOLIM τὸ τοῦ Σεβαστοῦ Καίσαρος κτίσμα, *opus Auguſti Cæſaris* vocat Strab. VII. p. 224. Dio LI. p. 443. Πόλιν τε τινὰ ἐν τῷ στρατοπέδου τόπῳ, τοὺς μὲν συναγείρας, τοὺς δ' ἀναστήσας τῶν πλησιοχώρων, συνῴκισε, Νικόπολιν αὐτῇ ὄνομα δούς. *Urbemque eo loco, ubi*

apud [18] Actium [19] condidit: ludoſque [20] illic quinquennales [21] conſtituit [22], & ampliato [23] vetere Apollinis templo, locum caſtrorum [24], quibus fuerat uſus, exornatum navalibus ſpoliis [25], Neptuno ac Marti [26] conſecravit.

ubi caſtra habuerat, effecit: partim collectis ad eam incolendam hominibus, partim eo tranſlatis finitimis, eique Nicopolis nomen indidit. Strab. VII. p. 225. Ὕστερον δὲ ὁ Σεβαστὸς ὁρῶν ἐκλελειμμένας τελέως τὰς πόλεις, εἰς μίαν συνῴκισε τὴν ὑπ' αὐτοῦ κληθεῖσαν Νικόπολιν ἐν τῷ κόλπῳ τούτῳ. Ἐκάλεσε δ' ἐπώνυμον τῆς νίκης, ἐν ᾗ κατεναυμάχησεν Ἀντώνιον.... *Adeo ut tandem Auguſtus ſentiens plane deſeri has urbes, in unam omnes a ſe in ſinu iſto vocatam Nicopolin contraxerit. Nomen Nicopoli indidit a victoria, qua potitus eſt devicto Antonio.* * *Ambraciam civitatem Auguſtum Nicopolim appellaſſe* dum ſcribit Æn. III. 274. errat Servius. Eſt enim Ambracia alia a Nicopoli, & utræque urbes adhuc manent, longoque plurium millium paſſuum intervallo utraque ab altera disjuncta eſt. *Nicopolis* eſt in ipſo ſinus ſiniſtro ore. Ambracia in ultimo ſinu. *Nicopolis* nunc *Preveza* & *Priviſo* dicitur, Ambracia nunc eſt L'Aarta. V. *Palmer. Græc. Ant.* II. 6. & *Mattium Opin.* I. 9.

18. APUD i. e. regione, ut docet *Caſaubonus*, πρὸς τῷ Ἀκτίῳ. Pauſan. Ἠλιακ. A. p. 172. Ἀμβρακιώτας δὲ καὶ Ἀνακτορίους ἀποίκους Κορινθίων ὄντας, ἐπηγάγετο ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς ἐς Νικοπόλεως συνοικισμὸν πρὸς τῷ Ἀκτίῳ. *Ambraciotas & Anactorios Corinthiorum colonos deduxit Romanorum imperator ad habitandam Nicopolim, quæ eſt ad Actium:* ὑπὲρ τοῦ Ἀκτίου. Idem Ἀχαϊκ. p. 224. Διὰ τὸ τὴν ἐς Νικόπολιν τὴν ὑπὲρ τοῦ Ἀκτίου συνοικίζεσθαι καὶ τὸ Αἰτωλικόν. *Eo quod Ætolica gens in habitationem Nicopolis ad Actium coacta fuerat.* In quo latere faucium Ambracici ſinus ſita fuerit, fuſius narrat *Palmerius*.

19. ACTIUM deſcripſi ſupr. 17. 5. §. 18.

* 20. LUDOS ex more antiquorum ducum, qui perfuncti cum incolumi exercitu periculis, diis, Jovique ſervatori inprimis, ſacrificiis factis, votiſque perſolutis gratulabantur & vario *ludorum* genere exhilarati miſeriam præteritorum incommodorum communi lætitia diluebant, & obruebant. *Xenoph.* Ἀναβ. IV. p. 342. D. Παρ' ἐκείνων ἦλθον αὐτοῖς βόες ἱκανοὶ ἀποθῦσαι τῷ Διὶ τῷ σωτῆρι, καὶ τῷ Ἡρακλεῖ ἡγεμόσυνα, καὶ τοῖς ἄλλοις δὲ θεοῖς ἃ ηὔξαντο. Ἐποίησαν δὲ καὶ ἀγῶνα γυμνικὸν ἐν τῷ ὄρει ἔνθαπερ ἐσκήνουν. *Et boves ad eos allati ſunt, qui ſufficerent ad mactandas Jovi Servatori & Herculi victimas, quod ipſis duces itineris extitiſſent: iisdemque diis cæteris vota nuncupata ſunt. Præterea ludos gymnicos illo ipſo in monte inſtituerunt, in quo caſtra habebant.* Virg. Æn. III. 278... 213. V. quoque *Matt. Opin.* I. 9.

21. QUINQUENNALES i. quinto quoque anno celebrandos. Agon Actiacus merus Olympicus fuit. Strab. VII. p. 225. Ἀποδέδεικται δ' ὁ ἀγὼν Ὀλύμπιος τὰ Ἄκτια, ἱερὸς τοῦ Ἀκτίου Ἀπόλλωνος· τὴν δ' ἐπιμέλειαν ἔχουσι αὐτοῦ Λακεδαιμόνιοι. Αἱ δ' ἄλλαι κατοικίαι περιπόλιοι τῆς Νικοπόλεώς εἰσιν. Ἤγετο δὲ καὶ πρότερον τὰ Ἄκτια, τῷ θεῷ στεφανίτης ἀγὼν ὑπὸ τῶν περιοίκων: νῦν δ' ἐντιμότερον ἐποίησεν ὁ Καῖσαρ. *Actia certamen ſunt Olympicum, in Actii Apollinis honorem: procurant Lacedæmonii. Reliqua oppida & vici ſub Nicopoli ſunt. Quondam quoque Actia coronarium certamen Deo a vicinis celebrabantur: nunc vero ejus dignitatem auxit Cæſar*, & illuſtriorem fecit condita urbe Nicopoli, & decuma de præda hoſtium Apollini conſecrata, non inſtituit. Dio LI. p. 442. E. *ſacrum* vocat: Πεντετηρικὸν ἱερόν, οὕτω γὰρ τοὺς τὴν σίτησιν ἔχοντας ὀνομάζουσι, κατέδειξεν. *Sacrum quinquennale, ſic enim illi, qui annonæ ſunt præfecti, appellabant, conſtituit*, quia hieronicæ de publico cœnabant: quod fiebat in omnibus ſacris ludicris. V. *Scalig. in Euſeb.* p. 153. Hinc *Actiaci* dicuntur *Tib.* 6. 7.

* 22. CONSTITUIT ludos Actiacos, non ad Nicopolim, ut perperam Servius: ſed ad Actium urbem in promontorio Actio e regione urbis Nicopolis. Nec illos *conſtituit*, ſed ampliavit & magnificentius exornavit. Strab. VII. p. 225. V. illum ſupr. §. 21. Unde Suidas: Ἄκτια, ἀγὼν παλαιός. *Actia, certamen antiquum.* Conſtituit & alios quinquennales ad Nicopolim Apollini quidem, ſed non Actiaco. Diverſum enim eſt Apollinis ad Nicopolim a templo Apollinis ad Actium. Suetonius ſilentio præteritis ludis Actiacis & Apollinis ibi templo, tantum urbis Nicopolis & conſtitutorum ibi ludorum mentionem facit. V. *Mattium*, ſi vacas, *Opin.* I. 9.

23. AMPLIATO i. aucto, majore facto. Dio: ναὸν μείζω ᾠκοδόμησεν.

24. LOCUM CASTRORUM totum in templum ait verſum & hic, & 96. 6. Dio in caſtrorum loco urbem Nicopolim fuiſſe ædificatam §. 17. & templum in loco, in quo fuerat Auguſti tabernaculum §. 25. Ego Dionem ſequar: video enim factum etiam alias, ut quo in loco caſtra habuerant, ibi urbem mox conderent Romani. Strab. IV. p. 142. Τρισχιλίους δὲ Ῥωμαίων πέμψας, ᾤκισε τὴν πόλιν Αὐγοῦστα ὁ Καῖσαρ, ἐν ᾧ ἐστρατοπέδευσε χωρίῳ Οὐάρρων. *Miſſis Romanorum tribus millibus Auguſtus Cæſar urbem condidit, quo loco Varro caſtra habuerat.* Hinc tam multæ Hiſpaniæ, Africæ, aliarumque regionum urbes ſub *caſtrorum* appellatione reperiuntur. V. *Caſaubonum.*

25. NAVALIBUS SPOLIIS i. roſtris navium. Dio LI. p. 443. A. Τό τε χωρίον, ἐν ᾧ ἐσκήνησε, λίθοις τετραπέδοις ἐκρηπίδωσε, καὶ τοῖς ἁλοῦσιν ἐμβόλοις ἐκόσμησεν, ἕδος τι ἐν αὐτῷ τοῦ Ἀπόλλωνος ὑπαίθριον ἱδρυσάμενος. *Locum, in quo tetenderat, lapidibus quadratis a fundamento exſtruxit, roſtriſque navium captarum ornavit, ſacrarium ibi Apollinis ſub dio conſtituens.* * Philippus Floril. VI. 25. 16. n. 1.

Ἔμβολα χαλκογένεια, φιλόπλοα τεύχεα νηῶν,
Ἀκτιακοῦ πολέμου κείμεθα μαρτύρια.
Roſtra area, arma amantia latera templorum,
Actiaci belli jacemus teſtimonia.

Qui mos templa ornandi veteribus in uſu. Herod. III. p. 209. Αἰγινῆται τῶν νεῶν καπρίους ἐχουσέων τὰς πρώρας ἠκρωτηρίασαν, καὶ ἀνέθεσαν ἐς τὸ ἱρὸν τῆς Ἀθηναίης ἐν Αἰγίνῃ: *Æginetæ roſtratas naves mutilaverunt, eaque roſtra ad Minervæ templum in Ægina affixerunt.*

* 26. NEPTUNO AC MARTI, quia cum Neptuno, quem ſuperbe contempſerat *ſupr.* 16. n. 4. in gratiam redierit, ejus numen adeo propitium in hac victoria expertus. Nec loquitur Suetonius de ipſo templo, ut putat *Caſaubonus*, quod Apollini conſecratum fuiſſe admittimus, quia hoc docent Dio *ſupr.* §. 25. & Strab. VII. p. 225. verum de *caſtrorum loco navalibus ſpoliis exornato.* Berneggerus.

CAPUT XIX.

ARG. *Tumultus & conjurationes complures comprimit Octavius Cæſar Auguſtus.*

1 Tumultus poſt [1] hæc, ac etiam rerum novarum initia, conjurationeſque complures [2], prius quam invaleſcerent [3], indicio detectas compreſſit, & alias alio tempore: Lepidi juvenis [4], deinde Varronis Murenæ [5], & Fannii Cæpionis [6], mox M. Egnatii [7], exin Plautii Rufi, Luciique Paulli progeneri [8] ſui, ac præter has

POST 1. ultra, præter. Ad tempus enim, quo vivo etiam Antonio periculoſis conjurationibus Auguſtus eſt petitus, referri non poteſt, ut monet *Sabellicus.*

2. CONJURATIONES COMPLURES. Senec. de Clem. I. 9. *Interpellavit tandem illum Livia uxor: & admittis, inquit, muliebre conſilium? Fac quod medici ſolent, qui ubi uſitata remedia non procedunt, tentant contraria. Severitate nihil adhuc profeciſti: Salvidienum Lepidus ſecutus eſt, Lepidum Murena, Murenam Cæpio, Cæpionem Egnatius, ut alios taceam, quos tantum auſos pudet.* Quem Liviæ ſermonem ſatis verboſe memoriæ prodidit *Dio* LV. *p.* 558.... 562.

3. INVALESCERENT i. augerentur, incrementum ſumerent. Ovid. Metam. IX. 163.

Invaluit vis illa mali.

Noſt. *Ner.* 27. 1. *Veſp.* 11. 1. Eodem modo dicunt *convaleſcere plantas* Senec. Epiſt. 2. *annonam* noſt. *infr.* 42. 4. V. *Cuper. Obſ.* II. 17.

4. M. LEPIDUS JUVENIS, *Lepidi ejus, qui triumvir ſuerat Reipublicæ conſtituendæ, filius, Junia Bruti ſorore natus, interficiendi, ſimul in Urbem revertiſſet, Cæſaris conſilia inierat, dum ultimam bello Actiaco Alexandrinoque Cæſar imponit manum. Tunc Urbis cuſtodiis præpoſitus C. Mæcenas ſpeculatus per ſummam quietem ac diſſimulationem præcipitis conſilia juvenis, mira celeritate, nullaque cum perturbatione, aut rerum, aut hominum oppreſſo Lepido, immane novi ac reſurrecturi belli civilis reſtinxit initium.* Paterc. II. 88. 1. 3.

5. MURENA fuit *L. Licinius Varro Murena.* Strab. XIV. p. 461. Εἶτ᾽ ἐμπεσὼν εἰς τὴν Μουρήνα φιλίαν, ἐκείνῳ συνεάλω φεύγων, φωραθείσης τῆς κατὰ Καίσαρος τοῦ Σεβαστοῦ ἐπιβουλῆς. Athenæus *deinde cum in amicitiam Murenæ incidiſſet, hujus in Auguſtum Cæſarem inſidiis compertis, una ipſe fugiens captus eſt.* Dio LIV. p. 522. E. Οὐδὲ ἐπήρκεσεν τῷ Μουρήνᾳ ὅτι ὁ Προκουλήιος ἀδελφὸς ἦν, ὅτι ὁ Μαικήνας τῇ ἀδελφῇ αὐτοῦ συνῴκει. *Neque auxilio fuit Murenæ frater ejus Proculejus, neque ſororis maritus Mæcenas.* Noſt. 66. 6: 56. 13. Detecta eſt ejus conjuratio, ut docet *Dio*, M. Claudio Marcello Æſernino, L. Arruntio conſulibus, i. anno ab U. C. 731. V. *Pigh. Ann.* III. *p.* 515.

6. FANNII CÆPIONIS, de quo Macrob. Sat. I. 11. *Cæpionem, qui in Auguſti necem fuerat animatus, poſtquam detecto ſcelere damnatus eſt, ſervus ad Tiberim in ciſta detulit.* Hunc ducem, ſocium autem conſpirationis Murenam, adeoque unam, non duas fuiſſe conjurationes dicit Dio D. Φάννιος γὰρ Καιπίων ἀρχηγὸς αὐτῆς ἐγένετο, συνεπελάβοντο δὲ καὶ ἄλλοι: καί σφισι καὶ ὁ Μουρήνας συνομωμοκέναι, εἴτ᾽ οὖν ἀληθῶς, εἴτε καὶ ἐκ διαβολῆς, ἐλέχθη. *Ejus* conſpirationis *dux fuit Fannius Cæpio, ſocii autem nonnulli alii, interque eos Murena etiam, ſive vere, ſive falſo habitus.* Illos quoque jungunt *Paterc.* II. 91. 2. *noſt. Tib.* 8. 3.

7. MARCUS EGNATIUS RUFUS ἀγορανομήσας, καὶ ἄλλα τε πολλὰ καλῶς πράξας, καὶ ταῖς οἰκίαις ταῖς ἐν τῷ ἔτει ἐκείνῳ ἐμπρησθείσαις ἐπικουρίαν μετὰ τῶν ἑαυτοῦ δούλων καὶ μεθ᾽ ἑτέρων τινῶν μισθωτῶν ποιησάμενος, καὶ διὰ τοῦτο τά τε ἀναλώματα τὰ τῇ ἀρχῇ αὐτοῦ προσήκοντα παρὰ τοῦ δήμου λαβών, καὶ στρατηγὸς παρανόμως ἀποδειχθείς, ἐπήρθη τε ὑπ᾽ αὐτῶν τούτων, καὶ τὸν Αὔγουστον ὑπερεφρόνησεν: ὥστε καὶ προγράψαι ὅτι ἄθραυστον καὶ ὁλόκληρον τῷ διαδόχῳ τὴν πόλιν παρέδωκεν. *Quum ædilis plebis fuiſſet, eoque in magiſtratu præter alia multa recte facta, ædificiis quoque ſuo anno incendio correptis, ſervorum ſuorum, aliorumque mercede conductorum opera ſuccurriſſet, ideoque ei a populo ſumptus in eum magiſtratum dati, & ipſe præter leges prætor creatus eſſet; animo propter hæc ſublato Auguſtum deſpexerit, ac publice ſcriptum propoſuerit, ſe illæſam & ſolidam ſucceſſori urbem tradidiſſe.* Dio LIII. p. 513. B. C. Paterc. II. 92. 4. V. & *Urſin. Fam. Rom. p.* 103. Et hujus eſt detecta conjuratio Auguſto VIII. & Statilio Tauro conſulibus, ſive anno ab U. C. 727. V. *Pigh. Ann.* III. *p.* 510.

8. PROGENER eſt neptis maritus. Ita Attici *progener* fuit Tiberius: qui ejus neptem Agrippinam uxorem

has L. Audaſi falſarum tabularum rei [9], ac neque ætate [10], neque corpore inte-
gri [11]: item Aſinii Epicadi [12] ex gente Parthyna hybridæ [13], ad extremum [14] Te-
lephi mulieris [15] ſervi nomenculatoris [16]. Nam ne ultimæ quidem ſortis [17] homi- 2
num conſpiratione & periculo caruit. Audaſius atque Epicadus Juliam [18] filiam 3
& Agrippam [19] nepotem ex inſulis quibus continebantur, rapere ad exercitus:
Telephus, quaſi debita ſibi fato [20] dominatione & ipſum & ſenatum aggredi de-
ſtinaverant. Quin etiam quondam juxta cubiculum ejus lixa [21] quidam ex Illyri- 4
co exercitu, janitoribus deceptis, noctu deprehenſus eſt, cultro venatorio [22] cinctus:

uxorem duxerat. Senec. Epiſt. 21. *Nihil illi profuiſſet gener Agrippa, & Tiberius progener, & Druſus Ceſar pronepos.* Lucius Æmilius Paullus *progener* fuit Auguſti, quia Juliam ex Agrippa & Julia Auguſti filia genitam uxorem duxerat infr. 64. 2.

9. Falsarum tabularum reus eſt, qui, ut habet lex Cornelia de falſis, *teſtamentum, vel aliud inſtrumentum falſum ſcripſerit, ſignaverit, recitaverit, vel ſubjecerit, vel ſignum adulterinum fecerit, ſculpſerit, expreſſerit ſciens dolo malo.* V. *Auguſtin. de LL. p.* 51.

10. Ætate non integri i. ſenio confecti. * Virg. Æneid. IX. 255.

——— atque integer ævi
Aſcanius.

Ubi Servius. *Integer ævi, id eſt, adoleſcens cui ætas integra ſupereſt. Unde Ennius deos ævi integros dicit, quibus multum ævi ſupereſt.* Noſt. Cal. 25. 5. Vit. 7. 5.

11. Corpore non integri i. morbo confecti.

12. Asinius Epicadus Aſinii Pollionis, qui de Parthinis, quæ gens in Illyrico eſt, triumphavit Marcio Cenſorino, C. Calviſio Sabino conſulibus, ſive, ut vult *Pigh. Ann.* III. p. 487. anno ab U. C. 714. ſervus, poſtea manumiſſus, patroni nomen tulit. V. *Torrentium.*

13. Hybridæ ſunt *canes, qui ex imparibus parentibus ſunt nati* i. *ex venatico & gregario.* Porphyr. in Horat. Sat. I. 7. 2. vel ſues ex altero domeſtico, altero fero nati. Plin. VIII. 53. *In nullo genere æque facilis miſtura cum fero, qualiter natos antiqui hybridas vocabant, ſeu ſemiferos, ad homines quoque, ut in C. Antonium Ciceronis in conſulatu collegam, appellatione tranſlata.* * *Ibridam* ſcribendum eſſe contendit Coler. in Val. Max. VIII. 6. & addit Aſinium hunc Romæ, patre Parthyno, matre Italica natum, ideoque *Ibridam* dictum eſſe.

14. Ad extremum refero non ad ordinem inſidiarum: nam Senecæ ſi fides, poſt Cinnam *nullis amplius inſidiis ab ullo petitus eſt* de Clem. I. 9. ſed ad ordinem narrationis, quæ in hoc deſinit. V. *Caſaubonum.*

15. Mulieres locupletes etiam ſuos habebant nomenculatores, quorum miniſterium non tantum ad candidatorum prenſationes, ſed & ad ſalutationes matutinas, & convivarum diſpoſitionem, aliaque talia pertinebat. Plin. XXXIV. I. *Hæc perſecere mancipiorum legiones, & in domo turba externa, ac ſervorum quoque cauſa nomenculator adhibendus.* Ammian. XIV. 6. *Quod nomenculatores adſueti hæc & talia venditare, mercede accepta, lucris quoſdam & prandiis inſerunt ſubdititios, ignobiles, & obſcuros.* Deinde *mulieres* æque ac viri a clientibus colebantur. Juſtin. XXX. 2. 4. *Itaque non contenta jam etiam regnum poſſident, jam in publico viſuntur, jam ſalutantur, jam comitantur.* V. *Caſaubonum.* & *Gronov. Obſ.* II. 24.

16. Nomenculator erat ſervus, qui nomina tranſeuntium, ſalutantiumve domino ſuggerebat, & unumquemque nominatim poterat vocare. Senec. de Ben. I. 3. *Quemadmodum nomenculatori memoria loco audacia eſt, & cuicunque nomen poteſt reddere, imponit.* Noſt. *Claud.* 34. 8. *Cal.* 41. 3. V. *Pignor. de ſerv. p.* 282. *Popm. de oper. ſerv. p.* 61. *Coraſ. Miſc. jur.* IV. 13.

17. Ultimæ sortis i. humillimæ, abjectiſſimæ conditionis. V. Curt. IX. 2. 6. §. 15. Noſt. Cal. 35. 5.

18. Juliam relegatam V. *infr.* 65. 2. §. 4.

19. Agrippam relegatum V. *infr.* 65. 5. §. 17.

20. Fato, quo *dari principatum* dicit Titus 9. 3. Et ita Homer. Iliad. II. 197.

Τιμὴ δ' ἐκ Διός ἐστι:
Honor a Jove ſummo.

Iſidorus Peluſiota Epiſt. III. p. 161. Οἱ ζωγράφοι σώματα ποιοῦντες τὰ ἀσώματα, χεῖρα γράφουσιν ἐπιχειροῦσαν μόνην στέφειν τῶν τῆς γῆς βασιλευόντων τὰς κορυφὰς, ἵνα δείξωσιν ἄνωθεν αὐτοῖς τὴν ἀρχὴν δεδόσθαι. *Pictores corpore aliquo exprimentes quæ incorporea ſunt, manum ſoliti pingere, quæ ſola, ſive ipſa per ſe coronet orbis terræ principum ac regum vertices, ut ſignificent principatum illis de cœlo datum eſſe.* V. *Marcil. in Titum.*

21. Lixas V. Curt. III. 3. 25. §. 106.

22. Culter venatorius venabulo minus eſt telum, quo ictu belluæ excuſſo hoc utebantur. Mart. XIV. 31. *Culter venatorius:*

Si dejecta gemes longo venabula roſtro:
Hic brevis in grandem cominus ibit aprum.

Hunc una cum gladiis ſimul ferebant milites, ut hodie pugiones ſolent. Tacit. Ann. XIV. 43. 3. *Cæteri cum venabulis & cultris, quæque aliis venantibus tela ſunt.* Senec. Epiſt. 87. *Utrum ſe ad gladium locet;*

ſtus: impoſne mentis, an ſimulata dementia, incertum. Nihil enim exprimi quæſtione potuit.

cet; an ad cultrum I. gladiator fiat, an venator. Noſt. *Claud.* 13. 2. V. *Barth. Adv.* x. 20: XXIII. 22. *Lipſ. Sat.* II. 3. *Rhod. in Scribon. Larg. p.* 45. *Fuller. Miſc. Sacr.* I. 17.

CAPUT XX.

ARG. *Externa bella duo per ſe gerit, reliqua per legatos adminiſtrat Octavius Cæſar Auguſtus.*

1 Externa [1] bella duo omnino [2] per ſe [3] geſſit: Dalmaticum [4] adoleſcens adhuc [5]:
2 & Antonio devicto [6], Cantabricum [7]. Dalmatico etiam vulnera excepit una
acie [8] dextrum genu lapide ictus [9], altera & crus [10] & utrumque brachium rui-
3 na pontis [11] conſauciatus. Reliqua per legatos adminiſtravit: ut tamen quibuſ-
dam Pannonicis [12] atque Germanicis aut interveniret, aut non longe abeſſet, Ravennam,

EXTERNUM etiam Flor. IV. 2. 4. dicit, quod *hoſtile* dixerat *civili* oppoſitum III. 22. I. *Hoſtile potius, an civile dixerim, neſcio:* & *civili* opponit III. 22. 10. *Victores duces externum id magis, quam civile bellum videri voluerunt.*

2. DUO OMNINO I. tot, & non plura. V. Curt. III. II. 27. 109. Noſt. *infr.* 23. I. *Tib.* 48. I. *Ner.* 19. I. V. etiam *Gronov. Marmor. baſ. coloſſ. Tiber. erect. c.* 8.

3. PER SE, ſuo ductu infr. 21. I.

4. DALMATIA Illyriorum natio eſt Appian. Illyr. p. 761. Dio XLIX. p. 414. E. Ἐπὶ δὲ δὴ τοὺς Δαλμάτας πρότερος μὲν ὁ Ἀγρίππας, ἔπειτα δὲ καὶ ὁ Καῖσαρ ἐπεστράτευσε· καὶ τοὺς μὲν πλείους σφῶν αὐτοὶ κατεστρέψαντο. *In Dalmatas autem Agrippa prius, deinde Cæſar ipſe exercitum duxit, eoſque pleroſque hi ſubjugaverunt. Fame* nimirum *fatigati, & commeatu undique excluſo, obſides numero ſeptingentos ex propriis filiis exhibuerunt, ſigna Gabinio adempta reddiderunt. Illa Cæſar in porticu, quæ Octavia dicitur, appendit.* Appian. Illyr. p. 766. poſtquam *viginti & ducentos annos rebelles* fuerant. Paterc. II. 90. I.

5. ADOLESCENS ADHUC, annum agens trigeſimum. Appianus: *Antonio adminiſtratione prabita, ipſe in Dalmatas iterum procurrit, triumviratum adhuc obtinens: jam enim ſecundi quinquennii tempus effluxerat.*

6. ANTONIO DEVICTO, confectum eſt anno ab U. C. 730. a morte Antonii ſexto, inceptum cum eſſet anno ab U. C. 726, ut dicit *Oroſ.* VII. 21. V. *Caſaubonum.*

7. CANTABRI τῆς τε Πυρήνης τῆς τε πρὸς τῇ Ἰβηρίᾳ τὸ καρτερώτατον, καὶ τὸ πεδίον τὸ ὑπ' αὐτῷ σύμπαν ἐνοικοῦσι: *tam Pyrenæi, quam regionis Hiſpaniæ finitimæ partes munitiſſimas, & planitiem illi ſubjectam incolunt.* Dio LIII. p. 513. E. & Oroſius. Vulgo nunc *Biſcaya* dicitur, & incolæ *Biſcayni*, ut monet *Pinedo ad Stephanum.* De illis plura *Merul. Coſm.* II. II. II. *In hos non mandata expeditio, ſed ſumpta eſt. Ipſe venit Segeſamam, caſtra poſuit: inde partito exercitu totam amplexus Cantabriam, efferam gentem, ritu ferarum quaſi indagine debellabat. Poſtquam extrema barbari vident, certatim igne, ferro inter epulas, venenoque, quod ibi vulgo ex arboribus taxeis exprimitur, præcepere mortem: ſeque pars major a captivitate, quæ videbatur, vindicavere.* Flor. IV. 12. 48. 50. & Oroſius.

8. ACIE I. prælio. V. Curt. V. I. 19. §. 68.

9. LAPIDE ICTUS. Appian. Illyr. p. 766. *Eo in prælio* ad Setoriam urbem *lapide genu ſaucius per multos dies æger jacuit.*

10. CRUS DEXTRUM ET UTRUMQUE BRACHIUM. Appian. Illyr. p. 764. *ſaucium manibus ac cruribus.* Flor. IV. 12. 7.

11. PONTEM *circa mediam partem factum de duabus trabibus, ſeptumque de vimine accipit turris. Illum ſubito prolatum inter turrim murumque conſtituunt, & per eum egredientes de machina bellatores in civitatem tranſeunt, & occupant muros.* Veget. IV. 17. Hic *exoſtra* dicitur *eidem* IV. 21. Appianus: *Metulium, Japodum primaria urbs, Romanos circa mœnia pugnantes facile ab illis repellebat. Uno ex pontibus, deinde alio poſt primum corruente, quum tertius in ruinam laberetur, Cæſar clypeo aſſumpto per quartum curſu ferebatur. Accurrunt & cum eo ex ducibus Agrippa & Hieron, Luciuſque, ex corporis cuſtodibus Jolas. Milites rubore ducti conſertim ad eum advolant. Qua ex cauſa prægravatus pons ad inferiora ſtatim labitur. Turrim* dicunt Plin. VII. 45. *Pannonici belli*, ob gentium vicinitatem, quod *Dalmaticum* vocat noſter, *ruina e turri:* & Dio XLIX. p. 412. D. Αὐτόν τε ἐκεῖνον ἀπὸ πύργου τινὸς ξυλίνου ἐπιβῆναι τῷ περιβόλῳ πειρώμενον κατέτρωσαν. *Cæſarem ipſum a lignea quadam turri murum conſcendere conantem graviter ſauciaverunt.*

12. PANNONICUM *bellum inchoatum Agrippa & Marco Vinicio* conſulibus I. anno ab U. C. 735. ut Caſaubonus, vel 734. ut putant Pighius in annalibus & Sigonius in Faſtis, *magnum atroxque & perquam vicinum imminebat Italiæ, per Neronem geſtum eſt.* Paterc. II. 96. 2. *Pannonios* deſcribunt Dio XLIX. p. 413. A. Οἱ δὲ δὴ Παννόνιοι νέμονται μὲν πρὸς τῇ Δαλματίᾳ, παρ' αὐτὸν τὸν Ἴστρον, ἀπὸ Νωρικοῦ μέχρι τῆς Μυσίας τῆς ἐν τῇ Εὐρώπῃ. *Pannonii habitant Dalmatis vicini*

vennam [13], vel Mediolanum [14], vel Aquilejam [15] uſque ab [16] Urbe progrediens.

vicini ad Iſtrum fluvium, a Norico uſque ad Myſiam Europæam. & Appian. infr. Tib. 17. 1. 2. Belli hujus cauſam docet Dio infr. 21. 4. §. 17.

13. RAVENNA, ἡ συναφής τε τῇ Ἰταλίᾳ, καὶ τῆς Καίσαρος ἀρχῆς τελευταία. *Italia contigua, extrema in Cæſaris provincia.* Appian. B. C. II. p. 447. Μητρόπολις δὲ Φλαμινίας, πόλις ἀρχαία, Θεσσαλῶν ἀποικία, Ῥήνη κληθεῖσα, διὰ τὸ πανταχόθεν ὕδασι περιῤῥεῖσθαι. *Metropolis Flaminia, priſca civitas, colonia Theſſalorum, Rhene dicta, quod eam aquæ ab omni parte circumfluant.* Zozim. v. 27. V. & *Strab.* v. *p.* 148. *Plin.* III. 15. ex neotericis *P. Merul. Coſmogr.* II. 4. 33. *Cluver. Ital. ant.* I. 28. 27. *Leand. Ital. p.* 467. *Gaud. Merul. Gall. Ciſalp.* II. 3.

14. MEDIOLANUM ἐστὶ κυριώτατος τόπος τῆς τῶν Ἰσόμβρων χώρας: *eſt locus regionis Inſubrium præcipuus.* Polyb. II. 34. πάλαι μὲν κώμη, νῦν δ' ἀξιόλογος πόλις, πέραν τοῦ Πάδου, συνάπτουσά πως ταῖς Ἄλπεσι: *pagus olim, nunc urbs præclara, trans Padum, & Alpibus fere contigua.* Strab. v. p. 147. Gallos illam duce Beloveſo condidiſſe narrat Liv. v. 34. *Ipſi per Taurinos ſaltuſque Julia Alpis tranſcenderunt: fuſiſque acie Tuſcis, haud procul Ticino flumine, cum, in quo conſederant, agrum Inſubrium appellari audiſſent, cognomine Inſubribus pago Heduorum: ibi omen ſequentes loci condidere, Mediolanum appellarunt*, anno, ut quidam computant, ante Chriſtum natum 339 vel, ut alii, 380. V. *P. Merul. Coſmogr.* II. 4. 35. *Cluver. Ital.* I. 24. 3. *Leand. Ital. p.* 657. *Minoem in Alciat. Emblem. p.* 72. *Gaud. Merul. Gall. Ciſalp.* I. 3: III. 12. & 13. *Mediolanium* ſcribendum ex tribus antiquis inſcriptionibus, quas exhibet, docet *Mattius Opin.* III. 32. Germanos *Meylandum* i. vernantem agrum vocare ſcribit *Pigh. An.* II. *p.* 130.

15. AQUILEJA κτίσμα μὲν ἐστὶ τῶν Ῥωμαίων ἐπιτειχισθὲν τοῖς ὑπερκειμένοις βαρβάροις, ἔξω ἐστὶ τῶν Ἐνετικῶν ὅρων: *opus eſt Romanorum conditum munitionis loco contra habitantes ſupra barbaros, ſitum extra Venetorum fines.* Strab. v. p. 148. *in Venetia* tamen collocat Liv. XXXIX. 22. idque Marcio Philippo & Sp. Poſthumio Albino coſſ. i. anno ab U. C. 516. ut tradit *Cluver. Ital.* I. 20. 6. Incolis eodem manet nomine, Germanis *Aglar* dicitur. *Cluver. Vindelic. c.* 6. *P. Merul. Coſm.* II. 4. 38. Noſt. *Tib.* 7. 5. *Veſp.* I. 2. V. quoque *Leand. Ital. p.* 759. *Gaudent. Merul. Gall. Ciſalp.* I. II.

16. AB URBE Mediolanum numerantur apud Antoninum M. P. I, XXVIII. inde vero Aquilejam CCLX. V. & *Merulam.*

CAPUT XXI.

ARG. *Varias gentes domat, nulli ſine juſta cauſa bellum infert, ab imperium augendi cupiditate abeſt, rebelles non gravi multat pœna, Indos & Scythas ad ſuam pellicit amicitiam, Armeniam vindicat, & ſigna militaria a Parthis recipit Octavius Cæſar Auguſtus.*

Domuit autem partim ductu, partim auſpiciis [1] ſuis Cantabriam [2], Aquitani- 1
am [3], Pannoniam [4], Dalmatiam [5], cum Illyrico omni [6]: item Rhætiam [7], &

DUCTU & *auſpiciis* qui bella gerat imperator, dixi ad Curt. VI. 3. 2. §. 9.

2. CANTABRIAM V. ſupr. 20. 1. §. 7.

3. AQUITANIA *a Garumna flumine ad Pyrenæos montes, & eam partem oceani, quæ ad Hiſpaniam pertinet, ſpectat inter occaſum ſolis & ſeptemtriones.* Cæſ. B. G. I. 1. 7. Dio XXXIX. p. 112. B. Illam hodie Galli *Guiennen* vocant, ut ex Jucundo ad Cæſarem docet *Rhellicanus.* Noſt. *Galb.* 6. 1. De *Aquitanis* triumphavit Meſſala. Tib. I. 8. 3.

Hunc fore, Aquitanas poſſet qui fundere gentes.

n. 7.

At te victrices lauros Meſſala gerentem....

II. R 33.

Gentis Aquitanæ celeber Meſſala triumphis.

anno ab U. C. 726. ut faſti docent Capitolini: *M. Valerius. M. F. M. N. Meſſala a.* DCCXXVI. *Corvinus proconſ. ex Gallia* VII. *K. Octo.* V. & *Scalig. in Tibul. p.* 144.

4. PANNONIAM V. ſupr. 20. 3. §. 12.

5. DALMATIAM V. ſupr. 20. 1. §. 4.

6. OMNI i. reliquo. Diviſa fuit olim Illyria in duas potiſſimum partes, ſive regiones, quarum una ab Arſia ad Titum amnem, qui nunc eſt Cherca, *Liburnia* dicitur: inde altera ad Drilonem uſque fluvium, ſive Liſſum oppidum, quod vulgo nunc dicitur Aleſſia, *Dalmatia.* Cluver. Introd. Geogr. IV. 4.

7. RHÆTI οἰκοῦντες μεταξὺ τοῦ τε Νωρικοῦ καὶ τῆς Γαλατίας, πρὸς ταῖς Ἄλπεσι ταῖς πρὸς τῇ Ἰταλίᾳ ταῖς Τριδεντίναις: *inter Noricum & Galliam ad Alpes Italiæ finitimas, quas Tridentinas nominant, habitantes.* Dio LIV. p. 536. B. Tuſcorum fuiſſe prolem dicunt Plinius & Juſtinus. Ille III. 20. *Rhætos Tuſcorum prolem arbitrantur, a Gallis pulſos, duce Rhæto.* Hic XX. 5. 9. *Tuſci quoque duce Rhæto, avitis ſedibus amiſſis, Alpes occupavere: & ex nomine ducis gentes Rhætorum condiderunt.* V. & *Cluver. Vindel. c.* 3. *introd. Geogr.* III. 3. & 24. *Velſer. Vindel.* II. *p.* 190. Hos in poteſtatem redegerunt Tiberius & Druſus

2 &.Vindelicos [8], ac Salaſſos [9], gentes Inalpinas [10]. Coercuit & Dacorum [11] incurſiones, tribus eorum ducibus cum magna copia [12] cæſis, Germanoſque ultra Albim [13] fluvium ſummovit: ex quibus Ubios [14] & Sicambros [15] dedentes ſe tra-
3 duxit in Galliam, atque in proximis Rheno agris collocavit. Alias item nationes male

Nerones M. Druſo Libone, & L. Calpurnio Piſone conſulibus, ſive anno ab U. C. 738. Pigh. Ann. III. p. 520: Dio LIV. p. 536. C. Διὸ ταῦτα ὁ Αὔγουστος πρῶτον μὲν τὸν Δροῦσον ἐπ' αὐτοὺς ἔπεμψε: ἔπειτα δ' ἐπειδὰν τῆς μὲν Ἰταλίας ἀπεκρούσθησαν, τῇ δὲ Γαλατίᾳ καὶ ὣς ἐνέκειντο, τὸν Τιβέριον προσαπέστειλεν. *Ea propter Auguſtus principio Druſum contra eos cum exercitu miſit: deinde quum ab Italia rejecti nihilominus Galliam urgerent, Tiberium quoque contra eos miſit.* Eadem Strab. IV. p. 142. Noſt. *Tib.* 9. 4.

8. VINDELICI ſub Alpibus ad Danubium uſque fuere inter lacum Brigantinum & Ænum flumen. Strab. IV. p. 142. Οἱ δὲ Οὐινδολικοὶ καὶ Νωρικοὶ τὴν ἐκτὸς παρώρειαν κατέχουσι τὸ πλέον. Καὶ πόλεις αὐτῶν Βριγάντιον καὶ Καμβόδουνον, καὶ ἡ τῶν Λικαττίων, ὥσπερ ἀκρόπολις Δαμασία. *Vindelici autem & Norici montana exteriora tenent magna ex parte. Urbes ipſorum Brigantium & Campodunum, & Licatiorum veluti arx Damaſia.* Et hoſce Tiberium & Druſum fratres ſubegiſſe addit idem ſub paginæ finem. V. quoque *Cluverium.*

9. SALASSI vallem, quam Duria efficit flumen, incoluerunt. Illorum regionem hodie vulgo vocari *Val d'Agoſta* tradit Cluver. Ital. I. 13. I. Strab. IV. p. 141. Φανερῶς πρὸς τὴν ἀπουσίαν αὐτοῦ ἐπανέστησαν. Δι' ὃ τοῦτ' ἀναστρέψας τά τε ἄλλα ἐπ' αὐτοὺς παρεσκευάσατο. *Aperte propter Cæſaris abſentiam rebellaverunt. Ea propter* ex Sicilia *reverſus alium in hos apparatum fecit.* Dio XLIX. p. 412. A. Αὐτοὺς κατεστρέψατο ἄρδην ὁ Σεβαστός, καὶ πάντας ἐλαφυροπώλησε, κομισθέντας εἰς Ἐπορεδίαν Ῥωμαίων ἀποικίαν: πάντας δ' ἐπώλησε Τερέντιος Οὐάῤῥων ὑπὸ δόρυ, καταστρεψάμενος αὐτοὺς στρατηγός. *Illos Cæſar devicit, & ſub haſta univerſos vendidit Eporediam, quæ eſt colonia Romanorum, deductos: univerſos ſub haſta vendidit Terentius Varro, qui dux belli eos devicerat.* Strab. IV. p. 142. * Ad totum tractum, qui Pedamontium hac tempeſtate nominatur, ad *Salaſſos* refert *Gaud. Merul. Gall. Ciſalp.* I. 2.

10. INALPINAS I. in *Alpibus* habitantes. Brut. Cicer. Fam. XI. 4. *Progreſſus ſum ad Inalpinos cum exercitu.* Noſt. *Tib.* 9. 4.

11. DACI εἰσὶ Σκύθαι τρόπον τινά, καὶ ἐπ' ἀμφότερα τοῦ Ἴστρου νέμονται. Οἱ δὲ ἐπέκεινα Δακοὶ κέκληνται, εἴτε δὴ Γέται τινὲς, εἴτε καὶ Θρᾷκες, τοῦ Δακικοῦ γένους τοῦ τὴν Ῥοδόπην ποτὲ ἐνοικήσαντος ὄντες: *ſunt Scythæ quodammodo, & ex utraque parte Iſtri habitant: qui ultra Iſtrum degunt, Daci vocantur, ſive Getæ ii ſint, ſive Thraces, orti ab illis Dacis, qui Rhodopen quondam incoluerunt.* Dio LI. p. 460. B. LXIX. p. 761. C. Hodie *Tranſſylvani, Valachi & Moldavi* dicuntur. Cluver. Introd. Geogr. IV. 18. Flor. IV. 12. §. 18. 19. *Daci montibus inhærent. Cotiſonis regis imperio, quoties concretus gelu Danubius junxerat ripas, decurrere ſolebant & vicina populari. Miſſo Lentulo ultra ulteriorem repulit ripam, citra præſidia conſtituit Auguſtus. Sic tunc Dacia non victa, ſed ſummota, atque dilata eſt.*

12. COPIA I. militum multitudine, exercitu. Tacit. Ann. II. 52. 3. *Mazippa levi cum copia, incendia, & cædes, & terrorem circumferret.* Cicer. Attic. VIII. 19. *Neque ſolus cum iſta copia, tantam multitudinem ſuſtinere poteris.* Noſt. *Tib.* 16. 2. *Vit.* I. 4. Et alia exempla collegit Barth. Adv. XXI. 20. Ita ut hinc hac ſignificatione vocem hanc, Grammatici hoc licet aſſerant, tantum pluralem non eſſe pateat.

13. ALBIS oritur in extremis Bojohæmi verſus orientem æſtivum finibus in confinio Sileſiæ, in valle vulgo *Teuffels grund* dicta, quaſi dicas *vallem diaboli*: ubi ex monte profluit, qui vulgo vocatur *das riſen gebirge* I. *gigantum juga*, & 16. mill. infra Hamburgum in mare Germanicum ſe effundit. V. *Cluver. Germ.* III. 28. *Introd. Geogr.* III. 5. De hoc bello Paterc. II. 106. 2. 3. *Ad quadringenteſimum milliarium a Rheno uſque ad flumen Albim, qui Semnonum Hermundorumque fines præterfluit, Romanus cum ſignis perductus exercitus: & eodem mira felicitate & cura ducis, temporum quoque obſervantia, claſſis quæ oceani circumnavigaverat ſinus, ab inaudito atque incognito ante mari Albi ſubvecta, plurimarum gentium victoria, cum abundantiſſima rerum omnium copia exercitui Cæſarique ſe junxit.* V. *Tib.* 9. 4.

14. UBII tranſrhenana Julii Cæſaris ævo gens, eam amnis ripam in Germania coluere, quæ inter Magontiacum & Coloniam porrigitur. Tacit. Ann. XII. 27. I. *Agrippina, quo vim ſuam ſociis quoque nationibus oſtentaret, in oppidum Ubiorum, in quo genita erat, veteranos coloniamque deduci imperavit: cui nomen inditum ex vocabulo ejus. Ac forte acciderat, ut eam gentem, Rheno tranſgreſſam, avus Agrippa in fidem reciperet.* Strab. IV. p. 134. Πέραν δὲ ᾤκουν Οὔβιοι, κατὰ τοῦτον τὸν τόπον: οὓς μετήγαγεν Ἀγρίππας ἑκόντας εἰς τὴν ἐντὸς τοῦ Ῥήνου. *Trans amnem vero incolebant Ubii, juxta hanc regionem: quos Agrippa haud invitos traduxit in citeriorem Rheni ripam.* Annus fuit hic ab U. C. 716. ante natum D. Jeſum 35. Cauſa *Ubiis* tranſgrediendi fuit; quia a Cattis premebantur: tranſducendi Romanis, uti ceu cuſtodes Romanæ ripæ reliquos tranſrhenanos Rheni tranſgreſſu arcerent. *Cluver. Germ.* II. 17.

15. SICAMBRI Rheni ripam tenuerunt a Colonia Agrippinenſi ad Rheni uſque divortium; ab oriente uſque ad Cattos, circa fontes Lupiæ. Illos *in deditionem accepit Tiberius.* Tacit. Ann. II. 26. 4. *& in Gallias trajecit.* XII. 39. 3. ubi inter Moſam & Rhenum *Gugerni* dicti. In Galliam tranſlati ſunt C. Cen-

male quietas [16] ad obſequium redegit. Nec ulli genti ſine juſtis & neceſſariis cau- 4
ſis [17] bellum intulit. Tantumque abfuit a cupiditate quoquo modo imperium vel 5
bellicam gloriam augendi [18], ut quorundam barbarorum principes in æde Martis
Ultoris [19] jurare coegerit, manſuros ſe in fide ac pace quam peterent: a quibuſ-
dam vero novum [20] genus obſidum feminas [21] exigere tentaverit: quod negligere
marium pignora [22] ſentiebat: & tamen poteſtatem ſemper omnibus fecit, quoties
vellent, obſides recipiendi. Neque aut crebrius, aut perfidioſius rebellantes gra- 6
viore umquam multatus eſt [23] pœna, quam ut captivos ſub lege venundaret, ne
in vicina regione ſervirent [24], neve intra xxx. annum liberarentur [25]. Qua virtu- 7
tis

Cenſorino & Aſinio Gallo Coſſ. anno principatus Auguſti 35. ante natum D. Jeſum 8. Illorum fines nunc ſunt Clivienſis ducatus magna pars, cis Rhenum ſita, Geldrenſis ducatus portio trans Moſam, & ex Juliacenſi ducatu oppidum Brugge. V. *Cluver. Germ.* II. 18. *Introd. Geogr.* III. 3. *Jun. Batav. c.* 21.

16. Male quietas i. inquietas, crebro rebellantes.

17. Sine justis causis tamen Pannoniis bellum intuliſſe teſtatur Dio xlix. p. 413. A. Ἐπὶ Παννονίους ἐστράτευσεν, ἔγκλημα μὲν οὐδὲν αὐτοῖς ἐπιφέρων, οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἠδίκητό τι ὑπ' αὐτῶν, ἵνα δὲ τοὺς στρατιώτας ἀσκῇ τε ἅμα, καὶ ἐκ τῶν ἀλλοτρίων τρέφῃ, πᾶν τὸ τῷ κρείττονι τοῖς ὅπλοις ἀρέσκον, δίκαιον ἐς τοὺς ἀσθενεστέρους ποιούμενος. *In Pannonios exercitum duxit, neque ullum crimen illis objiciens, neque læſus quidem ab illis unquam; ſed militum exercendorum ſimul, & alienis bonis alendorum cauſa, omne id juſtum eſſe cenſens, quod armis potentior contra infirmiorem decerneret.*

18. Abfuisse a cupiditate imperium augendi docet liber quartus poſt ejus exceſſum in ſenatum illatus, quo Tiberium & rempublicam monuit τοῖς τε παροῦσιν ἀρκεσθῆναι, καὶ μηδαμῶς ἐπὶ πλεῖον τὴν ἀρχὴν ἐπαυξῆσαι ἐθελῆσαι· δυσφύλακτόν τε γὰρ αὐτὴν ἔσεσθαι, καὶ κινδυνεύσειν ἐκ τούτου καὶ τὰ ὄντα ἀπολέσαι, *ut contenti præſente fortuna, fines imperii proferre non cuperent: quippe cum difficulter imperium tantum ſervari poſſit, periculum fore, ne plura appetendo parta quoque amitterent.* Dio lvi. p. 591. D. Imo, ut idem addit, τοῦτο αὐτὸς ὄντως ἀεί ποτε οὐ λόγῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἔργῳ ἐτήρησε· παρὸν γοῦν αὐτῷ πολλὰ ἐκ τοῦ βαρβαρικοῦ προσκτήσασθαι, οὐκ ἠθέλησεν: *hoc ille non verbis modo, ſed & re ſervavit: namque etſi plurima barbarorum ſui juris poterat efficere, nunquam tamen voluit.*

19. Ædem Martis Ultoris V. *infr.* 29. 6. §. 11.

20. Novum i. illa præſertim ætate inuſitatum.

21. Feminas obsides exigere ſolebant, quia, ut Tacit. Germ. 8. 2. *efficacius obligantur animi civitatum, quibus inter obſides puellæ quoque nobiles imperantur.*

22. Marium pignora i. *mares* in *pignus* datos. * Federum enim *pignora* ſunt obſides. Liv. II. 13. *Romani pignus pacis ex fœdere reſtituerunt.* Hoc inde petitum, quia *pignora*, quamdiu ea in noſtra ſunt poteſtate, nos præſtant de eo, quod debetur nobis certos & ſecuros. Plura *Schulting. in Sen. Contr. p.* 65.

23. Multatus est i. *multavit*. Paſſivum active uſurpatum. Ita *punitus* pro punivit. Cicer. pro Mil. c. 13. *Cujus tu inimiciſſimum multo crudelius etiam punitus es.* Quod apud Ciceronem notavit quoque Quintil. Inſtit. ix. 3. Exempla collegerunt *Salmaſ. Exerc. Plin. p.* 38. *b.* *D--G. Pom. de uſu A. L. c.* 11. *Vechn. Hellen.* I. 8.

24. Ne in vicina regione servirent, quod eſt *trans Tiberim peregre venum ire* Gell. xx. 1. πωλεῖν ἐπ' ἐξαγωγῇ, *in alias regiones abducendos vendere* Dioni liv. p. 543. D. Καὶ τά τε ὅπλα σφῶν ἀφείλετο, καὶ τῆς ἡλικίας τὸ πλεῖον ἐπ' ἐξαγωγῇ ἀπέδοτο. *Arma illis ademit, & juniorum pleroſque in alias regiones abducendos vendidit.* Suidas *infr.* 24. 2. §. 7. Dura ſane lege. Unde & Heracleotis non aliter ſe ſubjecerunt Mariandyni, quam ſibi ſtipulatione caviſſent nullius venditionem extra ſuam regionem; ſed in ſolo naturali factum iri. Athen. vi. p. 263. D. Τούτῳ τῷ τρόπῳ Μαριανδυνοὶ Ἡρακλεώταις ὑπετάγησαν, προσδιαστειλάμενοι μηδένα αὐτῶν ἔσεσθαι πράσιμον ἔξω τῆς Ἡρακλεωτῶν χώρας, ἀλλ' ἐν αὐτῇ μόνον τῇ ἰδίᾳ χώρᾳ. Illa tamen captivos vendebant, ne diutius in ſolo naturali verſantes cum vicinis atque finitimis populis novarum rerum quidpiam in victoris populi necem molirentur. Hoc vero, de quo noſter, factum in Salaſſis a Terentio Varrone, qui συνέλαβέ τε τοὺς ἐν τῇ ἡλικίᾳ, καὶ ἀπέδοτο, ἐφ' ᾧ μηδεὶς σφῶν ἐντὸς εἴκοσιν ἐτῶν ἐλευθερωθείη. *Omnes qui eſſent juvenili ætate comprehendit, divendiditque ea conditione, ne quis eorum ante vigeſimum annum liber fieret.* Dio liii. p. 514. A. V. & *Fabrum Semeſt.* II. 4.

* 25. Ne intra xxx annum liberarentur. Non enim manumitti poſſunt, qui hac lege venduntur ne manumittantur, vel in perpetuum. Paull. Digeſt. xl. 1. 9. *Servus hac lege venditus ne manumittatur, vel teſtamento prohibitus manumitti, vel a præfecto vel præſide prohibitus ob aliquod delictum manumitti, ad libertatem perduci non poteſt.* vel ad tempus. Paull. Digeſt. xl. 1. 12. *Lege Fabia prohibetur ſervus, qui plagium commiſit, pro quo dominus pœnam intulit, intra decem annos manumitti.* V. etiam *Loen. de Manum.* III. 1. 4. *Revard. Conject.* II. 16. *Intra* xxx *annum* noſter, vigeſimum Dio liii. p. 514. A. V.
illum

Digitized by Google

tis moderationiſque fama, Indos etiam ac Scythas [26], auditu modo cognitos, pel-
8 lexit ad amicitiam ſuam populique Romani ultro per legatos petendam. Parthi quoque & Armeniam [27] vindicanti [28] facile ceſſerunt: & ſigna militaria, quæ M. Craſſo, & M. Antonio ademerant, repoſcenti reddiderunt [29]: obſideſque [30] inſuper obtulerunt: denique pluribus quondam de regno concertantibus, nonniſi ab ipſo electum [31] comprobaverunt.

illum ſupr. §. 24.

26. INDORUM ET SCYTHARUM *legati toto orbe tranſmiſſo Cæſarem apud Tarraconem citerioris Hiſpaniæ urbem tandem invenerunt, ultra quod jam quærere non poſſent, refuderuntque in Cæſarem Alexandri M. gloriam, quem ſicut Hiſpanorum, Gallorumque legatio in medio Oriente apud Babylonem contemplatione pacis adiit: ita hunc apud Hiſpaniam in Occidentis ultimo ſupplex cum gentilitio munere eous Indus & Scytha boreus oravit.* Oroſ. VI. 21. Hujus & Euſebius meminit, licet ad annum Auguſti 18. referat. Hanc ſecuta eſt & altera *Indorum* legatio, quæ ad Auguſtum in Samo inſula hyemantem anno ab U. C. 734. pervenit, qua pacem, quam antea per oratores petierant, interpoſito fœdere ſanxerunt, & dona illi plurima miſerunt. Hanc pluribus deſcribunt Dio LIII. p. 527. A. B. Strab. XV. p. 495. V. quoque *Caſaubonum* & *Scalig. in Euſeb. p.* 153.

27. ARMENIAM.... ὕστερον πρότερον. Nam ſigna militaria reſtituta ſunt Auguſto, ad ſtatum orientis componendum in Aſiam & Syriam profecto, M. Apulejo, P. Silio conſulibus. Dio LIV. p. 525. E. ſive anno ab U. C. 734. qui tamen Pigh. Ann. III. p. 517. fuit annus 733. *Armenia* ceſſit Phraates, quo tempore C. Cæſar Auguſti F. ad bellum Armeniacum miſſus eſt circa annum 748. V. *Caſaubonum.*

28. VINDICANTI I. tanquam ad Romanum imperium pertinentem petenti. *Vindicare* eſt quid ut ſuum ſibi petere. Juſtin. III. 2. 5. *Lycurgus regnum ſibi vindicare potuiſſet.*

29. SIGNA MILITARIA REDDIDERUNT. Paterc. II. 91. 1. *Dum pacatur occidens, ab oriente ac rege Parthorum ſigna Romana, quæ Craſſo oppreſſo Orodes, quæ Antonio pulſo filius ejus Phraates ceperant, Auguſto remiſſa ſunt.* Juſtin. XLII. 5. 11. *Itaque tota Parthia captivi ex Craſſiano, ſive Antonii exercitu collecti, ſignaque cum his militaria Auguſto remiſſa.* Hac victoria valde gaviſum fuiſſe Auguſtum teſtantur nummi hanc inſcriptionem referentes: SIGNIS RECEPTIS. Dio LIV. p. 526. A. Καὶ αὐτὰς ἐκεῖνος, ὡς καὶ πολέμῳ τινὶ τὸν Πάρθον νενικηκὼς, ἔλαβε: καὶ γὰρ ἐφρόνει μέγα, λέγων ὅτι τὰ πρότερον ποτὲ ἐν ταῖς μάχαις ἀπολόμενα ἀκονιτὶ ἐκεκόμιστο: *eaque Auguſtus, quaſi bello aliquo Parthum viciſſet, accepit: & valde gaviſus eſt, dicens, quod præliis prius amiſſas res citra ullum certamen recepiſſet.* Noſt. *Tib.* 9. 2.

30. OBSIDES dedit Phraates filios ſuos. Strab. XVI. p. 515. Φραάτης καλέσας εἰς σύλλογον Τίτιον, τὸν ἐπιστατοῦντα τότε τῆς Συρίας, τέτταρας παῖδας γνησίους ἐνεχείρισεν ὅμηρα αὐτῷ Σαρασπάδην, καὶ Κεροσπάδην, καὶ Φραάτην, καὶ Βονώνην, καὶ γυναῖκας τούτων δύο, καὶ υἱοὺς τέτταρας. *Phraates vocato in colloquium Titio, qui tunc Syriæ præerat, quatuor ei filios legitimos obſides tradidit, Saraſpadem, Ceroſpadem, Phraatem & Vononem, duas eorum uxores, & filios quatuor.*

31. AB IPSO ELECTUM. Quod videtur de regno inter Teridatem & Phraatem orta diſcordia, & per Auguſtum compoſita docere. Sed locus mutilus eſt apud *Dion.* LI. *p.* 456. *B. C.*

CAPUT XXII.

ARG. *Janum Quirinum claudit, ovans Urbem ingreditur, & triumphos curules agit Octavius Cæſar Auguſtus.*

1 Janum Quirinum [1] ſemel atque iterum [2] a condita Urbe memoriam ante ſuam [3] clau-

JANUM QUIRINUM I. templum *Jani Quirini*, quod & ille bello præſit, ſic dicti. Templum illud *Martis januam* vocat Plutarch. Num. p. 73. A. Ἔστι δ' αὐτοῦ καὶ ναὸς ἐν Ῥώμῃ δίθυρος, ὃν πολέμου πύλην καλοῦσιν. *Eſt ejus*, Jani, *templum biſore, quod Martis januam vocant.* Horat. Od. IV. 15. 9.

Vacuum duellis
Faunum Quirini clauſit.

* *Quirinus* eſt dictus hic *Janus*, quia a Romulo & Tatio conſtructus fuit. Serv. Virg. Æn. XII. 198. *Poſtquam Romulus & Titus Tatius in fœdera convenerunt, Jani ſimulacrum duplicis frontis effictum.* Fuit in foro Romano V. *Nardin. Rom. Vet.* V. 7.

2. SEMEL ATQUE ITERUM, n. temporibus Numæ, & T. Manlio Torquato, M. Atilio Balbo Coſſ. ſive anno ab U. C. 518. Plutarchus. Ἐκλείσθη ὑπατεύοντος Μάρκου Ἀτιλίου καὶ Τίτου Μαλλίου χρόνον οὐ πολύν: εἶθ' εὐθὺς ἀνεῴχθη πολέμου συρραγέντος. Ἀλλ' ἐπί γε τῆς Νουμᾶ βασιλείας οὐδεμίαν ἡμέραν ἀνεῳγμένος ὤφθη, τρία καὶ τεσσαράκοντα ἔτη συνεχῶς ἔμεινε κεκλεισμένος. *Clauſum fuit Marco Atilio & Tito Manlio Coſſ. non diu, ſed armis motis mox fuit reſeratum. Numa regnante*

clauſum [4], in multo breviore temporis ſpatio, terra marique pace parta [5], ter [6]
cluſit. Bis ovans [7] ingreſſus eſt Urbem, poſt Philippenſe [8], & rurſus poſt Sicu- 2
lum bellum [9]. Curules triumphos [10] treis [11] egit, Dalmaticum, Actiacum, Alexan- 3
drinum [12]: continuo triduo omnes.

gnante nunquam viſum eſt patuiſſe, ſed tres & quadraginta continuos annos occluſum manſit.

3. ANTE SUAM MEMORIAM i. ante ſua tempora. *Majores natu ita ſolitos dicere* dicit Plinius *infr.* 26. 14. Ita *memoria mea* i. meo tempore. Phædr. III. 11. 8.

Narrabo tibi, memoria quod factum eſt mea.

poſt hominum memoriam, ab origine mundi. Nep. Them. 5. 3. *Maxima poſt hominum memoriam claſſis eſt devicta.*

4. CLAUSUM, ut eſſet *fides pacis & belli.* Flor. 1. 2. 3. Inſtituit hoc Numa Pompilius. Liv. 1. 19. *Janum ad infimum Argiletum indicem pacis bellique fecit: apertus, ut in armis eſſe civitatem; clauſus, pacatos circa omnes populos ſignificaret.*

5. TERRA MARIQUE PACE PARTA, formula eſt frequens in ſtatuis Auguſti roſtratis. Appian. B. C. v. p. 746. Καὶ εἰκὼν αὐτῷ ἐν ἀγορᾷ χρύσεος ἐστάθη μετὰ σχήματος ὅπερ ἔχων εἰσῆλθε, περικειμένων (ut legit hoc loco *Caſaubonus*) τῷ κίονι νεῶν ἐμβόλων, καὶ ἔστη μὲν ἡ εἰκὼν ἐπιγραφὴν ἔχουσα, ὅτι ΤΗ'Ν 'ΕΙΡΗ'ΝΗΝ 'ΕΣΤΑΣΙΑΣΜΕ'ΝΗΝ 'ΕΚ ΠΟΛΛΟΥ ΣΥΝΕ'ΣΤΗΣΕ ΚΑΤΑ' ΤΕ ΓΗ'Ν ΚΑΙ' ΘΑ'ΛΑΣΣΑΝ. *Aurata pro roſtris ſtatua, ad veram effigiem expreſſa, roſtris captarum navium columna*, cui ſtatua ſuperpoſita, *affixis, hunc exhibens titulum*: OB PACEM POST DIUTURNA BELLA TERRA MARIQUE REDDITAM.

6. TER. Primo, anno ab U. C. 724. ſe V. & Sexto Apulejo Coſſ. poſt victum Antonium. Liv. 1. 19. *Clauſus fuit Janus, quod noſtræ ætati dii dederunt ut videremus, poſt bellum Actiacum, ab imperatore Cæſare Auguſto, pace terra marique parta.* Dio LI. p. 457. D. Πλεῖστον δ' ὅμως ὑπὲρ πάντα τὰ ψηφισθέντα οἱ ὑπερήσθη, ὅτι τάς τε πύλας τὰς τοῦ Ἰανοῦ, ὡς καὶ πάντων σφίσι τῶν πολέμων πεπαυμένων αὐτοῖς, ἔκλεισαν. *Sed ex omnibus his decretis nullum ei majori voluptati fuit, quam quod portæ Jani ab ipſis clauſæ ſunt, quaſi omnibus bellis confectis.* Secundo, anno ab U. C. 728. ſe IX. & M. Junio Silano Coſſ. bello Cantabrico confecto. Oroſ. VI. 21. *Cantabrica victoria hunc honorem Cæſar detulit, ut tunc quoque belli portas clauſtro cohiberi juberet. Ita tunc ſecundo per Cæſarem, quarto poſt Urbem conditam clauſus eſt Janus.* Dio LIII. p. 515. A. Αὔγουστος μὲν ταῦτά τε ἐν τοῖς πολέμοις ἔπραξε, καὶ τὸ τοῦ Ἰανοῦ τεμένισμα ἀνοιχθὲν δι' αὐτοὺς, ἔκλεισεν. *Auguſtus bellis ad hunc modum confectis Jani templum, propter hæc reſeratum clauſit.* Tertio, *anno ab U. C. 752. Cæſar Auguſtus ab oriente in occidentem, a ſeptentrione in meridiem, ac per totum oceani circulum cunctis gentibus una pace compoſitis, Jani portas tertio ipſe tunc clauſit.* Oroſ. VI. 22. V. & *Caſaubonum*: *Lipſ. Elect.* 1. 20. *Noriſ. Cenot. Piſan.* 11. 29. *de Templo Pacis Caſtalionem. Pagi Appar. Chronol. ad Annal. Baron.* §. 129. 130. *Maſſon. Jan. reſer. Sect.* 2. c. 1. §. 1. & 2. *ſect.* 3. c. 8. §. 6.... 10.

7. OVATIO minor eſt triumphus. Dionyſ. A. R. VIII. p. 535. Ἀκυλλίῳ δὲ τὸν ἐλάττονα θρίαμβον ἀπέδωκαν, ὃν αὐτοὶ καλοῦσιν ὠάν. *Aquilio minor triumphus contigit, quem ovationem nominant.* Is, qui ovabat, pedibus incedebat: Unde πεζὸς θρίαμβος dicitur Dionyſ. A. R. IX. p. 594. Ὁ δὲ Μάνλιος ἀφικόμενος εἰς τὴν πόλιν, ἐπὶ τῇ καταλύσει τοῦ πολέμου, τὸν πεζὸν θρίαμβον αἰτησάμενος, ἔλαβεν. *Manlius vero in Urbem reverſus, ob confectum id bellum, ovationem, quam petierat, impetravit.* Quomodo a triumpho differat, docet Dionyſ. v. p. 314. Πρῶτον μὲν, ὅτι πεζὸς εἰσέρχεται μετὰ τῆς στρατιᾶς προηγούμενος ὁ τὸν εὐάσιν κατάγων θρίαμβον, ἀλλ' οὐκ ἐφ' ἅρματος, ὥσπερ ἐκεῖνος· ἔπειθ' ὅτι οὐ τὴν ποικίλην καὶ χρυσόσημον ἀμφιέννυται στολὴν, κοσμεῖται τηβέννῳ τὸ ἐπιχώριον τῶν ὑπάτων τε καὶ στρατηγῶν φόρημα, στέφανον δ' ἐπικεῖται δάφνης, μεμείωται δὲ καὶ τοῦ σκήπτρου τῇ φορήσει παρὰ τὸν ἕτερον. *Primum quod in ipſa ovatione dux cum exercitu ingreditur pedibus, non autem curru, ut ille: deinde quia non geſtat togam pictam, & palmatam, neque ornatur trabea, qui eſt conſulum & prætorum patrius cultus: neque* (particula enim οὐ negativa, quam initio poſuerat, ſubauditur, ut obſervat *Buleng. de triumph.* c. 14.) *laurea corona redimitur*: ovantium enim myrtea eſt. Plutarch. Marcell. p. 310. D. Μυῤῥίνης στέφανον ἐπικείμενος. *Quinetiam hac in re altero eſt inferior, quod non geſtet ſceptrum.* Poſtea equo eſt vectus. Dio LIV. p. 544. E. Τὸ ἐπὶ κέλητος ἐς τὸ ἄστυ ἐλάσαι. *Ut eques in Urbem veheretur.* p. 526. A. Ἐπὶ κέλητος ἐς τὴν πόλιν ἐσήλασε. Symm. Epiſt. x. 22. *Ut ovantes equorum dorſa geſtarent, ut triumphantes currus inveheret. Cauſa eſt*, ut inquit Gell. v. 6. *quum aut bella non rite indicta, neque cum juſto hoſte geſta ſunt: aut hoſtium nomen humile & non idoneum eſt, ut ſervorum piratarumque: aut deditione repente facta impulverea, ut dici ſolet, incruentaque victoria obvenit.* Noſter ſæpius.

8. POST BELLUM PHILIPPENSE ovavit Auguſtus, non ex victoria illic ablata; ſed ob pacem cum M. Antonio initam: quem titulum ovatio habuit. Faſti Capitolini: IMP. CAESAR. DIVI. F. C. F. III VIR. R. P. C. OV.... (quod ex nummis argenteis ſupplet Pigh. Ann. III. p. 486. *ovans a* DCCXIII.) QUOD. PACEM. CUM. M. ANTONIO. FECIT. Unde Cæſarem & Antonium equitantes tanquam in triumpho quodam in Urbem adductos dicit Dio XLVIII. p. 375. E. Ἐν δ' οὖν τῷ τότε ἐπί τε ἵππων αὐτοὺς, ὥσπερ ἐν ἐπινικίοις τισὶν εἰσαγαγόντες. V. & *Caſaubonum*: *Scalig. in Euſeb.* p. 151.

9. POST BELLUM SICULUM ovaſſe Auguſtum iidem affirmant Faſti Capitolini: IMP. CAESAR. DIVI. F. C. F. II. III. VIR. R. P. C. II. A. DCCXVII.

Digitized by Google

OVANS. EX. SICILIA. IDIBUS. NOVEMBRIS.

10. CURULES TRIUMPHOS, ad differentiam ovationis, quam *pedeſtrem* diximus §. 8. Unde Plutarchus de Marcello: p.110. D. Τὸν μὲν ἐντελῆ καὶ μέγαν θρίαμβον εἰς τὸ Ἀλβανὸν ὄρος ἐξελάσας, τὸν δ᾽ ἐλάττω καταγαγὼν εἰς τὴν πόλιν. *Ut perfectum & magnum triumphum in Albanum montem duceret, ovans vero Urbem ingrederetur.* Noſt. *Tib.* 9. 4.

11. TRES. Virg. Æn. VIII. 714.

At Caſar, triplici invectus Romana triumpho
Mœnia.

Ubi Servius: *Tres enim Auguſtus habuit triumphos. Nam primo die triumphavit exercitus, qui Antonium vicerat navali bello: ſecundo qui Dalmatas vicerat; tertio ipſe cum Alexandrino invectus eſt triumpho.* Eadem Dio, ſed non ſervato, quem *noſter* ſervat, triumphorum ordine LI. p. 459. A. B.

12. ALEXANDRINUS πολυτελέστατος δ᾽ ὢν καὶ ἀξιοπρεπέστατος. Τά τε γὰρ ἄλλα, καὶ ἡ Κλεοπάτρα ἐπὶ κλίνης ἐν τῷ τοῦ θανάτου μιμήματι παρεκομίσθη: ὥστε τρόπον τινὰ καὶ ἐκείνην μετά τε τῶν ἄλλων αἰχμαλώτων, καὶ μετὰ τοῦ Ἀλεξάνδρου, τοῦ καὶ Ἡλίου, τῆς τε Κλεοπάτρας, τῆς καὶ Σελήνης, τῶν τέκνων, ὡς πομπεῖον ὀφθῆναι. *Pretioſiſſimus & ornatiſſimus fuit apparatu. Inter alia, Cleopatra in lecto portabatur ad imitationem mortis ejus effecta, ut quodammodo ipſa quoque inter reliquos captivos, cum Alexandro filio, cui ſolis, & Cleopatra filia, cui luna nomen indiderat, ſpectata fuerit.* DIO LI. p. 459. B. C.

CAPUT XXIII.

ARG. *Clades Lollianam & Varianam accipit, & luget Octavius Caſar Auguſtus.*

1 Graves ignominias cladeſque, duas omnino, nec alibi quam in Germania, accepit, Lollianam [1] & Varianam: ſed Lollianam majoris infamiæ [2] quam detrimenti

SUB *M. Lollio legato, amiſſa legionis* V. *aquila in Germania cladem acceptam eſſe* dicit Paterc. II. 97. 1. Sicambri enim, Uſipetæ, & Tenchteri (*Melone duce*, ut addunt Strab. VII. p. 201. & Avent. Bojor. II. p. 89.) primum quoſdam in ſuo territorio deprehenſos Romanorum in crucem egerunt: deinde Rheno tranſmiſſo ex Gallia prædas egerunt: equitatum Romanorum contra ſe miſſum per inſidias circumvenerunt: & a fugientibus uſque ad Lollium præfectum præter opinionem ſuam pertracti hunc quoque vicerunt. Σύγαμβροί τε γὰρ καὶ Οὐσιπέται τε καὶ Τέγκτηροι τὸ μὲν πρῶτον ἐν τῇ σφετέρᾳ τινὰς αὐτῶν συλλαβόντες ἀνεσταύρωσαν: ἔπειτα δὲ καὶ τὸν Ῥῆνον διαβάντες τήν τε Γερμανίαν καὶ τὴν Γαλατίαν ἐλεηλάτησαν: τό τε ἱππικὸν τὸ τῶν Ῥωμαίων ἐπελθὸν σφίσιν ἐνήδρευσαν: καὶ φεύγουσιν αὐτοῖς ἐπισπόμενοι, τῷ τε Λολλίῳ ἄρχοντι αὐτῶν ἐνέτυχον ἀνέλπιστοι, καὶ ἐνίκησαν καὶ ἐκεῖνον. DIO LIV. p. 535. A. Hujus cladis meminit quoque Tacit. Ann. I. 10. 6. Superatos a *Lollio* Germanos narrant Euſeb. Chron. ad Auguſti a 27. *Germanos in arma verſos M. Lolius ſuperat.* Obſeq. c. 131. *Inſidiis Romanorum Germani circumventi, ſub M. Lollio graviter vexati.* Hoſce prima fronte ſibi contradicentes conciliare non valuerunt viri maximi, & in re literaria principes. Non Caſaubonus, ſatis habens dixiſſe ad Suetonium: *Unus, quod ſciam, eſt Euſebius, qui Lollii hujus non cladem in Germania, ſed victoriam de Germanis commemoret.* Non Scaliger, qui *tempore & hiſtoria peccaſſe* contendit Euſebium p. 157. Non Lipſius ad Tacit. p. 8. & poſt illum Scheff. ad Obſeq. p. 156. qui ſecant, quem ſolvere non poſſunt, nodum, & apud Obſequentem legunt: *inſidiis Germanorum Romani circumventi.* Ego pulcre illos tamen hoc modo conciliari putem. Sub *Lollio* plura cum Germanis commiſerit prælia Auguſti exercitus. Quem primo ab illis cæſum eſſe lubens concedo, & hunc Romanorum cum Germanis conflictum infeliciorem, cum *cladis Lolliana* mentionem faciunt, nos docere Suetonium, Tacitum, Paterculum contendo. Sed quoniam ſæpius & victis redit in præcordia virtus, *Lollius* a Germanis fuſus arma & altera vice paravit, & Germanos in terram ſuam regreſſos pacem petere coegit: & hanc Romani exercitus fortunam ſecundiorem nobis tradere Euſebium & Obſequentem affirmo. Sententiam meam confirmant Dio l. l. Μαθὼν δὲ ταῦτα ὁ Αὔγουστος ὥρμησε μὲν ἐπ᾽ αὐτούς, οὐ μέντοι καὶ ἔργον τι πολέμου ἔσχεν. Οἱ γὰρ βάρβαροι, τόν τε Λόλλιον παρασκευαζόμενον, καὶ ἐκεῖνον στρατεύοντα πυθόμενοι, ἔς τε τὴν ἑαυτῶν ἀνεχώρησαν, καὶ σπονδὰς ἐποιήσαντο, ὁμήρους δόντες. *Quibus cognitis Auguſtus adverſus eos expeditionem quum ſuſcepiſſet, bellum nullum gerendum habuit. Barbari enim, quum Lollium arma parare, Auguſtum exercitum adducere audirent, in ſuam terram regreſſi, obſidibus datis pacem acceperunt.* Strab. VII. p. 201. Ἤρξαντο δὲ τοῦ πολέμου Σούγαμβροι πλησίον οἰκοῦντες τοῦ Ῥήνου, Μέλωνα ἔχοντες ἡγεμόνα: κἀκεῖθεν ἤδη διέτειχον ἄλλοτ᾽ ἄλλοι, δυναστεύοντες, καὶ καταλυόμενοι. *Belli initium fecere Sicambri Melone duce, Rheno vicini: atque huic alii poſt alios ſucceſſerunt, potiti imperio, eoque deturbati poſtea*: & Aventinus Bojor. II. p. 89. quem idem ſentire, cum hæc utroque pollice laudaret, me docuit Rev. & Clar. in ſchola illuſtri Zutphanienſi cum laude qui docuit, cum ſuperesset, Profeſſor *Johannes Lomejerus*, licet illum, quia prolixior, non deſcribam. Cum hæc ſcripſiſſem, incidi in *Boeclerum*, qui ſed paucis, ſe idem ſenſiſſe docet ad *Vell. p.* 177.

2. MAJORIS INFAMIÆ.... *Infamiam* enim ſubiit populus ille ubique victor, cujus equitatus ab hoſte pulſus,

trimenti: Varianam [3] pæne exitiabilem [4], tribus legionibus, cum duce [5] legatiſ-
que [6] & auxiliis [7] omnibus cæſis. Hac nuntiata, excubias [8] per urbem indixit, 2
ne quis tumultus exſiſteret: & Præſidibus provinciarum propagavit [9] imperium,
ut & a peritis & aſſuetis [10] ſocii continerentur. Vovit & magnos ludos [11] Jovi 3
Opt. Max. SI RESPUBLICA IN MELIOREM STATUM VERTISSET [12]: quod [13] fa-
ctum Cimbrico Marſicoque [14] bello erat. Adeo denique [15] conſternatum ferunt, 4

pulſus, amiſſa legionis quintæ aquila, terga verte-re coactus eſt, licet collectis viribus & reſtaurato prælio in ſuam terram hoſtem regredi juſſerit.

3. VARUS Germaniæ poſt adminiſtratam Syriam præfectus, quum ſuperbiam & ſævitiam ejus ferre non poſſent, ducibus Arminio & Segimero, in ſaltu Teutoburgienſi, ab oppido antiquo Teutoburgio, quod nunc eſt Dietmelle, ſic dicto cæſus eſt. Pluribus hanc cladem deſcribunt *Dio* LVI. *p.* 582—585. *Strab.* VII. *p.* 201. *Paterc.* II. 117. 118. 119. *Tacit. Ann.* I. 55. *Flor.* IV. 12. 31—39. *Oroſ.* VI. 21. & ex neotericis *Cluver. Germ.* III. 19. & infortuniis Auguſti annumerat *Plin.* VII. 45.

4. EXITIABILE i. internecinum. Cicer. Attic. X. 4. *Bellum comparat ſuis civibus exitiabile, niſi vicerit.* Noſt. *Claud.* 25. 11. Qui *exitiale* eodem ſenſu dicit *Cal.* 50. 2. Feſtus: *Exitium antiqui ponebant pro exitu. Nunc exitium peſſimum exitum dicimus.*

* 5. DUCE Varo, cui *plus ad moriendum, quam ad pugnandum animi fuit. Quippe paterni avitique exempli ſucceſſor, ſe ipſe transfixit.* Paterc. II. 119. 3.

* 6. LEGATIS, quorum *Cejonius cum longe maximam partem abſumpſiſſet acies, auctor deditionis ſupplicio quam prælio mori maluit. At Vala Numonius, diri auctor exempli, ſpoliatum equite peditem relinquens, fuga cum aliis Rhenum petere ingreſſus eſt.* Paterc. II. 119. 3. De hujus nomine V. Patin. de Fam. Rom in *Numonia.*

7. AUXILIA *legionibus ſemper* i. ab anno ab U. C. 540. ſive conſulibus Q. Fabio Maximo. & T. Sempronio Graccho, ut docet ad *Vegetium Stewech. p.* 99, *tanquam levis armatura in acie jungebantur, ut in his præliandi magis adminiculum eſſet, quam principale ſubſidium.* Veget. II. 2. *In legionibus magnus labor eſt militandi, graviora arma, ſera munera, ſeverior diſciplina. Quod vitantes plerique, in auxiliis feſtinant militiæ ſacramenta percipere, ubi & minor ſudor, & maturiora ſunt præmia.* Id. II. 3. Unde toties *legionibus* opponuntur, etiam noſt. *Tib.* 30. 2. *Aug.* 23. 2: 49. 1.

8. EXCUBIÆ *diurnæ ſunt, ut vigiliæ nocturnæ* Serv. in Virg. IX. 159. Iſidor. IX. 3. *Nocturnas* tamen dicit noſt. 30. 2. Ubi illas adverſus incendia commentus eſt Auguſtus. Inſtitutionis cauſam tradit Paull. Digeſt. I. 15. 1. *Apud vetuſtiores incendiis arcendis triumviri præerant: qui ab eo quod excubias agebant, nocturni dicti ſunt.* Ita vero ſolitum in omni tumultu, & ad omnem cladis acceptæ nuntium monet *Caſaubonus.* Qui & putat præcipuam harum cauſam fuiſſe, quod erant in Urbe Germani, Galli que milites non pauci *infr.* 49. 2. Quod multo clarius docet *Dio* LVI. *p.* 585.

9. PROPAGAVIT i. prolongavit, produxit. V. ſupr. Jul. 24. 1. §. 10. * Ita, licet non hac de cauſa, *ſeptenis & novenis annis in provinciis bonos præſides detinuit* Antoninus Pius apud *Capitolin. c.* 5.

10. ASSUETIS.... Quidam improbant inſtitutum illud Romanorum, quo annuos tantum præſides, annuoſque ductores copiarum faciebant: ut interdum prius ſe circumageret annus, quam omnia forent expedita: & ut ſæpe ignorarent milites, & ignorarentur a militibus. Unde Hannibal apud Liv. XXI. 43. *An me cum hoc ſemeſtri conferam duce, cui ſi quis demptis ſignis Pœnos Romanoſque hodie oſtendat, ignoraturum certum habeo, utrius exercitus ſit conſul.* V. *Beroaldum.* V. & *infr. Tib.* 41. 3.

11. MAGNI LUDI *appellati ſunt Romani ſub regibus inſtituti, quod magnis impenſis dati ſunt: tunc enim primum ludis impenſa ſunt ducenta millia nummum* (i. aureorum noſtratium coronatorum ſex millia, ut *Onuphr. de Circenſ.* I. 4.) *Alii ideo magnos ludos dictos putant, quod Conſo, conſiliorum ſecretorum deo* i. *Neptuno laticum regi & rerum conditarum (in honorem tamen Jovis, quem principem deorum putaverint, factos* dicit *Feſtus*) *& diis magnis* i. *Laribus urbis Romæ dati ſunt: quibus aiunt raptas Sabinas eſſe, ut videatur propter hoc dicere Virg.* Æn. VIII. 636.

Magnis Circenſibus actis.

Nam & Magni & Circenſes iidem ſunt. Aſcon. in Cicer. p. 57. Unde *votivi Circenſes* dicuntur infr. 43. 12. V. & *Gyrald. Syntag. Deor.* V. *p.* 138. *Onuph.* l. l. & *Argolum in illum. Donat. de Urb. Rom.* III. 14. *Urſat. de Not. Rom. Theſ. Ant. Rom. Grav. Tom.* XI. *p.* 840. *B.*

* 12. REMPUBLICAM VERTISSET antea edideram. In Petri Pithoei ſcripto eſſe *Reſpublica vertiſſet*, & huic ſcripturæ aſſertores venire Palatinum ſecundum & tertium me monuit *Gruterus.* Ea de re & ego hoc admiſi. *Vertiſſet* vero neutraliter & abſolute ſumendum pro *verſa eſſet.* Ita apud Liv. V. 49. *Jam verterat fortuna* i. verſa erat.

13. QUOD, ut ludi magni ſub illa voverentur conditione.

14. MARSICO, quod geſtum non cum Italiæ, ſed Germaniæ populis, de quo & Tacit. Annal. II. 25. 2. *C. Silio cum triginta peditum, tribus equitum millibus ire in Cattos imperat: ipſe majoribus copiis Marſos irrumpit, quorum dux Malovendus nuper in deditionem acceptus propinquo luco defoſſam Varianæ legionis aquilam modico præſidio ſervari indicat.* V. *Marc.*

ut per continuos menſes barba capilloque ſummiſſo [16], caput interdum foribus illideret [17], vociferans: *Quintili Vare, legiones redde:* diemque cladis [18] quotannis mœſtum habuerit ac lugubrem.

Donatum, & de *Marſis* plura narrantem *Cluver. Germ. ant.* III. 11.

15. * DENIQUE legendum pro vulgato *namque*. Ignoratio ſignificationis elegantioris τῦ *denique* hujus loci ſcripturam perdidit. *Denique* enim Latinis eſt, ut paucis dicam, ex quibus intelligi poſſunt reliqua. Flor. I. 16. 3. *Omnium non modo Italia, ſed toto orbe terrarum pulcerrima Campania plaga eſt. Nihil mollius cœlo. Denique bis floribus vernat.* Juſtin. XVI. 4. *Hujus victoria callide diſſimulata victoria eſt. Denique non ſolita ſacra Philippus illa die fecit...* Grævius, & Salmaſ. Exerc. Plin. p. 271. a. D.

16. BARBAM CAPILLUMQUE SUMMISISSE Imperatores ſuos lugentes dictum ſupr. Cæſ. 67. 3. §. 15.

17. CAPUT FORIBUS ILLIDERE in luctu & mentis perturbatione ſolebant veteres. Senec. de Ira I. 16. *Quid opus eſt menſam evertere? quid pocula affligere? quid ſe in columnas impingere? quid capillos evellere? femur pectuſque percutere?* Capitol. Maxim. c. 17. *Jaciebat ſe in parietes, nonnunquam terra ſe proſternebat.* *Deteſtabilia lugendi* hæc genera vocat Cicero Tuſc. Quæſt. III. 26. *Ex hac opinione ſunt illa varia & deteſtabilia genera lugendi, pœdores, muliebres lacerationes genarum, pectoris, feminum, capitis percuſſiones.* V. *Caſaubonum ad h. l. & Capitolinum. Broukh. in Tib.* I. 5. 44.

* 18. REDDE repetitio creditæ rei eſt, & magnam exprobrationem indignitatis & infidelitatis habet. *Temeritate* enim *& negligentia ducis clades illa acciderat*, ut noſter de illa Tib. 18. 1. Et ita Stat. Theb. X. 207.

> —— *redde hac Parnaſſia ſerta, meoſque*
> *Redde deos.*

Ubi hæc *Barthius*.

19. DIEM CLADIS Beroaldum, & reliquos, quotquot illum ex Beroaldo deſcripſerunt. temere ſtatuiſſe a. d. IV. Non. Sext. dicit Caſaubonus. Et quidem recte. Hiſtoricorum enim, qui *cladem* hanc deſcripſerunt, nemo *diem* ipſum addidit. *Cannenſis dies*, de quo Flor. IV. 12. 35. ſi forte Beroaldum avertit, non *cladis* tempus notat, ſed ipſam *cladem*, more Floro ſollenni II. 6. 58. *Non fuit major ſub imperio Romano dies.* Nec tantum illi, ſed & Paterc. II. 52. 2. *Aciem Pharſalicam, & illum cruentiſſimum Romano nomini diem.* * *Dies* enim ſæpiuſcule ſignificat id quod per *diem* illum accidit. Senec. de Ira III. 36. *Totum diem meum ſcrutor.* Ad quem Gronovius. *Notiſſimo* tropo *dies* pro actis dici: & interpretatur ſtatim, *dicta & facta mea remetior.* Cicer. Fam. IX. 6. *Equidem hos tuos Tuſculanenſes dies inſtar eſſe vita puto.* *Salvo & compoſito die* eſt Plin. Epiſt. II. 17. omni iſtius *diei* penſo confecto: nullo illorum, quæ illo *die* curanda conſtitueras, negotio neglecto.

CAPUT XXIV.

ARG. *In re militari multa mutat, inſtituit, ad antiquum morem revocat, & diſciplinam ſeveriſſime regit Octavius Caſar Auguſtus.*

1 In re militari [1] & commutavit multa & inſtituit: atque etiam ad antiquum mo-
2 rem nonnulla revocavit. Diſciplinam [2] ſeveriſſime rexit. Ne legatorum qui-
dem cuiquam, niſi gravate, hiberniſque demum menſibus [3], permiſit uxo-
3 rem [4] interviſere [5]. Equitem Romanum quod duobus filiis adoleſcentibus, cau-
ſa

IN RE MILITARI pilam ſignis addidit. Iſid. XVIII. 3. *Pilam in ſigno conſtituiſſe fertur Auguſtus, propter nationes ſibi in cuncto orbe ſubjectas, ut magis figuram orbis oſtenderet*, & ex *Iſidoro* in rerum inventarum onomaſtico meus *Almelov. p.* 60.

2. DISCIPLINAM militarem, quæ nomen populo Romano, & æternam gloriam peperit: quæ orbem terrarum parere Romano imperio coegit, ut tradit Cicero in oratione pro Murena. Unde Titus Manlius filio apud Liv. VIII. 7. *Quantum in te fuit, diſciplinam militarem, qua ſtetit ad hanc diem Romana res, ſolviſti.* V. & *Beroaldum.*

3. HIBERNIS MENSIBUS. Liv. V. 2. *Quos hyeme ſaltem in domos ac tecta reduci oporteat, & aliquo tempore anni parentes, liberoſque ac conjuges inviſere.*

4. UXORES ergo legatorum maritos in provincias comitari non ſolebant. Tacit. Ann. III. 33. 1. *Inter qua Severus Cacina cenſuit, ne quem magiſtratum, cui provincia obveniſſet, uxor comitaretur.* Senec. Contr. IX. 3. *Hic eſt Flaminius, qui exiturus provinciam uxorem a porta dimiſit.* Fuit tamen Auguſto Livia, & Germanico Agrippina in provinciis comes. V. *Caſaubonum* & *Lipſium ad Tacitum*, & pluribus de hac re agentem *Sickterman. de Pœn. milit. c.* 2.

5. INTERVISERE I. interdum, ex intervallo viſere. Cicer. Fam. VII. 1. *Quod nos minus interviſis, hoc fero animo aquiore.* Sic interprete *Beroaldo* apud Palladium III. 25. §. 4. *interlegere poma* eſt non tota colligere; ſed per intervalla decerpere, ut relicta in arboribus fiant grandiora, meliuſque matureſcant.

6. POL-

ſa detrectandi ſacramenti pollices [6] amputaſſet, ipſum bonaque ſubjecit haſtæ [7]: quem tamen, quod imminere emptioni [8] publicanos [9] videbat, liberto ſuo addixit [10], ut relegatum in agros [11] pro libero eſſe ſineret. Decimam legionem 4
contumacius parentem, cum ignominia totam dimiſit: item alias immodeſte miſſionem poſtulantes, citra commoda [12] emeritorum [13] præmiorum [14] exauctoravit [15]. Cohortes,

6. Pollices & digitos amputabant ſibi militiæ inhabiles futuri. Ammian. xv. 12. *Nec eorum aliquando quiſquam, ut in Italia, munus Martium pertimeſcens pollicem ſibi præcidit, quos jlocaliter murcos appellant.* Ælian. V. H. ii. 9. Cicer. Off. iii. ii. Val. Max. ix. 2. 8. ext. *Civitas Athenienſium indigno gloria ſua decreto Æginenſium juventuti pollices abſcidit, ut claſſe potens populus in certamen maritimarum virium ſecum deſcendere nequiret.*

7. Subjecit hastæ i. publice vendidit, ut dixi Cæſ. 50. 3. §. 15. Qui ſe militiæ inhabiles reddebant, peccabant in rempublicam. Fortunatianus Rhetor ii. *Decem milites tempore belli pollices ſibi amputaverunt. Rei ſunt læſæ reipublicæ.* Arrius Menander Digeſt. xlix. 16. 4. §. 12. *Eum, qui filium debilitavit dilectu per bellum indicto, ut inhabilis militiæ ſit, præceptum divi Trajani deportavit:* & publicatis bonis in carcerem conjiciebantur. Val. Max. vi. 3. 3. *Ne in C. quidem Vettieno, qui ſiniſtræ manus digitos, ne bello Italico militaret, ſibi abſciderat, ſeveritas ſenatus ceſſavit: publicatis enim bonis, ipſum æternis vinculis puniendum cenſuit, effecitque, ut quem honeſte ſpiritum profundere in acie noluerat, turpiter in catenis conſumeret.* Imo vendebantur. Suidas: ἐμαστιγοῦτο ῥάβδοις, εἶτα ἐπ' ἐξαγωγῇ ἐπιπράσκετο, δειλίας καὶ ἀποδράσεως τίμημα φερόμενος. *Cædebatur virgis, deinde in regiones remotas vendebatur, metus & fugæ pœnam ferens.* V. quoque *Beroaldum* & *Torrentium*, *Lindenbr. & Valeſ. in Ammian.* xv. 12. *Valtrin. de Re mil. Rom.* ii. 7. *Sichterman. de Pœn. milit. c.* 9.

8. Imminere emptioni i. empturire, cupide ad emptionem accedere. *Imminere* cupiditatem jam jam actui proximam notat. V. Curt. iii. i. 10. §. 48.

* 9. Publicanos vectigalium *publicorum* conductores eſſe docui ſupr. Cæſ. 20. 7. §. 38. Hi ſtudebant huic equiti, quia ex equeſtri erant ordine. Dio xxxviii. p. 62. D. Τοὺς ἱππέας, τὸ τριτημόριον σφίσι τῶν τελῶν, ἃ ἐμεμίσθωντο, ἀφείς. Πᾶσάν τε γὰρ τελωνίαν δι' αὐτῶν ἐγίνοντο. *Equites, tertia eis parte vectigalium, quæ conduxerant, remiſſa: Ipſi enim omnibus vectigalibus præerant.* Appian. B. C. ii. 473. Οἱ ἱππεῖς δυνατώτεροι ἐς ἅπαντα περιουσίας τε ἕνεκα καὶ μισθώσεως τελῶν καὶ φόρων, οὓς ὑπὸ τῶν ἐθνῶν τελουμένους ἐξεμισθοῦντο. *Equeſtris ordo potens tam propriis divitiis, quam quæſtu ex vectigalibus publicis, quæ redimere a populo ſolitus.*

* 10. Addixit i. habere juſſit. Quorum verbum ſit *addicere*, dixi ſupr. Cæſ. 50. 3. §. 17.

11. Relegatum in agros, more ſervorum, qui dominum offenderant, ne in ipſius oculos identidem incurrentes veteris offenſæ memoriam ſubinde renovarent. Ulpian. Digeſt. xxviii. 35. 3. *Si ſervus fuerit miſſus in villam, interim illic futurus, quia dominum offenderat, quaſi ad tempus relegatus.* Livia apud Dion. lv. p. 562. C. Τί γὰρ ἂν ἀδικήσειέ τις ἐς νῆσον καταληφθεὶς, ἢ καὶ ἐς ἀγρὸν, πόλει τε τινί. *Quid enim mali tibi inferat in inſula concluſus, aut in villa, vel oppido* V. etiam *Caſaubonum.* & *Fab. Sem.* ii. 5.

12. Commoda, verbum militare. Digeſt. xxxiv. 4. 23. §. 1. *Pater inter filios facultatibus diviſis, filiam ex ratione primipili commodorum trecentos aureos accipere voluit: ac poſtea de pecunia commodorum poſſeſſionem paravit.* Suidas: Κόμοδα, δόσις ἐπὶ τῷ σιτηρεσίῳ, ut legit *Lipſ. Mil. Roman.* v. 19. *pro* σιτηρεσίῳ, παρεχομένη; *commoda, donativum ad annonam.* Noſt. *Cal.* 44. 2. *Galb.* 12. 4. V. & *Chimentel. de hon. biſell. c.* 38.

13. Emerita ſunt ſtipendia, quæ militibus *emeritis* atque ſolutis labore militiæ ſolvuntur, & debentur ex formula militari. Noſt. *Aug.* 13. 5. Modeſtin. Digeſt. xlix. 16. 3. §. 12. *Si expleto tempore militiæ redeat, ut veteranus reſtituetur, & emerita accipiet.* §. 8. *Qui militiæ tempus in deſertione implevit, emerito privatur.* Arrius Menand. ibid. 5. §. 7. *Si poſt multum temporis redit, qui ab hoſtibus captus eſt, & captum eum, non transfugiſſe conſtiterit: ut veteranus erit reſtituendus, & præmia & emeritum capit.* Noſt. *Cal.* 44. 2. *Vitel.* 15. 3. V. *Torrentium* & *Lipſ. in Tacit. p.* 16.

14. Præmia ſunt donativa, quæ ultra emerita veteranis dabantur gratuito ex liberalitate principis. Noſt. 15. 3: 49.

15. Exauctoravit i. militiæ ſacramento ſolvit. Lamprid. in Alex. c. 52. *Severitatis tantæ fuit in milites, ut ſæpe legiones integras exauctoraverit.* Qui *exauctorationis* formulam addit c. 54. *Quirites diſcedite, atque arma deponite.* Arma enim primum, deinde ſagulum deponere jubebantur. Lampridius: *Mirando exemplo depoſitis armis, depoſitis etiam ſagulis militaribus, omnes non ad caſtra, ſed ad diverſoria varia receſſerunt.* Noſt. *Vit.* 10. 2. Et *exauctorare* per inſignia militaria detrahere exponit Ulpian. Digeſt. iii. 2. 2. §. 2. *Sed & ſi eum exauctoraverit i. inſignia militaria detraxerit....* *Auctorati* enim ſunt milites ſacramento militiæ & ſtipendio obligati, quia *auctoramentum*, ut docet Turneb. Adv. ii. 20. merces eſt. Paterc. ii. 28. 3. *In ea jugulati civis Romani publice conſtitueretur auctoramentum* i. merces, præmium proſcriptum trucidanti: & *auctorare* mercedem ſibi quærere. Paterc. ii. 30. i. *Sibi*

 turpiſſi-

Cohortes, ſi quæ ceſſiſſent loco, decimatas [16] hordeo [17] pavit: centuriones, ſtatione [18] deſerta, itidem ut manipulares [19], capitali animadverſione [20] puniit: pro cætero delictorum genere variis ignominiis affecit: ut ſtare per totum diem [21] juberet ante Prætorium [22]: interdum tunicatos [23] diſcinctoſque [24] nonnunquam cum decempedis [25], vel etiam ceſpitem [26] portantes.

turpiſſimam mortem peſſimo auctoravit facinore i. mortem veluti mercedem ſibi quæſivit, & arceſſivit ut debitam. Imo *auctoramentum* in artibus mercenariis & opificiis obligatio quædam eſt interpoſita mercede contracta. Cicer. Off. I. 42. *Merces ipſa in mercenariis auctoramentum eſt ſervitutis.* Noſt. *Tib.* 7. 2. Haſce tamen, ut infamia irrogata non fuerit, neque arma detracta, ſed finitæ militiæ emerita & præmia multæ nomine adempta fuerint, *exauctoratas* eſſe contendit *Fab. Semeſtr.* I. 17.

16. DECIMARI legiones dicuntur, quando *decimus* quiſque ſupplicio afficitur. Liv. II. 59. *Cætera multitudo ſorte decimus quiſque ad ſupplicium lecti.* Capitol. Macrin. c. 12. *Quum ſeditiones militares pateretur, milites ſæpius decimavit, aliquando etiam centeſimavit: quod verbum proprium ipſius eſt, quum ſe clementem diceret, quando eos centeſimaret, qui digni eſſent decimatione atque viceſimatione.* Ad Promonam cohortem, *quæ loco ceſſerat, decimavit* Auguſtus apud Appian. Illyr. p. 766. *Ex cohorte, quod cuſtodiam reliquerat, ſorte jacta decimum quemque morte multavit.* Noſt. *Cal.* 48. 2. Pluribus hæc deſcribunt Polyb. VI. 36. Plutarch. p. 934. b.

17. HORDEO loco tritici. Polyb. VI. 36. Τοῖς δὲ λοιποῖς τὸ μέτρημα κριθὰς δοὺς ἀντὶ πυρῶν ἔξω κελεύει τοῦ χάρακος καὶ τῆς ἀσφαλείας ποιεῖσθαι τὴν παρεμβολήν. Λοιπὸν, τοῦ μὲν κινδύνου καὶ φόβου, τοῦ κατὰ τὸν κλῆρον, ἐπ' ἴσον ἐπικρεμαμένου πᾶσιν, ὡς ἂν ἀδήλου τοῦ συμπτώματος ὑπάρχοντος· τοῦ δὲ παραδειγματισμοῦ μετὰ τὴν κριθοφαγίαν ὁμοίως συμβαίνοντος περὶ πάντας, τὸ δυνατὸν ἐκ τῶν ἐθισμῶν εἴληπται πρὸς κατάπληξιν, καὶ διόρθωσιν τῶν συμπτωμάτων. *Reliquis hordeum pro tritico admetiens, extra caſtra & munitionem caſtrorum tendere eos jubet. Atque ita cum periculum & metus ſortis ex æquo omnibus impendeat; nemo enim ſit in quem ea ſit caſura, exemplum autem veſcendi ex hordeo in omnes pariter edatur: hoc inſtituto quam maxime poterat fieri, conſultum eſt utrique rei; ut & terror injiceretur, & acceptum detrimentum ſarciretur.* Plutarch. in Marc. p. 313. C. Διαλεχθεὶς δὲ ταῦτα, προσέταξε ταῖς ἡττημέναις σπείραις ἀντὶ πυρῶν κριθὰς μετρῆσαι. *Concione dimiſſa, cohortibus, quæ terga dederant, juſſit pro tritico hordeum dari.* Valde ignominioſum hoc erat. Communi enim militum cibo videbantur indigni, rejecti ad jumentorum cibum. Plin. XVIII. 7. *Panem ex hordeo antiquis uſitatum vita damnavit, quadrupedumque tradidit refectibus.*

18. STATIONES i. excubias 32. 4. *qui deſerebant*, graviter puniebantur. Modeſtin. Digeſt. XLIX. 16. 3. §. 5. *Qui ſtationis munus relinquit, plus quam emanſor eſt. Itaque pro modo delicti aut caſtigatur, aut gradu militiæ dejicitur.*

19. MANIPULARES i. milites gregarios, quos V. Curt. X. 4. 3. §. 6.

20. CAPITALI ANIMADVERSIONE. Suidas: Παρὰ Ῥωμαίοις θάνατος νόμιμος τῷ λιπόντι τὴν ἐφεδρείαν: *apud Romanos mors eſt ſtatuta antiquo more deſerenti ſtationem.* * Polyb. I. 17. Παρὰ Ῥωμαίοις θάνατός ἐστι τῷ προεμένῳ τὸν τόπον, καὶ φυγόντι τὸ παράπαν ἐξ ἐφεδρείας. *Apud Romanos loco deceſſiſſe, aut omnino ſtationem fuga deſeruiſſe capitale eſt.*

21. STARE PER TOTUM DIEM inter leniores animadverſiones fuit veterum. Dio LV. p. 560. E. Ἕδραι τε ἄτιμοι, καὶ στάσεις ἐπονείδιστοι, τό τε προλυπηθῆναι καὶ τὸ προφοβηθῆναι συχνῶς βέλτιον ἐποίησε, καί τοι καὶ ἀποθανεῖν ἕλοιτο ἄν τις ἔν γε γενναῖος καὶ ἀνδρεῖος ὤν, ἢ τοιοῦτόν τι παθεῖν. *Seſſiones inhoneſtæ, & ſtationes ignominioſæ, doloreſque & terrores ante oblati frequentes emendaverunt, pro quibus homo nobilis & fortis mortem ſibi optaverit.*

22. ANTE PRÆTORIUM i. in ipſis principiis, ut dicuntur Val. Max. II. 7. 9. Front. IV. I. 27. In illis vero erat *prætorium*, vel tabernaculum ducis. In illis milites ignominia afficiebantur ante oculos tribunorum, centurionum, militum, excubiarum. Valerius Maximus & Frontinus: *L. Calpurnius Piſo conſul Titium præfectum cohortis, quod in Sicilia loco fugitivis ceſſerat, cincto toga præciſo, ſoluta tunica, nudis pedibus in principiis quotidie ſtare, dum vigiles venirent juſſit.* V. & viros Clar. *Cuper. Obſ.* IV. 19. *Perizon. de prætor.* §. 29.

23. TUNICATOS demptis n. ſagulis. Lampridius, V. illum ſupr. §. 15. *Tunicæ* vero ſuperinduebant ſagum in bello Romani, ut dixi *Cæſ.* 48. I. §. 3. *Tunicatos* i. veſtem non aliam ſupra *tunicam* habentes in caſtris apparere admodum erat humile. Plaut. Pœn. V. 3. 2.

Noviſtin' tu illum tunicatum hominem qui ſiet?

Tunicam deſcribit *Ferrar. infr.* 82. I. §. 3.

24. DISTINCTOS ſtare ignominioſum erat. Vulcat. Gallic. in Avidio c. 6. *Statim ad ſigna edici juſſit, & programma in parietibus fixit, ut ſi quis cinctus inveniretur apud Daphnen, diſcinctus rediret.* Maximus enim & frequentiſſimus zonarum & cingulorum, in quibus pecuniam condebant, & ex quibus gladius pendebat, olim in bellis erat uſus. Quare miles nunquam ſine zona. Plaut. Pœn. V. 2. 48.

Tu qui zonam non habes,
Quid in hanc veniſti urbem?

Et ζώνη ſæpe apud Homerum ſignificat ὁπλισμὸν, ſive πολεμικὴν ὅπλισιν i. armaturam bellicam ſynechdochicῶς, & ζώννυσθαι, *cinzi*, Suidæ eſt καθοπλίζεσθαι, *armari.* Hinc *diſcinctos* ignavos & militiæ minus aptos putabant veteres, ut dictum ad *Cæſ.* 45. 5. §. 28.

V. &

V. & *Stuck. Ant. Conv.* IV. 29. *Hanc pœnam militarem etiam in ſeditioſam legionem exercuit M. Curio Conſul apud Frontin. IV. I. 45.

25. DECEMPEDA erat pertica, cujus uſus in agris, & caſtris metandis. Cicer. pro Mil. c. 27. *Qui cum architectis & decempedis villas multorum, hortoſque peragravit.* De illa multa *Salmaſ. Solin. p.* 481. 482. Hanc centurioni delinquenti geſtandam haſtæ bellicæ vice ad ignominiam Octavium dediſſe putat *Marc. Donatus.*

26. CESPES eſt terra cum gramine exciſa Serv. Ecl. I. 69. *Ceſpite, id eſt terra cum propria herba evulſa.* γῆς ἐκτομὴν βαθεῖαν *Plutarcho in Pompejo.* Gloſſ. Cyr. *ceſpes*, χορτόλωβος, χορτόβωλος, ut legit *Caſaubonus.* Illorum uſus fuit in caſtrorum aggeribus faciendis. Veget. I. 24. *Si nimia neceſſitas non premit, ceſpites circumciduntur e terra, & ex illis velut murus inſtruitur.* III. 8. *Ceſpes autem circumciditur ferramentis, qui herbarum radicibus continet terram: fit altus ſemis pedem, longus pedem ſemis.* Gregarii vero militis, non centurionis erat *ceſpitem portare.*

CAPUT XXV.

ARG. *Milites commilitones non appellat, libertino utitur, dona militaria dat, Agrippam vexillo cæruleo donat, triumphales dono non impertit, feſtinationem in duce damnat, & bellum non, niſi cum emolumenti ſpes, ſuſcipit Octavius Cæſar Auguſtus.*

Neque poſt bella civilia, aut in concione, aut per edictum, ullos militum *com-* 1
militones appellabat, ſed *milites* [1]: Ac ne a filiis [2] quidem, aut privignis [3] ſuis, imperio præditis, aliter appellari paſſus eſt: ambitioſius [4] id exiſtimans, quam aut ratio militaris, aut temporum quies, aut ſua domuſque [5] ſuæ majeſtas [6] poſtularet.
Libertino milite [7], præterquam Romæ incendiorum cauſa [8], & ſi tumultus [9] in 2
graviore

NON COMMILITONES, SED MILITES. Aurel. Vict. Epit. I. 14. *Avunculi quoque inventum vehementer arguebat, qui milites commilitones novo blandoque more appellant, dum affectat carior fieri, auctoritatem principis emolliverat.*

2. FILIIS Cajo & Lucio Cæſaribus per adoptionem, nepotibus ex Julia & M. Agrippa, infr. 64. 1.

3. PRIVIGNIS Tiberio & Druſo, Tiberii & Liviæ Druſillæ filiis *Tib.* 4. 6.

4. AMBITIOSIUS i. indecentius. Cicer. Fam. III. 7. *Præſertim cum in iſto genere multo etiam ambitioſius facere ſoleam, quam honor meus & dignitas poſtulat.* *Ambitioſa* enim ſunt, quæ favoris parandi cauſa fiunt. Salluſt. Bell. Jugurth. c. 64. *Neque facto ullo, neque dicto abſtinere, quod modo ambitioſum foret.* Hæc quoniam ſunt plerumque blanda nimis & humilia, inde *ambitioſus* eſt humilis, blandus, adulatorius. Ita *ambitionem vulgi* quam dixerat XII. 15. 11. *adulationem vulgi* XIII. 2. 3. dicit Juſtinus. Milites vero appellare commilitones non eſt niſi ducis, qui per blanditiam ſuos in officio conatur retinere. Juſtin. XIV. 2. 8. *Itaque Eumenes blandimentis agere, ſuppliciter ſingulos alloqui, nunc commilitones ſuos, nunc patronos appellans.* Inde *ambitio* gratia noſtr. infr. n. 4. obſequium Oth. 7. 3. *ambitioſa ſententia per* gratiam & favorem latæ Ulpian. Digeſt. I. 9. 4. Domit. 8. 2. & *ambitioſus princeps*, qui populo adulatur, blanditur infr. 42. 1. V. *Gravium in Ciceronem* & *Bud. in Pandect. p.* 195. 196.

5. DOMUS i. familiæ imperantis, regiæ. Juſtin. XII. 15. 1. *Agnoſcere ſe fatum domus majorum ſuorum.* Nec aliter Græci. Thucyd. I. p. 85. D. Κείσεται σοι εὐεργεσία ἐν τῷ ἡμετέρῳ οἴκῳ ἐσαεὶ ἀνάγραπτος, *habetur tibi gratia nunquam domi noſtra delenda.* Noſt. 58. 9.

6. MAJESTAS Feſto *a magnitudine dicta.* Proprie eſt ſolius numinis, quod omnibus, quæ *magna* dici poſſunt, eſt *majus.* Paull. Digeſt. IV. 8. 32. §. 4. *Id enim non tantum honori perſonarum, ſed & majeſtati Dei indulgetur.* Deinde etiam populi Romani. Cicer. Heren. IV. 25. *Majeſtas reipublicæ eſt, in qua continetur dignitas & amplitudo civitatis.* Partit. c. 30. *Majeſtas eſt magnitudo quædam populi Romani in ejus poteſtate ac jure retinendo.* Polyb. de legat. c. 28. vocat τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν δυναστείαν τοῦ δήμου τῶν Ῥωμαίων, *imperium & majeſtatem populi Romani.* Quia vero lege regia populi poteſtas ad imperatores tranſiit, & *majeſtas* ad eundem delata eſt, *majeſtas imperatoria* dicitur. Leo imperator Cod. X. 16. 1. *Et imperatoria majeſtati videatur prævenire liberalitas poſtulanda.* Noſt. *Claud.* 17. 2. *Veſp.* 7. 4. V. & *Buleng. de imp.* I. 33. *Caſaubonum* & *Salmaſ. in Pollion. Gallien. c.* 14.

7. LIBERTINO MILITE i. ſervis in id ipſum manumiſſis. Macrob. Sat. I. 11. *Cæſar Auguſtus in Germania & Illyrico cohortes libertinorum complures legit, quas voluntarias appellavit.* V. ſupr. 16. 1. §. 9.

8. INCENDIORUM CAUSA. Paull. Digeſt. I. 15. 3. §. 1. *Salutem reipublicæ tueri nulli magis credidit convenire, nec alium ſufficere ei rei, quam Cæſarem. Itaque ſeptem cohortes opportunis locis conſtituit, ut binas regiones Urbis unaquæque cohors tueatur, præpoſitis eis tribunis, & ſuper omnes ſpectabili viro, qui præfectus vigilum appellatur. Cognoſcit præfectus vigilum de incendiariis....* Strabo V. p. 162. Ἐπεμελήθη μὲν οὖν ὁ Σε-

βαστὸς

graviore annona metueretur, bis uſus eſt: ſemel ad præſidium coloniarum [10] Illyricum contingentium [11]: iterum ad tutelam ripæ Rheni [12] fluminis: eoſque ſervos adhuc viris feminiſque pecunioſioribus [13] indictos [14], ac ſine mora manumiſſos, ſub priore vexillo habuit [15], neque aut commixtos cum ingenuis, aut eodem
3 modo armatos. Dona militaria aliquanto facilius, phaleras [16], & torques [17], quicquid auro argentoque conſtaret [18], quam vallares [19] ac murales [20] coronas, quæ honore

βασὶς Καῖσαρ τῶν τοιούτων ἐλαττωμάτων τῆς πόλεως, πρὸς μὲν τὰς ἐμπρήσεις συντάξας στρατιώτας ἐκ τῶν ἀπελευθέρων τὸ βοηθεῖν. *Hujuſmodi detrimenta Urbis Auguſtus Cæſar prævidens, contra incendia cohortem libertinorum conſtituit, quæ opitularetur.* Eadem Dio LV. p. 566. C. Noſt. infr. 30. 2.

9. TUMULTUUM cauſa fames eſſe ſolet. Marcellin. XXV. 7. *Abſumptis omnibus, quæ mandi poterant, utilibus, exacto miſerabiliter biduo, furebat inedia iraque percitus miles.* c. 9. *In exercitu abſumptis commeatibus paucis, in corpora ſua neceſſitas erat humana vertenda, ni jumentorum cæſorum aliquatenus perduraſſet: unde effectum eſt, ut & armorum pleraque projicerentur & ſarcinarum.* Senec. de Brev. vit. c. 18. *Cum ventre humano tibi negotium eſt: nec rationem patitur, nec æquitate mitigatur, nec ulla prece flectitur populus eſuriens. Exitio pæne & fame conſtitit, & quæ famem ſequitur rerum omnium ruina.... Quem tunc animum habuerunt illi, quibus erat mandata frumenti publici cura? ferrum, ſaxa, ignes, Cajum excepturi.* Noſt. *Claud.* 18. 3.

10. AD PRÆSIDIUM COLONIARUM.... Dio LV. p. 569. C. Πέμπει τὸν Γερμανικόν, στρατιώτας οὐκ εὐγενεῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐξελευθέρους δούς, ἄλλως τε καὶ ὅσους παρά τε τῶν ἀνδρῶν καὶ παρὰ τῶν γυναικῶν δούλους πρὸς τὰ τιμήματα αὐτῶν συντροφῇ ἑξαμήνῳ λαβὼν ἠλευθερώκει. *Germanicum eo miſit, additis ei militibus, non ingenuis modo, ſed libertis etiam, quum aliis, tum quotquot viris & mulieribus ſervos ſex menſium annona ex cenſu illorum,* (ut Dionem vertit *Caſaubonus*) *redemerat & manumiſerat.* Paterc. II. III. 1. *Habiti itaque delectus, revocati omnes undique veterani, viri feminæque ex cenſu libertinum coactæ dare militem.*

* 11. ILLYRICUM CONTINGENTIUM, ut Aquilejæ, Concordiæ in Carnis, Iſtriæ finitimarum: vel Polæ, & circumjectarum Arſiæ fluminis Italiæ confinio urbium. *Berneggerus.*

12. AD TUTELAM RIPÆ RHENI. Dio LVI. p. 585. B. D. Τότε δὲ μαθὼν ὁ Αὔγουστος, τὰ τῷ Οὐάρῳ συμβεβηκότα, ἀποκληρώσας ἔκ τε τῶν ἐστρατευμένων ἤδη καὶ ἐκ τῶν ἐξελευθέρων, ὅσους ἐδυνήθη, κατέλεξε, καὶ εὐθὺς σπουδῇ μετὰ τοῦ Τιβερίου ἐς τὴν Γερμανίαν ἔπεμψε. *Auguſtus Variana clade audita, collegit per ſortem, quot potuit, ex veteranis & libertinis, illoſque celeriter cum Tiberio in Germaniam miſit.*

13. PECUNIOSIORIBUS i. ditioribus. Nep. 5. 1. 3. *Callias non tam generoſus, quam pecunioſus.* 25. 13. 1. *Nam cum eſſet pecunioſus, nemo illo minus fuit emax.*

14. INDIXIT numerum, ut plenius noſt. *Ner.* 44. 2. 1. præſcripſit quot numero milites de ſervis ſuis darent. Veget. 1. 7. *Dum poſſeſſoribus indicti tyrones.* Noſt. *Cal.* 41. 1.

15. NEC SINE MORA MANUMISSOS.... Ita ſcribo, & eſt ſenſus: non *manumiſſos*, niſi poſtquam aliquantum temporis militia probati eſſent, tamen etiam, poſtquam jam manumiſerat, habuit ſub eodem vexillo, ſub quo fuerant nondum mutato ſtatu militantes. *Gronovius.*

16. PHALERÆ quid, non uſquequaque certum. Suidas: Φάλαρα, τὰς προμετωπίδας, τὰς ἀσπιδίσκους, τὸν κόσμον τὸν κατὰ τὸ μέτωπον τῶν ἵππων: παρὰ δ' Ἡροδότῳ τὰ περὶ τὰς γνάθους σκεπάσματα. Videntur Suidæ ſcuti ſimilitudinem retuliſſe, ut a naribus ad frontem ducta illuſtris lamina dilataretur in fronte, attenuata imo. Sonant enim ejus verba: *frontis ornamenta, ſcutula, id, quo frons equorum ornatur.* Ut agnoſcat tamen Herodoto ſignificare *maxillarum tegumenta.* Servio *monilia* ſunt ad Virg. Æneid. VII. 278.

Aurea pectoribus demiſſa monilia pendent.

Dicit enim: *monilia non niſi hominum dicimus: quæ nunc ad laudem pro phaleris poſuit. Monile* vero *equis prædependens a collo ornamentum* eſt Feſto. Sed a monilibus diſtinguit Gell. V. 5. *Inducebat equitatum frenis, ephippiis, monilibus, phaleris præfulgentem.* Equorum tantum, an etiam equitum fuerint, diſputant *Lipſ. Mil. Rom.* V. 17. *Paſchal. de cor.* X. 19. *Lacerd. Virg.* IX. 359. *Licet. de Lucern.* VI. 12. *Hage de Milit. Equeſt.* II. 3. *Mannt. de Quæſ. per. Epiſt.* III. 10. Quidquid fuerint, certe fuerunt inter dona militaria. Polyb. VI. 37. Ὁ στρατηγὸς τῷ πολέμιον καταβαλόντι καὶ σκυλεύσαντι, τῷ μὲν πεζῷ φιάλην, τῷ δ' ἱππεῖ φάλαρα. *Imperator illi, qui hoſtem proſtraverit, & ſpolia detraxerit, peditis quidem phialam, equiti vero phaleras.*

17. TORQUES apud Romanos olim acceperunt viri bello ſtrenui & militares. Ambroſ. de inſt. virg. c. 14. *Victores ſecularium præliorum ſolent ſtrenuorum virorum donatis torquibus honorare cervices.* Tacit. Ann. 11. 9. 4. *Illo locum & prælium referente, quodnam prælium recepiſſet? exquirit. Flavius aucta ſtipendia, torquem & coronam, aliaque militaria dona memorat.* Dabant illos nonniſi principes & reges. Julius Cæſar apud Hirt. Bell. Hiſp. c. 26. n. 1. *Cæſar ob virtutem turmæ Caſſianæ donavit millia* 13, *& præfectis torques aureos* 2. Auguſtus hoc loco. De Tiberio, Claudio, Veſpaſiano, Trajano, Hadriano inſcriptiones id docentes exhibet in inſcriptionibus *Gruterus.* V. & *Scheff. de torq.* §. 7. & 9.

18. QUID-

honore præcellerent, dabat: has quam parciſſime, & ſine ambitione, ac ſæpe etiam
caligatis [21] tribuit. M. Agrippam in Sicilia poſt navalem victoriam cæruleo [22] 4
vexillo donavit. Solos triumphales, quamquam & ſocios expeditionum, & par- 5
ticipes victoriarum ſuarum, nunquam donis impertiendos putavit: quod ipſi quo-
que jus [23] habuiſſent tribuendi ea quibus vellent. Nihil autem minus in perfecto 6
duce, quam feſtinationem [24] temeritatemque [25] convenire arbitrabatur. Crebro
itaque illa jactabat:

Σπεῦδε βραδέως [26] &,

Ἀσφαλὴς γὰρ ἐσ᾽ ἀμείνων, ἢ θραςὺς ϛρατηλάτης [27].

Et,

18. Quidquid auro argentoque constaret, utpote in quibus inerat & *κτήματος δόσις* & *τιμῆς σημεῖον*, cum in coronis vallaribus & muralibus aliiſque præmiis ineſſet ſolum *τιμῆς σημεῖον*, ut docet *Caſaubonus*. Quamvis enim & hæ *auro* conſtiterint, ut tradit *Gell.* v. 6. conſtiterunt tamen, ut indicat *Suetonius*, pauco, quum illæ totæ fuerint aureæ. Plin. xxxiii. 2. *Auxiliares quippe & externos torquibus aureis donavere, at cives nonniſi argenteis.* Varro de vit. P. R. I. apud Non. iii. 245. *Auri pondo duo millia acceperunt ex ædibus ſacris, & matronarum ornamentis, a quibus poſtea id aurum, & torques aurea multa relata Romam, atque conſecrata.* Exempla & alia congeſſit *Scheff. de torq.* §. 3.

19. Vallaris, ſive *caſtrenſis corona eſt, qua donat eum imperator, qui primus hoſtium caſtra pugnans introivit. Ea corona inſigne valli habet.* Gell. v. 6. Val. Max. i. 8. 6. *Poſtero die cum conſul inter honorandos, quorum ſtrenua opera fuerat uſus, vallarem coronam ei ſe ſervare dixiſſet, a quo caſtra erant oppreſſa.* V. & *Paſchal. de coron.* vii. 3. *Buleng. de triump.* c. 13.

20. Muralis *corona eſt, qua donatur ab imperatore, qui primus murum ſubiit, inque oppidum hoſtium per vim aſcendit. Idcirco quaſi muri pinnis decorata eſt.* Gell. v. 6. Liv. xxvi. 48. *Itaque quamquam omnibus omnia deberet, præcipuum tamen muralis coronæ decus ejus eſſe, qui primus murum aſcendiſſet.*

21. Caligatis i. gregariis militibus, quos *manipulares* dixit 24. 5. De illis plura Calig. 9. 1. §. 1. Hoſce, & non tantum centuriones, ordinumque ductores, ad hoc tantum decus admiſſos eſſe docet *Suetonius.* Milo corona murali donatur a Q. Fulvio proconſule apud *Sil. Ital.* xiii. 359—364.

22. Cæruleo i. colore marinis fluctibus ſimili. Hoc licet ob victoriam non Siculam, ſed Actiacam donatum eſſe dicit quoque Dio li. p. 458. D. *Καὶ τὸν μὲν Ἀγρίππαν ἄλλοις τέ τισι καὶ σημείῳ κυανοειδεῖ ναυκρατητικῷ προσεπεκόσμησεν. Agrippamque præter alios honores vexillo cæruleo, victoriæ navalis teſtimonio, exornavit.* Hoc illum donavit Auguſtus, quod victoria navali potitus eſſet. Color enim *cæruleus* marinus eſt. Serv. Æn. vii. 198. *Cærulum eſt viride cum nigro, ut mare.* Inde *cærula æquora* Cat. 64. 7. *freta* Virg. Æn. x. 209. *Corona roſtrata* donatum eſſe Agrippam ob victoriam a Siculis relatam, dicunt Plin. xvi. 4. *Cedunt & roſtratæ coronæ, quamvis in duobus maxime ad hoc ævi celebres: M. Varrone e piraticis bellis, dante M. Pompejo, itemque M. Agrippa, tribuente Cæſare e Siculis.* Serv. Virg. viii. 682. *Sextus Pompejus in Sicilia piraticam exercuit, contra quem primo cum Agrippa dimicavit Auguſtus, poſtea Agrippæ cura data eſt, qui eum delevit: ob quod ei Auguſtus roſtratam dedit coronam, quia vicerat navali certamine.* Quod neque ante, neque poſt illum ulli contigiſſe dicit Dio xlix. p. 400. C. *Τῷ Ἀγρίππᾳ στέφανον χρυσοῦν ἐμβόλοις ἠσκημένον ἐδωρήσατο, ὃ μὴ πρότερον, μήτ᾽ αὖθις ἄλλῳ τῳ ἐγένετο.*

23. Ipsi quoque jus.... nempe republica libera; ſub imperatoribus hoc vero amiſerunt. Civicam ſane ſub Auguſto jam & Tiberio raro dederunt duces. Tacit. Ann. iii. 21. 3. *Quo prælio Rufus Helvius gregarius miles ſervati civis decus retulit, donatuſque eſt ab Apronio torquibus & haſta: Cæſar addidit civicam coronam, quod non eam quoque Apronius jure proconſulis tribuiſſet, queſtus magis quam offenſus.* Idem *jus* allegat tamen *infra Tib.* 32. 1.

24. Festinationem, quia, ut Fabius apud Liv. xxii. 39. *Omnia non properanti clara certaque erunt: feſtinatio improvida eſt & cæca.*

25. Temeritas eſt inconſiderata ſtultitia, qualis eſt ebriorum, qui multa faciunt temere & inconſulto. Unde ebrietas & *temeritas* junguntur. Terent. Andr. i. 4. 2.

Sane pol illa temulenta eſt mulier & temeraria.

Et *temeraria vota* ſtulta ſunt Tib. iii. 6. 14. Hæc vero duo junxiſſe Auguſtum non admittit *Stephan. Sched.* iv. 28.

26. Σπεῦδε βραδέως. Gell. x. 11. Macrob. Sat. vi. 8. *Illud Nigidianum rei atque verbi temperamentum divus Auguſtus duobus Græcis verbis elegantiſſime exprimebat: namque & dicere in ſermonibus, & ſcribere in epiſtolis ſolitum eſſe ajunt,* σπεῦδε βραδέως. *per quod monebat, ut ad rem agendam ſimul adhiberetur & induſtriæ celeritas, & diligentiæ tarditas.*

27. Ἀσφαλὴς.... carmen eſt trochaicum dimetrum catalecticum *Eurip. Phœniſſ.* 602, quod jambico ſenario ad hunc vertit modum Stephan. Sched. iv. 29.

Eſt melior audaci duce is qui cautus eſt.

De hoc bene multa *Eraſm. in feſtina lente*, ſed magnam partem refutatur a *Stephano Sched.* iv. 30. &

 Leopardo

7 Et, *Sat celeriter fieri, quicquid fiat ſatis bene* [28]. Prælium quidem aut bellum ſuſcipiendum omnino negabat, niſi cum major emolumenti ſpes quam damni me-
8 tus oſtenderetur. Nam *minima commoda non minimo ſectantes diſcrimine, ſimiles* ajebat *eſſe aureo hamo piſcantibus* [29]: *cujus abrupti damnum nulla captura* [30] *penſari poſſet.*

Leopardo Emend. IX. 20. Ita *cautum audenti* oppoſuit noſt. *Cæſ.* 58. 1.* Et Fabii Maximi, qui *Cunctator* fuit dictus, factum ſæpius in ore habuit Auguſtus. Appian. Ἀννιβαϊκ: p. 321. Οὗ δὴ καὶ ὁ Σεβαστὸς ὕστερον πολλάκις ἐμέμνητο, οὐκ ὢν εὐχερής, οὐδ' οὗτος ἐς μάχας μᾶλλον τόλμῃ ἢ τέχνῃ χρῆσθαι. *Cujus rei poſteris temporibus ſæpius meminit Auguſtus, qui & ipſe tardus in prælia erat, & arte uti quam audacia malebat.*

28. SAT CELERITER FIERI.... Sententia eſt Catonis. Hieronym. Epiſt. ad Pammachium. *Scitum eſt illud quoque Catonis: ſat cito, ſi ſat bene. Quod nos quondam adoleſcentuli, cum a perfecto oratore in præfatiuncula diceretur, riſimus. Meminiſſe te puto erroris mutui, cum omne Athenæum ſcholaſticorum vocibus conſonabat: ſat cito, ſi ſat bene.* V. Beroaldum & *in feſtina lente Eraſmum.*

29. AUREO HAMO PISCARI dicuntur, qui mediocris commodi cupiditate periculum adeunt, ut maximarum rerum faciant jacturam. Poteſt fieri, ut quibuſdam etiam hoc libuerit, *aureo hamo piſcari.* Siquidem *reti aurato* piſcari ſolitus eſt Nero Suetonio teſte 30. 9. De talibus venuſte Phalereus Demetrius apud Athen. VI. Ὅτι πολλάκις καταναλώσαντες τὰ φανερὰ τῶν ἀδήλων ἕνεκα, ἃ μὲν ἤμελλον οὐκ ἔλαβον, ἃ δὲ εἶχον ἀπέβαλον. *Quod frequenter certis conſumptis incertorum gratia, quæ ſe capturos ſperabant, non ceperunt, quæ vero habebant abjecerunt.* V. *Eraſmum.* * Ad hoc proverbium alludit Mauric. Strateg. VIII. 1. Οἱ τοιοῦτοι οὐδὲν διαφέρουσι τῶν χρυσῷ δελεαζομένων. *Qui aliter faciunt, ſimiles ſunt iis, qui auro dolum ſtruunt.*

30. CAPTURA I. præda piſcando capta. Plin. XIX. 1. *Eſt ſua gloria & Cumano in Campania, ad piſcium & alitum capturam.*

CAPUT XXVI.

ARG. *Magiſtratus ante tempus, novos, perpetuos, capit, & conſulatus tredecim gerit Octavius Cæſar Auguſtus.*

1 Magiſtratus atque honores, & ante tempus [1], & quoſdam novi generis [2], per-
2 petuoſque [3], cepit. Conſulatum [4] vigeſimo ætatis anno [5] invaſit, admotis hoſtiliter

ANTE TEMPUS legibus præſcriptum. Illud vero V. Cal. 1. 1. §. 4. A legibus illis ſolvendum eſſe Auguſtum judicat Cicer. Phil. V. 17. *Quid eſt P. C. cur eum*, Auguſtum, *non quamprimum ampliſſimos honores capere cupiamus? legibus enim annalibus cum grandiorem ætatem ad conſulatum conſtituebant, adoleſcentiæ temeritatem verebantur. C. Cæſar ineunte ætate docuit ab excellenti eximiaque virtute progreſſum ætatis exſpectari non debere.* Maxime cum *apud majores virtutis id præmium fuerit, cunctiſque civium, ſi bonis artibus fiderent, licitum petere magiſtratum: ac ne ætas quidem diſtinguebatur, quin prima juventa conſulatum ac dictaturas inirent.* Tacit. Ann. XI. 22. §. 3.

2. NOVI GENERIS, ut triumviratum.

3. PERPETUOS, ut cenſuram & tribunitiam poteſtatem.

4. CONSULATUM, quem jam petierat οὐκ ἐς τὴν βουλὴν ἔτι πέμπων, ἀλλ' ἐς τὸ Κικέρωνα ἰδίᾳ. καὶ αὐτὸν παρεκάλει καὶ συνάρξαι, ὡς Κικέρωνα μὲν τὴν ἀρχὴν διοικήσοντα πρεσβύτερόν τε καὶ ἐμπειρότερον ὄντα, αὐτὸς δὲ τὸν ἐπώνυμον καρπωσόμενος μόνον. *Non jam ſenatum ſolicitans, ſed privatim Ciceronem, rogans ut ſimul magiſtratum gereret: penes illum fore adminiſtrationem, ut ſeniorem & longo uſu peritum, ſibi ſufficere, ſi fruatur ſolo honoris nomine.* Appian. B. C. III. p. 578. Dio XLVI. p. 319. A. Geſſit hunc conſulatum cum Q. Pedio, cum quo ſuffectus fuit Hirtio & Panſæ bello Mutinenſi cæſis ſupr. 11. 1. §. 1: 10. 8. §. 27. Tacit. Orat. 17. 2. *Nam ut de Cicerone ipſo loquar, Hirtio nempe & Panſa conſulibus, ut Tiro libertus ejus ſcripſit, 7 Idus Decembres occiſus eſt, quo anno D. Auguſtus in locum Panſæ & Hirtii ſe, & Q. Pedium conſules ſuffecit.*

5. ANNO XX ÆTATIS OCTAVII defuerunt dies ſex & triginta. ut notat Uſſerius ad a. mundi 3961. Unde, *cum annos novendecim haberet, conſulem creatum eſſe*, dicit Liv. Epit. 119. Dio XLVI. p. 320. E. Ὅτι ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡλικίᾳ (ὃ μὴ πώποτε τῳ ἐγεγόνει) ὑπατεύσειν ἤμελλε: *quod ea ætate, qua nemo unquam ante ſe mortalium, conſulatum eſſet geſturus.* Recte. *C. Marius C. Marii filius conſul* quidem *ante annos viginti, ſed per vim creatus eſt.* Liv. Epit. 86. Auguſtus autem per ſpeciem ſaltem aliquam liberorum ſuffragiorum illa ætate conſul eſt creatus. Conſulatus autem capiendi annus legitimus erat 43. Cicer. Phil. V. 17. *Quid Macedo Alexander? cum ab ineunte ætate res maximas gerere cœpiſſet, nonne tertio & triceſimo anno mortem obiit? quæ eſt ætas noſtris legibus*

hoſtiliter ad Urbem legionibus [6], miſſiſque [7], qui ſibi nomine exercitus depoſce-
rent. Cum quidem cunctante ſenatu [8], Cornelius centurio, princeps legationis, 3
rejecto ſagulo [9], oſtendens gladii capulum, non dubitaſſet in curia dicere, *hic fa-
ciet, ſi vos non feceritis* [10]. Secundum conſulatum [11] poſt novem annos, tertium [12] 4
anno interjecto geſſit: ſequentes uſque ad undecimum continuavit [13]: multiſque
mox, cum deferrentur, recuſatis, duodecimum [14] magno, id eſt, ſeptendecim
annorum intervallo, & rurſus tertium decimum [15] biennio poſt ultro petiit: ut
Cajum & Lucium filios ampliſſimo præditus magiſtratu [16], ſuo quemque [17] tyro-
cinio [18] deduceret [19] in forum [20]. Quinque medios conſulatus a ſexto ad undeci- 5
mum

gibus decem annis minor quam conſularis.

6. ADMOTIS LEGIONIBUS.... Appian. B. C. III. p. 582. Ἄγειν σφᾶς εὐθὺς ἐκέλευον ἐς τὴν πόλιν, ὡς αὐτοὶ χειροτονήσαντες αὐτὸν ἐξαιρέτῳ χειροτονίᾳ Καίσαρος υἱὸν ὄντα. Ὡς δὲ αὐτοὺς ὁρμῆς ἔχοντας ὁ Καῖσαρ εἶδεν, ἦγεν εὐθὺς ἀπὸ τῆς συνόδου ὀκτὼ τέλη πεζῶν, καὶ ἵππον ἱκανὸν, καὶ ὅσα ἄλλα τοῖς τέλεσι συνετάσσετο. *Poſtulabant ut confeſtim ducerentur ad Urbem: ſe creaturos eum conſulem privatis comitiis, filium Cæſaris. Sic incitatos ille ubi vidit, unitis mox copiis caſtra movit cum octo legionibus, equitatu idoneo, & cæteris auxiliis.*

7. MISSISQUE... quadringentis legatis. Dio p. 319. B. Πρεσβεῖς πρὸς τὴν βουλὴν ἐξ αὐτῶν τῶν στρατιωτῶν τετρακοσίους ἔπεμψε, ὕπατον Καίσαρα ἀποδειχθῆναι κελεύοντας. *Legatos ad ſenatum ex his ipſis militibus quadringentos miſit, qui Cæſarem conſulem fieri juſſerunt.*

8. CUNCTANTE SENATU, ἀναβαλλομένων δὲ αὐτῶν τὴν ἀπόκρισιν, ὡς καὶ σκέψεως δεομένην, *reſponſum, ut in re deliberatione opus habente, differente.* Dio.

9. REJECTO SAGULO.... Aliter hæc Dio: Καὶ εἷς τις αὐτῶν ἐξῆλθέ τε ἐκ τοῦ βουλευτηρίου· καὶ τὸ ξίφος λαβὼν (ἄοπλοι γὰρ εἰσεληλύθησαν) ἥψατό τε αὐτοῦ, καὶ εἶπεν, ὅτι ἂν ὑμεῖς τὴν ὑπατείαν μὴ δῶτε τῷ Καίσαρι, τοῦτο δώσει. *Unus horum curia egreſſus, gladioque reſumto (inermes enim ad ſenatum introiverant) manu eum tetigit, & dixit: ſi vos Cæſari conſulatum non datis, hic dabit.*

10. HIC FACIET.... Ita Carthaginem miſſi legati apud Juſtin. XVIII. 7. 3. *denuntiant, quod precibus nequeant, armis ſe conſecuturos.* * Tales preces appellat Plato Ep. 7. δεήσεις μεμιγμένας ἀνάγκαις, *preces cum neceſſitate & vi conjunctas.* Et πειθανάγκην, *ſuaſionem violentam* Cicer. Attic. IX. 16.

11. SECUNDUM CONSULATUM geſſit Auguſtus cum L. Volcatio Tullo. V. *Dion. infr.* §. 26. 1. an. ab U. C. 720, ut quidem volunt *Pigh. Ann.* III. p. 497. & *Onuphr. Faſt. p.* 22. ſed 721. ut *Dio.*

* 12. TERTIUM conſulatum geſſit Auguſtus cum M. Valerio Meſſalla 1. an. ab U. C. 723. ut *Dio in indice conſulari libri* L. *p.* 722. Pigh. Ann. III. p. 499.

* 13. CONTINUAVIT 1. ſine temporis intervallo geſſit. Hoc fuiſſe contra morem majorum, dixi ſupr. Cæſ. 76. 2. §. 4.

* 14. DUODECIMUM conſulatum geſſit Auguſtus cum L. Sylla an. ab U. C. 748. *Pigh. Ann.* III. *p.* 528. & *Onuph. Faſt. p.* 25.

* 15. TERTIUM DECIMUM. Non enim quatuordecim conſulatus geſſit, ut perperam vult Dio in indice conſulari, qui libro LV. præfigitur. Γ. Καῖσαρ Αὔγουστος τὸ ιδ. *Cajus Cæſar Auguſtus* XIV. ſed *tredecim.* Stat. Sylv. IV. 1. 31.

Ter Latio decieſque tulit labentibus annis
Auguſtus faſces.

Tacit. Ann. I. 9. 2. *Numerus etiam conſulatuum celebrabatur, quo Valerium Corvinum & C. Marium ſimul æquaverat.* Valerium Corvinum conſulatus ſex, & C. Marium geſſiſſe pluribus docet *Noriſ. Cenot. Piſ. Diſſ.* II. *p.* 13. Hunc geſſit cum M. Plautio Silano an. ab U. C. 752. Dioni 751. *Pigh. Ann.* III. *p.* 530. & *Onuph. Faſt. p.* 25.

16. AMPLISSIMUS MAGISTRATUS eſt conſulatus, qui ſic etiam dicitur Symm. Epiſt. IV. 31. unde *conſul ampliſſimus* Sidon. Epiſt. I. 9. & Mamertino in gratiarum actione: *inſignia ampliſſimi magiſtratus* Ammiano XXI. qui & *potiſſimus magiſtratus* Sidon. Epiſt. II. 3. Symm. Epiſt. II. 63. IV. 20. & *faſtigium omnium dignitatum* Caſſiod. Epiſt. II. 2. & *ſummum faſtigium* Plin. Epiſt. II. 2.

17. SUO QUEMQUE 1. duodecimo conſulatu Cajum natu majorem, tertio & decimo Lucium natu minorem.

18. TYROCINIUM militiæ eſt, & aliarum artium prima aggreſſio. Et *tyrones*, qui rem quampiam aggrediuntur, dicuntur. Hinc *tyrones* dicuntur & illi, qui pueritiam egreſſi, ſumpta toga virili, in forum deducti eloquentiam auſpicantur. Senec. Declam. Præf. III. *Ille in foro primum dicturus, tyro dictus eſt.* Et *tyrocinium* illius deductionis dies. Quintil. Inſtit. XII. 6. *Non differendum eſt tyrocinium in ſenectutem.* Noſt. Tib. 54. 1.

19. DEDUCI dicebantur tyrones. Quintil. Inſtit. XII. 6. *Cæterum illum, quem juvenem, teneriſque adhuc viribus nitentem in forum deduximus, & produci.* Plin. Epiſt. II. 14. *At hercule ante memoriam meam ne nobiliſſimis quidem adoleſcentibus locus erat, niſi aliquo conſulari producente.* Hac pompa fiebat *deductio. Deducebantur* a primario aliquo viro. Plinius modo laudatus. Sæpius a parente. Cicer. Attic. IX. 22. *Ego meo Ciceroni, quoniam Roma caremus, Arpini potiſſimum togam puram dedi.* Noſt. *Tib.* 15. 1. Convocabantur amici & clientes. Plin. Epiſt. I. 9. *Si*

mum [21] annuos geſſit. Cæteros aut novem, aut ſex, aut quatuor, aut tribus
6 menſibus; ſecundum vero pauciſſimis horis. Nam die Kalendarum Januarii [22], cum mane pro æde Capitolini Jovis [23] paullulum curuli ſella [24] præſediſſet [25], ho-
7 nore abiit [26], ſuffecto alio [27] in locum ſuum. Nec omnes Romæ [28], ſed quartum [29] conſulatum in Aſia, quintum [30] in inſula Samo, octavum [31] & nonum [32] Tarracone [33] iniit.

quem interroges, hodie quid egiſti? reſpondeat, officio togæ virilis interfui. Munera dabantur. Plin. Epiſt. x. 117. *Qui virilem togam ſumunt, ſolent totam bulen, atque etiam e plebe non exiguum numerum vocare, binoſque denarios vel ſingulos dare.* Tacitus §. 20. noſt. *Ner.* 7. 5. Cauſas agere incipiebant. Val. Max. ſupr. 8. 2. §. 3. Viris gravibus commendabantur. Tacit. Orat. 34. 1. 2. *Juvenis ille, qui foro & eloquentiæ parabatur, deducebatur a patre, vel a propinquis, ad eum oratorem, qui principem locum in civitate tenebat. Hunc ſectari, hunc proſequi, hujus omnibus dictionibus intereſſe, ſive in judiciis, ſive in concionibus aſſueſcebat, ita ut altercationes quoque excipere, & jurgiis intereſſe, utque ſic dixerim, pugnare in prælio diſceret.* Unde tyrocinia Claud. 2. 4. & Cal. 10. 2. notantur, quod *ſine ullo honore, ſine ſollenni officio* contigerint.

20. IN FORUM tyrones deducebantur. Tacit. Ann. III. 29. 3. *Quo die primum forum ingreſſus eſt, congiarium plebi.* Noſt. *Ner.* 7. 5. *Tib.* 15. 1. & ex *foro* in Capitolium. V. *M. Cottam* apud *Valerium Maximum* ſupr. 8. 2. §. 3. Unde ut inſolens in Claudio principe notatur, quod non prius in *forum*, ut ſollennis mos erat, ſed *in Capitolium* ſtatim fuerit deductus infr. *Claud.* 2. 5.

* 21. UNDECIMUM non geſſit *annuum*, ſed L. Seſtium ſibi ſuffecit. *Dio* LIII. *p.* 518. *D.* Geſſit illum cum Terentio Varrone an. ab U. C. 730. *Pigh. Ann. Rom.* III. *p.* 513. & *Panvin. Faſt. p.* 23.

* 22. DIE KALENDARUM JANUARII. Qui ſollennis erat ineundis Magiſtratibus. Hinc jocus in Proculejam, quæ, quo ſumptus in novi Magiſtratus purpuram impendendos vitaret, a marito prætore deſignato *Kalendis Januariis* diverterat apud Mart. x. 41. *Berneggerus.*

23. PRO ÆDE CAPITOLINI JOVIS, ex more omnium conſulum, conſulare ſacrum ut faceret, in *Capitolium* aſcendiſſe dicit *Caſaubonus.*

24. SELLAM CURULEM deſcribit Gabius Baſſus apud Gell. III. 18. *Senatores, qui curulem magiſtratum geſſiſſent, dicit curru ſolitos honoris gratia vehi, in quo curru ſella eſſet, ſupra quam conſiderent, quæ ob eam cauſam curulis appellaretur.* Conſtitit ut plurimum quatuor lignis incurvis. Gloſſ. Phil. ἀγκυλόπους, *curuli ſella.* Plutarch. in Mar. p. 408. A. Ἡ μὲν ἀπὸ τῶν δίφρων τῶν ἀγκυλοπόδων, ἐφ' ὧν καθεζόμενοι χρηματίζουσι, ἔσχηκε τοὔνομα τῆς ἀρχῆς. *Altera a ſellis curulibus, quæ incurvis erant pedibus, ex quibus munia explicabant, nomen traxit.* Funibus ita vincta, ut aperiri & claudi poſſet. Noſt. 43. 13. Fiebat ex ebore. Athen. v. p. 193. F. Τυχὼν δὲ τῆς ἀρχῆς καὶ καθίσας ἐπὶ τὸν ἐλεφάντινον δίφρον κατὰ τὸ παρὰ Ῥωμαίοις ἔθος. *Magiſtratum adeptum, in eburnea ſella curuli ſedentem, ut mos eſt Romanis.* Noſt. *Ner.* 13. 2. *Galb.* 18. 7. V. & *Lipſ. de magiſtr. P. R. c.* 12. *Buleng. de Imp.* 1. 19. *Scheff. de re vehic.* II. 16.

25. PRÆSIDERE publicis actibus vel muniis eſt majeſtatem & auctoritatem illis ſua præſentia accommodare. Nempe ordine locabantur ſedes, aut cathedræ, primæque tanquam digniſſimæ habitæ. Romani quoque principes, dum imperii maximi habenas regerent, *præſidendi* libenter occupabant dignitatem. Plin. Epiſt. II. 11. *Princeps præſidebat, erat enim conſul.* Noſt. 35. 1. *Tib.* 6. 7. *Claud.* 2. 2. 4. *Domit.* 4. 9. Non enim ſemper *præſidebant.* Noſt. *Cal.* 18. 2. *Ner.* 12. 7. ſed aliis, quos honore mactare volebant, ſuas vices interdum mandabant. Ita Claudium ſub Cajo demum honores auſpicatum, atque *illius vicem ſpectaculis præſediſſe* narrat noſt. *Claud.* 7. 2. Quod munus cum obire nollet Auguſtus, veniam a populo petebat, *commendabatque qui ſuam vicem fungerentur*, noſt. 45. 2. V. quoque *Chiment. de hon. biſ. c.* 32. *Cuper. Obſerv.* IV. 13. *Buleng. de theatr.* 1. 30. *de circo c.* 40.

26. HONORE ABIIT, ut *Cæſ.* 20. 4. §. 19. Dio XLIX. p. 417. D. Ὁ δ' οὖν Καῖσαρ τήν τε ὑπατείαν (ἦρξε γὰρ μετὰ Λουκίου τοῦ Τύλλου δεύτερον) τῇ πρώτῃ εὐθὺς ἡμέρᾳ κατὰ τὸν τοῦ Ἀντωνίου τρόπον ἀπεῖπε. *Cæſar conſulatum, quem ſecundum cum collega L. Tullo ceperat, ſtatim primo die, exemplum Antonii ſequutus, depoſuit.* p. 414. E. Ἀντώνιος δ' ἐν τούτῳ τῆς μὲν ἀρχῆς αὐθημερὸν ἐξέστη, Λούκιον Σεμπρώνιον Ἀτρατῖνον ἀντικαταστήσας. *Hoc tempore Antonius eadem die & iniit conſulatum, & depoſuit, ſubſlituto in locum ſuum L. Sempronio Atratino.*

27. ALIO, Antonio, ut dicitur Appian. Illyr. p. 766. *Convaleſcens Romam ad conſulatum rediit..... menſis initio ingreſſus conſulatum. Kamet die Antonio adminiſtratione prabisa, ipſe in Dalmatas iterum procurrit.* Appianum mendoſum putat, & ex tabulis Capuanis *P. Autronium* Cæſari ſuffectum eſſe dicit *Pigh. Ann.* III. *p.* 497. & juxta cum illo *Sigon. Faſt. p.* 318.

28. ROMÆ conſules deſignati magiſtratum inire debebant. Sacrum enim conſulare in Capitolio fieri debebat §. 23. Ea de re Flaminium increpat ſenatus apud Liv. XXI. 63. *quod contra majeſtatem imperii Arimini potius quam Romæ magiſtratum inierit.*

* 29. QUARTUM conſulatum geſſit Auguſtus cum M. Licinio Craſſo an. ab U. C. 724. *Dionis in indice conſulari libri* LI. 72. *Pigh. Ann.* III. *p.* 501. *Panvin. Faſt.* 1. *p.* 23.

* 30. QUIN-

* 30. Quintum conſulatum geſſit Auguſtus cum Sext. an. ab U. C. 725. *Dioni l. l.* 724. *Pigh. Panvin. Faſt.* I. *p.* 23.

* 31. Octavum conſulatum geſſit Auguſtus cum Statilio Tauro an. ab U. C. 728. Dioni in indice conſ. lib. LIII. 727. *Pigh. Ann.* III. 510. & *Panvin. Faſt.* I. *p.* 23.

* 32. Nonum conſulatum geſſit Auguſtus cum M. Junio Silano an. ab U. C. 729. *Dioni.* 728. *Pighio* & *Panvinio.*

33. Tarraco μεταξὺ τῶν τοῦ Ἴβηρος ἐκτροπῶν, καὶ τῶν ἄκρων τῆς Πυρήνης πρώτη ἐστὶ πόλις, ἀλίμενος μὲν, ἐν κόλπῳ δὲ ἱδρυμένη, καὶ ἔστιν ὥσπερ μητρόπολις οὐ τῆς ἐντὸς Ἴβηρος μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς ἐκτὸς τῆς πολλῆς: *inter Iberi oſtia & Pyrenes extrema prima urbs eſt, portu quidem carens, ſed in ſinu condita, eſtque metropolis non tantum intra Iberum ſita Hiſpania, ſed & magnæ partis ejus quæ extra eſt.* Strab. III. p. 110. *Scipionum opus*, quia illorum *colonia* dicitur *Plinio* III. 3. Hodie *Tarragona* parum corrupto veteri nomine Hiſpanis dicitur, ut docent *Merul. Coſm.* II. 2. 20. & *Pinedo ad Stephanum.*

CAPUT XXVII.

ARG. *Triumviratum adminiſtrat, proſcriptionem acerbiſſime exercet, in triumviratu multiplici flagrat invidia; tribunitiam poteſtatem perpetuam, nec non morum, legumque regimen perpetuum recipit, & cenſum populi ter agit Octavius Cæſar Auguſtus.*

Triumviratum [1] Reipublicæ conſtituendæ per decem annos [2] adminiſtravit: in 1
quo reſtitit quidem aliquandiu collegis, ne qua fieret proſcriptio [3], ſed in-
ceptam utroque acerbius exercuit. Namque illis in multorum ſæpe perſonam per 2
gratiam & preces exorabilibus, ſolus magnopere contendit, ne cui parceretur [4]: pro-
ſcripſitque etiam C. Toranium [5] tutorem [6] ſuum, eundemque collegam patris ſui
Octavii

Triumviratum τριαρχίαν, & *triumviros* τρεῖς ἄνδρας ſæpius *Dio.* V. 13. 1. §. 1. Hujus ineundi culpam Antonio tranſcribit Plutarch. p. 924. D. Ἦν δὲ καὶ τὰ πολλὰ Ῥωμαίοις ἐπαχθὴς ἡ τῶν τριῶν ἀρχή: καὶ τὸ πλεῖστον ὁ Ἀντώνιος τῆς αἰτίας εἶχε, πρεσβύτερος μὲν ὢν Καίσαρος, Λεπίδου δὲ δυνατώτερος, εἰς δὲ τὸν βίον ἐκεῖνον αὖθις τὸν ἡδυπαθῆ καὶ ἀκόλαστον ὡς πρῶτον ἀνεχαίτισε τῶν πραγμάτων ἐκκεχυμένος. *Erat populo Romano illorum triumviratus majorem in modum gravis: culpa tamen in Antonium conferebatur potiſſimum, qui Cæſare natu major, & Lepido potentior in vitam eam luxurioſam & perditam, ut primum emerſit ex negotiis, eſt revolutus.* Hunc inierunt ὅπως μὴ καὶ τῆς ὀλιγαρχίας ἄντικρυς ἐφίεσθαι δόξωσι, καὶ τις αὐτοῖς φθόνος, καὶ ταῦτα καὶ ἐναντίωσις παρὰ τῶν ἄλλων γένηται, τάδε διωμολογήσαντο, κοινῇ μὲν τοὺς τρεῖς, πρός τε διοίκησιν, καὶ πρὸς κατάστασιν τῶν πραγμάτων, ἐπιμελητάς τε τινὰς καὶ διορθωτὰς αἱρεθῆναι. *Ne palam rerum ſummam ad paucos ſe omnem reducere velle viderentur, ideoque aliorum invidiæ, ac ſuorum cœptorum impugnationi locum darent: ita inter illos convenit, ut publice quidem ipſi tres conſtituendis, adminiſtrandiſque rebus præficerentur.* Dio XLVI. p. 326. A. Et geſſerunt conſulari poteſtate. Appian. B. C. IV. p. 590. οἳ ἐπὶ πενταετὲς αὐτοὺς ἄρχειν ἴσον ἰσχύουσαν ὑπάτοις: ὧδε γὰρ ἔδοξεν ἀντὶ δικτατόρων ὀνομάσαι διὰ τὸ δόγμα ἴσως τὸ Ἀντωνίου κωλῦον ἔτι γίγνεσθαι δικτάτωρα. *qui illum in quinquennium conſulari poteſtate gererent: hoc enim nomen magis quam dictatorum placuit, fortaſſe propter recentem de abolenda dictatura Antonii legem.*

2. Per decem annos. Bis enim hanc poteſtatem ſibi ſumpſerunt per *quinquennium* triumviri. Vice priori conſulatus primi, quem cum Q. Pedio *ſupr.* 26. 2. §. 4. geſſit Auguſtus, tempore. Dio XLVI. p. 326. B. Καὶ τοῦτο οὐκ ἐς ἀεὶ δῆθεν, ἀλλ᾽ ἐς ἔτη πέντε. *Idque non in perpetuum, ſed in quinquennium.* Poſteriori M. Vipſanio Agrippa, L. Caninio Gallo conſulibus, ſive, ut putat Pigh. Ann. III. p. 489. anno ab. U. C. 716. Dio XLVIII. p. 390. E. Ἑαυτοῖς δὲ τὴν ἡγεμονίαν ἐς ἄλλα ἔτη πέντε, ἐπειδὴ τὰ πρότερα ἐξεληλύθει, ἐπέτρεψαν: *Ac in aliud ſibi quinquennium, jam enim exierat prius, principatum prorogaverunt.*

3. Proscriptionis formulam tradit Appian. B. C. IV. p. 593. Μάρκος Λέπιδος, Μάρκος Ἀντώνιος, Ὀκτάουιος Καῖσαρ, οἱ χειροτονηθέντες ἁρμόσαι καὶ διορθῶσαι τὰ κοινὰ, οὕτω λέγουσι. *M. Lepidus, M. Antonius, Octavius Cæſar, triumviri conſtituendæ & corrigendæ reipublicæ edicunt ſic....* Hac, antequam in Urbem venirent, bonis publicatis in proſcriptorum numerum relati ſunt ſenatores CCC, equites Romani M. M. ἀπὸ μὲν τῆς βουλῆς ἀμφὶ τοὺς τριακοσίους, ἀπὸ δὲ τῶν καλουμένων ἱππέων ἐς δισχιλίους. *Appian. p.* 592.

4. Ne cui parceretur. Contrarium prodidit Dio XLVII. p. 331. A. Τό τε δὲ ὅλον οὐχ ὅσον πολλοὺς οὐκ ἔφθειρεν, ἀλλὰ καὶ ἔσωσε πλείους: τοῖς τε προδοῦσι τοὺς δεσπότας ἢ τοὺς φίλους χαλεπώτατα, καὶ τοῖς συναραμένοις τισὶν ἐπιεικέστατα ἐχρήσατο. *Eo ipſo tempore non modo paucos interfecit, ſed plurimos conſervavit, graviſſime in eos ſtatuens, qui dominos aut amicos ſuos prodidiſſent: ſumma benignitate utens in illos, qui eoſdem adjuviſſent.*

5. Toranium eſſe hunc, ad quem ſcripſit Cicer. Fam. VI. 20. & 21. putat *Torrentius.*

6. Tutorem. Appian. B. C. IV. p. 596. Ἦν δὲ

Digitized by Google

3 Octavii in ædilitate. Junius Saturninus hoc amplius tradit, cum peracta proſcriptione, M. Lepidus in ſenatu excuſaſſet præterita, & ſpem clementiæ in poſterum feciſſet: quoniam ſatis pœnarum exactum eſſet: hunc e diverſo profeſſum, ita modum ſe proſcribendi ſtatuiſſe, ut omnia ſibi reliquerit libera: in cujus tamen pertinaciæ pœnitentiam [7], poſtea T. Vinium Philopœmenem [8], quod patronum
4 ſuum proſcriptum celaſſe [9] olim diceretur, equeſtri dignitate decoravit. In eadem hac poteſtate [10] multiplici flagravit invidia: nam & Pinarium [11] equitem Romanum cum concionante ſe admiſſa turba paganorum [12] apud milites ſubſcribere quædam animadvertiſſet, curioſum [13], ac ſpeculatorem [14] ratus, coram confodi
5 imperavit. Et Tedium Afrum conſulem deſignatum, quia factum quoddam ſuum
6 maligno ſermone carpſiſſet, tantis perterruit minis, ut is ſe præcipitaverit. Et

Quintum

καὶ Θωράνιος, ἐν τοῖς προγεγραμμένοις λεγόμενος ὑπὸ τινῶν ἐπιτροπεῦσαι Καίσαρος. V. infr. Claud. 23. 4. §. 13.

7. IN PERTINACIÆ POENITENTIAM. De eadem Appian. IV. p. 619. Ἐπὶ δ' ἐκείνοις αὐτὸν ὁ Καῖσαρ ἐς ἀπολογίαν τῆς Κικέρωνος ἐκδόσεως, ἱερέα τε εὐθὺς ἀπέφηνε. *Poſt hos Caſar, quo averteret a ſe Ciceronis proditi dedecus, ſtatim eum augurem fecit.*

8. T. VINIUS PHILOPOEMENES libertus fuit T. Vinii. Liberti, ut ex Artemidoro monet *Caſaubonus*, δύο τοῦ ἀπελευθερώσαντος προσέλαβον ὀνόματα, *duo manumittentis aſſumpſerunt nomina.* Φιλήμονα vocat *Appianus p.* 614. & patronum Ἰόνιον.

9. CELASSE ἐν τῷ μεσαιτάτῳ τῆς οἰκίας ἐν λάρνακι, ἃς ἀπὸ σιδήρου ἐς χρημάτων ἢ βιβλίων ἔχουσι φυλακὴν, καὶ νυκτὸς ἔτρεφε μέχρι τῶν σπονδῶν: *in mediis ædibus in arca ferrata: qualibus codices aſſervantur aut pecunia, aluitque noctu ad pacis tempora.* Appianus: ὥστε καὶ πίστιν τοῦ τεθνηκέναι αὐτὸν παρασχεῖν: μετὰ δὲ τοῦτο Ταννουσία γυνὴ ἐπιφανὴς δημοτελῆ ἑορτὴν, ἣν συγγενής τις αὐτῆς πέμπειν ἔμελλε, τηρήσασα, τόν τε Καίσαρα διὰ τῆς Ὀκταουΐας τῆς ἀδελφῆς ἐς τὸ θέατρον μόνον τῶν τριῶν ἐσελθεῖν διεπράξατο: κἀνταῦθα ἐκπηδήσασα, τό τε πραχθὲν ἀγνοοῦντι ἐμήνυσε, καὶ τὴν κιβωτὸν αὐτὴν ἐσκομίσασα, ἐπέδειξε τὸν ἄνδρα ἐξάγουσα: ὥστε τὸν Καίσαρα θαυμάσαντα πάντας μὲν αὐτοὺς ἀφεῖναι. *Ita ut fidem fecerit eum mortem obiiſſe: poſt Tanuſia mulier illuſtris obſervato tempore, quo ludi publici a quodam ſuo cognato erant faciendi, opera Octavia ſororis Cæſaris effecit, ut ex triumviris ſolus Cæſar in theatrum iret: eo ipſa inſiliens, rem Cæſari inſcio aperuit, arcam inferri juſſit, virumque extraxit: itaque Cæſar admiratus omnibus illis veniam dedit.* Dio XLVII. p. 331. A. B.

10. POTESTATE I. triumviratu. Plin. VII. 45. & ex Plinio Solin. c. I. infortuniis Auguſti annumerant *proſcriptionis invidiam, collegium in triumviratu peſſimorum civium.*

11. PINARIUS forte fuerit ille, de quo Cicer. ad Frat. III. I. *T. Pinarius amabiles ad me de te literas mittit, ſe maxime literis, ſermonibus, cœnis denique tuis delectari. Is homo ſemper me delectavit, faterque ejus mecum eſt multum. Quare, ut inſtituiſti, complectere adoleſcentem.*

12. PAGANORUM I. non militantium civium. Suidas. Παγανοὶ, ἀστράτευτοι. Mauric. Strat. I. 6. Ὡς παγανὸς τοῖς πολιτικοῖς ἄρχουσι παραδοθείη. *Velut non miles,* civis, *magiſtratui civili ſubjiciatur.* Juven. XVI. 33.

Citius falſum producere teſtem
Contra paganum poſſis.

Et ita certatim Icti. Ulpian. Digeſt. XXIX. I. 9. §. 2. *Qui cum eſſet paganus, fecit teſtamentum, mox militare cœpit.* Paull. ibid. 38. §. I. *Hic fecit teſtamentum, exemplo ejus qui paganus fecit, deinde militare cœpit.* Noſt. *Galb.* 19. 5.

13. CURIOSUS eſt qui ſingulari *cura*, quæ agenda habet, peragit. Cicer. Fam. III. I. *Eſt homo non modo prudens, verum etiam, quod vidi, curioſus.* Noſt. *infr.* 40. 8. Inde πολυμαθὴς καὶ πολυΐστωρ, qui res fideliter, & cum magna diligentia literis commendat. Vopiſc. Prob. c. 2. *Sum unus ex curioſis.* Carin. c. 21. *Quod non eloquentiæ cauſa, ſed curioſitatis in lumen edidi.* Noſt. Galb. 3. 5. Huic opponitur *incurioſus* I. negligens. Gell. II. 28. *M. Cato incerta & incurioſa ſuper ea re opinatus eſt.* Noſt. 79. I. Inde περίεργος, πολυπράγμων, ut περὶ πολυπραγμοσύνης dicitur *Plutarcho.* Plaut. Stich. I. 3. 55.

Curioſus nemo eſt, quin ſit malevolus.

Sub imperatoribus fuit, qui crimina magiſtratibus deferebat, & reis in carcerem compingendis operam dabat. Conſtantin. Cod. XII. 33. I. *Curioſi & ſtationarii, vel quicunque funguntur hoc nomine, crimina judicibus nuntianda meminerint.* Suidas: Κουριόσου, ἐκ τοῦ βίου τοῦ Χρυσοστόμου: ἑλκόμενος ὑπὸ τοῦ κουριόσου τῆς πόλεως ἐν μέσῃ τῇ πόλει. *Curioſi. Ex Chryſoſtomi vita. Cum autem traheretur a curioſo ex urbe per mediam urbem.* Dicebatur & *frumentarius*, ut multis docet *Salmaſ. Spartian. Adrian. c.* II.

14. SPECULATOR διοπτὴρ & διάγγελος dicitur Plutarch. Galb. p. 1063. F. Ἐν δὲ τούτοις Οὐετούριος καὶ Βάρβιος, ὁ μὲν ὀπτίων, ὁ δὲ τεσσεράριος τῶν σπεκουλατόρων, ut legendum contendit l. l. *Salmaſius*: οὕτω γὰρ καλοῦνται οἱ διαγγέλων καὶ διοπτήρων ὑπηρεσίας τελοῦντες. *In his erant Veturius & Barbius, ille optio, hic teſſerarius ſpeculatorum: ita enim appellantur, qui per nuntios & ſpeculatores miniſteriis funguntur.* Illorum quoque mentio Marc. 6. 27. Ἀποστείλας ὁ βασιλεὺς σπεκουλάτορα. Peragebant carnificis officium, in reis

capite

Quintum Gallium [15] prætorem in officio [16] ſalutationis [17], tabellas duplices [18] veſte tectas tenentem, ſuſpicatus gladium occulere: nec quidquam ſtatim, ne aliud inveniretur, auſus inquirere, paullo poſt per centuriones [19] & milites [20] raptum e tribunali [21], ſervilem in modum [22] torſit [23]: ac fatentem nihil [24] juſſit occidi, prius oculis ejus ſua manu effoſſis [25]: quem tamen ſcribit [26] colloquio petito inſidiatum ſibi, conjectumque a ſe in cuſtodiam, deinde Urbe interdicta dimiſſum, naufragio vel latronum inſidiis periiſſe. Tribunitiam poteſtatem [27] perpetuam re- 7.
cepit:

capite damnatis decollandis. Gloſſ. Cyrill. *ſpeculator*, *ἐπόπτης*, *κατάσκοπος*, *δήμιος*. Ulpian. Digeſt. XLVIII. 20. 6. *Ita neque ſpeculatores ultro ſibi vindicent, neque optiones ea deſiderent, quibus ſpoliatur, quo momento quis punitus eſt.* Chryſoſtomus in Marcum: *σπικυλάτωρ ὁ δήμιος λέγεται στρατιώτης, ὃς πρὸς τὸ φονεύειν τέτακται: ſpeculator carnifex, miles ad decollandum ordinatus.* Noſt. Cal. 31. 5. Fuerunt quoque inter cuſtodes corporis imperatorii, quaſi qui in *ſpecula* ſalutis imperatoriæ eſſent. Tacit. Hiſt. II. 11. 6. *Ipſum Othonem comitabantur ſpeculatorum lecta corpora.* Noſt. *infr.* 74. 3. *Claud.* 35. 1. *Galb.* 18. 2. *Cal.* 44. 3. *Oth.* 5. 5.

15. Q. GALLIUM ſic deſcribit Appian. B. C. III. p. 587. Ἔδοξε δὲ ταῖς ἡμέραις Κυΐντος Γάλλιος ἀδελφὸς Μάρκου Γαλλίου συνόντος Ἀντωνίῳ, τὴν πολιτικὴν στρατηγίαν ἄρχων, αἰτῆσαι παρὰ Καίσαρος τὴν στρατηγίαν τῆς Λιβύης, καὶ οὕτω τυχὼν, ἐπιβουλεῦσαι τῷ Καίσαρι, καὶ αὐτοῦ τὴν μὲν στρατηγίαν περιεῖλον οἱ σύναρχοι, τὴν δ' οἰκίαν διήρπασεν ὁ δῆμος, ἡ δὲ βουλὴ κατεγνώκει θάνατον: ὁ δὲ Καῖσαρ ἐς τὸν ἀδελφὸν ἐκέλευσε χωρεῖν, καὶ δοκεῖ νεὼς ἐπιβὰς οὐδαμοῦ ἔτι φανῆναι. *Per eosdem dies Q. Gallius frater Marci degentis cum Antonio, tunc urbanus prætor, a Cæſare impetravit Africam provinciam: viſusque malo dolo agere, a collegis prætura ſummotus eſt, domum ejus diripuit populus, ſenatus capitalem in eum tulit ſententiam, Cæſar eum juſſit ad fratrem abire, qui nave conſcenſa nuſquam poſtea comparuit.*

* 16. OFFICIUM dicebatur ſalutatio matutina. Tertull. de Pall. c. 5. *Nihil officio advigilo. & officium ſalutationis.* Apul. Metam. VII. p. 187. *Ut primum tenebris abjectis, dies inalbebat, & candidum ſolis curriculum cuncta colluſtrabat, quidam de numero latronum ſupervenit: ſic enim mutua ſalutationis officium indicabat.*

17. SALUTARE potentiores hora prima & ſecunda apud Romanos moris erat. Mart. IV. 7. 1.

Prima ſalutantes atque altera continet hora.

Salluſt. B. C. c. 28. *C. Cornelius eques Romanus, & cum eo L. Varguntejus ſenator conſtituere ea nocte paullo poſt, cum armatis hominibus, ſicuti ſalutatum introire ad Ciceronem.* Vox ſollennis erat *ave*. Mart. I. 56. 6.

Et matutinum portas ineptus ave.

Dio LXIX. p. 796. A. Καὶ ἠσπάσατο, ἔτι γε τῷ ἑωθινῷ προσρήματι τῷ χαῖρε, ἀλλὰ τῷ ἑσπερινῷ τῷ ὑγίαινε χρησάμενος. *Et ſalutavit illum, non verbo ſalve, quæ matutina eſt ſalutatio, ſed vale, quæ veſpertina eſt, uſus.* Ita ſervi & liberti Galbam apud noſtrum 4. 9.

18. TABELLÆ DUPLICES, ut *triplices* apud Mart. VII. 53. 3. XIV. 6. *quincuplices* apud eundem XIV. 4. erant tenues e philyra libelli bis, ter, quinquies utrinque in ſe plicati. Herodian. I. 17. 1. *Ὁ δὲ Κόμμοδος λαβὼν γραμματεῖον τούτων δὴ τῶν ἐκ φιλύρας εἰς λεπτότητα ἠσκημένων, ἐπαλλήλῳ τε ἀνακλάσει ἀμφοτέρωθεν ἐπτυγμένων, γράφει. Commodus, ſumpto libello quales de philyra tenuiſſimi, atque in utramque partem replicabiles fiunt, conſcribit.* V. *Turneb. Adv.* XXVIII. 32.

19. CENTURIONES de ſontibus ſupplicium ſumebant. Senec. de Ira III. 20. *Patres occiſorum eadem nocte, dimiſſis per domos centurionibus, confecit.* Lamprid. Heliog. c. 16. *Sabinum conſularem virum vocato centurione juſſit occidi.* Plura *Faber Semeſt.* II. 9.

20. MILITUM quoque opera de damnatis ſupplicium exegiſſe imperatores jam docuit §. 14.

21. E TRIBUNALI, in quo jus dicebat, aut exercitum alloquebatur imperator. Erat vero *tribunal* ſuggeſtus editior, ex ceſpite factus, in quo ſella curulis erat poſita. Plin. Paneg. 56. 5. *Multa poſt ſecula tribunal viridi ceſpite exſtructum, nec faſcium tantum, ſed pilorum, ſignorumque honore circumdatum.* Tacit. Ann. I. 18. 2. *Congerunt ceſpites, exſtruunt tribunal.* V. *Lipſ. ad Tacitum.*

22. SERVILEM IN MODUM, quia torquebantur homines non liberi. Calliſtr. Digeſt. XLVIII. 18. 15. *Ex libero homine quæſtionem haberi non oportet*, ſed ſervi, ut eodem libro plurifariam docent lcti.

23. TORSIT, tanquam crimine majeſtatis reum, quales, licet liberos, *torqueri* fas erat. Arcadius Digeſt. XLVIII. 18. 10. §. 1. *Sed omnes omnino in majeſtatis crimine, quod ad perſonas principum attinet, ſi ad teſtimonium provocentur, cum res exegit, torquentur.*

24. NIHIL FATENTUR interdum qui torquentur ex patientia tormentorum. Val. Max. III. 3. 5. ext. *In Theodoro fruſtra tortorum manus fatigavit. Rupit enim verbera, fidiculas laxavit, ſolvit eculeum, laminas exſtinxit prius, quam efficere potuit, ut tyrannicidii conſcios indicaret.... beneficio patientiæ quæ occulta fuerunt, texit.*

25. OCULIS SUA MANU EFFOSSIS. In quo imitatus eſt Syllam, qui *M. Marium per ora vulgi ad ſepulcrum Lutatiæ gentis pertractum, non prius vita privavit, quam oculos infelicis erueret.* Val. Max. IX. 2. 1.

26. SCRIBIT in libris de vita ſua.

27. TRIBUNITIAM POTESTATEM, poſtquam Antonium

cepit: in qua ſemel atque iterum per ſingula luſtra [28] collegam ſibi cooptavit [29].
8 Recepit & morum legumque regimen [30] æque perpetuum: quo jure, quamquam ſine cenſuræ honore [31], cenſum tamen populi ter egit [32]: primum [33] ac tertium cum collega [34], medium ſolus.

nium deviciſſet, ſibi decretam ſe V. & Sexto Apulejo conſulibus I. juxta Pigh. Ann. III. p. 457. anno ab U. C. 724. Dio LI. p. 457. B. Καὶ τὸν Καίσαρα τήν τε ἐξουσίαν τὴν τῶν δημάρχων διὰ βίου ἔχειν, καὶ τοῖς ἐπιβοωμένοις αὐτὸν, καὶ ἐντὸς τοῦ πωμηρίου, καὶ ἔξω, μέχρις ὀγδόου ἡμισταδίου ἀμύνειν, ὃ μηδενὶ τῶν δημαρχούντων ἐξῆν. *Ut Cæſar per omnem vitam tribunitiam poteſtatem haberet: eique qui ipſum imploraſſent intra pomœrium, ac extra, uſque ad octo ſtadia cum dimidio, auxilium ferre poſſet, quod nemini quidem tribuno plebis licebat*, ſuſcepit ſe XI. Cn. Calpurnio conſulibus I. juxta Pigh. Ann. III. p. 513. anno 730. Quod ex *Faſtis conſularibus* docet *Guther. de Off. dom. Aug.* I. 39. IMP. CAESAR. DIVI. F. C. N. AUGUSTUS. DICT. PERPET. APPELLATUS. EST. ABD. TRIB. POT. ACCEPTA. EX. A. D. V. KAL. IVLI. IMP. CAESAR. DIVI. F. AUG. PONT. TRIB. POT. II. COS. XI. IMP. VIII. Dio LIII. p. 519. A. Ἀφ' οὗ δὴ καὶ ἐκεῖνος καὶ οἱ μετ' αὐτὸν αὐτοκράτορες ἐν νόμῳ δή τινι τοῖς τε ἄλλοις καὶ τῇ ἐξουσίᾳ τῇ δημαρχικῇ ἐχρήσαντο. *Inde exortum eſt, ut ille, Auguſtus, & qui poſt illum imperatores lege quadam, tum aliis, tum tribunitia poteſtate uterentur.* Hanc illi conceſſit ſenatus, ut hoc honore invitatus priorem deponeret. Appian. B. C. V. p. 747. Διηνεκεῖ ἄρα ἀρχῇ προτρέποντες τῆς προτέρας ἀποστῆναι, & recepit Auguſtus, *ne regis aut dictatoris nomen aſſumeret, ac tamen appellatione aliqua cætera imperia præmineret.* Tacit. Ann. III. 56. 2. & inviolabilis eſſet, & ſacroſanctus. *Sacroſanctum* enim *dicitur, quod jurejurando interpoſito eſt inſtitutum, ſi quos id violaſſet, ut morte pœnas penderet, cujus generis ſunt tribuni plebis.* Feſtus & Dio LIII. p. 508. C. D. In quinquennium illam recipit Tiberius. Dio LV. p. 554. D. noſt. *inf.* 9. 6: 16. 1.

28. Lustrum *ſignificat nunc tempus quinquennale, nunc populi luſtrationem.* Feſtus. *Cenſores* enim *completo quinquennio Urbem luſtrabant, & ſolitaurilia ſacrificia de ſue, ove, tauro faciebant.* Aſcon. in Cicer. p. 20. Illud inſtituit Servius Tullius. Dionyſ. IV. 2. Liv. I. 44. *Cenſu perfecto edixit, ut omnes cives Romani, equites pediteſque, in ſuis quiſque centuriis in campo Martio prima luce adeſſent. Ibi inſtructum exercitum omnem ſuovetaurilibus luſtravit; idque conditum luſtrum appellatum, quia in cenſendo finis factus eſt.* V. & *Caſtal. V. L. c.* 19. * Tria fecit *luſtra* Auguſtus. I. an. U. C. 726. collega M. Agrippa. Dio LIII. p. 496. B. II. an. U. C. 746. Marmor Ancyranum: *Nuper luſtrum ſolus feci, legi,* Cenſorino & Aſinio coſſ. III. infr. c. 97. n. 2. *Pagi Critic. Hiſtor-Chronol. ad Annal. Baron. ad a. D. Jeſu* 14.

29. Cooptavit I. elegit. Dicitur proprie de collegarum electione. Cicer. Brut. 4. *Ciceronem noſtrum in veſtrum collegium cooptari volo.* Noſt. *Claud.* 22. 2. *Galb.* 8. 1.

30. Morum regimen. Hinc Horat. Epiſt. II. 1. 1.

Cum tot ſuſtineas, ac tanta negotia ſolus,
Res Italas armis tuteris, moribus ornes,
Legibus emendes.

Recepit hoc ſexto conſulatu anno ab U. C. 725. Faſti Conſulares. IMP. CAES. DIVI. F. C. N. OCTAVIAN. MORUM-LEGUMQ. REGIMEN-RECEPIT. QUO-JURE. SINE-CENSURAE-HONORE-CENSUM. POPULI. ROM. TER. EGIT-PRIMUMQ. HOC ANNO. Item anno 734. Dio LIII. p. 527. E. Ἐπιμελητής τε τῶν τρόπων ἐς πέντε ἔτη παρακληθεὶς διεχειροτονήθη, καὶ τὴν ἐξουσίαν τὴν μὲν τῶν τιμητῶν ἐς τὸν αὐτὸν χρόνον ἔλαβεν. *Decretum ei eſt, ut magiſter morum per quinque annos eſſet, poteſtatemque cenſoriam per id temporis haberet.* Faſti Conſulares: IMP. CAES. DIVI. F. AUGUSTUS. MORUM. LEGUMQ. REGIMEN. ITERUM. IN QUINQUENNIUM ACCEPIT. Illam & geſſit Claudius *inf.* 16. 1. V. & *Guther. Off. Aug. dom.* I. 40. *Spanhem. de num. diſſ.* 8. *p.* 733.... & *Cæſ.* 76. 2. §. 7.

31. Sine censuræ honore I. ut *cenſor* non fuerit dictus. *Cenſorem* tamen vocat Macrob. Sat. II. 84. 23. *Mira etiam cenſoris Auguſti & laudata patientia.* * Et morum magiſter eſt *cenſor* Cicer. Fam. III. 13. *Quum hæc ſcribebam, cenſorem jam te eſſe ſperabam. Eo brevior eſt epiſtola, &, ut adverſus morum magiſtrum, modeſtior. Cenſura* enim *res eſt a parva origine orta, quæ deinde tanto incremento aucta eſt, ut morum, diſciplinæque Romanæ penes eam regimen, ſenatus, equitumque centuriæ, decoris dedecoriſque diſcrimen ſub ditione ejus magiſtratus eſſent.* Liv. IV. 8.

32. Census egit I. civium Romanorum capita & opes deſcripſit. Flor. I. 8. 6. *Actus a Servio cenſus quid effecit, niſi ut ipſa ſe noſſet Reſpublica.* Noſt. *Tib.* 21. 1.

33. Primum cum collega Agrippa. Lap. Ancyr. II. IN. CONSULATU. SEXTO. CENSUM. POPULI. COLLEGA. M. AGRIPPA. EGI. Dio LII. p. 494. A. Καὶ μετὰ ταῦτα τιμητεύσας σὺν τῷ Ἀγρίππᾳ.

34. Tertium cum collega Tiberio. Lapis Ancyranus: ... CUM. NUPERRIME. LUSTRUM. CONLEGA. TIBERIO. SEXTO. POMPEIO. ET. SEXTO APULEIO. COSS. I. anno ab U. C. 766. Noſt. *inf.* 97. 2. *Tib.* 21. 1. V. & *Scalig. in Euſeb. p.* 166.

CAPUT

CAPUT XXVIII.

ARG. *De reddenda republica cogitat, & tamen in retinenda perſeverat Octavius Cæſar Auguſtus.*

De reddenda Republica [1] bis cogitavit [2]: primo poſt oppreſſum ſtatim Antoni- 1
um, memor objectum ab eo ſibi ſæpius, quaſi per ipſum ſtaret [3] ne red-
deretur: ac rurſus tædio diuturnæ valetudinis: cum etiam magiſtratibus, ac ſe-
natu domum accitis rationarium imperii [4] tradidit. Sed reputans & ſe priva- 2
tum [5] non ſine periculo fore [6], & illam plurium arbitrio temere committi [7], in
retinenda perſeveravit [8]: dubium, eventu meliore an voluntate. Quam volunta- 3
tem cum præ ſe identidem ferret, quodam etiam edicto his verbis teſtatus eſt:
Ita mihi [9] ſalvam ac ſoſpitem Rempublicam ſiſtere [10] in ſua ſede [11] liceat, atque ejus rei fructum

REMPUBLICAM REDDERE eſt, arma, leges, provincias & reditus populo reſtituere, interprete Dione LII. p. 463. D. Καί τοι τῦ Καίσαρος βυλευσαμένυ τά τε ὅπλα καταθέσθαι, καὶ τὰ πράγματα τῇ τε γερυσίᾳ, καὶ τῷ δήμῳ ἐπιτρέψαι. *Libertatem reddere* dicitur Nep. Dion. 3. 3. *Plato tantum apud Dionyſium auctoritate potuit, valuitque eloquentia, ut ei perſuaſerit, tyrannidis facere finem, libertatemque reddere Syracuſanis.*

2. COGITAVIT cum effectu, ſerio, non ſimulate, cum reddere ſæpius ſimulaverit. Senec. de Brev. Vit. c. 5. *Divus Auguſtus, non deſiit ſibi quietem precari, vacationem a republica petere. Omnis ejus ſermo ad hoc ſemper revolutus eſt, ut ſibi ſperaret otium. Hoc labores ſuos etiamſi falſo, dulci tamen oblectabat ſolatio, aliquando ſe victurum ſibi. In quadam ad ſenatum miſſa epiſtola, hæc verba inveni: ſed iſta fieri ſpecioſius, quam promitti poſſunt.* Ut redderet rempublicam, illi ſuaſit Agrippa oratione illa, quam exhibet *Dio* LII. *p.* 463—473.

3. PER IPSUM STARET i. ipſe eſſet in cauſa. Terent. Andr. IV. 2. 16.

Si poterit fieri, ut ne pater per me ſtetiſſe credat.

Ubi Donatus: *per me factum eſſe.*

4. RATIONARIUM IMPERII, dictum quod *rationes* publicæ in eo continerentur. *Rationes imperii* dicuntur Cal. 16. 3. *breviarium imperii* infr. 102. 7. deſcribitur Tacit. Ann. I. 11. 7. infr. 102. 1. §. 40.

5. PRIVATUM i. non principem. Republica enim ad unum delata, omnes alii, magiſtratibus ampliſſimis ornati, reſpectu Principis *privati* dicebantur. Tacit. Hiſt. I. 49. 6. *Major privato viſus, dum privatus fuit, & omnium conſenſu capax imperii, niſi imperaſſet.* Ann. XI. 31. 3. *Ut identidem interrogaret Claudius, an ipſe imperii potens? an Silius privatus eſſet?* Noſt. *Tib.* 12. 2. *Ner.* 40. 2. *Oth.* 10. 2.... Hinc *privata ſpectacula* Ner. 21. 5. quæ non a principe; ſed ab aliis edebantur magiſtratibus etiam *Caſaubono* & *Torrentio* interpretibus. V. & *ampliſſ. Cuper. in Lactant. c.* 18.

6. NON SINE PERICULO FORE, ex ſententia Phalaridis in epiſtola ad filium: *ſe nolle deponere tyrannidem, quoniam undique periculis obnoxius foret.* Offenſas enim plurimas,* ut in tyrannide Phalaris, ita in triumviratu Auguſtus contraxerit. * Et Periander rogatus cur in tyrannide perſiſteret, reſpondit: quia & ſponte & invitum cedere æque periculoſum eſt. Laert. I. 97. Καί ποτε ἐρωτηθεὶς διὰ τί τυραννεῖ, ἔφη· ὅτι καὶ τὸ ἑκουσίως ἀποστῆναι, καὶ τὸ ἀφαιρεθῆναι, κίνδυνον φέρει

7. TEMERE COMMITTI, quod & docet Megabyzus apud Herod. III. p. 221. Ὁμίλου γὰρ ἀχρηίου οὐδέν ἐστι ἀξυνετώτερον, οὐδὲ ὑβριστικώτερον. Καὶ τυράννου ὕβριν φεύγοντας ἄνδρας, ἐς δήμου ἀκολάστου ὕβριν πεσεῖν, ἔστι οὐδαμῶς ἀνασχετόν. Ὁ μὲν γὰρ εἴ τι ποιέει, γινώσκων ποιέει· τῷ δὲ οὐδὲ γινώσκειν ἔνι. *Etenim populari multitudine nihil eſt inſipientius, neque inſolentius. Itaque eos, qui tyranni inſolentiam fugiunt, in plebis effrenæ inſolentiam incidere, nequaquam tolerandum eſt. Nam ille ſi quid facit, ſciens facit, ſed huic nulla intelligentia ineſt.*

8. IN RETINENDA PERSEVERAVIT, monitus a Mæcenate, cujus conſilium prætulit, τὰ δὲ δὴ τῦ Μαικήνου μᾶλλον εἵλετο. *Dio* LII. *p.* 493. D. qui Mæcenatis verboſiorem orationem denarrat *ibid. p.* 473—493.

9. ITA MIHI LICEAT... Jurisjurandi formula imperatore digna. Vopiſc. Prob. c. 10. *Te quæſo Capito, ita mecum ſalva republica perfruaris.* Ammian. XXIV. 3. *Animabat Julianus exercitum, cum per inchoatas negotiorum magnitudines dejeraret aſſidue. Sic ſub jugum mitteret Perſas: ita quaſſatum recrearet orbem Romanum. Ut Trajanus fertur aliquoties jurando dicta conſueviſſe firmare, ſic in provinciarum ſpeciem redactam videam Daciam: ſic pontibus Iſtrum & Euphratem ſuperem.*

10. SISTERE i. labantem firmare, componere, ſtabilire Veſp. 8. 2. ἱστάναι, ὀρθοῦν. Virg. Æneid. VI. 858.

Hic rem Romanam magno turbante tumultu
Siſtet eques.

Ita loquitur Iſocrates Archidamo p. 236. Ἐὰν γὰρ κατορθώσωμεν, καὶ τὴν πόλιν εἰς ταὐτὸ καταστῆσαι δυνηθῶμεν, ἐξ ἧσπερ ἐκπεπτώκαμεν. *Nam ſi virtuti noſtræ fortuna faverit, ut rempublicam in priſtinum amiſſæ dignitatis gradum reſtituamus.* Symm. III. 46. *Domini noſtri Gratiani fortiſſima ſimul ac feliciſſima manu nutantia reipublicæ pondera fulciuntur.* Eadem tranſla-

fructum percipere quem peto, ut optimi ſtatus auctor dicar [12]*: & moriens ut feram mecum ſpem, manſura in veſtigio ſuo fundamenta Reipublicæ quæ jecero* [13]*:* fecitque ipſe ſe compotem voti, niſus omni modo, ne quem novi ſtatus pœniteret.

tio in illis mox: *manſura in veſtigio ſuo fundamenta reipublicæ.* V. *Caſaubonum.*

11. Sede i. ſtatu firmo ac ſtabili. *Sedes* eſt ἕδρα, κρηπίς. Tranſlatum a columnis, vel coloſſis, qui magno niſu in ſuam baſin reſtituuntur.

12. Dicar optimi status auctor i. poſteri teſtentur, me ita rexiſſe rempublicam, ut melius regi non potuerit.

13. Jaci fundamenta dicuntur, quæ ponuntur, collocantur. *Jactis* enim & congeſtis lapidibus eriguntur & ſtruuntur. Ita *jacere mœnia* Solin. c. 26. Noſt. Cal. 22. 10. V. & *in Solinum Salmaſium.*

CAPUT XXIX.

ARG. *Urbem excolit, tutamque præſtat, opera publica ſub ſuo, & alieno nomine exſtruit, & viros principes, ut pro facultate quiſque illam adornent, hortatur Octavius Cæſar Auguſtus.*

1 Urbem neque pro majeſtate imperii [1] ornatam [2], & inundationibus [3] incendiiſque [4] obnoxiam, excoluit adeo, ut jure ſit gloriatus, *marmoream* [5] *ſe*
2 *relinquere, quam lateritiam* [6] *accepiſſet.* Tutam [7] vero, quantum provideri huma-
3 na [8] ratione potuit etiam in poſterum præſtitit. Publica opera plurima exſtruxit: ex quibus vel præcipua, forum [9] cum æde Martis Ultoris [10], templum Apollinis in

Pro majestate imperii. Sic in veteri lapide poſito in honorem Auguſti ob munitas vias: PRO DIGNITATE IMPERII. V. *Caſaubonum.*

2. Ornatam i. ſtructam. Nep. 5. 2. 5. *His ex manubiis Athenarum arx eſt ornata.* Noſt. *Ceſ.* 44. 1.

3. Inundationibus Tiberis. Plin. III. 5. *Nulli fluviorum minus licet incluſis utrinque lateribus, nec tamen ipſe pugnat: quamquam creber ac ſubitis incrementis, & nuſquam magis aquis quam in ipſa Urbe ſtagnantibus.* Liv. XXX. 38. *Ita abundavit Tiberis, ut ludi Apollinares, circo inundato, extra portam Collinam parati ſint.* XXXVIII. 28. *Aquæ ingentes eo anno fuerunt. Tiberis duodecies campum Martium, planaque Urbis inundavit.* Damna Urbi hiſce illata denarrat Liv. XXIV. 9: XXXV. 21.

4. Incendium *fœdum Romæ per duas noctes ac diem unum tenuit, ſolo æquata omnia inter Salinas ac portam Carmentalem, cum Æquimelio, Jugarioque vico: in templo Fortunæ ac matris Matutæ ac Spei extra portam, late vagatus ignis ſacra profanaque multa abſumpſit.* Liv. XXV. 47. Cauſam indicat Tacit. Ann. XV. 38. 3. *Impetu pervagatum incendium, plana primum, deinde in edita aſſurgens, & rurſum inferiora populando, anteiit remedia velocitate mali, & obnoxia Urbe arctis itineribus, huc que & illuc flexis, atque enormibus vicis, qualis vetus Roma fuit.*

5. Marmoream.... Hoc Auguſti dictum de publicis ædificiis Suetonius, de imperii firmitudine Dio accepit LVI. p. 589. E. Τὴν Ῥώμην γηΐνην παραλαβὼν, λιθίνην ὑμῖν καταλείπω. Τοῦτο μὲν οὖν οὐ πρὸς τὸ τῶν οἰκοδομημάτων αὐτῆς ἀκριβὲς, ἀλλὰ πρὸς τὸ τῆς ἀρχῆς ἰσχυρὸν ἐνεδείξατο. *Romam, quam luteam accepi, lapideam vobis relinquo. Quo non ædificiorum ſtabilitatem, ſed firmitatem imperii innuere voluit.* Plura Caſaubonus.

6. Lateritiam i. factam ex *parietibus lateritiis*, ut dicuntur Plin. XXXV. 14. 1. ex *lateribus* inſtructis. *Later* eſt terra in lapidem durata. Inde *laterculus coctilis*, quo Babylonis muri ſunt ſtructi. Curt. V. 1. 25. & 29. Vitruv. I. 5. *Coctus lapis, aut crudus, his erit utendum.* Quomodo fiat, docent Pallad. R. R. VI. 12. & Plin. XXXV. 14. Alludit Auguſtus ad antiquiſſima Urbis ædificia, de quibus Varro ταφῇ Μενίππου: *Antiqui noſtri domibus lateritiis, paullulum modo lapidibus ſuffundatis, ut humorem effugerent, habitabant.*

7. Tutam n. ab inundationibus & incendio.

8. Quantum humana.... ὅσον ἦν προορατὸν ἀνθρωπίνῃ προνοίᾳ. *Xenophon.* Hoc additur, quia, ut Liv. I. 42. *fati neceſſitas humanis conſiliis non rumpitur.* V. *Caſaubonum.*

9. Forum Auguſti, de conditoris nomine dictum, Ἀυγουστεῖον dicitur *Suidæ* in Ἄυγουστος, & inter Urbis *opera magnifica* recenſetur a Plin. XXXVI. 15. De illo noſt. Cal. 44. 3. Claud. 31. 6. & Virgilium Æn. VII. 170.... deſcribere hariolatur *Pollet For. Rom.* I. 3. * Fuit poſt eccleſiam S. Martinæ ad latus ferme S. Hadriani, ita ut via, quæ hodie inter utramque intercedit, recta ad forum Nervæ ducens, forte antiqua illa fuerit, aut ei ſaltem proxima, per quam e foro Romano in forum Auguſti tranſibatur. *Nardin. Rom. Vet.* V. 9. *Donat. de Urb. Rom.* II. 22. *Borrich. Ant. Urb. Fac.* c. 10. §. 5.

10. Martis ultoris ædem in foro ſuo locavit Auguſtus. Ovid. Faſt. V. 550.

Ultor ad ipſe ſuos cælo deſcendit honores,
Templaque in Auguſto conſpicienda foro.

De illa Mart. VII. 44. 5.

Ultoris prima Martis in æde ſedet.

Alteram, quam omittit noſter, in Capitolio, ſignis

in Palatio [11], ædem Tonantis Jovis [12] in Capitolio. Fori exſtruendi cauſa fuit 4
hominum, & judiciorum multitudo, quæ videbatur, non ſufficientibus duobus,
etiam tertio [13] indigere. Itaque feſtinantius, necdum perfecta Martis æde, pu- 5
blicatum eſt [14] cautumque ut ſeparatim in eo publica judicia [15], & ſortitiones judi-
cum [16] fierent. Ædem Marti, bello Philippenſi pro ultione paterna [17] ſuſcepto, 6
voverat. Sanxit ergo, ut de bellis [18], triumphiſque [19] hic conſuleretur ſenatus: 7
pro-

gnis de Parthis receptis. Dio LIII. p. 526. A. 'A-μείλια καὶ θυσίας ἐπ' αὐτοῖς, καὶ νεὼν Ἄρεως τιμωροῦ ἐν τῷ Καπιτωλίῳ κατὰ τὸ τοῦ Διὸς Φερετρίου ζήλωμα, πρὸς τὴν τῶν σημείων ἀνάθεσιν, τῶν ψηφισθῆναι ἐκέλευσε, καὶ ἐποίησε: *Itaque & ſacrificia ejus rei cauſa, & templum Martis Ultoris in Capitolio ad imitationem Jovis Feretrii, qua ſigna ea ſuſpenderentur, decerni juſſit, & perfecit.* Utrumque Ovidius, licet Poeta, deſcribit Faſt. v. 550—595. Poſteriorem ad prioris diſcrimen BIS-ULTORIS, quod nomen illi indit Ovid. n. 595.

Rite Deo templumque datum, nomenque BISUL-TOR:

ut priorem ULTORIS ædem, dici poſſe cenſet *Rycq. de Capitol. c.* 39. V. quoque *Donat. Rom. Vet.* II. 22. Huic *templum; quantum nuſquam eſſet, exſtruere deſtinaverat* pater ſupr. Cæſ. 44. 2. forte hoc vel illo, quod pater deſtinaverat, exſequutus eſt filius. Effigiem exhibent *Torrentius* & *Rycquius.*

11. Apollinis in palatio templum feciſſe teſtatur & Dio LIII. p. 496. C. Τό τε Ἀπολλώνιον τό τε ἐν τῷ Παλατίῳ, ἐξεποίησε καὶ καθιέρωσε. *Præterea Apollinis templum in Palatio perfecit & dedicavit.* De hoc Prop. IV. 6. 11.

Muſa Palatini referamus Apollinis ædem.

Ab illo *Apollo Palatinus* dictus etiam Horat. Epiſt. I. 3. 17.

Scripta, Palatinus quæcunque recepit Apollo.

& noſt. 31. 1. Struxerit hoc templum Auguſtus, vel quia ejus voluit haberi filius, ut 94. 4. liquet, vel quia ad Actium M. Antonium & Cleopatram Apollinis profligavit beneficio.

12. Ædem Tonantis Jovis ſic deſcribit Dio LIV. p. 523. B. C. Καὶ τὸν τοῦ Διὸς τοῦ βροντῶντος ἐπικαλουμένου ναὸν καθιέρωσε: περὶ δὲ δύο ταῦτα παραδίδοται, ὅτι τοῦτό τε ἐν τῇ ἱερουργίᾳ βρονταὶ ἐγένοντο, καὶ μετὰ ταῦτα ὄναρ τῷ Αὐγούστῳ τοιόνδε ἐπέστη. Τῶν γὰρ ἀνθρώπων τὸ μέν τι πρός τε τὸ ξένον καὶ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ καὶ τοῦ εἴδους, τὸ δὲ καὶ ὅτι ὑπὸ τοῦ Αὐγούστου ἵδρυτο, μέγιστον δὲ, ὅτι πρώτῳ οἱ ἀνιόντες ἐς τὸ Καπιτώλιον ἐνετύγχανον, προσεχομένων τε αὐτῷ, καὶ σεβόντων, ἔδοξε τὸν Δία τὸν ἐν τῷ μεγάλῳ ναῷ ὄντα, ὀργὴν ὡς καὶ τὰ δευτερεῖα αὐτοῦ φερόμενον ποιεῖσθαι, καὶ ἐκ τούτου ἐκείνῳ τε εἰπεῖν (ὡς ἔλεγεν) ὅτι προφύλακα τὸν βροντῶντα ἔχοι: καὶ ἐπειδὴ ἡμέρα ἐγένετο, κώδωνα αὐτῷ περιῆψε, βεβαιῶν τὴν ὀνείρωξιν. *Jovis etiam Tonantis templum dedicavit.: de qua re duo hæc commemorantur, & in ipſo tunc ſacrificio tonitrua accidiſſe, & ſomnium deinde Auguſto tale oblatum. Quum propter nominis ac formæ ejus Jovis novitatem, & quod ab Auguſto is conſecratus eſſet, maxime autem, quod aſcendentes in Capitolium, ad eum primo perveniebant, ab omnibus Jupiter Tonans frequentaretur ac coleretur: imaginatus eſt in ſomnis Auguſtus, Jovem Capitolinum ſecum expoſtulare, quod ſecundo jam ipſe loco haberetur, ſeque reſpondiſſe, excubitorem hunc Tonantem ei Capitolino a ſe eſſe poſitum. ideoque orta die tintinnabulum Jovi Tonanti appendit, ſomnii confirmandi cauſa.* Noſt. *infr.* 91. 4.

13. Tertio. Inde *trina fora* Senec. de Ira II. 9. *Circumſcriptiones, furta, fraudes, infiſciationes, quibus trina non ſufficiunt fora:* & *triplex forum* Mart. III. 29. 4.

Atque erit in triplici par mihi nemo foro.

* 14. Publicatum est i. publici juris factum eſt. V. ſupr. Cæſ. 44. 4. §. 10.

15. Publica judicia quæ fuerint, docet Macer Digeſt. XLVIII. 1. 1. *Non omnia judicia, in quibus crimen vertitur, & publica ſunt: ſed ea tantum, quæ ex legibus judiciorum publicorum veniunt, ut Julia majeſtatis, Julia de adulteriis, Cornelia de ſicariis & veneficiis, Pompeia parricidii, Julia peculatus, Cornelia de teſtamentis, Julia de vi privata, Julia de vi publica, Julia ambitus, Julia repetundarum, Julia de annona.*

* 16. Sortitiones judicum expediebantur in hunc modum. Citatorum nomina tabellis deſcripta in urnam conjiciebantur, agitata urna, tabelliſque turbatis *ſorte* trahebantur tot, quot neceſſarii quæſitori videbantur. Quorum nomina *ſorte* exiverant, cauſam cognituri conſidebant. Sed licebat accuſatori & reo rejicere quot vellent ex eis, ut ſuſpectos, & quos libidinoſe pronuntiaturos timebant. *Pollet. For. Rom.* v. 7.

17. Pro ultione paterna, ut latius Ovid. Faſt. v. 569—578.

18. Bellis indicendis. Ovid. Faſt. v. 556.

Hinc fera Gradivum bella movere decet.

Quod olim in Capitolio fiebat. Appian. bell. Pun. p. 42. Ἡ βουλὴ ἐς τὸ Καπιτώλιον, ἔνθα εἰώθασι περὶ πολέμων σκοπεῖν, συνελθοῦσα ἐψηφίσατο Καρχηδονίοις πολεμεῖν. *Senatus in Capitolium, ubi de bello deliberare ſolet, conveniens decrevit Carthaginenſes armis perſequendos eſſe.* V. & *Caſaubonum.*

19. Triumphis decernendis. Sil. Ital. XI. 71.

Concordi fremitu renuentum effunditur aſper
Toto e concilio clamor, tum quiſque fatigat
Increpitans, vocumque tremit certamine templum.

Noſt. Cal. 44. 3. Quod olim in Campo Martio, aut pratis Flaminiis fiebat. Liv. III. 63. *Conſules ex compoſito eodem biduo ad Urbem acceſſere, ſenatumque*

provincias cum imperio petituri hinc [20] deducerentur [21] quique victores [22] rediſ-
8 ſent, huc inſignia triumphorum [23] inferrent. Templum Apollinis in ea parte Palatinæ domus excitavit, quam fulmine ictam [24] deſiderari a deo [25] aruſpices pro-
9 nuntiarant. Addidit porticus cum bibliotheca [26] Latina Græcaque: quo loco jam
10 ſenior ſæpe etiam ſenatum habuit, decuriaſque [27] judicum recognovit [28]. Tonanti Jovi ædem conſecravit, liberatus periculo, cum expeditione Cantabrica per nocturnum iter lecticam ejus fulgur [29] perſtrinxiſſet [30], ſervumque prælucentem [31]
11 exanimaſſet. Quædam etiam opera ſub nomine alieno, nepotum ſcilicet & uxoris

que in Martium campum evocavere.... Itaque inde conſules, ne criminationi locus eſſet, in prata Flaminia avocavere ſenatum. Ubi cum ingenti conſenſu patrum negaretur triumphus....

* 20. HINC i. ex æde Martis. Hanc quia iis, qui cum imperio in provincias irent, dedicavit Auguſtus, liquet propria ædificia dicata fuiſſe veſtimenta mutaturis, ut in provincias irent. In regione prima apud Victorem legitur *Mutatorium Cæſaris.* Qui antea fuerit locus huic rei deſtinatus, cum Cæſar togam ſago commutaret. *Mutare* de veſtimentis dicitur. Illic itaque in procinctum abiturus ſaga militibus diſtribuerit, ipſe paludamentum ſumpſerit Cæſar. V. *Barth. Adv.* II. 22.

* 21. DEDUCERENTUR a proſequentibus officii gratia. Amicorum turbam in provincias euntes ad portam ſalutarem deduxiſſe docui ſupr. Jul. 71. 2. §. 11.

22. VICTORIBUS ex bello reverſis antea ad ædem Bellonæ ſenatus dabatur. Liv. XXVI. 21. *Ejuſdem æſtatis exitu M. Marcellus ex Sicilia provincia cum ad Urbem veniſſet, a C. Calpurnio Prætore ſenatus ei ad ædem Bellonæ datus eſt. Ibi cum de rebus ab ſe geſtis diſſeruiſſet.... poſtulavit, ut triumphanti Urbem inire liceret.*

* 23. INSIGNIA TRIUMPHORUM i. imagines urbium captarum & præliorum, titulos, fercula, aliaque triumphorum inſtrumenta. *Berneggerus.*

24. FULMINE ICTUS locus fiebat religioſus. Feſtus: *Fulguritum, id quod eſt fulmine ictum: qui locus ſtatim fieri putabatur religioſus, quod eum Deus ſibi dicaſſe videretur.* Ita & aream, quam ut domum illic poneret, in Palatino ſibi emerat, conſecravit & Apollini dedicavit Auguſtus, quod fulmine eſſet tacta. Dio XLIX. p. 401. C. Τὸν γὰρ τόπον, ὃν ἐν τῷ Παλατίῳ, ὥς τ᾽ οἰκοδομῆσαί τινα, ἐώνητο ἐδημοσίωσε, καὶ τῷ Ἀπόλλωνι ἱέρωσεν, ἐπειδὴ κεραυνὸς ἐς αὐτὸν ἐγκατέσκηψε. Locum *fulmine* tactum Romani vocarunt bidental. Gloſſæ: *bidental*, τόπος κεραυνόπληξ. Sacer fiebat ille locus, ara ibidem exſtructa, & ſacrificio facto, & templum vocabatur. Feſtus: *Bidental dicebant quoddam templum, quod in eo bidentibus hoſtiis ſacrificaretur.* V. & *Salmaſ. Exerc. Plin. p.* 799. *b. F. G. Lomej. de Luſtrat. c.* 37.

* 25. A DEO Apolline, cui dicatum illud templum. Non enim Jovis tantum, ſed & aliorum deorum eſt mittere fulmina, ut e Thuſcorum literis tradit Plin. II. 52. *Berneggerus.*

26. PORTICUS CUM BIBLIOTHECA, quia a *porticibus* procul abeſſe *bibliothecas* noluerunt veteres, ut ex præclaris ingeniorum monumentis dependens mortalium gloria in deorum tutela eſſet. *Bibliotheca* enim hæc Apollinis dicebatur. Inſcriptio Romæ in ædibus Maffejanis ad Agrippinas thermas in tabella marmorea adhuc exſtat.

SVLPICIAE
THALLVSAE
ANTIOCHVS. TI. CLAVDI
CAESARIS. A. BYBLIOTHECA
LATINA. APOLLINIS.
CONJVGI. SVAE
BENE MERITAE.

V. & §. 12. *Tomaſin. de donar. c.* 3. *Nardin. Rom. Vet.* VI. 14.

27. DECURIAS i. claſſes, ordines. Cicer. pro Cluent. c. 37. *Una judicio multa eſt ab eo petita, ſicut ab Junio, quod non ſua decuria munere, neque ex lege ſediſſet.* Noſt. *infr.* 32. 7. *Tib.* 41. 1: 51. 1. De illis Plin. XXXIII. 1. *Judicum quoque nonniſi quatuor decuriæ fuere primo: vixque ſingula millia in decuriis inventa ſunt.*

28. RECOGNOVIT i. recenſuit, cum cura examinavit. V. Curt. v. 1. 23. §. 94. * De hac judicum *recognitione* etiam Plin. XXXIII. 1. *Nec pridem id factum, ut anulo aureo equites a plebe ſecernerentur, Divo Auguſto decurias ordinante, major pars judicum in anulo ferreo fuit.*

29. FULGUR i. fulmen. Capitolin. Anton. c. 3. *Fulgur cœlo ſereno ſine noxa in ejus domum venit.* Eſt enim fulmen ignis, qui perrumpit nubem & in terram decidit, *fulgur* ipſa coruſcatio cum fulmine emicans. Non. v. 33. *Fulmen & fulgur his intellectibus ſecernuntur. Eſt enim fulmen telum ipſum quod jacitur, ut Virg. Georg.* I. 329. *Fulgur ignis, qui coruſcat fulmine.* Noſt. *Domit.* 16. 3: 15. 2. Plura alia exhibent *Salmaſ. Exerc. Plin. p.* 799. *Manut. Quæſt. Epiſt.* II. 5. *Ouzel. in Min. Fel. p.* 26. 27.

30. PERSTRINXISSET i. leviter tetigiſſet, ut dixi ad Curt. III. 12. 2. §. 6. Noſt. Claud. 15. 13.

31. PRÆLUCENTEM i. facem præferentem. Mart. XII. 42. 3.

Præluxere faces, velarunt flammea vultus.

Plaut. Caſ. I. 1. 30.

Primum omnium lucebis novæ nuptæ facem.

Quod

ris ſororiſque fecit, ut porticum, baſilicamque [32] Lucii & Caji [33]: item porticus Liviæ [34] & Octaviæ [35], theatrumque Marcelli [36]. Sed & cæteros principes vi- 12
ros ſæpe hortatus eſt [37], ut pro facultate quiſque monumentis, vel novis, vel refectis & excultis Urbem adornarent. Multaque a multis exſtructa ſunt: ſicut 13
a Marcio Philippo [38] ædes Herculis Muſarum [39]: a Lucio Cornificio ædes Dianæ [40]: ab

Quod Græcis eſt διδυχεῖον, ut docet *Bud. Comm. L. G. p.* 461. V. *Cæſ.* 31. 2. §. 12.

32. BASILICA quid fuerit, dixi ſupr. Cæſ. 10. 1. §. 4.

*33. LUCII ET CAJI baſilicam quidam ſuſpicantur eſſe vetus ædificium, quod decagonum e lateribus in Exquiliis pone S. Matthæi ædem ad hortos Cornarios in vinea quadam hodieque exſtat, quod illi *Galluccio*, ſive *Galluzzo* nomen ſit. Sed veterum baſilicas nunquam decagonas fuiſſe, aut rotundas, verum altera parte, ſæpe & dnabus tertiis latitudinem longitudine ſuperantes docet *Vitruv.* v. 1. Qui adhæc tum temporis Romæ fuit, forte & ejuſdem baſilicæ architectus. Nomen illud *Galluzzo* e vocibus *Caji & Lucii* corruptum negare vix auſim: nam, etſi non ipſum ædificium, certe ſitus idem eſt. *Nardin. Rom. Vet.* IV. 2. V. etiam *Donat. de Urb. Rom.* III. 23. & *Noriſ. Cenot. Piſ. Diſſ.* II. 18.

34. LIVIÆ conjugis Dio LIV. p. 537. C. D. Ὁ δ' Αὔγουστος τὴν οἰκίαν αὐτοῦ ἐς ἔδαφος καταβαλὼν, περιστῷον ᾠκοδομήσατο, καὶ τὸ τῆς Λιουίας ὄνομα ἐπέγραψε. *Ejus* Vedii Pollionis *ædes funditus evertit Auguſtus, porticum ſtruxit, & Liviæ nomen inſcripſit.* Ovid. Faſt. VI. 639.

Diſce tamen veniens ætas, ubi Livia nunc eſt
Porticus immenſæ tecta fuiſſe domus.

In tertia Urbis regione juxta templum Concordiæ virilis illam collocant *Victor* & *Rufus.*

35. OCTAVIÆ ſororis. Dio XLIX. p. 417. E. Ἐπειδή τε οἱ Δαλμάται παντελῶς ἐκεχείρωντο, τάς τε στοὰς ἀπὸ τῶν λαφύρων αὐτῶν, καὶ τὰς ἀποθήκας τῶν βιβλίων, τὰς Ὀκταουιανὰς ἀπὸ τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ κληθείσας κατεσκεύασεν. *Ex manubiis porro Dalmatarum plane ſubactorum, porticus, & bibliothecas a ſororis nomine Octavianas dictas exſtruxit.* Feſtus: *Octaviæ porticus duæ appellantur, quarum alteram theatro Marcelli propiorem Octavia ſoror Auguſti fecit.* * Erat in regione Urbis nona. Veſtigia ejus inter S. Nicolaum in carcere, & S. Mariam in porticu, ubi locus e ruinis eminentior, ut volunt *Marlian. Topogr. Urb.* III. 11. & *Fabric. Deſcr. Urb. Rom. c.* 13. Ab hac eccleſiam S. Mariæ in porticu nomen accepiſſe eſt una omnium ſententia teſtibus *Nardin. Rom. Vet.* VI. 2. & *Donat. de Urb. Rom.* III. 17. Hujus architecti fuerunt Saurus & Batrachus. Plin. XXXVI. 5. *Nec Saurum atque Batrachum obliterari convenit qui fecere templa Octaviæ porticibus incluſa.* V. *Bellor. Veſt. Vet. Rom. Tab.* 2.

36. THEATRUM MARCELLI Octaviæ filii. Plutarch. in Marcel. p. 316. D. Εἰς δὲ τιμὴν αὐτοῦ καὶ μνήμην Ὀκταβία μὲν ἡ μήτηρ τὴν βιβλιοθήκην ἀνέθηκε, Καῖσαρ δὲ θέατρον, ἐπιγράψας Μαρκέλλου. *In cujus honorem & memoriam mater Octavia bibliothecam dedicavit, Cæſar theatrum, quod nomine Marcelli inſcripſit.* In nona Urbis regione illud ponunt *Victor* & *Rufus.* Ejus pars vetuſtate, igneque corrupta, ubi nunc eſt palatium Sabellorum inter Capitolium & Tiberim adhuc cernitur. *Marlian. Topogr. Urb.* VI. 1. *Nardin. Rom. Vet.* VI. 2. *Philand. in Vitruv.* V. 5. Parum mihi proſpexiſſe videntur, qui Vitruvium ejus fuiſſe architectum comminiſcuntur. *Philand. in Vitruv.* I. 2. *Aring. Rom. Sub.* II. 1. 19.

37. HORTATUS EST, & ita Paterc. II. 89. 4. *Principes viri triumphiſque & ampliſſimis honoribus functi, hortatu Principis, ad ornandam Urbem illecti ſunt.* Tacitus tamen Ann. III. 72. 1. *Erat etiam tum in more publica munificentia, nec Auguſtus arcuerat Taurum, Philippum, Balbum, hoſtiles exuvias, aut exundantes opes, ornatum ad Urbis & poſterûm gloriam conferre.* In quibus verbis magnam notat μείωσιν *Caſaubonus.* V. tamen ad *Paterculum Boeclerum.* Certe utrumque Dio LIII. p. 515. C. Καὶ οὐ μόνον οὐδὲν αὐτὸν ἐπ' αὐτοῖς ὁ Αὔγουστος ἐμέμψατο, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πλεῖον ἐτίμησε. *Ob quæ illum*, Agrippam Urbem ſuis ſumptibus ornantem, *non modo non culpavit Auguſtus, ſed magnis potius eſt proſecutus honoribus.*

38. MARCIO PHILIPPO vitrico V. illum ſupr. 8. 6. §. 26.

* 39. ÆDEM hanc *Herculi* & *Muſis* communem fuiſſe tradit & Plutarch. Quæſt. Rom. 59. Διὰ τί κοινὸς ἦν βωμὸς Ἡρακλέους καὶ Μουσῶν. Deſcribit Eumenius Rhetor in oratione de ſcholis inſtituendis: *Ædem Herculis Muſarum in circo Flaminio*, ſive in Urbis regione nona, *Fulvius ille Nobilior ex pecunia cenſoria fecit, non id modo ſequutus, quod ipſe literis, & ſumma Ennii amicitia duceretur, ſed quod in Græcia cum eſſet imperator, acceperat Herculem Muſageten eſſe, id eſt, comitem ducemque Muſarum. Idemque primus ſigna novem, hoc eſt, omnium Camœnarum, ex Ambracienſi oppido tranſlata, ſub tutela fortiſſimi numinis conſecravit, quia mutuis operis & præmiis juvari ornarique deberent, Muſarum quies defenſione Herculis, quies Herculis voce Muſarum.* V. *Torrentium* & *Beroaldum. Borrich. Ant. Urb. Fac. c.* 11. *Bellor. Veſt. Vet. Rom. Tab.* 2. * Hanc quia Philippus aut ampliavit, aut exornavit, & magnificentiam ei addidit, *clari monimenta Philippi* vocat Ovid. Faſt. VI. 801. *Nardin. Rom. Vet.* 6. 2.

40. ÆDES DIANÆ Romæ fuerunt plures. * Plutarch. Quæſt. Rom. 4. Διὰ τί πολλῶν ὄντων ἐν Ῥώμῃ ναῶν Ἀρτέμιδος..... *Quamebrem de multis, quæ Romæ ſunt,*

ab Aſinio Pollione atrium Libertatis [41] : a Munatio Planco ædes Saturni : [42] : a Cornelio Balbo [43] theatrum [44] : a Statilio Tauro [45] amphitheatrum [46] : a M. vero Agrippa [47] complura & egregia.

ſunt, Dianæ templis.... Hanc, de qua noſter, in Aventino fuiſſe putat *Berneggerus.*

41. ATRIUM LIBERTATIS ſimile fuit *atriis* ædium privatarum, quæ habebant tablina & pinacothecas adjunctas. *Atrium* templis adjici ſolitum docemur a Coripp. III. 1.

Apoſtolici ſubeuntes atria templi.

Αἴθριον ſignificat locum in ædibus ſub dio, cui non aliud tectum præter alas ædificii, quæ velut porticus medium ſubdival efficiebant. Gloſſ. Cyril. *Atrium, μεσαύλιον, περίστωον, μέσαυλον.* In Aventino fuit, ſive in tertia & decima Urbis regione. *Libertatis ædem*, & forte cum æde *atrium* fecit Gracchorum pater. Liv. XXIV. 16. *In æde Libertatis, quam pater ejus in Aventino ex multatitia pecunia faciendam curavit dedicavitque.* V. & *Caſaubonum* & *M. Donatum. Alex. Donat. de Urb. Rom.* III. 13. *Nardin. Rom. Vet.* VII. 9. *Bellor. Veſt. Vet. Rom. Tab.* 6. *Demſter. Paral. ad Roſin. A. R.* I. 13.

42. ÆDEM SATURNO feciſſe *Titum Tatium* dicit Dionyſ. II. 6. *Tullum Hoſtilium, cum bis de Albanis, de Sabinis tertio triumphaſſet*, Macrobius, *L. Tarquinium regem faciendam locaſſe; Titum vero Larcium dictatorem Saturnalibus dedicaſſe*, apud eumdem Sat. I. 8. dicit Varro. Fuit ſita in octava Urbis regione apud *Rufum* & *Victorem.* * Niſi quis maluerit a Munatio novam illi *ædem* conditam ſtatuere cum *Donat. de Urb. Rom.* II. 14. & *Nardin. Rom. Vet.* V. 6.

43. A CORNELIO BALBO. Dio LIV. p. 530. A. Καὶ ἔτυχε γὰρ ἡ ἀγγελία τῆς ἀφίξεως αὐτοῦ ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις ἐς τὸ ἄστυ ἐλθοῦσα, ἐν αἷς Κορνήλιος Βάλβος τὸ θέατρον, τὸ καὶ νῦν καλούμενον ἀπ' αὐτοῦ, καθιερώσας, θέας ἐπετέλει. *Nuntius adventus ejus*, Auguſti, *forte iiſdem diebus Romam allatus eſt, quibus theatrum Cornelius Balbus, quod nunc quoque ab ipſo nomen habet, dedicans, ſpectacula exhibebat.* Ubi hujus theatrum ſitum fuerit in tanta veterum ædificiorum caligine ſe neſcire agnoſcunt *Donat. de Urb. Rom.* III. 8. *Nardin. Rom. Vet.* VI. 7. *Bellor. Veſt. Rom. Tab.* 17.

44. THEATRUM locus eſt, tabulatis, aut lapidibus ſtructus, unde ludi ſpectari poſſunt. *Græco vocabulo viſorium nominarunt Athenienſes, quod eminus aſtantibus turba conveniens ſine aliquo impedimento videatur, cum agricultores feriatis diebus ſacra diverſis numinibus per lucos vicoſque celebrarent.* Caſſiod. Var. IV. 51. *Inchoata ſunt a Meſſala & Caſſio cenſoribus* anno ab U. C. 599. *ceterum auctore P. Scipione Naſica omnem apparatum operis eorum ſubjectum haſtæ venire placuit.* Val. Max. II. 4. 2. V. ſi vis, etiam *Buleng. de Theatr.* I. 12.

45. A STATILIO TAURO. Dio LI. p. 460. E. Τοῦ δὲ δὴ Καίσαρος τὸ τέταρτον ἔτι ὑπατεύοντος, ὁ Ταῦρος ὁ Στατίλιος θέατρόν τι ἐν τῷ Ἀρείῳ πεδίῳ κυνηγετικὸν λίθινον καὶ ἐξεποίησε τοῖς ἑαυτοῦ τέλεσι, καὶ καθιέρωσεν ὁπλομαχίᾳ. *Porro autem Cæſare adhuc quartum conſulatum gerente Statilius Taurus amphitheatrum lapideum in campo Martio ſuis ſumptibus abſolvit, inque ejus dedicatione munus gladiatorium exhibuit.* Hujus magnam partem extiare apud eccleſiam ſanctæ crucis in Hieruſalem, prope Urbis mœnia teſtatur *Marlian. Topogr.* IV. 20. * Quod negat *Donat. de Urb. Rom.* III. 7. Imo poſitum ejus certum neminem eſſe qui expediat contendit *Nardin. Rom. Vet.* VI. 7.

46. AMPHITHEATRUM *ex duobus theatris erat factum.* Iſid. XVIII. 52. Formam deſcribit Caſſiod. V. 42. *Cum theatrum, quod eſt hemiſphærium, Græce dicatur amphitheatrum, quaſi in unum juncta duo viſoria, recte conſtat eſſe nominatum.* Qui ovi *ſpeciem*, ut in lexico legendum contendit Voſſius, *area concludens ut concurrentibus aptum daretur ſpatium, & ſpectantes omnia facilius viderent, dum quadam prolixa rotunda univerſa collegerat.* Ita ut ſcena, quam habuit theatrum, caruerit, & ſedilibus continenter diſpoſitis ambient in orbem. Dio XLIII. p. 225. A. Θέατρόν τι κυνηγετικὸν ἰκριώσας, ὃ καὶ ἀμφιθέατρον, καὶ τοῦ πέριξ πανταχόθεν ἕδρας ἄνευ σκηνῆς ἔχειν, προσερρήθη. *Theatrum quoque ad venationes aptum foris & tabulatis inſtruxit: quod quia undiquaque habet ſedes, ſcenaque caret, amphitheatrum cognominatum eſt.* Noſt. *infr.* 43. 3. Venationi exſtructum eſſe *amphitheatrum* pluribus docet *Buleng. de venat. c.* 10.

47. M. AGRIPPÆ opera deſcribit Plin. XXXVI. 15. *Agrippa in ædilitate ſua, adjecta virgine aqua, ceteris corrivatis atque emendatis, lacus ſeptingentos fecit: præterea ſalientes centum quinque: caſtella centum triginta, complura etiam cultu magnifica: operibus iis ſigna trecenta ærea, aut marmorea impoſuit, columnas ex marmore quadringentas, eaque omnia annuo ſpatio. Adjicit ipſe in ædilitatis ſuæ commemoratione, & ludos undeſexaginta diebus factos, & gratuita præbita balinea centum ſeptuaginta.* Fecit quoque *porticum Neptuni propter victorias navales*, τὴν στοὰν τοῦ Ποσειδῶνος ὠνομασμένην καὶ ἐξῳκοδόμησεν ἐπὶ ταῖς ναυκρατίαις: *& vaporarium Laconicum*, τὸ πυριατήριον τὸ Λακωνικόν: *& Pantheum, quod dicitur, ut mihi videtur, quod forma convexa faſtigiatum cœli ſimilitudinem oſtenderet*, τό τε Πάνθειον, οὕτω δὲ προσαγορεύεται, ὅτι θολοειδὲς ὂν, τῷ οὐρανῷ προσέοικεν. Dio LIII. p. 515. B. hodieque inter antiqua Urbis ædificia valde conſpicuum, & ferme integrum conſpicitur, a circulari forma *S. Maria* rotunda nuncupatum. *Marlian. Topogr.* VI. 6. *Philand. in Vitruv.* V. 10. *Nardin. Rom. Vet.* VI. 5.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT XXX.

ARG. *Urbem in regiones vicoſque dividit, adverſus incendia excubias comminiſcitur, Tiberim purgat, Flaminiam viam munit, ædes ſacras reficit, & donis adornat Octavius Cæſar Auguſtus.*

Spatium Urbis in regiones [1], vicoſque [2] diviſit: inſtituitque, ut illas annui ma- 1
giſtratus [3] ſortito tuerentur, hos magiſtri [4] e plebe cujuſque viciniæ electi.
Adverſus incendia excubias [5] nocturnas, vigileſque commentus eſt: ad coercendas 2
inundationes alveum [6] Tiberis laxavit [7], ac repurgavit, completum olim ruderibus [8], & ædificiorum prolapſionibus coarctatum. Quo autem facilius undique 3
Urbs adiretur [9], deſumpta ſibi Flaminia via [10] Arimino [11] tenus munienda [12] reliquas

REGIONES majores erant Urbis partes, μέρη §. 3. dicentur Dioni, alii ῥεγεῶνας vocant, unde Suidæ ῥεγεωνάρχης, & Heſychio ῥεγεωνάριος, *curater regionis* dicitur Caſaubono docente. Diviſit vero *in regiones quatuordecim.* Plin. III. 5. *Ipſa dividitur in regiones quatuordecim.* Dio *infr.* §. 3. Paulus Ictus 25. 2. 8. Tacit. Ann. XV. 40. 4. *Quippe in regiones quatuordecim Roma dividitur: quarum quatuor integræ manebant, tres ſolo tenus dejectæ: ſeptem reliquis pauca tectorum veſtigia ſupererant, lacera & ſemiuſta.* Singulas recenſent *Publius Victor*, *Sextus Rufus*, *Onuphrius Panvinius Comm. R. R.* I. *p.* 75.... 106. *Marlian.* VII. *de topographia Romæ libris*, *Merul. Coſm.* II. 4. 22. *Pancir. libro de regionibus Urbis. Nardin. Rom. Vet.* III.

2. VICUS eſt pars regionis. In *vicos* 424. diviſam eſſe Urbem legitur apud *Victorem.*

3. ANNUI MAGISTRATUS non novi, ſed ordinarii, ut puta prætores, tribuni & ædiles. Dio LV. p. 554. A. Καὶ τοῖς καὶ ἐκείνων (τῶν ἀγορανόμων) καὶ τῶν δημάρχων τῶν τε ϛρατηγῶν πᾶσαν τὴν πόλιν, εἰς δεκατέσσαρα μέρη νεμηθεῖσαν κλήρῳ, ut legit *Caſaubonus*, προσταχθῆναι: *Urbs tota in regiones diviſa fuit quatuordecim, quibus & hi, ædiles, & tribuni plebis, & prætores inter ſe ſortiti præeſſent.* Cuilibet regioni duos curatores aſſignant in Urbis deſcriptionibus *Victor* & *Rufus.* V. quoque *Torrentium*, *Caſaubonum*, *Fabr. Semeſtr.* I. 5. *Panvin. Deſcr. Rom. p.* 327. A.

4. MAGISTROS ϛενωπάρχους vocat Dio: Οἱ δὲ δὴ ϛενωποὶ, ἐπιμελητῶν τινῶν ἐκ τοῦ δήμου, οὓς καὶ ϛενωπάρχους καλοῦμεν: *magiſtri vicorum ex plebe ſunt conſtituti, quos ſtenoparchos dicimus: vicomagiſtros* Victor & noſt. Tib. 76. 3. & *magiſtratus ex vicis convocatos* noſt. Claud. 18. 2. *Magiſter* eſt ἐπιϛάτης, ſive præfectus. Hinc invenias *magiſtros curiæ, ſocietatum, pagorum, navium, pecoris.* Paull. Digeſt. L. 16. 17. *Cui præcipua rerum incumbit cura, & qui magis quam ceteri diligentiam & ſolicitudinem rebus, quibus præſunt, debent, hi magiſtri appellantur. Quin etiam ipſi magiſtratus per derivationem a magiſtris cognominantur.*

5. EXCUBIAS has ex libertino fuiſſe conſcriptas milite dixi ſupr. 25. 2. §. 7. cum antea incendiorum curam habuerint ædiles. Dio LV. p. 554. Ἦ τε δουλεία ἡ τοῖς ἀγορανόμοις τῶν ἐμπιπραμένων ἕνεκα συνοῦσα ἐπιτρέπη. *Et ſervitia, quæ ante cum ædilibus in uſum incendiorum reſtinguendorum fuerant, addita.*

6. ALVEUS eſt fluminis continens inter utramque ripam, τὸ μέσον τοῦ ποταμοῦ *Gloſſis.* Cajus Dig. XLI. 1. 7. §. 5. *Quod ſi toto naturali alveo relicto flumen alias fluere cœperit: prior quidem alveus eorum eſt, qui prope ripam prædia poſſident, pro modo ſcilicet latitudinis cujuſque prædii, quæ latitudo prope ripam ſit: novus autem alveus ejus juris eſſe incipit, cujus & ipſum flumen eſt,* I. *publicus juris gentium.*

7. LAXAVIT I. laxiorem fecit, dilatavit. Cicer. Attic. IV. 15. *Ut forum laxaremus, & uſque ad atrium Libertatis explicaremus.* Quo vero *laxior* fluit, eo minus inundabit fluvius.

8. RUDERIBUS I. pavimentorum & ædificiorum lapidibus confractis, calce, arenaque commixtis. Digeſt. XXXIX. 2. *Licet dominus velit rudera egerere.* Hiſce paludes & fluvios deſtinabant. Tacit. Ann. XV. 43. 3. *Ruderi accipiendo Hoſtienſes paludes deſtinabat, utque naves quæ frumentum Tiberi ſubvectaſſent, onuſtæ rudere decurrerent.* Noſt. Ner. 38. 6.

9. FACILIUS ADIRETUR, quia viæ extra Urbem, aliquamdiu neglectæ, itinera difficilia exhibebant. Dio LIII. p. 511. D. Τὰς ὁδοὺς τὰς ἔξω τοῦ τείχους δυσπορεύτους ὑπ' ἀμελείας ὁρῶν οὔσας.....

10. FLAMINIA VIA a porta Flumentana initium habuit, a *C. Flaminio* in cenſura, quam cum L. Paullo, anno ab U. C. 533. geſſit, ſtrata fuit. Liv. Epit. 20. *C. Flaminius cenſor viam Flaminiam munivit, & Circum Flaminium exſtruxit.* Feſtus: *Flaminius circus, & via Flaminia a Flaminio conſule,* I. cum cæderetur ab hoſte, ſed cum hæc opera exſtrueret, cenſore, dicta ſunt, *qui ab Annibale interfectus eſt ad lacum Traſimenum.* Opus hoc inceptum conſummavit filius. Strab. V. p. 150. Συνυπάτευσαν γὰρ ἀλλήλοις Μάρκος Λέπιδος καὶ Γάϊος Φλαμίνιος καθελόντες δὲ Λίγυας, ὁ μὲν τὴν Φλαμινίαν ἔστρωσεν ἐκ Ῥώμης διὰ Τυῤῥηνῶν, καὶ τῆς Ὀμβρικῆς, μέχρι τῶν περὶ Ἀρίμινον τόπων: ὁ δὲ τὴν ἑξῆς μέχρι Βονωνίας, κἀκεῖθεν εἰς Ἀκυληΐαν παρὰ τὰς ῥίζας τὰς τῶν Ἄλπεων ἐγκυκλούμενος τὰ ἕλη. *Nam collegæ in conſulatu fuerunt M. Lepidus & C. Flaminius, qui devictis Liguribus, hic Flaminiam viam ſtravit a Roma per Etruriam & Umbriam uſque ad Ariminum: ille deinceps ad Bononiam uſque, & inde uſque ad Aquileiam, juxta radices Alpium, paludibus in gyrum circumventis.* V. *Panvin. Comm.*

4 quas triumphalibus viris [13] ex manubiali pecunia ſternendas diſtribuit. Ædes ſacras [14] vetuſtate collapſas, aut incendio abſumptas refecit: easque & cæteras opulentiſſimis donis [15] adornavit: utpote qui in cellam Capitolini Jovis [16] ſedecim millia pondo auri [17], gemmaſque ac margaritas [18] quingenties HS [19] una donatione contulerit.

Comm. R. R. I. 36. *Leand. Ital. p.* 447. *Aring. Rom. Subterr.* IV. 38. *Nardin. Rom. Vet.* V. 9. * Hodie *Strada del Popolo* vocatur. *Boiſſard. Topog. Rom. p.* 51.

11. ARIMINUM ἐστὶν Ἰταλίας πρώτη μετὰ τὴν Γαλατίαν: *eſt Italicarum prima ex Gallia venientibus.* Appian. B. C. II. p. 449. Hodie vocatur *Rimino* & *Rimini*, *Rimano* & *Rimani*, ut tradit *Cluver. Ital.* II. 5. V. quoque. *Leand. Ital. p.* 453.

* 12. MUNIENDAM *Flaminiam viam* ſibi ſumpſit Auguſtus quoniam ea ducturus erat exercitum. Dio LIII. p. 511. D. Τὴς δὲ δὴ Φλαμινίας αὐτὸς, ἐπειδήπερ ἐκστρατεύσειν δι᾽ αὐτῆς ἔμελλεν, ἐπεμελήθη.

13. TRIUMPHALIBUS VIRIS, ἄλλοις τισὶ τῶν βουλευτῶν. *Dio.*

14. ÆDES SACRAS, quas refecerit, denarrat ipſe, in monumento Ancyrano, quod ſub operis hujus calcem exhibemus. Hinc Ovid. Faſt. II. 63.:

Templorum poſitor, templorum ſancte repoſtor.

Liv. IV. 20. *Hoc ego, cum Auguſtum Cæſarem, templorum omnium conditorem aut reſtitutorem, ingreſſum ædem Feretrii Jovis, quam vetuſtate dilapſam refecit....* V. & *Caſaubonum.*

15. DONA, ſive *donaria* erant quoque inter templorum ornamenta. Inde *dona atque templorum ornamenta* dicit noſt. *Vit.* 5. 3. κόσμους ἱερῶν vocat *Appian. bel. Mith. p.* 201. Tertull. Apolog. c. 26. *Deum victimis, templum donis, gentem fœderibus honoraſtis.*

16. CAPITOLINO JOVI ex manubiis magnam pecuniæ ſummam dicare ſolebant Romani. Liv. VII. 15. *Nec alius poſt M. Furium, quam C. Sulpitius, juſtiorem de Gallis egit triumphum: auri quoque ex Gallicis ſpoliis ſatis magnum pondus ſaxo quadrato ſeptum in Capitolio ſacravit.* V. & *Rycq. de Capit. c.* 21.

17. SEDECIM MILLIA PONDO AURI, 1600000 philippicorum. *Lipſ. Admir.* III. 5.

18. EX GEMMIS ET MARGARITIS in ædibus ſacris teſſellatio quædam & pictura concinnabatur. Arnob. VI. p. 191. *Sint ergo hæc licet aut ex molibus marmoreis ſtructa, laquearibus aut renideant aureis: ſplendeant hic gemmæ, & ſidereos evomant variata interſtitione fulgores.* Manil. V. 527.

Gemmarumque Juli radiantes lucibus ignes.

Haſce ad teſſellandum *gemmis* lacunar, ſive tholum ædis Tonantis contuliſſe Auguſtum non dubium eſt. *Scalig. in Manil. p.* 413. *Gemmas* a *margaritis* differre dixi *Caſ.* 47. 2. §. 5.

19. QUINGENTIES HS ſubaudi *centena millia* i. duodecies centena, & quinquaginta millia philippicorum. Noſt. Galb. 3. 5. Oth. 7. 4. *Lipſ. Admir.* III. 5. *Donat. de Urb. Rom.* III. 5.

CAPUT XXXI.

ARG. *Pontificatum maximum ſuſcipit, libros Sibyllinos forulis auratis condit, annum ad priſtinam rationem redigit, Sextilem de ſuo nomine nuncupat, ſacerdotum..... numerum auget, antiquas cerimonias reſtituit, & ducibus, qui imperium Romanum auxiſſent, proximum a diis honorem præſtat Octavius Cæſar Auguſtus.*

1 Poſtquam [1] vero pontificatum maximum, quem nunquam vivo Lepido [2] auferre [3] ſuſtinuerat, mortuo demum ſuſcepit: quicquid fatidicorum [4] librorum Græci

PONTIFEX creatus eſt Auguſtus pridie Non. Martii 740. ſive Tiberio Claudio Nerone, & Quinctilio Varo Conſulibus. *Pigh. Ann.* III. *p.* 521. Dio LIV. p. 540. E. Ἐπειδή τε τοῦ Λεπίδου μεταλλάξαντος ἀρχιερεὺς ἀπεδείχθη. *Quum Lepido mortuo ſummus pontifex eſſet creatus....* Ovid. Faſt. III. 419.

Cæſaris innumeris, quem maluit ille mereri,
Acceſſit titulis Pontificalis honos.

Hunc, ne quid ad ſummam ſibi deeſſet poteſtatem ſuſcepit Auguſtus. Duobus enim continetur reſpublica omnis, religionum cerimoniis, & legibus humanis: quorum utriuſque cura & poteſtas olim penes reges fuit, ut pluribus ad hunc locum & ad Strabon. p. 192. docet ὁ πάνυ *Caſaubonus.* * *Suſcepit* pontificatum Auguſtus poſt annos quinquaginta quam Julius eundem honorem adeptus erat, hoc eſt pridie Non. Mart. ut habet Ovid. Faſt. III. 415--420. V. Boſium de Pont. Max. c. I. anno ab U. C. 741. Ad quem annum hæc Dio LIV. 540. E. quæ modo laudavimus.

2. LEPIDUS Cæſaris occiſi loco ab Antonio pontifex maximus eſt conſtitutus. Dio XLIV. p. 268. E. Ἐπειδή τε ὁ Λέπιδος ἰσχύν τε μεγάλην εἶχε, καὶ φόβον αὐτῷ πολὺν ἐπῆρτο, ἀρχιερέα αὐτὸν ἀποδειχθῆναι παρεσκεύασεν, ἵνα μηδὲν ἂν ἔπραττε πολυπραγμονοίη. *Quumque Lepidus potentia multum valeret, eumque valde me-*

Græci Latinique generis,[5] nullis vel parum idoneis [5] auctoribus vulgo ferebatur, ſupra duo millia contracta undique cremavit [6], ac ſolos retinuit Sibyllinos [7]: hos quoque delectu habito, condiditque [8] duobus forulis [9] auratis ſub Palatini Apollinis [10] baſi [11]. Annum a D. Julio ordinatum, ſed poſtea negligentia conturba- 2
tum [12] atque confuſum, rurſus ad priſtinam rationem redegit: in cujus ordinatione

metueret Antonius, *ipſum pontificem maximum, ne in ipſius actiones inquireret, conſtituit.*

3. Auferre vivo pontificatum noluit, licet ſæpius expetiiſſet Auguſtus. Dio LIV. p. 531. C. Πολλάκις γὰρ καὶ ἰδίᾳ, καὶ κοινῇ τῆς ἱερωσύνης ταύτης ἀξιούμενος, οὐκ ἐδικαίωσε ζῶντος τοῦ Λεπίδου λαβεῖν αὐτήν. *Qui ſane quum ſæpe numero & privatim & publice hoc ſibi ſacerdotium expetiiſſet, non cenſuit tamen id vivo Lepido occupandum*, ne quidem a populo oblatum. Dio XLIX. p. 401. B. Appian. B. C. p. 746. Τῷ δὲ δήμῳ τὴν μεγίστην ἱερωσύνην ἐς αὐτὸν ἐκ Λεπίδου μεταφέροντος οὐκ ἐδέχετο. *Et quum populus pontificatum maximum a Lepido ad eum transferre vellet, non recepit.* Cauſam addunt, οὐδὲ γὰρ ἐξῆν ζῶντά τινα ἀφελέσθαι: *neque enim licebat eum vivo alicui adimi.* Unde Senec. de Clem. *Pontificatum maximum nonniſi mortuo illo transferri in ſe paſſus eſt; maluit enim illum honorem vocari quam ſpolium.*

4. Fatidicorum i. populi Romani *fata* continentium. Ita *fatidicum Faunum* Æn. VII. 82. *fatidicam vatem* VIII. 340. dicit Virgilius, *fatales* noſt. Cæſ. 79. 3. *vaticinos* Liv. XXXIX. 16. *Quoties hoc patrum, avorumque ætate negotium eſt magiſtratibus datum, ut vaticinos libros conquirerent, comburerentque?*

5. Parum idoneis i. quibus nulla eſt habenda fides. Solin. c. 16. *Sed cum probiſſimi auctores, & ſatis vero idonei ſententias pares faciant, nullus falſum reformidet.*

6. Cremare libros, qui religionibus derogabant, in rebuspublicis bene conſtitutis moris fuit. Val. Max. I. I. 12. & Lactant. I. 22. *In altera arca fuerunt ſeptem Latini libri de jure Pontificio: item Græci totidem de diſciplina ſapientiæ ſcripti, quibus religiones non eas modo, quas ipſe inſtituerat, ſed omnes præterea diſſolvit. Qua re ad ſenatum delata, decretum eſt, ut hi libri abolerentur: ita eos Q. Petilius prætor Urbis in concione populi concremavit.* V. quoque *Elmenh. ad Arnob.* III. *p.* 109.

7. Sibyllinos *libros ait Varro non fuiſſe unius Sibyllæ, ſed appellari uno nomine Sibyllinos, quod omnes feminæ vates Sibyllæ ſunt a veteribus nuncupatæ.* Lactant. I. 6.

8. Condidit, ut in arcano haberentur, ne ſeditioſis hominibus aliquid ex publica re innovandi, aut perperam intellecti majora concupiſcendi occaſionem præberent. Ita *ex libris Sibyllinis regnum Romæ tribus Corneliis portendi: Cinnam atque Syllam antea; ſe tertium eſſe, cui fatum foret Urbis potiri*, Lentulus dicit apud Salluſt. B. C. c. 47. Hac de cauſa *Tarquinius rex M. Tullium duumvirum, quod librum ſecreta civilium ſacrorum continentem, cuſtodiæ ſuæ commiſſum, corruptus Petronio Sabino deſcribendum dediſſet, culeo inſutum in mare abjici juſſit. Idque ſupplicii genus multo poſt parricidis lege irrogatum eſt.* Val. Max. I. I. 13.

9. Forulis i. capſulis, pluteis, in quibus libri reponuntur. Juven. III. 219.

Hic libros dabit & forulos.

10. Palatini Apollinis, ut fatidicorum librorum cuſtos eſſet, qui & vatibus, & vaticiniis omnibus præfuit. V. *Torrentium*. Ad rem quod attinet, ita & Virg. Æn. VI. 69.

Tum Phœbo, & Triviæ ſolido de marmore templa
Inſtituam...:
Hic ego namque tuas ſortes, arcanaque fata
Dicta meæ genti ponam.

Ubi Servius: *Ut ſolet, miſcet hiſtoriam: nam hoc templum in Palatio ab Auguſto factum eſt: ſed quia Auguſtus coheret Julio, qui ab Ænea ducebat originem, vult ergo Auguſtum parentum vota ſolviſſe.* Ante Syllam Sibyllinorum fatorum liber in Capitolini Jovis æde ſervabatur, ſed *cum Capitolio Syllanis temporibus crematus eſt.* Plin. VIII. 13. Solin. c. 2. V. & *Salmaſ. Exerc. Plin. p.* 54. & 55.

11. Basi i. fulcro, fundamento, cui ſtatua imponitur. Phædr. II. 10. 2.

Servumque collocarunt æterna in baſi.

Unde ſtatuæ *baſin cavam manum* dicit Veſpaſianus apud noſtr. c. 23. 8. alludens ad illius conſtationem deſtinatam. *Baſibus* quoque adjiciebatur titulus. Horat. Od. II. 24. 27.

Si quæret pater urbium
Subſcribi ſtatuis.

Et honores inſcribebantur. Plin. XXXIV. 4. *Honores legendi ævo baſibus inſcribi.* Noſt. *Domit.* 15. 3.

12. Conturbatum negligentia ſacerdotum, *qui ſibi errorem novum ex ipſa emendatione fecerunt. Nam cum oporteret diem, qui ex quadrantibus conſit, quarto quoque anno confecto, antequam quintus inciperet, intercalare: illi quarto non peracto, ſed incipiente intercalabant. Hic error ſex & triginta annis permanſit: quibus annis intercalati ſunt dies duodecim, cum debuerint intercalari novem. Sed hunc quoque errorem ſero deprehenſum correxit Auguſtus, qui per annos duodecim ſine intercalari die tranſigi juſſit: ut illi tres dies, qui per annos triginta & ſex vitio ſacerdotali feſtinationis excreverant, ſequentibus annis duodecim nullo die intercalato devorarentur. Poſt hoc unum diem ſecundum ordinationem Cæſaris quinto quoque incipiente anno intercalari juſſit.* Macrob. Saturn. I. 14. Ammian. XXVI. 1. *Scalig. de Emend. temp. v. p.* 338.

Ff

13. Sex.

Digitized by Google

ne Sextilem [13] menſem e ſuo cognomine [14] nuncupavit, magis quam Septembrem [15], quo erat natus: quia hoc ſibi & primus conſulatus, & inſignes victo-
3 riæ [16] obtigiſſent. Sacerdotum & numerum & dignitatem, ſed & commoda auxit [17]: præcipue Veſtalium virginum [18]. cumque in demortuæ locum aliam capi [19] oporteret, ambirentque [20] multi ne filias in ſortem [21] darent, adjuravit, ſi cujuſquam
4 neptium ſuarum competeret [22] ætas [23], oblaturum ſe fuiſſe eam [24]. Nonnulla etiam

13. SEXTILEM, quod *loco apud Latinos ſexto fuerit.* Cenſor. de D. N. c. 22. Senatuſconſultum, quo hoc honori Auguſti datum eſt, exhibet *c.* 17. §. 32.

14. E SUO COGNOMINE. Cenſorinus: *Qui Sextilis fuerat, ex S. C. Marcio Cenſorino, C. Aſinio Gallo Coſſ. in Auguſti honorem dictus eſt Auguſtus anno Auguſtano* 20. * Menſis nuncupatus eſt non *Cæſar*, ſed *Auguſtus. Cognomen* itaque ex omnibus illius nominibus proprie & κατ' ἐξοχὴν habetur & dicitur ultimum, ſeu illud, quod ei ipſi a ſenatu impoſitum fuit. *Cognomen* enim ſignificat præcipue non illud familiæ nomen a majoribus acceptum, ut Maximus, Metellus, &c. ſed ἐπίκλησιν alicujus rei ad deſignandum & deſcribendum hominem ab ejus ingenio, fortuna, habitu corporis, rebus geſtis, aliiſve cauſis petitam, imo ſæpe vulgare ἐπίθετον vel etiam laudis aut honoris alicujus titulum. Senec. Epiſt. 108. *Hoc ſenectuti cognomen impoſuit.* Virg. Georg. III. 67. *Triſtem illam vocat.* Ubi *triſtis* Seneca dicitur *cognomen* ſenectutis. Tacit. Ann. II. 25. 5. *Patrem ſenatus appellandum eſſe Claudium, quippe promiſcuum Patris patriæ cognomentum.* Noſt. Cal. 22. 2. *Perizon. Hiſt. Anim. c.* 2.

15. MAGIS QUAM SEPTEMBREM, quia diem, qui ſibi ad honores aditum pateſeciſſet, non minore, aut etiam majore religione, quam illum, quo ſolem primum viderant, colere ſoliti ſunt veteres. Hinc Cicero diem, quo redierat ab exſilio, & honoribus ſuis fuerat reſtitutus, vocat modo παλιγγενεσίαν, ut Epiſt. ad Attic. VI. 6. modo *diem natalem reditus*, ut Epiſt. ad Attic. III. 20. V. & *Caſaubonum.*

16. QUIA HOC SIBI ET CONSULATUS.... Dio LV. p. 552. C. Καὶ τὸν μῆνα τὸν Σεξτίλιον ἐπικαλούμενον Αὔγουστον ἀντωνόμασαν· τῶν γὰρ ἄλλων τὸν Σεπτέμβριον ὅτι, ἐπειδήπερ ἐν αὐτῷ ἐγεγέννητο, προσαγορεῦσαι ἐθελησάντων, ἐκεῖνον αὐτὸς προετίμησεν, ὅτι καὶ ὕπατος ἐν αὐτῷ τὸ πρῶτον ἀπεδέδεικτο, καὶ μάχας πολλὰς καὶ μεγάλας ἐνενικήκει. *Menſemque Sextilem Auguſtum nominavit: quod nomen, quum alii Septembri, quo menſe natus eſſet, indere vellent, ipſe Sextilem prætulit; quod eo menſe primum conſul factus, ac eo multis magnis prœliis victoria potitus eſſet*, ut Alexandrina *c.* 17. §. 28. & Rhætica. Horat. Od. IV. 14. 15.

Quo die
Portus Alexandreja ſupplex,
Et vacuam pateſecit aulam,
Fortuna luſtro proſpera tertio
Belli ſecundos reddidit exitus....

Ubi Porphyrio: *Ita evenit, ut poſt annos quindecim Druſus eo die Rhætos Vindelicos vinceret, quo die Auguſtus Alexandriam vicerat.*

17. COMMODA AUXIT I. ſtipendia largiora, reditus ampliores illis dedit. Eſſe reditus, quos ex munere præter ſalarium habemus, dixi *ſupr.* 24. 4. §. 12. Ita *pontifices roboraſſe* dicitur Aurelianus apud Vopiſc. c. 35. Ad quem ſimiles loquendi modos collegit *Salmaſius.*

18. VIRGINIBUS VESTALIBUS *honores a civitate delati ſunt multi, & inſignes, quorum cauſa neque liberorum, neque nuptiarum deſiderium eas ſubibat.* Τιμαὶ δὲ αὐταῖς ἀποδίδονται παρὰ τῆς πόλεως πολλαὶ καὶ καλαὶ, δι' ἃς οὔτε παίδων ἐστὶν αὐταῖς πόθος, οὔτε γάμων. *Dionyſ.* II. *p.* 127. quos curatius in *Numa p.* 66. explicat *Plutarchus.* De agris illis ab Auguſto conceſſis Front. de colon. p. 106. *Ager Lanuvinus pro parte Virginum Veſtalium lege Auguſtana fuit aſſignatus.* * Hinc Ovid. Faſt. VI. 455.

Nunc bene lucetis ſacra ſub Cæſare Flammæ.

19. CAPI dicebatur virgo Veſtalis, quæ eligebatur. Tacit. Ann. XV. 22. 3. *In Lelia locum Cornelia ex familia Coſſorum capta eſt.* Formulam, qua in *capienda* utebatur Pontifex maximus, hanc fuiſſe dicit Gell. I. 12. *Sacerdotem. Veſtalem. quæ. ſacra. faciat. quæ. jous. ſiet. ſacerdotem. Veſtalem. facere. pro. populo. Romano. Quiritium. utei. quæ. optuma. lege. fovit. ita. te. amata. capio. Capi autem propterea dici videtur, quia Pontificis maximi manu prehenſa ab eo parente, in cujus poteſtate eſt, veluti bello capta abducitur.*

20. AMBIRENT I. *ambiendo* deprecarentur, ſubterſugerent. Parentes enim ægre in hanc cuſtodiam ſuas dederunt filias. Unde lege, qua ex libertinis natæ etiam caperentur, ſtatutum fuiſſe tradit Dio LV. p. 563. D. Ἐπειδή τε οὐ ῥᾳδίως οἱ πάνυ εὐγενεῖς τὰς θυγατέρας ἐς τὴν τῆς Ἑστίας ἱερατείαν ἐπεδίδοσαν, ἐνομοθετήθη καὶ ἐξ ἀπελευθέρων γεγεννημένας ἱερᾶσθαι.

21. IN SORTEM, ex *lege Papia, qua cavetur, ut Pontificis maximi arbitratu virgines e populo viginti legantur: ſortitioque in concione ex eo numero fiat.* Gell. I. 12. V. & *Lipſ. Veſt. c.* 6.

* 22. COMPETERET I. idonea, atque illi muneri utilis eſſet. Sil. Ital. I. 114.

Romanos terra atque undis, ubi competet ætas,
Ferro ignique ſequar.

23. ÆTAS. Gellius: *Minorem quam annos ſex, majorem quam annos decem natam negaverunt capi fas eſſe.*

24. SE OBLATURUM EAM. Nam *ſortitio ex lege Papia*

etiam ex antiquis ceremoniis paullatim abolita [25] reſtituit: ut Salutis augurium [26], Diale flaminium [27], ſacrum Lupercale [28], ludos ſeculares [29], & compitalitios [30]. Lupercalibus vetuit currere imberbes: item ſecularibus ludis juvenes utriuſque ſexus prohibuit ullum nocturnum [31] ſpectaculum frequentare, niſi cum aliquo majore

pia non neceſſaria nunc videri ſolet. Si quis enim honeſto loco natus adeat Pontificem maximum, atque offerat ad ſacerdotium filiam ſuam, cujus dumtaxat ſalvis religionum obſervationibus ratio haberi poſſit, gratia Papiæ legis per ſenatum fit. Gellius. Hinc Tacit. An. II. 86. 2. *Egit grates Fonteio Agrippæ, & Domitio Pollioni, quod offerendo filias, de officio in rempublicam certarent.*

* 25. Abolita i. abrogata. V. infr. 32. 5. §. 24.

26. Salutis augurium οἰώνισμα τὸ τῆς ὑγιείας μαντείας τις τρόπος ἐστὶ, πεῖραν τινὰ ἔχων, εἰ ἐπιτρέπει σφίσιν ὁ θεὸς ὑγίειαν τῷ δήμῳ αἰτῆσαι: ὡς οὐχ' ὅσιον ὂν αἰτῆσαι αὐτῆς, πρὶν συγχωρηθῆναι, γίνεσθαι. *Divinationis quoddam genus eſt, quo probatur, concedatne illis Deus, ut populo ſalutem poſtulent, quaſi ne ſalutem quidem a diis petere fas, ni prius hoc ipſum dii conceſſerint.* Dio XXXVII. 40. E. ex Dione Politian. Miſcell. c. 13. & Calcagn. Epiſt. VI. 9. Reſtituit hoc Auguſtus ſe V. & Sexto Apulejo Coſſ. ſive, ut vult Pigh. Ann. III. p. 502. anno ab U. C. 724. Dio LI. p. 457. E. Ὑπατεύοντος δ' αὐτοῦ τὸ πέμπτον μετὰ Σέξτου Ἀπουλείου τὸ οἰώνισμα τὸ τῆς ὑγιείας ἐποιήσατο, γὰρ τό τε δι' ἅπερ εἶπον διελέλειπτο, intermiſſum, ut tradunt Caſaubonus & *Buleng. de Aug.* §. 17. a Ciceronis & Antonii conſulatu, ſive per annos 44.

27. Diale Flaminium V. *Caſ.* I. I. §. 5. & 6. Reſtitnit hoc Auguſtus Julio Antonio & Fabio Maximo Coſſ. ſive, ut docet Pigh. Ann. III. p. 524. anno ab U. C. 743. Dio LIV. p. 546. C. Καὶ τῷ αὐτῷ τούτῳ χρόνῳ ὅ τε ἱερεὺς τοῦ Διὸς πρῶτον μετὰ τὸν Μερούλαν ἀπεδείχθη, ἐπί τε τοῦ Ἰουλίου καὶ ἐπὶ Φαβίου Μαξίμου ὑπάτων. *Tum quoque primum poſt Merulam flamen Dialis creatus eſt, Julio ac Fabio Maximo Coſſ.* eum *duobus & ſeptuaginta annis poſt Cornelii Merulæ cædem nemo ſuffectus fuiſſet.* Tacit. Ann. III. 58. 3.

28. Sacrum Lupercale, de quo *Caſ.* 76. 2. §. 25.

29. Ludorum secularium origo hæc eſt. Valeſius Sabinus, duobus filiis & filia ad deſperationem uſque medicorum laborantibus, aquam calidam iis a foco petens, genibus nixus, Lares familiares, ut puerorum periculum in ipſius caput transferrent, oravit. Orta deinde vox eſt, habiturum eos ſalvos, ſi continuo flumine Tiberis devectos Terentum deportaſſet, ibique ex Ditis patris & Proſerpinæ ara petita calida recreaſſet. Nocte concubia ad Martium campum appulit. A gubernatore juſſus egredi Terentum, unde procul apparebat fumus, cupide arrepto calice, aquam flumine hauſtam, eo unde fumus erat obortus, jam lætior pertulit, & calefactam aquam pueris bibendam dedit. Qua pota ſalutari quiete ſopiti, diutina vi morbi repente ſunt liberati. Servi fundamentorum aræ conſtruendæ conſtituendorum gratia terram fodientes, illa 20 pedum altitudinem egeſta, invenerunt aram Diti patri, Proſerpinæque inſcriptam. Valeſius hoc nuntiante ſervo hoſtias nigras, quæ antiquitus furvæ dicebantur, Terenti immolavit, ludos & lectiſternia, continuis tribus noctibus, quia totidem filii periculo liberati erant, fecit. P. Valerius Poplicola, qui primus conſul fuit, primo poſt exactos reges anno, mactato apud hanc aram Diti patri & Proſerpinæ bove nigro, nigraque bucula, peſte, qua laborabat, liberavit Urbem, lectiſternioque ac ludis trinoctio factis aram terra, ut ante fuerat, obruit. Totus populus ſacris in Urbem traductis operabatur, & carmen a pueris & puellis patrimis matrimiſque canebatur. V. *Feſtum*: *Val. Max.* II. 4. 5. *Zoſim.* II. 1–7. *Politian. Miſc.* c. 58. *Beroal. Annot.* c. 22. *Hoſpin. Orig. feſt.* I. 14. *Laz. Comm. R. R.* X. 61. *Pigh. Ann.* I. p. 132. & libro *de illis* ſingulari *Panvinium* & *Taſſinum*. Hos reſtituit Auguſtus C. Furnio, C. Junio Silano Coſſ. ſive, ut monet Pigh. Ann. III. p. 519. anno ab U. C. 736. Cenſor. c. 17. Dio LIV. p. 533. C.

30. Compitalia festa Feſto & Macrob. Sat. I. 7. ſunt, *quæ in compitis peragebant.* Interpres vetus ad Perſ. IV. 27. *Compita ſunt loca in quadriviis, quaſi turres, ubi ſacrificia finita agricultura ruſtici celebrabant. Vel compita non ſolum ſunt in Urbe loca, ſed etiam viæ publicæ, ac diverticula aliquorum confinium, ubi ædiculæ conſecrantur patentes.* Illa inſtituit Servius Tullius. Plin. XXXVI. 27. *Tarquinio Priſco regnante tradunt repente in foco ejus apparuiſſe genitale e cinere maſculini ſexus, eamque, quæ inſederat ibi, Tanaquilis reginæ ancillam Ocriſiam captivam conſurrexiſſe gravidam. Ita Servium Tullium natum, qui regno ſucceſſit. Inde & in regia cubanti puero caput arſiſſe viſum, creditumque Laris familiaris filium. Ob id compitalia & ludos Laribus primum inſtituiſſe.* Quæ fuſius Dionyſ. IV. p. 219. *Laz. Comm. R. R.* X. 4. *Buleng. de magia* I. I. 29. *Manut. de veteri dierum ratione*, & ad hunc locum *Donatus*.

*31. Nocturnum i. *noctu* fieri ſolitum. Virg. Æn. VI. 252.

Tum Stygio regi nocturnas inchoat aras.

Ubi Lacerda. *Nocturnas, quia noctu ſacra diis ſtygiis fiebant.* Qua parte *noctis* peractum fuerit, docent ad Virgilium *Lacerda* & *Noriſ. Diſſ. in Cenot. Piſan.* III. 6. Tribus *noctibus* ludos ſeculares celebraverunt veteres. Auſon. Eidyl. XI. 34.

Trina Terentino celebrata trinoctia ludo.

Rationem, quæ illos impulerit, V. §. 29.

6 jore natu [32] propinquorum. Compitalitiis Lares [33] ornare [34] bis anno inſti-
7 tuit, vernis floribus [35], & æſtivis [36]. Proximum a diis immortalibus honorem memoriæ ducum præſtitit, qui imperium populi Romani ex minimo maximum [37]
8 reddidiſſent. Itaque & opera cujuſque manentibus titulis [38] reſtituit: & ſtatuas
9 omnium triumphali effigie [39] in utraque fori [40] ſui [41] porticu [42] dedicavit [43]. Profeſſus eſt edicto, *commentum id ſe, ut illorum velut ad exemplar, & ipſe dum viveret,*

32. MAJORE NATU, cujus præſentiam reveriti, a flagitiis nocturnis cohiberentur.

* 33. LARES habiti ſunt filii Mercurii & Laræ, ſive Larundæ. Hanc Mercurius deducendam ad inferos, quia Juturnæ cum Jove coitum Junoni indicaverat, in via forma puellæ illectus compreſſit, & ex ea geminos genuit Lares. Ovid. Faſt. II. 585--616. Fuerunt dii domeſtici. Hinc κατοικίδιοι θεοὶ dicuntur in gloſſis, & Priſcian. v. p. 645. & *Lares familiares*, quia domibus præerant. Plaut. Aul. prol. n. 2.

Ego Lar ſum familiaris.

Noſt. Cal. 5. 2.

34. ORNARE I. coronare. Apul. Met. III. p. 141. *In ipſo fere meditullio Epona dea ſimulacrum præſidens ædicula, quod accurate corollis roſeis & quidem*, ut legit Douz. Sched. ſuccid. Tib. p. 927. *recentibus fuerat ornatum.* Tib. II. I. 54.

Ut ornatos duceret ante Deos.

Feſtus: *Donatica corona dicta, quod his victores in ludis donabantur: quæ poſtea magnificentiæ cauſa inſtituta ſunt ſuper modum aptarum capitibus, quali amplitudine ſiunt, cum Lares ornantur.* Noſt. *Ner.* 46. 5. quem tamen de privato Larium cultu, non publico per compitalia interpretantur *Torrentius* & *Caſaubonus.* De publico & privato ſimul Plin. infr. §. 35.

35. FLORIBUS ornare Lares ſolebant veteres. Plin. XXI. 3. *Et jam tunc corona Deorum honos erant, & Larium publicorum privatorumque.* Plaut. Aul. II. 8. 15.

Nunc tuſculum emi, & haſce coronas floreas,
Hæ imponentur in foco noſtro Lari.

V. & *Onzel. in Minuc. p.* 16.

36. VERNIS ET ÆSTIVIS. Nam *ver* atque *æſtas* floribus coronariis generandis aptiſſimæ ſunt tempeſtates. Ideo στεφανωματικὰ ἄνθη in ἐαρινὰ & θερινὰ Theophraſtus & alii diſtinguunt. *Caſaubonus.* * Per *vernos* flores heliochryſon, hyacinthum, roſam & violam albam, per *æſtivos* eos, qui *vernis* ſuccedunt, cujuſmodi ſunt lychnis Jovis flos, amaracus, iris & quoddam genus lilii, Suetonium intelligere ſcribit *Stuck. Sacrif. p.* 119.

37. EX MINIMO MAXIMUM. Salluſt. B. C. c. 52. *Nolite exiſtimare, majores noſtros armis rempublicam ex parva magnam feciſſe.* Cicer. pro Cœl. c. 17. *Ex hoc genere illos fuiſſe arbitror, Camillos, Fabricios, Curios, omneſque eos, qui hæc ex minimis tanta fecerunt.*

38. MANENTIBUS TITULIS. Idem de Severo dicit Spartian. c. 23. *Magnum vero illud in vita ejus, quod Romæ omnes ædes publicas, quæ vitio temporum labebantur, inſtauravit, nuſquam prope ſuo nomine adſcripto, ſervatis tamen ubique titulis conditorum.* Ab utroque diverſus Domitianus 5. I.

39. TRIUMPHALI EFFIGIE I. in curribus poſitæ. Plin. XXXIV. 5. *Unde & noſtris currus in his qui triumphaviſſent.* Juvenal. Sat. VII. 125.

Hujus enim ſtat currus aheneus, alti
Quadrijuges in veſtibulis....

V. *Beroaldum.*

40. IN FORO antiquis temporibus infinita ſtatuarum multitudo ſpectabatur. V. infr. §. 43.

41. SUI FORI. Paterc. II. 39. 2. *D. Auguſtus præter Hiſpanas aliaſque gentes, quarum titulis forum ejus prænitet.* Gell. IX. 2. *Statuam Corvino iſti divus Auguſtus* in foro ſuo *ſtatuendam curavit.*

* 42. IN UTRAQUE PORTICU, nempe ſuperiore atque inferiore. Fororum aream claudebant *porticus.* Liv. I. 35. *Ab eodem rege*, Tarquinio Priſco, *circa forum privatis ædificanda ſunt loca diviſa, porticus, tabernæque factæ.* Plutarch. Galb. p. 1065. B. Τῶν μὲν οὖν πολλῶν δρόμος ἦν οὐ φυγῇ σκιδναμένων, ἀλλ' ἐπὶ τὰς στοὰς καὶ τὰ μετέωρα τῆς ἀγορᾶς, ὥσπερ θέαν καταλαμβανόντων. *Ibi multitudo diſcurrit, non fuga ſe diffundens, ſed porticus & edita fori, ſicut theatrum, occupans.* In *porticu* Auguſtææ altero latere omnes Latini reges a capite & principe Ænea fuerunt, in altero Romani reges aut duces clari a Romulo ipſo. Ovid. Faſt. Ovid. v. 563.

Hinc videt Ænean oneratum pondere ſacro;
Et tot Juleæ nobilitatis avos.
Hinc videt Iliadem humeris ducis arma ferentem.

V. *Figrell. de ſtat. c.* 5. *Tomaſin. de donar. c.* 4. *Lipſ. Admir.* III. 7. *Donat. de Urb. Rom.* II. 22.

43. DEDICANTUR ſtatuæ cum eriguntur, & honore, uſuque publico celebrari incipiunt. Inſr. 57. 4. Tit. 2. 6. Cal. 7. I. Nam *dedicare* eſt rem aliquam auſpicari, ſive rem utendam dare. Tertull. de monog. c. 4. *Ubi primum ſcelus, homicidium, in fratricidio dedicatum.* * Unde & *dedicari* dicuntur opera, quæ eriguntur, quibus uti incipimus, & quæ magnifica exhibentur ex iis, quorum gratia perfecta ſunt, ut in theatro dramata... & dona, quæ cum ornamenti & honoris, tum præcipue religionis cauſa diis dantur & conſecrantur. Pollio 30 Tyrann. c. 25. *Quum Tetricorum domum quum dedicaſſet, Aurelianum ipſum duo Tetrici dicuntur adhibuiſſe convivio.* Liv. I. 10. *Jupiter Feretri, templum hoc tibi dedico.* Noſt. *infr.* 60. 2: 43. 13. *Ner.* 12. 9: 31. 10. *Claud.* 21. 2. *Cal.* 32. 3. *Vit.* 13. 4. *Tit.* 2. 6. V. *Figrell. de ſtat. c.* 29.

* 44. Ex-

Digitized by Google

ret, *& inſequentium ætatum principes exigerentur* [44] *a civibus.* Pompejii quoque ſtatuam contra theatri [45] ejus regiam [46], marmoreo Jano [47] ſuppoſuit, tranſlatam e curia [48], in qua C. Cæſar fuerat occiſus.

* 44. Exigerentur i. examinarentur, probarentur. Liv. xxxiv. 31. *Nolite ad veſtras leges & inſtituta exigere, quæ Lacedæmone fiunt.* Plin. Epiſt. ix 26. 14. *Dummodo jam nunc deſtines diem, quo & de illis, & de his coram exigere poſſimus.* V. *ſupr.* Cæſ. 47. 1. §. 4.

45. Pompeji theatrum in regione fuit Urbis nona. *Victor*, *Rufus*. *Ejus veſtigia*, inquit Fulvius apud Nardin. Rom. Vet. iii. 3. *adhuc exſtant juxta campum, quem Floreum appellant, ubi nunc palatium dominorum Urſinorum, a cujus tergo erat theatri cavea verſus auroram.* Delineavit, cum perveniſſet Mitylenen, effigiem & figuram theatri, illo delectatus, ut Romæ ſimile excitaret grandius & excellentius. Plutarch. Pomp. p. 641. D. Ἡσθεὶς τῷ θεάτρῳ, περιεγράψατο τὸ εἶδος αὐτοῦ καὶ τὸν τύπον, ὡς ὅμοιον ἀπεργασόμενος τὸ ἐν Ῥώμῃ, μεῖζον δὲ καὶ σεμνότερον.

* 46. [Theatri regia non fuit domus Pompeji, quam habuit in Carinis. Noſt. Tib. 15. 1. ut ducibus Caſaubono & Marliano illam olim explicavimus, nec ædificium aliquod aliud a *theatro* diſtinctum atque ſeparatum. Illis & nobis impoſuerat Plutarchi interpres Græca ejus in Pomp. p. 640. D. Ὕστερον δὲ Ῥωμαίοις τοῦτο δὴ τὸ καλὸν καὶ περιβόητον ἀναστὰς θέατρον, ὥσπερ ἐφόλκιόν τι, παρετεκτήνατο λαμπροτέραν οἰκίαν ἐκείνης, hiſce vertens: *Poſt populo Romano eximium illud & celebratum theatrum exſtruxit, & juxta velut appendicem ædificavit domum priore ſplendidiorem.* Quæ vertenda fuiſſent, *velut appendicem...* omiſſo *juxta*, cum παρατεκτήνομαι idem ſit quod ſimplex τεκτήνομαι. Et *appendix* in ædificationem, non in locum cadat: nec ad contiguitatem loci, ſed ædificandi magnificentiam reſpiciat: ita ut Pompejus non contentus ingentes in theatri ædificationem expendiſſe ſumptus, eodem uſus magnificentiæ impetu, domum quoque in ſplendidiorem faciem mutaverit & ampliaverit, non juxta theatrum, verum eo, ubi ante fuerat, loco. Sed ipſum *theatrum*. *Aula* enim *regia* in *theatri* medio cum valvis & aperitionibus, per quas actores exibant in ſcenam, meminit Vitruv. v. 7. *Ipſa autem ſcena ſuas habent rationes explicatas: ita uti media valva ornatus habeant aulæ regiæ dextra ſiniſtra hoſpitalia.* Ad quem D. Barbarus. *Valvæ mediæ, quæ medio cuneo e quinque ſcena attributis reſpondent, ab ornamentis, & amplitudine, quam habent regiæ dicebantur.* Et *regiam theatri* de Marcelli theatro ſcribens vocat Aſcon. Cicer. p. 176. *In hujus domus atrio fuerunt quatuor columnæ marmoreæ, quæ nunc eſſe in regia theatri Marcelli dicuntur.* V. *Donat. de Urb. Rom.* iii. 8. *Nardin. Rom. Vet.* vi. 3. *Bellor. Veſt. Vet. Rom. Tab.* 15. ex quibus hæc excerpſimus.

47. Jano i. tranſitioni fornicatæ, & arcui portarum ſpecie ſpatioſo, per quem commode tranſire poſſent qui vellent. Omnium enim adituum ingreſſus & exitus *Jano* dicabantur, & omnes *perviæ tranſitiones Jani a Jane* dicebantur. Cicer. N. D. ii. 27. Ovid. Faſt. i. 257.

Cum tot ſint Jani, cur ſtas ſacratus in uno.

Noſt. *Domit.* 13. 6. V. quoque *Bonon. Theſ. Crit.* i. *p.* 691. *Scopp. Collect.* i. 2. *Nann. Miſc.* iv. 13. Eo tranſtulit Pompeji ſtatuam Auguſtus, quia illi magna hominum frequentia ſoliti ſunt celebrari, ut fora. Ammian. xxviii. *Potiores auctoritate longæva per Janos & fora clamitant ſæpe, Rempublicam ſtare non poſſe.* In *Jano* medio ſtetit L. Antonii ſtatua. Cicer. Phil. vi. 5. *Illa ſtatua palmaris, de qua, ſi meliora tempora eſſent, non poſſem ſine riſu dicere:* L. ANTONIO JANI MEDII PATRONO.

48. Transtulit e curia Pompeji ſtatuam Auguſtus, tum ut ejus memoriæ ſummum præſtaret honorem oculatiore in loco ejus collocans ſtatuam; tum ut eam inde liberaret, ubi perpetua foret ob cædem memoria Cæſaris, qui Pompejo cauſa exitii fuit. Statuas enim illorum, qui aut vita & moribus diſſidebant, aut inimicitias publicis, privatiſve de cauſis alebant, non ſimul ſtare voluerunt, ſed omni prope locorum commercio ſecluſerunt veteres. Senec. ad Marc. c. 22. *Decernebatur illi, Sejano, ſtatua in Pompeji theatro ponenda, quod exuſtum Cæſar reficiebat. Exclamavit Cordus, tunc vero theatrum perire. Quis ergo non rumperetur, ſupra cineres Cn. Pompeji conſtitui Sejanum, & monumentis maximi Imperatoris conſecrari perfidum militem?* V. & *Figrell. de ſtat. c.* 25.

CAPUT XXXII.

ARG. *Peſſimi exempli pleraque corrigit, graſſatores inhibet, ergaſtula recognoſcit, collegia diſſolvit, debitorum tabulas exurit, loca ambigui juris poſſeſſoribus adjudicat, reorum nomina abolet,* 30 *dies actui rerum accommodat, tribus quartam judicum decuriam addit, judices maturius ſolito adlegit, illoſque judicandi munus detrectantes in ordinem cogit Octavius Cæſar Auguſtus.*

1 Pleraque peſſimi exempli correxit, quæ in perniciem publicam, aut ex conſue-
tudine licentiaque bellorum civilium [*] duraverant [2], aut per pacem etiam ex-
2 ſtiterant [3]. Nam & graſſatorum [4] plurimi [5] palam ſe ferebant [6] ſuccincti ferro [7],
quaſi tuendi ſui cauſa: & rapti per agros viatores ſine diſcrimine, liberi, ſervique
ergaſtulis [8] poſſeſſorum [9] ſupprimebantur [10]: & plurimæ factiones [11] titulo [12] col-
3 legii novi, ad nullius non facinoris ſocietatem coibant [13]. Igitur graſſatores diſpo-
ſitis per opportuna loca ſtationibus [14], inhibuit; ergaſtula recognovit [15]; colle-
gia,

* Licentia bellorum civilium, de qua Cicer. Fam. xii. 18. *Bellorum civilium hi ſemper exitus ſunt, ut non ea ſolum fiant, quæ velit victor; ſed etiam, ut iis mos gerendus ſit, quibus adjutoribus ſit parta victoria.*

* 2. Duraverant i. manſerant. De hoc verbo plura Cal. 45. 4. §. 15.

3. Exstiterant i. emerſerant, exorta fuerant. Lucret. iii. 155.

Sudores itaque, & pallorem exiſtere toto
Corpore.

V. *Torrentium.*

4. Grassator quis, dixi ſupr. Cæſ. 72. 3. §. 7.

* 5. Plurimi. Appian. B. C. V. 746. Λῃστευομένης δὲ κατὰ συστάσεις τῆς τε Ῥώμης αὐτῆς, καὶ τῆς ἄλλης Ἰταλίας περιφανῶς, καὶ τῶν γιγνομένων ἁρπαγῇ μετὰ τόλμης ἢ λῃστείᾳ λανθανούσῃ μᾶλλον ἐοικότων. *Quum Urbs ipſa, cæteraque Italia* (ita emendandum putat Appianum Caſaubonus) *palam infeſtaretur latrociniis, tanta perditorum audacia, ut prædones potius quam occulti latrones videri poſſent.*

6. Ferebant i. oſtentabant & graſſabantur. Virg. Æn. ii. 779.

Captivo ſive ut ſe ferret in auro.

7. Ferrum non cuilibet paſſim pro lubitu portare licuit; ſed iis tantum, qui militari obſtricti jure jurando, & quibus poteſtas erat geſtandi gladium, quod *gladiatorium* exin dici putat *Laurent. Polym.* i. 5. apud Liv. xliv. 31. *Vix gladiatorio accepto decem talentis.* Quamvis longe aliter illud explicet *Turneb.* xxix. 7. Noſt. *Claud.* 36. 2.

8. Ergastulum ad carceris formam in villis locus fuit ſubterraneus, depreſſus, ſedibus & anguſtis feneſtris diſtinctus. In illo vincti ſervi detinebantur ad agrum colendum, ad molendum, ad lapidem cædendum, ad aquam hauriendam, & quidquid tale. Gracchorum ævo *ergaſtulorum* increbruit uſus. Romani enim devicta Italia ceperant jure belli haud parum ſuburbani & longinqui agri. Eum partim tenuioribus utendum exiguo tributo locavere. Hoc non placuit divitibus, qui paullatim egenos pellere, & ad ſe trahere cœperunt finitimos quiſque agros. Stolonis lege ſuppreſſa, non oppreſſa avaritia caput extulit altius, agroſque omnes pretio, fraude, vi, a pluribus traxit ad paucos. Hinc illa divitum latifundia, hinc inductio *ergaſtulorum.* Unde enim pauci illi tot agris colendis? *Plutarch. in Gracch. p.* 827. *Appian. B. C.* i. 354..... 366. Plurima de *ergaſtulis* Lipſ. Elect. ii. 15. Salmaſ. in Spartian. Adrian. c. 18.

9. Possessores ſunt domini *poſſeſſionum* i. rei ipſius, quæ *poſſidetur.* Feſtus: *Poſſeſſiones appellantur agri late patentes publici, privatique.* Noſt. *ſupr.* 13. 4. V. *Torrentium.*

10. Supprimebantur i. arrepti in vinculis habebantur, & ad opus faciendum concludebantur. Marcian. Digeſt. xlviii. 8. 3. §. 4. *Et qui naufragum ſuppreſſerit.* Eſt enim *ſupprimere* e medio tollere, ἀφανίζειν. Noſt. *Tib.* 8. 4. V. *Bud. Pand. p.* 229.

11. Factiones. V. illas ſupr. Cæſ. 11. 1. §. 10.

12. Titulo i. prætextu. Liv. xxvii. 54. *Quem titulum prætendentis prius adverſum Philippum, nunc adverſus Antiochum belli.* Ulp. Digeſt. xxiii. 2. 60. §. 4. *Quid ergo, ſi, cum velles ſe excuſare aliquo titulo, nec in promptu probationes haberet.*

13. Coire apud priſcos verbum criminoſum erat. Lege enim Cornelia conſtituta erat accuſatio adverſus eos, qui in accuſationes, condemnationeſque coierant. Macer. Digeſt. xlvii. 13. *Pœna legis Corneliæ teneri jubentur, qui in accuſationem innocentium coierint.* Cicer. pro dom. c. 18. *Collegia, quæ coeant de hominum locupletiſſimorum bonis* i. ad Pandect. p. 213. Budæo interprete, qui in abdito conſilia agitent de evertendis locupletum fortunis.

14. Stationibus i. militibus *ſtationariis*, quos V. Cæſ. 32. 1. §. 4. Moris vero fuit, ut certis locis milites *ſtationarii* collocarentur, qui latrocinia prohiberent, turbas ſedarent, factioſos & crimina patrata præſidi indicarent. Cod. ix. 2. 8. *Si quis ſe injuriam ab aliquo paſſum putaverit, non ad ſtationarios decurrat, ſed præſidalem adeat poteſtatem.* Noſt. *Tib.* 37. 2. *Panciroll. de Magiſtr. Municip. c.* 18. & *Burmann. de Vect. c.* 9. *Irenarchæ*, ut monet *Buleng. de imp.* vii. 22. fuerunt dicti. Euſeb. Hiſt. Eccl. iv. 14. Εἰρήναρχος Ἡρώδης ὀχήματι φερόμενος: *Irenarcha Herodes ſella vectus.* Strab. iv. p. 141. Προσέθηκε γὰρ ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ τῇ καταλύσει τῶν λῃστῶν τὴν κατασκευὴν τῶν ὁδῶν. *Nam Auguſtus Cæſar latronum excidio viarum ſtructuram adjecit.* V. & *Cujac. Obſerv.* xix. 15.

15. Ergastula recognovit i. miſit, qui per prædia ſingula inſpicerent *ergaſtula*, & in ſingulorum ſervorum conditionem inquirerent, quomodo eo perveniſſent. *Recognovit* autem per Tiberium infr. 8. 4. Colum. R. R. i. 8. *Ut ergaſtuli mancipia recognoſcant, ut explorent an diligenter vincta ſint, an ipſæ ſedes cuſtodiæ ſatis tutæ, munitæque ſint, num villicus aut alligaverit*

gia, præter antiqua & legitima [16] diſſolvit: tabulas [17] veterum ærarii debitorum [18],
vel præcipuam calumniandi [19] materiam exuſſit [20]. Loca in Urbe publica juris am- 4
bigui [21] poſſeſſoribus adjudicavit. Diuturnorum reorum [22], & ex quorum ſordi- 5
bus [23] nihil aliud quam voluptas inimicis quæreretur, nomina abolevit [24]: condi-
tione propoſita, ut, ſi quem quis repetere [25] vellet, par periculum pœnæ [26] ſubi-
ret. Ne quod autem maleficium negotiumve [27], impunitate, vel mora elabere- 6
tur,

ligaverit quempiam domino neſciente, aut revinxerit.

16. PRÆTER LEGITIMA. Hinc lectorum leges *de collegiis licitis & illicitis.* Specioſa ratio, quod non antiqua ea & *legitima* i. antiquioribus legibus approbata. Vera autem, quod plurimæ factiones titulo collegii novi ad nullius non facinoris, præſertim in principem, ſocietatem coituræ tandem metuerentur. V. *Boxhorn. infr.* 35. 4.

17. TABULAS DEBITORUM i. chirographa, quibus quis profitetur debitum V. *Caſ.* 42. 3. §. 12.

* 18. ÆRARII DEBITORES etiam qui pecuniam ab *ærario*, fiſcove mutuam ſumpſerint, poſſunt eſſe. Nam id quandoque fieri ſolitum, evincit locus Suetonii infr. c. 41. n. 3. *Franckenſtein de Ærar. pop. Rom. c.* 11.

19. CALUMNIANDI i. aliquem litibus vexandi. *Calumnia* lis improba. Sicul. Flacc. de cond. agr. p. 6. *Nec ei tantum intra cujus fines motus eſt, calumniam introducit.* Noſt. *Ner.* 32. 1.

20. EXUSSIT. Dio LIII. p. 497. B. Τά τε παλαιὰ συμβόλαια τῶν τῷ κοινῷ τι ὀφειλόντων ἔκαυσε. *Syngraphas antiquas eorum, qui reipublica aliquid deberent, cremavit.* Auguſti exemplum imitati & alii. Auſon. 11. Paneg. ad Gratianum p. 51. *Tu argumenta omnia flagitandi publicitus ardere juſſiſti. Videre in ſuis quæque foris omnes civitates conflagrationem ſalubris incendii. Ardebant ſtirpes fraudum veterum, ardebant ſeminaria futurarum.* V. & *Caſaubonum*, & *Laz. Comm. R. R.* 11. 13.

21. PUBLICA JURIS AMBIGUI. i. de quibus *ambigebatur*, an privatorum, qui illa poſſidebant, eſſent: an vero *publica*, qualia eſſe dicebantur magis quam probabantur. Et ita Domitianus *infr.* 9. 9. Ad hoc genus controverſiarum inſtituti ſunt poſtea, quos *curatores locorum publicorum judicandorum* nominabant. Lapidem adfert *Caſaubonus.*

22. DIUTURNI REI dicuntur, quorum nomen ſera abolitione ex *reorum* deletur albo. *Reatus*, quo pendere dicitur *reus*, toto illo tempore, ex quo inter *reos* receptus eſt, uſque dum morte vel alia ratione eximatur, dicitur. Noſt. *Domit.* 9. 6. V. & *Pellet. For. Rom.* IV. 6.

23. SORDIBUS i. habitu *ſordidato.* Miſerabilis enim erat rei cauſam dicentis facies, habituſque corporis totus, ſquallor vultus, promiſſio barbæ & capillorum, veſtitus *ſordidatus.* Noſt. *Vit.* 8. 1. Habitus hujuſmodi reorum *reatus* dicebatur. Mart. 11. 22. 1.

Si det iniqua tibi triſtem fortuna reatum,
Squallidus harebo, pallidiorque reo.

V. *Pellet. For. Rom.* 11. 13. *Bud. in. Pandect. p.* 212. * Morem hunc a Judæis ductum ad Ægyptios, ab Ægyptiis ad Græcos, & a Græcis ad Romanos tranſiiſſe multis docet *Bourdelot. in Heliod. p.* 21.

24. NOMINA ABOLEVIT i. tabulam pendulam, ubi reorum erat elenchus, refixit. *Nomina* enim illorum, qui reis annumerabantur in tabulam, quæ publice in ærario ſuſpendebatur, donec *abolitio* fieret. Noſt. Ner. 17. 3. Unde in illa pendere dicebantur. Cicer. pro Cluent. c. 31. *Hærebant in tabulis publicis reus & accuſator.* Noſt. Domit. 9. 6. Et hoc erat referre in reos. Cicer. Verr. V. 42. *Abſentem in reos retulerit:* & recipere nomen rei. Cicer. Verr. II. 38. *Si quis abſentem Sthenium rei capitalis reum facere vellet, ſeſe ejus nomen recepturum.* & Senec. *Claud.* 29. 5. §. 21. Quæ tabula cum refigitur, dicitur reus *e reorum numero eripi.* Cicer. Verr. IV. 19. *Condemnare Diodorum non audet, abſentem de reis eximit.* Noſt. *infr.* 56. 13. V. *Pellet. F. R.* IV. 7. * *Abolere* proprie eſt rem omnem tollere, ita ut ne ejus odor relinquatur. Plin. XXVIII. 9. *Crebro poſtea coquitur, donec odor omnis aboleatur.*

25. REPETERE i. iterum in judicium trahere. Poterant vero *repeti* rei intra dies 30. Paull. Digeſt. XLVIII. 2. 3. §. 4. *Si accuſator deceſſerit, aliave qua cauſa impedierit, quo minus accuſare poſſit, & ſi quid ſimile, nomen rei aboletur poſtulante reo, idque & lege Julia de vi, & Senatusconſulto cautum eſt: ita ut liceat alii ex integro repetere reum. Sed intra quod tempus videbimus: & utique triginta dies utiles obſervandi ſunt.* Noſt. *Domit.* 9. 6: 8. 13.

26. PAR PERICULUM POENÆ i. ſupplicii ſimilitudo, ſive talio, quæ calumniantium fuit pœna. Cod. IX. 46. 10. *Quiſquis crimen intendit, non impunitam fore noverit licentiam mentiendi: cum calumniantes ad vindictam poſcat ſimilitudo ſupplicii.*

27. MALEFICIUM NEGOTIUMVE. His duabus dictionibus actionum diviſionem potiſſimam comprehendit noſter. Dividuntur enim illæ aut in perſonam. Juſtinian. Inſt. IV. 6. 2. *Omnium actionum, quibus inter aliquos apud judices arbitroſve de quacunque re quæritur, ſumma diviſio in duo genera diducitur: aut enim in rem ſunt, aut in perſonam. Namque agit unuſquiſque aut cum eo, qui ei obligatus eſt, vel ex contractu, vel ex maleficio: quo caſu prodita ſunt actiones in perſonam, per quas intendit adverſarium ei dare, aut facere oportere, & aliis quibuſdam modis: aut cum eo agit, qui nullo jure illi obligatus eſt, movet tamen illi de aliqua re controverſiam, quo caſu prodita ſunt actiones in rem.* V. *Donatum.*

28. Ho-

tur, triginta amplius dies, qui honorariis ludis [28] occupabantur, actui rerum [29]
7 accommodavit [30]. Ad tres judicum decurias [31] quartam addidit ex inferiore cen-
ſu [32], quæ ducenariorum [33] vocaretur, judicaretque de levioribus ſummis. Ju-
8 dices a triceſimo [34] ætatis anno allegit, id eſt, quinquennio maturius quam ſole-
9 bant. At pleriſque judicandi munus [35] detrectantibus, vix conceſſit ut ſingulis de-
curiis per vices [36] annua vacatio eſſet: & ut ſolitæ agi Novembri ac Decembri
menſe res [37] omitterentur.

28. HONORARII LUDI Feſto ſunt, *quos & liberalia dicebant.* Illos hoc loco interpretatur Torrentius, *honoris*, ſeu dicis cauſa ſic dictos, non quod ludi vere ederentur. Caſaubonus, qui ad *honorem* edentium pertinerent. *Hoc genus editionis tranſiiſſe ab honoribus mortuorum ad honores viventium, quæſturas & magiſtratus, & flaminia & ſacerdotia* teſtatur Tertull. de Spect. c. 12. Verum Siccama ad Faſt. Kal. Rom. c. 1. *ludos* faſtis notatos ſine ullius dei, deæ, hominiſve, in cujus *honorem* fierent, notatione, quales in Faſtis menſe Aprili, Julio, Septembri, Octobri, Novembri multi cernuntur. Qui & addit, non dicis cauſa, ſeu otioſos fuiſſe, ſed vere ludos actos, dictos *honorarios honoris*, ſeu lætitiæ publicæ cauſa; cum ſi acti non fuiſſent, Principis interdicto non fuiſſet opus.

29. ACTUI RERUM i. diebus ſeſſionum, ut loquuntur pragmatici, cum litium, cauſarumque cognitiones expediuntur. Plin. Epiſt. IX. 25. 3. *Nunc me rerum actus modice, ſed tamen diſtringit.* Non enim hæc phraſis auctori noſtro eſt peculiaris, ut, ſed perperam, putat *Pollet. For. Rom.* I. 8. Qui eadem utitur infr. *Claud.* 15. 2: 23. 2. *Ner.* 17. 3. Talem Suidas notat ἀγόραιον dici, & Lucas Act. 19. 38. ἀγόραιοι ἄγονται ſc. ἡμέραι. Gloſſarium vetus: *cum res agitatur:* ὅτι ἡ ἀγόραιός ἐστι. *Chiment. biſell. c.* 32. *Caſaub. in Theoph. Char. p.* 201. Etiam ἀπράκτους & utiles fuiſſe dictos docet *Cujac. Obſerv.* 11. 18. Eoſdem *negotioſos* vocat Tacit. Ann. XIII. 41. 7. & *judiciarios* Capitol. Ant. Phil. c. 10. *Res* ſunt lites, cauſæ. Auſonius *Caſ.* 72. 2. §. 6. Illæ dicuntur *agi*, cum judicia celebrantur. Plin. Epiſt. IV. 29. 1. *Ea tu, cum proxime res agentur, quoquo modo ad judicandum veni.* Noſt. *Claud.* 15. 2.

30. ACCOMMODAVIT i. ludis detractos adjecit diebus faſtis, ita ut antea nefaſti, & ludis honorariis addicti, nunc impenderentur rebus agendis. Hæc, Academiæ Trajectinæ columen jure qui cluet, *Grævius.*

* 31. TRES JUDICUM DECURIÆ ante Cæſaris fuerunt dictaturam. V. *Aſconium* §. 32. Cæſar *tertiam* ſuſtulit *ſupr.* 41. 5. Antonius III. vir reſtituit e centurionibus, hoc eſt, ſanxit, ut cum equitibus & ſenatoribus centuriones judicarent. Cicer. Phil. 1. 8. *Ea lege, quæ promulgata eſt de tertia decuria judicum, nonne omnes judiciariæ leges Cæſaris diſſolvuntur? At quæ eſt iſta tertia decuria? Centurionum, inquit.*

32. EX INFERIORE CENSU, cui opponit *judices ex ampliſſimo cenſu* Aſcon. in Cicer. p. 167. *Pompejus in conſulatu ſecundo promulgavit, ut ampliſſimo ex cenſu, ex centuriis aliter quam antea, lecti judices, æque tamen ex illis tribus ordinibus res judicarent. Cenſus* enim in judice legendo ſpectabatur. Cicer. Phil. 1. 8. *In judice ſpectari debet fortuna & dignitas.* Liv. XXXIV. 51. *A cenſu maxime ſenatum & judices legit.* Plin. Proœm. XIV. *Poſteris laxitas mundi, & rerum amplitudo damno fuit, poſtquam ſenator cenſu legi cœptus, judex fieri cenſu.* Plura *Sigon. de jur. Civ.* II. 18.

33. DUCENARII judices erant, qui *ducenta* ſeſtertia in cenſu habebant, i. cenſum equeſtrem dimidiatum, quinque millium coronatorum, cum ſolidus cenſus eſſet quadringentorum i. decem millium aureorum. *Bud. de aſſe* III. *p.* 275. *in Pand. p.* 298. *Pollet. F. R.* III. 9. *Turneb. Adv.* XXIX. 16.

34. TRICESIMO, huic tamen muneri, ut pleriſque aliis, fuiſſe finitum annum *vigeſimum quintum* ſibi perſuadet, & *a vigeſimo* legendum contendit *Caſaubonus* ex Digeſt. L. 4. 8. ubi leguntur hæc Ulpiani: *Rempublicam adminiſtrandam ante vigeſimum quintum annum, vel ad munera, quæ non patrimonii ſunt, vel honores admitti minores non oportet.*

35. JUDICANDI MUNUS qui detrectabant, inviti judicare cogebantur. Ulpian. Digeſt. L. 5. 13. §. 2. *Qui non habet excuſationem, etiam invitus judicare cogitur.*

36. SINGULIS PER VICES..... i. quarto quoque anno, cum quatuor eſſent decuriæ, ſingulis vacatio concederetur. V. *Laz. Comm. R. R.* III. 9. *Pollet. For. Rom.* III. 9.

37. SOLITÆ AGI RES.... i. rerum actus, qui certis diebus menſe Novembri & Decembri celebrari ſolebat, omitteretur, eſſentque omnes eorum menſium dies nefaſti, nulli ἀγόραιοι. Duplicem enim vacationem concedere videtur, alteram annuam, qua gauderent ſingulæ decuriæ alternatim i. quarto quoque anno: alteram bimeſtrem, qua gauderent ſimul omnes decuriæ ſingulis annis. Poſteriore nihil fere concedebat, duobus enim illis menſibus pauciſſimi dies rebus agendis erant addicti, ſed omnes ferme feriati, ut patet ex Kalendario veteri, Aſconio, aliis. December præcipue voluptatibus deputatus fuit. Senec. Epiſt. 18. *December eſt menſis, cum maxime civitas deſudat. Jus luxuriæ publica datum eſt: ingenti apparatu ſonant omnia: tanquam quidquam inter Saturnalia interſit, & dies rerum agendarum.* Noſt. 71. 4. quem V. quoque *Claud.* 23. 1. V. *Caſaubonum* & *Babelonium.*

Digitized by Google

CAPUT XXXIII.

ARG. *Jus dicit, aſſidue, diligenter, leniter, & litigatorum urbanorum prætori urbano, provincialium appellationes conſularibus viris delegat Octavius Cæſar Auguſtus.*

Ipſe jus dixit aſſidue, & in noctem [1] nonnunquam: ſi parum corpore valeret, 1
lectica pro tribunali [2] collocata [3], vel etiam domi cubans. Dixit autem jus 2
non diligentia modo ſumma, ſed & lenitate [4]: ſiquidem manifeſti parricidii reum,
ne culeo [5] inſueretur, quod non niſi confeſſi [6] afficiebantur hac pœna, ita fertur
interrogaſſe [7]: *Certe patrem tuum non occidiſti* [8]? Et cum de falſo teſtamento agere- 3
tur, omneſque ſignatores [9] lege Cornelia [10] tenerentur, non tantum duas tabellas,

In noctem in cauſa Baſſi, *atque etiam nocte, illatis lucernis jus dixit Theophanes.* Plin. Epiſt. iv. 9. imo ipſe Imperator M. Antoninus. Xiphil. ex Dion. lxxi. p. 804. B. Καὶ κατὰ τοῦτο ἕνδεκα πολλάκις, καὶ δώδεκα ἡμέρας τὴν αὐτὴν δίκην, καίπερ νυκτὸς ἔσθ' ὅτε, δικάζων ἔκρινε. *Et de eadem cauſa dies undecim & ſæpe duodecim, aliquando etiam noctu cognovit.* Similem aſſiduitatem requirit a judicibus Imperator Juſtin. nov. 82. Καθήσονται οἱ διαιτηταὶ δικασταί, ἐπὶ τῆς βασιλείου στοᾶς, ἐν οἷς καὶ νῦν οἰκίσκοις δικάζουσιν ὄρθριοί τε ἰόντες καὶ ἐς δείλην ὀψίαν. *Sedebunt hi pedanei judices continue in regia baſilica, in quibus & nunc domunculis judicant matutino mox, & tempore veſpertino ſub occaſum ſolis.*

2. Pro tribunali jura reddere moris olim erat. Tacit. Ann. i. 75. 1. *Nec patrum cognitionibus ſatiatus, judiciis aſſidebat in cornu tribunalis, ne prætorem curuli depelleret.* Noſt. *Tib.* 33. 2. *Vitel.* 9. 4. V. quoque *Chiment. de Hon. biſel. c.* 15. *Buleng. de imp.* iii. 4. *Perizon. de prætorio Diſſ.* ii. 28.

3. Collocata quia dicitur lectica pro tribunali, hoc fixum fuiſſe, cujuſmodi fuit tribunal Aurelium in gradibus Aureliis ab Aurelio Cotta prætore poſitum, ſe adduci dicit *Pollet. For. Rom.* i. 6.

4. Lenitate i. omni cautione adhibita. Virtus eſt, quam a fratre Quinto Tullius requirit *ſupr.* 3. 5. §. 15. *Lenitatis* exemplum ſimile adfert in cognitione, qua T. Ario adfuit Auguſtus, de filio Arii inſtituenda, Senec. de Clem. i. 15. *Dixit relegandum, quo patri videretur. Non culeum, non ſerpentes, non carcerem decrevit: memor, non de quo cenſeret, ſed cui in conſilio eſſet. Molliſſimo genere pœnæ contentum eſſe debere patrem dixit in filio adoleſcentulo.*

5. Culeo insui *ſupplicium fuit parricidarum*, ut Cicer. pro Roſc. c. 11. Unde Modeſt. Digeſt. xlviii. 9. 9. *Pœna parricidii more majorum hæc inſtituta eſt, ut parricida virgis ſanguineis verberatus, deinde culeo inſuatur cum cane, gallo gallinaceo, & vipera, & ſimia, deinde in mare profundum culeus jactetur, ſi regionis qualitas tulerit, vel in amnem projiciatur: ut omni elementorum uſu vivus carere incipiat, & ei cœlum ſuperſtiti, terra mortuo auferatur:* ut in renovata parricidarum pœna addit *Conſtantin. Cod.* ix. 17. Et de ſupplicio Neronis Juven. viii. 213.

Cujus ſupplicio non debuit una parari
Simia, nec ſerpens unus, nec culeus unus.

Noſt. *Ner.* 46. 5. De hujus ſupplicii origine V. *Valerium Maximum ſupr.* 31. 1. §. 8. & de illo differentes *Ritterſ.* l. l. xii. *tab. claſſ.* 2. c. 11. *Bud. in Pandect. p.* 230. *Mag. Miſc.* iv. 8. *Ner. Anal.* i. 39.

6. Non nisi confessi.... Capitol. in Anton. Pio. c. 8. *Uſque adeo ſub eo nullus percuſſus eſt ſenator, ut etiam parricida confeſſus in inſula deſerta poneretur, quia vivere illi naturæ legibus non licebat.*

7. Interrogatio rei judiciorum criminalium pars erat non minima: unde & totum judicium *interrogatio* dicitur, & *legibus interrogare* eſt accuſare. Reo ſalutis viam hac ſua *interrogatione* tacite aperit Auguſtus. Simile eſt, quod narrat Liv. viii. 21. *Cujus* Privernatium legati *cum feroci reſponſo infeſtiores factos videret conſul eos, qui ante Privernatium cauſam impugnabant: ut ipſe benigna interrogatione mitius reſponſum eliceret....* Et ita *Cincius Severus, qui Thiſtri ipſe dedit remedium, quomodo reſponderent Chriſtiani, ut dimitti poſſent.* Tertullian. ad Scapul. c. 4. *Caſaubonus* & *Briſſon. de Form.* v. *p.* 475.

8. Certe patrem tuum.... eandem vim habet, ac ſi ita eſſet concepta interrogatio: *nonne verum eſt, te patrem tuum non occidiſſe.* At legitima formula ita potius erat concipienda: *parricidium, quod objicitur tibi, feciſti?* Caſaubonus. *Benigna potius interrogatione abnutivum reſponſum elicere voluit; ne convictus, non tamen confeſſus pœnam parricidii ſuſtineret. *Delrio Diſq. Magic. Append.* v. 1.

9. Signatores erant teſtes, per quos teſtamentum obſignabatur. Teſtator teſtamentum vel ipſe ſcribebat, vel amico fido ſcribendum dabat; deinde vocabat teſtes ſeptem, illoſque ſubſcribere jubebat. Val. Max. vii. 7. 2. *Cum in eo Tullianus Pompeii Magni familiaris, ipſo quidem Pompeio ſignatore, heres ſcriptus eſſet.* Noſt. *Ner.* 17. 2. Hujuſmodi teſtamentum dicebatur *ſignatum*, & de illo multa *JCti*, & ad hunc locum *Donatus.*

10. Cornelia, a *Cornelio* Sylla dictatore lata. Paull. Digeſt. xlviii. 10. 2. *Qui teſtamentum amoverit, celaverit, eripuerit, deleverit, interleverit, ſubjecerit, reſignaverit, quive teſtamentum falſum ſcripſerit, ſignaverit, recitaverit dolo malo, cujusve dolo malo id factum erit, legis Corneliæ pœna damnatur.* Juſtin. Inſtit. iv. 18. 8. *Item lex Cornelia de falſis, quæ*

las [11], damnatoriam, & abſolutoriam, ſimul cognoſcentibus [12] dedit, ſed tertiam quoque, qua ignoſceretur [13] iis, quos fraude ad ſignandum, vel errore inductos
4 conſtitiſſet. Appellationes [14] quotannis urbanorum quidem litigatorum prætori delegavit [15] urbano: at provincialium [16] conſularibus [17] viris, quos ſingulos cujuſque provinciæ negotiis præpoſuiſſet.

etiam teſtamentaria vocatur, pœnam irrogat ei, qui teſtamentum, vel aliud inſtrumentum falſum ſcripſerit, ſignaverit, ſubjecerit. Ejuſque legis pœna in ſervos ultimum ſupplicium eſt, in liberos vero deportatio.

11. DUÆ TABELLÆ dabantur olim a prætore judicibus, in quibus ſententiam ſuam ſcriberent: altera reum abſolvebant, & abſolutionis literam *A* inſculptam habebat, altera reum condemnabant, & condemnationis literam *C* inſculptam habebat. Sic Græci τήν τε σώζουσαν ψῆφον καὶ τὴν ἀναιρῦσαν εἰλάμβανον. V. *Aſcon. in Cicer. p.* 76. *Bud. Pand. p.* 227. *Pollet. For. Rom.* V. 8. *Sigon. de judic.* II. 22.

12. COGNOSCENTIBUS i. de cauſis judicantibus. V. *Claud.* 15. 2.

13. IGNOSCITUR reis convictis & confeſſis, ut abſolvuntur inſontes. Aliud enim eſt abſolvere, aliud *ignoſcere*. Ideoque abſolutoriæ adjecta eſt remiſſoria tabella, quam & *ignotoriam* dici poſſe putat *Beroaldus*. Hujus nota non potuit fuiſſe ulla ex præcedentibus §. 12. ſed fuerit fortaſſe *I* id eſt ignoſco. *Hugo de prim. ſcrib. orig. c.* 22. ſuppreſſa eſt mentio ampliatoriæ, cujus ſignum erat *N. L.* i. non liquet. V. *Polletum*.

14. APPELLATIONES, ſive provocationes ad populum in criminalibus etiam ſtante republica frequentes fuerunt. Cæſ. 12. §. 13. in civilibus occupata a Cæſaribus republica fiebant ad ipſum principem. Ejus exemplum nobile habemus in ſacris Actor. 25. 10. 11. A principe jus *appellandi* non erat. Ulpian. Digeſt. XLIX. 2. 1. *Et quidem ſtultum eſt, illud admonere, a principe appellare fas non eſſe: cum ipſe ſit qui provocatur.* Caligula vero *magiſtratibus liberam jurisdictionem, & ſine ſui provocatione conceſſit.* Noſt. *Cal.* 16. 4. Sed id non diu obtinuit; nam & ad ſenatum, & ad principem paſſim *appellabatur*. Cum vero ad principem *appellantibus* certa, ſi ſuccumberent, propoſita eſſet pœna, *ſtatuit* Nero, *ut qui a privatis judicibus ad ſenatum provocaviſſent, ejuſdem pecuniæ periculum facerent, cujus ii, qui imperatorem appellavere.* Tacit. Ann. XIV. 28. Noſt. Ner. 17. 3. *A ſenatu appellari non poſſe principem, oratione D. Hadriani effectum eſt.* Ulpian. Digeſt. XLIX. 2. 2. Videſis & *Torrentium*: *Guther. de Off. dom. Aug.* 1. 23. *Buleng. de imp.* V. 32. *Pollet. For. Rom.* V. 17.

15. DELEGAVIT cauſas civiles Romæ ad prætorem, in provinciis ad conſulares, ut firmandæ dominationi, & poteſtatis tribunitiæ jure graviorum rerum appellationes ſibi ſervaret Auguſtus, & quidem ex Mæcenatis conſilio apud Dion. LII. p. 487. C. Δικαζέτω καὶ αὐτὸς ἰδίᾳ τά τε ἐφέσιμα, καὶ τὰ ἀναπόμπιμα, ὅσα ἂν παρά τε τῶν μειζόνων ἀρχόντων, καὶ παρὰ τῶν ἐπιτρόπων, τοῦ τε πολιάρχου, καὶ τοῦ ὑποτιμητοῦ, καὶ τῶν ἐπάρχων, τοῦ τε τὸν σῖτον ἐπισκοποῦντος, καὶ τοῦ νυκτοφυλακοῦντος ἀφικνῆται. *Ipſe autem ſeorſim cognoſces de appellationibus, quotquot a magiſtratibus majoribus, & a procuratoribus, præfecto Urbis* (& ita ex hoc loco apud noſtrum legendum cenſent Lipſ. in Tacit. p. 168. & ad hunc locum Caſaubonus) *ſubcenſore, præfectis annonæ, & vigilum ad te fiant.*

16. PROVINCIALIUM nomine intelligimus omnes præter Italicos. Inde Plin. Epiſt. IX. 23. *Italicus es, an provincialis?* Noſt. *Veſp.* 9. 3. V. & *Beroaldum*.

17. CONSULARES hoſce perpetuo in Urbe provinciarum quemque ſua curaſſe, ut hodie Cardinales regnorum monet *Laz. Comm. R. R.* II. 1. 7.

CAPUT XXXIV.

ARG. *Leges retractat, & quaſdam ex integro ſancit Octavius Cæſar Auguſtus.*

1 Leges retractavit [1], & quaſdam ex integro ſanxit [2], ut ſumptuariam, de adulte-
2 riis & de pudicitia [3], de ambitu [4], de maritandis ordinibus [1]. Hanc cum aliquanto

RETRACTAVIT i. abolitas, aut neglectas iterum tractavit. Plin. Epiſt. VII. 6. *Præceptum eſt Serviano, ut vocaret finitam cauſam retractanti, ſi quid novi afferret.* Inde *retractare carmen* eſt iterum tractando emendare. infr. Grammat. 2. 2.

2. SANXIT i. conſtituit, confirmavit. Serv. Æn. XII. 200. *Sancire proprie eſt ſanctum aliquid, id eſt, conſecratum facere fuſo ſanguine hoſtiæ: & dictum ſanctum quaſi ſanguine conſecratum.* Noſt. ſæpius. De re ipſa Tacit. Ann. III. 28. 3. *Sexto demum conſulatu Cæſar Auguſtus, potentiæ ſecurus, quæ triumviratu juſſerat, abolevit, deditque jura, queis pace & principe uteremur.*

3. DE ADULTERIIS ET DE PUDICITIA eadem fuit lex. *De pudicitia* vero additum, quod & *impudici* lege Julia puniebantur. Juſtin. Inſtit. IV. 18. 5. *Lex Julia de adulteriis coercendis, quæ non ſolum temeratores alienarum nuptiarum gladio punit, ſed & eos, qui cum maſculis nefandam libidinem exercere audent.* V. *Torrentium.* Quinam *pudici*, dixi *Cæſ.* 2. 1. §. 12. Ad hanc provocavit, quiſquis fuerit, qui cum Julia Auguſti filia adulterium commiſiſſe cum diceretur, & manibus

quanto quam cæteras ſeverius emendaſſet, præ tumultu recuſantium perferre non potuit [6]: niſi adempta demum lenitave parte pœnarum [7]: & vacatione triennii [8] data, auctiſque præmiis [9]. Sic quoque abolitionem [10] ejus publico ſpectaculo [11] 3
pertinaciter poſtulante equite [12], accitos Germanici [11] liberos, receptoſque partim

nibus ab Auguſto pulſaretur, exclamavit enim, legem tuliſti o Cæſar. Plutarch. Apoph. Aug. 8. *Γράψας τὸν περὶ τῶν μοιχῶν νόμον, ἐν ᾧ διώρισται πῶς δεῖ κρίνεσθαι τοὺς ἐν αἰτίαις γινομένους, καὶ πῶς δεῖ κολάζεσθαι τοὺς ἁλόντας, εἶτα προσπεσὼν ὑπ' ὀργῆς τῷ ἐπὶ Ἰουλίᾳ τῇ θυγατρὶ διαβεβλημένῳ νεανίσκῳ ἔτυπτε ταῖς χερσίν· ἐκείνου δ' ἀναβοῶντος, νόμον ἔθηκας ὦ Καῖσαρ....*

4. DE AMBITU, inquit Modeſt. Digeſt. XLVII. 14. *in Urbe hodie ceſſat lex: quia ad curam principis magiſtratuum creatio pertinet: non ad populi favorem. Quod ſi in municipio contra hanc legem magiſtratum, aut ſacerdotium quis petierit: per ſenatuſconſultum centum aureis cum infamia punitur.* De *ambitu* leges qui tulerunt, denarrat *Sigon. de judic.* II. 30. V. quoque *Auguſtin. de LL. ad Juliam ambitus.*

5. DE MARITANDIS ORDINIBUS lex Julia quoque dicitur Ulpian. Digeſt. XXXVIII. II. 1. *Lex Julia de maritandis ordinibus retinet iſtam in matrimonio.* Horatio *lex marita* vocatur carm. ſecul. n. 20.

Diva producas ſobolem, patrumque
Proſperes decreta ſuper jugandis
Feminis, proliſque nova feraci
Lege marita.

Hanc prior tulit Q. Metellus Numidicus cenſor anno ab. U. C. 651. Liv. Epit. 59. *Q. Metellus cenſor cenſuit, ut omnes cogerentur ducere uxores liberorum creandorum cauſa. Exſtat oratio ejus, quam Auguſtus Cæſar, cum de maritandis ordinibus ageret, velut in hæc tempora ſcriptam in ſenatu recitavit.* Orationis iſtius fragmentum legere eſt apud Gell. I. 6. & meminit noſt. 89. 6. Imo & illa antiquioris mentio fit apud Dionyſium, trecentorum Fabiorum ad Cremeram cæſorum hiſtoriam narrantem IX. p. 580. *Ὁ ἀρχαῖος αὐτῶν νόμος γαμεῖν τε ἠνάγκαζε τοὺς ἐν ἡλικίᾳ, καὶ τὰ γινόμενα ἅπαντα ἐπάναγκες τρέφειν. Priſca illorum lex cogebat illos, qui per ætatem poſſent, uxores ducere, & omnes liberos ſuſceptos educare.* V. *Torrentium. Auguſtin. de LL. ad Juliam de marit. ordin.*

6. PERFERRE NON POTUIT legem hanc Auguſtus ab anno 734, quo præfecturam morum ſuſcepit, ad annum uſque 761, in quem M. Papii Mutili, & Q. Poppæi Secundi conſulatus incidit. Tunc enim lex Papia Poppæa finem impoſuit, eadem quidem, ſi materiam ſpectes, quæ lex Julia de maritandis ordinibus, ſed tempore diverſa. Quod ita eſſe ex Tacito convincitur. Is enim Ann. III. 25. I. *Relatum deinde de moderanda Papia Poppea, quam ſenior Auguſtus poſt Julias rogationes incitandis cœlibum pœnis, & augendo ærario ſanxerat.* V. *Torrentium. & Lipſ. in Tacit. Ann.* III. *Excurſ. C.*

7. POENA cœlibum vocabatur *uxorium.* Feſtus: *Uxorium pependiſſe dicitur, qui quod uxorem non habuerit, æs populo dedit.* Quod primi ab illis exegiſſe videntur M. Furius Camillus & M. Poſtumius cenſores anno ab U. C. 350. Certe illos exegiſſe dicunt *Val. Max.* II. 9. I. & *Plutarch. in Camil. p.* 129. *E.* Has intendit & auxit Auguſtus. Dio LVI. p. 576. D. *Ἐγὼ δὲ ἐπηύξησα μὲν τὰ ἐπιτίμια τοῖς ἀπειθοῦσι, ἵνα φόβῳ τοῦ κινδύνου αὐτοῖς σωφρονίζησθε. Ego autem multam non obedientibus adauxi, ut ejus metu in officio contineremini.* Illarum prima & maxima fuit, ut cœlibes ex teſtamentis nihil caperent, niſi e proxime junctorum: orbi non niſi dimidium. Sozomen. Hiſt. Eccl. I. 9. *Νόμος ἦν Ῥωμαίοις παλαιὸς, ἀπὸ εἴκοσι καὶ πέντε ἐτῶν τῶν ἴσων ἀξιοῦσθαι κωλύων τοὺς ἀγάμους τοῖς μὴ τοιούτοις περὶ ἄλλα τε πολλὰ, καὶ τὸ μηδὲν κερδαίνειν ἐκ διαθήκης τοὺς μὴ γένει ἐγγυτάτω προσήκοντας· τοὺς δὲ ἀπαῖδας ζημιοῦν τὸ ἥμισυ τῶν καταλελειμμένων. Vetus erat Romanis lex, quæ vetuit cœlibes, ſi annum ætatis quintum & vigeſimum præteriiſſent, paribus cum his qui nuptias contraxiſſent, privilegiis frui, & præter alia multa nihil commodi, niſi proxime junctorum teſtamento capere.* De hac vero plura *Lipſ. in Tacit. Annal.* III. *Excurſ. C.* & *Baud. in Plinii Paneg.* 26. 5.

8. VACATIONE triennii I. a conjugio immunitate a morte conjugis. Dio LVI. p. 577. A. *Καὶ δὴ ἐς ταῦτα μέν τοι κατήπειξα ὑμᾶς, ἀλλὰ τὸ μὲν πρῶτον τρία ἔτη ὅλα πρὸς παρασκευὴν ὑμῶν ἔδωκα, τὸ δὲ δεύτερον δύο. Nec ad iſta feſtinanter impuli vos, ſed primum tres integros annos ad apparatum rei conceſſi, deinde binos.* Ulpian. tit. 14. *Feminis lex Julia a morte viri anni tribuit vacationem: a divortio ſex menſium. Lex autem Papia a morte viri triennii* (ita cum Cujacio legit *Caſaubonus*, non *biennii*) *a repudio anni & ſex menſium.* V. & *Lipſ. in Tacit. Annal.* III. *Excurſ. C.*

9. PRAEMIIS atque *invitamentis ad prolem populi frequentandam uſus fuit, poſtquam ſuboles civitati neceſſaria viſa eſt.* Gell. II. 15. *Ingentia* enim præmia *locupletes ad tollendos liberos cohortantur.* Plin. Paneg. 26. 5. Illa immane quantum auxit Auguſtus. Dio LVI. p. 576. D. *Ἔθηκα δὲ καὶ ἆθλα τοῖς πειθαρχοῦσι τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα, ἡλίκα καὶ οἷα ἐπ' οὐδεμιᾷ ἄλλῃ ἀνδραγαθίᾳ δίδοται· ἵν' εἰ καὶ διὰ μηδὲν ἄλλο, διά γε ταῦτα καὶ γαμεῖν καὶ παιδοποιεῖν ἀναπείθησθε. Præmia autem obtemperantibus tot ac tanta, quanta nulli virtuti præterea eſſent propoſita, conſtitui: ut ſi nihil aliud, ea ſaltem ad conjugia, & liberorum procreationem vos excitarent.* V. illa apud *Gellium* & *Lipſ. in Tacit. Annal.* III. *Excurſ. C.*

10. ABOLITIONEM I. abrogationem. V. *ſupr.* c. 32. n. 5. §. 24.

11. PUBLICI SPECTACULI tempus tanquam commodiſſimum fandi exſpectare ſolebat populus aliquid

tim ad ſe, partim in patris gremium, oſtentavit: manu, vultuque ſignificans, ne
4 gravarentur imitari juvenis [14] exemplum. Cumque etiam immaturitate ſponſarum [15], & matrimoniorum crebra mutatione [16] vim legis eludi [17] ſentiret, tempus ſponſas habendi coarctavit [18]: divortiis modum impoſuit [19].

quid a principe petiturus: & illo princeps, ſi modo rationi non eſſet contrarium, quod peteretur, lubens omne concedebat. V. Dion. *ſupr.* 27. 3. §. 9.

12. EQUITE i. equeſtri ordine, ut *Veſp.* 9. 2. *Ner.* 37. 6: 11. 3.

13. GERMANICUS Druſi & minoris Antoniæ filius ex Agrippina M. Agrippæ & Juliæ filia novem tulerat liberos. Noſt. *Cal.* 7. 1.

14. JUVENIS i. viri. Servius enim Tullius Romanos in *juniores* & *ſeniores* diviſit. Liv. 1. 43. eoſque *ad annum quadrageſimum ſextum juniores, ſupraque eum annum ſeniores appellavit.* Gell. x. 28. Cenſor. de D. N. c. 14. Hinc *juventus* de virili ætate. Plin. Paneg. 8. 4. Trajano, ætatis annum quartum & quadrageſimum tunc agenti, *juventam* tribuit. Ipſe Germanicus apud Tacit. Ann. 11. 71. 2. *Quod me parentibus, liberis, patria intra juventam* i. ætatem virilem, *præmaturo exitu raperent.*

15. IMMATURITATE SPONSARUM i. ſponſaliorum nullo ætatis reſpectu licentia, quæ tum temporis tanta fuit, ut ipſe Agrippinam *Attici ex Agrippa neptem, vix anniculam Tiberio Claudio Neroni, privigno ſuo deſponderit.* Nep. Attic. 19. 3. *Immatura* enim virgo eſt, quæ nondum nubilis. *Tib.* 61. 14. ut *matura*, quæ nubilis. *Maturitas*, ut docet *Salmaſ. Exert. Plin. p.* 252. *a. E.* eſt perfectio quædam in iis rebus, quibus id nominis competit, ſive proprie, ſive tranſlatim. Eam *maturitatem* tempus fert. Id ubi tempus attigere, tum perfectæ cenſentur. Hoc de fructibus proprie, quos τελειοῦσθαι Græci dicunt, quum *matureſcunt.* Inde tranſlatum ad alia.

16. CREBRA MUTATIONE n. per divortia, quibus plures temere domo exigebantur.

17. ELUDI i. vitari, rideri, ut *Caſ.* 59. 4. Donat. Eun. 1. 1. 10. *Eludere proprie gladiatorum eſt, cum vicerint. Cicer. Catil.* 1. 1. *Quamdiu etiam furor iſte tuus eludet. Eludere eſt finem ludo imponere. Eludit* vero gladiator, qui vel gladio, vel rude objecta petitionem alterius vitat, aut motu cito declinat. V. & *Lipſ. Saturn.* 11. 19. *Turneb. Adv.* XXVIII. 15.

18. TEMPUS COARCTAVIT i. ſponſionum tempus & puellarum ætatem definivit. Dio LIV. p. 532. C. Ὡς δὲ ἐν βρέφη τινὲς ἐγγυώμενοι, τὰς μὲν τιμὰς τῶν γεγαμηκότων ἐκαρποῦντο, τὸ δὲ ἔργον αὐτῶν οὐ παρείχοντο, προσέταξε μηδεμίαν ἐγγύην ἰσχύειν, μεθ᾽ ἣν οὐδὲ δυοῖν ἐτοῖν διελθόντοιν γαμήσει τις: τουτέστι, δεκέτιν πάντως ἐγγυᾶσθαι τόν γέ τι ἀπ᾽ αὐτῆς ἀπολαύσοντα. Δώδεκα γὰρ ταῖς κόραις ἐς τὴν τοῦ γάμου ὥραν ἔτη πλήρη νομίζεται i. interprete *Lipſio* ad Tacit. Ann. p. 62. *at cum quidam pueras deſponderent, & præmia nihilominus ferrent maritorum, rem opuſque mariti non præſtarent, ſtatuit nullam ſponſionem firmam eſſe, poſtquam, biennio exacto, nuptiæ non ſequerentur: hoc eſt, ut omnino decennem deſpondere opus eſſet, ſi quis ſponſionis ejus vellet fructum. Puellis enim duodecimus annus plenus ad nuptias definita ætas cenſetur.*

19. DIVORTIIS MODUM IMPOSUIT i. cum quot *divortium* fieri fas eſſet, præſcripſit, injuſti *divortii* pœnas, &, ut dotem amitteret, cujus culpa eſſet factum, addidit. V. & *Lipſ. in Tacit. Annal.* III. *Excurſ. C.*

CAPUT XXXV.

ARG. *Senatorum numerum ad priſtinum modum, & ſplendorem redigit, illoſque, priuſquam conſiderent, thure, ac mero ſupplicare, & bis in menſe legitimum ſenatum agere jubet, conſilia ſemeſtria ſortitur, & ſententias, prout libet, perrogat Octavius Cæſar Auguſtus.*

1 Senatorum [1] affluentem numerum deformi [2] & incondita [3] turba, erant enim ſuper mille [4], & quidam indigniſſimi, & poſt necem Cæſaris per gratiam & præmium

SENATORUM omnium nomina Romæ in album erant relata, unde citati ordine ſuo quiſque procedebant publicarum ſollennitatum diebus. Coripp. III.

Inde ſenatorum ſacro recitantur ab albo
Nomina, conſcripti patres: qua voce citati
Accedunt hilares.

V. *Caſaubonum.*

2. DEFORMI, quia parum dignos, οὐκ ἀξίους, in ſenatum adſcripſiſſe Cæſarem dixit Dio *Caſ.* 41. 1. §. 2.

3. INCONDITA i. inordinata, incompoſita. Ita *inconditos* & *palantes* eoſdem dicit *Flor.* 1. 17. 5.

4. SUPER MILLE i. plures quam mille, ut *infr.* 38. 1. Nongentis enim a Cæſare admiſſis, quem numerum docuit nos Dio *Caſ.* 41. 2. acceſſerint centum, & ſi qui amplius, qua digni, qua indigni per bellorum civilium factiones. Dio LII. p. 494. A. Τὴν βουλὴν ἐξέτασε: πολλοὶ μὲν γὰρ ἱππεῖς, πολλοὶ δὲ καὶ πεζοὶ παρὰ

præmium adlecti [5], quos Orcinos [6] vulgus vocabat, ad modum priſtinum, & ſplendorem redegit [7], duabus lectionibus [8]: prima ipſorum arbitratu, quo vir virum [9] legit: ſecunda ſuo & Agrippæ, quo tempore æſtimatur lorica [10] ſub veſte munitus, ferroque cinctus præſediſſe, decem valentiſſimis [11] ſenatorii ordinis amicis ſellam ſuam circumſtantibus. Cordus Cremutius [12] ſcribit, ne admiſſum qui- 2
dem tunc quemquam ſenatorum, niſi ſolum, & prætentato ſinu [13]. Quoſdam ad 3
excuſandi ſe verecundiam [14] compulit: ſervavitque etiam excuſantibus inſigne veſtis

παρὰ τὴν ἀξίαν ἐκ τῶν ἐμφυλίων πολέμων ἐσῄεσαν, ὥστε καὶ ἐς χιλίους τὸ πλήρωμα τῆς γερουσίας αὐξηθῆναι. *Nam multi equites & pedites præter dignitatem bellis civilibus ſenatores erant, ita ut ad millenarium numerus ſenatorum perveniſſet.*

5. Adlecti a M. Antonio. Plutarch. Anton. p. 922. C. Ἔλαβε δὲ καὶ τὰ βιβλία τὰ Καίσαρος, ἐν οἷς ὑπομνήματα τῶν κεκριμένων καὶ δεδογμένων ἦν ἀναγεγραμμένα. Καὶ τούτοις παραγράφων ὡς ἐβούλετο, πολλοὺς μὲν ἄρχοντας ἀπεδείκνυε, πολλοὺς δὲ βουλευτὰς, ἐνίους δὲ καὶ κατηγορημένους, καὶ καθειργμένους ἔλυε, ὡς δὴ ταῦτα τῷ Καίσαρι δόξαντα. *Accepit Antonius etiam commentarios Cæſaris, in quibus perſcripta acta ejus erant. His interſerens quos ei viſum eſt, multis magiſtratus dedit, multos in ſenatum adlegit, aliquos etiam reduxit exſules, & cuſtodias ſolvit, tanquam ea decreviſſet Cæſar.* V. & *Dion.* XLIV. *p.* 261. C. *D. Appian. B. C.* III. p. 529.

6. Orcinos, quia neminem vivum dignitatis ſuæ auctorem ciere poterant, ſed Cæſarem ſolum jam *orco* demiſſum. Plutarch. D. Ἐλεγχόμενοι γὰρ εἰς τοὺς τοῦ νεκροῦ κατέφευγον ὑπομνηματισμούς. *Quandoquidem ubi arguebantur, ad mortui confugiebant commentarios.* Alluſit vulgus ad libertos *orcinos*, qui ex dominorum *orco* receptorum, ſive, ut Apul. Metam. III. p. 133. *in peculio Proſerpinæ, & Orci familia jam numeratorum* teſtamento libertatem ſuam acceperunt. Juſtin. Inſtit. II. 24. 3. *At is, qui ex directo teſtamento liber eſſe jubetur, ipſius teſtatoris libertus fit, qui etiam orcinus appellatur.* Plutarchus Χαρωνίτας dixit C. Διὸ τούτους ἅπαντας, ἐπισκώπτοντες οἱ Ῥωμαῖοι Χαρωνίτας ἐκάλουν. *Unde omnes hos Romani per ludibrium Charonitas appellabant.*

7. Ad modum pristinum redegit. Dio LIV. p. 530. A. Ἐβουλήσατο μὲν γὰρ τριακοσίους αὐτοὺς κατὰ τὸ ἀρχαῖον ποιῆσαι, καὶ πάνυ ἀγαπητὸν νομίζων εἶναι, τοσούτους ἀξίους τοῦ συνεδρίου σφῶν εὑρεθῆναι. Δυσχεραινόντων δὲ πάντων ὁμοίως τοὺς ἑξακοσίους κατελέξατο... Ἐξετασμὸν αὖθις ἐποιήσατο, καὶ τινὰς ἀπαλλάξας, ἄλλους ἀντικατέλεξεν. Ἐπειδή τε πολλοὶ καὶ ὡς διαγεγράφατο, καὶ τινὲς αὐτῶν αἰτίας ὡς καὶ ἀδίκως ἀπηλλαγμένοι, εἶχον.... Καὶ αὐτῶν οἱ μὲν πλείους ἐπανῆλθον χρόνῳ ἐς τὸ συνέδριον, ὀλίγοι δὲ τινὲς ἐν τῷ μέσῳ, μήτε τῆς γερουσίας, μήτε τοῦ δήμου νομιζόμενοι κατελείφθησαν. *Statuerat quidem trecentos tantum, ſecundum antiquam conſuetudinem conſtituere, plus ſatis id fore ratus, ſi tot eis ex ſenatu digni reperti eſſent: ſed omnibus hoc ægre ferentibus ſexcentes elegit.... Denuo examen inſtituit, quibuſdamque depoſitis, alios ſubrogavit. Quum ſic quoque multi ordine ſenatorio moti eſſent, quorum nonnulli cauſas afferebant, quaſi inique ſecum eſſet actum.... Et horum plerique poſtea in ſenatum denuo recepti ſunt, pauci in medio inter ſenatum ac populum loco habiti remanſerunt.*

* 8. Duabus lectionibus. Quibus Suetonius non indicat quoties Auguſtus ſenatum recenſuerit. Recenſuit enim ſæpius. Lapis Ancyranus. *Conſul. V. juſſu S. P. Q. ſenatum ter legi.* Dio plurimas illius ἐξετάσεις commemorat. Sed rationem *legendi* ordinis ampliſſimi exprimit. V. *Caſaubonum.*

9. Vir virum i. ſenator ſenatorem. Tranſlatum eſt a militia, in qua ſalutis cauſa *vir virum*, cum quo in prœliis verſaretur, legere ſolebat, ut in cujus virtute plurimum fiduciæ eſſe quiſque ſtatueret, eum in acie proximum haberet, cujus latus tegeret, & a quo ſuum viciſſim tegeretur. Liv. IX. 39. *Cum vir virum legiſſet, quantis nunquam alias ante, ſimul copiis, ſimul animis dimicarunt.* Hinc Tacit. Hiſt. I. 18. 2. *More divi Auguſti, & exemplo militari, quo vir virum legeret.* Noſt. *infr.* 54. 4. V. & *Turneb.* XXV. 7. *Mod. in Liv.* VII. 39. *Victor. V. L.* XVIII. 19.

10. Lorica munitum in publicum ſæpius prodire, ob inſidiantium vitæ ſuæ metum, ſolitum eſſe Auguſtum docet Dio LIV. p. 526. B. Ὁ Αὔγουστος θώρακα ὑπὸ τῇ στολῇ πολλάκις καὶ ἐς αὐτὸ τὸ συνέδριον εἰσιὼν εἶχεν. *Auguſtus ſub ſtola ſæpius loricam in ipſum veniens ſenatum geſtabat.* V. & *Caſaubonum.*

11. Valentissimis i. robuſtiſſimis, qui, ſi qua vis in illum oriretur, auxilio eſſent. Cicer. Fam. VII. I. *Homo imbecillus a valentiſſima beſtia laniatur.*

12. Cordus Cremutius hiſtoricus fuit, qui bellorum civilium hiſtoriam, & Auguſti res ſub Auguſto ſcripſit. Dio LVII. p. 619. B. Ὅτι ἐπὶ τῇ ἱστορίᾳ, ἣν πάλαι ποτὲ περὶ τῶν τῷ Αὐγούστῳ πραχθέντων συνετεθείκει, καὶ ἣν αὐτὸς ἐκεῖνος ἀνεγνώκει, κρίνεται. V. *Voſſ. Hiſt. Lat.* I. 22.

13. Sinu arma occultare ſolebant veteres. Senec. de Clem. I. 9. *Jam pugiones in ſinum amicorum abſconderat* i. interprete Lipſio, ſubornaverat amicos, cum occultis in *ſinu* gladiis. Liv. XXIII. 8. *Toga rejecta ab humero latus ſuccinctum gladio nudat* i. latentem intra *ſinum* gladium oſtendit, ut explicat *Ferrar. de re veſt.* I. 6.

14. Ad excusandi se verecundiam i. ut ſponte ſenatu cederent. Dio LII. p. 494. B. Τούτους δὲ ἐκκρῖναι βουληθεὶς, αὐτοὺς μὲν οὐδένα αὐτῶν ἀπήλειψε, προτρεψάμενος δὲ σφᾶς ἐκ τοῦ συνειδότος τοῦ τε γένους καὶ τοῦ

4 ſtis [15], & ſpectandi in orcheſtra [16], epulandique [17] publice [18] jus. Quo autem lecti probatique & religioſius [19] & minore moleſtia [20] ſenatoria munera fungerentur [21], ſanxit, ut priusquam conſideret quiſque, thure, ac mero [22] ſupplicaret [23] apud aram [24] ejus dei, in cujus templo coiretur [25], & ne plus quam bis in menſe legitimus ſenatus [26] ageretur, Kalendis & Idibus [27]: neve Septembri, Octobrive

σιν δικαστὰς ἑαυτοῖς γενέσθαι, τὸ μὲν πρῶτον πεντήκοντά πῃ ἑκουσίους ἐθελοντὰς ἐξέστησε τοῦ συνεδρίου: ἔπειτα δὲ καὶ ἄλλους ἑκατὸν καὶ τετταράκοντα μιμήσασθαι σφᾶς ἠνάγκασε. *Hos cum removere vellet, nullum eorum ipſe delevit: ſed cum hortatus fuiſſet, ut ſua conſcientia teſte, de genere & vita ſua ipſi judicium ferrent, primum quinquaginta viros permovit, ut ſponte ſua ſenatu cederent: deinde ab horum exemplum ſequendum alios centum & quadringenta adegit.*

15. Insigne vestis i. latum clavum, quem dedeſcripſi *Caſ.* 45. 5. §. 24. Dio liv. 50. D. Τότε γε αὐτοῖς καὶ συνθεᾶσθαι καὶ συνεστιᾶσθαι τοῖς βουλευταῖς, τῇ αὐτῇ σκευῇ χρωμένοις, συνεχώρησε. *Iis tum* Auguſtus *inter ſenatores, eodemque habitu, ſpectacula & convivia frequentandi copiam fecit.*

* 16. In orchestra i. in ſenatu, ut noſt. *infr.* Claud. 25. 13. Quid proprie *orcheſtra* V. *ſupr.* Caſ. 39. 4. §. 23.

17. Epulari quomodo ſoliti fuerint ſenatores, docet Sidon. Epiſt. ii. 9. *Prandebamus breviter, copioſe, ſenatorium in morem: quo inſitum inſtitutumque multas epulas paucis paropſidibus apponi.* * Conviviorum publicorum epulas ſolos ſenatores iniſſe colligit Zamoſc. de Senat. Rom. i. 17. ex hoc Suetonii loco & Dion. lv. p. 554. C. Μετὰ τοῦθ' ἱερωσύνην μέν τινα αὐτῷ, καὶ τὴν ἐς τὸ συνέδριον συμφοίτησιν, τό τε θεᾶσθαι καὶ τὸ συνεστιᾶσθαι τῇ βουλῇ ἔδωκε. *Deinde ſacerdotium Cajo, utque illi in ſenatum venire, & ludos inter ſenatores ſpectare, publicaſque inire epulas liceret, decrevit.*

18. Publice ante Jovis cellam in Capitolio epulabantur ſenatores, quæ cœna *Dialis* vocatur Senec. Epiſt. 123. Gell. xii. 8. *Cum ſolleuni die Jovi libaretur, atque ob id ſacrificium ſenatus in Capitolio epularetur.* Dio xlviii. p. 389. B. Ἐπειδή τε ἐν τῇ πανηγύρει τῇ τῶν Ῥωμαίων οὐδεὶς τῶν βουλευτῶν ἐν τῷ Καπιτωλίῳ, ὥσπερ εἴθιστο, εἱστιάθη, ἐν τέρατος λόγῳ καὶ τοῦτ' ἔλαβον. *Ludis quoque Romanis nullum ſenatorem in Capitolio epulatum eſſe, quod more receptum erat, in prodigium tractum fuit.* V. & *Fabr. Semeſtr.* i. 6.

19. Religiosius refer ad *thure & mero ſupplicare.* Dio liv. p. 542. E. Θυμιᾶν τε τοὺς βουλευτὰς ἐν τῷ συνεδρίῳ ὁσάκις ἂν ἕδρα αὐτῶν ᾖ, ut legit ad hunc locum *Caſaubonus*, pro ἂν ἕδρας αὐτῶν, καὶ τὴν ἄφιξιν πρὸς ἑαυτὸν μὴ ποιεῖσθαι: τὸ μὲν, ἵνα θεοσεβῶσι, τὸ δὲ, ἵνα ἀπονητὶ συνίωσιν, ἐκέλευσεν. *Juſſit ſenatores, quoties ſenatus ageretur, adolere in curia, neque ad ſe venire: illud ut religioſius ſe gererent, hoc ut ſine moleſtia convenirent.*

20. Minore molestia refer ad *ne plus quam bis in menſe ſenatus ageretur.* Dio §. 19. ad ſe ne venirent ſummo mane ſenatores juſſiſſe, & ſic ſenatorum laborem levaſſe Auguſtum dicit. Similia enim quidem narrant, ſed non eadem omnia. Voluit uterque indicare quomodo Auguſtus ſenatorum religioni & commodo conſuluerit. De religione eadem ambo referunt: non item in altero faciunt. Nec mirum: cum variis rationibus ſenatorum commodis ſit ab Auguſto conſultum. Dionis ſententiam aliis licet verbis probat noſt. *infr.* 53. 6. & Tiberius apud Dion. lvi. p. 597. C. Ἐν δὲ ταῖς ἄλλαις ἡμέραις καὶ τὴν γερουσίαν ἐν αὐτῷ τῷ βουλευτηρίῳ ἀσπασάμενος. *Reliquis diebus in ipſa curia ſenatum ſalutantis.* V. *Caſaubonum.*

21. Fungi Agrætio *agere eſt, defungi perficere, vel peragere.* Nota conſtructionem verbi. Nep. 14. i. 4. *Datames militare munus fungens.* Exempla & alia collegerunt *Beroaldus*, *Voſſ. de conſtr. c.* 22. *Buchner. de comm. rat. dic.* i. 20. & ad *Nepotem Lambinus.*

22. Thure ac mero diis ſupplicabant veteres. Senec. de Ira iii. 18. *Cui thure & vino Romanus populus ſupplicabat.* Plaut. Aul. prol. n. 24.

Aut thure, aut vino, aut aliqui ſemper ſupplicat.

Ita Carthaginenſium legati tellure adorata diis libaverunt ex more aliorum hominum. Polyb. xv. i. Καὶ παρελθόντες εἰς τὸ συνέδριον, οὐ μόνον τοῖς θεοῖς ἐσπείσαντο, καὶ τὴν γῆν προσεκύνησαν, καθάπερ ἐστὶν ἔθος τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις. Noſt. *Tib.* 70. 7.

23. Supplicaret i. ſacrificaret. Rariſſime enim ſacrificabatur ſine additis precibus. Infr. 93. 3. *Tib.* 70. 7. *Claud.* i. 7. V. *Cuper. Obſerv.* ii. i.

24. Apud aram. Quid ſi autem in curia, non in templo coiretur? ſed puto in ſingulis curiis fuiſſe *aram* alicujus numinis, ut in Julia Victoriæ, de qua Dio li. p. 459. & noſt. *infr.* 100. 4. V. *Caſaubonum.*

*25. In cujus templo coiretur. Ædes publica, in quam Romæ ſenatus, & in coloniis ſeu municipiis decuriones ad conſultandum conveniebant, erat *templum* alicui deo dicatum; nefas enim erat in loca non ſacra, ſed profana ſenatum convenire. Gell. xiv. 7. *Varro docuit, confirmavitque niſi in loco per augures conſtituto, quod templum appellaretur, SCtum factum eſſet, juſtum id non fuiſſe, propterea & in curia Hoſtilia, & in Pompeia, & poſt in Julia, cum profana ea loca fuiſſent, templa eſſe per augures conſtituta; ut in eis SCta more majorum juſta fieri poſſent.* Plura *Noriſ. Cenot. Piſan. Diſſert.* i. c. 4.

26. Legitimus senatus eſt, cujus agendi ſtati dies, ac ſollennes, olim plures, ſed bini ſingulis menſibus ex inſtituto Auguſti, ut ſenatores minore moleſtia ſenatoria munera fungerentur. Quam ſpecio-

ve menſe [28] ullos adeſſe alios neceſſe eſſet, quam ſorte ductos, per quorum numerum [29] decreta confici poſſent: ſibique inſtituit conſilia [30] ſortiri ſemeſtria [31], cum quibus de negotiis ad frequentem ſenatum referendis [32] ante tractaret [33]. Sententias de majore negotio non more, atque ordine [34], ſed prout libuiſſet, perrogabat [35], ut perinde quiſque animum intenderet, ac ſi cenſendum [36] magis quam aſſentiendum [37] eſſet.

ſpecioſam magis rationem, quam veram puto. Vera forte fuerit, quod minus expediret principi ſæpius, ut in vetere republica, convenire ſenatum. *Legitimi ſenatus* multa mentio eſt in veteri Kalendario Romano, quod ſub Conſtantio, Conſtantini M. filio editum videtur, circa annum Chriſti vulgarem 354. Fixi dies, quibus ea, qua id ſcriptum eſt tempeſtate, *ſenatus legitimus* ageretur; fuerunt hi:

	JANUARIUS
Kal. Januar.	SENATUS LEGITIMUS.
v. Id.	SENATUS LEGITIMUS.
x. Kal. Febr.	SENATUS LEGITIMUS.
	FEBRUARIUS
III. Non.	SENATUS LEGITIMUS.
Idibus	SENATUS LEGITIMUS.

Deerant in MS quatuor menſes, Martius, Aprilis, Majus, Junius. Reliquorum *legitimi ſenatus* dies iſti ſunt;

	JULIUS.
Kal. Jul.	SENATUS LEGITIMUS.
XVI. Kal. Aug.	LUDI SENAT. LEGIT.
	AUGUSTUS
III. Non.	SENATUS LEGITIMUS.
XVIII. Kal. Sept.	SENATUS LEGIT.
	SEPTEMBER
Kal. Sept.	SENATUS LEGITIMUS.
Idib.	LUDI SENAT. LEGIT.
	OCTOBER
v. Non.	SEN. LEGIT. DIES AEGYP.
	NOVEMBER
Prid. Id.	SENATUS LEGITIMUS.
	DECEMBER
III. Non.	SENATUS LEGITIMUS.
Idib.	SENATUS LEGITIMUS.

Huic opponitur ille qui extra ordinem ab iis, quibus ejus rei poteſtas, quoties neceſſe erat, *indicebatur*. Unde indictus, alius a *legitimo* dicitur, de quo *Cæſ.* 80. 8. §. 39. V. *Boxhornium*, *Caſaubonum*, *Bud. in. Pandect. p.* 56. * Hoc loco tamen non *indicto*, ſed Octobris, Septembriſque menſis ſenatui, & ſemeſtri ſenatulo *legitimum* ſenatum opponi putat Zamoſc. de Senat. II. 7.

27. IDIBUS, Martiis exceptis ſupr. *Cæſ.* 88. 3.

28. SEPTEMBRI, OCTOBRIVE MENSE. Omnino propter vindemias hoc inſtitutum, quarum gratia feriæ menſtruæ conceduntur in Codice. *Juſtum* autem *vindemiæ tempus*, inquit Plin. XVIII. 31. *ab æquinoctio ad vergiliarum occaſum dies* 44. In Italia fieri ſolitæ vindemiæ menſe Octobri, aliquanto poſt æquinoctium autumnale: in frigidioribus locis, ut in climate, quod & ducitur, & dicitur διὰ Βυζαντίς, menſe Novembri, ſub autumni exitum, non multo ante ſolſtitium hibernum. V. *Caſaubonum* & *Boxhornium*.

29. PER QUORUM NUMERUM. Ante Auguſti conſtitutionem hanc SCtum a paucioribus quadringentis perfici non potuit. Dio LIV. p. 545. E. Ὁρῶν δ' ὅτι οὐκ ἀεὶ συχνοὶ συνελέγοντο, ἐκέλευσε τὰ δόγματα αὐτῆς καὶ ἐν ἐλάττοσιν ἢ τετρακοσίοις γίγνεσθαι· οὐ γὰρ ἐξῆν τινὰ ἐκ τοῦ πρὶν ἄλλως κυροῦσθαι. *Quum vero videret non ſemper frequentes convenire ſenatores, ſenatuſconſulta etiam a paucioribus quam quadringentis ſenatoribus ut fieri poſſent, ſtatuit: quum ante ea hunc numerum, ut rata eſſent, requirerent.* Erat autem numerus neceſſarius alias alius pro vario genere rerum, de quibus decernebat ſenatus. Dio LV. p. 550. A. Τόν τε ἀριθμὸν τὸν ἐς τὴν κύρωσιν τῶν δογμάτων ἀναγκαῖον, καθ' ἕκαστον εἶδος αὐτῶν διενομοθέτησε. *Numerum etiam, qui, ut ratum eſſet SCtum, requiritur, ſecundum ſingulas formas definivit.* V. *Caſaubonum*.

30. CONSILIA I. conſiliarios. V. *Tib.* 18. I. I.

31. SEMESTRIA I. qui per ſenos menſes ſui eſſent conſiliarii. Dio LIII. p. 511. A. Κἀκ τῶν ἄλλων ἀρχόντων ἕνα παρ' ἑκάστων, ἔκ τε τοῦ λοιποῦ τῶν βουλευτῶν πλήθους πεντεκαίδεκα τοὺς κλήρῳ λαχόντας, συμβούλους ἐς ἑξάμηνον παρελάμβανεν. *Et ex aliis magiſtratibus ſingulis unum, itemque reliqua ſenatorum e multitudine quindecim viros ſorte delectos ad ſex menſes ſibi conſiliarios ſumebat.* Jam vero ſenior viginti ſibi conſiliarios annuos petivit. Dio LVI. p. 588. C. Καὶ συμβούλους ὑπὸ τοῦ γήρως εἴκοσιν ἐτησίους ᾐτήσατο. V. & *Torrentium*.

32. AD SENATUM REFERENDIS; in illum enim rariſſime jam ſenior veniebat. Dio: ὑφ' ὅπερ οὐδὲ ἐς τὸ βουλευτήριον ἔτι, πλὴν σπανιώτατα, συνεφοίτα.

33. ANTE TRACTARET, quod *prætractare* in re prope ſimili apud Tacit. Germ. 2. I. *Ita tamen ut ea quoque, quorum penes plebem arbitrium eſt, apud principes prætractentur.* *Prætractare* eſt προβουλεύεσθαι. V. & *Boxhornium*. * *Tractare* eſt deliberare. Juſtin. XVI. 4. *Diu re in ſenatu tractata.*

34. ORDINEM (Cæſ. 21. 2. §. 4.) majorum in rogandis ſententiis minime ſequutus eſt Auguſtus; ſed pro arbitrio, voluntateque modo hunc, modo illum primum rogabat, idque faciebat, ut omnes animum intenderent, tanquam ſimul ſententiam dicturi. V. *Beroaldum*.

35. PERROGABAT I. ad unum omnes rogabat. Liv. XXIX. 19. *Perrogari eo die ſententiæ non potuere.* Plin. Epiſt. VI. 22. *Statim de Atticino perrogavit.*

Ita

Ita *perſpectare* infr. 98. 13. Domit. 4. 6. *perſedere* Claud. 34. 6.

36. Censere proprie non dicitur, niſi qui novam ſententiam in ſenatu dicit, eamque vel oratione, vel de ſcripto pluribus explicat. *Caſaubonus.*

37. Assentiri eſt alterius, qui cenſuit, ſententiam probare, alterius *ſententiam ſequi*, ut Cæſ. B. C. 1. 2. 3. *Aſſentiendi* in ſenatu triplex modus, voce, manu, pede.

CAPUT XXXVI.

ARG. *Senatus acta publicari, & magiſtratus ſtatim in provincias mitti non vult, proconſulibus ad mulos..... pecuniam conſtitui, ærarii curam ad prætores transire, & centumviralem haſtam decemviros cogere jubet Octavius Cæſar Auguſtus.*

1 Auctor [1] & aliarum rerum fuit: in queis ne acta [2] ſenatus publicarentur [3]: ne magiſtratus depoſito honore ſtatim in provincias [4] mitterentur: ut proconſulibus [5] ad mulos [6], & tabernacula, quæ publice locari [7] ſolebant, certa pecunia conſtitueretur: ut cura ærarii [8] a quæſtoribus urbanis ad prætorios prætoresve [9] tranſiret: ut

* Auctores fuiſſe Senatui aliquid cenſendi dicebantur Imperatores, cum in eorum ſententiam, quam oratione in ſenatu habita & recitata expreſſerant, aliquid decernebatur. V. infr. Veſp. 11. 2. §. 1.

2. Acta, quæ deſcripſi ſupr. Cæſ. 20. 1. §. 2.

3. Publicarentur i. ederentur. V. ſupr. Cæſ. 20. 1. §. 5.

4. Statim in provincias.... Dio LIII. p. 505. C. Κοινῇ δὲ δὴ πᾶσιν αὐτοῖς ἀπηγόρευσε, μηδένα πρὸ πέντε ἐτῶν μετὰ τὸ ἐν τῇ πόλει ἄρξαι κληροῦσθαι. Καὶ χρόνον μέν τινα πάντες οἱ τοιοῦτοι, εἰ καὶ πλείους τῶν ἐθνῶν ἦσαν, ἐλάγχανον αὐτά. *Omnibus autem ex æquo interdixit, ne ante quintum annum a geſto in Urbe magiſtratu provincias ſortirentur. Ita fiebat, ut, etſi eorum numerus, quam provinciarum, erat major, tamen ad omnes tandem imperium perveniret.* Idem Pompejus conſulatu, quem ſolus geſſit. Dio XL. p. 147. A. Τό τε δόγμα τὸ μικρὸν ἔμπροσθεν γενόμενον, ὥστε τοὺς ἄρξαντας ἐν τῇ πόλει, μὴ πρότερον ἐς τὰς ἔξω ἡγεμονίας, πρὶν πέντε ἔτη παρελθεῖν, κληροῦσθαι ἐπεκύρωσεν. *Decretumque paullo prius factum, ut qui in Urbe magiſtratus geſſiſſent, exteras provincias ante quinti anni exitum ne ſortirentur, confirmaret.*

5. Proconsulis quidem appellatio ſpecialis eſt, præſidis vero generalis. *Proconſulis* tamen nomine generaliter uſus eſt noſter, ut illos ſpeciatim ita dictos, & proprætores, & legatos Cæſaris, & quoſcunque alios, qui provincias regunt, complectatur. V. *Torrentium.*

6. Muli viris in dignitate conſtitutis ſerviebant in vehiculis. Liv. XLII. 1. *Magiſtratus mulis, tabernaculiſque, & omni alio inſtrumento militari ornabantur, ne quid tale imperarent ſociis.* Lamprid. Alex. c. 42. *Ita ut præſides provinciarum acciperent argenti pondo vicena, phialas ſenas, mulos binos, equos binos, veſtes forenſes binas, domeſticas ſingulas, balneares ſingulas, aureos centenos, cocos ſingulos.* Omne illud quo ituri in provinciam magiſtratus ſupellectilis cauſa inſtruebantur, *vaſarium* vocat Cicer. in Piſon. c. 35. *Nonne ſeſtertium ſenties & octogies, quod quaſi vaſarii nomine in venditione mei capitis adſcripſeras, ex ærario tibi attributum, Romæ, in quæſtu reliquiſti?* V. & *Sigon. de jur. prov. II. 1. Schel. in Polyb. Theſ. Ant. Rom. Grævii Tom. X. p. 120. C.*

7. Publice locari hæc ſolita docet & Dio LIII. p. 506. C. Τὸ μὲν γὰρ πάλαι ἐργολαβοῦντές τινες παρὰ τοῦ δημοσίου, πάντα σφίσι τὰ πρὸς τὴν ἀρχὴν φέροντα παρεῖχον. *Nam olim quidem erant, qui præbenda ituris* in provincias *publice redimerent, & quidquid iis muneris ſui cauſa opus eſſet, exhiberent.* Talis ἐργολάβος fuit Ventidius Baſſus, de quo Gell. XV. 4. dicit: *victum ſibi ægre quæſiſſe, eumque ſordide inveniſſe comparandis mulis & vehiculis, quæ magiſtratibus, qui ſortiti provincias forent, præbenda publice conduxiſſet.*

8. Aerarium varie adminiſtratum eſt, & illius ſæpius magiſtratus immutati. Primum enim quæſtoribus mandata eſt illius cura: deinde ad ædiles tranſlata, poſtea ad præfectos, exin ad prætores, ſeu prætorios. Quæſtores rurſus impoſiti: tum ad prætores, tandem ad præfectos rediit. Noſt. *Claud.* 24. 5. Tacit. Ann. XIII. 28. 6. *Dein princeps curam tabularum a quæſtoribus ad præfectos tranſtulit. Varie habita, ac ſæpe immutata ejus rei forma. Nam Auguſtus permiſit ſenatui deligere præfectos: dein ambitu ſuffragiorum ſuſpecto, ſorte ducebantur ex numero prætorum, qui præeſſent. Neque id diu manſit, quia ſors deerrabat ad parum idoneos. Tunc Claudius quæſtores rurſus impoſuit: iiſque ne metu offenſionum ſegnius conſulerent, extra ordinem honores promiſit. Sed deerat robur ætatis eum primum magiſtratum capeſſentibus. Igitur Nero prætura perfunctos, & experientia probatos delegit.* V. & *Guther. de Off. dom. Aug.* III. 32. *Laz. Comm. R. R.* II. 14. *Fab. Sem.* I. 22. *Buleng. de imp.* III. 15. *Torrent. ad Claud.* 24. 6.

9. Prætores hi *ærarii* dicebantur. Tacit. Hiſt. IV. 9. 1. *Prætores ærarii (nam tum a prætoribus tractabatur ærarium) publicam paupertatem queſti. Prætores* autem *ærarii* dicuntur, quamvis relatione ad alteram præturam *prætorii*, vel *proprætores*. V. *Gronov. de pec. vet.* IV. 3.

10. Cen-

ret: ut centumviralem [10] haſtam [11], quam quæſtura functi [12] conſueverant cogere, decemviri [13] cogerent [14].

10. CENTUMVIRALEM Feſtus *a centumviris eſſe dictam* dicit. *Nam cum eſſent Romæ triginta & quinque tribus, quæ & curiæ dictæ ſunt, terni ex ſingulis tribubus ſunt electi ad judicandum, qui centumviri appellati ſunt: & licet quinque amplius quam centum fuerint, tamen quo facilius nominarentur, centumviri ſunt dicti.* Inde *centumviralia judicia, quæ centumviri judicabant.* Cicer. de Orat. I. 38. *Jactare ſe in cauſis centumviralibus, in quibus uſucapionum, tutelarum, gentilitatum, agnationum, alluvionum, circumluvionum, nexorum, mancipiorum, parietum, luminum, ſtillicidiorum, teſtamenterum ruptorum aut ratorum, cæterarumque rerum innumerabilium jura verſantur.* Noſt. *Veſp.* 10. 1. *Domit.* 8. 1. *Rhet.* 6. 6. V. & *Sigon. de jud.* I. 22. *de ant. jur. civ. Rom.* II. 18. *Bud. in Pand. p.* 40. & 66. *Pollet. For. Rom.* III. 14. *Cujac. Obſ.* X. 22. *Hotom. de magiſtr.* I. 3. *Siccam. de centumv. jud.* I. 6.

11. HASTA pro judicio per metonymiam capitur, quia quotidie litigaretur, ante ſubſellia *haſtile* erigebatur, ſymbolon cognitionis futuræ. Val. Max. VII. 8. 1. *Teſtamento is filium inſtituit hæredem, quod T. Longus ſanguine proximus, haſta judicio ſubvertere fruſtra conatus eſt.* V. *Polletum. Siccam. de centumv. jud.* II. 3.

* 12. QUÆSTURA FUNCTOS hoc munus obiiſſe indicat inſcriptio vetus. *Scæva. quæſtor. xvir. ſlitibus. judicandis. S.C. poſt. quæſturam. &. xviratum. ſlitibus. trib. pl.* &c. *Zamoſc. de Senat.* I. 15. *Sigon. de jud.* I. 8. Quo anno hæc poteſtas illis data fuerit, nondum invenire potuit, ſed credibile eſſe dicit Siccam. de centumv. jud. I. 11. decemviris primum illam obtinentibus ademptam fuiſſe propter frequentiſſima prætoris conſilia, quibus adeſſe cogebantur, tamen illis reſtitutam, & *quæſtura functis* ademptam eſſe an. ab U. C. 725. Cæſare V. S. Apulejo Sexti filio conſulibus.

13. DECEMVIRORUM horum meminit & Pompon. Digeſt. I. 2. 29. *Deinde cum eſſet magiſtratus neceſſarius, qui haſtæ præeſſet, Decemviri ſlitibus judicandis ſunt conſtituti.* Hi an a centumviris ſejuncti fuerint, quod vult *M. Donatus*, an ex illorum fuerint numero, quod volunt *Sabellicus, Terrentius, Bud. in Pand. p.* 40. *Buleng. de Imp. Rom.* V. 26. *Pollet. For. Rom.* III. 14. & *Gruch. de comit.* II. 2. aliis diſcutiendum relinquo.

14. COGERENT i. ad judicium convocarent, & in illo præſiderent. Val. Max. IX. 12. 7. *qui id judicium cogebat* i. cauſæ præerat. Noſt. *Tib.* 58. 1. Præfuiſſe judiciis centumviralibus decemviros docet Dio LIV. p. 540. B. Οἵ τε δὴ εἴκοσι ἄνδρες ἐκ τῶν ἕξ καὶ εἴκοσιν εἰσίν· οἵ τε δέκα, οἱ ἐπὶ τῶν δικαστηρίων τῶν ἐς τοὺς ἑκατὸν ἄνδρας κληρουμένων ἀποδεικνύμενοι. *Et hi viginti viri facti ſunt ex illis viginti ſex viris: illorum decem ad judicia, quæ ad centumviros ſorte deferuntur, delecti.*

CAPUT XXXVII.

ARG. *Nova efficia excogitat, cenſores creari deſitos creat, prætorum numerum auget, &, quoties ſibi conſulatus daretur, binos collegas exigit, ſed non obtinet Octavius Cæſar Auguſtus.*

Quoque plures partem adminiſtrandæ Reipublicæ caperent [1], nova officia excogitavit: curam operum publicorum [2], viarum [3], aquarum [4], alvei Tiberis, 1

PLURES PARTEM...... ex Mæcenatis forte conſilio, quod adfert Dio LII. p. 481. A. Καλῶς ἔχει, διὰ πλειόνων πάντα τὰ τῇ ἀρχῇ προσήκοντα διάγεσθαι, ὅπως καὶ ὠφελῶνται μάλα συχνοί, καὶ ἔμπειροι τῶν πραγμάτων γίγνωνται. Οὕτω γὰρ οἵ τε ἀρχόμενοι μᾶλλον εὐνοήσουσί σοι, πολυειδῶν ἀπολαύοντες τῶν κοινῶν ἀγαθῶν καρπούμενοι, καὶ σὺ ἀφθονώτατα τοῖς ἀεὶ ἀρίστοις πρὸς πάντα τὰ ἀναγκαῖα χρήσῃ. *Præſtat per multos publica negotia adminiſtrari, ut & complures hinc emolumentum ſentiant, & experientiam rerum gerendarum conſequantur. Ita enim & tibi ſubjecti majori te benevolentia proſequentur, multipliciter bonis publicis fruentes, & tu ſemper copiam optimorum virorum habebis, quibus ad res quaſlibet neceſſarias peragendas utaris.*

2. CURATOR OPERUM PUBLICORUM non infrequens eſt in antiquis monumentis lapideis titulus, & nonnunquam *curator ſartorum tectorum operum publicorum.* Cenſorum hoc antea fuit officium, ut ſæpe monet Livius, & Feſtus in produit: *Ut eſt in lege cenſoria, porticum ſartam, tectamque habeto.* Sed pereunte cenſura ſimul cum libertate, in plures διακονίας ἐπιμελείας diviſus is eſt magiſtratus, factique ſunt *curatores* plures pro una cenſura. *Curam hanc adminiſtravit* Vitellius *infr.* 5. 1. V. *Caſaubonum, Pancir. not. imp. occid. c.* 14. *Argol. in Onuph. de Lud. Circenſ. p.* 74. *Guther. Off. Aug. dom.* II. 13.

3. CURATORI VIARUM inter alios honores paſſim in lapidibus inſculptum: aut plurimum *curatori viæ Appiæ, Salariæ, Flaminiæ.* Cenſorum & hoc antea fuerat officium. Cicer. LL. III. 3. *Cenſores Urbis templa, vias, aquas, ærarium, vectigal tuentor.* Deinde quatuorviri inſtituti, quorum id munus. Quibus non ſufficientibus additi duo, factique ſeviri. Dio LIV. p. 540. C. Οἵ τε τέσσαρες, οἱ τῶν ἐν τῷ ἄστει ὁδῶν ἐπιμελούμενοι· οἱ γὰρ δὴ δύο, οἱ τὰς ἔξω τοῦ τείχους ὁδοὺς ἐγχειριζόμενοι, κατελύοντο. *Quatuor vias urba-*

ris [5], frumenti populo dividundi [6], præfecturam Urbis [7], triumviratum legendi ſenatus [8], & alterum recognoſcendi turmas equitum [9], quotieſcunque opus eſſet.
2 Cenſores creari deſitos [10] longo intervallo creavit [11], numerum prætorum auxit [12]. Exegit

nas curabant: duo enim ii, qui vias extra Urbem curabant, abrogati erant. Etiam curatores extra ordinem reperti, quos deſtinabant ſingulis *viis.* Ita Cæſar *curator viæ Appiæ* dicitur Plutarch. Cæſ. p. 709. E. ὁδῶ τῆς Ἀππίας ἐπιμελητής: Thermus Flaminiæ Cicer. Attic. I. I. Hi ergo ante Auguſtum, ſed nec perpetuum id, nec certum munus. Fecit utrumque Auguſtus. V. *Lipſ. in Tacit. p.* 67. 68. *Panvin. Comm. R. R.* I. *p.* 33. & 35. *Buleng. de imp. V.* 17. *Urſat. de not. Rom. Theſ. Ant. Rom. Græv. Tom.* XI. *p.* 895. *E. Burman. de Vectig. c.* 12. *Bergier. de viis milit.* I. *Sect.* 5. §. 4.

* 4. CURATOREM AQUARUM Auguſtus primum *fecit Meſſallam Corvinum, cui adjutores dati Poſthumius Sulpitius Prætorius, & L. Cominius Pedarius: inſignia eis quaſi magiſtratibus conceſſa, deque eorum officio ſenatusconſultum factum.* Frontin. de aquæduct. ll. Quem de eiſdem agentem V. ſupr. Cæſ. 39. 9. §. 41.

5. ALVEI TIBERIS repurgandi, & laxioris faciendi. Priſci locare ſolebant flumina *retanda* I. purganda. Gell. XI. 17. *Tum in quodam edicto antiquiore ita ſcriptum invenimus; qui flumina retanda publice redempta habent.... Retanda quid eſſet, quærebatur. Dixit ibi quiſpiam nobiſcum ſedens amicus, ſe in libro Gavii de origine vocabulorum ſeptimo legiſſe retas vocari arbores, quæ aut ex ripis fluminum eminerent, aut in alveis eorum exſtarent: idcircoque ſeſe arbitrari retanda flumina locari ſolita eſſe, id eſt, purganda,* V. *Beroaldum* & *Panciról. Not. Imp. occid. c.* 7.

6. FRUMENTI DIVIDUNDI curam qui ſuſtinebat, alio nomine dictus *minutiæ curator.* Sic interpretatur *Caſaubonus* in lapide veteri, ubi ſculptum: CURATOR. AQUARUM. ET MINUTIAE. CUR. ALBEI. TIBERIS. ET. CLOACARUM. URBIS. Hinc Apul. de mundo p. 74. *Et alius ad minutiam frumentatum venit.* De horum inſtitutione Dio LIV. p. 521. C. Καὶ ὃς τοῦτο μὲν ἀναγκαίως ἐδέξατο, καὶ ἐκέλευσε δύο ἄνδρας τῶν πρὸ πέντε που ἀεὶ ἐτῶν ἐστρατηγηκότων πρὸς τὴν τοῦ σίτου διανομὴν κατ' ἔτος αἱρεῖσθαι. *Et* annonæ curam *invitus quidem ſuſcepit, juſſitque ſingulis annis duos viros, qui ante quinquennium præturam geſſiſſent, frumento dividundo conſtitui.*

7. PRÆFECTURAM URBIS ex Mæcenatis conſilio inſtituit Auguſtus. Dio LII. p. 478. A. Πολίαρχος δὲ δή τις ἐκ τῶν προηκόντων, καὶ ἐκ τῶν πάντα τὰ καθήκοντα προπεπολιτευμένων ἀποδεικνύσθω· οὐχ ἵνα ἀποδημησάντων που τῶν ὑπάτων ἄρχῃ, ἀλλ' ἵνα τά τε ἄλλα ἀεὶ τῆς πόλεως προστατῇ, καὶ τὰς δίκας, τάς τε παρὰ πάντων ὧν εἶπον ἀρχόντων ἐφεσίμους τε καὶ ἀναπομπίμους, καὶ τὰς τοῦ θανάτου, τοῖς δὲ ἐν τῇ πόλει, πλὴν ὧν ἂν εἴπω, καὶ τοῖς ἔξω αὐτῆς μέχρι πεντήκοντα καὶ ἑξακοσίων σταδίων δικάζουσι, κρίνῃ. *Præfectus etiam Urbis ex primariis viris quidam creandus eſt, qui omnes magiſtratus, quos geri ante hunc convenit, geſſerit; non ut per abſentiam conſulum rempublicam adminiſtret, ſed ut cum reliquis in rebus Urbi præſit, tum cauſas quoque eas, in quibus ab omnibus indicatis magiſtratibus appellare licet, itemque capitales, iis exceptis, quas poſt dicam, in Urbe, ac extra eam uſque ad 81 millia paſſuum dijudicet.* De illa quoque Pompon. Digeſt. I. 2. 33. Primus Urbis præfectus fuit Meſſalla. Euſeb. Chron. ad a. 1991. *Meſſalla Corvinus primus præfectus Urbis factus ſexto die magiſtratu ſe abdicavit, incivilem poteſtatem eſſe conteſtans* I. majorem, quam civem deceret. Idemque dicit Tacit. Ann. VI. II. 4. Hoc tamen contigiſſe C. Furnio, C. Silano Coſſ. a. 2000, & prochroniſmum eſſe annorum novem monet ad Euſebium Scaliger p. 154. *Cuſtodiam* Urbis dicit Seneca infr. *Tib.* 42. 3. §. 8. *Curam Urbis* Plinius infr. *Tib.* 42. 3. 9.

8. TRIUMVIRATUM SENATUS LEGENDI I. tres viros, qui ſenatores legerent ex animi ſententia, quos exiſtimarent eſſe magis idoneos. V. *Beroaldum.* Cenſorum & hoc antea erat munus. Dio XXXVII. p. 50. D. Ἐν δὲ δὴ τῷ ἔτει ἐκείνῳ οἵ τε τιμηταὶ πάντας τοὺς ἐν ταῖς ἀρχαῖς γενομένους ἐς τὸ βουλευτικὸν ἐσέγραψαν. *Eodem anno a cenſoribus omnes ii, qui magiſtratus geſſerant, in ordinem ſenatorum ſunt relati.* Sed Auguſtus ex Mæcenatis conſilio hoſce, veluti ſubcenſores, in cenſorii muneris partem adhibuit morum præfectus. Dio LII. p. 478. B. Ἕτερός τέ τις ἐκ τῶν ὁμοίων καὶ αὐτὸς αἱρείσθω, ὥστε τά τε γένη καὶ τὰς οὐσίας, τούς τε τρόπους καὶ τῶν βουλευτῶν, καὶ τῶν ἱππέων.... ἐξετάζειν τε καὶ ἐπισκοπεῖν. C. Βουλευτῇ γάρ τοι, καὶ τῷ γε ἀρίστῳ μετὰ τὸν πολίαρχον, μᾶλλον ἤ τινι τῶν ἱππέων, προστετάχθαι τοῦτο δεῖ: καὶ τό γε ὄνομα ἀπὸ τῆς σῆς τιμαρχίας (πάντως γάρ σε προεστάναι τῶν τιμητειῶν προσήκει) εἰκότως ἂν λάβοι, ὥστε ὑποτιμητὴς καλεῖσθαι. *Alius quidam ex eodem ordine deligi debet, qui genera, facultates, moreſque ſenatorum & equitum.... examinet ac inſpiciat. Hoc munus ſenatori alicui, poſt præfectum Urbis præſtantiſſimo potius, quam equiti injungendum eſt: nomenque a tua cenſura (nam omnino in hac te primas gerere convenit) haud abſurde habebit, ut ſubcenſor dicatur.*

9. RECOGNITIO EQUITUM cenſura quædam fuit in equites, equoſque publicos, & quaſi examen. Et hoc antea fuit cenſorum. Tacit. Ann. III. 30. 2. *Cenſoria etiam poteſtate legendis equitum decuriis functus.* Gell. IV. 12. *Opus erat cenſorium.... Item ſi quis eques Romanus equum habere gracilentum, aut parum nitidum viſus erat.* Plutarchus ſupra *Cæſ.* 41. I. §. 10. Sed & hos triumviros tanquam ſubcenſores ad hoc munus adhibuiſſe dixit §. 8. Dio. Unde & 38. 3. *Cal.* 16. 5. *Claud.* 16. 2. V. *Revard. V. L.* II. 15. *Lipſ. in Tacit. p.* 53.

10. CREARI DESITOS. Aſcon. in Cicer. p. 20. *Hoc igitur*

Exegit etiam, ut quoties conſulatus ſibi daretur, binos pro ſingulis collegas habe- 3
ret: nec obtinuit, reclamantibus cunctis, ſatis majeſtatem ejus imminui [13], quod
honorem eum non ſolus, ſed cum altero gereret.

igitur tam triſte ſeverumque nomen, Cenſorum, *populus Romanus ſic oderat, ut intermiſſum eſſet per plurimos annos.*

11. Creavit eo modo, ut veriſimile eſt, quo tribunos plebis. Nam ut tribunitiam poteſtatem ſpreto tribuni nomine, ſic cenſoris omiſſo cenſoriam ſibi vindicavit. *Guther. Off. dom. Aug.* I. 40. Docet hoc verbis ſatis conceptis Dio. LIV. p. 521. C. Οὔτε γὰρ τὴν ἀρχὴν ὑπέστη, ἀλλ' εὐθὺς ἑτέρους τιμητὰς, Παῦλόν τε Αἰμίλιον Λέπιδον, καὶ Λούκιον Μουνάτιον Πλάγκον ἀπέδειξεν. Ἔσχατοι δὴ οὗτοι τὴν τιμητείαν ἰδιῶται ἅμα ἔσχον: καὶ μετὰ τοῦτο οὐδεὶς ἄλλοι τιμηταὶ ὅμοιοι αὐτοῖς ἅμα ἐγένοντο. Καὶ τότε δὴ ὁ Αὔγουστος, καίπερ ἐκείνων αἱρεθέντων, πολλὰ τῶν ἐς αὐτοὺς ἀνηκόντων ἔπραξε. *Neque enim hunc magiſtratum ſuſcepit, ſed cenſores ſtatim alios fecit, Paullum Aemylium Lepidum, & L. Munatium Plancum. Hi poſtremi cenſores ſimul ex privatis fuerunt: nec deinde alii cenſores eorum ſimiles ſimul creati ſunt. Auguſtus, his licet electis, multa tamen, quæ eorum eſſent officii, egit.*

12. Numerum prætorum auxit. Pompon. Digeſt. I. 2. 32. *Divus deinde Auguſtus ſedecim prætores conſtituit.* Ita enim & Dio LVI. p. 586. D. Καὶ στρατηγοὶ ἑκκαίδεκα ἦρξαν. De illorum vero numero multa *M. Donatus.*

13. Majestatem ejus imminui.... De faſtigio enim ſuo deſcendere quodammodo exiſtimatur imperator, & in æquum venire cum privatis, dum conſulatum non ſolus, ſed cum altero gerit. Hinc factum, ut omnes poſt Diocletianum principes hunc honorem privatis communicare deſierint, uſque ad Julianum, qui veterem morem reſtituit, & collegam ſibi in conſulatu unum ex privatis adſcivit. *Salmaſ. in Spartian. Adrian. c.* 8.

CAPUT XXXVIII.

ARG. *Ducibus triumphos, & triumphalia ornamenta decernit, liberis ſenatorum protinus virilem togam induere, curiæque intereſſe permittit, militiamque auſpicantibus legionum tribunatum, alarum præfecturas dat, & equitum turmas recognoſcit Octavius Cæſar Auguſtus.*

Nec parcior [1] in bellica virtute [2] honoranda: ſuper triginta ducibus juſtos [3] 1
triumphos [4], & aliquanto pluribus triumphalia ornamenta [5] decernenda curavit.

Parcior. Plin. XVIII. 6. L. *Tarius Rufus infima natalium humilitate, conſulatum militari induſtria meritus, antiqua alias parſimonia, circiter millies HS liberalitate divi Auguſti congeſtum, uſque ad detrectationem heredis exhauſit, agros in Piceno coemendo, colendoque in gloriam.*

2. Bellica virtute. Fortitudo generis nomen, veluti proprium, quidem ſibi adſcivit, ut *virtutem* qui nullo alio adjecto pronuntiaverit, de fortitudine plerumque ſenſiſſe intelligatur. Interdum tamen ambiguitatis tollendæ gratia, *virtuti bellicæ* nomen additur. Tryphon. Digeſt. XLIX. 15. 12. *Spem revertendi civibus in virtute bellica magis, quam in pace, Romani eſſe voluerunt.* Plin. XXXIII. 1. *Quorum more ferreum id erat, & bellicæ virtutis inſigne.* V. & *Fabr. Semeſt.* I. 19.

3. Justos i. legitimos, veros. Cicer. Fam. V. 10. *Quaſi vero non juſtiſſimi triumphi in Dalmatia res geſſerim.* Phil. XIV. 5. *Is demum eſt, mea quidem ſententia, juſtus triumphus ac verus: quum bene de republica meritis teſtimonium a conſenſu civitatis datur.* Noſt. *Cal.* 48. 4. *Claud.* 17. 2. De illis Val. Max. II. 8. 1. *Ob levia prælia quidam imperatores triumphos ſibi decerni deſiderabant: quibus ut occurreretur, lege cautum eſt ne quis triumpharet, niſi qui quinque millia hoſtium una acie cecidiſſet.*

4. Triumphi deſiere, & cœpere ornamenta *triumphalia* decerni Cn. Lentulo & M. Craſſo conſulibus, ſive anno ab U. C. 740. ut volunt *Caſaubonus* & in Faſtos *Panvinius*, vel a. 739. ut annos digerunt *Pighius* & *Sigonius*. Dio in hujus anni rebus geſtis LIV. p. 538. D. Καὶ ἐπ' αὐτοῖς θυσίαι μὲν τῷ τοῦ Ἀγρίππου ὀνόματι ἐγένοντο, οὐ μέντοι δὲ τὰ ἐπινίκια, καίτοι ψηφισθέντα αὐτῷ ἐπέμψεν. Ἀφ' οὗ δὴ καὶ οἱ μετὰ ταῦτα νόμῳ τινὶ τῷ ἐκείνου τρόπῳ χρώμενοι τὴν πέμψιν τῶν νικητηρίων οὐκ ἐδέξαντο: καὶ διὰ τοῦτο οὐδ' ἄλλῳ τινὶ ἔτι τῶν ὁμοίων αὐτῷ (ὥς γε καὶ ἐγὼ κρίνω) ποιῆσαι τοῦτο ἐδόθη, ἀλλὰ μόναις ταῖς ἐπινικίοις τιμαῖς ἐγαυροῦντο. *Ob hæc ſupplicatio Agrippæ nomine fuit, neque tamen is triumphum, etſi ſibi decretum, duxit. Cujus exemplum pro lege quadam acceptum poſteriores imitati triumphum oblatum non acceperunt: ideoque nulli etiam alii, qui ejus ſimilis eſſet, ut ego cenſeo, triumphus conceſſus eſt, ſed ſolis triumphalibus honoribus ſunt ornati.* Qui ergo ex illo tempore, quo rerum potitus eſt Auguſtus, ad hunc annum, tot *triumphi* in Urbe ſunt acti? An reſpexerit illos, qui, ut Dio LIV. p. 526. A. οὐχ ὅτι τὰ αὐτὰ οὕτω πράξαντες, ἀλλ' οἱ μὲν λῃστὰς συλλαμβάνοντες, οἱ δὲ πόλεις στασιαζούσας καταλλάσσοντες, καὶ ἐπεμάχοντο τῶν νικητηρίων, καὶ ἔπεμπον αὐτά: *nequaquam tantas res cum geſſiſſent, ſed vel latrones excidiſſent, vel urbes ſeditionem moventes pacaſſent,*

Digitized by Google

2 ravit. Liberis ſenatorum [6], quo celerius Reipublicæ aſſueſcerent, protinus [7] virilem togam, latum clavum [8] induere, & curiæ intereſſe permiſit: militiamque auſpicantibus [9], non tribunatum [10] modo legionum, ſed & præfecturas [11] alarum

triumphum auſi ſunt petere, & impetratum duxere. Sed *juſtos* dicit triumphos, quos de minoribus his vix putamus dici poſſe. Quid? ſi diceremus legatis ſuis, qui propriis auſpiciis nihil egiſſent, ſuos communicaſſe Auguſtum. Certe ſuum communicavit Carinati apud Dion. LI. p. 459. A. Γάϊος Καρίνας.... Καὶ ἐπαῖνος τὰ νικητήρια: ἤγαγε δὲ καὶ ὁ Καῖσαρ, ἐπειδὰν ἡ ἀναφορὰ τῆς νίκης τῇ αὐτοκράτορι αὐτοῦ ἀρχῇ προσήκουσα ἦν. *C. Carinas.... itaque & ipſe triumphum duxit: duxit & Cæſar, quoniam victoria ad ſumma rei præfectum imperatorem referri ſolebat.* Et ſic forte imitatus Julium *ſupr.* 37. 2. §. 9. V. & *Caſaubonum.*

5. TRIUMPHALIA ORNAMENTA I. quæ *triumphantibus* dari ſolebant. Hæc fuerunt *ſupplicationes decretæ, appellatio imperatoris, laurea corona, prætexta trabea triumphalis, ſceptrum, ſtatua, ſacrificia.* Hiſce fere Maſaniſſam ornat Scipio apud Liv. XXX. 15. *Ibi Maſaniſſam primum regem appellatum, eximiiſque ornatum laudibus, aurea corona, aurea patera, ſella curuli, & ſcipione eburneo, toga picta, & palmata tunica donat: addit verbis honorem, neque magnificentius quidquam triumpho apud Romanos, neque triumphantibus ampliorem eo ornatu eſſe, quo unum omnium externorum dignum Maſaniſſam populus Romanus ducat.* Noſter ſæpius. V. quoque *Donatum. Panvin. de triumph. c.* 6. & *Buleng. de triumph. c.* 19.

6. SENATORIBUS licuit, quoties in curiam venirent, ſuos ſecum filios adducere. Cauſam moris aperit Suetonius. Manſit ea conſuetudo uſque ad tempora Papyrii prætextati, cujus nota hiſtoria. Ab eo tempore intermiſſus mos longo intervallo ab Auguſto reſtituitur. V. *Caſaubonum.*

7. PROTINUS. Ita & Virg. Æn. VIII. 159.

Protinus Arcadiæ gelidos inviſere fontes.

Ubi Servius: *uno eodemque tempore: hoc eſt, dum pergit, videt Arcadiam.* Caſaubonus. * In multis MSS ſcriptum eſt, *protinus virili toga*, & *protinus a virili toga* legere mavult *Ruben. R. V.* I. 14. Quæ correctio ſatis eſt certa. Non enim cum toga virili latum clavum ſimul ipſo die tyrocinii, ſed tunicam rectam accipiebant liberi ſenatorum. *Protinus* exinde hoc loco non erit continue, aut, eodemque tempore; ſed non longe poſt, &, ſi liberet, ſequente die. *Grævius.*

8. LATUS CLAVUS quid fuerit, dixi ſupr. Cæſ. 45. 5. §. 24. Hunc etiam ante virilem togam, in puerili prætexta portarunt ſenatorum liberi, ſaltem ii, qui patricii erant. Stat. Sylv. V. 2. 27.

Sic te, clare puer, genitum ſibi curia ſenſit,
Primaque patricia clauſit veſtigia luna,
Mox Tyrios ex more ſinus, tunicamque potentem
Agnovere humeri.

Per *Tyrios ſinus* prætextam puerilem, per *tunicam potentem* laticlaviam intelligit. Illo vero tempore nondum virilem togam ſumpſiſſe Criſpinum, docent n. 66. 67.

Nec ſaltem teneris oſtrum puerile lacertis
Exuit, albentique humeros induxit amictu.

Qui non erant patricii, ſub conſulibus nequaquam laticlavii fuere, niſi poſtquam ad honores pervenerant. Iſidor. IX. 4. *Quamvis autem ſenatoria quiſquam origine eſſet, uſque ad legitimos annos eques Romanus erat; deinde accipiebat honorem ſenatoriæ dignitatis.* Mutavit hoc Auguſtus, qui permiſit ut ſtatim poſt virilem togam ſumptam ante geſtos honores *latum clavum* geſtarent. *Latum clavum* autem ſumebant, cum ſe ad rempublicam gerendam, & honores capeſſendos accingerent. Plin. Epiſt. VIII. 23. *Latum clavum in domo mea induerat, ſuffragio meo adjutus in petendis honoribus fuerat.* V. *Ruben. R. V.* I. 14. *Manut. Quæſ. Epiſt.* II. 2. *Ryck. in Tacit. p.* 50. & Rubenium refellere conantem *Ferrar. Anal. de Veſt. c.* 20. ſed fruſtra, ut monet *Grævius.*

9. MILITIAM AUSPICANTIBUS I. militare incipientibus. Hinc dictum, quia nihil niſi *auſpicato* incipiebant veteres. Colum. R. R. III. I. *Nihil prohibet nos celeberrimi carminis auſpicari principia.* Plin. proœm. 7. *Flens animal cæteris imperaturum, a ſuppliciis vitam auſpicatur.* Noſter ſæpius.

10. Ad TRIBUNATUM militum qui adſcenderant equites, ad dignitatem ſenatoriam adſpirantes, ſenatores eſſe factos, dixi ad *Cæſ.* 5. I. §. I.

11. PRÆFECTI olim apud Romanos ſociis erant, quod civibus tribuni militum. * Et *præfecti* erant in auxiliis, quod *tribuni* in legione. Unde diſtincte Cæſar B. G. I. 39. *Hic primum ortus eſt a tribunis militum*, legionariorum, *ac præfectis* auxiliariorum, *reliquiſque...* Cicer. pro Marc. c. 2. *Nihil ſibi ex iſta laude centurio, nihil præfectus: nihil cohors, nihil turma decerpit.* Ubi *centurio* ad *cohortem*, *præfectus* ad *turmam* pertinent. Et ſicut legiones ante auxilia, ita tribuni ante præfectos erant. Plinius enim primo *tribunum*, ut honoratiorem, deinde *præfectum* nominat Epiſt. X. 19. *Cum ipſe tribunus eſſem, ille præfectus.* Cæſar quoque modo laudatus primo *tribunos*, deinde *præfectos* nominavit. Imo noſt. Claud. 25. I. *ut poſt cohortem alam, poſt alam*, ſive *alæ præfecturam*, ut dignitatem inferiorem, *tribunatum*, ut altiorem *dedit.* Loquendi genus, quo noſter h. l. utitur, videtur indicare *præfecturas alarum* honore tunc anteiſſe *tribunatum militum.* Ea de cauſa horum locum mutaſſe Claudium putant *Caſaubonus.* & *Schel. Hygin. p.* 75. Sed *Buchner. Add. Theſ. Fabr. in Præfectus* non credit in ea re pro ratione temporum quid mutatum; ſed librarios tranſpoſitione peccaſſe, & reſcribendum, *non modo præfecturas alarum, ſed & tribunatum legionum dedit.*

12. ALÆ

alarum [12] dedit: ac ne quis expers caſtrorum eſſet, binos plerumque laticlavios [13]
præpoſuit ſingulis alis. Equitum turmas frequenter recognovit, poſt longam in- 3
tercapedinem [14] reducto more tranſvectionis [15]. Sed neque detrahi quemquam [16]
in tranſvehendo ab accuſatore [17] paſſus eſt, quod fieri ſolebat: & ſenio vel aliqua
corporis labe [18] inſignibus [19] permiſit, præmiſſo in ordine [20] equo, ad reſponden-
dum [21], quoties citarentur [22], pedibus venire: mox reddendi equi gratiam fecit [23]
eis,

12. Alæ in re militari proprie ſunt aciei partes dextræ & ſiniſtræ, quæ mediæ aciei corpus inſtar *alarum* utrimque tegunt. Veget. II. I. *Equitum alæ dicuntur, ab eo quod ad ſimilitudinem alarum ab utraque parte protegant acies.* Gell. XVI. 4. *Alæ dictæ exercitus equitum ordines; quod circum legiones dextra ſiniſtraque tanquam alæ in avium corporibus locabantur.* *Alæ* in veteri republica dicebantur ſocii Latini nominis tam pedites, quam equites: qua ſignificatione *alæ*, pedites equiteſque *alarii*, item cohortes *alariæ* diſtinguuntur a legionariis. Deinde ubi ſocii civitate donati, auxiliaribus & externis copiis hoc nomen ceſſit. Sub Imperatoribus vero *alæ* dicebantur manus equitum ex ſociis collectorum, quæ legioni jungebatur loco triginta turmarum, quæ ex equitibus Romanis olim conſcriptæ legionibus addebantur. Noſt. *Claud.* 25. I. V. & *Schel. Hygin. p.* 66. 67. & ad hunc locum *Donatum* & *Grævium.*

13. Laticlavios tribunos i. ſenatorum filios militiam auſpicantes, ut modo illos vocavit. *Laticlavii* proprie vocabantur ſenatorum, vel equitum filii, qui in ſpem ſenatoriæ dignitatis *latum clavum* portabant. *Laticlavia* enim dignitas non ipſe ordo ſenatorius eſt, ſed gradus ad eum. Caſſiod. Var. VI. 14. *Jam ſenatui prædeſtinatus eſt, cui nos contulimus laticlaviam dignitatem.* Ita *Julium Montanum*, quem *laticlavium* vocat noſter Ner. 26. 4. *ſenatorii ordinis*, unde βουλευτὴς Dioni LXI. p. 603. E. *ſed qui nondum honorem capeſſiſſet*, fuiſſe dicit Tacit. Ann. XIII. 25. 3. Et *Julium Calvaſtrum*, quem *tribunum laticlavium* vocat noſter Domit. 10. 9. Xiphil. LXVII. p. 764. dicit *in ſpem ſenatoriæ dignitatis tribunum* fuiſſe *militum*: Ἦν δ' ἄν τις νεανίσκος Ἰούλιος Καλουάστρος χιλιαρχηκὼς ἐς βουλείας ἐλπίδα, παραδοξότατα ἐσώθη. V. & *Ruben. R. V.* I. 14. & 15. *Turneb. Adv.* I. 2. *Chiment. de Hon. biſel. c.* 34. *Ferrar. R. V.* I. 3. 14.

14. Intercapedinem i. intervallum. Feſtus. *Intercapedo tempus interceptum, cum ſcilicet mora eſt ad capiendum.* Gloſſæ Cyril. *Intercapedo*, διάστασις καιροῦ, διάστημα χρόνου Cicer. Fam. XVI. 21. *Itaque me jam non pœnitebat intercapedinem ſcribendi feciſſe.* Noſt. *Veſp.* 10. I.

15. Transvectio equitum diverſa fuit ab eorumdem recognitione, de qua *ſupr.* 37. I. §. 9. Illam *inſtituit primus Q. Fabius Rullianus, ut n. equites Romani trabeati.* V. infr. Domit. 14. 6. §. 10. *& olea coronati Idibus Quintilibus ab æde Honoris, albis equis inſidentes in Capitolium tranſirent.* Aurel. Vict. V. I. c. 32. Val. Max. II. 2. 9. Plin. XV. 4. Liv. IX. 46. De hac & Ulpian. Digeſt. II. 4. 2. *In jus vocare non oportet eum, qui equo publico in Capitolium tranſvehitur.* Inſtituit illam Fabius an. ab U. C. 449. adeoque eadem non eſt cum illa pompa, qua a quodam templo Martis extramurano juxta ædem Caſtoris & Pollucis equites tranſvectos fuiſſe dicit Dionyſ. VI. p. 351. in memoriam victoriæ ad lacum Regillum partæ, de qua *infr.* Ner. I. 2. Hæc enim contigit *an. ab U. C.* 257. V. *Donatum. Revard. Var.* II. 15. *Coraſ. Miſc. jur.* I. II. *Lipſ. in Tacit. p.* 53. *Bud. Pand. p.* 90. *Hugon. de Mil. Equeſt.* II. 5.

16. Detrahi quemquam i. alicujus famam imminui. Cicer. Fam. III. 8. *Ego ſi de tua fama detrahere unquam cogitaſſem.* Inde hoc loco in jus vocari. V. *Ulpian.* §. 15.

17. Accusator eſt actor, petitor omnis, ut docet *Torrentius* ex Cicer. de partit. orat. c. 32. *Accuſatorem pro omni actore, & petitore appello.*

18. Aliqua corporis labe, puta, quibus nares præciſæ, vel aures, aut aliud quod vulnus impoſitum. Ita affecti urbanis hominibus dicteriorum ſunt materia. Plutarch. Pomp. p. 653. C. Ἦλθε δὲ καὶ Τίδιος Σέξτιος, ἐσχατόγηρως ἀνὴρ, θάτερον πεπηρωμένος σκέλος, εἰς Μακεδονίαν: ὃν τῶν ἄλλων γελώντων καὶ χλευαζόντων ὁ Πομπήϊος ἰδὼν ἐξανέστη. *Venit in Macedoniam & Tidius Sextius, præcipitis ſenectutis vir, & altero crure claudus: quem cæteris ridentibus & illudentibus ſimulatque conſpexit, Pompejus aſſurrexit.* V. & *Caſaubonum.*

19. Insignibus i. notatis, ut *Cal.* 26. 9. V. quæ dixi ad Curt. IX. I. 25. §. 70.

20. In ordine, στοιχηδὸν. Dionyſ. VI. p. 351. Οἱ κατὰ φυλάς τε καὶ λόχους κεκοσμημένοι στοιχηδὸν ἐπὶ τῶν ἵππων ὀχούμενοι πορεύονται. *Qui tributim & centuriatim diſtincti, ordine omnes equis vehuntur.*

21. Respondendum i. comparendum, cenſoribus ſe ſiſtendum: Phædr. IV. 16. 8.

Citati non reſpondent.

Gell. XI. I. *M. Terentius citatus non reſpondit.* Noſt. Ner. 44. 2. *Reſpondere enim* dicuntur rei, qui in judicium citati comparent.

22. Citarentur i. ſinguli ſuo nomine appellarentur. Val. Max. IV. I. 10. *Centurias recognoſcens equitum, poſtquam C. Licinium Sacerdotem citatum proceſſiſſe animadvertit.* Noſt. *Cal.* 16. 4.

23. Reddendi equi gratiam fecit i. poteſtatem, facultatem dedit, conceſſit reddere. Nam & ſic *gratiam facere* uſurpatur. Plaut. Caſ. II. 6. 20.

De iſtac Caſina huic noſtro villico
Gratiam facias.

cis, qui majores annorum quinque & triginta [24] retinere [25] eum nollent.

Ita ingenio & doctrina magnus *Grævius.*

24. POST ANNOS QUINQUE ET TRIGINTA reddendi equi poteſtatem eſſe factam nemo miretur, nam eis annum illum potuiſſe equeſtria ſtipendia peragi docet *Caſaubonus.*

25. RETINERANT dum viverent ſibi a cenſore aſſignatum equum, qui equites equo publico dicebantur, niſi idem qui aſſignaverat cenſor, vel prætéritione, vel notatione adimeret. Etſi autem alendo equo ſtipendium acceperint, fueritque res non parvi honoris, tamen durum onus pleriſque hoc fuit. Quod colligimus ex eo, quod populus in beneficii parte ſolitus eſt dare vacationem hujus muneris. Liv. XXXIX. 19. *Sctum factum eſt, ut Coſ. cum tribunis plebis ageret, ut ad plebem primo quoque tempore ferrent, ut P. Ebutio emerita ſtipendia eſſent, ne invitus militaret, neve cenſor ei equum publicum aſſignaret.* Hoc vetus inſtitutum Auguſtus immutavit. V. & *Caſaubonum* & *Donatum.*

CAPUT XXXIX.

ARG. *Equites rationem vitæ reddere cogit, illorumque alios pœna, alios ignominia, alios admonitione notat Octavius Cæſar Auguſtus.*

1 Impetratiſque a ſenatoribus decem adjutoribus, unumquemque equitum rationem vitæ reddere [1] coegit: atque ex improbatis [2] alios pœna, alios ignominia [3] notavit [4]:
2 plures admonitione [5], ſed varia. Leviſſimum genus admonitionis fuit traditio co-
3 ram pugillarium [6], quos taciti, & ibidem ſtatim legerent. Notavitque aliquos, quod pecunias levioribus uſuris mutuati graviori fœnore [7] collocaſſent.

RATIONEM VITÆ REDDERE ſolitos fuiſſe equites Romanos docet Plutarch. Pomp. p. 630. A. Ἔθος ἐςὶ Ῥωμαίων τοῖς ἱππεῦσιν, ὅταν ςρατεύσωνται τὸν νόμιμον χρόνον, ἄγειν εἰς ἀγορὰν τὸν ἵππον ἐπὶ τοὺς δύο ἄνδρας, οὓς τιμητὰς καλοῦσι, καὶ καταριθμησαμένους τῶν ςρατηγῶν καὶ αὐτοκρατόρων ἕκαςον, ὑφ' οἷς ἐςρατεύσαντο, καὶ διδόντας εὐθύνας τῆς ςρατείας ἀφίεσθαι. Νέμεται δὲ καὶ τιμὴ καὶ ἀτιμία προσήκουσα τοῖς βίοις ἑκάςων. *Mos eſt equitibus Romanis, ubi legitimum ſtipendiorum tempus expleverunt, ut equum in forum ad duos cenſores adducant, & enumeratis ſingulis ducibus & imperatoribus, ſub quibus meruerunt, ac reddita militiæ ratione, petant vacationem. Ibi & honos habetur & ignominia pro cujuſque vita acta.*

2. IMPROBATIS i. probro notatis, κακοπρεπῶς dicit *Caſaubonus.*

3. IGNOMINIA eſt nominis nota. V. Curt. VII. 2. 37. §. 75.

4. NOTAVIT i. damnavit. Cicer. pro Mil. c. 6. *Crimen judicio reſervavi, rem notavi.*

5. ADMONITIONE i. reprehenſione. Cicer. de Orat. II. 83. *Tum objurgatio, ſi eſt auctoritas: tum admonitio, quaſi lenior objurgatio.* Huc referri poteſt Claudii factum, de quo noſt. *infr.* 16. 3.

6. PUGILLARES ſunt tabellæ cera illitæ, in quibus *pungendo* ſtylo impreſſo ſcribebatur. Πίνακες dicuntur Hom. Ἰλ. ζ. 169.

Γράψας ἐν πίνακι πτυκτῷ θυμοφθόρα πολλά.
Scribens in tabella plicata exitialia multa.

Unde *pugillarium uſum fuiſſe etiam ante Trojana tempora inveniri apud Homerum* dicit Plin. XIII. 11. Noſt. *Ner.* 52. 3. De *pugillaribus* etiam *Manut. Quæſ. Epiſt.* II. 1. *Salmaſ. de mod. uſur. c.* 10. His deſcribi quæcunque illis objicienda erant curaverat Auguſtus; illaſque ſingulis legendas tradere ſatis habebat, ne divulgarentur, ſed taciti probra ſua cognoſci videntes ad meliorem ſe frugem converterent, ut obſervat *Babelonius.*

7. GRAVIORI FOENORE i. ut majus lucrum auferrent. Quod improbum quæſtus genus. Simile *Veſp.* 16. 2.

CAPUT XL.

ARG. *Senatores ex equitibus creat, equitibus attrito bellis civilibus patrimonio ludos e* XIV *ſpectare permittit, populi recenſum agit, frumentantibus quaternum menſium teſſeras dat, comitiorum jus reducit, civitatem Romanam parciſſime dat, manumittendi modum terminat, & veſtitum priſtinum reducit Octavius Cæſar Auguſtus.*

1 Comitiis tribunitiis [1], ſi deeſſent [2] candidati, ſenatores [3] ex equitibus [4] Romanis

TRIBUNITIIS i. quibus *tribuni* plebis crearentur. Creabantur vero in comitiis *tributis* poſt legem a Volerone *tribuno* plebis latam, quum antea curiatis crearentur. Liv. II. 46. Volero *rogationem tulit*

Digitized by Google

nis creavit: ita ut poteſtate tranſacta, in utro vellent ordine [5], manerent. Cum 2
autem plerique equitum, attrito [6] bellis civilibus patrimonio, ſpectare ludos e
quatuordecim [7] non auderent, metu pœnæ theatralis [8]: pronuntiavit, non teneri
ea, quibus ipſis, parentibuſve equeſter cenſus [9] unquam fuiſſet. Populi Romani 3
cenſum vicatim egit: ac ne plebs frumentationum cauſa frequentius a negotiis avocaretur,

lit ad populum, ut plebeji magiſtratus tributis comitiis fierent. c. 58. *Tum primum tributis comitiis creati tribuni ſunt.*

2. DEFUERUNT his comitiis notante Caſaubono interdum qui hunc peterent magiſtratum, quia noverant quanta invidia apud optimates eſſent tribuni plebis. Cui rationi & alteram addo ex Dione LIV. p. 542. E. Τὴν δὲ δημαρχίαν ὀλίγων σφόδρα, διὰ τὸ τὴν ἰσχὺν σφῶν καταλελύσθαι, αἰτούντων, ἐνομοθέτησεν.... *Quum tribunatus plebis propter abolitam illorum potentiam a perpaucis peteretur, legem tulit.* Imo tertiam ex Appiano, quem exhibet §. 3. Ideo lata vetus lex, quæ populo libertatem conceſſit, ſi comitiis tribunitiis *deeſſent* candidati, ex omni populo & quocunque ordine, quos vellet, tribunos creandi. Appian. B. C. I. p. 362. Καὶ γάρ τις ἤδη νόμος ἐκεκύρωτο, εἰ δήμαρχος ἐνδέοι ταῖς παραγγελίαις, τὸν δῆμον ἐκ πάντων ἐπιλέγεσθαι. Παραγγελία enim eſt magiſtratus petitio cum prenſatione.

3. SENATOR niſi quis eſſet, tribunus plebis fieri non poterat, I. jus petendi tribunatus non habebat, niſi qui jam ante eſſet e patribus, extremis temporibus liberæ reipublicæ. Docuit hoc noſt. *ſupr.* 10. 4. ubi duo Cæſari impedimenta ad tribunatum ponit, quod gente patricius, & quod honore nondum *ſenator*. Plin. Epiſt. II. 9. *Ego Sexto latum clavum a Cæſare noſtro, ego quæſturam impetravi: meo ſuffragio pervenit ad jus tribunatus petendi.* Quod *jus* non hic aliud quam dignitas ſenatoria, & latus clavus. Olim quidem tribuni non ſolum pro plebe, ſed etiam e plebe creati: ita ut patriciis, aut patribus aditus ad eum honorem rarus eſſet aut nullus. Hoc vero mutatum ad arcendos a turbido magiſtratu turbidos adoleſcentes. Quando & a quo non ſatis certum. Non ab Atinio, licet de illo Gell. XIV. 8. *Tribunis plebis ſenatus habendi jus erat, quamquam ſenatores non eſſent ante Atinium plebiſcitum.* Nam non dicit Gellius, plebiſcito eo cautum, ut nemo tribunus niſi *ſenator* eſſet, plebis enim libertatem hujuſmodi rogatione minuiſſet; verum, ut quem tribunum plebis creaſſet, is hoc ipſo in poſterum *ſenator* eſſet. V. *Manut. de L. L. c.* 5. ſed ab alio quodam, e patriciis, forte Sylla, de quo Appian. B. C. I. p. 413. Τὴν δὲ τῶν δημάρχων ἀρχὴν ἴσα καὶ ἀνεῖλεν, ἀσθενεστάτην ἀποφήνας, καὶ νόμῳ κωλύσας μηδεμίαν ἄλλην τὸν δήμαρχον ἀρχὴν ἔτι ἄρχειν. Διὸ καὶ πάντες οἱ δόξης ἢ γένους ἀντιποιούμενοι τὴν ἀρχὴν ἐς τὸ μέλλον ἐξετρέποντο. Καὶ οὐκ ἔχω σαφῶς εἰπεῖν, εἰ Σύλλας αὐτὴν, καθὰ νῦν ἐστιν, εἰς τὴν βουλὴν ἀπὸ τοῦ δήμου μετήνεγκεν. *Tribunitiam poteſtatem tantum non ſuſtulit, enervatam eam prorſus relinquens, lege lata, ne quis qui tribunus fuiſſet, alium ullum caperet magiſtratum. Quo factum, ut eam dignitatem nemo nobilis honoriſque appetens non vitaret. Nec liquido poſſim dicere, an Sylla hunc magiſtratum, uti nunc eſt, a plebe tranſtulerit ad ſenatum.* V. etiam *Lipſ. Elect.* II. 13. *Oiſel. in Gellium. Sigon. de ant. jur. civ. Rom.* II. 2. & *Lat. Latinum Obſerv. in Sigonium. Zamoſc. de Sen.* I. 9.

4. EX EQUITIBUS creaſſe tribunos plebis dicit & Dio LIV. p. 542. E. Ἐνομοθέτησεν, ἐκ τῶν ἱππέων τῶν μὴ ἔλαττον πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας κεκτημένων προβάλλεσθαι τοὺς ἐν ταῖς ἀρχαῖς ἕνα ἕκαστον, κἀκ τούτων τὸ πλῆθος τοὺς ἐνδέοντας αἱρεῖσθαι σφίσιν. *Tulit legem, ut ex equitibus, qui non minus quam decies ſeſtertium poſſiderent, unuſquiſque magiſtratus unum deligeret, atque ex his populus eos, qui deficerent, deſignaret.* LVI. p. 587. C. Ἀλλὰ καὶ τοῖς ἱππεῦσι δημαρχίαν αἰτῆσαι ἐπέτρεψε. *Sed & equitibus jus petendi tribunatus plebis conceſſit.*

5. UTRO ORDINE, ſenatorio, vel equeſtri. Dio LIV. p. 543. A. Εἰ μὲν καὶ βουλεύειν μετὰ τοῦτ' ἐθέλοιεν· εἰ δὲ μὴ, ἐς τὴν ἱππάδα αὖθις ἐπανιέναι ἐξεῖναι. *Siquidem deinceps ſenatores eſſe vellent: ſin minus, liceret iis ad equeſtrem ordinem redire.*

6. ATTRITO I. imminuto, ut quadraginta non ſupereſſent. Sæpius Livius. Noſt. *Galb.* 3. II.

* 7. QUATUORDECIM in ordinibus, ſive gradibus. V. illos *ſupr.* Cæſ. 39. 4. §. 17.

8. THEATRALIS legis, ut addendum eſſe contendit Caſaubonus ad hunc locum & ad Spart. Adr. c. 18. Plinio *lex Julia theatralis* dicitur XXXIII. 2. *Hac de cauſa conſtitutum, ne cui jus id eſſet, niſi cui ingenuo ipſi, patri, avoque paterno ſeſtertia* 400 *cenſus fuiſſet, & lege Julia theatrali in* 14 *ordinibus ſedendi.* Ante Auguſtum n. anno ab U. C. 686. *legem theatralem* tulerat L. Roſcius Otho, *ut equitibus Romanis in theatro quatuordecim gradus proximi aſſignarentur.* Liv. Epit. 99. Dio XXXVI. p. 23. B. Plutarch. in Cicer. p. 867. A. Plin. VII. 30. Aſcon. in Cicer. p. 140. Hanc, cum ſenſim elanguiſſet, ſuaſque vires jam perdidiſſet, reſtituit Domitianus *infr.* 8. 6.

* 9. CENSUM non egit Auguſtus, ſed *recenſum* frumentantium, *populi recenſum* qualem & Julius egerat *ſupr.* 41. 6. §. 25. Et reſcribendum cum Lipſ. Elect. I. 8. & Modio in Liv. II. 9. Sequitur enim ſtatim de frumentatione. Auguſti hunc *recenſum* explicat Dio LV. 554. F. Ὁ δὲ Αὔγουστος τὸ τοῦ δήμου τοῦ σιτοδοτουμένου πλῆθος ἀόριστον ὂν ἐς εἴκοσι μυριάδας κατέκλεισε, καὶ ὥς γε τινὲς λέγουσι καθ' ἕνα ἑξήκοντα δραχμὰς ἔδωκεν. *Cæterum Auguſtus multitudinem eorum, qui frumentum ex publico accipiebant ad hominum*

caretur, ter in annum quaternûm menſium teſſeras [10] dare deſtinavit: ſed deſideranti conſuetudinem veterem conceſſit rurſus, ut ſui cujuſque menſis [11] acciperet.
4 Comitiorum quoque priſtinum jus [12] reduxit: ac multiplici pœna coercito ambitu, Fabianis [13] & Scaptienſibus [14] tribulibus [15] ſuis die comitiorum, ne quid a quoquam candidato [16] deſiderarent, ſingula millia [17] nummûm [18] a ſe [19] dividebat.
5 Magni præterea exiſtimans, ſincerum, atque ab omni colluvione [20] peregrini [21] ac

num ducenta millia redegit. In ſingulos eum dediſſe ducentes quadraginta denarios nonnulli auctores ſunt. Et ejus ipſe meminit in Lapide Ancyrano. *Conſul. tertium. decimum. ſexagenos. denarios. plebi. quæ. tum. frumentum. publicum. acceperat. dedi. ea. millia. hominum. paullo. plura. quam. ducenta. fuerunt.*

10. TESSERÆ erant fruſtilla lignea, certa inſignita & notata forma, quæ dabantur iis, quibus facultas erat petendi frumentum publice pro portione a principe. Juven. VII. 174.

Qua vilis teſſera venit
Frumenti,

Perſ. V. 74.

Scabroſum teſſerula far
Poſſidet.

Noſt. *Ner.* 11. 7. qui & *nummariarum* meminit *infr.* 41. 6. V. *Turneb. Adv.* XIX. 26. & ex illo *Tomaſ. de teſſ. hoſp. c.* 16. *Stuck. Ant. Conv.* I. 27. *Lipſ. Admir.* II. 10. *Elect.* I. 8. *Schott. Nod. Cicer.* II. 6. *Pancir. Not. Dign. Imp. Occid. c.* 4. *Nicol. de Sigl. vet. c.* 27.

11. SUI CUJUSQUE MENSIS n. teſſeras ſolito & veteri more. Hygin. Grom. p. 2. *Rationem tenſuræ ſui cujuſque generis ſubjecimus*, ut ad *Hyginum* legit, & exempla alia collecta exhibet *Nobil. Schelius p.* 23.

12. PRISTINUM JUS, non vetus illud, quod integra libertate: ſed hoc idem, quod a patre ejus Julio inſtitutum *ſupr.* 41. 2. §. 14. Ideo tamen *priſtinum*, quia per bella civilia, & impotentem triumviratum abolitus Cæſarianus mos, quem reduxit longo intervallo nunc Auguſtus. Docet hoc Dio LIII. p. 511. C. Ὅ τε δῆμος ἐς τὰς ἀρχαιρεσίας καὶ τὸ πλῆθος αὖ συνελέγετο· οὐ μέντοι καὶ ἐπράττετό τι, ὃ μὴ καὶ ἐκείνῳ ἤρεσκε. Τοὺς γοῦν ἄρξοντας, τοὺς μὲν αὐτὸς ἐκλεγόμενος προεβάλλετο, τοὺς δὲ καὶ ἐπὶ τῷ δήμῳ τῷ τε ὁμίλῳ κατὰ τὸ ἀρχαῖον ποιούμενος ἐπεμελεῖτο, ὅπως μήτ' ἀνεπιτήδειοι, μήτ' ἐκ παρακελεύσεως, ἢ καὶ δεκασμοῦ ἀποδεικνύωνται. *Populus & multitudo iterum ad comitia conveniebant: neque tamen fiebat quidquam, niſi quod ipſi placebat. Igitur magiſtratus quoſdam ipſe electos a ſe creabat: quorundam delectum populo & plebi permittens, id curabat; ne vel parum digni renuntiarentur vel per factionem, vel ambitum.* V. *Lipſ. in Tacit. Annal.* I. *Excurſ. E. Merul. de LL. Rom.* 24. 28. *de comic.* 5. 7. *Buleng. de imp.* III. 10. & ad *hunc locum Caſaubonum.*

13. FABIA tribus a *Fabia* gente, quæ in eam relata fuit, nomen obtinuit. Horat. Epiſt. I. 6. 52.

Hic multum in Fabia valet, ille Velina.

Fuit Juliorum, in quorum nomen & gentem per jura adoptionis tranſiit. V. *Panvin. Comm. R. R.* IV. *p.* 240. *Urſat. de Not. Rom. Theſ. Ant. Rom. Græv. Tom.* XI. *p.* 852. *D.*

14. SCAPTIA *tribus a nomine urbis Scaptia appellata.* Feſtus. *Eodem anno cenſus actus, novique cives cenſi: tribus propter eos additæ, Mætia & Scaptia.* Liv. VIII. 17. Gentilis fuit, & nativa familiæ Octaviæ. V. *Panvin. p.* 250. *Chimentel. de Hon. Biſel. c.* 3.

13. TRIBULES ſunt qui ex eadem ſunt *tribu*. Ter. Adelph. III. 3. 85.

——— *Eſtne Hegio*
Tribulis noſter.

Ab eodem cive eodem tempore duas *tribus* fuiſſe retentas rariſſimum fuit; quippe in una certa *tribu* unumquemque civem fuiſſe docuit jam Livius *ſupr. Cæſ.* 14. 2. §. 14. V. & *Chiment. de Hon. Biſel. c.* 3.

16. A QUOQUAM CANDIDATO, a quo tribules in ſua tribu ſuffragium ferentes tentabantur per diviſores, de quibus *ſupr.* 3. 1. §. 2.

17. SINGULA MILLIA NUMMUM I. unicuique tot nummos. Gloſſ. Cyrill. *ſingulus*, ἕκαστος. Adſcribitur rei, quod perſonæ tribuendum erat. Plaut. Ciſt. IV. 2. 34.

Singulum video veſtigium.

I. unum tantum, unius tantum hominis. Noſt. *infr.* 46. 2: 101. 4. *Tib.* 48. 2.

18. NUMMUS, laxe ſi ſumatur vocabulum, dicitur de quavis pecunia ex ære, auro, argento, ferro, corio: κατ' ἐξοχὴν eſt ſeſtertius, & Latini vetuſtiores non aliud genus quam ſeſtertios intelligunt, quum certum appellant numerum *nummorum*, ut cum dicunt, *mille nummum, duo millia*, & deinceps *nummum.* Gronov. de pecun. vet. IV. 11. cui ibid. III. 8. *mille nummum* ſunt ſeptuaginta quinque floreni, ſeu Carolini.

19. A SE I. de ſuo. Cicer. Attic. V. 21. *Homines non modo non recuſare, ſed etiam hoc dicere, ſe a me ſolvere: quod enim prætori dare conſueſſent, quoniam ego non acceperam, ſe a me quodammodo dare.* Græci hoc dicerent, αὐτόθεν καταβάλλειν, hoc ita explicante *Canter. N. L.* II. 15.

20. COLLUVIO quid, dixi ad Curt. X. 2. 6. §. 16.

21. PEREGRINIS civitatem Romanam pleno jure dare per initia reipublicæ Romanæ, & ante Cannenſem cladem, maximum duxerunt Romani. Liv. XXIII. 5. *Adjicite, quod ad extremum, id quod ante Cannenſem certe cladem maximum fuit, civitatem noſtram magnæ parti veſtrum dedimus.* Procedentibus vero temporibus eo ventum eſt, ut ex omni genere, omnique natione terrarum cives adſciſcerentur,

ac ſervilis [22] ſanguinis [23] incorruptum [24] ſervare populum : & civitatem Romanam parciſſime dedit, & manumittendi modum terminavit [25]. Tiberio pro clien- 6
te Græco petenti reſcripſit, *non aliter ſe daturum, quam ſi præſens ſibi perſuaſiſſet, quam juſtas petendi cauſas haberet.* Et Liviæ pro quodam tributario [26] Gallo roganti 7
civitatem negavit, immunitatem [27] obtulit : affirmans, *ſe facilius paſſurum fiſco* [28] *detrahi aliquid, quam civitatis Romanæ vulgari honorem.* Servos non contentus mul- 8
tis difficultatibus a libertate, & multo pluribus a libertate juſta [29] removiſſe : cum & de numero [30] & de conditione ac differentia [31] eorum, qui manumitterentur, curioſe

rentur. Cæſar ſupr. 24. 2: 76. 6. V. fuſe hoc narrantem *Donatum.* Unde Modeſt. Digeſt. 1. 1. 33. *Roma communis noſtra patria eſt:* quem in hanc ſententiam contra Accurſium pluribus explicat *Alciat. Diſp.* II. 21.

22. SERVILIS, ut eſt libertorum *ſanguis*, ſic etiam a Tacit. Ann. II. 12. 4. *libertorum ſervilia ingenia.* XV. 23. 2. *liberti regii, & ſervilia imperia.* XV. 54. 5. *ſervilis animus:* imo κατ' ἐξοχὴν, aut ἐμφατικῶς liberti *ſervitia* dicuntur XIV. 39. 3. *Sed hoſtibus irriſui fuit, apud quos flagrante etiam tum libertate, nondum cognita libertorum potentia erat: mirabanturque, quod dux & exercitus tanti belli confector ſervitiis obedirent.* Ita Pallantem Claudii libertum Plin. Epiſt. VIII. 6. vocat *ſervum. Omitto, quod Pallanti ſervo prætoria ornamenta offeruntur,* & *mancipium* ibid. *Placuit ære ſignari omnes honores faſtidioſiſſimi mancipii.* V. & *Fabr. Semeſt.* II. 12.

23. SANGUINIS I. ſeminis, quod ex quarta *ſanguinis* digeſtione gignitur. Juven. Sat. I. 42.

Accipiat ſane mercedem ſanguinis.

* Clem. Alex. Pædag. I. 6. Τοῖς δὲ καὶ τὸ σπέρμα τοῦ ζῴου ἀφρὸν εἶναι τοῦ αἵματος κατ' οὐσίαν ὑποτίθενται: ὃ δὴ τῇ ἐμφύτῳ τοῦ ἄρρενος θέρμῃ, παρὰ τὰς συμπλοκὰς ἐκταραχθὲν ἐκριπιζόμενον ἐξαφροῦται. *Jam vero nonnulli quoque animalis ſemen ſtatuunt eſſe ſpumam ſanguinis, quod ad ſubſtantiam, qui innato maſculi calore in conjunctione turbatus, ventilatus ſpumeſcit.* Hinc *ſanguis* pro filius Virg. Æn. VI. 835.

Projice tela manu ſanguis meus.

Horat. carm. ſecul. n. 50.

Clarus Anchiſæ, Venerisque ſanguis.

V. & *Cal.* 25. 8. §. 33.

24. INCORRUPTUM ſervandum eſſe populum jam cenſuerat, & Auguſti legem nondum latam, ut plane neceſſariam, deſideraverat Dionyſ. IV. 3. *Alii ex latrociniis, & parietum effoſſionibus, & pudicitia proſtitutione, & quovis alio improbo facinore quæſtum faciunt, & hac pecunia libertatem ſuam redimunt, & ſtatim civitate Romana donantur: alii dominis conſcii, & ſocii veneficiorum, & cædium, & ſcelerum, vel in deos, vel in rempublicam patratorum, hoc beneficio ab illis remunerationis gratia afficiuntur. Huic rei cenſores, aut certe conſules proſpicere debere exiſtimarem, ut eos, qui quotannis manumittuntur, examinent, quinam ſint, & quare, & quomodo libertate fuerint donati. Deinde quos comperierint civitate dignos, eorum nomina in tabulas referant, ipſoſque in tribus diſtribuant, & ipſis in Urbe habitare permittant. Sceleſtam vero & impuram multitudinem ex Urbe, ſpecioſo nomine rei impoſito, aliquo in coloniam ablegent.*

25. MANUMITTENDI MODUM TERMINAVIT I. modum & numerum conſtituit, ultra quem non licebat *manumittere.* Dio LV. 557. C. * Πολλῶν τε πολλοὺς ἀκριβῶς ἐλευθερούντων, διέταξε τήν τε ἡλικίαν, ἣν τόν τε ἐλευθερώσοντά τινα καὶ τὸν ἀφιεμένον ὑπ' αὐτοῦ ἔχειν δεήσοι: καὶ τὰ δικαιώματα οἷς οἵ τε ἄλλοι πρὸς τοὺς ἐλευθερουμένους, καὶ αὐτοὶ οἱ δεσπόται σφῶν γενόμενοι χρήσοιντο. *Quia multi multos manumittebant, ætatem, quam & manumittens, & manumittendus habere deberent: juraque, quibus erga libertos cum alii, tum ipſi patroni uterentur, conſtituit.*

26. TRIBUTARIO I. *tributum* ſolventi. Flor. III. 4. I. *Thraces ipſi quondam tributarii Macedonum.*

27. IMMUNITATEM a tributis & vectigalibus; ne poſthac eſſet tributarius. Juſtin. XLIII. 5. 10. *Ob quod meritum & immunitas illis decreta.* Noſt. *Tib.* 49. 5. *Claud.* 25. II. Tales *ab omni onere immunes* dicit noſt. Claud. 25. II. *ab omni publico munere ſolutos* Tacit. Ann. XII. 58. 2. & *illis tributa remiſſa* noſt. *Claud.* 25. II.

28. FISCO, quem V. *ſupr.* 15. 3. §. 13.

29. JUSTA. Juſtinian. Inſt. I. 5. 4. *Libertinorum ſtatus tripertitus antea fuerat. Nam qui manumittebantur, modo majorem & juſtam libertatem conſequebantur, & fiebant cives Romani: modo minorem, & Latini ex lege Julia Norbana fiebant: modo inferiorem, & fiebant ex lege Ælia Sentia dedititii.* Qui quid fuerint, docent Cajus, Ulpianus & Theophilus, quos exhibet *Leon. de Manum.* II. 8. I. Hinc Plaut. Caſ. II. 8. 68.

Tribus non conduci poſſim libertatibus.

Auſon. Eidyll. XI. 65.

Triplex libertas, capitiſque minutio triplex.

Juſta erat, quæ dabatur *cenſu, vindicta, teſtamento.* Cicer. Top. c. 2. *Si neque cenſu, neque vindicta, nec teſtamento liber factus, non eſt liber.*

30. NUMERUS ſervorum certus ut teſtamento manumitteretur lege *Fuſia Caninia* cautum fuit, auctore *Paullo Sent.* IV. 14. a duobus uſque ad decem pars dimidia: a decem uſque ad triginta pars tertia: a triginta ad centum pars quarta: a centum ad quingentos pars quinta: plures quam centum manumitti non poſſe. Q. Fufius Calenus & P. Vatinius anno ab U. C. 706. Conſules fuerunt, iiſque

Ii con-

curioſe caviſſet, hoc quoque adjecit, ne vinctus unquam tortuſve quis ullo li-
9 bertatis genere [31] civitatem adipiſceretur. Etiam habitum veſtitumque priſti-
10 num [33] reducere ſtuduit. Ac viſa quondam pro concione pullatorum [34] turba, in-
dignabundus & clamitans, en ait:

Romanos [35] rerum dominos [36], gentemque togatam [37].

11 Negotium ædilibus [38] dedit, ne quem poſthac paterentur in foro circove [39], niſi
poſitis lacernis [40], togatum [41] conſiſtere [42].

conſulibus hanc legem fuiſſe latam credo. *Caninia* dicta fuerit, quia Auguſtus illam retractaverit *C. Caninio Gallo* eam veluti conſule a. 751. rogante: & ita, quæ *Fuſia* ſolum dicebatur, poſtea *Fuſia Caninia* ea ratione appellata fuerit, qua lex Papia Poppæa lex etiam Julia dicitur. *Ravard. Conject.* II. I. V. etiam *Auguſtin. de LL. p.* 63.

31. CONDITIONE AC DIFFERENTIA, fer ſis retro pedem ad §. 29.

32. ULLO LIBERTATIS GENERE, ne quidem *inferiori*, quam conſequebantur dedititii §. 29. in quorum *numero*, *ut* Ulpian. tit. de libertis, *ſunt qui pœna cauſa vincti a domino, qui inſcripti ſtigmata, qui propter nexam torti, nocenteſque inventi ſunt, qui traditi ad ferrum, aut ut cum beſtiis depugnarent, vel in cuſtodiam conjecti fuerunt, deinde quoquo modo dimiſſi ſunt: idque lex Ælia Sentia facit.* V. *Donatum*: *Auguſt. de LL. p.* 34. *Pith. Adv.* II. 9.

* 33. HABITUM VESTITUMQUE PRISTINUM I. togam, quam ſub Auguſto pæne deſueviſſe, & in ejus locum lacernas ſucceſſiſſe multis docet *Ferrar. R. V.* I. I. 33.

34. PULLATORUM I. civium indutorum lacernas, ut illos explicat Ferrar. *R.* V. I. I. 35. 3. 24: II. 2. 8. noſter enim ſtatim ſubjungit, *niſi poſitis lacernis togatum conſiſtere*, quia Romanorum veſtis forenſis toga fuit, eaque alba, eaſque *pullas* I. tum nigras Servio ſic explicante Virg. Georg. III. 389.

Ne maculis infuſcet vellera pullis.

Candidis autem ſpectaculis intereſſe ſolebant Romani. Unde perſtringitur, quod nigris interfuerit illis, Horatius a Martiale carminibus, quæ leguntur IV. 2. 1.

Spectabat modo ſolus inter omnes
Nigris munus Horatius lacernis,
Quum plebs, & minor ordo, maximuſque
Sancto cum duce candidus ſederet,
Toto nix cecidit repente cælo,
Albis ſpectat Horatius lacernis.

Noſt. *Claud.* 6. 3. tum, ſordidas, obſoletas, neglectas; nam & hæ *pullæ* dicuntur: unde *ſordidos* & *pullatos* jungit Plin. Epiſt. VII. 17. *Nonne quum ſurgis ad agendum, tum maxime tibi ipſi diffidis? tum commutata, non dico plurima, ſed omnia cupis? utique ſi latior ſcena, & corona diffuſior. Nam illos quoque ſordides pullatoſque reveremur.* Et Quintil. Inſt. Orat. VI. 5. *pullatam turbam*, II. 13. *pullatum circulum* dicit illos, qui præter Romani habitus dignitatem, ſic in publicum veniebant, ut vel in reatu, vel in luctu eſſe viderentur. Noſt. *infr.* 44. 4.

35. ROMANOS.... carmen eſt Virgilii Æn. I. 286. quod & Martiali laudatur XIV. 113.

36. RERUM DOMINI ſcriptoribus paſſim dicuntur Romani. Auguſt. de civ. Dei III. 13. *Juno cum Jove ſuo jam fovebat Romanos rerum dominos.* Arnob. IV. p. 127. *Interrogare vos libet, ipſoſque ante omnia Romanos dominos rerum, ac principes.* Ad Arnobium plura *Elmenhorſtius.*

37. GENS TOGATA dicuntur Romani, & *ſtirps togata* Laberio, teſte Macrob. Sat. VI. 5. *Decenter hoc epitheto Virgilius uſus eſt, pro Romanis gentem togatam. Illo Laberius uſus eſt in Epheſo: licentiam ac libidinem ut tollam togatæ ſtirpis. Idem infra: idcirco ope noſtra dilatatum eſt dominium togatæ gentis.* Prop. IV. 2. 56.

Tranſeat ante meos turba togata pedes.

38. ÆDILIBUS, quia ludorum fuerunt curatores. V. *Cæſ.* 10. I. §. I.

39. IN FORO, CIRCOVE, quia ad illa Urbis loca fere conveniebant Romani. Horat. Sat. I. 16. 113.

Fallacem circum, veſpertinumque pererro
Sæpe forum.

Liv. XXXIX. 16. *Sacrificulos, vateſque foro, circo, Urbe prohiberent.* V. *Torrentium.*

40. LACERNA amiculum fuit, ſive pallium laneum, apertum, quod ipſi quandoque togæ, & hac depoſita ferme loco ipſius togæ injiciebatur tunicæ, nectebaturque fibula, vel in humero, vel ad pectus, nativo ipſius lanæ colore, aut varia infectura. Militare fuit & caſtrenſe. Paterc. II. 80. 3. *Quippe cum inermis & lacernatus eſſet, præter nomen nihil trahens, ingreſſus caſtra Lepidi, evitatis, quæ juſſu hominis praviſſimi tela in eum jacta erant, cum lacerna ejus perforata eſſet lancea....* Prop. III. 10. 7.

Tu tamen injecta tectus, veſane, lacerna....

Paullatim deinde per bella triumvirorum civilia, quum togæ deponi cœpiſſent, in earum locum *lacernæ* ſucceſſerunt. *Ferrar. de R.* V. II. I. I. 2. 3. De *lacernis* quoque *Bayf. R. v. c.* 16. *Manut. Quæſ. Epiſt.* III. I. *Laz. Comm. R. R.* VIII. 10. *Faber. Sem.* II. 10. *Sigon. de jud.* III. 18. *P. Ruben. Elect.* II. 12. *A. Ruben. R. v.* I. 6. *Salmaſ. Lampr. Comm. c.* 16. *Buleng. de veſt. Pont. c.* 19.

41. TOGA quale veſtimentum fuerit, dixi ſupr. Cæſ. 9. 5. §. 22. Dignitas *togæ* olim fuit tanta, ut pudendum fuerit Romano, ſi alia quam Romani civis hæc geſtans inſignia in publico conſpiceretur. Gell. XIII. 21. *T. Caſtricius quum diſcipulos quoſdam ſuos ſenatores vidiſſet die feriato tunicis, & lacernis indutos, & gallicis calceatos; equidem inquit, maluiſſem vos togatos*

Digitized by Google

gatos eſſe: pigitum eſt, cinctos ſaltem eſſe & penulatos? tamen, ut pluviæ, ac frigoris cauſa præſertim in theatro, ludorumque ſpectaculis, ob repentinam ſæpe cœli injuriam, *togæ lacernam* ſuperinduerent, quo & *togam* conſervarent, & ſe quoque tuerentur. Plin. XVIII. 25. *Nubilo occaſu pluvioſam hyemem denuntiant, ſtatimque augent lacernarum pretia.* Martialis *ſupr.* §. 34. Unde *munimenta togæ* vocat *lacernas* Juven. Sat. IX. 28. Ad *togæ* quoque honeſtatem ſpectat, quod narrat noſt. *Claud.* 6. 3. V. *Torrentium.*

41. CONSISTERE eos in foro, ac circo intelligo etiam qui obambulant. Verum ſi quis alio per totum aut circum inducta togæ lacerna tranſiiſſet, id crediderim licuiſſe. *Torrentius.*

CAPUT XLI.

ARG. *Liberalitatem ordinibus exhibet, ſenatorum cenſum ampliat, populo congiaria dat, frumentum viritim admetitur, & teſſeras nummarias duplicat Octavius Cæſar Auguſtus.*

Liberalitatem omnibus ordinibus per occaſiones frequenter exhibuit. Nam & 2
invecta Urbi Alexandrino triumpho regia gaza [1], tantam copiam nummariæ
rei effecit [2], ut fœnore diminuto, plurimum agrorum pretiis acceſſerit [3]. Et 3
poſtea quoties ex damnatorum bonis pecunia ſuperflueret, uſum ejus gratuitum [4]
iis qui cavere in duplum [5] poſſent, ad certum tempus indulſit. Senatorum cen- 4
ſum ampliavit: ac pro octingentorum millium [6] ſumma duodecies HS [7] taxavit [8],
ſupplevitque non habentibus [9]. Congiaria populo frequenter dedit, ſed diverſæ 5
fere ſummæ: modo quadringenos, modo tricenos [10]: nonnunquam ducenos, quinquagenoſque nummos: ac ne minores quidem pueros [11] præteriit, quamvis non niſi

GAZA quid ſit, dixi ad Curt. III. 12. 27. §. 95.

2. TANTAM COPIAM... Scribit Hieronymus, Auguſtum Cæſarem, cum poſt victoriam Alexandrinam domum repedaſſet, exportaſſe ſecum antiquorum Ptolemæorum gazas: ut nec antea, nec poſtea tanta copia auri, argenti, gemmarumque advecta fuiſſe noſcatur. *Beroaldus.*

3. PLURIMUM PRETIIS ACCESSERIT I. *pretium* valde auctum fuerit. Plin. Epiſt. VI. 19. *Scis tu acceſſiſſe pretium agris, præcipue ſuburbanis.* Romæ tantam pecuniæ copiam tunc temporis fuiſſe, ut agrorum *pretia plurimum* intenderentur, & uſuræ trienti ſive trientali vix locus eſſet, docet Dio LI. p. 458. E. Τοσοῦτον τὸ πλῆθος τῶν χρημάτων διὰ πάσης ὁμοίως τῆς πόλεως ἐχώρησεν, ὥστε τὰ μὲν κτήματα ἐπιτιμηθῆναι· τὰ δὲ δανείσματα ἀγαπητῶς, ἐπὶ δραχμῇ πρότερον ὄντα, τότε ἐπὶ τῷ τριτημορίῳ αὐτῆς γενέσθαι. Quantum illud fuerit, docet Oroſ. VI. 19. *Roma in tantum opibus ejus aucta eſt, ut propter abundantiam pecuniarum duplicia quam uſque ad id fuerant poſſeſſionum aliarumque rerum venalium pretia ſtatuerentur.* V. & Caſaubonum. *Meurſ. Rom. Lux.* c. 1. Gronov. *ſub finem* Ἀντιβιβλ. II. *de centeſimis uſuris.*

4. GRATUITUM, quod *ſine uſuris* dicunt Tacit. Ann. VI. 17. 5. *Facta mutuandi copia ſine uſuris per triennium, ſi debitor populo in duplum prædiis caviſſet:* & Lamprid. in Alex. c. 21. *Fœnus publicum trientarium exercuit, ita ut pauperibus pleriſque ſine uſuris pecunias dederit ad agros emendos, reddendas de fructibus.* Similem Tiberii liberalitatem V. *infr.* 48. 1. §. 6.

5. CAVERE IN DUPLUM I. in duplam ſummam prædiis & prædibus ſe populo obligare, & hypothecas, fidejuſſoreſque dare. V. *Tacitum* §. 4. & *Cujac. Obſ.* V. 38.

6. OCTINGENTORUM MILLIUM, ſubaudi ſeſtertiûm nummorum, qui valent ſcutatos, ſive philippeos viginti mille. V. *Groſip. ſive Sciop. tab. num. p. 1. Snell. de re num. p. 70. Manut. de ſenat. Rom. c. 2.*

7. HS DUODECIES intellige centena millia, niſi pondus argenti intelligere velis cum *Gronov. de pec. vet.* II. 2. Illa vero valent ſcutatos, ſive philippeos triginta mille. V. *Scioppium, Snellium, Ciaccon. de tricl. p. 24. Voſſ. Lex. in ſeſtertius: Bud. de aſſe* 1. *p.* 127. 96. * Et præterea Lipſ. Elect. II. 17. duodecies in decies ex Dion. LIV. p. 532. & 540. mutantem, nec non Perizon. Triad. diſſert. II. p. 174. vulgatam Suetonii lectionem defendentem.

8. TAXAVIT I. æſtimavit. Plin. XVII. 1. *futuraſne eas crediderint ad ſupra dictam æſtimationem illos, qui frugiferas tanti taxaverant?* Noſt. *Cal.* 8.

9. NON HABENTIBUS SUPPLEVIT. Auguſtum imitati ſunt Adrianus apud Spartian. c. 7. *Senatoribus qui non vitio ſuo decoxerant, patrimonium pro liberorum modo ſenatoriæ profeſſionis explevit.* Nero noſt. 10. 4. Veſpaſianus noſt. 17. 1.

* 10. MODO TRICENOS. Hic omiſit *nummos ſexagenos*, quos populo Auguſtum dediſſe diximus *ſupr.* 40. 3. §. 9. Hi confecerant Romanæ monetæ unum, ut vocant, millionem, ac ducenta millia ſcutatorum. *Noriſ. Cenot. Piſ. Diſſ.* II. *c.* 7.

11. MINORES PUEROS. Auguſtum imitatus eſt Trajanus. Plin. Paneg. 26. 3. *Omnes antequam te viderent, adirentve, recipi, incidi juſſiſti: ut jam inde ab infantia parentem publicum munere educationis experirentur:*

6 niſi ab undecimo ætatis anno accipere conſueſſent. Frumentum quoque in annonæ difficultatibus [12] ſæpe leviſſimo, interdum nullo pretio [13] viritim admenſus eſt [14] teſſeraſque [15] nummarias duplicavit.

rentur: creſcerent de tuo, qui creſcerent tibi; alimentiſque tuis ad ſtipendia tua pervenirent, tantumque omnes uni tibi, quantum parentibus ſuis quiſque, deberent. Spartian. Adrian. c. 7. *Pueris ac puellis, quibus etiam Trajanus alimenta detulerat, incrementum liberalitatis adjecit.*

12. DIFFICULTATEM ANNONÆ dicit quoque illam Cicero, quæ magno venit pretio pro Dom. c. 5. *Atqui utrumque fuiſſe perſpicuum eſt, difficultatem annonæ, ſummamque inopiam rei frumentariæ? Ut homines non jam diuturnam caritatem, ſed ut famem plane timerent.* *Sævitia annonæ* dicitur Tacit. Ann. 11. 87. 1. Unde *ingraveſcere annonam* Cicer. pro Dom. ib. Noſt. *ſupr.* 25. 2. & *arcta* aliquoties noſt. *Tib.* 8. 4. *Claud.* 18. 3. *Galb.* 7. 5. Et quæ vilior facta eſt, *convaluiſſe* dicitur *infr.* 42. 4.

13. NULLO PRETIO diviſit quoque Nero. Tacit. Ann. XV. 72. 1. *Addidis ſine pretio frumentum, quo ante ex modo annonæ utebantur.*

14. ADMENSUS EST opera *menſorum*, qui ſub frumentationis præfectis, de quibus *ſupr.* 37. 1. §. 6. conſtituti erant. Horum mentio in inſcriptione, quæ Comi in Rhætia alta.

D. M.
CAENNI EUGENI MENSORIS PUBLICI
FLORENTIUS LIBERTUS.

V. *Laz. Comm. R. R.* 11. 15.

* 15. TESSERÆ quid fuerint, dictum *ſupr.* 40. 3. §. 10. *Teſſeræ nummariæ* erant, quibus ad Quæſtorem allatis nummi congiario promiſſi reddebantur.

CAPUT XLII.

ARG. *Salubrem ſe eſſe principem multis docet exemplis Octavius Cæſar Auguſtus.*

1 Sed ut ſalubrem [1] magis quam ambitioſum principem [2] ſcires, querentem de inopia & caritate vini populum ſeveriſſima coercuit voce: *Satis proviſum a genero*
2 [3] *ſuo Agrippa, perductis pluribus aquis* [4], *ne homines ſitirent* [5]. Eidem populo promiſſum quidem congiarium repoſcenti, *bonæ fidei ſe eſſe* [6] *reſpondit*: non promiſſum autem flagitanti, turpitudinem & impudentiam edicto exprobravit: affirmavitque,
3 *non daturum ſe, quamvis dare deſtinarat.* Nec minore gravitate atque conſtantia, cum propoſito congiario multos manumiſſos, inſertoſque civium numero [7] comperiſſet, negavit

SALUBREM I. frugalem., non prodigum, non luxurioſum. Cicer. de Divin. 1.29. *At qui ſalubri, & moderato cultu atque victu quieti ſe tradiderit.* Ita moderato pretio eſt *ſalubriter* emere. Plin. Epiſt. 1. 24. *Si prædiolum iſtud ſalubriter emerit.*

* AMBITIOSUS PRINCEPS eſt, qui populo adulatur. V. *ſupr.* 25. 1. §. 4.

3. GENERO, quia duxerat uxorem Juliam Auguſti filiam *infr.* 63. 2.

4. PERDUCTIS AQUIS I. factis *aquæ* ductibus. Strab. V. p. 163. Τοσοῦτον δ' ἐστὶ τὸ εἰσαγώγιμον ὕδωρ διὰ τῶν ὑδραγωγείων, ὥστε ποταμοὺς διὰ τῆς πόλεως καὶ τῶν ὑπονόμων ῥεῖν, ἅπασαν δὲ οἰκίαν σχεδὸν δεξαμενὰς, καὶ σίφωνας, καὶ κρουνοὺς ἔχειν ἀφθόνους: ὧν πλείστην ἐπιμέλειαν ἐποιήσατο Μάρκος Ἀγρίππας. *Tantum autem aquæ per aquæductus in Urbem derivatur, ut flumina per Urbem & cloacas labantur, & quælibet propemodum domus ciſternas, tubulos, ac canales habeat copioſos: ad quam rem plurimum induſtria contulit M. Agrippa.* Reſtituit enim *Marciam*, quæ Plinio XXXI. 3. *clariſſima aquarum omnium in toto orbe. Hanc primus in Urbem ducere auſpicatus eſt Ancus Marcius, unus e regibus:* & invexit in Urbem *Virginem*. Plinius: *Idem & Virginem adduxit ab octavi lapidis diverticulo.* V. eumdem *ſupr.* 29. 13. §. 47. Dio LIV. p. 528. E. Τό τε ὕδωρ τὸ Παρθένιον καλούμενον τοῖς ἰδίοις τέλεσιν ἐσαγαγὼν, Αὔγουστον προσηγόρευσε. *Aquam, quæ Virginalis vocabatur, propriis ſumptibus in Urbem adduxit, Auguſtamque nominavit.*

5. NE HOMINES SITIRENT. Dio p. 529. A. Καὶ οὕτω γε ἐκεῖνος ἐπ' αὐτῷ ἔχαιρεν, ὥστε σπανιότητός ποτε οἴνου γενομένης, καὶ τῶν ἀνθρώπων δεινὰ διαβοώντων, ἱκανώτατα ἔφη τὸν Ἀγρίππαν προνενοηκέναι, ὥστε μὴ δίψῃ ποτὲ αὐτοὺς ἀπολέσθαι. *Quod ita gratum illi fuit, ut inopia aliquando vini exiſtente, quum queritaretur populus, ſatis proviſum diceret eſſe ab Agrippa, ne quis eorum ſiti periret.* Similiter Peſcenninus Niger apud Spartian. c. 7. *quum apud Ægyptum ab eo limitanei milites vinum peterent, reſpondit, Nilum habetis, & vinum quæritis?*

6. BONÆ FIDEI SE ESSE I. ſe, quod promiſerat, præſtiturum. Quod promittit princeps, ratum eſſe debet. Iccirco Pacatus in Panegyrico laudat Theodoſium, quod nihil ita primoribus labris pollicebatur, quin promiſſo fidem ſubderet, & verba re ipſa ſanciret: aitque perquam eleganter, *tam ſunt certa, quæ ſpondes, ut tum videantur accepta, cum ſpondes.* V. *Beroaldum*, & *Juretum ad Symmach. Epiſt.* 111.42.

7. INSERTOS CIVIUM NUMERO I. in tribus, in quas, antequam ad principis congiaria, aliaſve liberalitates

negavit accepturos, quibus promiſſum non eſſet [8]: cæteriſque minus, quam promiſerat, dedit, ut deſtinata ſumma ſufficeret. Magna vero quondam ſterilitate [9], ac difficili remedio, cum venalitias [10], & laniſtarum [11] familias [12], peregrinoſque [13] omnes, exceptis medicis & præceptoribus, partemque ſervitiorum [14], Urbe expuliſſet: ut tandem annona convaluit, *impetum* [15] *ſe cepiſſe* ſcribit, *frumentationes publicas in perpetuum abolendi, quod earum fiducia cultura agrorum ceſſaret* [16]: *neque tamen perſeveraſſe, quia certum haberet, poſſe per ambitionem quandoque reſtitui.* Atque ita poſt hanc rem temperavit, ut non minorem aratorum [17] ac negotiantium [18], quam populi [19] rationem deduceret [20]. 4 5

tes admitterentur, referri debebant, diviſos. In illas vero appetente congiarii die ut dividerent, multi illiberali lucelli cupiditate impulſi, hac lege, ut hæc legitimorum civium commoda ad ſe deferrent, ſervos ſuos nullo diſcrimine manu miſerunt. Macula hæc non tunc primum Romanorum moribus adhærere cœpit. Verum tales ſua ætate multos libertate donatos conqueritur Dionyſ. A. R. IV. p. 228. Ἵνα τὸν δημοσίᾳ διδόμενον σῖτον λαμβάνοντες κατὰ μῆνα, καὶ εἴ τις ἄλλη παρὰ τῶν ἡγεμόνων γίγνοιτο φιλανθρωπία, φέρωσι τοῖς δεδωκόσι τὴν ἐλευθερίαν. *Ut frumentum publice dari ſolitum ſingulis menſibus accipientes, aut ſi qua alia largitio a principibus, vel magiſtratibus fuerit celebrata, auctoribus libertatis id ſtatim afferant.* V. *Caſaubonum. Ravard. de auctor. prud. c. 7.* & *Leon. de Manum.* 1. 6. 5.

8. QUIBUS PROMISSUM NON ESSET, utpote nondum liberis, cum congiarium hoc per edictum pronuntiaretur. Aliter Trajanus apud Plin. Paneg. 25. 3. *Datum eſt his qui poſt edictum tuum in locum eraſorum ſubditi fuerant: æquatique ſunt cæteris illi etiam, quibus non erat promiſſum.*

9. MAGNA STERILITATE, quæ accidit M. Aimilio Lepido & L. Arruntio Nepote coſſ. ſive anno ab U. C. 759. Auguſti imperii non quadrageſimo octavo, ut perperam *Oroſ.* VII. 3. ſed quadrageſimo nono. Dio LV. p. 566. A. Καὶ πρὸς ἔτι λιμοῦ ἰσχυροῦ, ὥσθ' ὑπ' αὐτοῦ τούς τε μονομαχοῦντας, καὶ τὰ ἀνδράποδα τὰ ὤνια ὑπὲρ πεντήκοντα καὶ ἑξακοσίους σταδίους ἐξωσθῆναι: ἔκ τε τῆς θεραπείας καὶ τὸν Αὔγουστον καὶ τοὺς ἄλλους τὸ πλεῖον ἀποπέμψασθαι. *Ac fames præterea ingens, adeo ut gladiatores, mancipiaque venalia ultra octoginta M. paſſus ſint ab Urbe rejecta: multoſque ex ſuis miniſtris cum alii, tum ipſe Auguſtus ablegaverint.* Ad hæc tempora pertinere putat Scaliger p. 164. Euſebium in Chronico ad numerum 2022 dicentem: *Fames Romæ ita ingens facta, ut quinque modii venderentur denariis 27 ſemis.*

10. VENALES, *novitii* ſervi, quamquam *&* *venalia multa.* Quintil. Inſt. VIII. 2. Plin. Epiſt. 1. 21. *Omiſſis jocis, credo decentes eſſe ſervos, qui ſunt empti mihi ex conſilio tuo: ſupereſt ut frugi ſint: quod de venalibus, melius auribus, quam oculis judicatur.* Illos veteratorios opponunt ICti. Ulpian. Digeſt. XXI. 1. 37. *Præcipiunt ædiles, ne veterator pro novitio veneat.* Venul. ibid. §. 65. *Nam quicunque ex venalitio novitiorum emptus, alicui miniſterio prapoſitus ſit, ſtatim eum veteranorum numero eſſe....* Inde *venalitiæ familiæ* ipſi ſervi venales. *Familia* enim ſervos ſignificat Ner. 44. 2. & *venalitius* mango eſt. Cicer. Orat. c. 70. *Neque me divitiæ movent, quibus omnes Africanos, & Lælios, multi venalitii, mercatoreſque ſuperarunt.* Noſt. *Rhet.* 1. 17. V. & *Torrentium.*

11. LANISTÆ quinam V. ſupr. Cæſ. 26. 8. §. 43.

12. FAMILIÆ laniſtarum quænam V. ſupr. Cæſ. 10. 5. §. 25.

13. PEREGRINI opponuntur civibus Romanis. Hos ſæpius Urbe expulerunt Romani, adeo ut hanc ob cauſam male audiverint. Liban. in Antioch. p. 366. Δι' ἣν οὐδεπώποτε τὸν ξένιον ἠναγκάσθημεν ἀδικῆσαι Δία διὰ τῆς περὶ τοὺς ξένους ὠμότητος: καί τοι τὸ παράδειγμα τῆς Ῥώμης ἔχοντες, ἣ τὴν τῶν ἀναγκαίων σπάνιν, εἴποτ' ἂν τοῦτο συμβαίη, τῇ τῶν ξένων ἐλάσει πρὸς ἀφθονίαν μεθίστησι. *Cujus ope nunquam coacti ſumus ſævitia in peregrinos Jovem hoſpitalem offendere: tametſi nobis exemplum ſuppeteret Urbis Romæ, quæ quoties inopia premitur annonæ, peregrinorum expulſione huic malo mederi ſolet.* Themiſt. Orat. 6. Οὐκοῦν δεῖ ἡμῖν ξενηλασίας συνεχοῦς, καθάπερ τῇ μητροπόλει, φαρμάκου τῆς ἰδίας χαλεπότητος. *Quare nihil nobis continua peregrinorum expulſione opus eſt, perinde ac origini noſtræ* Urbi Romæ: *quod quidem omni penuria atrocius remedium eſt.* V. & *Valeſ. in Marcellin.* p. 26.

14. SERVITIORUM i. ſervorum. V. ſupr. Cæſ. 47. 2. §. 11.

15. IMPETUM i. ὁρμὴν, validum appetitum, *impetum ſe cepiſſe* phraſis eſt noſt. *Oth.* 9. 3. *Cal.* 43. 2. Senec. ad Helv. c. 1. *Sæpe jam mater optima impetum cepi conſolandi te.* Epiſt. 78. infr. Oth. 9. 3. §. 16. *Concipere impetum* dicit Curt. v. 12. 1.

16. CULTURA AGRORUM CESSABAT, quia labore quærendum non putabant, quod & otioſis de publico præſtabatur. Frumentantes enim negotiandi ſtudium negligebant, agrorum curam ſpernebant, ſervis vinctiſque eandem committebant. Ex quo illa Livii gravis querela VI. 12. *Olim multitudinem innumerabilem liberorum capitum in eis fuiſſe locis, quæ nunc vix ſeminario exiguo militum relicto, ſervitia Romana ab ſolitudine vindicant.* V. & *Caſaubonum.*

17. ARATORES erant, qui agrorum culturam a publicanis, quibus vectigalia ſua per cenſores elocabant Romani, & de quibus *Caſ.* 20. 6. §. 38. redimebant. Publicani enim illos aut per familias ſuas exercebant, aut aliis porro civibus concedebant.

bant. Hi dicebantur *arateres*, quod *arandorum* agrorum curam haberent. De illis Cicero Verr. III. 51. *Sed etiam, ut permulti locupletes homines, magni & navi arateres agros latos, & fertiles deſererent, totuſque arationes derelinquerent. Id adeo ſciri facillime poteſt ex literis publicis civitatum, propterea quod lege Hieronica numerus aratorum quotannis apud magiſtratus publice ſubſcribitur.*

18. NEGOTIA[NTE]S ſunt, quicunque aliquam exercerent *negotiationem*: cujuſmodi erant centonaria, ſagaria, lignaria, carbonaria, cœnacularia,..... Hi ſunt, qui imperatoribus in codice dicuntur, *negotium gerere, in negotiis pecuniam tractare, aut mercimoniis agitare.* V. & *Caſaubonum.*

* 19. POPULUM ſæpius vocat noſter plebem otioſam, quæ frumento publico Romæ alebatur. Hæc magna ex parte fuit hominum functorum militia. Cives enim Romani artes βαναύσους plerique a ſe ſpernebant, & ſolis ſervis dignas judicabant, ipſi bellis vacabant. Unde peractis ſtipendiis egeni plerumque quod ſupererat vitæ degebant. *Caſaubonus.*

20. RATIONEM DEDUCERET I. in diviſione frumenti non minus aratorum & negotiantium, quam plebis otioſæ *rationem* haberet. *Ducere* verbum eſt arithmetices, & ratiocinii proprium. Lucillius:

Age nunc ſummam ducat ſui æris ſimul atque alieni.

Hinc compoſitum *deducere* pro ſimplici. Manil. III. 354.

Sic erit ad ſummam ratio deducta priorem.

Sic Imperator in §. 23. de action: *In qua actione earum etiam rerum, quas fugiendo ſervus abſtulerit, æſtimatio deducitur.* V. *Gronov. Obſ.* II. 10.

CAPUT XLIII.

ARG. *Ludos varios ſuo, & aliorum magiſtratuum nomine facit Octavius Cæſar Auguſtus.*

Spectaculorum & aſſiduitate, & varietate, atque magnificentia [1], omnes anteceſſit. Feciſſe ludos ſe ait [2] ſuo nomine [3] quater: pro aliis magiſtratibus, qui aut abeſſent, aut non ſufficerent [4], ter & vicies [5]: fecitque nonnunquam etiam vicatim, ac pluribus ſcenis [6], per omnium linguarum [7] hiſtriones [8], non in foro [9] modo, nec amphitheatro [10], ſed in circo [11], & ſeptis [12], & aliquando nihil præter

MAGNIFICENTIAM deſcribit Ariſtot. Ethic. IV. 4. Ὁ δὲ μεγαλοπρεπὴς ἐπιστήμονι ἔοικε: τὸ πρέπον γὰρ δύναται θεωρῆσαι, καὶ δαπανῆσαι μεγάλα ἐμμελῶς; ἡ ἕξις γὰρ ταῖς ἐνεργείαις ὁρίζεται καὶ ὧν ἐστίν: αἱ δὲ τοῦ μεγαλοπρεποῦς δαπάναι, μεγάλαι καὶ πρέπουσαι: τοιαῦτα δὴ καὶ τὰ ἔργα: οὕτω γὰρ ἔσται μέγα δαπάνημα καὶ πρέπον τῷ ἔργῳ: ὥστε τὸ μὲν ἔργον τῆς δαπάνης ἄξιον δεῖ εἶναι, τὴν δὲ δαπάνην τοῦ ἔργου, ἢ καὶ ὑπερβάλλειν. *Magnificus autem eſſe ſimilis ſcienti videtur, quippe qui & quod decet contemplari, & magnos conſone facere ſumptus poſſit; habitus enim operationibus definitur, & iis quorum habitus eſt: magnifici vero ſumptus & magni ſunt, & decentes: talia igitur etiam erunt opera: ita enim fiet, ut ſumptus, & magnus, & operi decorus evadat: ut & opus ſumptu, & ſumptum opere dignum eſſe oportet, vel etiam ſumptum excedere.* Dicitur de ludis etiam *Tib.* 7. 3. *Claud.* 21. 1. *Domit.* 4. 1. de operibus *Tib.* 46. 1. de cœnis *Vit.* 2. 2.

2. AIT, forte in rerum ſuarum breviario.

3. SUO NOMINE. Nam & Cæſares ſua impenſa ludos faciebant. Ovid. Triſt. II. 509.

Inſpice ludorum ſumptus Auguſte tuorum:
Empta tibi magno talia multa leges.

4. NON SUFFICERENT I. ſumptum ſuſtinere non poſſent. Tales enim a principibus adjutos legimus. Vopiſc. Aurelian. c. 12. *Aureliano, cui conſulatum detulimus ob paupertatem, qua ille magnus eſt, ceteris major, dabis ad editionem circenſium aureos Antonianos trecentos, argenteos Philippeos minutulos tria millia, in ære HS quinquagies....*

* 5. TER ET VICIES. De hoc ludorum numero contendunt *Lipſ. Elect.* II. 13. & *Guther. de vet. jur. Pont.* III. 20.

6. SCENARUM *genera ſunt tria, unum quod dicitur tragicum, alterum comicum, tertium ſatyricum: Horum ornatus ſunt inter ſe diſſimiles, diſparique ratione: quod tragica deformantur columnis, faſtigiis, & ſignis, reliquiſque regalibus rebus. Comica autem ædificiorum privatorum, & menianorum habent ſpeciem, perfectuſque feneſtris diſpoſitos imitatione communium ædificiorum rationibus. Satyrica vero ornantur arboribus, ſpeluncis, montibus, reliquiſque agreſtibus rebus, in topiarii operis ſpeciem deformatis.* Vitruv. v. 8.

7. OMNIUM LINGUARUM, forte Latinæ, Oſcæ, Græcæ. V. ſupr. Cæſ. 39. 1. §. 5.

8. HISTRIONES qui, & unde Romam venerint, docui ſupr. Cæſ. 39. 1. §. 6.

9. FORUM V. ſupr. Cæſ. 10. 1. §. 3.

10. AMPHITHEATRUM V. ſupr. 29. 13. §. 46.

11. CIRCUS. V. illum ſupr. Cæſ. 39. 5. §. 25.

12. ΣΕΠΤΑ' ὠνομασμένα καθιέρωσε. Ταῦτα ἐν τῷ Ἀρείῳ πεδίῳ στοαῖς πέριξ ὑπὸ τοῦ Λεπίδου πρὸς τὰς φυλετικὰς ἀρχαιρεσίας συνῳκοδομημένα, καὶ πλαξὶ λιθίναις καὶ ζωγραφήμασιν ἐπικόσμησεν, Ἰούλια αὐτὰ ἀπὸ τοῦ Αὐγούστου προσαγορεύσας. *Septa ſic dicta dedicavit. Illa in campo Martio, ad habenda tributa comitia a Lepido undiquaque porticibus circumductis ædificata, tabulis lapideis &*

ter venationem[13] edidit. Athletas[14] quoque exſtructis in campo Martio[15] ſedilibus[16] 2
ligneis: item navale prælium[17] circa Tiberim cavato[18] ſolo, in quo nunc[19] Cæ-
ſarum nemus[20] eſt. Quibus diebus cuſtodes in Urbe diſpoſuit, ne raritate rema- 3
nentium[21] graſſatoribus obnoxia eſſet. In circo aurigas[22] curſoreſque[23] & con- 4
fectores[24] ferarum, & nonnunquam ex nobiliſſima juventute[25] produxit[26]. Sed 5
&

& picturis exornavit, & ſepta Julia ab Auguſto cognominavit Agrippa. Dio LIII. p. 512. B. *In illis populus Romanus ſtans ſuffragia ferre conſueverat.* Serv. Ecl. I. 34. Ovid. Faſt. I. 53.

Eſt quoque. quo populum jus eſt includere ſeptis.

δημοσίαν ἔπαυλαν τὴν ἐν τῷ Μαρτίῳ κάμπῳ vocat Strab. V. p. 172. In illis etiam res ſcenicas exhibuit Claudius. noſt. *infr.* 21. 9. De illis etiam *Tib.* 17. 6. *Cal.* 18. I. Proprie *ſepta* loca ſunt quævis munita, & quodam *ſepimento* vallata. Varr. R. R. I. 14. *Nunc de ſeptis, quæ tutandi cauſa fundi, aut partis fiant, dicam.*

13. Venationem. V. illam ſupr. Cæſ. 39. 7. §. 34.

14. Athletas.... ſexto Auguſti conſulatu, ſive, ut *Pigh. Ann.* III. 504. anno ab U. C. 725. hoc factum dicit Dio LIV. p. 496. E. Καὶ γυμνικὸς δέ τότε ἀγὼν, σταδίου τινὸς ἐν τῷ Ἀρείῳ πεδίῳ ξυλίνου κατασκευασθέντος, ἐποιήθη. *Gymnici quoque ludi, ſtadio ligneo in campo Martio exſtructo, acti ſunt.*

15. Campo Martio. V. illum ſupr. Cæſ. 39. 9. §. 41.

*16. Sedilibus. Romani ſtantes ludos in theatro antiquitus ſpectabant. De fabula a Pacuvio data Cicer. de Amic. c. 7. *Stantes plaudebant in re ficta.* Tacit. Ann. XIV. 20. 3. *Si vetuſtiora repetas, ſtantem populum ſpectaviſſe.* Qui & addit rationem hujus ritus: *ſi conſediſſet, theatro dies totos ignavia continuaret.* Imo, ut Val. Max. II. 4. 2. *Sic. cautum eſt, ne quis in Urbe propiuſve paſſus mille ſubſellia poſuiſſe, ſedenſve ludos ſpectare vellet, ut ſcilicet remiſſioni animorum juncta ſtandi virilitas, propria Romanæ gentis nota eſſet.* Mercer. in Alex. Gen. dier. V. 16. Donat. de Urb. Rom. III. 7.

*17. Navale prælium diſtinctum a Tranſtiberino, de quo Frontin. de Aquæd. I. *Niſi forte cum opus Naumachiæ aggrederetur* Auguſtus... *Solent ex Tranſtiberina regione a citeriore ripa aqua ex neceſſitate in ſubſidium publicarum ſalientium dari.* & noſt. Tib. 72. I. quod ſtabile fuit. Hoc vero iis *Tiberim ſtagno ſtructo adornatum fuit.* Tacit. Ann. XII. 56. I. qui etiam de eodem Ann. XIV. 15. 2. *Apud nemus, quod navali ſtagno circumpoſuit Auguſtus,* quod temporarium fuit. In ejus complanato deinde ſolo nemus Mauſolei ſevit. *Nardin. Rom. Vet.* VI. 6. VII. II. Situs ejus proditur in Ancyranis tabulis: *Navalis. prælii. ſpectaculum. populo. exhibui. in. quo. loco. nunc. nemus. Cæſarum. eſt. cavato.* ſolo. *in longitudine. mille. & octingentes. pedes. in. latitudine. pedes. ducenti. in. quo. triginta. roſtrata. naves. triremeſque. plurima. inter. ſe. conflixerunt.*

*18. Cavato I. effoſſo, ut noſt. Dom. 4. 6. ut reciperet naves. Romani, ſicut erat ſollers genus in excogitandis rebus ad militiæ perfectionem facientibus, locum in campo Martio, ubi alias terreſtres quoque copiæ exercebantur, deſodi curavere, ut per ludum quaſi rem navalem diſcerent, ac diſciplinam. Ac inter ipſos quidem primus auctor Julius fuiſſe videtur. Ita enim Xiphilinus. V. illum ſupr. Cæſ. 39. I. §. 9. *Scheffer. de Mil. Nav.* III. 2.

19. Nunc, Auguſti tempore. Lapis Ancyranus ſupr. §. 17. * Tempore enim Neronis videtur fuiſſe exuſtum. Xiphil. LXI. 699. C. Ἑστίασε τὸν δῆμον ἐπὶ πλοίων ἐν τῷ χωρίῳ, ἐν ᾧ ἡ ναυμαχία ὑπὸ τοῦ Αὐγούστου ἐγεγόνει. *Populo epulum dedit intra naves in eo loco, in quo ab Auguſto bellum navale factum fuerat.*

20. Cæsarum nemus deſcribit Strab. V. p. 163. Ἄχρι κορυφῆς τοῖς ἀειθαλέσι τῶν δένδρων συνηρεφής..... ὄπισθεν δὲ μέγα ἄλσος, περιπάτους θαυμαστοὺς ἔχον. *Ad verticem* Mauſolei quod exhibetur *infr.* 101. II. §. 43. *ſemper virentibus arboribus coopertus... a tergo lucus magnus, ambulationes habens admirabiles.*

21. Remanentium in Urbe, inter quam & Tiberim erat campus Martius, in quo enim ludi exhiberentur, illa pœne inanis relinquebatur. *Beroaldus.*

22. Aurigæ, ſive agitatores erant, qui curribus, ſeu equis inſidentes, eoſdem circum metas agitabant. *Aurigatio* & inter artes numerabatur. Ælian. V. H. II. 27. Ἀννίκερις ὁ Κυρηναῖος ἐπὶ τῇ ἱππείᾳ μέγα ἐφρόνει, καὶ ἁρμάτων ἐλάσει. *Anniceris Cyrenenſis ob artem equitandi, & regendi currus multum ſuperbiebat.* Noſt. *Ner.* 4. I. Huic ſtudio vacarunt olim ſenatores noſt. *Cal.* 18. 6. & ipſi imperatores. Apud noſtrum Cajus 54. I. Vitellius 17. 2. Nero 22. 4.

23. Cursus certamen Romæ in circo eadem ratione inſtitutum erat, qua equorum & curruum. Nam ex quatuor *curſoribus* unus ex ſingula factione ſumebatur, qui circum metas circi *currerent*, & ille qui primus omnium certa curricula confeciſſet, palmam obtinebat. Plin. VII. 20. *Nunc quidem in circo quoſdam curſores centum & ſexaginta millia paſſuum tolerare non ignoramus.* V. *Buleng.* de *circo* c. 26. *Panvin. Lud. Circ.* II. I. & ad illum *Argol.* p. 59.

24. Confici *proprie convenit gladiatoribus iis, qui graviſſimis vulneribus occubuerunt. Sic Cicero in Catilinam: gladiatori illi confecto, & ſaucio.* Donat. Eun. V. 4. 5. & ita Senec. de Ira III. 43. *Quos, cum alter alterum vexarit, ſuus confector exſpectat.* Inde
ferarum

Digitized by Google

& Trojæ ludum [27] edidit frequentiſſime, majorum minorumve puerorum [28] de-
6 lectu, priſci decorique moris exiſtimans, claræ ſtirpis indolem ſic noteſcere. In hoc ludicro [29] C. Nonium Aſprenatem [30] lapſu debilitatum, aureo torque [31] do-
7 navit, paſſuſque eſt [32] ipſum poſteroſque Torquati ferre cognomen. Mox finem fecit talia edendi, Aſinio Pollione oratore graviter invidioſeque [33] in curia queſto
8 Æſernini [34] nepotis ſui caſum, qui & ipſe crus effregerat. Ad ſcenicas [35] quoque & gladiatorias operas [36], & equitibus Romanis aliquando uſus eſt: verum prius quam

ferarum confector. Gloſſ. Cyr. *confector*, ἀναιρετὴς, & *confectorium*, χοιροσφαγεῖον, ſive locus in quo ſues interimuntur. Noſt. *Ner.* 12. 3. Utitur illa voce Euſeb. Hiſt. Eccl. IV. 15. Ἐκέλευσαν προσελθόντα αὐτῷ κομφέκτορα παραβῶσαι τὸ ξίφος. *confectori mandata dederunt, ut accedens gladio confoderet*. V. & *Voſſ. Inſt. Orat.* IV. 13. 1. *Weitz. in Prudent. Hamart. n.* 370. *Scalig. in Manil. p.* 286.

25. Ex nobiliſſima juventute. Dio XLVIII. p. 377. A. Ἔν τε τῷ πρὸ τούτου ἔτει θηρία τε ἐν τῇ τῶν Ἀπολλωνίων ἱπποδρομίᾳ ἄνδρες ἐς τὴν ἱππάδα τελοῦντες κατέβαλον. *Priore anno viri equeſtris ordinis feras equeſtri ludorum Apollinarium certamine confecerunt.* Idem factitaverat jam antea Julius. Dio XLIII. p. 225. D. Ἐμάχοντο δὲ ἐν πᾶσι τοῖς ἀγῶσι...... καὶ τινὲς καὶ τῶν ἱππέων, καὶ ἐστρατηγηκότος τινὸς υἱὸς, ἐμονομάχησαν. *In omnibus his certaminibus depugnabant..... quidam etiam equitum filii, & cujuſdam, qui præturam geſſerat filius, ſingularia certamina obibant.* Noſt. *Cal.* 27. 4. Plura *Buleng. de Venat. c.* 37.

26. Produxit in populi proſpectum, ut plenius Cicer. Verr. 1. 47. Quintil. Inſt. III. 6. *Qui ſe in hortis prætoris oſtenderat, neque erat productus, ſedit in quatuordecim ordinibus.* Hieron. adv. Pelag. III. *Quæ unum eumdemque hominem, perſonarum varietate mutata, in Martem Veneremque producunt.* V. *Fabr. Sem.* 1. 20.

27. Trojæ ludum deſcripſi ſupr. Cæſ. 39. 6. §. 32.

28. Majorum minorumve puerorum. V. illos ſupr. Cæſ. 39. 6. §. 33.

29. Ludicro i. Trojæ ludo. Liv. 1. 5. *Jam tum in Palatino monte Lupercal hoc fuiſſe ludicrum ferunt.*

30. Aſprenatum mentionem fieri videmus apud Plin. XXX. 7. *Conſularis Aſprenatum domus eſt*: & Tacit. Ann. 1. 53. 8. *Quidam non Roma eos milites, ſed ab L. Aſprenate proconſule Africa miſſos tradidere.*

31. Torques in ejuſmodi ludis datos obſervamus ex Sidon. Carm. 23. 424. qui de quodam optime ſe gerente in curriculo quadrigarum, ſed ferocia equorum, curruſque dehiſcentis ruina in ſummum vitæ periculum adducto, poſtquam multa de ipſius caſu, ita poſtremo claudit:

Hic mox præcipit æquus imperator
Palmis ſerica, torquibus coronas
Conjungi, & meritum remunerari.

Illos vero *argenteos* donari ſolitos docet Capitol. in Maxim. c. 2. *Severus militares dabat ludos, propoſitis præmiis argenteis*, i. *torquibus, armillis & baltheolis.* Singulare eſt, quod Maximinus *aureo* donatus fuerit. Capitol. ibid. c. 3. Eoque referendum eſt Aſprenatis hoc exemplum. V. *Scheffer. de torq.* §. 9.

32. Passus est.... quia hoc ſingulari privilegio indultum fuit *Torquatis*, ut geſtare *torquem* eis jus eſſet. Unde *inſigne Torquatorum* dicitur *Cal.* 35. 1. & ibidem *torquem* antea conceſſum *Torquatis* adimit Caligula. Reliqui vero non geſtarunt niſi publicis pompis, hoc eſt, ludis, aut triumphis. Quod ex Polybio, Tacito, & Valerio docet *Scheffer. de torq.* §. 11.

33. Invidiose i. ad *invidiam* excitandam. *Invidioſum* enim eſt quod ad *invidiam* movendam comparatum eſt. Juſtin. 11. 8. 9. *Invidioſa oratione multitudo credula accenditur.* Noſt. infr. 56. 1.

34. Marcellus Æserninus filius fuit M. Claudii Marcelli Æſernini conſulis cum L. Aruntio anno ab U. C. 733. ut conjicit N. Faber ad Senec. procem. Excerpt. Contr. IV. *Audivi autem illum* Pollionem Aſinium, *& viridem, & poſtea jam ſenem, cum Marcello Æſernino nepoti ſuo quaſi præciperes.* Cn. Piſo cædis Germanici accuſatus hunc ſibi patronum petit apud *Tacit. Ann.* III. 11. 2.

35. Ad scenicas operas equite usum esse Auguſtum legimus apud Dion. LIII. p. 518. A. Ὅτι τὸν Μάρκελλον.... καὶ ἄλλας τε αὐτῷ τιμὰς διδοὺς, καὶ τὴν ἑορτὴν, ἣν ἐκ τῆς ἀγορανομίας ἐπετέλει, συνδιαθεὶς λαμπρῶς, ὥστε τήν τε ἀγορὰν ἐν παντὶ τῷ θέρει ἐν παραπετάσματι κατὰ κορυφὴν διαλαβεῖν, καὶ ὀρχηστὴν τινὰ ἱππέα, γυναῖκά τε ἐπιφανῆ ἐς τὴν ὀρχήστραν ἐσαγαγεῖν. *Quod Marcellum.... quem tot honoribus ornaſſet, cujus munus ædilitium adeo ſplendide adornaviſſet auxilio ſuo, ut per totam æſtatem ſupra forum conopea ſuſpenderit, equitem ſaltantem, inſignemque mulierem in orcheſtram introduxerit.*

36. Ad gladiatorias operas equite usum esse Auguſtum legimus apud Dion. LVI. p. 586. E. Καὶ τοῖς ἱππεῦσιν (ὃ καὶ θαυμάσειεν ἄν τις) μονομαχεῖν ἐπετράπη. Αἴτιον δὲ, ὅτι ἐν ὀλιγωρίᾳ τινὲς τὴν ἀτιμίαν τὴν ἐπ' αὐτῷ ἐπικειμένην ἐποιοῦντο. Ἐπεὶ γὰρ μήτ' ὄφελός τι τῆς ἀποῤῥήσεως ἐγίγνετο, καὶ τιμωρίας μείζονος ἄξιοι εἶναι ἐδόκουν, ἢ καὶ ἀποτρέπεσθαι ἐνομίσθησαν, συνεχωρήθη τοῦτο σφίσι ποιεῖν: καὶ οὕτως ἀντὶ τῆς ἀτιμίας θάνατον ὠφλίσκανον. Οὐδὲν γὰρ ἧττον ἐμονομάχουν, καὶ μάλισθ' ὅτι δεινῶς οἱ ἀγῶνες αὐτῶν ἐσπουδάζοντο, ὥστε καὶ τὸν Αὔγουστον τοῖς στρατηγοῖς τοῖς ἀγωνοθετοῦσι σφαῖς συνθέσθαι. *Et equitibus (quod quis miraretur) dimicandi ludis gladiatoriis*

quam ſenatusconſulto [37] interdiceretur. Poſtea nihil ſane, præterquam adoleſcen- 9
tulum Lucium honeſte [38] natum, exhibuit, tantum ut oſtenderet, quod erat bipedali minor [39], librarum ſeptendecim [40], ac vocis immenſæ [41]. Quodam autem 10
muneris [42] die, Parthorum [43] obſides tunc primum miſſos, per arenam [44] mediam ad ſpectaculum [45] induxit, ſuperque ſe [46] ſubſellio [47] ſecundo collocavit. Solebat 11
etiam citra [48] ſpectaculorum dies [49], ſi quando quid inviſitatum [50] dignumque cognitu advectum eſſet, id extra ordinem [51] quolibet loco publicare [52], ut rhinocerotem [53] apud ſepta: tigrim [54] in ſcena [55]: anguem quinquaginta cubitorum [56], pro

diatoriis licentia data. In cauſa fuit, quod nonnulli ignominiam ei rei propoſitam pro nihilo ducebant. Nam quia nec interdicte quidquam proficiebatur, & pœna majore digni videbantur, vel futurum exiſtimabatur ut ipſimet deſiſterent, permiſſum eis ſuis ut facerent: atque ita mortem pro infamia referebant. Nihilo enim minus dimicarunt, præcipue quum eorum certamina magno ſtudio viſerentur, ita ut Auguſtus quoque prætoribus præmia diſtribuentibus adeſſet. V. *ſupr. Cæſ.* 39. 2. §. 11.

37. Senatusconsulto, cujus Auguſtus auctor fuit. Dio LIV. p. 522. B. Ἐπειδή τε καὶ ἱππεῖς καὶ γυναῖκες ἐπιφανεῖς ἐν τῇ ὀρχήστρᾳ καὶ τότε γε ἐπεδείξαντο, ἀπηγόρευσεν οὐχ ὅτι τοῖς παισὶ τῶν βουλευτῶν (ὅπερ πυ καὶ πρὶν ἐκεκώλυτο) ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐγγόνοις, τοῖς τε ἐν τῇ ἱππάδι δηλονότι ἐξεταζομένοις μηδὲν ἔτι τοιοῦτον δρᾷν. *Ac quoniam equites, & feminæ illuſtres adhuc in orcheſtra ſaltabant, prohibuit, ne non modo ſenatorum liberi (id enim jam antea prohibitum erat) ſed etiam nepotes eorum, quique equeſtris eſſent ordinis, amplius id facerent.* Quem imitatus eſt Vitellius, de quo & Tacit. Hiſt. II. 62. 4. *Cautum ſevere, ne equites Romani ludo & arena polluerentur.*

38. Honeste i. ex nobili familia. Cicer. Tuſc. Quæſt. v. 20. *Qui quum eſſet bonis parentibus, atque honeſto loco natus.* Noſt. *Galb.* 9. 9. *Veſp.* 1. 7. Unde *honeſtus* opponitur libertino *Rhet.* 3. 2.

39. Bipedali minor. Juſta ſtatura quænam fuerit, dicam ad Tib. 68. 1. §. 2. *Manium Maximum, & M. Tullium equites Romanos binûm* quoque *cubitorum* fuiſſe auctor eſt M. Varro narrante Plin. VII. 16.

40. Librarum septendecim. Non igitur nanus ſolum hic fuit; ſed & monſtroſe gracilis & levis. Corporis pondus librarum Romanarum centum plus minus. Plaut. Aſin. II. 2. 35.

Nudus vinctus centum pondo es.

Similis gracilitatis & levitatis fuit Archeſtratus vates, qui ὑπὸ ζυγὸν ἀναβληθεὶς, ὀβόλυ ὁλκὴν ἔχων εὑρέθη: *ad lancem appenſus, unius oboli pondus habere eſt inventus.* Ælian. V. H. x. 6. Athen. XII. p. 552. B. V. & *Caſaubonum.*

41. Vocis immensæ. Tales *Stentori* aſſimilantur. Juven. Sat. XIII. 112.

Tu miſer exclamas, ut Stentora vincere poſſis.

Ita Juno dicitur Homer. Ἰλιάδ. E. 785.

Στέντορι εἰσαμένη μεγαλήτορι, χαλκεοφώνῳ,
Ὃς τόσον αὐδήσασχ' ὅσον ἄλλοι πεντήκοντα.

Stentori ſimilis magnanimo, æream vocem habenti, Qui tantum vociferabatur quantum alii quinquaginta.

42. Muneris gladiatorii deſcripti ſupr. Cæſ. 10. 4. §. 22.

43. Parthorum i. Phraatis *Parthorum* regis, cujus etiam filium obſidem accepiſſe Auguſtum refert Dio LI. p. 456. C. Υἱόν τε τινὰ τοῦ Φραάτου ἔς τε τὴν Ῥώμην ἀνήγαγε, καὶ ἐν ὁμηρείᾳ ἐποιήσατο. Imo filios & nepotes, ut narrat Strab. VI. p. 199. Ἀλλὰ καὶ παῖδας ἐπίστευσε Φραάτης τῷ Σεβαστῷ Καίσαρι, καὶ παίδων παῖδας, ἐξομηρευσάμενος θεραπευτικῶς τὴν φιλίαν. *Sed & filios Phraates Auguſto Cæſari, nepoteſque crediderit, amicitiamque datis obſidibus emereri officioſe voluerit.*

44. Arenam i. amphitheatrum, quod, ut firmius inſiſterent gladiatores, *arena* ſpargebatur. Prop. *infr.* 44. 6. §. 20. Unde pro amphitheatro ponitur. Mart. Spect. 4. 3.

Tradita Getulis, nec cepit arena nocentes.

V. *Lipſ. Amphit. c.* 3. *Panvin. Lud. Circ.* II. 1.

45. Ad spectaculum i. ut *ſpectarentur* prius a populi corona. Θεατρίζειν Græci hoc vocant. *Caſaubonus.*

46. Super se, quia ratio ſubſelliorum ea fuit, ut imo, ſive primo ſecundum eſſet altius, ſecundo tertium & deinceps. Vel ſimpliciter pone ſe, & ὑπὲρ αὐτον. *Caſaubonus.*

47. Subsellium eſt ſedes, ſive lignea, ſive lapidea, κύκλῳ τοῦ θεάτρου, in orbem extenſa. Ex Pauſan. Λακων. p. 101. *ſubſellium* Græce dixeris θρόνον συνεχῆ πόδας ἔχοντα καθέδρας. Scenæ & podio proximum principum fuit & magiſtratuum, ſecundum & reliqua, quibus conſtitit orcheſtra. V. 44. 2. §. 5. ſenatorum. In primo ſedit Auguſtus, in ſecundo legatos collocavit. V. & *Caſaubonum.*

48. Citra i. ante. *Citra* Kalendas eſt ante Kalendas.

49. Spectaculorum diem certum nuntiare ſolebant libellis propoſitis. V. Senec. de Benef. VI. 1. Epiſt. 117.

50. Invisitatum i. antea non viſum. Liv. XXVII. 39. *Inviſitati namque antea alienigenis.* Sic *viſitatus* Plauto eſt viſus, conſpectus Pſeud. II. 4. 37. & *viſitaſſe* ſæpe vidiſſe Curc. II. 3. 64. V. & *Grævium.*

51. Extra ordinem V. infr. Domit. 8. 2. §. 4.

52. Publicare i. *publice* ſpectandum exhibere, vel

12 pro comitio [57]. Accidit votivis [58] circenſibus [59] ut correptus valetudine, lecti-
13 ca [60] cubans thenſas deduceret [61]. Rurſus commiſſione [62] ludorum, quibus thea-
trum [63] Marcelli dedicabat [64], evenit ut laxatis ſellæ curulis [65] compagibus [66] ca-
14 deret ſupinus. Nepotum quoque ſuorum munere [67], cum conſternatum ruinæ metu

vel edere, ut noſt. *infr.* 44. 2.

53. RHINOCEROS quale animal ſit, dixi ad Curt. VIII. 9. 17. §. 67. dicunt etiam Camerar. Embl. II. 4. Bochart. Hieroz. I. 3. 26. Barthol. de unic. c. 20. 21. Exhibitum eſſe dicit & Dio LI. p. 460. A. Καὶ θηρία καὶ ζωτὰ ἄλλά τε παμπληθῆ, καὶ ῥινόκερως, ἵππος τε ποτάμιος, πρῶτον τότε ἐν τῇ Ῥώμῃ ὀφθέντα ἐσφάγη. *Multa feræ, ac animantia, & inter hæc rhinoceros, & equus fluviatilis tunc primum Romæ & viſi, & occiſi ſunt.* Etiam ſuis ludis Pompejum *rhinocerotem* exhibuiſſe dicit Plin. VIII. 20.

54. TIGRIS quale animal ſit, dixi ad Curt. IX. 8. 2. §. 5. Exhibitum eſſe dicit & Plin. VIII. 17. *Divus Auguſtus Q. Tuberone, Fabio Maximo Coſſ. IV. Nonas Majas, theatri Marcelli dedicatione, tigrim primus omnium Romæ oſtendit in cavea manſuefactum.* Primum Romanis & Græcis viſos fuiſſe *tigres* dicit Dio illos, quos Indi Auguſto miſerunt ab illo pacem petentes LIV. *p.* 527. *A.* in relatione rerum anno ab U. C. 734. ab Auguſto geſtarum: Οἱ Ἰνδοὶ δῶρα πέμψαντες ἄλλά τε καὶ τίγρεις, πρῶτον τότε τοῖς Ῥωμαίοις, νομίζω δ' ὅτι καὶ τοῖς Ἕλλησιν, ὀφθείσας.

55. SCENA quid, dixi ſupr. Cæſ. 39. 4. §. 22.

56. QUINQUAGINTA CUBITORUM I. quinque & ſeptuaginta pedum. *Cubitus* enim eſt ſeſquipes. Talium exempla plurima collegit *Bochart. Hieroz.* II. 3. 14.

57. COMITIUM V. ſupr. Cæſ. 10. 1. §. 2.

58. VOTIVI, quos *voverat* Auguſtus ſupr. 23. 3. Cicer. Verr. I. 10. *Decem dies ſunt ante ludos votivos, quos Cn. Pompejus facturus eſt. Hos Pompejus voverat, ſi Sertorium ſuperaſſet*, ut *in Verrem* addit *Aſcon. p.* 57.

59. CIRCENSIBUS, quos deſcripſi ſupr. Cæſ. 39. 2. §. 7.

60. LECTICA, quod inſolitum; nam curru triumphali ſolebant vehi thenſas ducentes. Sic prætorem pompæ Circenſis ducem deſcribit Juven. Sat. X. 36-40.

Quid, ſi vidiſſet prætorem curribus altis
Exſtantem, & medio ſublimem in pulvere circi
In tunica Jovis, & picta Sarrana ferentem
Ex humeris aulæa togæ, magnæque coronæ
Tantum orbem, quanto cervix non ſufficit ulla!

V. Ruben. de re veſt. I. 21.

61. DEDUCERET I. honoris ac officii cauſa proſequeretur. * Aut forte lorum manu teneret, ut illas, quas re vera non trahebat, trahere videretur. *Manu enim lora, quæ ante ipſas tendebantur, qui eas deducebant, tenere aut tangere gaudebant.* Aſcon. in Cicer. p. 108. Et hoc de pueris patrimis & matrimis Cicer. Haruſp. Reſp. c. 11. *Si puer ille patrimus & matrimus aut thenſam, aut lorum, omiſit.* Arnob. IV. p. 148. *Si patrimus & matrimus ille puer omiſit per ignorantiam lorum, aut thenſam tenere non potuit.* Tertull. de cor. mil. c. 13. *Hoc vocabulum eſt coronarum, quas gemmis & foliis ex auro quercinis ob Jovem inſignes, ad deducendas thenſas cum palmatis totis ſumunt.* Liv. V. 41. *Quæ auguſtiſſima veſtis eſt thenſas ducentibus, triumphantibuſque.* Ubi *ducere* ſignificat *deducere*, cum alioquin *ducere* dicebant eos, qui tracto fune promovebant. Non ſic Auguſtus, quia *cubans. Deducebantur* thenſæ e ſacrario I. loco peculiari ad cujuſque Dei templum, ubi cum cætera ſupellectile ſacra thenſa quoque cujuſlibet ſolebat ſervari. Noſt. Veſp. 5. 11. & in circum ad pulvinar. Feſtus ſupr. Cæſ. 76. 2. §. 17. Quod quid fuerit, docetur infr. 45. 1. §. 2. Inde, ludis finitis reducebantur iterum ad ſacrarium quælibet ſuum. Dio XLVII. p. 351. B. Καὶ ὁ τῆς Ἀθηνᾶς ὀχὸς πρὸς τὸ Καπιτώλιον ἐξ ἱπποδρομίας τινὸς ἐπανιὼν συνετρίβη. *Thenſa Minervæ ex circo in Capitolium cum eſſet reducenda confracta eſt.* V. *Scheffer. de re vehic.* II. 24. *Cuper. Harpocr. p.* 135. *Taſſin. de lud. ſecul. Rom. c.* 15. §. 4.

62. COMMITTI dicuntur gladiatores, quorum paria comparantur ad pugnam in ſpectaculis. Noſt. *infr.* 45. 5. *Claud.* 34. 6. *ſupr. Cæſ.* 39. 7. Hinc quas prætores ludis præſidentes faciebant, *commiſſiones* I. certamina *h. l.* & *Galb.* 6. 1. qui & ad has alludit *Gramm.* 17. 2. & *committere* incipere frequentiſſime. V. quoque *Lipſ. Sat.* II. 19. *Turneb. Avd.* XXI. 29. *Bud. in Pand. p.* 117.

63. LUDORUM QUIBUS THEATRUM.... Dio LIV. p. 539. E. Μετὰ δὲ δὴ ταῦτα τό τε θέατρον τὸ τοῦ Μαρκέλλου καλούμενον καθιέρωσε, καὶ τῇ πανηγύρει τῇ διὰ τοῦτο γενομένῃ, τήν τε Τροίαν οἱ παῖδες οἱ εὐπατρίδαι, οἵ τε ἄλλοι, καὶ ὁ ἔγγονος αὐτοῦ ὁ Γάιος ἵππευσαν. *Poſt hæc theatrum Marcelli Auguſtus dedicavit, ludiſque ejus rei gratia factis, Trojam inter alios patricios pueros nepos ejus Cajus luſit.*

64. DEDICARI opera quando dicantur. V. ſupr. 31. 8. §. 43.

*65. SELLÆ CURULIS. V. illam ſupr. 26. 6. §. 24. Ex illa ludos ſpectaſſe magiſtratus hinc docemur. Etiamque Feſto: *Sella curulis locus in circo datus eſt Valerio dictatori poſteriſque ejus honoris cauſa, ut proxime ſacellum Murciæ ſpectarent, unde aſpiciebant ſpectacula magiſtratus.*

66. COMPAGIBUS I. commiſſuris. Virg. Æn. I. 126.

Laxis laterum compagibus omnes
Accipiunt inimicum imbrem.

Compaginis neminem penitus dixiſſe ad Virg. Æn. I. 297.

metu populum retinere, & confirmare nullo modo poſſet, tranſiit e loco ſuo, atque in ea parte conſedit, quæ ſuſpecta maxime erat.

297. dicit *Servius*, dicit in *Theſauro Eruditionis Scholaſtica Faber*. Sed perperam. Singularibus enim accuſativo & ablativo, pluralibus genitivo & accuſativo idoneos auctores uſos eſſe docui ad *Tachardi Dictionarium p.* 272. Singulares caſus me prior indicavit Beroald. in Serv. §. 3. Demiror itaque, magnum criticum Thomam Crenium Animadv. Philol. & Hiſtor. part. XVI. p. 188. erroris inſimulaſſe Andream Hyperium, qui Opuſc. Tom. 1. p. 120. ablativo plurali *compaginibus* fuit uſus: maxime cum fateatur pro Hyperio facere Ovidium Metam. 1. 711. etiam nobis laudatum.

* 67. Nepotum munere edito, ut illis benevolentiam plebis conciliaret. *Noriſ. Cenot. Piſan. Diſſert.* 11. 8.

CAPUT XLIV.

ARG. *Spectandi ſolutum & confuſum morem corrigit & ordinat Octavius Cæſar Auguſtus.*

Spectandi [1] confuſiſſimum ac ſolutiſſimum morem correxit [2] ordinavitque, motus 1
injuria ſenatoris, quem Puteolis [3] per celeberrimos ludos conſeſſu frequenti
nemo receperat. Facto igitur decreto patrum, ut, quoties quid ſpectandum uſquam [4] 2
publice ederetur, primus ſubſelliorum ordo [5] vacaret ſenatoribus. [6] Romæ lega- 3
tos [7] liberarum ſociarumque gentium vetuit in orcheſtra conſidere: cum quoſdam
etiam libertini [8] generis mitti [9] deprehendiſſet. Militem ſecrevit [10] a populo. 4
Maritis

Spectandi in circo. Non enim, ut in theatro, ſic & in circo diſcriminata erant loca, eo quod non cuneatim, ſed ad lineas paterent conſeſſus, ut docet *Argol. in Panvin. de Lud. Circ. p.* 89. Lineatim ſediſſe ſpectatores legitur apud Ovid. Amor. III. 2. 19.

Quid fruſtra refugis? cogit nos linea jungi:
Hæc ex lege loci commoda circus habet.

Quid hæc fuerit *linea*, pluribus docet *Salmaſ. Exerc. Plin. p.* 644. *b. E. F. G.* 645. *a. b.*

2. Correxit extra Urbem, ut putat *Argolus*, & conceptis verbis docet *Lipſ. in Tacit. p.* 67. quia ſenatoribus Claudius *infr.* 21. 6. & equitibus Nero *infr.* 11. 3. propria conſtituiſſe loca dicuntur: & Romæ nunquam ſtata fuit in circo ſedendi regula.

3. Puteoli urbs Campaniæ apud Lucrinum lacum. Mel. II. 4. *Puteoli, lacus Lucrinus.* * Cumanos condidiſſe ſcribit Strab. V. p. 169. Ἦν δὲ πρότερον Δικαιαρχία ἐπίνειον Κυμαίων, ἐπ' ὀφρύος ἱδρυμένον. *Fuit antiquitus navale Cumanorum Dicæarchia, exſtructum in ſupercilio littoris.* Samios vero Stephanus. Ποτίολοι, κτίσμα Σαμίων, ἥτις καὶ Δικαιαρχία. Quod Latine Hieron. in Euſeb. Chron. Ol. 64. a. 4. *Samii Dicæarchiam condiderunt, quam nunc Puteolos vocant.* Quod factum Tarquinio Superbo Romæ regnante a. ab U. C. 232. Hodie *Pozzuolo* vocatur. *Cluver. Ital. ant.* IV. 2. 27. *Merul. Coſmogr.* II. 4. 25. *Leand. Ital. p.* 269. *Pinedo in Stephanum. Schott. Itiner. de Agro Neapol.* III. 5.

4. Usquam puto de Urbe, Italia, & provinciis, in quibus olim ſpectacula edebantur, eſſe intelligendum. Id enim arguere maniſeſto videtur, quod modo dictum eſt de occaſione facti decreti hujus, quæ Puteolis data fuit. *Caſaubonus.*

5. Primus subselliorum ordo in theatro Romano orcheſtra ſedes ſenatorum fuit. Ea vero pluribus conſtitit *ſubſelliis*, ſed uni ordini dicatis. Id appellat auctor *ordinem ſubſelliorum:* item *ordines* infr. n. 5. ubi *proprii ordines* ſunt propria *ſubſellia*, ſive proprius *ſubſelliorum ordo*. V. *Caſaub. ſupr.* 43. 10. *Lipſ.* de *amphith. c.* 11. *Buleng.* de *circ. c.* 35. *Mercer. in Alex. Gen.* V. 9.

6. Senatoribus, ſi veſte adfuiſſent *ſenatoria*: ſine ea, ubi libuerat, ſedere poterant. V. *Claud.* 21. 6.

7. Legatos ſociorum orcheſtræ conſeſſu honeſtare ſolebant Romani, Juſtin. XLIII. 5. 10. *Ob quod meritum illis locus ſpectaculorum in ſenatu datus.* Joſeph Ant. Jud. XIV. 17. Δεδόσθαι τε Ὑρκανῷ, καὶ παισὶ τοῖς αὐτοῦ, καὶ πρεσβευταῖς τοῖς ὑπ' αὐτοῦ πεμφθεῖσιν ἔν τε πυγμῇ μονομάχων, καὶ θηρίων καθεζομένους μετὰ τῶν συγκλητικῶν θεωρεῖν. *Concedi Hyrcano, ejuſque filiis, item legatis ab eo miſſis, gladiatorum & ferarum pugnas ſpectare in ſedibus ſenatorum.* Id vetuit ſua quadam cauſa Auguſtus, interdicto tamen non firmo. Nam illis hoc conceſſit Claudius *infr.* 25. 13. V. *Lipſ. in Tacit. p.* 157.

8. Libertini generis legatos orcheſtra excludendos merito cenſuit Auguſtus, theatralem Othonis legem ſecutus, quæ *libertinos* (utpote plebejos) orcheſtra, & quatuordecim primis ordinibus prohibuerat. V. *Fabr. Semeſt.* II. 6.

9. Mitti de legatis dictum. V. infr. Gramm. 2. 5. §. 5.

10. Secrevit 1. in popularibus diſtinxit, & in illis peculiarem militi & plebi locum aſſignavit. Ad hujus legis ſimilitudinem & illam a Junio Gallione anno ab U. C. 785. latam putat *Caſaubonus*, de qua Tacit. Ann. VI. 3. 1. *Junius Gallio cenſuerat, ut prætoriani*

5 Maritis e plebe proprios ordines [11] aſſignavit: prætextatis [12] cuneum [13] ſuum, & proximum pædagogis [14]: ſanxitque, ne quis pullatorum media [15] cavea [16] ſederet.
6 Feminis ne gladiatores [17] quidem, quos promiſcue [18] ſpectari ſollenne [19] olim erat,
7 niſi ex ſuperiore loco [20] ſpectare conceſſit. Solis virginibus Veſtalibus locum [21] in

toriani actis ſtipendiis, jus apiſcerentur in quatuordecim ordinibus ſedendi.

11. MARITORUM ORDINES, de quibus *ſupr.* §. 5. Martialis appellat *ſcamna* v. 43. 8.

Sedere in equitum liceat an ſibi ſcamnis,
Videbo Didyme: non licet maritorum.

Non licebat Didymo, quia ſpado erat, nec jus habebat *maritorum*, quibus honeſtior in ſpectaculo locus. Illis enim honorem ut haberet hoc ſanxit Auguſtus. Gell. II. 15. *Poſtquam ſuboles civitati neceſſaria viſa eſt, & ad prolem populi frequentandam præmiis atque invitamentis uſus fuit: tum antelati quibuſdam in rebus, qui uxorem, quique liberos haberent, ſenioribus, neque liberos, neque uxores habentibus.*

12. PRÆTEXTATI quinam, dictum ſupr. Cæſ. I. I. §. 13. Hi quanta petulantia verſarentur in theatris, omnis Græca Latinaque hiſtoria loquitur. Propterea qui ſeverius juventutem inſtituebant, a theatris arcebant Julianus in Miſopogone. *Ἐμὲ ὁ παιδαγωγὸς ἐδίδασκεν ἐς τὴν γῆν βλέπειν ἐς διδασκάλους φοιτῶντα, θέατρον οὐκ ἰδεῖν, πρὶν μᾶλλον κομῆσαι τῆς κεφαλῆς τὸ γένειον.* Negat ſibi per pædagogum licuiſſe prius theatris intereſſe, quam pilorum plus in mento, quam in capite haberet. *Caſaubonus.*

13. CUNEUS, Gloſſis *θεάτρου κερκίς, θεάτρου φυλή*, ordo ſedilium eſt a figura dictus. *Cunei* enim excurrebant ab anguſto ſpatio ad ambitum extimum, & ſtrictiores erant, quo propius accedebant ad caveam; in altum vero magis magiſque diffundebantur. Juven. VI. 61.

Cuneis an habent ſpectacula totis.
Quod ſecurus ames.

Virg. Æn. v. 664.

Nuntius Anchiſæ ad tumulum, cuneoſque theatri
Incenſas perfert naves Eumelus.

Hinc *theatrum cuneatum* Auſon. de urb. 4. 5.

Circus, & incluſi moles cuneata theatri.

& *excuneati* dicuntur, quibus in *cuneis* theatralibus ſedendi non eſt locus, Apul. Flor. p. 353. V. *Scalig. Poet.* I. 21. *Voſſ. Lex. Lipſ. de Amphith. c.* 13. *Tiraq. in Alex.* v. 16.

14. PÆDAGOGIS comitati in theatrum veniebant adoleſcentes. Theophr. *ἠθικ: χαρακτ.* c. 10. *Ἄγειν δὲ καὶ τοὺς υἱοὺς εἰς τὸ ὑστεραῖον, καὶ τὸν παιδαγωγόν. Etiam liberos ſuos cum pædagogo* in theatrum, *poſtero die ducere.* V. & *Caſaub. in Theophr. p.* 255. *& ad hunc locum.*

15. MEDIA, de qua & noſt. *Claud.* 21. 2. quia & ima & ſumma cavea. *Ima* continebat orcheſtram & equeſtria, *media* & *ſumma* populo, ſive plebi erat aſſignata. *Media* tamen honoratior. Summa, ſive *loco ſuperiore*, ut n. ſeq. dicitur, pullatis, de quibus *ſupr.* 40. 8. §. 34. ſedere licebat. Iccirco conqueritur Calpurnius, quod principem videre non potuerit, quia cum pullatus eſſet, in ſumma cavea ſedendum fuerit, longiſſime a podio, ubi princeps. VII. 79.

O utinam nobis non ruſtica veſtis adeſſet!
Vidiſſem propius mea numina: ſed mihi ſordes,
Pullaque paupertas, & adunco fibula morſu
Obſtiterunt.

Hinc Senec. de Tranq. c. II. *verba ad ſummam caveam ſpectantia* interpretor vilia, & ad guſtum minutæ plebis. V. *Voſſ. Lex. Lipſ. de Amphith. c.* 14. *Fabr. Agon.* II. I.

16. CAVEA locus fuit inferior, foſſæque alicujus leviter depreſſæ ſpeciem præferens. Circumfuſa enim turba commode ſpectare non poterat quod aliis alii objectu corporum conſpectum adimebant. Iccirco aggeſtis ceſpitibus editiorem ſibi locum pulvillis auctis faciebant. Eam ob cauſam depreſſior ille *cavea* dictus. V. *Scaligerum, Voſſium, Lipſium, Fabrum.*

17. GLADIATORES, nedum ludos ſcenicos: quibus tamen & ipſis interfuiſſe jam olim feminas conſtat, ſed non ſine eorum, in quorum poteſtate erant, permiſſu. Val. Max. VI. 3. 12. *Publius Sempronius Sophus conjugem repudii nota affecit: nihil aliud quam ſe ignorante ludos auſam ſpectare.* Per leges Auguſti ad omnia ſpectacula Romani moris admiſſæ mulieres. *Caſaubonus.*

* 18. PROMISCUE i. nullo habito ſexus diſcrimine, ita ut feminæ viris mixtæ illos ſpectaverint. Liv. I. 43. *Non enim viritim ſuffragium, promiſcue omnibus datum eſt.* III. 47. *Places pecudum ferarumque ritu promiſcue in concubitus ruere?* Noſt. Claud. 21. 6. Domit. 8. 6.

19. SOLLENNE i. uſitatum. V. *Tib.* 34. 3. §. 17.

20. SUPERIORE LOCO, qui extrema & ſumma cavea §. 15. Calpurn. VII. 26.

Venimus ad ſedes, ubi pulla ſordida veſte
Inter femineas ſpectabat turba cathedras.

Ubi mulieres ſpectaſſe, æmulantis Cynthiæ præcepta denarrans oſtendit Prop. IV. 9. 24.

Et cum laſcivum ſternet arena forum,
Colla cave inflectas ad ſummum obliqua theatrum.

V. quoque *Lipſ. Amphith. c.* 14. *Elect.* I. 19. *Voſſ. Lex in cavea. Barth. in Calpurnium.*

21. VESTALIUM LOCUM innuit & Tacit. Ann. IV. 16. 7. *Utque gliſceret dignatio ſacerdotum, atque ipſis promptior animus foret ad capeſſendas ceremonias, decretum Corneliæ Virgini, quæ in locum Scantiæ capiebatur, L. L. S.* XX. *& quoties Auguſta theatrum introiſſet, ut ſedes inter Veſtalium conſideret.* V. & *Lipſ. de Amphith. c.* 12.

22. CON-

in theatro ſeparatim, & contra prætoris tribunal [22] dedit. Athletarum vero ſpe- 8
ctaculo [23] muliebrem ſexum omnem adeo ſummovit, ut pontificalibus [24] ludis pugilum [25] par poſtulatum [26] diſtulerit in ſequentis diei matutinum tempus [27]: edixeritque, *mulieres ante horam quintam* [28] *venire in theatrum non placere* [29].

22. CONTRA PRÆTORIS TRIBUNAL i. e regione, ex adverſo ſellæ curulis, quæ ludorum editori (hunc *prætoris* nomine intelligit *Lipſ. de Amphith. c.* 11.) ponebatur. De ſella *prætoris* Juven. ſupr. 43. 12. §. 60. Noſt. *Ner.* 12. 10. Feſtus: *Sella curulis locus in circo datus eſt Valerio dictatori, poſteriſque ejus honoris cauſa, ut proxime ſacellum Murciæ ſpectarent, unde aſpiciebant ſpectacula magiſtratus.* Ubi Scaliger. Neque id abhorret a conſuetudine Romana, ut magiſtratus in ſella curuli, qui ludos ederet, aut alius quivis, ad primas metas ſtaret. Nam ad eas deæ Murciæ ſacellum fuiſſe ait Tertull. de ſpect. c. 8. Sella vero *prætoris* proxime ſcenam & podium. Unde virgines Veſtales

Podii meliore in parte ſediſſe

dicit Prudent. contr. Symmach. 11. 1108. V. & *Chiment. de Hon. biſell. c.* 12.

23. ATHLETARUM SPECTACULO mulieres ſubmovit Auguſtus, quia nudi corpora exercebant. Dionyſ. VII. p. 475. Μεθ' οὓς οἱ τῶν ἀθλημάτων ἀγωνισταὶ τῶν τε κούφων, καὶ τῶν βαρέων, τὸ μὲν ἄλλο σῶμα γυμνοί, τὸ δὲ περὶ τὴν αἰδῶ καλυπτόμενοι. Τοῦτο καὶ εἰς ἐμὲ τὸ ἔθος ἐν Ῥώμῃ διέμενεν, ὡς ἐξ ἀρχῆς ἐγένετο παρ' Ἕλλησιν. Ὁ πρῶτος ἐπιχειρήσας ἀποδῦναι τὸ σῶμα, καὶ γυμνὸς Ὀλυμπιάσι δραμὼν ἐπὶ τῆς πεντεκαιδεκάτης ὀλυμπιάδος, Ἄκανθος ὁ Λακεδαιμόνιος ἦν. *Poſt quos ibant leviorum, graviorumque certaminum athletæ reliquo corpore nudi, pudendis tantum tecti. Hic mos & Romæ mea ætate, ſicut olim apud Græcos fuit, durabat. Primus qui corpus nudare cœpit, & qui in Olympiaco ſtadio decima quinta olympiade nudus cucurrit, fuit Acanthus Lacedæmonius.* Plura Beroaldus. Fab. Agon. 11. 3. Tiraq. in XVI. leg. connub. Gloſſ. 1. p. 16. n. 37. 38. *Interfuiſſe tamen quandoque legimus, ſcilicet remiſſo eſſicii munere, de concilii ſententia.* Alex. Gen. V. 12. Prudent. contr. Symm. 11. 1090.

Inde ad conſeſſum caveæ, pudor almus, & expers
Sanguinis it pietas, hominum viſura cruentos
Congreſſus, morteſque, & vulnera vendita paſtu
Spectatura ſacris oculis.

Imo ad illud invitaſſe dicitur Nero *infr.* 12. 13.

24. PONTIFICALIBUS, quos, ut videtur *Caſaubono*, edidit *Pontificatu* maximo ſuſcepto. Sacerdotes enim in ſacerdotii honorem ludos edere ſolebant. Plin. Epiſt. VII. 24. *Proximis ludis ſacerdotalibus productis in commiſſione pantomimis.* Quod docent quoque *Buleng. de circo c.* 42. *Guther. de jure Vet. Pontif.* III. 20. *Mod. de lud. & ſpect.* 11. 27. Ludos vero muneribus fuiſſe proprios certum eſt. Ita & *quæſtorii muneris* mentio fiet *Claud.* 24. 5. * Sed neque certum eſt, eos ab Auguſto, ut Pontifice maximo celebratos, & fatetur ipſe Gutherius, primum Auguſtum eos exhibuiſſe. Quare in honorem potius *Pontificatus*, ut magiſtratum, hos ludos ediſſe eum dixerim: uti Sext. Ligarius Sext. F. legitur *ob honorem perpetui Pontificatus ludos circenſes dediſſe* apud *Gruter. Inſcr. p.* 431. *n.* 1. Nemini enim, qui magiſtratus non eſſet, ludos facere, niſi funeris cauſa licebat. *Boſ. de Pontif. Max. c.* 5. §. 6.

25. PUGILES erant athletæ cæſtibus inter ſe pugnantes. Feſtus. *Cæſtus vocantur ii, quibus pugiles dimicant.* Ex Etruria Romam acciti ſunt. Liv. 1. 35. *Ludicrum circenſium fuit, equi, pugileſque ex Etruria maxime acciti.* V. & *Panvin. de Lud. Circ.* 11. 1. *Mercur. Gymnaſt.* 11. 9. *Scal. Poet.* 1. 22.

26. POSTULATITII gladiatores erant, quos principes proprios & peculiares, ad ſuam, populique voluptatem alebant, & quia illi eximii viribus, arte, ornatu, ſæpe, velut muneris auctarium, a populo *poſtulari* ſolebant. Καίσαρος μονομάχοι diſſertat. 1. dixit Arrianus. Ἀλλ' ἐν τοῖς Καίσαρος μονομάχοις εἰσί τινες οἳ ἀγανακτοῦσιν, ὅτι οὐδεὶς αὐτοὺς προάγει, οὐδὲ ζευγνύει. *At in Cæſaris gladiatoribus quidam ſunt, quibus moleſtum eſt non produci, non componi.* Hi *poſtulatitii* dicuntur Senec. Epiſt. 7. *Hoc plerique ordinariis paribus & poſtulatitiis præferunt.* Noſt. *Claud.* 21. 10. *Cal.* 30. 8. *Dom.* 4. 3. V. *Lipſ. Saturn.* 11. 16. & ex illo *Rader. in Martial. de ſpect.* 19. 1.

27. MATUTINUM TEMPUS, quo beſtiarii, de quibus *Claud.* 34. 6. producebantur. Senec. Epiſt. 70. *Nuper in ludo beſtiariorum, unus e Germanis, cum ad matutina ſpectacula pararetur.* &, *Cum adveheretur nuper inter cuſtodias quidam ad matutinum ſpectaculum miſſus.* Ex Martiale collegit quoque exempla *Torrentius infr. ad Claudium.*

28. ANTE HORAM QUINTAM i. dici undecimam: ut n. athletarum, pugilumque ſpectaculum prius finiretur, quam mulieres in theatrum venire poſſent, & ſic mulierum pudori conſuleret. V. *Beroaldum.*

* 29. NON PLACERE verba erant in edictis recepta. Cicer. pro Quint. c. 27. *Qui ex edicto meo in poſſeſſionem venerunt, eos ita videtur in poſſeſſione eſſe oportere..... Quid tum? Dominum, inquit, invitum detrudere non placet.* Gell. XV. 11. & noſt. infr. Rhet. 1. 3. V. *Briſſ. Form.* III. *p.* 276.

CAPUT XLV.

ARG. *Circenſes aſſidue, & comiter ſpectat, curaque ſua dignatur, athletis privilegia conſervat, & præmia de ſuo offert, gladiatores ſine miſſione edi prohibet, & hiſtrionum licentiam ipſe compeſcit Octavius Cæſar Auguſtus.*

1 Ipſe circenſes [1] ex amicorum fere libertorumque cœnaculis [2] ſpectabat, interdum e
2 pulvinari [3], & quidem cum conjuge ac liberis ſedens [4]. Spectaculo plurimas
horas [5], aliquando totos dies aderat [6] petita venia [7], commendatiſque, qui ſuam
3 vicem [8] præſidendo [9] fungerentur. Verum quoties adeſſet, nihil præterea agebat:

CIRCENSES ludos V. ſupr. Cæſ. 30. 1. §. 7.

2. COENACULUM *vocitabant, ubi cœnabant.* Varro L. L. IV. 33. Gloſſ. Philox. *Cœnaculum*, διαιτα. Noſt. infr. 78. 5. Poſtquam in ſuperiore parte ædium cœnitare cœperunt, ſuperioris domus univerſa *cœnacula* dicta. Gloſſæ optimæ: *Cœnaculum*, ὑπερῷον. Ideo ſcalis ad illa adſcendebant. Feſtus. *Cœnacula dicuntur, ad quæ ſcalis adſcenditur.* Liv. XXXIX. 14. *Cœnaculum ſuper ædes datum eſt ſcalis ferentibus in publicum obſeratis.* Vitruv. II. 8. *Cum recipere non poſſet area plana tantam multitudinem ad habitandum in Urbe, ad auxilium altitudinis exſtructa contignationibus crebris coaxata, & cœnaculorum ſummas utilitates perficiunt & deſpectationes.* Hanc ædium partem ſuperiorem inquilinis, & his qui domos conducebant, locare ſolebant mediocris fortunæ homines. Hinc *cœnaculum meritorium* noſtr. Vitel. 7. 3. Juven. X. 18.

Rarus venit in cœnacula miles.

1. ad pauperes, qui *cœnaculis* meritoriis habitare conſueverunt. Horat. Epiſt. 1. 1. 91.

Quid pauper? ride: mutat cœnacula.

Qui autem tenuiſſimi omnium erant, *cœnacula* tegulis proxima conducebant. Juven. III. 201.

Ultimus ardebit, quem tegula ſola tuetur
A pluvia.

Noſt. *Gramm.* 9. 2: II. 4. V. & *Turneb. Adv.* IV. 15. XIII. II. *Stuck. Ant. Conv.* II. 14. Invidiæ, ut arbitratur *Caſaubonus*, declinandæ cauſa princeps ſolitus *e cœnaculis amicorum libertorumque* eos ludos ſpectare. Idem factitatum Tiberio docet Dio LVII. p. 609. B. Καὶ τούς γε τῶν ἵππων ἀγῶνας ἐξ οἰκίας καὶ αὐτὸς τῶν ἀπελευθέρων τινὸς πολλάκις ἑώρα. *Sæpe numero etiam & ipſe equeſtres ludos de liberti domo ſpectabat.* Hæc pro foris & ſpectaculis libertorum & amicorum Cæſaris, 1. locis, quæ ad ſpectandum ſibi exſtruxerant, accipit *Buleng. c.* 45.

3. PULVINARI 1. circi loco, ubi ſimulacra deorum magna pompa inferri, & circum metas geſtari ſolita collocabantur. Dubium non eſt, quin ut in theatro honeſtiſſimus locus erat ad podium, ſic in circo ad euripum, qui medium ſtadium cingebat. *Prima frons ſpectaculorum* dicitur *Claud.* 4. 7. V. *Caſaubonum*, ex Caſaubono *Scheffer. de re vehic.* II. 24. *Argol. in Panvin. de Lud. Circ. p.* 90. & *Buleng. de circ. c.* 35. *Taffin. de Ann. ſecul. c.* 15. §. 6. *Guther. de jur pontif.* III. 9.

4. SEDENS, non ut, ceu deus aliquis vivus inter ſimulacra mortua Nero *accubans* infra 12. 7. *Caſaubonus.*

5. PLURIMAS HORAS, quia vario diei tempore ſpectacula edebantur. Auguſtinus in meridie celebrari ſolita oſtendit Confeſſ. VIII. ubi *ſpectaculum circenſium pomeridianum* vocat. Noſt. *Claud.* 34. 6. Interdum a mane uſque ad veſperam producebantur. Socrat. Hiſt. Eccleſ. V. 26. Ἀνῃρέθη τῆς νόσου, ἱπποδρομίας τε ἐπινικίους ἐπετέλει. Καὶ πρὸ ἀρίστου μὲν ἐθεᾶτο, τὰς ἱπποδρομίας θεώμενος. Μετὰ δὲ τὸ ἄριστον ἐξαίφνης ἀσθενεῖ κακῶς, καὶ ὡς μὲν τὴν θέαν προελθεῖν οὐκ ἴσχυσεν: τὸν δὲ υἱὸν τὴν ἱπποδρομίαν ἐπιτελέσαι κελεύσας. Theodoſius *morbo recreatus, & equeſtria certamina ob victoriam partam* a tyranno *inſtituit. Atque ante prandium ita morbo relevatus fuit, ut equeſtria certamina ſpectare poſſet. Poſt prandium derepente cœpit adeo graviter ægrotare, ut ad ſpectacula accedere nequiret. Filio igitur mandata dedit, ut certamina illa perficienda curaret.* Noſt. *Cal.* 18. 6. V. & *Panvin. de lud.* II. 14.

6. ABERAT membranis reclamantibus legit *Caſaubonus.* Et hoc manifeſte arguunt ſequentia. Dicit enim ſubſtituiſſe, qui *vicem ſuam præſidendo fungerentur.* Non ſemper præſediſſe principem dixi *ſup.* 26. 6. §. 25. Deinde ſubdit: *verum quoties adeſſet.*

7. PETITA VENIA, quia parum vulgo probabatur, ſi princeps alium ſubſtitueret. Tacit. Ann. 1. 76. 5. *Edendis gladiatoribus, quos Germanici fratris ac ſuo nomine obtulerat, Druſus præſedit, quamquam vili ſanguine nimis gaudens: quod vulgus formidoloſum, & pater arguiſſe dicebatur. Cur abſtinuerit ſpectaculo ipſe, varie trahebant: alii tædio cœtus, quidam triſtitia ingenii, & metu comparationis, quia Auguſtus comiter interfuiſſet.* Taleis θεωρίας in Epictetum *Simplicius* vocat §. 15.

8. SUAM VICEM 1. ſuo loco. Plaut. Rud. III. 5. 34.

Vos reſpondetote iſtinc iſtarum vicem.

Noſt. *Claud.* 7. 2.

* 9. PRÆSIDERE ludis oppreſſa Republica ſolebat Imperator. Commodus apud Herod. 1. 9. 7. Κατελθόντος τοῦ Κομμόδου εἰς τὴν ἀκρόασιν τῶν ἐνδόξων ἀγωνιστῶν, καὶ αὐτοῦ μὲν προκαθίσαντος ἐν τῇ βασιλείῳ ἕδρᾳ. *Quum nobiliſſimis ſcenicis operam daret, præſidens Imperatoria ſella.* Domitianus apud noſtr. c. 4. n. 11.

10. NE-

Digitized by Google

bat [10]: ſeu vitandi rumoris cauſa, quo patrem Cæſarem vulgo reprehenſum commemorabat, quod inter ſpectandum [11], epiſtolis, libelliſque [12] legendis, ac reſcribendis [13] vacaret [14]: ſeu ſtudio ſpectandi [15], ac voluptate, qua teneri ſe neque diſſimulavit unquam, & ſæpe ingenue profeſſus eſt. Itaque corollaria [16] & præmia [17] 4
alienis [18] quoque muneribus ac ludis & crebra & grandia de ſuo offerebat: nullique Græco certamini [19] interfuit, quo non pro merito certantium quemque honoraverit [20]. Spectavit autem ſtudioſiſſime pugiles, & maxime Latinos: non le- 5
gitimos [21] atque ordinarios [22] modo, quos etiam committere [23] cum Græcis ſolebat;

10. NIHIL PRÆTEREA AGEBAT, id *comiter intereſſe* dicit *Tacit.* §. 7.

11. QUOD INTER SPECTANDUM.... VACARET, quaſi pugiles non placerent. Ariſtot. Ἠθικ: X. 5. *Χαίροντι σφόδρα οὐ πάνυ δρῶμεν ἕτερον, καὶ ἄλλα ποιοῦμεν ἄλλοις ἠρέμα ἀρεσκόμενοι, οἷον καὶ ἐν τοῖς θεάτροις οἱ τραγηματίζοντες, ὅταν φαῦλοι οἱ ἀγωνιζόμενοι ὦσι, τότε μάλιστα αὐτὸ δρῶσι. Vehementer gaudentes aliud quid non admodum agimus, & alia facimus, cum aliis leviter oblectamur, ut qui in theatris bellaria eſitant, cum viles ſunt pugiles, id tunc maxime faciunt.* Vel quod, ut docet *Buleng. de circo* c. 44. offenſus fuerit turpitudine & furore ſpectantium, qui, dum rebus putidiuſculis ac pudendis, quarum neceſſitas incumbit, ut ſpectaculis diſcederent, non adducebantur, aquam per canaliculas in oculis omnium non modo in amphitheatro, ſed & in circo petebant. Tertull. de ſpectac. c. 21. *Sic ergo evenit, ut qui in publico vix neceſſitate veſica tunicam levet: idem in circo aliter non exſultet, niſi totum pudorem in faciem omnium intentet.*

* 12. LIBELLIS, per quos Cæſares etiam præſentes adierunt veteres. V. ſupr. Cæſ. 81. 9. §. 41.

* 13. RESCRIBEBANT Principes ad libellos ſibi oblatos. Calliſtr. Digeſt. I. 19. 3. §. I. *Idque divus Pius Julio reſcripſit.* §. 2. *Idque Imperatores noſtri Severus & Antoninus ad libellum Hermiæ reſcripſerunt.* Plura exempla collegit *Briſſon. Form.* III. *p.* 252.

14. VACAVIT tamen illis M. Antoninus Philoſophus. Capitolin. c. 15. *Fuit autem conſuetudo Marco, ut in circenſium ſpectaculo legeret, audiretque, ac ſubſcriberet: ex quo quidem ſæpe jocis popularibus dicitur laceſſitus.*

15. STUDIO SPECTANDI. Aurel. Vict. Epit. c. I. n. 25. *Quodque eſt læti animi, vel amœni, oblectabatur omni genere ſpectaculorum, præcipue ferarum incognita ſpecie, & infinito numero.* Tacit. Ann. I. 54. 3. *Indulſerat ei ludicro Auguſtus, dum Mæcenati obtemperat effuſo in amorem Bathylli: neque ipſe abhorrebat talibus ſtudiis, & civile rebatur miſceri voluptatibus vulgi.* Quam *civilitatem* Tacitus, Imperatores *popularitatem* Cod. I. 40. & Græci συμπεριφορὰν vocant. Ut cum Simplicius in Epictetum inter cauſas, quæ poſſunt ſapientem impellere; ut ludos aliquando ſpectatum veniat, hanc refert, τὴν περὶ τοὺς πολλοὺς συμπεριφοράν. Βαρεῖς γὰρ inquit, φαίνονται αὐτοῖς οἱ τῆς συνήθους διαγωγῆς ὑπερτρέχειν δοκοῦντες. *Graves & odioſi habentur vulgo, qui vitæ communis conſuetudinem ſubterfugere videntur.* V. & *Caſaubonum.*

16. COROLLARIUM eſt *corolla* tenuior, quæ vox nata e *coronarum* gracilitate. Plin. XXI. 2. *Paullatimque & Romæ ſubrepſit appellatio, corollis inter initia propter gracilitatem nominatis: mox & corollariis.* Transfertur ad quamlibet additiunculam, ſive auctarium forte non debitum. Varr. L. L. IV. 36. *Corollarium, ſi additum præter quam quod debitum ejus. Vocabulum fictum a corollis: quod hæ, cum placuerant actores, in ſcena dari ſolitæ.* Hinc Cicer. Verr. III. 50. *ut eſſet, unde Apronio ad illos fructus arationum hoc corollarium nummorum adderetur.* Qui ibidem n. 79. de ſcenicorum corollariis: *Noli hos colligere, qui nummulis corrogatis de nepotum donis, ac de ſcenicorum corollariis cum decuriam emerunt.* V. quoque *Beroaldum, Donatum, Paſchal. de Coron.* I. 7. *Lipſ. Sat.* II. 23. *Panvin. de Lud. circ.* I. 16.

17. PRÆMIA dicuntur, quæ in ludis pro victoria danda proponuntur. Quod enim victori dandum erat, proponebatur, deinde certabatur. Dio LVI. p. 600. C. *Καὶ τὰ μὲν γενέσια οἱ ὕπατοι ἐξ ἴσου τοῖς Ἀρείοις ἀγωνοθετοῦσι. Ut natalitiis ejus ludis conſules, quemadmodum Martis fieri ſolitum, præmia certaminum proponerent.* Hæc corrupiſſe dicitur Tiberius *infr.* 34. I. §. I.

18. ALIENIS I. aliorum, non ſuo nomine editis. Ita *ſupr.* 29. II. *infr.* 55. 3.

19. GRÆCO CERTAMINI I. a *Græcis* Romæ facto, dicto ad differentiam eorum, quæ fiebant a Latinis *n. ſeq.* V. *Donatum.*

20. HONORAVERIT I. certantibus donum dederit. Macrob. Sat. II. 3. *Laberius in fine ludorum annulo aureo honoratus a Cæſare* I. donatus noſt. *Cæſ.* 39. 4. Ita Græci utuntur ſuo τιμᾷν. Matth. 15. 5. *Καὶ οὐ μὴ τιμήσῃ τὸν πατέρα αὐτοῦ, ἢ τὴν μητέρα αὐτοῦ. Et nequaquam honoraverit patrem ſuum, aut matrem ſuam,* interprete Marco VII. 12. *Καὶ οὐκέτι ἀφίετε αὐτὸν οὐδὲν ποιῆσαι τῷ πατρὶ αὐτοῦ, ἢ τῇ μητρὶ αὐτοῦ. Nec permittitis amplius eum quidquam præſtare patri ſuo, aut matri ſuæ.* Noſt. *Tib.* 9. 4. *Honor* pro dono. Cicer. Fam. XVI. 9. *Curio miſi, ut medico honos haberetur.* Dixerat enim Epiſt. 6. *Medico ipſi puto aliquid dandum eſſe, quo ſit ſtudioſior.* Unde Cæſ. B. C. II. 21. 5. *Eadem ratione privatim ac publice quibuſdam civitatibus habitis honoribus.* Et τιμὴ apud Græcos. Paull. I. Tim. 5. 17. *Οἱ καλῶς προεστῶτες πρεσβύ-*

bat; ſed & catervarios [24] oppidanos inter anguſtias vicorum pugnantes temere ac
6 ſine arte [25]. Univerſum denique genus operas aliquas publico ſpectaculo præben-
7 tium etiam cura ſua dignatus eſt. Athletis & conſervavit privilegia [26], & amplia-
8.9 vit. Gladiatores ſine miſſione [27] edi prohibuit. Coercitionem [28] in hiſtriones
magiſtratibus [29] in omni tempore, & loco, lege vetere permiſſam ademit [30]: præ-
10 terquam ludis [31] & ſcena [32]. Nec tamen eo minus aut xyſticorum [33] certatio-
11 nes [34], aut gladiatorum pugnas [35] ſeveriſſime ſemper exegit [36]. Nam hiſtrionum [37]
licen-

πρεσβύτεροι διπλῆς τιμῆς ἀξιούσθωσαν. *Qui bene præſunt presbyteri, duplici honore digni habeantur.* V. *Chiment. de hon. biſell. c.* 33. *Grot. de jur. bell. & pac.* II. 13. 7.

21. LEGITIMOS, quorum nomina in ordine, & albo pugilum perſcripta ſunt, interpretatur *Beroaldus.* Quid ſi interpretaremur ex *lege* artis dimicantes.

22. ORDINARIOS interpretatur *Pius Annot. poſt. c.* 190. qui *ordinem* mimicum non tenent, propterea viliores, & non legitimos, κατ' ἀντίφρασιν. Feſtus: *Ordinarius homo ſcurra & improbus, qui aſſidue in litibus moratur, ob eamque cauſam in ordine ſtat prætorem adeuntium: ſive dictus per contrarietatem, quia minime ordine vivit.* Seneca *ſupr.* 44. 8. §. 26. V. & *Lipſ. Saturn.* II. 16.

23. COMMITTI gladiatores qui dicantur V. ſupr. 43. 13. §. 62.

24. CATERVARIOS I. *temere ac ſine arte pugnantes*, ut ipſe explicat, *gregatim dimicantes* Cal. 30. 8. V. *Lipſium.*

25. ARTE, quam pugilem docet magiſter palæſtricus. Quintil. Inſtit. II. 8. *Sicut ille exercendi corpora peritus, non ſi docendum pancratiaſten ſuſceperit, pugno ferire, vel calce tantum, aut nexus modo, atque in his certos aliquos docebit, ſed omnia quæ ſunt ejus certaminis.* Noſt. *Cal.* 12. 2.

26. PRIVILEGIUM athletarum *civilium munerum vacationem fuiſſe dicunt* Imperatores Cod. X. 53. *Athletis ita demum.... civilium munerum tribui ſolet vacatio.* Unde *athletas Sabinus & Caſſius reſponderunt omnino artem ludicram non facere*, inquit Ulpian. Digeſt. III. 2. 4. *virtutis enim gratia hoc facere. Generaliter ita omnes opinantur, & utile videtur: ut neque thymelici, neque xyſtici, neque agitatores, nec qui aquam equis ſpargunt, cæteraque eorum miniſteria, qui certaminibus ſacris deſerviunt, ignominioſi habeantur.* V. quoque *Babelonium.*

27. SINE MISSIONE pugnare dicebantur gladiatores, qui pugnabant ad necem uſque, ſive, ut alter eorum caderet. Flor. III. 20. 14. *Et quod ſub gladiatore duce oportuit, ſine miſſione pugnatum eſt.* Inde Senec. de Ira I. 16. *Ad pugnam vocavit Jovem, & quidem ſine miſſione.* Epiſt. 37. *Recto tibi invictoque moriendum eſt. Quid porro prodeſt, paucos dies aut annos lucrifacere? ſine miſſione naſcimur.* Et *abſciſſa miſſione gladiator* Senec. Contr. IV. 29. dicitur, qui ita, ut de *miſſione* impetranda fruſtra cogitet, ſe vulneratum videt. *Miſſio* enim erat gratia deſerendi pugnam, quæ gladiatoribus victis quandoque dabatur. Senec. de Ben. II. 20. *Non enim ſervavit is, qui non interfecit; nec beneficium dedit, ſed miſſionem.* Hinc *arena miſſus* Marciano Digeſt. L. 7. 4. §. 1. eſt gladiator, qui a ludo *miſſionem* impetravit. *Fab. Sem.* II. II. *Lipſ. Sat.* II. 21.

28. COERCITIONEM I. pœnam. V. Cæſ. 12. I. §. 7. quam jus virgarum in illos eſſe docet Tacit. Ann. II. 77. 2. *Theatri licentia proximo priore anno cœpta gravius tum erupit... Actum de ea ſeditione apud patres, dicebanturque ſententiæ, ut prætoribus jus virgarum in hiſtriones eſſet.* Manſit adverſus illos *exilium.* Tacit. Ann. IV. 14. 5. *Pulſi tum hiſtriones Italia:* XIII. 25. 5. *Non aliud remedium repertum eſt, quam ut hiſtriones Italia pellerentur.* Noſt. *Tib.* 37. 4. Imo *virgarum jus* in illos relatum ex Paullo tradit *Buleng. de theatr.* I. 51.

29. MAGISTRATIBUS, prætoribus, ædilibus, ad quos ludorum cura pertinebat.

30. ADEMIT. Tacit. Ann. I. 77. 3. *Valuit tamen interceſſio, quia divus Auguſtus immunes verberum hiſtriones quondam reſponderat.*

31. LUDIS I. *ludorum* tempore, cum *ludi* ederentur, ut *gladiatoribus* I. cum ludi gladiatorii ederentur. Cicer. Attic. II. I. *Is quærit ex me, num conſueſſem Siculis locum gladiatoribus dare.* I. 16. *Itaque & ludis, & gladiatoribus mirandas ἐπισημασίας auferebamus.* & *feriis* I. cum feriæ eſſent *infr. Cal.* 23. 3. *Alex. Gen.* III. 9. V. *Gravium* & *Gronov. in. Liv.* II. 36.

32. SCENA I. loco ipſo, ubi peccaverant. V. *Lipſ. in Tacit. Ann. p.* 30.

33. ΞΥΣΤΟ'Σ *Græca appellatione eſt porticus ampla latitudine, in qua athletæ per hyberna tempora exercebantur.* Vitruv. V. II: VI. 10. Hinc *xyſtici* qui per hyemem in *xyſtis* ſe exercebant. Tertull. de ſpect. c. 30. *Tunc xyſtici contemplandi non in gymnaſiis, ſed in igne jaculati.* noſt. *Galb.* 15. 2. & per hybernum ſolem vel ambulantes, vel ſedentes de rebus gravibus tractabant. Deſcribit Vitruv. V. II. *Faciunda xyſta ſic videntur, ut ſint inter duas porticus ſylvæ, aut platanones, & in his perficiantur inter arbores ambulationes, ibique ex opere ſignino ſtationes.* De illis multa *Plin. Epiſt.* II. 17. Noſt. infr. 72. 6. V. *Panvin. de lud. circ.* II. I. *Mercur. Gymn.* I. 9. *Salmaſ. in Tertull. de pall. p.* 272. *Bud. in Pand. p.* 96. *Coraſ. Miſc.* IV. 24. *Beroal. Annot. c.* 86. *Pium Annot. poſt. c.* 191. *Lyd. Proleg. ad Agon. ſacr. p.* 6.

34. CERTATIO eſt velitatio atque congreſſio levis, & plerumque ex provocatione, ut docet *Popma de diff. verb.* I. *p.* 44.

35. Pu-

licentiam adeo compeſcuit, ut Stephanionem [38] togatarium [39], cui in puerilem habitum circumtonſam [40] matronam miniſtraſſe comperierat, per trina [41] theatra [42] virgis cæſum relegaverit: Hylam [43] pantomimum [44], querente [45] prætore in atrio domus

35. Pugnam vocabant, cum gladiatores ea lege in arenam deſcenderent ad pugnandum, uſquedum alter caderet. V. *ſupr.* §. 27.

36. Exegit i. ut ſervatis diſciplinæ gladiatoriæ legibus gladiatores pugnarent, voluit. Cœlius apud Cicer. Fam. viii. 6. *Si ad illam ſummam veritatem jus exegeris.* V. *Babelonium.*

37. Histriones Auguſtum imitari compeſcuerunt quoque Tiberius *infr.* 37. 4. Nero *infr.* 16. 3. Domitianus *infr.* 7. 4. V. illos *ſupr. Caſ.* 39. 1. §. 6.

38. Stephanionem (*qui primus togatas ſaltare inſtituit*) *minus miror utriſque ſecularibus ludis ſaltaſſe.* Plin. vii. 48.

39. Togatarius eſt *togatarum* actor, ut *ſecundarius* actor ſecundarum. Cic. Brut. c. 69. *Quintus Arrius, qui fuit M. Craſſi quaſi ſecundarius. Togata* dicuntur fabulæ ab ornatu, & veſtitu, quem gerunt actores, a *toga* nimirum Romana. Juven. Sat. i. 3.

Impune ergo mihi recitaverit ille togatas.

Donatus de com. & trag. *Comœdiarum formæ ſunt tres... togata juxta formam perſonarum, habitum togarum deſiderantes....* De his comœdiarum formis etiam bene multa *Scalig. Poet.* i. 7. *Buleng. de thea.* i. 7. *Gyrald. Dial. de Poet.* vi. *p.* 328. *F.*

40. Circumtonsionis genus antiquis Græcis fuit uſurpatum, & inter delicias cultus habitum, quod formam alveoli referebat inverſi, i. σκαφίον. Unde & σκαφιόκουροι, qui ſic *tonſi*. *Tonſi* inquam in orbem, verticem *intonſum* gerebant, cæterum, qua parte *tondebantur*, juxta cutem raſi erant. Tertull. de pall. c. 4. *Juxta cutem tonſor, i.* tonſura, *& culteri vertex ſolus immunis.* Περιτρόχαλα κείρεσθαι dicebantur, qui ſic tonderi ſolebant. Ephebi Græci, qui xyſto & palæſtræ operam dabant, hoc genere tonſuræ utebantur. Ariſtodemus Cumanorum tyrannus pueros puellarum habitu & muliebribus comis comptos, puellas epheborum in morem *circumtonſas*, atque ephebicis chlamydibus amictas jubet ire apud Plutarch. de mulier. virtut. p. 261. F. Ἱστόρηται ὅτι τοὺς μὲν ἄῤῥενας παῖδας ἠνάγκαζε κομᾶν καὶ χρυσοφορεῖν, τὰς δὲ θηλείας ἠνάγκαζε περιτρόχαλα κείρεσθαι, καὶ φορεῖν ἐφηβικὰς χλαμύδας κατὰ τῶν ἀνακώλων χιτωνίσκων. *Memoria proditum eſt, maſculos eum pueros condocefeciſſe ut comam alerent, aurumque geſtarent; mulieres autem coegiſſe, ut tonderentur rotunde, & gererent ephebicas chlamydas ſupra anacolas interulas.* V. *Caſaubonum. Ferrar. Elect.* ii. 13. *Salmaſ. in Tertull. pall. p.* 266.

41. Trina theatra deſcribit etiam Strab. v. p. 163. Πλησίον δ' ἐστὶ τοῦ πεδίου τούτου καὶ ἄλλο πεδίον, καὶ στοαὶ κύκλῳ παμπληθεῖς, καὶ ἄλση, καὶ θέατρα τρία. *Prope hunc campum Martium alius eſt campus, porticuſque circum circa permultæ, tum luci, tria theatra.* Ovid. Art. iii. 394.

Viſite conſpicuis terna theatra locis.

Illa fuerunt, ut putant *Torrentius* & *Donat. Rom. Vet.* iii. 8. Pompeji, Balbi, & Marcelli, quæ Auguſti fuerunt tempore.

42. Per theatra deductos reos virgis cædere mos fuit. Θεατρίζειν & παραδειγματίζειν hoc dicunt Græci. Apud Lucianum imperitus citharoedus ὑπὸ τῶν μαστιγοφόρων σύρεται διὰ πάσης τῆς σκηνῆς. Philo παράγειν & εἰσάγειν εἰς τὸ θέατρον dixit, qui in *Flaccum* p. 977. *B.* hæc addit de Judæis. Καὶ ταῦτ' εἰργάζετο μετὰ τὸ πληγαῖς αἰκίσασθαι ἐν μέσῳ τῷ θεάτρῳ, καὶ πυρὶ, καὶ σιδήρῳ βασανίσαι, καὶ ἐκ θέας διενείμαντο. Τὰ μὲν γὰρ πρῶτα τῶν θεαμάτων ἄχρι τρίτης ὥρας ἢ τετάρτης ἐξ ἑωθινοῦ ταῦτα ἦν, Ἰουδαῖοι μαστιγούμενοι, κρεμάμενοι, τροχιζόμενοι, καταδικαζόμενοι, διὰ μέσης τῆς ὀρχήστρας ἀπαγόμενοι τὴν ἐπὶ θανάτῳ: τὰ δὲ μετὰ τὴν καλὴν ταύτην ἐπίδειξιν καὶ ὀρχησταὶ, καὶ μῖμοι, καὶ αὐληταὶ, καὶ ὅσα ἄλλα σκηνικῶν ἀθύρματα ἀγώνων. *Nihilominus ante flagellabantur in medio theatro, & igne ferroque torquebantur, ſpectaculis diſtributis ad hunc modum. Mane uſque horam tertiam quartamve Judæi flagellabantur, ſuſpendebantur, rotis alligabantur, damnabantur, per mediam orcheſtram ducebantur ad ſupplicium: deinde poſt hæc tam præclara exempla edita inducebantur ſaltatores, mimi, tibicines, aliaque ludicra ſcenicorum certaminum.* V. & *Caſaubonum. Argol. in Panvin. de Circ. p.* 73. *Buleng. de Theatr.* i. 31. & 53.

43. Hylas *diſcipulus* fuit *Pyladis uſque ad æqualitatis contentionem eruditione ab illo provectus.* Macrob. Sat. ii. 7. *Hylam* dici, qui Bathyllus ſit, ad *Macrobium* dicit *Pontanus*, qod in amoribus fuerit Pyladæ domino, quomodo Alcidæ ille toties clamatus *Hylas.*

44. Pantomimos invenit Auguſtus. Suidas: Ὄρχησις, παντόμιμος (ita legit ad Tacit. Ann. i. p. 25. Lipſius, ubi antea legebatur πάντιμος.) Ταύτην ὁ Αὔγουστος Καῖσαρ ἐφεῦρε, Πυλάδου καὶ Βαθύλλου (ante Lipſium Βακχυλίδου) πρώτου αὐτὴν μετελθόντων. *Illam Auguſtus invenit, cum illam Pylades & Bathyllus primi factitaſſent.* Idem dicit Zoſim. i. 6. Ἥτε γὰρ παντόμιμος ὄρχησις ἐν ἐκείνοις εἰσήχθη τοῖς χρόνοις, οὔπω πρότερον οὖσα, Πυλάδου καὶ Βαθύλλου πρώτων αὐτὴν μετελθόντων. *Nam & pantomimorum ſaltatio, prius incognita temporibus iis* (Octaviani) *in uſu eſſe cœpit, Pylade ac Bathyllo primis ejus auctoribus.* Quod tamen de *pantomimis* a tragœdia & comœdia ſeparatis, cum *pantomimica* ſaltatio ante Auguſti ætatem in tragœdia tantum & comœdia & ſatyris locum habuerint, intelligendum eſſe docet *Salmaſ. in Vopiſc. Carin. c.* 19. V. etiam *Buleng. de theatr.* i. 52. Vox eſt Italica. Lucian. de ſaltat. ed. Græv. i. p. 809. Οὐκ ἀπεικότως δὲ καὶ οἱ Ἰταλιῶται τὸν ὀρχηστὴν παντόμιμον

domus [46] ſuæ, nemine excluſo, flagellis [47] verberaverit: & Pyladem [48] Urbe, atque Italia ſummoverit [49], quod ſpectatorem, a quo exſibilabatur [50], demonſtraſſet digito [51], conſpicuumque feciſſet [52].

καλῦσιν ἀπὸ τῦ δρωμένυ σχέδον. *Nec immerito Itali ſaltatorum pantomimum appellant, ab eo quod ferme agitur.* Geſtibus aliorum actiones effingebant. *Nonnus Dionyſ.* VII. 18.

ἀγρομένῳ γὰρ

Ὄμματα μῦνον ἔθελγεν, ὅτε στροφάδεσσιν ἱμαῖς.

Ὀρχηστὴς πολύκυκλος ἐλίσσετο λαίλαπι ταρσῶν,

Νεύματι μῦθον ἔχων, παλάμην στόμα, δάκτυλα φωνήν.

Ruſtico enim

Oculos ſolummodo oblectabat, cum circumvertibilibus motibus

Saltator multos circulos faciens volvebatur turbine plantarum,

Nutus ſermonem habens, manum os, digitos vocem.

45. QUERENTE i. Hylæ petulantiam culpante. Noſt. *Caſ.* 48. 2. *Beroaldus.*

46. IN ATRIO DOMUS, quo Hylas forte ſibi conſcius conceſſerat. In illo vero, quia *atria* januis proxima, quo major eſſet ſpectantium frequentia, flagellis eum cædi juſſit. Delinquentes vero in ſcena hiſtriones patrocinium ſibi quærere Cicero docet *infr.* §. 50.

47. FLAGELLIS verberatio, quæ & ipſa verbera, additur etiam ab Ulpian. Digeſt. XLVIII. 2. 6. *Vel fuſtibus caſtigare, vel flagellis ſervos verberare.* Quid *flagellum*, dicam *infr.* 94. 16. §. 60.

48. PYLADIS *Cilix pantomimus, quum veteres ipſi canerent & ſaltarent, primus Romæ chorum & fiſtulam ſibi præcinere fecit.* Hieron. Euſeb. Chron. ad olymp. 189. 2. Suidas. Πυλάδης Κίλιξ ἀπὸ κώμης Μισθαρνῶν ἔγραψε περὶ ὀρχήσεως τῆς Ἰταλικῆς, ἥτις ὑπ' αὐτῦ εὑρέθη. *Pylades Cilix ex vico Miſtarnis ſcripſit de ſaltatione Italica, quæ eſt ab illo inventa.* De qua, & Bathylli ab illa differentia multa *Athen.* I. *p.* 20. *Buleng. de theatr.* I. 52. *Voſſ. Inſtit. Poetic.* II. 37.

39. SUMMOVIT, ſed tamen in illam reduxit Auguſtus. Dio LIV. p. 533. B. Ὅτι Πυλάδην τὸν ὀρχηστὴν διὰ στάσιν ἐξεληλαμένον κατήγαγεν. *Quod Pyladem hiſtrionem per factiones ex Urbe profligatum reduxit.*

50. EXSIBILATUR *& explodiuur hiſtrio, ſi paullum ſe movit extra numerum, aut ſi verſus pronuntiatus ſyllaba una brevior aut longior.* Cicer. Parad. 3. *Quod item nuper in Erote comœdo uſu venit: qui poſteaquam e ſcena non modo ſibilis, ſed etiam convicio explodebatur: ſicut in aram, confugit in hujus domum, diſciplinam, patrocinium, nomen.* Idem pro Roſc. com. c. II.

51. DIGITO indice in eum, quem ridebant, directo, & crebra ejuſdem curvati motitatione, ut vult Caſaubonus in Perſ. p. 102. vel digitis omnibus in unum collectis & ad ciconini colli ſimilitudinem curvatis, inque eum, qui irridebatur, directis, pinſentem roſtro ciconiam frequenti motione olim exprimebant irriſores, ut docet Ferrar. de Acclam. & Plauſ. II. 21. qui ſic *manu ciconiam ſignificabant*, ut vetuſtiſſimus explicat interpres, cujus in Perſium breve exſtat ſcholium. Hoc enim ſannæ genus *ciconia* vocabatur. Perſ. Sat. I. 58.

O Jane, a tergo quem nulla ciconia pinſit.

De illo Hieron. Præf. in Zophoniam. *Qui ſi ſcirent Holdam viris tacentibus prophetaſſe, nunquam poſt tergum meum manum incurvarent in ciconiam.*

52. CONSPICUUM FECISSET i. reliquorum oculos in illum convertiſſet. Nep. 25. 13. 5. *Ut in neutram partem conſpici poſſet* i. notari neque ſordium, quia aderat modus, neque luxus, quia aberat ſuperfluum. Liv. IV. 13. *Quacunque incederet, conſpectus elatuſque ſupra modum hominis privati.* i. ingerens ſe & venditans ſe oculis hominum. Noſt. *Claud.* 4. 6. V. *Gronov. in Livium*, & ex Gronovio *Boſium in Nepotem.*

CAPUT XLVI.

ARG. *Italiam coloniis frequentat, operibuſque ac vectigalibus inſtruit, dignatione Urbi fere adæquat, equeſtrem militiam petentes ordinat, & e plebe filios filiaſve ſibi approbantibus pecuniam dividit Octavius Cæſar Auguſtus.*

1 Ad hunc modum Urbe, urbaniſque rebus [1] adminiſtratis, Italiam duodetriginta coloniarum [2] numero deductarum [3] ab ſe frequentavit, operibuſque, ac vectigali-

URBE, URBANISQUE REBUS. Dixit enim hactenus de iis, quæ circa jura civitatis nova inſtituit, aut abolita reſtituit Auguſtus: ſubjicit hoc capite de iis, quæ circa jura Italicorum populorum ſanxit Auguſtus: dicturus pauca capite ſequenti de Auguſti inſtitutis circa provinciarum jura. V. & *Caſaubonum.*

2. DUODETRIGINTA COLONIARUM, quarum plurimas exponunt *Onuph. Panvin. Comm. R. R. p.* 349. *Sigon. de jur. Ital.* III. 4.

3. DEDUCI ex Romanorum diſciplina oportuit auctoritate ſuperiorum colonos, non ſponte emigrare, vel ſecedere. *Deducti* non tantum cives fiebant urbis, quam immigrabant, ſed etiam muneribus, oneribuſque civitatis, unde emigrabant, liberabantur. V. *Goeſ. Ant. Agrar. c.* 2.

4. V.

ctigalibus [4] publicis [5] plurifariam [6] inſtruxit: etiam jure, ac dignatione Urbi quodammodo pro parte [7] aliqua adæquavit [8]: excogitato genere ſuffragiorum [9], quæ de magiſtratibus urbicis [10] decuriones [11] colonici [12] in ſua quiſque colonia ferrent, & ſub diem comitiorum obſignata Romam mitterent. Ac necubi aut honeſtorum [13] 2
deficeret copia, aut multitudinis ſuboles, equeſtrem militiam [14] petentes, etiam ex commendatione publica cujuſque oppidi ordinabat [15]: at iis, qui e plebe regiones [16] ſibi reviſenti filios filiaſve approbarent, ſingula nummorum millia pro ſingulis dividebat [17].

4. VECTIGALIA ſunt proventus & reditus, qui ex agris, aliiſque rebus locatis ad locatorem redeunt. Abſque his nullum commune poteſt conſtitui. Cicer. Fam. XIII. 11. *Arpinatium quidem omnia commoda, omneſque facultates, quibus & ſacra conficere, & ſarta tecta ædium ſacrarum, locorumque communium tueri poſſint, conſiſtunt in iis vectigalibus, quæ habent in provincia Gallia.*

5. PUBLICIS, quia dantur etiam privata. Cicer. Parad. 6. 3. *Et ex meo tenui vectigali, detractis ſumptibus cupiditatis, aliquid etiam redundabit.*

6. PLURIFARIAM i. pluribus in locis, ut *multifariam*, multis in locis: *biſariam*, duobus in locis. Paullus apud Feſtum: *Multifariam dixerunt antiqui, quod videlicet in multis locis fari poterat* i. *dici.* His vero delectatur noſter.

7. QUODAMMODO PRO PARTE, quia ne in ea quidem *parte*, in qua videri poterat præſtitiſſe aliquid, id conſecutus eſt Auguſtus, quod voluit. Reſpectu enim populi Romani reliqui omnes privatorum loco habebantur. Scitum illud Virg. Ecl. 1. 21.

> *Urbem, quam dicunt Romam, Melibœe, putavi*
> *Stultus ego huic noſtræ ſimilem.*

V. *Torrentium. Lipſ. Elect.* II. 17.

8. ADÆQUAVIT i. pares fecit. Gell. XVI. 13. *Populi Romani coloniæ quaſi effigies parvæ, ſimulacraque eſſe quædam videntur.*

9. GENERE SUFFRAGIORUM i. modo, quo commodius uterentur ſuo jure *ſuffragiorum*. Hoc enim propter rei difficultatem, & moleſtiam ſingulis comitiis Romam veniendi pæne inane, nullique uſui populis Italicis fuit. Univerſa Italia ante Auguſtum civitatis jus habuit, ergo & *ſuffragiorum*. Civitas enim & jus *ſuffragiorum* ſic ἀντιστρέφειν, ut definitio & definitum. Et civis Romanus pleno jure eſt is, qui vel in Urbe, vel in agro Romano habitans tribum cum honorum petitione, aut ſaltem ſuffragiis habet. V. *Caſaubonum.*

10. URBICIS i. Romanis. V. ſupr. Cæſ. 56. 8. §. 25.

11. DECURIONES cum duumviris in coloniis id ferme erant, quod Romæ ſenatores cum conſulibus. Inde dicti, ut ſcribit Pompon. 1. 239. de verb. ſignif. *quod in initio coloniæ cum deducerentur, decima pars eorum, qui deducerentur, conſilii publici gratia conſcribi ſolita ſit.* Cicer. pro Sext. c. 4. *Et hoc tempore iidem homines, nomine commutato, coloni, decurioneſque fortiſſimi, atque optimi viri, beneficium P. Sextii teſtimonio declarant. Recita quæſo, P. Sexti, quid decreverint Capuæ decuriones.* Noſt. *infr.* 101. 1. *Tib.* 37. 5. *Cal.* 23. 3. Videſis *Torrentium. Sigon. de jur. Ital.* 11. 4. *Alciatum* & *Gentilem de verborum ſignificationibus.*

12. COLONICI urbicis reſpondent. Ita *legem colonicam* dicunt Frontin. de lim. agr. §. 17. Aggen. in Frontin. p. 49. Varr. R. R. 1. 2. *morem colonicum* Hygin. de lim. agr. p. 198. *agrum colonicum* legis Mamiliæ c. 5. *cohortes colonicas* Cæſ. B. C. II. 19. 4.

13. HONESTORUM i. bonorum, probatorum. Cicer. Verr. 1. 49. *Quid eſt aliud, omnibus omnia peccata, & maleficia concedere, niſi hoc, hominum honeſtiſſimorum teſtimoniis, & virorum bonorum tabulis non credere?* Noſt. *Ner.* 12. 10. Qui, quia pauci, opponuntur hoc loco *multitudini*: infr. Veſp. 9. 2. *indigniſſimis.*

14. EQUESTREM MILITIAM V. Claud. 25. 1.

15. ORDINABAT i. honorem, quem petebant, dabat, ad ordines petitos producebat. Cicer. Verr. 1. 48. *M. Octavium Ligurem, hominem ornatiſſimum loco, ordine, nomine.* Noſt. *Veſp.* 23. 4. V. *Bud. Pand. p.* 260.

16. REGIONES, Italiæ, quam quomodo compoſuerit, hoc capite docet noſter. Ejus vero regiones ex Auguſti diviſione fuerunt undecim. Plin. III. 5. *Quæ in re præfari neceſſarium eſt, auctorem nos divum Auguſtum ſecuturos, deſcriptionemque ab eo factam Italiæ totius in regiones undecim.*

17. SINGULA .... DIVIDEBAT i. cuique patri tot millia nummum, quot ille haberet liberos, dabat. V. *Caſaubonum.*

CAPUT XLVII.

ARG. *Provincias diſtribuit & commutat, urbes fœderatas libertate privat, aut ære alieno laborantes levat, aut ſubverſas condit, aut Latinitate, vel civitate donat, & Africam, Sardiniamque tempeſtatibus inhibitus, non adit Octavius Cæſar Auguſtus.*

Digitized by Google

1 Provincias validiores [1], & quas annuis magiſtratuum imperiis regi nec facile nec tutum erat, ipſe ſuſcepit [2], cæteras [3] proconſulibus [4] ſortito permiſit: & tamen nonnullas commutavit [5] interdum: atque ex utroque genere pleraſque ſæpius
2 adiit. Urbium quaſdam federatas [6], ſed ad exitium licentia [7] præcipites, libertate
3 privavit: alias, aut ære alieno laborantes levavit, aut terræ motu ſubverſas [8] denuo condidit [9]: aut merita erga populum Romanum allegantes [10] Latinitate [11], vel civi-

PROVINCIAS VALIDIORES, quas deſcribit Dio LIII. p. 503. C. Τὰ δὲ ἰσχυρότερα, ὡς καὶ σφαλερὰ, καὶ ἐπικίνδυνα, καὶ ἢ τοὺς πολεμίους τινὰς προσοίκους ἔχοντα, ἢ καὶ αὐτὰ καθ' ἑαυτὰ μέγα τι νεωτερίσαι δυνάμενα. *Potentiores provincias, ut fallaces, & periculoſas, & vel hoſtes accolas habentes, vel per ſe magna & nova moliri valentes.* Strab. XVII. p. 577. Ἑαυτῷ μὲν ὅσα στρατιωτικῆς φρουρᾶς ἔχει χρείαν, αὕτη δ' ἐστὶν ἡ βάρβαρος καὶ πλησιόχωρος τοῖς μήπω κεχειρωμένοις ἔθνεσιν, ἢ λυπρὰ καὶ δυσγεώργητος, ὥσθ' ὑπὸ ἀπορίας τῶν ἄλλων ἐρυμάτων δ' εὐπορίας, ἀφηνιάζειν καὶ ἀπειθεῖν. *Sibi quidem, quæcunque militum præſidio eſſent tenendæ; quales ſunt regiones barbaræ, & gentibus nondum ſubactis finitimæ, ſteriles quidem & cultui agro parentes, quæ re incolæ cæterarum rerum penuria impulſi, & copia munitionum freti jugum detrectarent.*

2. IPSE SUSCEPIT λόγῳ μὲν, ὅπως ἡ μὲν γερουσία ἀδεῶς τὰ κάλλιστα τῆς ἀρχῆς καρπῶτο, αὐτὸς δὲ τούς τε πόνους καὶ τοὺς κινδύνους ἔχῃ· ἔργῳ δὲ ἵνα ἐπὶ τῇ προφάσει ταύτῃ ἐκεῖνοι μὲν ἄοπλοι καὶ ἄμαχοι ὦσιν, αὐτὸς δὲ δὴ μόνος καὶ ὅπλα ἔχῃ, καὶ στρατιώτας τρέφῃ. *Sub hac ſpecie, ut ſenatus optimis imperii partibus tuto perfrueretur, ipſe laboribus & periculis objectus eſſet: at revera ſub hoc prætexta inermis & imbellis eſſet, & ipſe ſolus arma & milites haberet.* Dio LIII. p. 503. D.

3. CÆTERAS. Strab. XVII. p. 578. Τῷ δήμῳ δὲ τὴν ἄλλην, ὅση εἰρηνικὴ, καὶ χωρὶς ὅπλων ἄρχεσθαι ῥᾳδία. *Populo autem reliquam, quia pacata, & ſine armis ſub imperio facile retineretur.* Eadem Dio LIII. p. 503. C.

4. PROCONSULES deſcribit, & a Cæſaris legatis *conſularibus*, ut dicuntur etiam noſt. Tib. 41. 1. Claud. 24. 7. Veſp. 4. 2. cui & abſolute *conſulares* ibid. 32. 1. diſtinguit Dio LIII. p. 504. C. D. Καὶ ἀνθυπάτους καλεῖσθαι μὴ ὅτι τοὺς ὑπατευκότας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους, τῶν ἐστρατηγηκότων, ἢ δοκούντων γε ἐστρατηγηκέναι, μόνον ὄντας· ῥαβδούχοις τε σφᾶς ἑκατέρους ὅσοις περ καὶ ἐν τῷ ἄστει νενόμισται χρῆσθαι· καὶ τὰ τῆς ἀρχῆς ἐπίσημα, καὶ παραχρῆμα ἅμα τῷ ἔξω τοῦ πωμηρίου γενέσθαι, προστίθεσθαι, καὶ διαπαντὸς μέχρι ἂν ἀνακομισθῶσιν, ἔχειν ἐκέλευσε. Τοὺς δὲ ἑτέρους ὑπό τε ἑαυτοῦ αἱρεῖσθαι, καὶ πρεσβευτὰς αὐτοῦ ἀντιστρατήγους τε ὀνομάζεσθαι, κἂν ἐκ τῶν ὑπατευκότων ὦσι, διέταξε. Τῶν γὰρ δὴ δύο τούτων ὀνομάτων ἐπὶ πλεῖστον ἐν τῇ δημοκρατίᾳ ἀνθησάντων, τὸ μὲν τοῦ στρατηγοῦ τοῖς αἱρετοῖς, ὡς καὶ τῷ πολέμῳ ἀπὸ τοῦ πάνυ ἀρχαίου προσῆκον, ἔδωκεν, ἀντιστρατήγους σφᾶς προσειπών· τὸ δὲ δὴ τῶν ὑπάτων τοῖς ἑτέροις, ὡς καὶ εἰρηνικωτέροις, ἀνθυπάτους αὐτοὺς ἐπικαλέσας. *Proconſules autem dici voluit non modo conſulares, ſed etiam alios, qui præturam vel geſſiſſent, vel geſſiſſe viderentur: utque lictoribus tot, quot in Urbe legibus permiſſum eſſet, uterentur: ut imperii inſignia ſtatim, atque extra pomerium veniſſent, aſſumerent, & uſque ad reditum in Urbem haberent. Cæteros a ſeipſo deligendos, ac legatos ſuos & proprætores appellandos, licet e numero conſularium eſſent, ſtatuit. Nam quum hæc duo nomina* (prætoris & conſulis) *in regimine populari multum floruiſſent, prætoris nomen, ut bello ab antiquis temporibus maximo conveniens, a ſe delectis dedit, proprætores eos nuncupans: conſulum autem reliquis, ut paci propinquioribus, proconſules illos vocans.* De illis, nobis enim non licet eſſe tam verboſis, verboſiores diatribas invenies apud *Lipſ. Tacit. Ann.* I. *p.* 30. *Salmaſ. in Spartian. Adrian. c.* 22. *Laz. Comm. R. R.* II. 5.

5. COMMUTAVIT. Dio. LIII. p. 504. A. LIV. p. 523. B. Ὕστερον γὰρ τὴν μὲν Κύπρον καὶ τὴν Γαλατίαν τὴν περὶ Νάρβωνα τῷ δήμῳ ἀπέδωκεν, αὐτὸς δὲ τὴν Δαλματίαν ἀντέλαβε· καὶ τοῦτο μὲν καὶ ἐπ' ἄλλων ἐθνῶν μετὰ ταῦτα ἐπράχθη. *Poſtea Cyprum & Galliam Narbonenſem populo reddidit, & ipſe Dalmatiam recepit: quæ permutatio in aliis gentibus poſtea facta eſt.*

6. FEDERATAS, Cyzicum, Tyrum, Sidona. Dio LIV. p. 525. E. & ex Dione Zonar. p. 164. Τούς τε Κυζικηνοὺς, ὅτι Ῥωμαίους τινὰς ἐν στάσει μαστιγώσαντες ἀπέκτειναν, ἐδουλώσατο· καὶ τοῦτο καὶ τοὺς Τυρίους, τούς τε Σιδωνίους διὰ τὰς στάσεις ἐποίησεν, ἐν τῇ Συρίᾳ γενόμενος. *Cyzicenos, quod in quadam ſeditione nonnullos Romanos flagris cæſos necaſſent, in ſervitutem redegit, idemque in Syriam quum veniſſet, Tyriis & Sidoniis propter ſeditiones ſupplicium irrogavit.* Factum hoc, ut addit Dio M. Apulejo & P. Silio conſulibus i. ab U. C. anno 733. V. *Pigh. Ann.* III. *p.* 517. De Cyzicenis plura ad Tib. 37. 17... 20.

7. LICENTIA, qua, ut inquit Terent. Heaut. III. 1. 74. *omnes deteriores ſimus.*

8. TERRÆ MOTU SUBVERSAS, ut *Tralles*, quas Auguſto principe *terræ motu conſediſſe* dicit *Euſeb. ad. a.* 1990. & *in Cypro plurimas civitates*, quarum *partes terræ motu concidiſſe* eodem principe dicit *idem ad a.* 2000. Cyprus creberrimis terræ motibus eſt obnoxia. Senec. Epiſt. 91. *Quoties Aſia, quoties Achaja urbes uno tremore ceciderunt? Cyprum quoties vaſtavit hæc clades?*

9. DENUO CONDIDIT. Strab. XII. p. 399. Ἐπηνώρθωσε δ' ὁ ἡγεμὼν, χρήματα ἐπιδοὺς, καθάπερ καὶ πρότερον ἐπὶ τῆς γενομένης συμφορᾶς Τραλλιανοῖς (ἡνίκα τὸ γυμνάσιον καὶ ἄλλα μέρη συνέπεσεν) ὁ πατὴρ αὐτοῦ, καὶ τούτοις καὶ Λαοδικεῦσιν. *Imperator tamen inſtauravit, pecuniam largitus: quod beneficii ante etiam Trallianis præſtiterat pater ejus, cum eorum gymnaſium, aliaque partes corruiſſent,*

Digitized by Google

civitate [12] donavit. Non eſt, ut opinor, provincia, excepta duntaxat Africa & 4
Sardinia [13], quam non adierit. In has fugato Sexto Pompejo, trajicere ex Sicilia 5
apparantem, continuæ & immodicæ tempeſtates inhibuerunt [14]: nec mox occaſio, aut cauſa trajiciendi fuit.

ruiſſent, itemque Laodicenſibus.

10. Allegantes i. in medium proferentes. V. ſupr. 5. 2. §. 12.

11. Latinitate i. jure Latii. V. ſupr. Cæſ. 8. 1. §. 3.

12. Civitate i. jure civium. V. ſupr. Cæſ. 8. 1. §. 4.

13. Sardinia *inſula grandis eſt* in mari mediterraneo Mel. II. 7. refert humanæ plantæ ſpeciem. Claud. Bel. Gildon. n. 507.

Humana in ſpeciem plantæ ſe magna figurat
Inſula, Sardoam veteres dixere coloni,
Dives ager frugum, Pœnos Italosve petenti
Opportuna ſitu.

Pauſan. Φωκικ. p. 332. Πρῶτοι δὲ διαβῆναι λέγονται ναυσὶν ἐς τὴν νῆσον Λίβυες· ἡγεμὼν δὲ τοῖς Λίβυσιν ἦν Σάρδος, ὁ Μακήριδος. Σάρδῳ δὲ ἡγεμονίας τε ὑπῆρξε τῶν Λιβύων, ἡ ἐς τὴν Ἰχνοῦσαν καὶ τὸ ὄνομα ἀπὸ τοῦ Σάρδου τούτου μετέβαλεν ἡ νῆσος. *Primi in Sardiniam navibus tranſmigraſſe dicuntur Afri duce Sardo, filio Maceridis. Sardus vero coloniam Afrorum in Ichnuſam deducendam ſuſcepit. Unde mutato priore vocabulo de ejus nomine inſula dicta eſt.* Plura *Strab.* v. p. 155. *Diod. Sic.* v. 15. *Plin.* III. 7. *Solin.* c. 4. *Iſid.* XIV. 6. *Cluver. Sardin.* c. 1. *Bochart. Geog.* I. 31. *Pined. in Stephanum. Salmaſ. in Solinum.*

14. Tempestates inhibuerunt. Dio XLIX. p. 411. E. Καῖσαρ δὲ ἐν τούτῳ, ἐπειδὴ ὅτε Σέξτος ἀπολώλει, καὶ τὰ ἐν τῇ Λιβύῃ καταστάσεως ἐδεῖτο, ἦλθε μὲν ἐς τὴν Σικελίαν, ὡς καὶ ἐκεῖσε πλευσούμενος· ἐγχρονίσας δὲ ἐνταῦθα ὑπὸ τοῦ χειμῶνος, οὐκέτι ἐπεραιώθη. *Interim Cæſar, Pompejo mortuo, quum res Africæ compoſitione indigerent, in Siciliam venit, inde in Africam tranſmiſſurus: ſed ibi tempeſtate detentus non trajecit.*

CAPUT XLVIII.

ARG. *Regna diſtribuit, reges neceſſitudinibus jungit, ætate parvis ac mente lapſis rectorem apponit, & plurimorum liberos cum ſuis educat & inſtituit Octavius Cæſar Auguſtus.*

Regna [1], quibus belli jure potitus eſt [2], præter pauca, aut iiſdem, quibus 1
ademerat, reddidit [3], aut alienigenis contribuit. Reges ſocios etiam inter 2
ſemet ipſos neceſſitudinibus [4] mutuis junxit: promptiſſimus affinitatis [5] cujuſque atque amicitiæ [6] conciliator [7] & fautor: nec aliter univerſos [8] quam membra parteſque imperii, curæ habuit. Rectorem [9] quoque ſolitus eſt apponere ætate par- 3
vis [10],

Regna. Strab. XVII. p. 578. Καὶ βασιλεῖς δὲ, καὶ δεκαρχίαι, καὶ δυνάσται τῆς ἐκείνου μερίδος καὶ εἰσί, καὶ ὑπῆρξαν ἀεί. *Reges autem, decarchiæ, & reguli ſemper fuere ejus* (imperatoris) *portioni adjudicati, idque etiamnunc ſervatur.*

2. Quibus belli jure potitus est i. omnia, quæ tum fuerunt in orbe Romano: nam omnibus πολέμου νόμῳ potitus eſt. Bello quippe Actiaco reges omnes pauciſſimis exceptis petiiſſe ab Antonio, Plutarchus, Dio, Ulpianus, alii docent. V. *Caſaubonum.*

3. Iisdem reddidit c. g. Herodi, de quo Joſeph. Ant. Jud. XV. 10. Καὶ τό τε διάδημα πάλιν ἀποκαθίστησιν αὐτῷ, καὶ προτρεψάμενος μηδὲν ἐλάττω περὶ αὐτὸν ἢ πρότερον ἦν περὶ τὸν Ἀντώνιον φαίνεσθαι, διὰ πάσης ἦγε τιμῆς. *Quare diademate reſtituto hortatur eum, ut non minus ſuam, quam quondam Antonii amicitiam coleret, in ſummo honore habuit.*

4. Necessitudinibus, de quibus dixi ſupr. Cæſ. 27. 1. §. 1.

5. Affinitatis. Ita Salomen Herodis magni ſororem, ut Alexæ nuberet, Liviæ opera impulit Auguſtus apud Joſeph, Jud. XVII. 1. Τὴν δὲ Σαλώμην Ἡρώδης ἐπισπουδάσασαν Συλλαίῳ τῷ Ἄραβι γαμηθῆναι κατ' ἐρωτικὴν ἐπιθυμίαν βιάζεται τῷ Ἀλεξᾷ συνοικεῖν, συμπρασσούσης αὐτῷ Ἰουλίας, καὶ πειθούσης τὴν Σαλώμην μὴ ἀπαναίνεσθαι τὸν γάμον.... καὶ ἐπείθετο Καίσαρός τε οὔσῃ γυναικὶ τῇ Ἰουλίᾳ. *Salomen autem Sylleo Arabi adamato cupientem nubere Herodes compulit ad Alexæ conjugium, adjuvante Julia, &, ne recuſaret, perſuadente.... & illa paruit uxori Cæſaris Juliæ.*

6. Amicitiæ, cujus inter Herodem & filios ab Auguſto reſtitutæ exemplum inſigne affert, ſed fuſius, Joſeph. Antiq. Judaic. XVI. 7. 8.

7. Conciliare quale verbum, dictum ſupr. Cæſ. 11. 1. §. 1.

8. Universos n. ſocios reges. V. tamen *Caſaubonum.*

9. Rectores quoque magiſtros hos dicit Virg. Æn. IX. 173.

Rectores juvenum, & rerum dedit eſſe magiſtros:

Reges Horat. Od. I. 36. 8.

memor
Actæ non alio rege puertiæ:

διδασκάλους, παιδαγωγοὺς & νουθετὰς Philo legat. ad Cajum p. 999. D. Πάρεστι ὁ διδάσκαλος τοῦ μηκέτι μανθάνειν

vis [10], ac mente lapſis, donec adoleſcerent, aut reſipiſcerent: ac plurimorum liberos & educavit ſimul cum ſuis [11], & inſtituit [12].

μανθάνειν ὀφείλοντος, ὁ παιδαγωγὸς οὐ μηκέτι παιδὸς ὄντος, ὁ νουθετὴς τοῦ φρονιματέρου. *Adeſt magiſter mihi, cui non opus diſcere; pædagogus, cum jam non ſim puer; monitor, cum ſim ipſe ſapientior.* Ictis *curatores* dici dicit *Torrentius.*

10. ÆTATE PARVIS, e filiis n. vel filiabus regum.

11. EDUCAVIT CUM SUIS, & in his Agrippam Ariſtobulo Herodis filio natum. Joſeph. Antiq. Judaic. XVI. 8. Ἀγρίππας ἐν τῇ Ῥώμῃ διαιτώμενος, καὶ ὁμοτροφίας καὶ συνηθείας αὐτῷ πολλῆς γενομένης πρὸς Δροῦσον τὸν Τιβερίου τοῦ αὐτοκράτορος υἱόν. *Agrippa Romæ degens, & per convictum inſinuatus in familiaritatem Druſi imperatoris Tiberii filii.*

12. INSTITUIT per Verrium Flaccum Grammaticum, infr. Gramm. 17. 4.

CAPUT XLIX.

ARG. *Claſſem Miſeni & Ravennæ collocat, armigeros legit, milites ad præmiorum & ſtipendiorum formulam adſtringit, ærarium militare novum inſtituit, & juvenes per militares vias, vehiculaque diſponit Octavius Cæſar Auguſtus.*

1.2 Ex militaribus copiis legiones & auxilia provinciatim diſtribuit. Claſſem [1] Miſeni [2], & alteram Ravennæ [3], ad tutelam ſuperi & inferi maris [4] collocavit.
3 Certum numerum partim in Urbis [5]; partim in ſui [6] cuſtodiam adlegit: dimiſſa Calagu-

CUM CLASSIBUS *apud Miſenum & Ravennam ſingula legiones* (pro more ſui ævi, aut parum conſpecte locutus. Non enim *legiones* proprie erant, ſed duntaxat *cohortes*, eæque decem. *Lipſ. Admir.* I. 5.) *ſtabant, ne longius a tutela Urbis abſcederent: & cum ratio poſtulaſſet, ſine mora, ſine circuitu ad omnes mundi partes navigio pervenirent. Nam Miſenatium claſſis Galliam, Hiſpanias, Mauritaniam, Africam, Ægyptum, Sardiniam, atque Siciliam habebat in proximo. Claſſis autem Ravennatium Epiron, Macedoniam, Achajam, Propontidem, Pontum, Orientem, Cretam, Cyprum petere directa navigatione conſueverat.* Veget. IV. 31. *Italiam utroque mari duæ claſſes, Miſenum apud & Ravennam: proximumque Galliæ litus roſtratæ naves præſidebant, quas Actiaca victoria captas Auguſtus in oppidum Forojulienſe miſerat valido cum remige.* Tacit. Ann. IV. 5. 1. Hæ dictæ *prætoriæ*, vel quod primæ eſſent, ſeu præcipuæ in mari, vel quod pro ſalute Principis ac Urbis excubarent, ut docent *Lipſ.* l. l. & ex Lipſio *Scheff. Mil. Nav.* III. 7. Noſt. *Tib.* 72. 73. 74. 3. *Ner.* 31. 11.

2. MISENI ad mare inferum in Campania. Feſtus: *Miſenum promontorium a Miſeno tubicine Æneæ ibi ſepulto eſt appellatum.* Virg. Æn. VI. 234.

Monte ſub aerio, qui nunc Miſenus ab illo
Dicitur.

Claſſi huic ſtationem accommodavit M. Vipſanius Agrippa bello Siculo contra Sext. Pompejum præfectus claſſis ab Auguſto factus. Dio XLVIII. p. 388. B. Ἐν ταύτῃ δὴ τῇ θαλάσσῃ τῇ ἐντὸς ἑκατέρας στενοῖς τότε εἴσπλοις τὸ διεῖργον τὴν Λουκρινίδα ἀπὸ τοῦ πελάγους ἰσθμὸν ἀμφοτέρωθεν παρ' αὐτὴν τὴν ἤπειρον ὁ Ἀγρίππας συντρήσας, λιμένας ναυλοχωτάτους ἀπέδειξεν. *In hoc lacu, ambobus aliis interjecto, cujus aditus anguſti tunc erant, id interſtitium, quo Lucrinus a mari dirimitur, utrimque propter ipſam continenentem, perfodit, effecitque portus navium ſtationi aptiſſimos.* De hac claſſe Virg. Æn. VI. 233.

Imponit ſuaque arma viro, remumque, tubamque.

Remum enim & *tubam* dum dat, ſignificat locum hunc futurum, ubi & remiges & milites in claſſe eſſent. V. & *Merul. Coſm.* II. 4. 6. *Leand. Ital.* p. 258. Huic claſſi præfuit, cum periit Plinius infr. *Plin.* §. 3.

3. RAVENNÆ ad mare ſuperum in provincia Flaminia. V. *ſupr.* 20. 3. §. 13. Claſſem hanc ex Dione deſcribit Jornandes Goth. c. 29. *A meridie*, inquit, *Padus, qui & Eridanus, ab Auguſto imperatore altiſſima foſſa demiſſus: qui ſeptima ſui alvei parte mediam influit civitatem, ad oſtia ſua amœniſſimum portum præbens, qui claſſem ducentarum quinquaginta navium, Dione referente,* (ſed hoc in Dionis libris, qui nunc ſunt, nuſquam exſtat) *tutiſſima dudum credebatur recipere ſtatione.* V. & *Lipſ. Admir.* I. 5.

4. SUPERI ET INFERI MARIS i. Adriatici & Tuſci. V. *Cæſ.* 34. 2. §. 11.

5. IN URBIS *cuſtodiam* adlegit Auguſtus cohortes *urbanas*, quas tres numero fuiſſe dicit Tacit. Ann. IV. 5. 5. *Quamquam inſideret Urbem proprius miles, tres urbanæ, novem prætoriæ cohortes.* Tempus & occaſionem docet Appian. B. C. V. p. 746. Ἦν ὁ Καῖσαρ ἐτῶν ἐς τότε ὀκτὼ καὶ εἴκοσι, καὶ αὐτὸν αἱ πόλεις τοῖς σφετέροις θεοῖς συνίδρυον. Ληστευομένης δὲ κατὰ συστάσεις τῆς τε Ῥώμης αὐτῆς, καὶ τῆς Σικελίας περιφανῶς.... Σαβῖνος ὑπὸ Καίσαρος αἱρεθεὶς εἰς διόρθωσιν, πολὺν μὲν εἰργάσατο φθόρον τῶν ἁλισκομένων, ἐνιαυτῷ δ' ὅμως εἰς εἰρήνην ἀφύλακτον ἅπαντα περιήγαγε. Καὶ ἐξ ἐκείνου φασὶ παραμεῖναι τὸ τῆς στρατιᾶς τῶν νυκτοφυλάκων ἔθος τε καὶ εἶδος. *Quum Cæſar vigeſimum octavum ætatis annum exegiſſet, oppidatim inter deos tutelares conſecratus eſt. Sed quum Urbs ipſa & Sicilia palam infeſtaretur latrociniis....*

Calaguritanorum [7] manu [8], quam uſque ad devictum Antonium: item Germanorum [9], quam uſque ad cladem Varianam [10], inter armigeros [11] circa ſe habuerat. Neque tamen unquam plures quam tres cohortes in Urbe eſſe paſſus eſt, eaſque 4
ſine caſtris [12]: reliquas in hiberna & æſtiva circa finitima oppida dimittere aſſuerat. Quicquid autem ubique militum eſſet, ad certam ſtipendiorum præmiorumque 5
formulam [13] adſtrinxit: definitis pro gradu cujuſque [14], & temporibus militiæ, &

civiis.... *Sabinus a Caſare ad id corrigendum electus multos comprehenſos affecit ſuppliciis: anno tamen integro opus habuit, dum ſecuram pacem redderet omnibus. Et ex illo tempore inſtitutas ajunt cohortes vigilum, quæ durant nunc quoque.* V. & *Dionem* §. 9.

6. In sui *cuſtodiam* adlegit Auguſtus cohortes *prætorias*, quas novem numero fuiſſe §. 5. dixit *Tacitus*. V. etiam *Dion.* §. 9. De illarum inſtitutione plura infr. Cal. 56. 4. §. 20.

7. Calaguris Hiſpaniæ civitas in Vaſconibus ſita. Strab. III. p. III. *Ἐν δὲ ταῖς πόλεσι ταύταις ἐπολέμει τὸ τελευταῖον Σερτώριος, καὶ ἐν Καλάγυρι Οὐασκώνων πόλει. In his urbibus poſtremam belli partem confecit Sertorius, & in Calaguri Vaſconum urbe. Naſica* cognomen habuit. Plin. III. 3. *Ex colonia Calaguritanos, qui Naſici cognominantur*, & *Julia.* Utrumque ex nummis probat *Merul. Coſm.* II. 2. 14. Imitatus eſt Auguſtus Cæſarem, qui & *Hiſpanorum cuſtodias* habuit *ſupr.* 86. 2.

*8. Manu i. cohorte. *Noviomagus.* Quam enim hoc loco *manum*, Galb. 12. 4. *cohortem Germanorum* noſter vocat.

9. Germani ut plurimum erant corporis cuſtodes, & in his cum *Friſii*, Inſcriptio vetus Romæ.

BASSVS. NERONIS. CAESARIS.
CORPORIS. CVSTOS.
NATIONE. FRISIVS.

Et alia Interamnæ.

HILARIVS.
NERONIS. CAESARIS.
CORPORIS. CVSTOS.
NATIONE. FRISAEO.

tum *Batavi*, de quibus noſtrum intelligendum eſſe docet Dio LV. p. 565. A. *Οἵ τε σωματοφύλακες, μύριοι ὄντες, καὶ δεκαχῇ τεταγμένοι, καὶ οἱ τῆς πόλεως φρουροὶ ἑξακισχίλιοί τε ὄντες, καὶ τετραχῇ νενεμημένοι: ξένοι τε ἱππῆς ἐπίλεκτοι, οἷς τὸ τῶν Βαταύων ἀπὸ τῆς Βαταυίας ἐν τῷ Ῥήνῳ νήσου ὄνομα, ὅτι δὴ κράτιστοι ἱππεύειν εἰσί, κεῖται. Τούτοις ἤρξατο μὲν νομίζειν ἀφ' οὗ τοὺς συστρατευσαμένους τῷ πατρὶ πρὸς τὰ ὅπλα αὖθις ἐπὶ τὸν Ἀντώνιον ἀνεκάλεσεν, ἐτήρησε δέ: καὶ εἰσὶ καὶ νῦν σύστημα ἴδιον, ῥάβδους φέροντες, ὥσπερ οἱ ἑκατόνταρχοι. Stipatores autem corporis ſunt decem millia, in decem diviſi partes, urbis præſidio deſtinati ſex millia, quadrifariam diviſi: tum equites peregrini ſelecti, Batavi appellati a Batavia, quæ in Rheno inſula, cujus incolæ arte equitandi pollent. His* Auguſtus *uti cœperat, ex quo patris veteranos ad arma adverſus Antonium rurſus evocavit, eoſdemque deinceps retinuit: ac ſunt etiam nunc peculiare corpus, & baculos geſtant inſtar centurionum.* V. etiam *Lipſ. in Tacit. Ann. p.* 149. *Guther. de off. Aug.* II. 15. *Jun. Batav. c.* 5.

10. Ad cladem Varianam, de qua ſupr. 23. 3. Ab hac metu aliquo, & ſuſpicione dimiſſos videtur poſtea recepiſſe Auguſtus. Habuit certe eos inter initia principatus Tiberius. Tacit. Ann. I. 24. 2. *Robora Germanorum, qui tum cuſtodes imperatori aderant*, & præter illum Caligula *infr.* 55. 4: 58. 8. *Ner.* 34. I. ſed diſſolvit Galba *infr.* 12. 4.

11. Armigeros i. milites armatos. V. Curt. VI. 8. 19. §. 44.

12. Sine castris, quia *vagas, & per hoſpitia diſperſas contineri* voluit, ut inquit noſt. *Tib.* 37. 2. qui & Tiberium illa inſtituiſſe dicit, ſed ſuaſore Sejano. Tacit. Ann. IV. 2. I. *Vim præfecturæ* (erat enim *cohortibus prætoriis præfectus* Sejanus ibid. I. 2.) *modicam antea intendit, diſperſas per Urbem cohortes una in caſtra conducendo; ut ſimul imperia acciperent, numeroque, & robore, & viſu inter ſe, in cæteros metus crederetur. Prætendebat laſcivire militem diductum: ſi quid ſubitum ingruat, majore auxilio pariter ſubveniri.* Prope Urbis muros locata fuiſſe docet Plin. III. 5. non procul a via Nomentana, ut colligitur *infr.* ex *Ner.* 48. I. & Schol. Juven. X. 95. *Juxta aggerem primus caſtra poſuit Sejanus, id eſt, ſuper Diocletianas, quæ dicta ſunt caſtra Prætoria*, inter portas Viminalem & Tiburtinam, loco illo, quem ſuperioris ætatis antiquarii ex loco *Procopii de bell. Goth.* I. male intellecto *Vivarium* appellaverunt, ut arbitratur *Panvin. Comm. R. R.* I. *p.* 81. adeoque in regione Urbis quinta, Eſquilina dicta, ut docent *Merul. Coſm.* II. 4. *p.* 764. *Donat. de Rom. vet.* I. 15. *Nardin. Rom. Vet.* IV. 4. *Borrich. Ant. Urb. Fac. cap.* 7. §. 7.

13. Stipendiorum et præmiorum formulam i. numerum annorum militiæ, & præmiorum. Ita hæc explicat Dio LIV. p. 539. C. *Διέταξε τά τε ἔτη* (hæc *ſtipendia* Suetonio) *ὅσα οἱ πολῖται στρατεύσοιντο, καὶ τὰ χρήματα* (hæc *præmia*) *ὅσα παυσάμενοι τῆς στρατείας ἀντὶ τῆς χώρας, ἣν ἀεί ποτε ᾔτουν, λήψοιντο. Determinavit quoque civibus militiæ annos, & quantum pecuniæ emeritis ſtipendiis pro agro, quem ſemper petebant, accepturi eſſent.* Ita ipſe Suetonius ſeſe proximis verbis interpretatur: *temporibus militiæ* (hæc quam dixerat *formulam ſtipendiorum*) *& commodis miſſionum.* Gronov. de pecun. vet. III. 2. Putean. de Stip. mil. c. 9. & 16.

14. Gradu cujusque i. loco, quem quiſque obtinebat,

15. Com-

& commodis miſſionum [15]: ne aut ætate, aut inopia poſt miſſionem ſolicitari ad
6 res novas poſſent. Utque perpetuo ac ſine difficultate ſumptus ad tuendos [16] eos proſequendoſque [17] ſuppeteret, ærarium militare [18] cum vectigalibus novis [19] in-
7 ſtituit. Et quo celerius, ac ſub manum [20] annuntiari cognoſcique poſſet, quid in provincia [21] quaque gereretur, juvenes [22] primo modicis intervallis per militares vias [23], dehinc vehicula [24], diſpoſuit: commodius [25] id viſum eſt, ut, qui a loco [26]

15. COMMODIS MISSIONUM. Dio LV. p. 563. E. Ἐψηφίσθη, τοῖς μὲν ἐκ τοῦ δορυφορικοῦ πεντακισχιλίας δραχμάς, ἐπειδὰν ἑκκαίδεκα ἔτη, τοῖς δ' ἑτέροις τρισχιλίας, ἐπειδὰν εἴκοσι στρατεύσωνται, δίδοσθαι. *Decretum eſt, ut prætorianis quinque millia drachmarum, poſtquam ſedecim annos, reliquis tria millia darentur, poſtquam viginti militaſſent.* Noſt. *Vit.* 15. 3. §. 8.

16. TUENDOS I. ordinario ſtipendio ſuſtentandos. V. ſupr. Cæſ. 68. 1. §. 3.

17. PROSEQUENDOS I. miſſionum commodis a miſſione donandos. Abſolute poſitum, *infr.* 66. 1. & 8. cum dixerit *proſequi congiario* ſupr. 27. 2. *legato* infr. Claud. 6. 6.

18. ÆRARIUM MILITARE, dictum, quod ex illo pecunia *militibus* dividenda promeretur. Tacit. Ann. I. 78. 2. V. illum infr. Cal. 16. 9. §. 19. Id M. Æmylio, L. Aruntio Coſſ. ſive, ut docet Pigh. Ann. III. p. 534. anno ab U. C. 758. Auguſtum inſtituiſſe docet Dio LV. p. 565. C. Μετὰ δὲ ταῦτα ἐπί τε Αἰμιλίου Λεπίδου καὶ ἐπὶ Λουκίου Ἀρρουντίου ὑπάτων, ἐπειδὴ μηδεὶς πόρος ἀρέσκων τισὶν εὑρίσκετο, ἀλλὰ καὶ πάνυ πάντες ὅτι καὶ ἐζητεῖτο, ἐβαρύνοντο, ἐσήνεγκεν ὁ Αὔγουστος χρήματα καὶ ὑπὲρ τοῦ Τιβερίου ἐς τὸ ταμιεῖον, ὃ καὶ στρατιωτικὸν ἐπωνόμασε. *Deinde M. Æmylio Lepido, L. Arruntio Coſſ. quum nullus reditus, quem omnes probarent, excogitari poſſet, omneſque eum quæri indignarentur, Auguſtus pro ſe & Tiberio pecuniam in ærarium, quod militare nominavit, intulit.*

19. VECTIGALIBUS NOVIS, quæ fuerunt. I. *Centeſima rerum venalium.* Tacit. Ann. I. 78. 2. *Centeſimam rerum venalium poſt bella civilia inſtitutam deprecante populo, edixit Tiberius, militare ærarium eo ſubſidio niti.* II. *Vigeſima pars hæreditatum.* Dio LV. p. 565. E. Τήν δ' εἰκοστὴν τῶν τε κλήρων καὶ τῶν δωρεῶν, ἃς ἂν οἱ τελευτῶντές τισι (πλὴν τῶν πάνυ συγγενῶν, ἢ καὶ πενήτων) καταλίπωσι, κατεστήσατο. *Vigeſimam hæreditatum & donationum, quas morientes quibuſdam, exceptis proxime agnatis & pauperibus, relinquebant, conſtituit.* III. *Quinquageſima mancipiorum venditorum.* Dio ibid. p. 569. E. Προσδεόμενος δὲ δὴ χρημάτων ἔς τε τοὺς πολέμους, καὶ ἐς τὴν τῶν νυκτοφυλάκων τροφήν, τό τε τέλος τὸ τῆς πεντηκοστῆς ἐπὶ τῇ τῶν ἀνδραπόδων πράσει ἐσήγαγε. *Pecunia ad bella, & nocturnorum vigilum annonas quum opus eſſet, tributum inſtituit, quod de pretio mancipiorum venditorum quinquageſimam exegit.* IV. *Bona damnatorum.* Dio p. 570. A. Zonar. Ann. II. p. 168. Καὶ (οὐ γὰρ ἐσωφρονίζετο) ἀπεκηρύχθη, καὶ ἥ τε οὐσία αὐτοῦ τῷ στρατιωτικῷ ταμιείῳ ἐδόθη. *Et (cum ad ſanam mentem non reduceretur) abdicatus eſt* Agrippa Auguſti nepos, *& facultates ejus in ærarium militare relatæ.* V. & *Lipſ. de Magn. Rom.* II. 4.

20. SUB MANUM I. celerrime. Senec. Epiſt. 71. *Ergo conſilium ſub die naſci debet. Et hoc quoque tardum eſt nimis: ſub manu, quod ajunt, naſcatur.* Græci ὑπὸ χεῖρα. Plutarch. de ſer. num. vind. p. 548. E. Αἱ δ' ὑπὸ χεῖρα τοῖς τολμωμένοις ἀπαντῶσαι τιμωρίαι. *Pœnæ, quæ ſub manum occurrunt peccare audentibus.* Et ita Hebræorum מיד *e manu* interpretatur ſtatim, illico, doctiſſimus *Bochart. Hieroz.* I. 3. 25. V. & *Rhodig. A. L.* XXX. 32.

21. IN PROVINCIIS quid gereretur, illarum præfecti ad Principem perſcribere ſolebant. Euſeb. Hiſt. Eccleſ. II. 2. Παλαιοῦ κεκρατηκότος ἔθους τοῖς τῶν ἐθνῶν ἄρχουσι, τὰ παρὰ σφίσι καινοτομούμενα τῷ τὴν βασίλειον ἀρχὴν ἐπικρατοῦντι σημαίνειν, ὡς ἂν μηδὲν αὐτὸν διαδιδράσκοι τῶν γινομένων. *Cum vetus obtineret conſuetudo apud gentium magiſtratus, ut ſi quid novi apud illos accideret, ei qui regium in eos imperium obtinebat, ſignificarent, quo nihil eorum quæ gerebantur illum fugeret.* Plura *Caſaubonus.*

22. JUVENES hos non primus excogitavit Auguſtus, quod vult *Guther. de off. dom. Aug.* III. 14. Sunt enim, ut docet *Caſaubonus*, Perſarum *angari* & *aſtandæ*, & Græcorum *hemerodromi.*

23. MILITARES VIAS V. illas apud Curt. V. 8. 5. §. 9.

24. De VEHICULIS his etiam Symm. Epiſt. X. 37. *Licet vehiculo publico cum cæteris, quæ ex more mittuntur, omnia neceſſe ſit rurſus ad ſerenitatis veſtræ notitiam pervenire.* Ammian. XIV. 11. *Inde decem vehiculis publicis, ut præceptum eſt, uſus celerare gradum compellebatur.* Antiquis curſoribus curſus publicus erat *vehicularis.* Unde *res vehicularis* dicitur eidem XXI. 16. *Dum ritum omnem ad ſuum trahere conatur arbitrium, rei vehicularis ſuccideret nervus:* & *curſus vehicularius.* Capitol. Anton. Pio c. 12. *Vehicularium curſum ſumma diligentia ſublevavit,* & *vehicularium munus* Spartian. Sever. c. 14. *Vehicularium munus a privatis ad fiſcum traduxit.* Et equus curſus publici *veredus* dicebatur. Procop. bell. Perſ. I. Ὁ δὲ ἵππους τοῖς δημοσίοις ἐχόμενος, οὓς δὴ βερέδους καλεῖσθαι νενόμικεν: quod *veheret, id eſt, duceret rhedas.* Feſtus. Multa Icti *Cod.* XII. 51. Hæc primus Cyrus rex Perſarum excogitavit auctore Xenophonte VIII. Auguſtus monente *Caſaubono* hoc adinvenit, ne in ſingulis manſionibus veredarii cum veredis mutarentur. Noſt. Cal. 44. 3. V. quoque *Salmaſ. in Spartian. Adrian. c.* 7. *Guther. de off. dom. Aug.* III. 4. *Spanhem. Diſſert.* IX. *de num. p.* 803. *Voſſ. Lex. in* veredus

co [26] eidem perferrent literas, interrogari quoque, ſi quid res exigerent, poſſent.

veredus. Pancir. in notit. imp. c. 6. Hug. de ſcrib. orig. c. 14.

25. COMMODIUS. Antea enim cum diſpoſiti eſſent curſores, alter alteri ſolas dabat literas porro ferendas, ſic per curſores multos tandem perveniebant ad Auguſtum. At diſpoſitis vehiculis ille ipſe, qui primus literas acceperat, pervenire ad Auguſtum poterat, & coram ſermone quoque proferre, quæ ſcire Auguſtus volebat. *Scheffer. de re vehic.* II. 30.

26. A LOCO I. celerrime, ſtatim, *ſub manum.* Dicitur id ea forma, qua *e veſtigio*, *extemplo*, quæ idem ſignificant. V. *Boxhornium.*

CAPUT L.

ARG. *Diplomata, libellos, & epiſtolas ſignat, hiſque horarum momenta, quibus data, addit Octavius Cæſar Auguſtus.*

In diplomatibus [1], libelliſque & epiſtolis ſignandis [2] initio ſphinge [3] uſus eſt, mox 1
imagine Magni Alexandri [4]: noviſſime ſua [5], Dioſcoridis [6] manu ſculpta, qua
ſignare inſecuti quoque principes perſeveraverunt [7]. Ad epiſtolas omnes horarum [8] 2
quoque momenta, nec diei modo, ſed & noctis, quibus datæ ſignificarentur, addebat.

DIPLOMATA formabantur in modum tabellarum duplicium, & ſignificabant tabellas quaſvis duplices, ſive codicillos. Macrob. Saturn. I. 23. *Conſulunt hunc Deum & abſentes miſſis diplomatibus conſignatis.... primum miſit ſignatos codicillos, ad quos ſibi reſcribi vellet.* Unde illa διπλᾶς vocant Græci, ut docet *Caſaubonus.* Hinc literas, quæ ad uſurpationem curſus publici a principibus concedebantur, ſine quibus nemini curſus publicus liber fuit. Plutarch. Galb. p. 1056. C. Τῶν δ' ὑπάτων οἰκέτας δημοσίους προχειρισαμένων τὰ δόγματα κομίζοντας τῷ αὐτοκράτορι, καὶ τὰ καλούμενα διπλώματα σεσημασμένα δόντων (ἃ γνωρίζοντες οἱ κατὰ πόλιν ἄρχοντες ἐν ταῖς τῶν ὀχημάτων ἀμοιβαῖς ἐπιταχύνουσι τὰς προπομπὰς τῶν γραμματηφόρων) οὐ μετρίως ἠγανάκτησεν. *Quum ſervi publici a conſulibus deſtinati eſſent, qui ſenatusconſulta ad Imperatorem ferrent, quibus ipſis diplomata, quæ dicuntur, dari ſolent, ut iis ſtatim agnitis civitatum magiſtratus tabellariorum curſui accederent in commutatione vehiculorum datis deductoribus, non mediocriter excanduit* Nymphidius. Imo literas indices ac teſtes conceſſi ab eo, qui Reipublicæ præeſt, beneficii. Noſt. *Cal.* 38. 3. *Ner.* 12. 4.

2. SIGNARE eſt linteo, quo tabulæ involutæ ſunt, *ſignum* imprimere. Princeps non ſemper ſubſcribebat, ſed aut *ſignabat*, aut ſubnotabat. Aliud eſt enim ſubſcribere, aliud *ſignare*, aliud ſubnotare. Subſcribere eſt proprio chirographo annotare: *ſignare* anulo: ſubnotare brevibus verbis aliquid ſubſcribere. V. & *Guther. de off. dom. Aug.* I. 35.

3. SPHINGE *Divus Auguſtus inter initia ſignavit. Duas in matris anulis jam indiſcreta ſimilitudinis invenerat. Altera per bella civilia, abſente eo, amici ſignavere epiſtolas & edicta, quæ ratio temporum nomine ejus reddi poſtulabat, non infaceto lepore accipientium, ænigmata afferre eam ſphingem.* Plin. XXXVII. I. Thebanam *ſphingem* deſcribit Auſon. Eidyll. XI. 40.

Terruit Aoniam volucris, leo, virgo triformis
Sphinx, volucris pennis, pedibus fera, fronte puella.

4. ALEXANDRI MAGNI, ductus veterum forte ſuperſtitione, de qua Pollio trigint. tyrann. c. 14. *Dicuntur juvari in omni actu ſuo, qui Alexandrum expreſſum vel auro geſtitant, vel argento.*

5. SUA imagine. Dio LI. p. 444. E. Διπλῆν γὰρ δὴ σφραγῖδα, ᾗ μάλιστα τότε ἐχρῆτο, ἐπεποίητο, σφίγγα ἐν ἑκατέρᾳ ὁμοίαν ἐκτυπώσας. ὕστερον γὰρ τὴν εἰκόνα τὴν ἑαυτοῦ ἐγγλύψας, ἐκείνῃ τὰ πάντα ἐσημαίνετο. *Sigillum enim, quo tum maxime utebatur, duplex paraverat, ſphinge in utroque ſimili expreſſa; nam ſerius ſua imagine inſculpta obſignandis omnibus eam adhibuit.*

6. DIOSCORIDES ſculptor fuit excellentiſſimus. Plin. XXXVII. I. *Poſt eum Apollonides & Cronius in gloria fuere, quique Divi Auguſti imaginem ſimilem expreſſit, qua poſtea principes ſignabant, Dioſcorides.*

7. PRINCIPES PERSEVERAVERUNT, excepto Galba. Dio LI. p. 444. E. Καὶ αὐτῇ καὶ οἱ μετὰ ταῦτα αὐτοκράτορες, πλὴν Γάλβου, ἐχρήσαντο· οὗτος γὰρ προγονικῷ τινὶ σφραγίσματι, κύνα ἐκ πρῴρας νεὼς προκύπτοντα ἔχοντι, ἐνόμιζεν. *Qua quidem & imperatores inſecuti, Galba excepto, uſi ſunt. Is enim canem ex prora navis proſpectantem, ſignum a majoribus ſuis acceptum, uſurpavit.*

8. HORARUM I. dierum. *Hora* quandoque pro die ſumitur. Cicer. Verr. I. 11. *Ut quum horis noſtris nos eſſemus uſi.* Ubi Aſconius: *Horas ſuas vocat viginti dies, qui accuſatori dabantur ad accuſandum legitimi, totidemque defenſori.* Cicer. ibid. c. 9. *Hic tu fortaſſe eris diligens, ne quam ego horam de meis legitimis horis remittam.* Ubi Aſconius: *Mire horis dixit, cum dies ſint plurimi, ut oſtendat nimiam diligentiam.* V. *M. Donatum* & *Bud. in Pandect. p.* 132.

CAPUT LI.

ARG. *Junium Novatum aſperrimam de ſe epiſtolam edentem, Caſſium Patavinum eadem non diſſimulantem, & Æmilium Ælianum male de ſe opinantem vel levi, vel nulla pœna clement afficit Octavius Cæſar Auguſtus.*

1.2 Clementiæ [1] civilitatiſque ejus multa & magna documenta [2] ſunt. Ne enumerem, quos diverſarum partium venia & incolumitate donatos [3], principem etiam in civitate locum tenere paſſus ſit: Junium Novatum, & Caſſium Patavinum e plebe homines, alterum pecunia, alterum levi exſilio punire ſatis habuit; cum ille Agrippæ juvenis [4] nomine aſperrimam de ſe epiſtolam in vulgus edidiſſet: hic convivio pleno proclamaſſet, *neque votum ſibi, neque animum deeſſe confodiendi eum.*
3 Quadam vero cognitione [5], cum Æmilio Æliano Cordubenſi [6] inter cætera crimina vel maxime objiceretur, quod male opinari [7] de Cæſare ſoleret, converſus ad accuſatorem, commotoque ſimilis: *velim*, inquit, *hoc mihi probes: faciam, ſciat Ælianus & me linguam habere: plura enim de eo loquar.* Nec quidquam ultra aut ſtatim aut poſtea inquiſivit.
4 Tiberio quoque de eadem re, ſed violentius apud ſe per epiſtolam conquerenti, ita reſcripſit: *Ætati tuæ, mi Tiberi, noli in hac re indulgere [8], & nimium indignari, quemquam eſſe, qui de me male loquatur. Satis eſt enim ſi hoc habemus, ne quis nobis male facere poſſit.*

CLEMENTIA quid, dictum ſupr. *Caſ.* 75. 1. §. 2. Auguſti *clementiam* deſcribit Senec. de Clem. 1. 9. *Divus Auguſtus fuit mitis princeps, ſi quis illum a principatu ſuo æſtimare incipiat: in communi quidem republica gladium movit.* 1. 11. *Hæc Auguſtus ſenex, aut jam in ſenectutem annis vergentibus: in adoleſcentia caluit, arſit ira, multa fecit, ad quæ invitus oculos retorquebat. Fuerit moderatus & clemens: nempe poſt mare Actiacum Romano cruore infectum, nempe poſt fractas in Sicilia claſſes, & ſuas, & alienas, nempe poſt Peruſinas aras, & proſcriptiones. Ego vero clementiam non voco laſſam crudelitatem.* Hactenus vero expoſuit monente Caſaubono Suetonius, quid in adminiſtranda republica pace belloque Auguſtus geſſerit. nunc quaſdam ejus, ſic dicam, publicas virtutes enarrat, hoc capite *clementiam*, & quinque ſequentibus *civilitatem*.

2. DOCUMENTA i. exempla ad imitandum. Cicer. Epiſt. Brut. 15. *Et in poſterum documentum ſtatuerem, ne quis talem amentiam vellet imitari.* Noſt. *infr.* 94. 2. *Galb.* 14. 1.

3. QUOT ET QUOS DIVERSARUM PARTIUM... Senec. de Clem. 1. 10. *Ignovit abavus tuus victis: nam ſi non ignoviſſet, quibus imperaſſet? Salluſtium & Coccejos, & Duillios, & totam cohortem primæ admiſſionis ex adverſariorum caſtris conſcripſit. Jam Domitios, Meſſallas, Aſinios, Cicerones, & quidquid floris in civitate erat, clementiæ ſuæ debebat.*

4. AGRIPPÆ JUVENIS, quem V. *infr.* 64. 1.

5. COGNITIONE i. judicio extraordinario. V. *Claud.* 15. 2.

6. CORDUBA urbs eſt *Hiſpaniæ Bæticæ*. Mel. II. 6. Unde Martial. IX. 46. (aliis 62.) 2.

Qua dives placidum Corduba Bætin amat.

7. MALE OPINARI i. male dicere. *Opinari* non tantum eſt δοξάζειν, intra ſe aliquid ſentire; ſed etiam φημίζειν, exprimere quod ſentias. Juſtin. XII. 5. 8. *In unam cohortem eos, qui de rege durius opinati fuerant, contribuit*, Noſt. *infr.* 67. 2. *Cal.* 27. 5. V. & *Salmaſ. Exerc. Plin. p.* 101. *a. D. Capitol. Anton. Philoſ. c.* 12. *Caſaub. Spartian. Adrian. c.* 4. *& ad hunc locum.*

8. ÆTATI INDULGERE i. per imprudentiam *ætatis* juvenilis quid agere. *Ætas* enim juvenilis ferveſcens, & ſanguinis calore exæſtuans ad vindictam ſuapte ſponte propenſa eſt, litiumque, & rixarum cupida. Horat. Od. III. 14. 27.

Non ego hoc ferrem calidus juventa
Conſule Planco.

V. & *Beroaldum.*

CAPUT LII.

ARG. *Templa communi ſuo Romæque nomine recipit, ſtatuas ſibi poſitas conflat, & dictaturam oblatam deprecatur Octavius Cæſar Auguſtus.*

1 Templa [1] quamvis ſciret etiam proconſulibus [2] decerni ſolere: in nulla tamen provin-

TEMPLIS *& effigie numinum, per flamines & ſacerdotes ſe coli voluit* Auguſtus. Tacit. Ann. 1. 10.

8. *Templum* a cultu Auguſti ſic dictum in marmore Piſano eſt Auguſteum: ut Scrapeum, Heracleum,

&

provincia ³, niſi communi ſuo Romæque nomine ⁴ recipit: nam in Urbe quidem pertinaciſſime abſtinuit ⁵ hoc honore. Atque etiam argenteas ⁶ ſtatuas olim ſibi 2
poſitas conflavit ⁷ omnes: exque iis aureas cortinas ⁸ Apollini ⁹ dedicavit. Di- 3
ctaturam

& multa id genus. Quin Σεβάστειον, ſive Auguſteum invenio apud Philon. legat. ad Cajum p. 1034. E. Καὶ μετακομισθεῖσαι εἰς τὴν ἐπὶ θαλάττῃ Καισάρειαν ἐπώνυμον τοῦ προπάππου Σεβαστοῦ, ἵνα ἀνατεθῶσιν ἐν τῷ Σεβαστείῳ. *Tranſlati ſunt in Cæſaream maritimam, ab Auguſto proavo tuo denominatam, ut in Auguſteo dedicarentur.* p. 1013. E. Οὐδὲ γὰρ τοιοῦτόν ἐστι τέμενος οἷον τὸ λεγόμενον Σεβάστειον, ἐπιβατηρίου Καίσαρος νεώς. *Nullum enim eſt conferendum cum eo, quod Alexandriæ dicitur Sebaſtion, templum Cæſaris navigantium præſidis....* V. & *Chiment. de biſell. c.* 7.

2. Proconsulibus jus fuit permittendi, quo templa ſibi & monumenta ponerentur. Cicer. Frat. I. I. 9. *Quod in Aſia neſcio quonam modo, Romæ quidem non mediocri cum admiratione laudatur, quod cum ad templum, monumentumque noſtrum civitates pecunias decreviſſent: cumque id & pro meis magnis meritis, & pro tuis maximis beneficiis ſumma ſua voluntate feciſſent: nominatimque lex exciperet, ut ad templum monumentumque capere liceret....* Illis vero ſe abſtinuiſſe gloriatur Cicer. Attic. v. 21. *Ob hæc beneficia, quibus illi obſtupeſcunt, nullos honores mihi, niſi verborum, decerni ſino: ſtatuas, fana,* τέθριππα *prohibeo.* V. & *Caſaubonum.*

3. Provinciis conceſſum Auguſto templa ponere. Hinc Tarraconenſe apud Tacit. Ann. I. 78. I. *Templum ut in colonia Tarraconenſi ſtrueretur Auguſto, petentibus Hiſpanis permiſſum:* & Pergamenum apud eumdem IV. 55. 6. *Pergamenos æde Auguſto ibi ſita, ſatis adeptos creditum.* De quo, ut & de illo, quod Bithyni Nicomediæ illi poſuerunt, Dio LI. p. 458. A. Τοῖς δὲ δὴ ξένοις ἑαυτῷ τινὰ, τοῖς μὲν Ἀσιανοῖς ἐν Περγάμῳ, τοῖς δὲ Βιθυνοῖς ἐν Νικομηδείᾳ τεμενίσαι ἐπέτρεψε. *Extraneis autem conceſſit, ut ſibi ipſi templa facerent: Aſiani quidem Pergami, Bithyni vero Nicomediæ.*

4. Communi suo Romæque nomine, quod regione quarta, quæ eſt via ſacra, ſive templum Pacis, ponit Sextus Rufus. Tacit. Ann. IV. 37. 4. *Cum divus Auguſtus ſibi atque Urbi Romæ templum apud Pergamum ſiſti non prohibuiſſet.* Joſeph. Ant. Jud. XV. 13. Ἐφ' οὗ ναὸς Καίσαρος ἀπόπτος τοῖς εἰσπλέουσιν, ἔχων ἀγάλματα, τὸ μὲν Ῥώμης, τὸ δὲ Καίσαρος. *In quo templum Cæſaris a longe conſpicuum adnavigantibus, & in eo ſtatua, Romæ altera, altera Cæſaris.*

5. In Urbe abstinuit, imo & in Italia, ſi Dioni fides. Is enim XII. p. 458. B. Ἐν γάρ τοι τῷ ἄστει αὐτῷ, τῇ τε ἄλλῃ Ἰταλίᾳ οὐκ ἔστιν ὅστις τῶν καὶ ἐφ' ὁποσονοῦν λόγου τινὸς ἀξίων ἐτόλμησε τοῦτο ποιῆσαι. *Nam Romæ quidem, & in Italia nemo unquam alicujus pretii homo id facere auſus eſt.* Aurelius Victor tamen de Cæſ. I. 6. *Hincque uti deo, Romæ provinciiſque omnibus per urbes celeberrimas, vivo, mortuoque, templa, ſacerdotes, & collegia ſacravere.* * Et Plin. XII. 19. ejus meminit: *In Palatii templo, quod fecerat D. Auguſto conjux Auguſta.* Ita Anna Fabri in Victorem. Sed illa non animadvertit Plinium loqui de templo Auguſto poſt mortem Romæ erecto. Quod evincitur ex altero Victor. Epit. I. 28. *Igitur mortuum, ſeu necatum, multis, noviſque honoribus ſenatus cenſuit honorandum. Nam præter id, quod antea patrem patriæ dixerat, templa tam Romæ, quam per Urbes celeberrimas conſecravit.* Tacit. Annal. I. II. I. *Cæterum ſepultura more perfecta, templum, & cœleſtes religiones decernuntur.* Vignol. Diſſert. de Column. Anton. Pii c. 5.

6. Argenti *uſum in ſtatuas primum ad honorem D. Auguſti in adulationem temporum tranſiſſe falſo exiſtimatur. Jam enim triumpho Magni Pompeji reperimus tranſlatam Pharnacis, qui primus regnavit in Ponto, argenteam ſtatuam.* Plin. XXXIII. 12. Statuæ priſcis temporibus ex ligno, argilla, marmore, ære fiebant; ſed auctis longa bellorum fortuna opibus Romanis cœpere etiam ex argento & auro fieri. Plin. Paneg. 52. 3. *Itaque tuam ſtatuam in veſtibulo Jovis optimi maximi unam alteramve, & hanc æream cernimus: at paullo ante aditus omnes, omnes gradus, totaque area, hinc auro, hinc argento relucebat.* Noſt. *Domit.* 13. 5. V. *Figrell. de ſtat. c.* 16. *Jun. de pict. vet.* III. II. *Buleng. de pict.* I. 23. *Rycq. de Capit. c.* 26.

7. Conflavit i. liquefecit. *Conflare* eſt, quæ *flata* i. fuſa, formata, ſignata erant prius, igne ſubacta rurſus in maſſam redigere. Lamprid. Alex. c. 39. *Quartanos jam formatos in moneta detinuit, exſpectans, ut ſi vectigal contrahere potuiſſet, & eoſdem ederet. Sed cum non potuiſſet per publicas neceſſitates, conflari eos juſſit.* Senec. Phœn. II. 25.

Templis deos obruite, maculatos lares
Conflate.

Noſt. *infr.* 71. 2. *Ner.* 32. 8. *Galb.* 12. 2. Proprie *conflare* dicuntur venti, qui ſimul *flant.* Et hinc *conflata* i. nata, orta conjuratio noſt. *Ner.* 36. 4. *Conflavit* vero illas ſecutus Mæcenatis conſilium, quod huice denarrat Dio LII. p. 490. A. Καὶ εἰκόνας οἱ χρυσᾶς μὲν ἢ ἀργυρᾶς μηδέποτε ἐπιτρέψῃς γίνεσθαι: οὐ γὰρ μόνον δαπανηραὶ, ἀλλὰ καὶ ἐπιβούλευτοι, καὶ ὀλιγοχρόνιοί εἰσιν. *Statuas tibi neque aureas, neque argenteas fieri unquam ſine: nam non modo magnis ſumptibus eæ conſtant, ſed inſidiis etiam opportunæ, ac parum diuturnæ ſunt.*

8. Cortinas i. tripodas. Plin. XXXIV. 3. *Ex ære factitavere & cortinas tripodum nomine Delphicas, quoniam donis maxime Apollinis Delphici dicabantur.* In numiſmata concidiſſe dicit Dio LIII. p. 511. E. Ὁ Αὔγουστος καὶ ἀνδριάντας τινὰς ἑαυτοῦ ἀργυροῦς, πρός τε τῶν φίλων, καὶ πρὸς δήμων τινῶν γεγονότας, ἐς νόμισμα κατέκοψε. *Auguſtus ſtatuas nonnullas ſuas argenteas,* ab

Digitized by Google

ctaturam [10] magna vi offerente populo, genu nixus [11], dejecta ab humeris toga [12], nudo pectore [13] deprecatus eſt [14].

ab amicis, & populis quibuſdam ſibi factas in numiſma concidit. Et has inter templorum dona enumerant *Tomaſ. de donar. c.* 4. & *Donat. Rom.* III. 1.

9. APOLLINIS tripodem, quæ Latinis eſt cortina, proprium eſſe voluerunt, quia tripus etiam eſt bacchicus crater, quo vinum miſcere olim ſolebant. Et *Apollinis* vera eſſe reſponſa præ cæteris creditum fuit: unde & proverbium natum, ut vera loquentes dicantur ἐκ τρίποδος λέγειν. Vinum autem ipſum eſt ἀληθευτικὸν i. in cauſa, ut veritas proferatur. Plura *Camerar.* Ὑποτ. III. 8.

10. DICTATURAM V. *ſupr.* Jul. 76. 2. §. 6.

11. GENU NIXUS. Ita Gordianus, cum imperator ſalutaretur, *humi ſe abjecit, ac detrectans elevatus eſt.* Capitolin. c. 8.

12. DEJECTA TOGA. V. infr. 94. 17. §. 64.

13. NUDUM PECTUS dixerunt Romani, cum toga dejecta pectus oſtenderent. *Nudus* enim ponitur de homine tunica veſtito, cui ornando deſunt veſtes exteriores. Ita *nudus* Eſajas 20. 2. quia ſaccum depoſuerat, veſtem extimam in luctu uſurpari ſolitam, David 2. Sam. 6. 20. quia regali veſte depoſita ſaltaverat, L. Quinctius Cincinnatus, quem *nudum arantem trans Tiberim offenderant ad eum miſſi legati.* Aurel. Vict. de vir. illuſtr. c. 17. n. 1. Is enim ex arantium more *togam*, quam *propere e tugurio proferre uxorem Raciliam jubet*, Liv. III. 26. depoſuerat. Et de eodem Græcis γυμνός. Ariſtoph. Ἐκκλησιαζ. v. 37.

> Μετὰ τοῦτον Εὐαίων ὁ δεξιώτατος
> Παρῆλθε γυμνὸς, ὡς ἐδόκει τοῖς πλείοσι,
> Αὐτός γε μέντοι 'φασκεν ἱμάτιον ἔχειν.
> *Poſt hunc Evaeon ille ingenioſiſſimus*
> *Acceſſit nudus, ut quidem pleriſque videbatur,*
> *Ipſe enim negabat ſe pallium habere.*

Long. Paſtor. II. 60. Ὁ μὲν ῥίψας τὸ ἐγκόμβωμα, γυμνὸς ἀρμηνσε τρέχειν. *Qui abjecto encombomate nudus in curſum ſe dedit.* V. & *Cuper. Obſ.* I. 7. *Roa Sing.* II. 4. 1. *Gatak. Adv. Miſc.* I. 10. *Veſtem ſuam* quoque *diſcidiſſe* dicit Dio LIV. p. 521. C. Τὴν δὲ δικτατορίαν οὐ προσήκατο, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐσθῆτα προσκατερρήξατο: ἐπειδὰν μηδένα τρόπον ἄλλως ἐπισχεῖν μήτε διαλεγόμενος, μήτε δεόμενος ἠδύνατο. *Dictaturam autem nequaquam admiſit, ſed & veſtem diſcidit, quum alia ratione neque verbis, neque precibus populum poſſet inhibere.* Quotieſcunque enim lugendi, abhorrendi, atque indignandi ſe offerret occaſio, veſtes lacerabant veteres, ut pluribus docent *Fab. Semeſt.* II. 10. & *Moll. in Longi Paſt. p.* 97. & noſt. *Caſ.* 33. 1. *Ner.* 42. 2.

14. DEPRECATUS EST, imo *repulit.* Paterc. II. 89. 5. *Dictaturam, quam pertinaciter ei deferebat populus, tam conſtanter repulit.* Cauſam addit Dio: Τήν τε ἐξουσίαν, καὶ τὴν τιμὴν, καὶ ὑπὲρ τοὺς δικτάτορας ἔχων, ὀρθῶς τό τε ἐπίφθονον, καὶ τὸ μισητὸν τῆς ἐπικλήσεως αὐτῶν ἐφυλάξατο. *Poteſtatem & honorem etiam dictatoria majorem habens, recte invidiam atque odium ejus nominis vitavit.* Dictatura autem, propter odium dominationis Syllanæ ſub titulo hujus poteſtatis exercitæ, jam dudum damnari cœperat, & omnium judicio odioſa viſa fuerat, ut prodidit vel Dionyſ. A. R. v. 11. Et *non regno, neque dictatura, ſed principis nomine conſtitutam rempublicam* tenebat Auguſtus. Tacit. Ann. 1. 9. 5. V. quoque *Sagitt. Ot. Jen. diſſ.* 13. *Boecl. in Vellej. p.* 171.

CAPUT LIII.

ARG. *Domini appellationem exhorret, veſpere aut noctu egreditur & ingreditur, pedibus vel adoperta ſella per publicum incedit, ſalutationibus & plebem admittit, patres ſedentes ſalutat, officia mutua exercet, & Gallum Terinium inedia mori deſtinantem ad vitam revocat Octavius Cæſar Auguſtus.*

1.2 Domini appellationem [1], ut maledictum & opprobrium ſemper exhorruit. Cum ſpectante eo ludos pronuntiatum eſſet in mimo, *o dominum æquum & bonum!*
&

DOMINI APPELLATIONEM *exhorruiſſe* Auguſtum docet quoque Tertull. Apol. c. 34. *Auguſtus imperii formator, ne dominum ſe quidem dici volebat.* Exhorruit vero illam, quia princeps Auguſtus ſupr. 52. 3. §. 14. Sunt vero *diverſa natura dominatio & principatus, & non aliis eſt princeps gratior, quam qui maxime dominum gravantur.* Plin. Paneg. 45. 3. Unde Philo legat. ad Cajum p. 1014. C. Τὸ δὲ μὴ ταῖς ὑπερόγκοις ἐπαρθῆναι καὶ φυσηθῆναί ποτε τιμαῖς ἐναργέστατον, τὸ μὴ δεσπότην, μήτε θεὸν ἑαυτὸν ἐθελῆσαι προσειπεῖν, ἀλλὰ κἂν εἰ λέγοιτό τις, δυσχεραίνειν. *Ipſum vero nunquam inſ. tum honoribus tam magnificit, hinc certo colligitur, quod nunquam ſe dominum, vel deum appellari voluerit; ſed, ſi quis hoc dixerit, indigne tulerit.* Et hunc titulum exhorruit Tiberius infr. 27. 3. admiſit apud Aurelium Victorem de Cæſaribus c. 3. §. 13. Caligula, apud noſtrum Domitianus *infr.* 13. 2. & 4.

2. EXSULTATIONE, plauſu, acclamatione, voluptatem, quam percipiebant, ſi mimi placebant, teſtabantur ſpectatores. Hanc ἐπισημασίαν obſervat Cicer. ad Attic. XIV. 3. *Sin minus, populi ἐπισημασίας, & mimorum dicta perſcribite.* Quintil. I. O. II. 2. *Minime vero permittenda pueris, ut fit apud pleroſque, aſſur-*

Digitized by Google

& univerſi quaſi de ipſo dictum exſultantes [2] comprobaſſent: & ſtatim manu [3] vultuque indecoras [4] adulationes repreſſit, & inſequenti die graviſſimo corripuit edicto [5], dominumque ſe poſthac appellari, ne a liberis [6] quidem aut nepotibus ſuis, vel ſerio vel joco, paſſus eſt; atque hujuſmodi blanditias [7] etiam inter ipſos prohibuit. Non temere urbe [8] oppidove ullo egreſſus, aut quoquam ingreſſus 3
eſt, niſi veſpere aut noctu [9]: ne quem officii cauſa inquietaret [10]. In conſulatu 4
pedibus [11] fere, extra conſulatum ſæpe adoperta [12] ſella [13] per publicum inceſſit.
Promiſcuis ſalutationibus admittebat & plebem: tanta comitate [14] adeuntium deſi- 5
deria excipiens, ut quemdam joco corripuerit, *quod ſibi libellum porrigere dubitaret, quaſi*

aſſurgendi exſultandique velut in theatro licentia. Arrian. in Epict. III. 4. Ὅρα πῶς ὁ ἐπίτροπος τοῦ Καίσαρος θεωρεῖ· ἀνέκραγε, κἀγὼ ἀναπηδήσω. *Vide quomodo procurator Cæſaris ſpectat? Si acclamavit, & ego exſultabo* V. *Herald. ad Arnob.* IV. *p.* 182. *Buleng. de theat.* I. 60.

3. MANU ſilentium indicimus. Heliod. Æthiop. X. 16. Καὶ ὅτε κηρύκων σιγὴν ἐπιταττόντων ἐπαύσατο, τὴν χεῖρα προτείνας καὶ κατασείων, πρὸς ἡσυχίαν τὸ κλυδώνιον τοῦ δήμου κατέστελλε. *Et neque præcones ſilentium imperantes audientem, manu protenſa ſilentium denuntians, commotionem vulgi in tranquillitatem compoſuit.* c. 7. Κατασείσας τῇ χειρὶ, καὶ αὐτίκα τὸ αἰτούμενον ἐπινεύσας τοῖς νεύμασι σημήνας. *Manu ſilentio indicato, & ſtatim id quod petebatur, conſecutum eſſe, nutibus ſignificatione data.* Ovid. Metam. I. 205.

Qui poſtquam voce manuque
Murmura compreſſit, tenuere ſilentia cuncti.

V. etiam ſis *Voſſ. Inſtit. Orat.* VI. 11. 4. *Voet in Herod. Commod. p.* 120. *Caſaub. in Perſ.* IV. 7.

4. INDECORAS, quia *adulationi fœdum crimen ſervitutis ineſt.* Tacit. Hiſt. I. 1. 4. Unde κολακείαν ὁμιλίαν αἰσχρὰν εἶναι: *adulationem vitæ quotidianæ turpem conſuetudinem eſſe* dicit *Theophr.* ἠθικ. χαρακτ. c. 3.

5. EDICTO I. ſcripto objurgatorio. Tacit. Annal. XIV. 45. *Tum Cæſar populum edicto increpuit.* Noſt. *Cal.* 45. 6. *Ner.* 4. 4. *Edicta* non unius generis, aut argumenti fuiſſe ſatis fuſe docet *Briſſon. de Form.* III. *p.* 277.

6. A LIBERIS parentes domini non vocabantur priſcis temporibus. Auctorem habeo vere Romanum M. Brutum: cujus hæc ſunt verba ad Atticum. *Quamvis ſit vir bonus, ut ſcribis, Antonius, quod ego nunquam exiſtimavi, ſed dominum parentem ne quidem majores noſtri voluerunt eſſe.* Unde Soſibiani genus taxat Mart. Epigr. I. 67. aliis 82.

E ſervo ſcis te genitum, blandeque fateris,
Cum dicis dominum Soſibiane patrem.

Diadumenus tamen Cæſar patrem dominum appellat in epiſtola ad matrem deſtinata apud Lamprid. c. 9. *Dominus noſter & Auguſtus nec te amat, nec ipſum ſe, qui inimicos ſuos ſervat.* V. *Barth. Adverſ.* XXXVI. 21. *Lipſ. in Tacit. p.* 55.

7. BLANDITIÆ ſunt inter fratres, ut adulationes adverſum poteſtates. Mart. X. 62. aliis 72. I.

Fruſtra blanditiæ venitis ad me,
Attritis miſerabiles labellis
Dicturus dominum, deumque, non ſum.

V. *Caſaubonum.*

8. URBS & OPPIDUM cum conjunguntur, *urbs* eſt nobilior, *oppidum* vilius. V. *Scopp. Collect.* I. 28. *Popm. de diff. verb.* III. *p.* 135.

9. NISI VESPERE AUT NOCTU, cum inter alios honores decretum fuiſſet, ut ei in Urbem ingredienti Veſtales virgines, ſenatus populuſque cum conjugibus & liberis obviam irent. Καὶ ἐς τὴν πόλιν ἰόντι αὐτῷ τάς τε ἱερείας τὰς ἀειπαρθένους, καὶ τὴν βουλὴν τόν τε δῆμον μετά τε τῶν γυναικῶν, καὶ μετὰ τῶν τέκνων ἀπαντῆσαι. Dio LI. p. 456. D. Quo honore cum uti nollet, & nihilominus magiſtratus, aliique in hoc eſſent, ut obviam ipſi prodirent, noctu in Urbem provectus eſt. Ἐπεὶ δὲ καὶ ὥς αἵ τε ἀρχαὶ, καὶ οἱ ἄλλοι προαπαντῆσαί οἱ παρεσκευάσαντο, νύκτωρ ἐς τὴν πόλιν ἐσεκομίσθη. Idem ibid. LIV. p. 527. D.

10. INQUIETARET I. alicui moleſtus eſſet. Colum. VIII. 5. *Ne incubantes ab aliis avibus inquietentur.* Noſt. *Cal.* 26. 6. *Claud.* 9. 2. *Ner.* 34. 2. Proprie eſt ſomnum impedire. V. infr. *Cal.* 26. 6. §. 21. Ductum a ſpectris, & nocturnis terriculamentis ſomnum impedire ſolitis. Petron. c. 1. *Num alio genere furiarum declamatores inquietantur.* Noſt. *Cal.* 59. 4. Solicite vero hæc officia aliis exhibuerunt veteres. Unde Juven. V. 19.

Habet Trebius, propter quod rumpere ſomnum
Debeat, & ligulas dimittere, ſolicitus, ne
Tota ſalutatrix jam turba peregerit orbem.

11. PEDIBUS etiam inceſſit Trajanus apud Plin. Paneg. 24. 2. *Incedebas pedibus? incedis.* Et Julianus apud Ammian. XXII. 7. *Humilior princeps viſus eſt in officio pedibus gradiendo cum honoratis. Priores vero invehi, & importari ſolebant, non dico quadrijugo curru, & albentibus equis, ſed humeris hominum, quod arrogantius erat.* Plin. Paneg. 22. I.

12. ADOPERTA I. clauſa; obvios enim officii cauſa noluit inquietare Auguſtus, ut recte contra Beroaldum, Scriverium, Caſaubonum, Gruterum & Schefferum hunc locum legit & explicat Grævius. Lecticis vero latitaſſe veteres dictum ſupr. Cæſ. 71. 2. §. 12.

13. SELLA verbum ab ore Suetonii, dum ſua tempora reſpicit, fugiſſe crediderim, cum tamen intellexerit lecticam. Cauſa huic opinioni, quoniam

6 *quaſi elephanto ſtipem* [15]. Die ſenatus nunquam patres niſi in curia [16] ſalutavit, & quidem ſedentes [17], ac nominatim [18] ſingulos, nullo ſubmonente [19]: & diſcedens
7 eo modo ſedentibus ſingulis valedicebat [20]. Officia [21] cum multis mutua exercuit: nec prius dies cujuſque ſollennes frequentare deſiit, quam grandior jam natu [22],
8 & in turba [23] quondam ſponſaliorum die vexatus [24]. Gallum Terrinium ſenatorem, minus ſibi familiarem, ſed captum repente oculis, & ob id inedia mori [25] deſtinantem, præſens conſolando revocavit [26] ad vitam.

niam non reperio Auguſti ævo *ſellam*, ſemper lecticam. *Lipſ. Elect.* I. 19.

14. COMITATE i. civilitate, affabilitate. Nep. I. 8. 4. *In Miltiade erat cum ſumma humanitas, tum mira comitas.* Noſt. *infr.* 74. 5. *Ner.* 10. 1. *Oth.* 3. 1.

15. PORRIGERET, QUASI ELEPHANTO STIPEM i. trepidus offerret, & modo proferret manum, modo retraheret, interprete Macrob. Sat. II. 4. A populo *ſtipem* accipere, & ſeſſori *porrigere elephantum* docet Plin. VIII. 5. *ſtipes, quas populus dediſſet, ſervata, & in ſinum effuſa:* docet Galen. de uſu partium corporis humani XVII. p. 550. Ὁ ἐλέφας ἐκείνῳ τῷ μορίῳ κατὰ τὸ πέρας ἅπαντα μεταχειρίζεται, περιπτυσσομένῳ τοῖς λαμβανομένοις ἄχρι τῶν σμικροτάτων νομισμάτων, ἃ καὶ τοῖς ἐπικαθεζομένοις αὐτῷ δίδωσι. *Elephas extrema proboſcide omnia tanquam manu contrectat, res acceptas involvens ea parte, etiam minima æra, quæ ſolet ſeſſoribus ſuis porrigere.* Hujus proverbii meminit etiam Quintil. Inſt. VI. 3.

16. IN CURIA, & non domi, tanquam & ipſe unus foret ex ſenatoribus. *Beroaldus.*

17. SEDENTES ſalutavit patres ingrediens & exiens, quia ingrediebatur curiam noviſſimus, egrediebatur primus, dum illorum præteribat ſubſellia. V. *Caſaubonum.*

18. NOMINATIM i. propriis *nominibus*, ut ſalve Pollio, ſalve Meſſala. Alex. Gen. II. 19. *In quo quidem id longe præſtantiſſimum fuit, ſuis nominibus quemque venerari & ſalutare, ſalutantibuſque reddere ſalutem. Ideo nomenclatorem, qui nomina ſuggereret, juxta veteres habuere.* Ubi plura *Tiraquellus.* V. & *Stuck. A. C.* II. 31. * Et ita potentiores ſolebant appellare inferiores. Servius in Virg. Æn. I. 80. *Inferioris perſonæ reverentia eſt majorem meritis appellare, non nomine. Contra majoris eſt minorem nomine tantum vocare: qui ordo nonniſi per indignationem corrumpitur: ut* XII. 652. *Sages in extremis rebus Turnum, non Regem vocavit.* V. ſupr. 13. 4. §. 17.

19. NULLO SUBMONENTE i. *ſine monitore*, ut Plin. Paneg. 23. 1. *memoriter*, Noſt. *Ner.* 10. 7.

20. VALEDICEBAT recte una voce dicitur. Ovid. Triſt. I. 7. 21.

Idque, quod ignoti faciunt, valedicere ſaltem.

Senec. Epiſt. 17. *Reges Parthos non poteſt quiſquam ſalutare ſine munere; tibi valedicere non licet gratis.* V. & *Borrich. de L. L. ætat. p.* 258. Hoc diſcedentium eſſe exempla allata docent. Noſt. Tib. 72. 9.

21. OFFICIA *privatarum & communium ſollennitatum, ut togæ puræ, ut ſponſalium, ut nuptialium, ut nominalium.* Tertull. de idol. c. 16. &c. Illorum meminit & noſt. *Tib.* II. 3: 15. I. vocatque *dies ſollennes* hoc eodem numero & *Veſp.* 2. 3.

22. GRANDIOR NATU, quo loquendi modo delectatur noſter. Ita enim & 89. 1. *Ner.* 34. 13.

* 23. TURBA & denſitate nos cingentium ſæpius vexamur & premimur. Senec. Epiſt. 95. *Quam celebres culinæ ſunt, quanta circa nepotum focos juventus premit?* Apul. Mil. III. 130. *Propter cœtus multitudinem, quæ preſſura nimia denſitate periclitaretur.* Chryſolog. Serm. 86. *Diſcipulis turba compreſſionem opponentibus venit in medium.*

24. VEXARE *grave verbum eſt, tractumque ab eo videtur, quod eſt vehere: in quo ineſt jam vis quædam alieni arbitrii; non enim ſui potens eſt qui vehitur. Vexare autem, quod ex eo inclinatum eſt, vi atque motu procul dubio vaſtiore eſt.* Gell. N. A. II. 6. Macrob. Sat. VI. 8.

25. INEDIA MORIEBANTUR, qui morbum immedicabilem effugere moliebantur. Illa obiit *Atticus*, de quo *Nepos c.* 22. *n.* 3. *Cornelius Rufus*, de quo *Plin. Epiſt.* I. 12. Poeta *Silius Italicus*, de quo *Plin. Epiſt.* III. 7. Albutius rhetor *infr. Rhet.* 6. 7. Hunc fructum Stoicæ fuiſſe doctrinæ tum maxime florentis dicit *Caſaubonus.* V. *infr. Tib.* 10. 4. §. 15.

16. REVOCEMUS quomodo aliquem ad vitam, jam dixi ad Curt. VIII. 8. 22. §. 60.

CAPUT LIV.

ARG. *In ſe libere loquentes, & contumaces fert Octavius Cæſar Auguſtus.*

1 In ſenatu verba facienti dictum eſt, *non intellexi:* & ab alio *contradicerem tibi, ſi*
2 *locum haberem* [1]. Interdum ob immodicas altercationes diſceptantium [2] e curia per

SI LOCUM HABEREM i. ſi tu omnia in republica *loca* non occupaſſes. Ita *locus* apud ſcriptores interdum accipitur. Liv. IX. 30. *Quæ antea perquam paucis ſuffragio populi relictis locis, dictatorum & conſulum ferme fuerant beneficia.* VII. 5. *Secundum in ſex locis tenuit.* Noſt *Veſp.* 2. 7. V. & *Caſaubonum.*

2. DISCE-

per iram ſe proripienti [3] quidam ingeſſerunt [4], *licere oportere* [5] *ſenatoribus de repu-
blica loqui* [6]. Antiſtius Labeo [7] ſenatus lectione, cum vir virum [8] legeret, Mar- 3
cum Lepidum [9], hoſtem olim ejus, & tunc exſulantem, legit: interrogatuſque
ab eo, an eſſent alii digniores, *ſuum quemque judicium habere* reſpondit. Nec ideo
libertas, aut contumacia [10] fraudi cuiquam fuit [11].

2. DISCEPTANTIUM i. ſibi invicem contradicentium. Cicer. de partit. orat. c. 30. *Ex rationis autem, & ex firmamenti conflictione, & quaſi concurſu, quæſtio exoritur quædam, quam diſceptationem voco: in qua quid deveniat in judicium, & de quo diſceptetur, quæri ſolet.* Noſt. *infr.* 93. 2.

3. PRORIPIENTI i. e conſpectu ſenatorum ſeſe raptim auferenti. Cicer. de Aruſp. reſp. c. 1. *Attamen ignarus ille, qui conſules eſſent, exſanguis atque æſtuans ſe ex curia repente proripuit.* Noſter ſæpius.

4. INGESSERUNT i. ſæpius objecerunt. V. Curt. IV. 2. 19. §. 85.

5. OPORTET LICERE frequens formula, ut obſervat *Caſaubonus*, in ejuſmodi contentionibus. Liv. IV. 4. *Oportet licere populo Romano, ſi velit jubere leges.*

6. DE REPUBLICA LOQUI i. de illa ſententiam dicere. Cicer. Phil. III. 3. *Nec vero de legione Martia, quoniam longo intervallo loqui nobis de republica licet, ſileri poteſt.* Attic. I. 16. *ſupr. Cæſ.* 28. 1. §. 10. Plura exempla ſuppeditat *Briſſon. de Form.* II. *p.* 167.

7. ANTISTIUS LABEO *legum atque morum populi Romani juriſque civilis doctus apprime fuit. Sed agitabat hominem libertas quædam nimia atque vecors; uſque eo ut divo Auguſto jam principe & rempublicam obtinente, ratum tamen penſumque nihil haberet, niſi quod juſtum ſanctumque eſſe in Romanis antiquitatibus legiſſet.* Gell. XIII. 12. Unde Horat. Sat. I. 3. 82.

Labeone inſanior, inter
Sanos dicatur.

Cauſam hujus vecordiæ *doctrinæ fiduciam* eſſe dicit Pompon. Digeſt. I. 2. §. 47. *Labeo ingenii qualitate, & fiducia doctrinæ, qui & cæteris operis ſapientiæ operam dederat, plurima innovare inſtituit.* V. *Beroaldum* & *Torrentium.*

8. VIR VIRUM i. ſenator ſenatorem, ut dixi *ſupr.* 35. 1. §. 9.

9. M. LEPIDUM.... Dio LIV. p. 531. C. Καὶ ἐπειδή γε Ἀντίστιος Λαβεὼν ἐς τοὺς βουλεύοντας αὐτόν, ὅτι ἰδίᾳ γνώμῃ ἑκάστη ἐγίγνετο, ἐσεγράψατο, πρῶτον μὲν ἐπιωρκηκέναι τι αὐτὸν ἔφη, καὶ τιμωρήσεσθαι ἠπείλησεν· ἔπειτα δὲ εἰπόντος αὐτοῦ, καὶ τί δεινὸν πεποίηκα, κατασχὼν ἐν τῷ συνεδρίῳ ἄνδρα ὃν σὺ τὸν ἀρχιερέα ἔτι καὶ νῦν περιορᾷς ὄντας, οὐδεμίαν ὀργὴν ἐποιήσατο. *Et quum Antiſtius Labeo illum* (Lepidum) *ex ſua ſententia inter ſenatores retuliſſet, primum perjurium illi objecit* Auguſtus, *pœnamque minatus eſt. At quum is reſpondiſſet: an rem indignam feci, quod eum virum in ſenatu retinuerim, quem tu pateris adhuc eſſe pontificem maximum, iram omnem remiſit.*

10. CONTUMACIA i. contradicendi ſtudium, & libido in cenſendo, cum in Auguſti ſententia non conquieſcerent. Barbaris *inobedientia.* Tacit. Agric. 42. 6. *Quia non contumacia, neque inani jactatione libertatis, famam fatumque provocabat.* Illi *obſequium deforme* opponitur. Tacit. Annal. IV. 20. 4. *Liceat inter abruptam contumaciam, & deforme obſequium, pergere iter ambitione ac periculis vacuum.* Ita contra *Boxhornium* magnus *Grævius.*

11. FRAUDI FUIT i. vitio data, detrimento fuit. Serv. Æn. X. 72. *In fraudem autem, periculum. Ita enim in jure lectum eſt: fraudi erit illa res, id eſt, periculo.* V. & *Beroaldum.*

CAPUT LV.

ARG. *Famoſos libellos magna cura non redarguit, ſed de illorum auctoribus poſthac cognoſcendum cenſet Octavius Cæſar Auguſtus.*

Etiam ſparſos de ſe in curia famoſos libellos, nec expavit [1], nec magna cura re- 1
darguit [2]. Ac ne requiſitis quidem auctoribus id modo cenſuit, cognoſcen- 2
dum

PAVOR *eſt metus mentem loco movens. Ex quo illud Ennii,*

Tum pavor ſapientiam omnem mihi ex animo expectorat.

Cicer. Tuſc. Quæſt. IV. 8. Puerorum eſt. Fronto: *pavor puerilis eſt.* Unde de puero tonſore Petron. c. 54. *Nec ad raptum ferramentum expaverat.* Et mulierum. Horat. Od. I. 37. 22.

——— *nec muliebriter*
Expavit enſem.

Noſt. *Claud.* 36. 1. *Ner.* 2. 8. *Aug.* 90. 1. *Tib.* 69. 6.

2. REDARGUIT i. cum reprehenſione accuſavit. Cicer. Tuſc. II. 2. *Noſque ipſos redargui, refellique patiamur. Arguere* proprie eſt oſtendere. Horat. Epiſt. I. 19. 6.

Laudibus arguitur vini vinoſus Homerus.

Virg. Æn. IV. 13.

Degeneres animos timor arguit.

Hinc

dum poſthac de iis [3], qui libellos, aut carmina ad infamiam cujuſpiam ſub alieno nomine [4] ederent.

Hinc Agretius: *Arguere, oſtendere & pateſacere.* Et inde accuſare, reprehendere, convincere. Noſter ſæpius.

3. COGNOSCENDUM DE IIS.... Tacit. Ann. I. 72.

4. *Facta arguebantur, dicta impune erant. Primus Auguſtus cognitionem de famoſis libellis ſpecie legis ejus tractavit, commotus Caſſii Severi libidine, qua viros feminaſque illuſtres procacibus ſcriptis diffamaverat.* Dio LVI. p. 587. C. Καὶ μαθὼν ὅτι βιβλία ἄττα ἐφ' ὕβρει τινῶν συγγράφοιτο, ζήτησιν αὐτῶν ἐποιήσατο, καὶ ἐκεῖνά τε τὰ μὲν ἐν τῇ πόλει εὑρεθέντα πρὸς τῶν ἀγορανόμων, τὰ δὲ ἔξω πρὸς τῶν ἑκασταχόθι ἀρχόντων, κατέφλεξε, καὶ τῶν συνθέντων αὐτὰ ἐκόλασέ τινας. *Et famoſorum libellorum, quos ad traducendos homines a quibuſdam ſcribi acceperat, conquiſitionem fieri juſſit, repertos in Urbe ab ædilibus, extra Urbem a ſingulorum locorum præfectis comburi mandavit, in auctores eorum quoſdam animadvertit.* Ad Auguſti edictum reſpicit Horat. Sat. II. I. 82.

Si mala condiderit in quem quis carmina, jus eſt,
Judiciumque.

Noſt. Domit. 8. 7.

4. SUB ALIENO NOMINE ab Auguſto additum fuit ad legem 12 tabularum, quæ caverat, ſi quis ſuo *nomine* id feciſſet. Cicer. de Republ. IV. & ex illo Auguſt. de C. D. II. 9. *Noſtræ contra 12 tabulæ cum perpaucas res capite ſanxiſſent, in his hanc quoque ſanciendam putaverunt, ſi quis occentaviſſet, ſive carmen condidiſſet, quod infamiam faceret, flagitiumve alteri precaretur. Judiciis enim ac magiſtratuum diſceptationibus legitimis propoſitam vitam, non poetarum ingeniis habere debemus, nec probrum audire, niſi ea lege ut reſpondere liceat, & judicio defendere.* Verba 12. tabularum ſunt hæc: SEI QUIS OCENTASIT CASMENVE CONDUIT QUOD ALTERI FLAGITIOM FAXSIT CAPITAL ESTOD. Hinc Ulpian. Digeſt. XLVII. 10. 5. §. 9. *Si quis librum ad infamiam alicujus pertinentem ſcripſerit, compoſuerit, ediderit, dolove malo fecerit, quo quid eorum fieret,* etiamſi alterius nomine ediderit, vel ſine nomine: *ut de ea re agere liceret, & ſi condemnatus ſit, qui id fecit, inteſtabilis ex lege eſſe jubetur.* V. & *Genial. Parerg.* II. 30. *Revard. in Leg.* XII. *tab. c.* 25. *Hotman. Antiq. Roman.* III. 3. *p.* 467. G.

CAPUT LVI.

ARG. *Jocis invidioſis edicto contradicit, teſtamentorum licentiam inhiberi non vult, in comitiis tribus circumit, ſuffragiumque fert, in judiciis teſtis interrogatur & refellitur, forum anguſtius facit, filios populo commendat, illiſque aſſurrectum & plauſum queritur, amicos legibus teneri vult, Aſprenate cauſam dicente tacitus in ſubſelliis ſedet, clientibus adeſt, & Caſtricium e reorum numero eripit Octavius Cæſar Auguſtus.*

1 Jocis [1] quoque quorumdam invidioſis aut petulantibus [2] laceſſitus, contradixit
2 edicto. Et tamen de inhibenda teſtamentorum [3] licentia, ne ſenatus quidquam
3 conſtitueret interceſſit. Quoties magiſtratuum comitiis intereſſet, tribus [4] cum candi-

JOCOS *veteres dixerunt quæcunque facete, & breviter, & acute locuti eſſent.* Macrob. Sat. II. I. qui plurium in Auguſtum *jocos* collegit ibid. c. 4.

2. PETULANTIA eſt effrenis aliis obtrectandi, & acerbis dicteriis, ac conviciis proſcindendi libido. Feſtus: *Petulantes appellantur, qui protervo impetu, & crebro petunt lædendi alterius gratia.* Cicer. Fam. VI. 7. *Solutum exiſtimatur eſſe, alteri maledicere: tamen cavendum eſt, ne in petulantiam incidas.* Noſt. *Galb.* 20. 7. *Tib.* 61. 17. *Ner.* 26. I. *Vit.* 10. 5.

3. In TESTAMENTIS increpare alios, maledicere aliis, & liberam, de quibuſcunque vellent, vocem edere Romanorum fuit mos. Ideo dicebat Nigrinus apud Lucian. dial. de philoſ. morib. p. 37. Μίαν φασὶν οἱ Ῥωμαίων παῖδες ἀληθῆ παρ' ὅλον τὸν βίον προΐενται (τὴν ἐν ταῖς διαθήκαις λέγων) ἵνα μὴ ἀπολαύσωσι τῆς σφετέρας ἀληθείας. *Quod unam hanc vocem Romanorum pueri per omnem ætatem veram emittunt (eam dicens, quæ in teſtamentis uſurpatur) nimirum ne ex ſua veritate damnum capiant.* Ita Φυλκίνιος Τρίων ἑαυτὸν προαπέκτεινε, πολλὰ μὲν ἐκείνου, πολλὰ δὲ καὶ τὸν Μάκρωνα ἐν ταῖς διαθήκαις λοιδορήσας: *ſeipſum ante diem occiderat, multis in ipſum* Tiberium, *multis in Macronem conviciis in teſtamento ſuo relictis.* Dio LVIII. p. 637. C. Tacit. Ann. VI. 38. 3. V. *Bourdelotium ad Lucianum, Lipſium ad Tacitum, Gonſal. in Petron. Prælud.* 2. *Caſaubonum ad hunc locum.*

4. TRIBUS CIRCUMIBAT I. cives ſingulos in ſuis *tribubus* congregatos adibat, & ut ſuis candidatis ſuffragia darent, orabat. Ita *Tarquinius circumire & prehenſare minorum maxime gentium patres, admonere paterni beneficii....* Liv. I. 47. *Ex more candidatorum, qui quum comitia fiunt, & in ſuffragium cives vadunt, in candida veſte ſine toga in campum deſcendere cum clientibus, gentilibuſque, ſingulaſque tribus prehenſare & circuire: hominesque etiam tenuiſſimos & ignotos, quorum ſuffragiis nituntur, rogare atque illos per ſe & communes amicos appellare, obſecrare & obteſtari* ſolebant. Alex. Gen. IV. 3. *Circum tribus libellos mittebat* Cæſar ſupr. 41. 3.

5. CAN-

candidatis [5] ſuis circuibat, ſupplicabatque more ſollenni. Ferebat & ipſe ſuffra- 4
gium in tribubus [6], ut unus e populo. Teſtem ſe in judiciis & interrogari [7] & 5
refelli [8] æquiſſimo animo patiebatur. Forum anguſtius [9] fecit, non auſus extor- 6
quere poſſeſſoribus proximas domos. Nunquam filios ſuos populo commenda- 7
vit [10], ut non adjiceret, *ſi merebuntur* [11]. Eiſdem prætextatis [12] adhuc aſſurre- 8
ctum [13] ab univerſis in theatro, & a ſtantibus plauſum [14] graviſſime queſtus eſt [15].

Amicos

5. Candidati Cæſaris dicebantur, quos princeps populo commendabat. Hinc jocus apud Quintil. Inſtit. vi. 3. amphibologicus: *Jungitur amphibolia ſimilitudo: ut L. Galba pilam negligenter petenti: ſic, inquit, petis tanquam Cæſaris candidatus. Nam illud petis ambiguum eſt, ſecuritas ſimilis.* Tam neglectim in luſu petebat ille pilam, quam ſolent honores petere *Cæſaris candidati*, quibus non magnopere ſupplicare neceſſe erat ob principis commendationem. V. *Bud. in Pand.* p. 83. & 237. *Valeſ. in Ammian.* xv. 5. *Donat. Dilucid.* p. 835. & *ad hunc locum Beroaldum.*

6. In tribubus duabus, quas V. *ſupr.* 40. 4. §. 13. 14.

7. Interrogabantur teſtes a patronis adverſæ partis, ut ſi per imprudentiam forte quid, quod minus quadrat, dixerint, illorum teſtimonium irritum & vanum fieret. Quintil. Inſtit. v. 7. *In cauſa patronus altius, & unde nihil ſuſpecti ſit, repetita percontatione, priora ſequentibus applicando, ſæpe eo perducit homines, ut invitis, quod proſit, extorqueat.... Illud fortuna interim præſtat, ut aliquid, quod inter ſe parum conſentiat, a teſte dicatur: interim (quod ſæpius evenit) ut teſtis teſti diverſa dicat.*

8. Refellere teſtem dicebant, quod contradicere & reprochiare dicimus. Quintil. Inſtit. v. 1. *Ex illo priore genere ſunt.... teſtes: in quibus pars maxima contentionum forenſium conſiſtit. Sed ut ipſa per ſe carent arte, ita ſummis eloquentiæ viribus elevanda ſunt plerumque & refellenda.* Plura *Bud. in Pandect.* p. 35.

9. Anguſtius. Mira principis modeſtia, qui maluit forum facere arctius & minus capax, ne injuria afficeret poſſeſſores domorum vicinarum, quas inviti dabant. *Beroaldus.*

10. Commendabant filios ſuos ſenatui, populo, aliis. Liv. xlv. 44. *Filium poſtremo Nicomedem ſenatui commendavit.* Symm. Epiſt. ii. 42. *Commendaveram tibi dudum Macedonii viri clariſſimi filium...* V. & *Demſter. A. R.* v. 32.

11. Si merebuntur, formula commendationis ſollennis. Capitol. Pertin. c. 6. *Pertinax de filio dixit, quum meruerit.* Vulcat. Avid. c. 2. *Plane liberi mei pereant, ſi magis amari merebitur Avidius quam illi.* Noſt. *Ner.* 10. 8.

12. Prætextatis i. *prætextam* adhuc gerentibus. V. ſupr. Cæſ. 1. 1. §. 13.

13. Aſſurgere Poetis & ſophiſtis poſt recitationes in theatro peractas, de egregiis ingenii & induſtriæ ſpeciminibus illis gratulari ſolebant ſpectatores. Auctor libri de cauſis corruptæ eloquentiæ 13. 3. *Populus auditis in theatro verſibus Virgilii ſurrexit univerſus, & forte præſentem ſpectantemque Virgilium ſic veneratus eſt quaſi Auguſtum.* Martial. x. 10. 5.

Sæpius aſſurgam recitanti carmina? tu ſtas;
Et pariter geminas tendis in ora manus.

Unde amico recitanti auditores quoſdam non *aſſurrexiſſe* indignatur Plin. Epiſt. vi. 17. 2. *Recitabatur liber abſolutiſſimus: hunc duo, aut tres, ut ſibi & paucis videntur, diſerti, ſurdis mutiſque ſimiles audiebant. Non labra diduxerunt, non moverunt manum, non denique aſſurrexerunt ſaltem, laſſitudine ſedendi.* Ad hanc ſpectatorum conſuetudinem Suetonium alludere putat *Ferrar. de acclam. & plauſ. vet*, iii. 22. & ex illo *Kemp. de oſcul. diſſ.* 12. 3.

14. Plaudere Poetis & ſophiſtis dicebantur ſpectatores, dum ad os manus referebant, atque inde oſculum quaſi evulſum in recitantes jaciebant. Martial. i. 3. 4.

Audieris dum grande ſophos, dum baſia jactas.

x. 10. 5. ſupr. §. 13. Juven. iii. 106.

A facie jactare manus,

i. manibus oſcula jactare. Et Plinius *movere manus* ſupr. §. 13. V. *Ferrarium* & *Kempium*. Hiſtoriam, ad quam hæc referenda, narrat Dio liv. p. 540. D. Ἐπετίμησε τῷ δήμῳ, ὅτι καὶ κρότοις, καὶ ἐπαίνοις τὸν Γάϊον ἐν τῇ πανηγύρει τῇ εὐκταίᾳ ἐτίμησαν. *Increpavit populum, quod plauſu & laudibus ludis votivis pro reditu ſuo factis Cajum proſecutus eſſet.*

15. Queſtus eſt, quia *mobiles adoleſcentium animi præmaturis honoribus ad ſuperbiam extollebantur.* Tacit. Ann. iv. 17. 3. Caji vero & Lucii ingenia deſcribit Dio lv. p. 554. B. Ἰδὼν ὁ Αὔγουστος τόν τε Γάϊον καὶ τὸν Λούκιον, αὐτούς τε μὴ πάνυ, οἷα ἐν ἡγεμονίᾳ τρεφομένους, τὰ ἑαυτοῦ ἤθη ζηλοῦντας (οὐ γὰρ ὅτι ἁβρότερον διῆγον, ἀλλὰ καὶ ἐθρασύνοντο: ἐς γοῦν τὸ θέατρόν ποτε καθ' ἑαυτὸν ὁ Λούκιος ἐσῆλθε, καὶ πρὸς πάντων τῶν ἐν τῇ πόλει, τὰ μὲν γνώμῃ, τὰ δὲ θεραπείᾳ κολακευόμενος, κἀκ τούτου ἔτι καὶ μᾶλλον θρυπτόμενος: τά τε γὰρ ἄλλα καὶ ὕπατον τὸν Γάϊον, μηδέπω ἐς ἐφήβους τελοῦντα, προεχειρίζετο) ἠγανάκτησεν. *Auguſtus animadvertens Cajum & Lucium, ut puta in principatu educatos, mores ſuos non imitari (non enim modo delicatius vivebant, ſed inſuper etiam ferociebant: quippe Lucius injuſſu aliquando in theatrum ingreſſus, quum omnium, qui in Urbe erant, applauſu, partim ex animo, partim ab adulatione profecto exciperetur, & ex eo majori luxu frangeretur, & alia, & ut Cajo fratri, nondum ex ephebis egreſſo conſulatus daretur, petiit) indignatus eſt.*

16. Pari

9 Amicos ita magnos & potentes in civitate eſſe voluit, ut tamen pari jure eſſent,
10 quo cæteri [16], legibuſque judiciariis æque tenerentur [17]. Cum Aſprenas Nonius
arctius ei junctus, cauſam [18] veneficii [19], accuſante Caſſio Severo [20] diceret; con-
ſuluit ſenatum quid officii ſui putaret; *cunctari enim ſe, ne ſi ſupereſſet* [21], *eriperet le-*
11 *gibus reum* [22]*: ſin deeſſet, deſtituere ac prædamnare* [23] *amicum exiſtimaretur.* Et con-
ſentientibus univerſis, ſedit in ſubſelliis [24] per aliquot horas; verum tacitus, ac
12 ne laudatione [25] quidem judiciali data. Adfuit & clientibus [26]: ſicut Scutario [27]
cuidam,

16. PARI JURE ESSENT QUO CÆTERI. Sodales enim regum regio more vivere, & ſumma in licentia, atque in libertate verſari ſolent. Liv. II. 3. *Erant in Romana juventute adoleſcentes aliquot, nec ii tenui loco orti, quorum in regno libido ſolutior fuerat, æquales ſodaleſque adoleſcentium Tarquiniorum, aſſueti more regio vivere.* V. *Beroaldum.*

17. LEGIBUS JUDICIARIIS TENERENTUR I. in jus vocari poſſent, & legibus, quibus *judicia* conſtant, ſubjici: quod in civitatibus, in quibus æqua libertas, juriſque æqualitas, & leges dominantur, fieri ſolet. V. *Beroaldum.*

18. CAUSAM DICERET I. reus eſſet, illius criminis poſtularetur. Hoc interdum eſſe *cauſam dicere*, dixi ad Curt. VI. 9. 27. §. 52.

19. VENEFICII, de quo Plin. XXXV. 12. *Patina non fœdiore, cujus veneno Aſprenati reo Caſſius Severus accuſator objiciebat, interiiſſe* 130. *convivas.*

20. CASSIUS SEVERUS *celebris orator* dicitur Plin. VII. 12. Quo *accuſante cum multi abſolverentur; & architectus fori Auguſti exſpectationem operis diu traheret: ita jocatus eſt* Auguſtus, *Vellem Caſſius & meum forum accuſet.* Macrob. Sat. II. 4. & *multa, ſi cum judicio legatur, dare imitatione digna: qui ſi ceteris virtutibus colorem & gravitatem orationis adjeciſſet, ponendus inter præcipuos foret.* Quintil. Inſtit. X. 1. Ejus meminit & noſt. *Cal.* 16. 2. *Vitell.* 2. 1. V. & *Torrentium.*

21. SUPERESSET I. advocatus eſſet, reum defenderet. Plaut. Mil. II. 4. 3.

Mihi poh ego ſuperſum.

Tacit. Ann. III. 47. 1. *Fide ac virtute legatos, ſe conſiliis ſuperfuiſſe.* Arnob. IV. p. 132. *Quis credat Libentinam, quis Liburnum libidinum ſupereſſe tutelis?* III. p. 115. *Unctionibus inquit ſupereſt Unxia.* Ulpian. Digeſt. XXVI. 5. 12. *His, qui in ea cauſa ſunt, ut ſupereſſe rebus ſuis non poſſint, dare curatorem proconſulem oportebit.* Errat itaque Gell. I. 22. dum ſcribit. *Irroboravit inveteravitque falſa atque aliena verbi ſignificatio ejus, quod dicitur; hic illi ſupereſt: quum dicendum eſt, advocatum eſſe quem cuipiam, cauſamque ejus defendere. Atque id dicitur non in compitis tantum, neque in plebe vulgaria; ſed in foro, in comitio, apud tribunalia.* V. ſis & *Pollet. For. Rom.* II. 1. *Barth. Adv.* XXIV. 12. *Palmer. Spic.* IV. *p.* 685. *Guilid. Veriſ.* II. 4. *Rutgerſ. Venuſ. Lect. c.* 19.

22. ERIPERET LEGIBUS REUM I. ſua auctoritate efficeret, ut *reus*, quamquam convictus, invitis legibus abſolveretur, pœnæ *legibus* definitæ ſubtraheretur. *Rei* enim eleganter dicuntur *eripi*, qui aut vi, aut auctoritate ac gratia potentiorum hominum abſolvuntur. Cicer. Verr. I. 4. *Cui reus tam nocens, tam perditus, tam victus, aut occulte ſurripi, aut impune eripi poſſit.* Et *Quis hoc non intelligit, iſtum abſolutum diis hominibuſque invitis, tamen ex manibus populi Romani eripi nullo modo poſſe.* V. & *Grævium ad Flor.* I. 3.

23. PRÆDAMNARE I. quaſi præjudicio facto ſua ſententia *damnare*, ante judicium pro damnato habere, quem nollet defendere. V. *Beroaldum.*

24. SUBSELLIIS rei & patronorum ejus; adeſt enim Nonio ut amicus. Dio LV. p. 551. A. *φίλῳ τινὶ τῶν δίκην φεύγοντι συνεξητάσθη, προκοινωσάμενος αὐτὸ τοῦτο τῇ γερουσίᾳ. Amico cuidam in judicium pertracto affuit, communicata prius cum ſenatu re.* Plura *Caſaubonus.*

25. LAUDARI in judiciis ſolebant rei ab amicis, qui illis aderant, & ſæpius abſolvebantur. Dio XL. p. 145. B. *Πάμπολλοι ὑπὸ τῶν ἀξιοπίστων ἐπαινούμενοι ἐξηρπάζοντο. Complures* reorum *a viris auctoritate præditis laudati judiciis eripiebantur.* Pompejus tertio conſulatu inſtituit, ne quis *laudator* aut deprecator accederet. At cum ipſemet poſtea *laudaturus* Munatium Plancum in judicium veniſſet, Cato cauſæ judex aures oppoſitis manibus obturavit dicens: ſe *laudatorem* contra illius ipſius leges non admiſſurum: *πάνυ ἂν ἦκεν καλῶς· ἔτι δὲ μᾶλλον, ὅτι λύσας νόμῳ τοὺς γινομένους περὶ τῶν κρινομένων ἐπαίνους, αὐτὸς εἰσῆλθε Πλάγκον ἐπαινεσόμενος. Καὶ Κάτων (ἔτυχε γὰρ κρίνων) ἐπισχόμενος τὰ ὦτα ταῖς χερσὶν, οὐκ ἔφη καλῶς ἔχειν αὐτῷ παρὰ τὸν νόμον ἀκούειν τῶν ἐπαίνων.* Plutarch. Pomp. p. 649. B. Dio XL. p. 145. D. 146. C.

26. ADFUIT ET CLIENTIBUS I. *clientium* cauſam egit. *Adeſſe* dicebantur patroni. Tacit. Ann. III. 11. 2. *Piſoni patronos petenti M. Lepidus, & L. Piſo, & Livineus Regulus adfuere.* Ulpian. Digeſt. XXXIX. 5. 19. 1. *Labeo ſcribit, extra cauſam donationum eſſe talium officiorum mercedes: ut puta ſi tibi adfuero.* Noſt. *Claud.* 38. 4. Dio LIV. p. 522. B. *Καὶ ἐν μὲν τούτοις τό τε τοῦ νομοθέτου, καὶ τὸ τοῦ αὐτοκράτορος καὶ σχῆμα, καὶ ὄνομα ἐπεδείκνυτο· ἐν δὲ δὴ τοῖς ἄλλοις ἐμετρίαζεν, ὥστε καὶ φίλοις τισὶν εὐθυνομένοις παραγίγνεσθαι. In his actionibus legiſlatoris & imperatoris ſpeciem & nomen oſtendit: in aliis adeo modeſte egit ut amicis quoque in jus vocatis adeſſet.* Noſt. *Tib.* 33. 3. *Claud.* 38. 5.

27. SCUTARIUS Cyrillo in gloſſis exponitur *ἀξίωμα στρατιωτικὸν φέρων, qui dignitate militari eſt præditus*, quo modo hodie Gallis *Ecuier* dicitur. Gradus

cuidam, evocato quondam ſuo [28], qui poſtulabatur injuriarum. Unum omnino [29] 13
e reorum numero [30] ac ne eum quidem, niſi precibus, eripuit, exorato [31] coram
judicibus accuſatore, Caſtricium, per quem de conjuratione Murenæ cognoverat.

dus eſt nobilitatis, originem habens a re militari. *Τινὰ τῶν συστρατευσαμένων ποτὲ αὐτῷ* dicit ſimpliciter Dio LV. p. 550. E. Ammin. XXVII. 10. *Et Natuſpardo quidam ſcutarius.* XX. 8. *Et miſcendos gentilibus atque ſcutariis adoleſcentes lectos quoſdam.* V. & *Caſaubonum*, *Donatum*, *Lazium Comm. R. R.* IV. 15.

28. EVOCATO SUO dixit, ut in lapidum monumentis, quæ plurima collegit *Donatus*, EVOK. AVG. Hygin. de limit. conſtit. p. 209. *Nuper ecce quidam evocatus Auguſti....* Ab hoc alios eſſe *evocatos* Galbæ, de quibus *infr.* 10. 4. putat *Caſaubonus.*

29. UNUM OMNINO V. ſupr. 20. 1. §. 2.

30. E REORUM NUMERO ERIPI quid ſit, dixi ſupr. 32. 5. §. 24.

31. EXORATO i. vehementer orato. Corippus.

Exorat pacem, nec fidere millibus audet.

Plura hujus ſignificationis exempla invenies apud *Barth. Adv.* XXVII. 33.

CAPUT LVII.

ARG. *Auguſti natalem celebrant equites, ſtipem in lacum Curtii, & ſtrenam in Capitolio jaciunt ordines, in reſtitutionem Palatinæ domus quiſque pecunias conferunt, revertentem ex provincia ominibus.... & carminibus proſequuntur, & illo Urbem introeunte ſupplicium de nemine ſumitur.*

Pro quibus meritis quantopere dilectus ſit, facile eſt æſtimare. Omitto ſenatuſ- 1. 2
conſulta [1], quæ poſſunt videri, vel neceſſitate expreſſa, vel verecundia. Equi- 3
tes Romani natalem [2] ejus ſponte atque conſenſu biduo [3] ſemper celebrarunt. O- 4
mnes ordines in lacum Curtii [4] quotannis ex voto pro ſalute ejus ſtipem [5] jaciebant: item Kalendis Januariis [6] ſtrenam [7] in Capitolio, etiam abſenti: ex qua ſumma

SENATUSCONSULTA, quæ n. *ſenatus* in honorem Auguſti decreverat. Illa plurifariam denarrat *Dio.*

2. NATALEM Auguſti celebratum deſcribit Dio LIV. p. 545. A. *Τὰ γενέθλια τὰ τοῦ Αὐγούστου καὶ ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ, καὶ ἐν τῇ ἄλλῃ πόλει πολλαχόθι θηρίων σφαγαῖς ἐτιμήθη· καὶ τοῦτο μὲν καίτοι μὴ ψηφισθὲν, ἐν πᾶσιν ὡς εἰπεῖν τοῖς ἔτεσι πρός τινος τῶν ἀεὶ στρατηγούντων ἐγίγνετο.* *Natalis Auguſti in circo, & variis aliis Urbis locis, venationibus celebratus eſt: idque etſi non decretum, tamen quotannis fere a prætoribus factum*, idque Auguſto gratum fuiſſe docet LV. p. 552. C. *Ἐς δὲ τὰ γενέθλια ἱπποδρομίαν ἀΐδιον ἔλαβε.* *Sed id potius accipiebat, ut natalitiis ſuis perpetui ludi eſſent equeſtres.* Magnorum virorum *natales* erant ſollennes. Senec. Epiſt. 64. *Quidni ego magnorum virorum & imagines habeam, & natales celebrem?* Pharaonis Gen. 40. 20. Herodis Matth. 14. 6. Perſ. v. 180.

at cum
Herodis venere dies, unctaque feneſtra
Diſpoſitæ pinguem nebulam vomuere lucernæ.

Ita enim ad illum vetus ſcholiaſtes: *Herodes apud Judæos regnavit temporibus Auguſti, in partibus Syriæ. Herodiani ergo diem natalem Herodis obſervant.* Caligulæ Dio LIX. p. 644. D. Claudii Dio LX. p. 667. E. Imo indigne tulerunt, ſi non celebrarentur. Noſt. *Tib.* 53. 5. V. quoque *Tomaſ. de donar.* c. 9. *Ouzel. ad Minuc. p.* 44. *ad hunc locum Caſaubonum.*

3. BIDUO, cum unius diei feriæ eſſent. V. *Guther. de jur. Pont.* III. 16.

4. LACUM CURTII i. ſeptum in medio foro Romano, ubi olim fuit *lacus Curtius:* nam tunc quidem *lacus* nullus erat. Dionyſ. II. p. 108. *Οὗτος ὁ τόπος ἀνακέχωσται μὲν ἤδη, καλεῖται δ' ἐξ ἐκείνου τοῦ πάθους Κούρτιος λάκκος, ἐν μέσῳ μάλιστα ὢν τῆς Ῥωμαίων ἀγορᾶς.* *Locus is jam terra congeſta repletus eſt, vocatur ex illo caſu lacus Curtius, in medio fere fori Romani.* De ipſo *lacu* agunt *Dionyſius*, *Plutarch. in Romul. p.* 28. *E. Liv.* VII. 6.

5. STIPEM in lacum quod jaciunt Romani, veteris ſuperſtitionis ritus eſt. Sic enim loca hominum ſuperſtitione ſacra, ut lacus, puteos.... venerari ſolebant. Pauſan. Ἀττικ. p. 33. *Νόσου δὲ ἀκεσθείσης ἀνδρὶ μαντεύματος γενομένου, καθέστηκεν ἄργυρον ἀφεῖναι καὶ χρυσὸν ἐπίσημον ἐς τὴν πηγήν.* *Qui morbo oraculi monitu levati fuerint, argentum, & aurum ſignatum in fontem abjiciunt.* Sozom. II. 3. *Περὶ δὲ τὸν καιρὸν τῆς πανηγύρεως οὐδεὶς ἐντεῦθεν ὑδρεύετο. Νόμῳ γὰρ Ἑλληνικῷ οἱ μὲν λύχνους ἡμμένους ἐνθάδε ἐτίθεσαν, οἱ δὲ οἶνον ἐπέχεον, ἢ πόπανα ἔρριπτον, ἄλλοι δὲ νομίσματα.* *Circa tempus vero feſti nemo illic* (ex puteo ad quercum Mamre effoſſo) *aquam haurit. Siquidem gentili quodam ritu alii lucernas accenſas in eum imponere, alii vinum effundere, alii placentulas, alii nummos injicere ſolent.* V. & *Caſaubonum.*

6. KALENDIS JANUARIIS ſtrenam accipere ſolebant veteres. Symmach. Epiſt. x. 20. *Kalendas anni auſpicas,*

ma pretioſiſſima deorum ſimulacra mercatus, vicatim dedicabat: ut Apollinem
5 Sandaliarium [8], & Jovem Tragœdum [9], aliaque. In reſtitutionem [10] Palatinæ domus [11] incendio abſumptæ, veterani, decuriæ [12], tribus [13], atque etiam ſingillatim e cætero genere hominum, libentes ac pro facultate quiſque pecunias contulerunt: delibante [14] tantummodo eo ſummarum acervos, neque ex quoquam plus
6 denario [15] auferente. Revertentem ex provincia, non ſolum fauſtis ominibus [16], ſed

ſpices, quibus menſium recurſus aperitur, impertiendis ſtrenis dicavit antiquitas. *Hanc veterum conſuetudinem per quatuor periodos, ſive ætates fuſius explicat *Lipen. de Stren. c.* 2.

7. SIRENAM *vocamus, quæ datur die religioſo, ominis boni gratia.* Feſtus. Ejus *uſus adolevit auctoritate Tatii Regis, qui verbenas felicis arboris ex luco Strenia, anni novi auſpices, primus accepit.* Symm. Epiſt. x. 28. Tiberii ætate vocabulum fuit non ſatis Latinum. Dio LVII. p. 613. D. Ὁ δὲ δὴ Τιβέριος, ἐπειδὴ καὶ μετὰ τὴν νουμηνίαν τινὲς ἀργύριον αὐτῷ προσήνεγκαν, ὅτι ἐδέξατο, καί τι καὶ γράμμα περὶ αὐτοῦ τούτου ἐξέθετο, ῥήματι τινὶ μὴ Λατίνῳ χρησάμενος.... Καί τινος Ἀτηΐου Καπίτωνος εἰπόντος, ὅτι εἰ καὶ μηδεὶς πρόσθεν τοῦτ' ἐφθέγξατο, ἀλλὰ νῦν γε πάντες διά σε ἐς τὰ ἀρχαῖα αὐτὸ καταριθμήσομεν: Μάρκελλός τις ὑπολαβὼν ἔφη, σὺ Καῖσαρ ἀνθρώποις μὲν πολιτείαν Ῥωμαίων δύνασαι δοῦναι, ῥήματι δὲ οὔ. *Tiberius ſtrenam, quum quidam Kalendis illi offerrent, non accepit, eaque de re edictum propoſuit, voce non Latina uſus..... Et Ateio quodam Capitone dicente, tametſi nemo antea illo fuiſſet uſus, nihilominus in tuam gratiam antiquis annumerabimus: Marcellus quidam ſubdidit, Cæſar hominibus civitatem Romanam dare potes, dictionibus non potes.* Quæ & noſt. inſr. Gramm. 22. 2. De illis etiam noſt. Tib. 34. 4. 5. Cal. 42. 2. Græcis, quia illis deeſt vocabulum, Latinum *ſtrena* reddunt ἐν αὐθ' ὑός, fictis vocabulis dicitur ἐναρχισμὸς & ἐπαρμίς, ut docet *Caſaub. ad Athen.* III. 18.

8. SANDALIARIUM ſic dictum a vico, in quo hæc Apollinis effigies dedicata fuit, & quidem, ut monet Pancirol. de 14. region. p. 6. ad differentiam alterius Apollinis, *Palatini* nuncupati, de quo *ſupr.* 29. 3: 31. 1. Romæ, quod in eo *ſandaliarii*, ſive calceorum opifices habitarent, vicus fuit *ſandaliarius*. Gell. XVIII. 4. *In ſandaliario forte apud librarios fuimus.* *Galen. τοῦ προγνωστ. c. 14. Καταβὰς εἰς τὸ Σανδαλάριον, ἀπήντησέ μοι κατὰ τύχην. *Digreſſus in Sandalarium forte mihi occurrit.* Hunc in quarta regione, quæ templum pacis, collocat Sextus Rufus, & in illa Apollinem Sandaliarium idem Rufus, & Publius Victor. V. & *Beroaldum*, *Balduin. de calc. c.* 7. *Dauſq. Orthog.* I. *p.* 79. *Nardin. Rom. vet.* III. 13. *Oiſel. in Gellium.* *Bellor. Veſt. vet. Rom. Tab. 4. & Urſinus ad h. l. malunt vicum ipſum ab *Apolline* nomen ſumpſiſſe, quia aliquæ *Apollinis* ſtatuæ *ſandaliis* calceatæ ſint, ut celebris illa, quæ & hodie conſpicitur in hortis Vaticanis.

9. TRAGOEDUM ſic dictum a vico, in quo hæc Jovis effigies dedicata fuit. Romæ, quod in eo *tragœdi*, ſive hiſtriones, τραγῳδοὶ Græcis dicti habitarent, vicus fuit *tragœdus*. Hunc in quinta regione, quæ Exquilina, collocat *Sextus Rufus*. V. & *Beroaldum* & *Donatum*.

10. IN RESTITUTIONEM..... Dio LV. p. 556. C. Ἐμπρησμοῦ δέ ποτε τὸ παλάτιον διαφθείραντος, καὶ πολλῶν αὐτῷ πολλὰ διδόντων, οὐδὲν ἔλαβεν, ἢ μόνον παρὰ μὲν τῶν δήμων χρυσοῦν, παρὰ δὲ τῶν ἰδιωτῶν δραχμήν. Χρυσοῦν γὰρ δὴ καὶ ἐγὼ τὸ νόμισμα τὸ τὰς πέντε καὶ εἴκοσι δραχμὰς δυνάμενον, κατὰ τὸ ἐπιχώριον ὀνομάζω. *Quum forte palatium incendio periſſet, multique multa ei largirentur, nihil præter aureum a ſingulis tribubus, a privatis denarium accepit. Aureum vero voco id numiſma, quod viginti quinque denarios valet, nomine vulgo recepto.*

11. PALATINÆ DOMUS, quam V. infr. 72. 2. §. 3.

12. DECURIÆ i. collegia, in quibus librarii, ſcribæ, lictores, viatores, nomenclatores, & accenſi magiſtratuum Romanorum cenſebantur. Sic *decuria quæſtoria* ea eſt, in quam ſcribæ quæſtorii referebantur. Schol. Juven. v. 53. *Sarmentus eo fiduciæ venit, ut pro equite Romano ageret: decuriam quoque quæſtoriam compararet.* Plura *Valeſ. Marcellin.* XXVIII. 6.

13. TRIBUS i. populus in *tribus* diviſus. Tacit. Ann. XIII. 27. 2. *Hinc plerumque tribus, decurias... cohortes etiam in urbe conſcriptas.* Noſt. 56. 3. *Tib.* 3. 3.

14. DELIBANTE i. parce, modice ſumente. Ita *delibamus* cibos. Claudian. de Bell. Get. n. 350.

Raptos contentus in armis
Delibaſſe cibos.

& liquores. Virg. Ecl. v. 26.

Nulla neque amnem
Libavit quadrupes, nec graminis attigit herbam;

quos primis labris attingimus. Inde *delibatum os*, levi manu apprehenſum. noſtr. *inſr.* 94. 15. & *delibata pudicitia*, violata, imminuta *inſr.* 68. 4. & *libare thura*, in ignem projicere *infr.* 98. 2. Iſidor. VI. 19. teſte *libare proprie eſt fundere.* Qui vero ſacra faciebant, antequam funderent, vinum deguſtabant. Tacit. Ann. XV. 64. 5. *Poſtremo ſtagnum calidæ aquæ introïit, reſpergens proximos ſervorum; addita voce: libare ſe liquorem illum Jovi liberatori.* Xiphil. ex Dione LXII. p. 714. C. Ἐντεμὼν δὲ τὴν φλέβα, ἀνέτεινε τὴν χεῖρα, καὶ ἔφη: σοὶ τοῦτο τὸ αἷμα, ὦ Ζεῦ ἐλευθέριε σπένδω. *Qui quum venam ſecuiſſet, porrexit ſurſum manum, & ait: hunc, tibi Jupiter libertatis patrone, ſanguinem libo. Delibabat* vero, ne ſuorum munificentiam ſpernere videretur.

15. DENARIUS, eſt enim adjectivum pro ſubſtantivo

ſed & modulatis [17] carminibus proſequebantur. Obſervatum etiam eſt, ne quoties 7
introiret Urbem [18], ſupplicium de quoquam ſumeretur.

ſtantivo poſitum, ſignificat *nummum denarium*, ſic dictum, quod taxaretur aſſibus libralibus decem, ſeu libris æris. Plin. XXXIII. 3. *Et placuit denarius pro decem libris æris.* Varr. L. L. IV. 36. *In argento nummi denarii, quod denos æris valebant.* Jam *denarius* nummus continet quatuor nummos ſeſtertios, ut docet *Gronov. de pec. vet.* I. 4. Dio §. 10. δραχμὴν vertit. Et non tantum ille; verum quotquot Latinam pecuniam ad Græcam redegerunt, Latinum denarium δραχμὴν, ut qui Græcam pecuniam ad Latinam, δραχμὴν reddiderunt *denarium*, ut docet *idem ibid.* II. 6.

16. FAUSTIS OMINIBUS i. gratulationibus. De *ominibus* Cicer. de Divin. I. 45. *Neque ſolum deorum voces Pythagorei obſervitaverunt, ſed etiam hominum, quæ vocant omina, quæ majores noſtri, quia valere cenſebant, iccirco omnibus rebus agendis, quod bonum, fauſtum, felix, fortunatumque eſſet, præfabantur.* Noſter *infr.* 98. 3. *Claud.* 27. 5.

17. MODULATIS i. ῥυθμικῶς, cum menſura pronuntiatis. Xiphil. LXXIII. p. 831. A. Ὅσα τε ἐώθεσαν ἐν τοῖς θεάτροις ἐπὶ τῇ τοῦ Κομμόδου θεραπείᾳ ἐρρύθμως πως ἐκβοᾶν. *Quæcunque in theatris in Commodi honorem conſueverant modulate acclamare.* Tacit. Ann. XVI. 4. 4. *Et plebs quidem urbis, hiſtrionum quoque geſtus juvare ſolita, perſonabat certis modis, plauſuque compoſito.* Noſt. *Ner.* 20. 7: 42. 5. *Cal.* 16. 10.

18. QUOTIES INTROIRET URBEM.... Diem reditus Auguſti in Urbem ἱερὸν in perpetuum factum decreto ſenatus narrat Dio LI. p. 457. C. Τήν τε ἡμέραν ἐν ᾗ ἂν ἐς τὴν πόλιν ἐσέλθῃ, θυσίαις τε πανδημεὶ ἀγαλθῆναι, καὶ ἱερὰν ἀεὶ ἄγεσθαι. *Ut dies, qua in Urbem intraſſet, ſacrificiis publicis celebraretur, & ſemper feſta eſſet.* Feſtis autem diebus ſuppliciis abſtinuerunt veteres. Philo in Flacc. p. 976. E. Τοῖς γὰρ ὀρθῶς πολιτευομένοις τῶν ἀρχόντων, καὶ μὴ προσποιουμένοις τόλμαν (τὸ τιμᾶν legit *Caſaubonus*) ἀλλ' ὄντως τιμῶσι εὐεργέτας, ἔθος ἐστὶ μηδένα κολάζειν τῶν κατακριθέντων, ἄχρις ἂν αἱ ἐπιφανεῖς γενέθλιοι καὶ πανηγύρεις αὐτῶν τῶν ἐπιφανῶν σεβαστῶν διεξέλθωσι. *Nam bonis præſidibus, & recte, non inſolenter adminiſtrantibus rempublicam, mos eſt in neminem damnatum animadvertere, donec ſollennes celebritates, natalitiaque Auguſtorum feſta prætereant.* V. ſi lubet, ipſum *Caſaubonum: Alciat. Parerg.* I. 29. *Pollet. For. Rom.* I. 8. & *Fabr. Semeſtr.* II. 8. *infr. Tib.* 61. 5. §. 7.

CAPUT LVIII.

ARG. *Patris patriæ cognomen primum repudiat, deinde lacrymans recipit Octavius Cæſar Auguſtus.*

Patris patriæ [1] cognomen univerſi [2] repentino maximoque conſenſu detulerunt [3] 1
ei. Prima plebs, legatione Antium [4] miſſa, dein quia non recipiebat, ineunti 2
Romæ

PATRIS PATRIÆ COGNOMEN V. ſupr. *Cæſ.* 76. 2. §. 9.

2. UNIVERSI n. ordines. Ovid. Faſt. II. 127.

Sancte pater patriæ, tibi plebs, tibi curia nomen
Hoc dedit; hoc dedimus nos tibi nomen Eques.

3. DETULERUNT nonis Februariis. Ovid. Faſt. II. 121.

Dum canimus ſacras alterno pectine nonas...

Annum vero, quo hoc cognomen Auguſto *delatum* fuerit, haud facile eſt definire. Cum enim ad L. Valerium Meſſalam, & Cn. Cornelium Cinnam, ſive, ut calculum ponit *Pigh. Ann.* III. *p.* 534. ad annum ab U. C. 757. poſt decimum tertium, & ultimum ejus conſulatum retuliſſent Panvinius in Faſtis p. 186. Rupertus ad Reineſium Epiſt. 28. & ad h. l. Caſaubonus, anno ab U. C. 724. quo ipſe quintum geſſit conſulatum, ex nummis ab illo conſulatu cuſis, in quibus inter cæteros titulos *patris patriæ* appellatio adſcripta legitur, illi *delatum* fuiſſe probare conatur ſuis in Faſtos animadverſionibus Goltzius p. 286. & Claud. Chiflet. de ant. num. c. 4. Dicamus ergo cognomentum hoc, ſi non ab hoc ſtatim conſulatu, quo tamen Valerium Potitum ex Meſſalis aliquem Sexto Apulejo ſuffectum, ejus collegam fuiſſe dicit Dio LI. p. 458. C, quia *Auguſti* cognomen, quo illum compellat Meſſala, aliquandiu poſt conſulatum quintum receperit, ut dictum *ſupr. Aug.* 7. 4. §. 14. illi ſæpius, publice privatimque *delatum*, ſed non ante, quam Nonis Februariis conſulatus decimi tertii, ſive ex *Pighii* calculo *Ann.* III. *p.* 530. ab U. C. 751. atque exinde demum in perpetuum inductum eſſet uſum, ab illo receptum eſſe. Videtur hoc indicare fragmentum Kalendarii apud Gruter. p. 136.

NON. N. CONCORDIAE.
IN. ARC. FERIAE. EX.
S. C. QVOD. EO. DIE.
IMPERATOR. CAESAR.
AVGVSTVS. PONTIFEX.
MAXIMVS. TRIB. POTEST.
XXI. COS. XIII. A. SENATV.
POPVLO. QVE. ROMANO. PATER.
PATRIAE. APPELLATVS.

Quod explicat, & fuſius de hoc *anno* diſputat vir elegantiſſimi judicii *Jacob. Perizon. Anim. Hiſt.* c. 7. V. etiam de illo diſputantes *Noriſ. Cenot. Piſan.* II. 8. & *Vaillant. Num. Ær.* I. 23.

4. ANTIUM Volſcorum urbs fuit. Dionyſ. A. R.

 VIII.

Romæ ſpectacula frequens & laureata [5]; mox in curia ſenatus, neque decreto, neque acclamatione [6], ſed per Valerium Meſſalam [7] id mandantibus cunctis: *Quod bonum*, inquit, *fauſtumque ſit* [8] *tibi, domuique tuæ* [9] *Cæſar Auguſte*, (*Sic enim nos perpetuam felicitatem Reipublicæ, & læta huic* [10] *precari exiſtimamus*) *ſenatus te conſen-*
3 *tiens* [11] *cum populo Romano conſalutat* patriæ patrem. Cui lacrymans [12] reſpondit Auguſtus, his verbis (ipſa enim ſicut Meſſalæ poſui) *Compos factus votorum meorum, patres C. quid habeo aliud deos immortales precari* [13], *quam ut hunc conſenſum veſtrum ad ultimum vitæ finem mihi perferre* [14] *liceat?*

VIII. p. 841. Ἧκεν εἰς Ἄντιον τὴν ἐπιφανεστάτην τῶν ἐν Ὀυολύσκοις πόλιν. *Venit Antium nobiliſſimam Volſcorum urbem.* Quis condiderit, incertum. Xenagoras adſcribit *Antiæ* Ulyſſis & Circes filio apud Dionyſ. A. R. I. p. 58. & Stephanum; ſed hoc Græcorum nugis tranſcribunt Cluver. Ital. III. 7. 2. & Pinedo ad Stephanum. Ab Aſcanio conditam affirmat Solin. *c.* 2. ſed negat Salmaſ. Exerc. Plin. p. 51. b. C. E. In illam ſeceſſerat Auguſtus forte ut civilibus occupationibus ſe ſubduceret, & animum ingenuo otio recrearet. Ita enim illam deſcribit Strab. V. p. 160. Νυνὶ μὲν ἀνεῖται τοῖς ἡγεμόσιν, εἰς σχολὴν καὶ ἄνεσιν τῶν πολιτικῶν, ὅτε λάβοιεν καιρόν: καὶ διὰ τοῦτο κατῳκοδόμηνται πολυτελεῖς οἰκήσεις ἐν τῇ πόλει συχναὶ πρὸς τὰς τοιαύτας ἐπιδημίας. *Hodie principum otio, & vacationi civilium occupationum dicata eſt: itaque magnifica ibi ſunt ædificia permulta, excipiendis, cum eo commigrant oblata occaſione, principibus.* Ejus meminit & noſt. *Cal.* 8. 5. *Ner.* 9. 5. Hodie vulgo *Nettuno*, ſive *Neptunium* dicitur, ut docent *Merul. Coſmogr.* II. 4. 22. *p.* 827. *Kirch. Lat.* I. 7. *Pigh. Ann.* I. *p.* 119. De *Antio* etiam *Leand. Ital. p.* 196.

5. LAUREATA, ritu n. triumphali. *Laureati* namque triumphantis currum ſequi ſolebant Romani. V. *Beroaldum.*

6. ACCLAMATIONIBUS principem decorare ſolitus erat, cum in curia ſederet, ſenatus. Vopiſc. in Tacit. c. 4. Tacito *omnis ſenatus acclamavit, Tacite Auguſte, dii te ſervent, te deligimus, te principem facimus, tibi curam reipublicæ, orbiſque mandamus.* c. 5. *Poſt hæc acclamationes ſenatus hæ fuerunt. Et Trajanus ad imperium ſenex venit* (*dixerunt decies*) *Et Adrianus ad imperium ſenex venit* (*dixerunt decies*).... Pollio in Claud. c. 4. *Lectis literis Claudii principis hæc in Claudium dicta ſunt: Auguſte Claudi, dii te nobis præſtent* (*dictum ſexagies*) *Claudi Auguſte, principem te, aut qualis tu es, ſemper optavimus* (*dictum quadragies*).... V. *Beroaldum* & *Babelonium.*

7. VALERIUS MESSALA hic ex ſententia Panvinii & Goltzii quis fuerit, docet §. 3. Videtur tamen fuiſſe *M. Valerius Meſſala*, ex eadem familia cum L. Cornelio Lentulo conſul anno ab U. C. 750. cujus ut ſuperioris anni conſulis opera Auguſto ſequente anno decimum tertium conſulatum gerenti hoc cognomen obtulerit ſenatus. V. eumdem, quem modo laudabam, celeberrimum *Perizonium.*

8. QUOD BONUM, FAUSTUMQUE SIT, ſollennis conſulum in relationibus faciendis & conſulibus renuntiandis præfatio. Cicer. pro Mur. c. I. *Ut ea res mihi, magiſtratuique meo, populo, plebique Romanæ bene atque feliciter eveniret.* Xiphil. LXVIII. p. 770. E. Ἀγαθῇ τύχῃ τῆς τε βουλῆς, καὶ τοῦ δήμου τῶν Ῥωμαίων, καὶ ἐμοῦ αὐτοῦ Μάρκον Οὔλπιον Νερούαν Τραϊανὸν ποιοῦμαι. *Quod felix fauſtumque ſit ſenatui, populoque Romano, mihique ipſi, Marcum Ulpium Nervam Trajanum adopto....* Noſt. *Cal.* 15. 9. *Claud.* 7. 2. V. & *Torrentium. Fabr. Sem.* I. 14. *Demſt. A. R.* VII. 5.

9. TIBI, DOMUIQUE TUÆ. Ita Plin. Paneg. c. 72. n. I. *Deos obſecrare, ut omnia quæ facis, quæque facies, proſpere cedant tibi, reipublicæ, nobis: vel, ſi brevius ſit optandum, ut aut tibi, in quo & reſpublica, & nos ſumus.* c. 94. n. 2. *Simplex, cunctaque iſta complexum unum omnium votum eſt SALUS PRINCIPIS.*

10. FELICITATEM REIPUBLICÆ ET LÆTA HUIC. Trajectio Suetoniana, pro *felicitatem & læta reipublicæ huic*, ut infr. 59. 2. *prælato victimæ titulo*, pro *prælato titulo victimæ.* Et ita *Caſaubonus.*

11. CONSENTIENS. Et ita Plin. Paneg. c. 23. n. 5. *In unius ſalutem collata omnium vota.*

12. LACRYMÆ ſæpe conſequuntur repente exortum gaudium. Joſeph. Ant. XII. 2. Ἐκβοησάντων δ' ὑφ' ἓν τῶν πρεσβυτέρων, καὶ τῶν συμπαρόντων γίνεσθαι τὰ ἀγαθὰ τῷ βασιλεῖ, δι' ὑπερβολὴν ἡδονῆς εἰς δάκρυα προῆκεν, φύσει τῆς μεγάλης χαρᾶς παρεχούσης καὶ τὰ τῶν λυπηρῶν σύμβολα. *Cumque ſeniores, eorumque comites uno ore omnia fauſta regi acclamaſſent, præ nimia lætitia lacrymas non continuit, quæ quidem mœroris inſignia etiam magnum gaudium conſequi natura voluit.* Xenoph. Ἑλληνικ: VII. p. 620. C. Τοὺς μέντοι ἐν Σπάρτῃ ἔφασαν ἀκούσαντας, ἀρξαμένους ἀπὸ Ἀγησιλάου, καὶ τῶν γερόντων, καὶ τῶν ἐφόρων πάντας κλάειν: οὕτω κοινόν τι ἄρα χαρᾷ καὶ λύπῃ δάκρυά ἐστι. *Fertur cum hæc Spartæ audita eſſent, ab Ageſilao ſeniores & ephoros cunctos lacrymaſſe: adeo gaudio & triſtitiæ lacrymæ communes ſunt.* Exempla alia, ſuppeditabit *Caſaub. in Athen.* VI. 19. & *ad hunc locum.*

13. HABEO PRECARI I. poſſum precari, habeo precandum. Cicer. Famil. I. 5. *De Alexandrina re, cauſaque regia tantum habeo polliceri.* Gell. XIV. I. *Anne oſtentandi gratia ingenii, an quod ita ſerio judicatoque exiſtimaret, non habeo dicere.*

14. HUNC CONSENSUM PERFERRE. Auguſtum imitatur Trajanus apud Plin. Paneg. c. 95. n. 2. *Ut intelligam etiam atque etiam enitendum mihi, ut hunc conſenſum veſtrum complectar, & teneam, & in dies augeam.*

C A-

CAPUT LIX.

ARG. *Muſæ ſtatuam ſtatuunt, pro patribus familiarum, quod ſuperſtitem Auguſtum reliquiſſent, votum hæredes ſolvunt, diem, quo ad ſe primum veniſſet Auguſtus, initium anni civitates faciunt, & templa oppidatim Auguſto provinciæ conſtituunt.*

Medico Antonio Muſæ [1], cujus opera ancipiti morbo convaluerat [2], ſtatuam [3], 1
ære collato [4], juxta [5] ſignum [6] Æſculapii [7] ſtatuerunt. Nonnulli patrum- 2
familiarum teſtamento caverunt, ut ab hæredibus ſuis prælato [8] victimæ titulo in
Capitolium ducerentur [9], votumque [10] pro ſe ſolveretur, quod SUPERSTITEM
AUGUSTUM [11] RELIQUISSENT. Quædam Italiæ civitates diem, quo pri- 3
mum

ANTONIUS MUSA libertus fuit, *ἀπελεύθερος γὰρ ἦν.* Dio LIII. p. 517. C. & artem hanc in ſervitute didicerat. Servi enim, & miniſtri medicorum dominos conſectando & adjuvando ab eis rationem medendi diſcere ſolebant. Plato LL. IV. p. 834. D. *Κατ' ἐπίταξιν τῶν δεσποτῶν καὶ θεωρίας, καὶ κατ' ἐμπειρίαν τὴν τέχνην κτῶνται ὑπηρέται τῶν ἰατρῶν.* Medicinam etiam ſervos feciſſe notiſſimum eſt. Alfen. Digeſt. XXXVIII. 1. 26. *Medicus libertus quod putaret, ſi liberti ſui medicinam non facerent, multo plures imperantes ſibi habiturum, poſtulabat....* Scævol. Digeſt. XL. 5. 41. §. 6. *Lucius Titius ita teſtamento cavit, medicos tibi commendo illum & illum. In tuo judicio erit, ut habeas bonos libertos & medicos. Quod ſi ego libertatem eis dediſſem, veritus ſum, quod ſorori meæ clariſſimæ fecerunt medici ſervi ejus manumiſſi ab ea.* Noſt. Cal. 8. 9. Ner. 2. 7. V. & *Freher. Parerg.* II. 16. *Demſt. A. R.* II. 17. *Dilher. Diſp. Acad.* II. 4. §. 1. *Tiraq. de Nobil.* 31. 410. *Briſſon. Antiq.* II. 3. *Muſæ* quoque meminit noſter *infr.* 81. 1.

2. EX MORBO CONVALUERAT. i. priſtinam valetudinem recuperaverat. Recuperavit autem illam uſu lactucæ. Plin. XIX. 8. *Divus certe Auguſtus lactuca conſervatus in ægritudine fertur prudentia Muſæ medici.* Qua de cauſa videtur ſæpius ſumpſiſſe *lactuculæ thyrſos*, ut teſtatur noſt. *infr.* 77. 5. Et frigidis lavacris, & potionibus. Dio LIII. p. 517. C. *Καὶ αὐτὸν Ἀντώνιός τις Μούσας καὶ ψυχρολουσίαις καὶ ψυχροποσίαις ἀνέσωσε. Et illum,* Auguſtum, *Antonius Muſa lavacris frigidis, & frigidis potionibus ſanitati reſtituit.* Noſt. *infr.* 81. 1.

3. STATUAM medico ſtatuerunt ex veterum more, quo & liberalium artium cognitione celebres, induſtriæ præmia non raro in *ſtatuis* conſecuti traduntur. Val. Max. VIII. 15. 2. ext. *Gorgiæ Leontini ſtudiis literarum ætatis ſuæ cunctos præſtantis univerſa Græcia in templo Delphici Apollinis ſtatuam ſolido ex auro poſuit.* Noſt. *Gramm.* 17. 5: 9. 7. V. & *Figrel. de ſtat. Rom. c.* 13. De *ſtatua* nihil *Dio* dicit, ſed docet Muſæ *pecuniam ab Auguſto & ſenatu multam, & uſum annuli aurei datum eſſe, & immunitatem non ipſi modo, ſed omnibus eamdem artem exercentibus in poſterum quoque tempus conceſſam: καὶ διὰ τοῦτο καὶ χρήματα παρά τε τοῦ Αὐγούστου, καὶ παρὰ τῆς βουλῆς πολλὰ, καὶ τὸ χρυσοῖς δακτυλίοις χρῆσθαι· τήν τε ἀτέλειαν καὶ ἑαυτῷ, καὶ τοῖς ὁμοτέχνοις, οὐχ ὅτι τοῖς τότε οὖσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔπειτα ἐσομένοις ἔλαβεν.*

4. ÆRE COLLATO i. ut quiſque ad ſtatuam ponendam pecuniam *contulerit*. Singulas enim uncias *æris* ſinguli *conferebant*. Plin. XXXIV. 5. *P. Minutio præfecto annonæ extra portam trigeminam unciaria ſtipe collata.* Græci *ἀνδριάντα ἐκ συντελείας* vertunt. Frequens eſt formula in antiquis inſcriptionibus, quas collegit *Figrell. de ſtat. Rom. c.* 22. V. & *Buleng. de pict.* 1. 23.

5. JUXTA. Ordo enim fuit inter plures ſtatuas uno loco ſimul poſitas. Sæpe deorum ac hominum ſtatuæ ſimul ſtabant, & quidem *juxta* deorum ſtatuas. Honorabilem locum ipſa numinis vicina majeſtas fecit, iis præſertim, qui publico judicio ſic honorati fuere. Sic reperimus interdum ibi collocatos eos, quibus feliciter aliquid evenerat in exercitio artis ejus, cujus præſes ille deus, quiſquis fuerat, vulgo habebatur, ut hoc loco Muſam. V. *Figrell. de ſtat. c.* 25.

6. SIGNUM i. ſtatuam. Cicer. pro Dom. c. 43. *Signum de buſto meretricis ablatum iſti dedit.* Hoc vero *ſimulacrum. Tanagræa non longe a Tanagris e marmore in ſepulcro poſitum* fuiſſe ipſe docet. *Signa* deorum, hominum, & brutorum eſſe, ut ſtatuæ ſunt deorum & hominum tantum, pluribus tradunt *Manut. Quæſ. Epiſt.* III. 5. *Figrell. de ſtat. c.* 1.

7. ÆSCULAPII ſignum *Nicerati opus Romæ eſt in Concordiæ templo.* Plin. XXXIV. 8. & alterum *Praxitelis opus intra Octaviæ porticus in Junonis æde.* Idem XXXVI. 5.

8. PRÆLATOS victimis eſſe titulos, cui deo eſſent mactandæ, docent ex hoc loco *Fab. Sem.* II. 8. & *Merul. de ſacrif. c.* 2. §. 4.

9. DUCENDI verbum in ſacrificiis uſitatum fuit. Gell. IV. 6. *Si primis hoſtiis litatum non eſſet, aliæ poſt eaſdem ductæ hoſtiæ cædebantur.* Auctorum loca alia invenies apud *Merulam*.

10. VOTUM i. ludos *votivos*, qui pro Auguſti ſalute fiunt etiam apud Plin. VII. 48. *Galeria Copiola Emboliaria reducta eſt in ſcenam, ludis pro ſalute divi Auguſti votivis.* Nec minus pro Germanici ſalute apud *Tacit. Ann.* II. 69. 2. & noſtr. *Cal.* 6. 1. V. hæc ſic explicantem *Buleng. de imp.* I. 35.

11. SUPERSTITEM AUGUSTUM. Magna optimi principis

4 mum ad ſe veniſſet, initium anni fecerunt [12]. Provinciarum pleræque ſuper templa & aras [13], ludos quoque quinquennales [14] pæne oppidatim conſtituerunt [15].

cipis laus, de quo quis merito dubitet, ipſum ne populus, an populum magis ipſe ſalvum eſſe voluerit. Quod ſuo more oſtendit Horat. Epiſt. I. 16. 25.

Si quis bella tibi terra pugnata marique
Dicat, & his verbis vacuas permulceat aures:
Tene magis ſalvum populus velit, an populum tu:
Servet in ambiguo, qui conſulit, & tibi, & Urbi
Jupiter: Auguſti laudes agnoſcere poſſis.

V. *Torrentium.*

12. DIEM.... INITIUM ANNI FECERUNT. Multæ enim civitates ſub imperio Romano proprios annorum characteres habuerunt, & neque conſuies Romanos cujuſque anni indices, neque Juliani rationem ſunt ſecutæ. Magnum ergo amoris ſpecimen in principem hoc erat, quod annum inceperint ab illo die, quo Auguſtus primum ad illas acceſſiſſet, tanquam ille omnibus aliis eſſet anteponendus. Ad eumdem modum Judæorum ad ſe adventus diem quotannis ſe celebraturum promittit Ptolemæus apud Joſeph. Ant. XII. 2. Τὴν μὲν τοίγε ἡμέραν, καθ' ἣν ἦλθεν πρὸς αὐτὸν, ἐπιφανῆ ποιήσειν, καὶ κατὰ πᾶν ἔτος ἐπίσημον εἰς ὅλον τὸν τῆς ζωῆς χρόνον ἐπηγγέλλετο.

13. TEMPLA ET ARAS, & ejuſdem generis monumenta in honorem Auguſti a provincialibus poſita denarrat Philo legat: ad Cajum p. 1013. E. Πᾶσα ἡ οἰκουμένη τὰς ἰσολυμπίους αὐτῷ τιμὰς ἐψηφίσατο, καὶ ναὸς, προπύλαια, προτεμενίσματα, στοάς. *Totus orbis cæleſtes ei honores decreverat, templa, fana, lucos, porticus.* Auguſti *templa* V. *ſupr.* 52. §. I. 3. 4. & *aras* V. *infr. Claud.* 2. I.

14. QUINQUENNALES LUDOS, ἀγῶνας πενταετηρικοὺς inſtituerunt Pergameni. Dio LI. p. 458. B. Καὶ ἔλαβον καὶ οἱ Περγαμηνοὶ τὸν ἀγῶνα τὸν ἱερὸν ὀνομασμένον ἐπὶ τῇ τοῦ ναοῦ αὐτοῦ τιμῇ ποιεῖν. *Et Pergameni quoque ludos, quos ſacros dicunt, in honorem templi ejus celebrare in ſe ſuſceperunt.* Illos imitatus Herodes Magnus Cæſareæ tale ludicrum inſtituit. Joſeph. Ant. XVI. 9. Ἀνετίθει δὲ καὶ τοῦτον τὸν ἀγῶνα Καίσαρι κατὰ πενταετηρίδα παρεσκευασμένος ἄγειν αὐτόν. *Conſecratum eſt autem hoc quoque certamen Cæſari, inſtaurandum per ſingula quinquennia*, & Hieroſolymis, idem XV. II. Πρῶτον μὲν γὰρ ἀγῶνα πενταετηρικὸν ἀθλημάτων κατεστήσατο Καίσαρι, καὶ θέατρον ἐν Ἱεροσολύμοις, ᾠκοδόμησεν. *Ac primum athletica certamina quinto quoque anno in honorem Cæſaris inſtituit, & theatrum Hieroſolymis exſtruit.* Neapolitani apud noſtr. *infr.* 98. 13. Imo in ipſa Urbe illi inſtitutos eſſe legere eſt apud Dion. LI. p. 456. D. Καὶ πανήγυριν οἱ πενταετηρίδα ἄγεσθαι. *Et ludos quinquennales celebrari.* V. *Caſaubonum.*

15. CONSTITUERUNT tanquam heroi. Ita enim de Julio Dio XLIV. p. 243. B. Καὶ πενταετηρίδα ὡς ἥρωι.

CAPUT LX.

ARG. *Cæſareas urbes in ſuis regnis condunt, Jovis Olympii ædem perficere, & Auguſti genio dedicare deſtinant, & illi quotidiana officia togati, ac ſine regio inſigni præſtant reges amici atque ſocii.*

1 Reges amici atque ſocii, & ſinguli in ſuo quiſque regno, Cæſareas [1] urbes con-
2 diderunt. Et cuncti ſimul ædem Jovis Olympii [2], Athenis antiquitus [3] inchoatam, perficere communi ſumptu deſtinaverunt [4], Genioque [5] ejus dedicare [6]: ac

CÆSAREAS duas ponit Eutrop. VII. 8. *Tanto amore apud barbaros fuit, ut reges populi Romani amici, in honorem ejus conderent civitates, quas Cæſareas nominarent: ſicut in Mauritania a rege Juba, & in Palæſtina, quæ nunc eſt urbs clariſſima.* In Mauritania quæ fuit, *antea vocabatur Jol, Jubæ regia.* Plin. V. 2. In Palæſtina *Stratonis turris, ab Herode rege condita.* De hac plurima Joſeph. A. J. XV. 13: XVI. 4. B. J. I. 16. Fuerunt etiam hoc nomine in Cappadocia & Bithynia urbes celebres. Exhibemus illas *Addit. ad Tachardi Dictionarium.*

2. ÆDES JOVIS OLYMPII fuit Athenis. Thucyd. II. p. III. D. Πρὸς τοῦτο τὸ μέρος τῆς πόλεως μᾶλλον ἵδρυται τότε τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου.... *Ab hac præcipue parte exſtructa delubra viſuntur Jovis Olympii.* Liv. XLI. 20. *Magnificentiæ in Deos vel Jovis Olympii templum Athenis, unum in terris inchoatum pro magnitudine Dei, poteſt teſtis eſſe.*

*3. ANTIQUITUS quinam Athenis Jovis templum inchoarint, docet multis *Meurſ. Athen. Att.* I. 10.

4. PERFICERE DESTINAVERUNT. Sed hoc conſilium exitum non habuit. *Perfecit* enim & conſummavit Hadrianus. Dio LXIX. p. 795. A. Ἀδριανὸς τό τε Ὀλύμπιον τὸ ἐν ταῖς Ἀθήναις, ἐν ᾧ καὶ αὐτὸς ἵδρυται, ἐξεποίησε. *Eodem tempore Hadrianus templum Jovis Olympii, in quo ipſius quoque ſtatua poſita fuit, Athenis perfecit.* Pauſan. Ἀττικ. p. 16. Πρὶν δὲ ἐς τὸ ἱερὸν ἰέναι τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου Ἀδριανὸς ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς τόν τε ναὸν ἀνέθηκε. *Olympii vero Jovis templum Hadrianus Romanorum imperator dedicavit.*

5. GENIO, de quo Feſtus: *Genium appellabant deum, qui vim obtineret rerum gerendarum. Aufuſtius, genius inquit eſt deorum filius, & parens hominum, ex quo homines gignuntur, & propterea genius* mens

ac ſæpe regnis relictis, non Romæ modo, ſed provincias peragranti [7] quotidiana officia togati [8], ac ſine regio inſigni, more clientium [9] præſtiterunt.

meus nominatur, quia me genuit. Eadem *Auguſt. de Civ. Dei* VII. 13. *Cenſor. de D. N. c.* 3. Ex neotericis V. *Tixium loc. contr.* I. 6. *Voſſ. de idol.* IX. 28. & 38. *Dalech. in Plin.* II. 7. *Cuper. Obſ.* III. 16. *Buleng. de Mag.* I. 26. *Vaillant Num.* II. *p.* 221. *Lindenbrog. in Cenſorinum, & quos ille laudat auctores.*

6. DEDICARE I. conſecrare. V. ſupr. 31. 8. §. 43.

7. PERAGRANTI I. per illas iter facienti. *Peragrare* proprie de terreſtri dicitur itinere. Cicer. de Divin. I. 42. *Campos & montes hyeme & æſtate peragrantes.* Unde tanquam ἀντίθετα ponit idem de Fin. II. 34. *maria pedibus peragrantem, claſſibus montes.* Noſt. *Tib.* 40. I. Dicitur tamen interdum de maritimo *infr.* 93. 3. *Cal.* 37. 3.

8. TOGATOS hoſce reges hæc officia præſtitiſſe docet & Eutrop. VII. 8. *Multi regnis ſuis venerunt, ut ei obſequerentur: & habitu Romano, togati ſcilicet, ad vehiculum, vel equum ipſius cucurrerunt.*

9. CLIENTES oportuit eſſe togatos, quia non ex ſervis domeſticis, ſed ex iis, qui jus togæ haberent, cogebantur. Unde *clientium* toga. Mart. X. 71. (aliis 82.) I.

Mane, vel a media nocte togatus ero.

IX. 81. aliis 103.

Denariis tribus invitas, & mane togatum
Obſervare jubes atria Baſſe tua;
Deinde hærere tuo lateri, præcedere ſellam,
Ad vetulas tecum plus minus ire decem.

Unde inter illa,

Vitam quæ faciunt beatiorem,

idem X. 43. (aliis 47.) 5. ponit *togam raram* I. officia pauca patrono præſtanda.

CAPUT LXI.

ARG. *Matrem & ſororem amittit, & utrique defunctæ honores maximos tribuit Octavius Cæſar Auguſtus.*

Quoniam qualis in imperiis [1] ac magiſtratibus [2] regendaque per terrarum orbem pace belloque Republica fuerit, expoſui: referam nunc interiorem ac familiarem [3] ejus vitam, quibuſque moribus atque fortuna domi & inter ſuos egerit a juventa uſque ad ſupremum vitæ diem. Matrem [4] amiſit in primo con- 1
ſulatu; ſororem Octaviam [5] quinquageſimum & quartum agens ætatis annum. 2
Utrique cum præcipua officia vivæ præſtitiſſet [6], etiam defunctæ honores [7] maxi- 3
mos tribuit.

IN IMPERIIS eſſe quid ſit, dixi ſupr. Cæſ. 54. I. §. 2.

2. IN MAGISTRATIBUS eſſe quid ſit, dixi ſupr. Cæſ. 54. I. §. 3.

3. INTERIOREM AC FAMILIAREM I. quam egit domi inter domeſticos & *familiares*, & quæ opponitur publicæ adminiſtrationi. Sulpit. in vit. Martini. *Interiorem vitam illius & quotidianam converſationem nulla unquam explicabit oratio.* Illam referre facile eſt; nam *habet hoc primum magna fortuna, quod nihil tectum, nihil occultum eſſe patitur. Principum vero non modo domus, ſed cubicula ipſa, intimoſque ſeceſſus recludit, omniaque arcana noſcenda famæ proponit, atque explicat.* Plin. Paneg. c. 83. n. I. qui pergit §. 2. ſcribere Trajano: *Sed tibi Cæſar nihil accommodatius fuerit ad gloriam, quam penitus inſpici. Sunt quidem præclara, quæ in publicum profers, ſed non minora ea, quæ limine tenes.*

4. MATREM Atiam ſupr. 4. I. & 2. De ejus morte Dio XLVII. p. 337. B. Ἐς τοῦτο γὰρ τῆς τε ἀπληστίας καὶ τῆς ἀναισχυντίας ἐχώρησαν, ὥς τε τινὰ καὶ τὴν τῆς Ἀττίας τῆς τοῦ Καίσαρος μητρὸς οὐσίας, ἀποθανούσης τότε, δημοσίᾳ τε ταφῇ τιμηθείσης, παρ' αὐτοῦ τοῦ Καίσαρος αἰτῆσαι. *Eo denique inſatiabilis avaritiæ & impudentiæ progreſſi jam erant, ut quidam Attiæ, quæ Cæſaris mater ſum obierat, publicaque ſepultura honorata fuerat, ab ipſo Cæſare bona poſceret.*

5. OCTAVIÆ mortem deſcribit & Dio LIV. p. 546. B. Ἐν δὲ τῷ ἔτει ἐκείνῳ τὴν Ὀκταουΐαν τὴν ἀδελφὴν ἀποθανοῦσαν προέθετο ἐπὶ τοῦ Ἰουλίου ἡρῴου. *Eodem anno Octaviam ſororem vita defunctam in ſacrario Julio publice expoſuit.* Obiit autem Julio & Fabio Maximo conſulibus ut *Dio ibid.* E. docet. Ταῦτα μὲν ἐπί τε τοῦ Ἰούλου καὶ ἐπὶ Φαβίου Μαξίμου ὑπάτων ἐγένετο. Hi autem conſules fuerunt anno ab U. C. 743. ut quidem vult *Pigh. Ann.* III. *p.* 524.

6. VIVÆ OFFICIA PRÆSTITA exhibet Plutarch. Anton. p. 929. E. Ἔστερξε ὑπερφυῶς τὴν ἀδελφήν, χρῆμα θαυμαστὸν (ὡς λέγεται) γυναικὸς γενομένην. *Diligebat mirifice ſororem, quæ rari mulier exempli perhibetur fuiſſe.*

7. DEFUNCTÆ HONORES habitos exhibet Dio: Παραπετάσματι καὶ τότε ἐπὶ τοῦ νεκροῦ χρησάμενος, καὶ αὐτός τε ἐκεῖ τὸν ἐπιτάφιον εἶπε: καὶ ὁ Δροῦσος ἐπὶ τοῦ βήματος (δημόσιον γὰρ τὸ πένθος) ἀλλαξάμενος τὴν ἐσθῆτα τῶν βουλευτῶν ἐγένετο: καὶ τὸ μὲν σῶμα αὐτῆς οἱ γαμβροὶ ἐξήνεγκαν: τὰ δὲ δὴ ψηφισθέντα αὐτῇ οὐ πάντα ὁ

Αὔγουστος ἐδίδαξεν. *Et cortina, ut ante, extenſa pro corpore ipſe funebrem orationem habuit: & Druſus pro roſtris (erat enim luctus publicus) ſenatoriam veſtem lugubri mutavit: tum funus ejus generi extulerunt, Auguſtus autem non omnia, quæ in ejus honorem fuerant decreta admiſit.*

CAPUT LXII.

ARG. *Iſaurici filiam ſponſam habet, Claudiam, & mox Scriboniam uxores ducit & dimittit, Liviam vero Druſillam diligit & unice probat Octavius Cæſar Auguſtus.*

1 Sponſam habuerat adoleſcens Publii Servilii Iſaurici filiam: ſed reconciliatus [1]
poſt primam diſcordiam [2] Antonio, & poſtulantibus utriuſque militibus [3], ut
& neceſſitudine [4] aliqua jungerentur, privignam [5] ejus Claudiam, Fulviæ [6] ex
2 Publio Clodio filiam, duxit uxorem vixdum nubilem. Ac ſimultate [7] cum Ful-
3 via ſocru exorta, dimiſit [8] intactam [9] adhuc & virginem. Mox Scriboniam [10] in
matri-

RECONCILIATI qui ſint ſæpius Auguſtus & Antonius, docui ſupr. 17. 1. §. 1.

*2. POST PRIMAM DISCORDIAM, quia *diſcordarunt* quoties neceſſitas poſtularet, ut de illis Appian. ſupr. 17. 1. §. 2.

3. POSTULANTIBUS MILITIBUS, inſtinctu haud dubie Antonii, ut addit Dio. E. Ἀντωνίου δηλονότι τοῦτο κατασκευάσαντος.

4. NECESSITUDINE, ſive affinitate interveniente principum diſcordiæ ſopiri ſolent. Juſtin. XXVI. 3. 2. *Per idem tempus rex Cyrenarum Agas decedit; qui ante infirmitatem Beronicen unicam filiam, ad finienda cum Ptolemæo fratre certamina, filio ejus deſponderat.* * Dio XLVIII. 390. D. Καὶ ὅπως γε πλείοσι τῆς συγγενείας συνδέσμοις συνέχοιντο, ὅτι Καῖσαρ Ἀντύλλῳ τῷ τοῦ Ἀντωνίου υἱεῖ τὴν θυγατέρα, καὶ ἐκεῖνος τῷ Δομιτίῳ, καίτοι τῷ Καίσαρος σφαγῇ τι γενομένῳ, καὶ ἐν τοῖς ἀπολωλυμένοις ἐκτεθέντι, τὴν ἑαυτοῦ τὴν ἐκ τῆς Ὀκταουίας οἱ γεννηθεῖσαν ἐνεγγύησε. *Quoque pluribus neceſſitudinis vinculis continerentur, Cæſar Antyllo, Antonii filio, filiam ſuam, ac contra Antonius ſuam ex Octavia filiam Domitio, quanquam is & ex percuſſoribus Cæſaris unus eſſet & proſcriptus fuiſſet, deſponderunt.* Unde Julia, Cæſaris filia, Pompeji uxor *male cohærentis inter Pompejum & Cæſarem concordiæ pignus* dicitur *ſupr. Cæſ.* 26. 1. §. 3. V. & *infr.* §. 10. Arbitrabatur tamen Auguſtus *nuptias illas obſtaculo non futuras in eo quod contra Antonium acturus erat:* οὐδὲ ἐμποδισθήσεσθαί τι ἐκ τῆς ἐπιγαμίας πρὸς ἃ κατὰ Ἀντωνίου πράξειν ἔμελλεν, ἐνόμισε. *Dio.* De hac *neceſſitudine* etiam *Plutarch. in Anton. p.* 924. *B.*

5. PRIVIGNAM. Nam Fulvia tres habuit maritos, P. Clodium, Ciceronis illum inimicum, ex quo hæc erat Claudia: ſecundum Curionem, qui in Africa periit: tertium M. Antonium. Proinde quod tribus pernicioſiſſimis maritis nupſerat, acerbe quidem ſed eleganter Cicer. Phil. II. 44. *Etenim iſta tua minime avara conjunx, quam ego ſine contumelia deſcribo, nimium debet diu populo Romano penſionem tertiam.* V. *Beroaldum* & *Torrentium.*

6. FULVIAM dicit Plutarch. in Anton. p. 920. D. fuiſſe οὐ ταλασίαν, οὐδὲ οἰκουρίαν φρονοῦν γύναιον, οὐδὲ ἀνδρὸς ἰδιώτου κρατεῖν ἀξιοῦν, ἀλλ᾽ ἄρχοντος ἄρχειν, καὶ στρατηγοῦντος στρατηγεῖν βουλόμενον: *mulierem, non ad lanificium, aut ad rei familiaris adminiſtrationem factam, neque in virum privatim dominari contentam, ſed quæ imperanti imperare, & ducem volebat ducere.* Nec mirum. Dicit enim ibid. p. 929. C. φύσει οὖσαν πολυπράγμονα καὶ θρασεῖαν: *natura multis ſe negotiis implicantem & ferocem fuiſſe*, imo, ut Flor. IV. 5. 2. *gladio virilis militia cinctam.*

7. SIMULTAS quid ſit, dixi ſupr. Cæſ. 73. 1. §. 1. *Simultatis* inter ſe & Fulviam exortæ cauſam obſcœnam refert ipſe apud Mart. X. 21.

Quod futuit Glaphyram Antonius, hanc mihi pœnam
Fulvia conſtituit, ſe quoque uti futuam.
Fulviam ego ut futuam? quid ſi ſe Manius oret
Pædicem; faciam? non puto, ſi ſapiam.
Aut futue, aut pugnemus, ait: quid, quod mihi vita
Carior eſt ipſa mentula, ſigna canant.

Dio tamen aliam ponit XLVIII. p. 359. E. Προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου διηνέχθησαν, οἱ μὲν ὅτι τοῦ μέρους τῆς τῶν ἀγρῶν νομῆς τοῦ τῷ Ἀντωνίῳ προσήκοντος οὐ μετέσχον: ὁ δὲ, ὅτι τὰ στρατεύματα παρ᾽ αὐτῶν οὐκ ἀντέλαβε. Κἀκ τούτου ἥ τε συγγένεια αὐτῶν ἡ ἐκ τῆς ἐπιγαμίας διελύθη, καὶ πρὸς πόλεμον ἐμφανῆ προήχθησαν. *Deinde progreſſu temporis diſſidium inter eos* L. Antonium Fulviamque & Auguſtum *coortum eſt, illis prætendentibus, quod in eam diviſionis agrorum partem, quæ ad Antonium pertinebat, recepti non fuiſſent: hoc, quod legiones ſibi ab iis redditæ non eſſent. Et hoc diſſidio & affinitas dirempta eſt, & ad bellum apertum res producta* Peruſinum, cujus Fulviam auctorem dicit Plutarch. Anton. p. 929. C. Τὸν πόλεμον διὰ Φουλβίαν αἰτίαν γεγονέναι, & B. Λεύκιον καὶ Φουλβίαν πρῶτον ἀλλήλοις στασιάσαντας εἶτα Καίσαρι πολεμήσαντας: *Lucium* Antonium Marci fratrem, *& Fulviam poſt mutuas diſſenſiones cum Cæſare belligeraſſe.* V. *ſupr.* 14. 1. §. 3.

8. DIMISIT, de quo divortio Dio XLVIII. p. 360. A. Τὴν θυγατέρα αὐτῆς, ὡς καὶ παρθένον ἔτι οὖσαν (ὃ καὶ ὅρκῳ ἐπιστώσατο) ἀπέπεμψατο, οὐκ ὀκνήσας ὅτι εἰ τοσοῦτον ἄλλως ἡ γυνὴ πεπαρθενεῦσθαι παρ᾽ αὐτῷ χρόνον νομισθείη.

matrimonium accepit [11], nuptam ante duobus conſularibus [12], & ex altero etiam matrem [13]. Cum hac etiam divortium fecit, pertæſus, ut ſcribit, morum perverſitatem [14] ejus, ac ſtatim Liviam Druſillam [15] matrimonio Tiberii Neronis [16], & quidem prægnantem [17] abduxit [18], dilexitque ac probavit unice ac perſeveranter. 4

οὐδέν: ὅτι πρὸς τὴν παρασκευὴν τῶν ἐπομένων, εἰ ἐκ πολλοῦ δόξειεν αὐτὸ προβεβουλευκέναι. *Filiam ejus adhuc virginem (quod & jurejurando confirmaverat) dimiſit, nihil curans, fideſne ſibi non haberetur, tanto eum ban: tempore ſecum illibatam habuiſſe; an vero, quum ſe ad futura prepararet, hoc diu ante ſecum ita ſtatuiſſe exiſtimaretur.*

9. INTACTAM i. cum qua rem nondum habuerat. Ita *intacta Pallas* Horat. Od. I. 7. 5. *intacta Sabina* Prop. II. 7. 8. Juven. VI. 163. *intacta virgo* Cat. 62. 45. 56. *Tangere* enim eſt in obſcœnis. Mart. Epigr. I. 74. I.

Nullus in urbe fuit tota, qui tangere vellet
Uxorem gratis, Cæciliane, tuam.

10. SCRIBONIAM ſororem L. *Scribonii* Libonis, ſoceri S. Pompeji. Dio XLVIII. p. 366. C. Καὶ τὴν τοῦ πενθεροῦ αὐτοῦ Λουκίου Σκριβωνίου Λίβωνος ἀδελφὴν ἔγημεν: εἴ πως ἔκ τε τῆς εὐεργεσίας καὶ ἐκ τῆς συγγενείας φίλον αὐτὸν ποιήσαιτο. *Sororem L. Scribonii Libonis ejus* S. Pompeji *ſoceri ipſe duxit uxorem: ſi forte & beneficio, & affinitate amicum illum ſibi redderet*, conciliante has nuptias Mæcenate, Appian. B. C. V. p. 702. Ἐπέστελλε Μαικήνᾳ συνθέσθαι Σκριβωνίᾳ τῇ Λίβωνος ἀδελφῇ τοῦ κηδεύοντος Πομπηίῳ, ἵν' ἔχοι καὶ τήνδε ἀφορμὴν εἰς διαλύσεις εἰ δέοιτο: καὶ πυθόμενος ὁ Λίβων, ἐπέστελλε τοῖς οἰκείοις ἐγγυᾷν αὐτὴν τῷ Καίσαρι προθύμως. *Mæcenati ſcribebat, ut cum Scribonia ſorore Libonis ſoceri Pompeji tranſigeret, ut per hanc occaſionem cum Pompejo, ſi opus eſſet, pacem poſſet facere: his cognitis Libo ſuis ſcribebat, ut eam incunctanter collocarent Cæſari.* Inde Tacit. Ann. II. 27. 3. *Scribonia, quæ quondam Auguſti conjunx fuerat.* Noſt. *Gramm. c.* 19.

11. IN MATRIMONIUM ACCIPITUR, quæ ſit uxor, & non concubina. Plaut. Trin. III. 2. 64.

Me germanam meam ſororem in concubinatum tibi
Sic ſine dote dediſſe, magis quam in matrimonium.

Ulpian. Digeſt. XXV. 7. I. *Quæ in concubinatu eſt, ab invito patrono poterit diſcedere, & alteri ſe aut in matrimonium, aut in concubinatum dare.* Noſt. *Ner.* 35. 6.

12. CONSULARIUM horum alter eſt Scipio, pater Corneliæ, quam mortuam deflet *Prop.* IV. 12. quod aſſerit quoque *Reineſ. Epiſt. ad Hofman.* 60. alterum adhuc cum *Caſaubono* quærimus.

13. MATREM Corneliæ. Prop. IV. 12. 28.

Nec te dulce caput mater Scribonia læſi.

14. PERVERSITATEM MORUM. Potius, quia jam Liviam amare cœperat. Dio XLVIII. p. 377. D. Ἤδη γὰρ καὶ τῆς Λιουίας ἐρᾶν ἤρχετο, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὴν Σκριβωνίαν τεκοῦσάν οἱ θυγάτριον ἀπεπέμψατο αὐθημερόν. *Jam enim Liviam amare cœperat, ideoque Scriboniam, quum jam filiolam ſibi peperiſſet, eadem die repudiavit.* Noſt. *infr.* 69. 2.

15. LIVIA DRUSILLA ἦν δὲ θυγάτηρ Λιουίου Δρούσου, ὃς ἔν τε τοῖς ἐκτεθεῖσιν ἐν τῷ λευκώματι ἐγεγόνει, καὶ ἑαυτὸν μετὰ τὴν ἐν Μακεδονίᾳ ἧτταν κατεχρήσατο; γυνὴ δὲ τοῦ Νέρωνος. *Filia erat Livii Druſi, qui ex proſcriptis unus, ſeipſum poſt pugnam in Macedonia, vita exuerat; conjux vero Neronis.* Dio XLVIII. p. 383. D. *Druſum Claudianum* Liviæ patrem vocat *Paterc.* II. 94. I.

16. TIBERIUS NERO Claudius. Dio XLVIII. p. 366. A. Μετὰ τούτων τῶν τότε πρὸς τὸν Ἀντώνιον ἐκ τῆς Ἰταλίας ἐκχωρησάντων, καὶ Κλαύδιος Τιβέριος Νέρων ἔφυγε: φρουρὰν γάρ τινα ἐν τῇ Καμπανίᾳ εἶχε, καὶ ἐπειδὴ τὰ καθυπέρτερα τὰ τοῦ Καίσαρος ἐγένετο, ἀπῆρε σύν τε τῇ γυναικὶ Λιουίᾳ Δρουσίλλῃ, καὶ σὺν τῷ υἱεῖ Τιβερίῳ Κλαυδίῳ Νέρωνι: ὥστε καὶ τοῦτο ἐν τοῖς παραδοξοτάτοις συμβῆναι, ὅτε γὰρ Λιουίᾳ αὕτη ἡ τὸν Καίσαρα τότε φυγοῦσα, μετὰ ταῦτα αὐτῷ ἐγήματο. *Inter eos, qui ex Italia tunc ad Antonium profecti ſunt, Tiberius etiam Claudius Nero, præſidio in Campania quodam oppido præfectus, quia Cæſaris res obtinerent, cum uxore ſua Livia Druſilla, & filio Tiberio Claudio Nerone, eodem abiit: ſed poſtea temporis res maxime nova, & præter omnium opinionem evenit, ut Livia, quæ tum Cæſarem fugiebat, ei nuberet.* Noſt. *Tib.* 4. 1--5.

17. PRÆGNANTEM. Tacit. Ann. V. I. 3. *Exin Cæſar cupidine formæ aufert marito, adeo properus, ut ne ſpatio quidem ad enitendum dato, penatibus ſuis gravidam induxerit.* Hoc vero ex matrimoniorum, quæ tunc regnabat, licentia. Ita Octaviam Cæſaris ſororem, marito ejus defuncto, prægnantem tum, Antonio conjugem conciliaverunt. Καὶ τὴν Ὀκταουίαν τὴν τοῦ Καίσαρος ἀδελφὴν, γυναῖκα τῷ Ἀντωνίῳ, ἐπειδὴ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς ἐτετελευτήκει, καίτοι κύουσαν προμνηστευσάμενοι. Dio XLVIII. p. 375. E. Ita *Marciam* Catonis uxorem, quam ferebant tunc *prægnantem* fuiſſe, petiit Q. Hortenſius: (οὐκ ἀκινητῶν ἀποκαλυψάμενος αὐτὴν αὐτῷ γυναῖκα Κάτωνος Κόϊντος Ὁρτήσιος, (κύουσαν γὰρ αὐτὴν τότε τυγχάνειν λέγουσιν) Plutarch. Cat. min. p. 771. B. Sextum vero jam menſem ex Tiberio marito gravida fuerat Livia. Dio XLVIII. p. 383. D. Καὶ ἐκύει γε ἐξ αὐτοῦ μῆνα ἕκτον. Noſt. Claud. I. I. Tale vero conjugium felix fore reſponderat Apollo apud Prudent. contr. Symm. I. 262.

Idque deum ſortes, id Apollinis antra dederunt
Conſilium. Nunquam melius nam cedere tædas
Reſponſum eſt, quam cum prægnans nova nupta jugatur.

& licitum eſſe *pontifices* licet *per ludibrium conſului*, ut ait Tacit. Ann. I. 10. 7. Dio: Διστάζοντος δὲ τοῦ Καίσαρος, καὶ πυθομένου τῶν ποντιφίκων, εἰ ὅσιον ἐν γαστρὶ ἔχουσαν αὐτὴν ἀγαγέσθαι εἴη, ἀπεκρίναντο: ὅτι εἰ μὲν ἐν ἀμφιβόλῳ τὸ κύημα ἦν, ἀναβληθῆναι τὸν γάμον ἐχρῆν: ὁμολογουμένου δὲ αὐτοῦ, οὐδὲν κωλύειν ἤδη αὐτὸν γενέσθαι.

ἐσθαι. *Ambigenti autem Cæſari, ac ſciſcitanti a pontificibus, faſne ſibi eſſet eam prægnantem ducere, reſponſum eſt, ſi quidem ex quo mulier concepiſſet, dubitaretur, opus eſſe, ut nuptiæ differrentur: quia vero de eo conſtaret, nihil impedire, quin ſtatim fierent.*

18. ABDUCTAM Neroni uxorem dicit quoque Tacit. Annal. I. 10. 7. imo *incertum an invitam* V. I. 3. ſed *deſpondiſſe* Auguſto *Neronem* Paterc. II. 79. 2. & hiſce Dio E. Ἐξέδωκε δὲ αὐτὴν αὐτὸς ὁ ἀνὴρ, ὥσπερ τις πατήρ. Καί τι καὶ τοιοῦτον ἐν τῇ ἑστιάσει σφῶν συνηνέχθη: παιδίον τι ἰδὼν χωρὶς μὲν τὴν Λιουίαν μετὰ τοῦ Καίσαρος, χωρὶς δὲ τὸν Νέρωνα μεθ' ἑτέρου τοὺς κατακειμένους, προσῆλθέ τε αὐτῇ, καὶ ἔφη, τί ποιεῖς ἐνταῦθα κυρία; ὁ γὰρ ἀνήρ σου (δείξας αὐτὸν) ἐκεῖ κατάκειται. *Elocavit autem illam*, Liviam, *ipſe maritus, patris loco. In convivio illorum & hoc accidit. Puellus quidam, quum diverſo loco Liviam cum Cæſare, diverſo autem Neronem cum alio quodam accumbentem videret, acceſſit & dixit quid hic agis domina? maritus tuus (monſtravit illum) iſthic accumbit.* V. & noſt. *Cal.* 25. 3. §. 3.

CAPUT LXIII.

ARG. *Juliam filiam gignit, & M. Marcello, deinde M. Agrippæ, tandem Tiberio in matrimonium dat Octavius Cæſar Auguſtus.*

1 Ex Scribonia Juliam, ex Livia nihil liberorum [1] tulit, cum maxime cuperet.
2 Infans, qui conceptus erat, immaturus eſt editus. Juliam primum Marcello [2] Octaviæ ſororis ſuæ filio, tantum quod [3] pueritiam egreſſo, deinde, ut is
obiit [4], Marco Agrippæ [5] nuptum dedit [6], exorata ſorore, ut ſibi genero cederet [7].
3 Nam tunc Agrippa [8] alteram Marcellarum [9] habebat [10], & ex ea liberos [11]. Hoc quoque

1. EX LIVIA NIHIL LIBERORUM. Tacit. Ann. V. I. 4. *Nullam poſthac* Auguſto nupta, *ſubolem edidit. Eſt* enim *privatim diſſociatio corporum: & inter ſe ſteriles, ubi cum aliis junxere, gignunt: ſicut Auguſtus & Livia.* Plin. VII. 13. Ariſtot. Hiſt. anim. VI. 6. Συμβαίνει δὲ πολλοῖς ἀνδράσι καὶ πολλαῖς γυναιξὶ μετ' ἀλλήλων μὲν συνεζευγμένοις, μὴ δύνασθαι τεκνοποιεῖσθαι, διαζευχθεῖσι δέ. *Evenit multis viris & mulieribus, ut qui conjuncti inter ſe nequeant procreare, ubi diſſociati ſe junxere cum aliis, queant.* Unde Solin. c. I. *Mulierum aliæ in æternum ſteriles ſunt: aliæ mutatis conjugiis exuunt ſterilitatem.*

2. MARCELLO, de cujus & Juliæ nuptiis Dio LIII. p. 515. D. Τούς τε γὰρ γάμους τῆς τε θυγατρὸς τῆς Ἰουλίας καὶ τοῦ ἀδελφιδοῦ τοῦ Μαρκέλλου μὴ δυνηθεὶς ὑπὸ τῆς νόσου ἐν τῇ Ῥώμῃ τότε ποιῆσαι, δι' ἐκείνου καὶ ἀπὼν ἑώρτασε. *Nam quum nuptias filiæ ſuæ Juliæ & Marcelli ſororis filii propter morbum Romæ non poſſet facere, illius*, Agrippæ, *opera eas abſens celebravit.* Plutarch. Anton. p. 955. D. Τοῦτον μὲν ἅμα παῖδα καὶ γαμβρὸν ἐποιήσατο. *Hunc*, Marcellum, *ſimul adoptavit, & generum fecit Cæſar.* Auguſto IX. & M. Junio Silano conſulibus.

3. TANTUM QUOD i. tantummodo, nihil amplius quam, commodum, pauxillum ante. Gloſſæ: *tantum quod*, ἀρτίως. Cicer. Fam. VII. 23. *Tantum quod ex Arpinati veneram, cum mihi a te literæ redditæ ſunt.* Noſt. *infr.* 98. 3. *Ner.* 6. I. *Veſp.* 5. 8. V. & *Torrentium: Turneb.* XXVII. 18. *Salmaſ. Exerc. Plin. p.* 162. *b. D. Demſt. A. R.* II. 19.

4. OBIIT Marcellus Auguſto XI. & Calpurnio Piſone conſulibus I. anno ab U. C. 730. ut vult Pigh. Ann. III. p. 514. vel anno 731. ut Occo numiſm. Imper. p. 54. Reineſ. Epiſt. ad Hofman. 35. ab Antonio Muſa medico aquarum frigidarum lotionibus enectus. Dio LIII. p. 517. D. Ὁ δὲ δὴ Μάρκελλος, νοσήσας οὐ πολλῷ ὕστερον, καὶ τὸν αὐτὸν ἐκείνῳ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Μούσα τρόπον θεραπευόμενος, ἀπέθανε. *Marcellus exiguo poſt tempore morbo correptus, quum eodem modo*, quo Auguſtus ſupr. 59. §. 2. *a Muſa curaretur, mortem obiit.* Muſa enim *inſtituit a balneis frigida multa corpora adſtringi. Antea non erat mos, niſi calida tantum lavari.* Plin. XXV. 7. conſcia certe Livia. Dio ibid. p. 519. C. Αἰτίαν μὲν οὖν ἡ Λιουία τοῦ Μαρκέλλου ἔσχεν, ὅτι τῶν υἱέων αὐτῆς προετετίμητο. *Sane mortis Marcelli cauſa Livia a quibuſdam imputata eſt, quod eius filiis præferretur.* In aquis Bajanis extinctum dicit *Prop.* III. 16. 5. ſed refellitur a *Scalig. Caſtig. p.* 249.

5. M. AGRIPPA ex Aſia *reverſus filiam Cæſaris Juliam, quam in matrimonio Marcellus habuerat, duxit uxorem.* Paterc. II. 93. 3. M. Lollio & Q. Lepido conſulibus, ſive anno ab U. C. 732.

*6. NUPTUM DEDIT Mæcenate auctore. Dio LIV. p. 525. A. Καὶ ὅτι ὁ Μαικήνας συμβουλευομένῳ οἱ περὶ αὐτῶν τούτων εἰπεῖν λέγεται, ὅτι τηλικοῦτον αὐτὸν πεποίηκας, ὥστε ἢ γαμβρὸν γενέσθαι, ἢ φονευθῆναι. *Etiam Mæcenatis eum dictum moverat, qui conſultus hac de re, tantum, inquit, illum*, Agrippam, *jam feciſti, ut vel gener tuus fiat, vel occidatur, neceſſe ſit.*

7. EXORATA SORORE.... Plutarch. Anton. p. 955. D. Τῶν δὲ θυγατέρων Ἀγρίππᾳ τὴν ἑτέραν ἔδωκεν. Ἐπεὶ δὲ Μάρκελλος ἐτελεύτησε νεόγαμος κομιδῇ, καὶ Καίσαρι γαμβρὸν ἔχοντα πίστιν οὐκ εὔπορον ἦν ἐκ τῶν ἄλλων φίλων ἑλέσθαι, λόγον ἡ Ὀκταβία προσήνεγκεν ὡς χρὴ τὴν Καίσαρος θυγατέρα λαβεῖν Ἀγρίππαν, ἀφεῖσαν τὴν ἑαυτῆς. *Alteram filiam Agrippæ nuptum dedit* Octavia. *Quum vero Marcellus brevi poſt has nuptias interiſſet, neque Cæſari*

quoque defuncto, multis ac diu etiam ex equeſtri ordine [12] circumſpectis conditionibus [13], Tiberium privignum [14] ſuum elegit: coegitque prægnantem [15] uxorem [16], & ex qua jam pater erat [17], dimittere. Marcus Antonius ſcribit, *primum* 4
eum Antonio [18] filio ſuo deſpondiſſe Juliam: dein Cotiſoni Getarum [19] regi, quo tempore ſibi quoque invicem filiam regis [20] in matrimonium petiſſet.

Cæſari generum, cui fideret, ex ceteris amicis promptum eſſet deligere, ſermonem Octavia movit Cæſari, ut Agrippa ipſius filia dimiſſa duceret ſuam.

8. AGRIPPA, cui tres fuerunt uxores. Prima Pomponia Attici filia, altera Marcella Octaviæ filia, tertia Julia Augusti filia. V. & *Lipſ. in Tacit.* p. 59.

* 9. ALTERAM MARCELLARUM n. natu majorem. V. in ſtemmate Auguſtæo *Lipſium.* Minorem vero habuit Æmilius Paullus Cenſor, de quo *infr.* 64. 2. ut quidem Grævius præfat. ad Antiq. Rom. Tom. VII. * * 2. verſ. hariolatur ex inſcriptione, quam exhibet, ex lapide quodam petitam. *Fauſtus. Marcella. Paulli. piſtor.*

* 10. HABEBAT n. uxorem. Terent. Phorm. II. I. 66.

——— *Si cognata eſt maxime,*

Non fuit neceſſe habere.

Et ita Græci apud Lucian. Dial. Diog. & Hero. Tom. II. p. 298. Ὁ Ἡρακλῆς ἐν οὐρανῷ ἔχει Ἥβην. *Hercules in cælo habet Heben.* Quod ſtatim explicatur hiſce. Τὸ εἴδωλον γεγάμηκε τὴν Ἥβην παρὰ τοῖς θεοῖς. *Tua imago apud deos Heben uxorem duxit.*

* 11. LIBEROS ex Marcella Agrippam habuiſſe *l. l.* dubitat Lipſius, quia de illis nihil poſtea reperiatur, & colligit, aut ex illa nullam, aut ſi una aliqua fuerit, non fuiſſe vitalem prolem.

12. Ex EQUESTRI ORDINE. Tacit. Ann. IV. 39. 4. *Et quoniam audiverit, Auguſtum in collocanda filia, nonnihil etiam de equitibus Romanis conſultaviſſe.* 40. 7. *At enim Auguſtus filiam ſuam equiti Romano tradere meditatus eſt.*

13. CONDITIONIBUS I. dignitatibus, & variis honorum gradibus. *Babelonius.* * Quid ſi matrimoniis interpretaremur? De matrimonio dici *conditionem* dixi ad *Curt.* IV. II. 13. §. 32.

14. TIBERIUM PRIVIGNUM. Tacit. Annal. IV. 40. 8. *Sed ſi dubitatione Auguſti movemur; quanto validius eſt, quod M. Agrippa, mox mihi collocavit?* Dio LIV. p. 533. C. Καὶ προσαναγκάσας καὶ ἐκείνου τὴν γυναῖκα, τοί τε Ἰουλίαν οἱ ἐγγύησε. *Itaque & illi, Tiberio, prius adempta, quam habebat, uxore, Juliam ei deſpondit:* eodem anno, quo Octaviam ſororem amiſit, quem indicavit Dio ſupr. 61. 2. §. 5.

15. PRÆGNANTEM, τίκτοι τὸ ἐν γαστρὶ ἔχουσαν. Dio & noſt. *Tib.* 7. 4.

16. UXOREM τῷ Ἀγρίππου θυγατέρα ἐξ ἄλλης τινὸς γυναικὸς οὖσαν. *Agrippæ filiam, quæ erat ex alia quadam conjuge.* Dio, Pomponia nimirum Attici filia §. 7. Illam *Agrippinam* vocat noſter & *Vipſaniam* Tacitus *infr. Tib.* 7. 4. §. 7.

17. EX QUA JAM PATER ERAT, τέκνον τὸ μὲν ἤδη τρέφουσαν. Dio, *infantem jam alentem*, quem *Druſum* vocat noſter in *Tiberio* 7. 4.

18. ANTONIO *Antyllo* DESPONDISSE JULIAM Auguſtum docet etiam Dio XLVIII. p. 390. D. Καὶ ὅπως γε πλείοσι τοῖς τῆς συγγενείας συνδέσμοις συνέχοιντο ὅ τε Καῖσαρ Ἀντύλλῳ τῷ τοῦ Ἀντωνίου υἱεῖ τὴν θυγατέρα ἐνεγγύησε. *Et quo pluribus neceſſitudinis vinculis continerentur, Cæſar Antyllo, Antonii filio, filiam ſuam deſpondit.* Hoc vero, cum Antonius pater mortua jam Fulvia Octaviam duxerat, factum fuiſſe narrat Zonar. Ann. II. p. 150. Καὶ τότε δὲ, ἵνα πλείους αὐτοῖς ἐν συγγενείας σύνδεσμος γένοιτο, Ἀντύλλῳ τῷ τοῦ Ἀντωνίου υἱῷ τὴν θυγατέρα ὁ Καῖσαρ τὴν ἑαυτοῦ κατηγγύησεν. *Tum etiam, ut arctiore neceſſitudinis vinculo adſtringerentur, Antyllo Antonii filio filiam ſuam Cæſar deſpondit.* Hunc Antonii filium V. *ſupr.* 17. 12. §. 41.

19. GETAS V. *ſupr.* 21. 2. §. 11.

20. REGIS Cotiſonis. Illam ſibi in matrimonium petiiſſe Auguſtum, quamvis non petierit, ut qui ſemel *ductam Liviam unice & perſeveranter probaverit* ſupr. 62. 4. inimicus objicit Octavio Antonius. V. & *Schildium.*

CAPUT LXIV.

ARG. *Neptes collocat, inſtituit, cœtuque extraneorum prohibet, nepotes adoptat, ad rempublica curam admovet, circum provincias exercituſque dimittit, & rudimenta pleraque ipſe docet Octavius Cæſar Auguſtus.*

Nepotes ex Agrippa & Julia tres habuit, Cajum, Lucium [1], & Agrippam: 1.
neptes

* CAJUM ET LUCIUM, quibus in ipſa adoptione hæc prænomina ſunt impoſita, cum alia antea ab Agrippa tuliſſent. Paterc. II. 96. I. *Cujus, Agrippæ, liberos, nepotes ſuos, D. Auguſtus, prepoſitis Caji ac Lucii nominibus, adoptaverat.* Id more majorum factum; nam qui in alienam familiam per adoptionem tranſibant, fiduciarii patris prænomen, ac cognomen aſſumebant, retento tantum patris naturalis cognomine, vel nomine parumper immutato. Ita P. Cornelius Naſica Scipio a Q. Cæcilio

2 neptes duas, Juliam & Agrippinam. Juliam Lucio Paullo [2] cenſoris [3] filio, Agrip-
3 pinam Germanico ſororis ſuæ nepoti [4] collocavit. Cajum & Lucium adoptavit [5] domi [6] per aſſem & libram [7] emptos a patre Agrippa: teneroſque [8] ad curam Reipublicæ admovit: & conſules deſignatos [9] circum provincias exercituſque dimiſit.
4 Filiam & neptes ita inſtituit, ut etiam lanificio [10] aſſuefaceret: vetaretque loqui, aut

cilio Metello Pio adoptatus, dictus eſt Q. Cæcilius Metellus Pius Scipio. Auguſtus ante adoptionem vocabatur C. Octavius Thurinus; at ab avunculo adoptatus, vocari cœpit C. Julius Cæſar Octavianus. Ita Agrippæ filii ex Vipſaniis in Julios tranſierunt, cognomento Cæſares, quod antiquum erat Juliorum cognomen. *Noriſ. Cenot. Piſ.* II. *c.* I. *Cajum* præponit *Lucio* etiam c. 65. n. 3. & 7. Tib. 23. 3. quia fuit natu major. Plin. VI. 27. *Dionyſium præmiſit D. Auguſtus, ituro in Armeniam ad Parthicas Arabicaſque res majore filio.* In illam vero miſſus erat *Cajus*. Vell. 65. 3. §. 9. Noſt. Tib. 12. 3. Unde in undecima Urbis regione Victor ponit baſilicam Caji & Lucii Cæſarum, Cajo præpoſito, ut majore natu. Præpoſtero itaque ordine naturæ *Cajo Lucium*, qui minor natu fuit, præponit Senec. Contr. II. 4. *Cæſar nepotes ſuos Lucium & Cajum adoptaturus.* Dorleans in Tacit. p. 14. 2.

2. LUCIUM PAULLUM hunc eſſe illum, qui prius habuit uxorem Corneliam ex familia Libonum, de qua Prop. IV. 12. & cui poſt Corneliæ obitum nupſerit Julia, putant *Beroaldus* & *Noriſ. Cenot. Piſan. Diſſ.* II. *p.* 245. perſuaſi, quod a noſtro *cenſoris filius* vocatur, & cenſuræ mentio fiat apud Prop. n. 21.

Me neque cenſura legem molliſſe.

& n. 47.

Filia tu ſpecimen cenſuræ nacta paternæ.

* 3. CENSOR fuit L. Æmilius Paullus cum L. Munatio Planco V. Dionem *ſupr.* 37. 2. §. II. Noſtrum Claud. 16. I.

4. SORORIS SUÆ NEPOTI, quia filius fuit Antoniæ minoris, quam duxerat Druſus Liviæ filius. Plutarch. Anton. p. 955. E. Τὴν δὲ σωφροσύνῃ καὶ κάλλει περιβόητον Ἀντωνίαν Δροῦσος ὁ Λιβίας υἱὸς, πρόγονος δὲ Καίσαρος: ἐκ τούτων ἐγένετο Γερμανικὸς καὶ Κλαύδιος. *Alteram caſtitate & forma celebrem Antoniam Druſus Liviæ filius privignus Cæſaris: ex his procreati Germanicus & Claudius.* Noſt. *Cal.* I. I.

* 5. ADOPTAVIT Cajum & Lucium, quo imperantis familiæ principatum uno & altero ſucceſſore firmaret, cum a pluribus ſibi ſtructas inſidias evaſiſſet. Dio 54. p. 533. C. Αὐτὸν εὐθὺς ὁ Αὔγουστος μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ Γαΐου ἐποιήσατο: μὴ ἀναμείνας σφᾶς ἀνδρωθῆναι, ἀλλ' αὐτόθεν διαδόχους τῆς ἀρχῆς ἀποδείξας, ἵν' ἧττον ἐπιβουλεύηται. *Hunc, Lucium, & fratrem ejus Cajum Auguſtus, quo tutior eſſet ab inſidiis, non exſpectato, dum virilem ætatem attingerent, ſtatim adoptavit, & hæredes imperii facit.* V. *Noriſ. Cenot. Piſan. Diſſ.* II. *c.* I.

6. DOMI, quod illi, cum adhuc in patris eſſent poteſtate, ſolo ejus conſenſu per mancipationem rite factam Auguſto tradi poterant, quæ proprie *adoptio* eſt, quam fieri dicit Gell. V. 19. *quum a parente, in cujus poteſtate ſunt, tertia mancipatione in jure ceduntur: atque ab eo qui adoptat, apud eum, apud quem legis actio eſt, vindicantur.*

7. PER ASSEM ET LIBRAM emptio quomodo inſtituta fuerit, docet in Cicer. Topic. III. Boethius: *Eſt mancipatio imaginaria quædam venditio, quod ipſum jus proprium Romanorum eſt civium, eaque res ita agitur, adhibitis non minus quam quinque teſtibus Romanis civibus puberibus, & præterea alio ejuſdem conditionis, qui libram æneam teneat, qui vocatur libripens. Is qui mancipium accipit, æs tenens ita dicit; hunc ego hominem ex jure Quiritium meum eſſe aio, iſque mihi emptus eſt hoc ære, æneaque libra, deinde ære percutit libram, indeque æs dat ei, a quo mancipium accepit.* Unde Horat. Epiſt. II. 2. 158.

Si proprium eſt, quod quis libra mercatur & ære.

Ubi Porphyrio: *Verba juris ſunt, quibus omnis emptio confirmatur, cum per libram expenſa pecunia per æs ipſum pretium demonſtratur.* Liv. VI. 14. *Ideo rem creditori palam populo ſolvit: libraque & ære liberatum emittit.* V. *Donatum. Lipſ. in Tacit. Ann.* I. §. 21. *Laz. Comm. R. R.* II. I. *Sigon. de jur. civ.* I. 10. *de judic.* I. 12. *Salmaſ. de mod. uſur. c.* 6.

8. TENERI dicuntur, qui ætatis ſunt *tenerioris.* Ita Octavium, quum *intra decem & octo annos* eſſet, quamvis parum exacte ad Octavii annos, *tenerum* dicit *Flor.* IV. 4. 2. Noſt. *Ner.* 7. I. qui *impubem* & *tenerum* conjungit *Claud.* 43. 4. & *pueros primæ teneritudinis* dicit *Tib.* 44. I. V. ad hunc locum, cui plurimum debet Florus, *Grævium.*

9. CONSULES DESIGNATOS Cajum & Lucium docet quoque Tacit. Ann. I. 3. 3. *Genitos Agrippa Cajum & Lucium in familiam Cæſarum induxerat; necdum poſita puerili prætexta principes juventutis appellari, deſtinare conſules ſpecie recuſantis flagrantiſſime cupiverat.*

10. LANIFICIUM *apud matronas quondam magnæ laudi fuit, lanamque feciſſe mulierem pudicitiæ & probitatis ſignum erat.* Alex. Gen. IV. 8. Hinc *lanam cum colo & fuſo Tanaquilis, quæ eadem Caja Cæcilia vocata eſt, in templo Sangi duraſſe, prodente ſe, auctor eſt M. Varro* apud *Plin.* VIII. 48. Et *Lucretiam nocte ſera deditam lanæ inter lucubrantes ancillas in medio ædium ſedentes* invenerunt regii juvenes apud *Liv.* I. 57. De Minyeidibus Ovid. Met. IV. 34.

Aut ducunt lanas, aut ſtamina pollice verſant,
Aut hærent telæ, famulaſque laboribus urgent.

In vetuſto quoque lapide ſepulcrali inter matronalia

aut agere quidquam, niſi propalam [11], & quod in diurnos commentarios [12] referretur. Extraneorum quidem cœtu adeo prohibuit, ut Lucio Vinicio [13] claro de- 5
coroque juveni, ſcripſerit quondam, *parum modeſte feciſſe eum, quod filiam ſuam Bajas ſalutatum veniſſet.* Nepotes, & literas & natare [14] aliaque rudimenta per ſe 6
plerumque [15] docuit: ac nihil æque elaboravit, quam ut imitarentur chirographum [16] ſuum. Neque cœnavit una, niſi ut in imo lecto [17] adſiderent [18]: neque 7
iter fecit, niſi ut vehiculo anteirent [19] aut circa adequitarent.

nalia ornamenta & decora illud eſt præcipuum: *domum ſervavit, lanam fecit.* * Imo quo modo lanificium eſſet exercendum, ſciebant mulieres, ignorabant viri. Xenoph. Memor. III. p. 780. A. Ἐν δὲ ταλασίᾳ καὶ τὰς γυναῖκας ἐπεδείκνυεν ἀρχούσας τῶν ἀνδρῶν, διὰ τὸ τὰς μὲν ἰδέναι, ὅπως χρὴ ταλασιουργεῖν, τοὺς δὲ μὴ ἰδέναι. *In lanificio etiam mulieres viris præeſſe monſtrabat, quod illæ ſciant, quo pacto lanificium ſit exercendum, viri contra ignorent.* Unde & hoc mulierum proprium eſſe dicit idem V. p. 840. B. Ἄλλαι δέ τοι ἴδιαι ἐπιμέλειαι, ὦ γύναι....

11. Loqui et agere nisi propalam eſt & inter Nicoſtrati præcepta apud Stobæum: Ἀλλὰ καὶ περὶ σωφροσύνης πάλιν τὰς οἰκέτας ἐθιστέον οὕτως, ὅπως ὁμιλεῖν μηδενὶ ἐξέστω αὐτῶν πρὸς τὸ οὖς αὐτῇ διαλέγεσθαι λάθρα. *Quin etiam domeſtici omnes hoc pacto ſunt ad temperantiam aſſueſaciendi, ut nulli ipſorum confabulari, aut in aurem clam aliquid dicere concedatur.* * Ideo de ſe Apul. Apol. p. 276. *Nullum meum factum, vel dictum exſtat, de quo differere publice non poſſim.* p. 300. *Ego nihil clanculo, ſed omnia in propatulo ago.* Et M. Livius Druſus *cum ædificaret domum, & architectus ei promitteret, ita ſe eam ædificaturum, ut libera a conſpectu, immunis ab omnibus arbitris eſſet, neque quiſquam in eam deſpicere poſſet: tu vero, inquit, ſi quid in te artis eſt, ita compone domum meam, ut quidquid agam, ab omnibus perſpici poſſit.* Paterc. II. 14. 3.

12. Diurni commentarii ſunt privatæ domus Auguſtæ ephemerides, quas ſervus, vel libertus aliquis curabat. Cicer. pro Quint. c. 18. *Diſcedens in memoriam rediit Quintius, quo die in Galliam profectus ſit: ad ephemeridem revertitur, invenitur dies profectionis.* Mos eſt a Græcis ortus, ut pluribus docet *Caſaubonus.* V. etiam quæ dixi ſupr. Jul. 56. 1. §. 1.

13. Vinicii Auguſti convivæ mentio fit *infr.* 71. 5.

* 14. Natare quare didicerint juvenes Romani, docui ſupr. Jul. 57. 2. §. 9. *Notare* tamen eſſe legendum contendit Lipſius, ut monui *l. l.*

* 15. Per se docebant parentes interdum liberos natandi artem. Cato Priſcus apud Plutarch. p. 348. B. *Filium ſuum præivit, & docuit ipſe fluminum verticoſa, aut rapida natando ſuperare, ac tranſmittere.* Auguſtus etiam nepotes hoc loco.

16. Chirographum imitari quid ſit, dixi ſupr. *Caſ.* 17. 2. §. 8. Hoc *Alexidis manum amare* dicitur *Cicer. Attic.* VII. 2. Forte, ut hariolatur *Caſaubonus*, eorum opera in ſcribendis ſecretioribus epiſtolis uti deſtinabat: non enim legimus illum eorum miniſterio uſum qui e re appellabantur *a cura epiſtolarum*, vel *ab epiſtolis:* etſi habuit *a manu*, ut Thallum. Noſter, ſive quiſquis fuerit auctor *Horat. vit.* §. 6.

17. Imum lectum *ad fulcra lectorum* dicit noſt. *Claud.* 32. 3. & *imum ſubſellium* Plaut. Stich. III. 2. 33.

Scis tu me eſſe imi ſubſellii virum.

Sub oculis enim parentum educabantur. & in conviviis cibum capiebant etiam principum liberi. Tacit. Ann. XIII. 16. 1. *Mos habebatur, principum liberos cum ceteris idem ætatis nobilibus ſedentes veſci in adſpectum propinquorum, propria & parciore menſa.* Athen. IV. p. 149. C. Οἱ δὲ παῖδες ἐν ταῖς ἑστιάσεσι μετὰ τῶν πατέρων ἐπὶ λίθων καθήμενοι, γυμνοὶ συνδειπνοῦσιν. *Pueri nudi cum patribus in conviviis, ſaxo inſidentes, una cibum capiunt.* V. & *Meurſ. Auct. Philol.* c. 36. *Chiment. biſell. c.* 29. *Buleng. de conv.* I. 14. *Urſin. de triclin. p.* 251. Hi vero num epulis ſint adhibendi, nec ne, diſputat *Stuck. A. C.* I. 17: II. I.

18. Adsiderent, quia accubitum a pueris, quaſi luxuriæ ritum illi ætati non decorum, ſpernebant. Tacitus §. 17. Unde & *feminæ cubantibus viris ſedentes cœnitant, & Jovis epulo ipſo in lectulum, Juno & Minerva in ſellas ad cœnam invitantur* apud *Val. Max.* II. I. 2. Quod & de ſervis pluribus docet *Lipſ. Tacit. p.* 148. V. etiam *Potter. Archæol. Græc.* IV. 20.

19. Vehiculo anteirent, cum principe enim vehi magni honoris loco habitum. Lamprid. Alex. c. 22. *Præſides provinciarum, quos vere, non factionibus laudari comperit, in itineribus ſecum ſemper in vehiculo habuit.* Unde Capitol. in Vero c. 3. *Neque in itinere cum patre, ſed cum præfecto prætorii vectus eſt.* Ubi *Caſaubonus.*

CAPUT LXV.

ARG. *A fortuna deſtituitur, Julias relegat, Cajum & Lucium amittit, Agrippam & Tiberium adoptat, ſed Agrippam abdicatum Surrentum ſeponit, & deinde in inſulam tranſportatum militibus ſepit, & ſuorum dedecora ferre non poteſt Octavius Cæſar Auguſtus.*

Sed:

Sed lætum eum atque fidentem, & ſubole [1] & diſciplina domus [2], fortuna deſtituit [3]. Julias, filiam [4] & neptem [5] omnibus probris [6] contaminatas relegavit [7]. Cajum & Lucium in duodeviginti [8] menſium ſpatio amiſit [9] ambos, Cajo [10] in Lycia [11], Lucio Maſſiliæ defunctis. Tertium nepotem Agrippam, ſimulque

SUBOLE i. liberorum multitudine. Quid *ſuboles*, & quomodo ſcribatur, dixi ad Curt. IV. 14. 22. §. 92.

2. DISCIPLINA DOMUS i. liberorum educatione diligentiori.

3. FORTUNA DESTITUIT. Ut enim illa *valida divo Auguſto in Rempublicam; ita domi improſpera fuit, ob impudicitiam filiæ ac neptis.* Tacit. Ann. III. 24. 2. Idem fere de Herode Joſeph. Antiq. Jud. XVI. 6. Τῷ γὰρ ὄντι πλεῖστα μὲν τῶν ἔξωθεν, καὶ παρ' ἐλπίδας εἰς εὐτυχίαν αὐτῷ τὸ δαιμόνιον προσετίθει: μέγιστα δὲ τῶν οἴκοι, καὶ μηδὲ προσδοκώμενα, δυστυχεῖν αὐτῷ συνέβαινεν: ἑκατέρως προϊόντος ὡς οὐκ ἄν τις ᾤετο, καὶ παρέχοντος ἀμφισβητεῖν τὴν ὑπερβολὴν, εἰ δέον τὴν τοσαύτην εὐτυχίαν τῶν ἔξωθεν πραγμάτων, ἀλλάξαι τῶν οἴκοι κακῶν, ἢ τοσοῦτο μέγεθος τῶν περὶ τοὺς οἰκείους συμφορῶν διαφυγεῖν ἐν τῷ μηδὲ τὰ βασίλεια θαυμαζόμενα κτήσασθαι. i. interprete Gelenio, *revera enim quemadmodum foris ſupra ſpem fortuna utebatur propitia, ſic domi præter opinionem omnia male cedebant: ut merito ambigendum ſit, poſſitne penſari tanta felicitate externa ejus calamitas domeſtica, an ſatius eſſet carere ex æquo utraque, & intra privatam fortunam conſiſtere.*

4. FILIAM relegavit in inſulam Pandateriam. Dio LV. p. 555. B. Κἀκ τούτου ἐκείνην μὲν ἐς Πανδατερίαν τὴν πρὸς Καμπανίᾳ νῆσον ὑπερωρίσθη. *Itaque illa*, Julia, *in Pandateriam, quæ ſita eſt ad Campaniam inſula*, de qua plura *infr. Tib.* 53. 3. §. 10. *relegata eſt*, & deinde in oppidum Rheginorum. Tacit. Ann. I. 53. 1. *Julia olim a patre Auguſto Pandateria inſula, mox oppido Rheginorum, qui Siculum fretum accolunt, clauſa.* Factum hoc Lælio Balbo, & C. Antiſtio Vetere conſulibus. Dio, ſive anno ab U. C. 747.

5. NEPTEM relegavit in inſulam Trimerum. Tacit. Ann. IV. 71. 3. *Quam neptem Auguſtus convictam adulterii damnaverat, projeceratque in inſulam Trimerum, haud procul Apulis littoribus. Illic viginti annis exſilium toleravit, Auguſtæ ope ſuſtentata*, Appio Junio Silano & P. Silio Nerva conſulibus, ſive anno ab U. C. 780. V. *Pigh. Ann.* III. *p.* 556.

6. PROBRIS i. ſtupris, adulteriis. V. *ſupr. Cæſ.* 43. 4. §. 10. De filiæ *probris* Paterc. II. 100. 3. *Quippe filia ejus Julia, per omnia tanti parentis ac viri immemor, nihil quod facere aut pati turpiter poſſet femina, luxuria, libidine infectum reliquit, magnitudinemque fortunæ ſuæ peccandi licentia metiebatur; quidquid liberet, pro licito vindicans.* Dio LV. p. 555. A. Τὴν μέντοι Ἰουλίαν τὴν θυγατέρα, ἀσελγαίνουσαν οὕτως, ὥστε καὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ, καὶ ἐπ' αὐτῷ γε βήματος καὶ κωμάζειν νύκτωρ καὶ συμπίνειν, ὀψὲ δή ποτε φωράσας ὑπερωργίσθη. *Juliam filiam ſuam adeo laſcivia progreſſam, ut in ipſo etiam foro, & roſtris, nocturnas comeſſationes, ac compotationes ageret, ſero tandem cum deprehendiſſet, immodica ira correptus eſt.* Et eadem, quæ Dio. *Senec. de Benef.* VI. 32. & *Zonar.* II. *p.* 167. De neptis *probris* Tacit. §. 5. De utriuſque Solin. c. I. *Detectum filiæ adulterium, nec minore dedecore neptis infamia.*

7. RELEGATIONE tum temporis ſimplex puniebatur adulterium. Plin. Epiſt. VI. 31. 4. *Sequenti die audita eſt Galitta adulterii rea. Nupta hæc tribuno militum honores petituro; & ſuam, & mariti dignitatem centurionis amore maculaverat. Cæſar excuſſis probationibus centurionem exauctoravit, atque etiam relegavit.* Tacit. Ann. II. 50. 5. *Adultero Manlio Italia atque Africa interdictum eſt*: 85. 3. *Veſtilia in inſulam Seriphon abdita eſt* i. relegata, interprete *Lipſ. in Tacit. p.* 91. ubi de variis adulteriorum pœnis agit poſt *Cujac. Obſerv.* VI. II.

* 8. DUODEVIGINTI... Lucius enim obiit die circiter vigeſimo Auguſti an. ab U. C. 755. Cajus vero e vivis exceſſit die primo & vigeſimo Februarii an. ab U. C. 757. menſe Aprili inchoando, ex altero Piſano lapide. *Pagi Critic. Hiſtor. Chronol. in Annal. Baron. ad a. D. Jeſu* 2. Eadem ratio eſt illius περιοχῆς in ſacris literis, Matth. 12. 40. ubi D. Jeſus dicitur tres dies & tres noctes futurus eſſe in corde terræ, cum tamen primi & ultimi diei paucis horis tantum fuerit in ſepulcro. Nimirum dies primus & tertius imperfecti pro perfectis accipiuntur. *Gravius. Intra triennium defunctos* dicit noſt. Tib. 15. 2. nec tamen ſibi contradicit, quia Cajus poſt Lucii mortem ſuperſtes fuit parte anni Juliani ſeptimi & quadrageſimi, uſque ad exitum Decembris, item altero anno inſequenti, ac parte anni Juliani noni & quadrageſimi a Kal. Jan. ad nonum Kal. Mart. atque adeo *intra triennium* ambo *defuncti* ſunt. *Noriſ. Cenot. Piſ. Diſſ.* II. *c.* 17. Ita *in duodeviginti menſium ſpatio ambos amiſit.*

9. AMISIT veneno a Livia & Tiberio ſublatos. Tacit. Ann. I. 3. 4. *Lucium Cæſarem euntem ad Hiſpanienſes exercitus, Cajum remeantem Armenia, & vulnere invalidum, mors fato propera, vel novercæ Liviæ dolus abſtulit.* Zonar. II. p. 167. Ἤτε ἡ Λιβία ἐπὶ τῷ θανάτῳ τούτων ὑπωπτεύθη, καὶ ὁ Τιβέριος ἐν πολλῷ πρότερον ἐκ τῆς Ῥόδου πρὸς τὴν Ῥώμην ὑπονοστήσας. Αὐτός τε γὰρ τῆς διὰ τῶν ἄστρων μαντικῆς ἐμπειρότατος ἦν, καὶ Θράσυλλον εἶχεν ἄνδρα τῆς ἀστρολογίας ἀκριβέστατον, ὅθεν καὶ τὰ ἑαυτοῦ, καὶ τὰ ἐκείνοις μέλλοντα συμβαίνειν ἠπίστατο. *Unde Livia & Tiberius non multo ante Rhodo reverſus ſuſpicione non caruerunt. Nam cum & ipſe divinationis ex ſideribus peritiſſimus eſſet: quid & ſibi, & illis eventurum eſſet, præſciebat.* Imo de Livia affirmat Tacit. Ann. IV. 71. 6. *Quæ florentes privignos cum per occultum*

que privignum Tiberium adoptavit [12] in foro, lege curiata [13]. Ex quibus Agrip- 4
pam brevi ob ingenium ſordidum [14] ac ferox [15] abdicavit [16], ſepoſuitque [17] Surrentum.

occultum ſubvertiſſet. Unde Auguſti infortuniis annumerant *incuſatas liberorum mortes* Plin. VII. 45. Solin. c. I.

10. Cajo *in Lycia*... Paterc. II. 102. 2. *Armeniam deinde ingreſſus* Cajus, *prima parte introitus proſpere geſſit; mox in colloquium (cui ſe temere crediderat) circa Artageram graviter a quodam nomine Adduo, vulneratus.... Deinde relučtatus, invitusque revertens in Italiam, in urbe Lyciæ (Limyram nominant) morbo obiit; cum ante annum ferme L. Cæſar, frater ejus, Hiſpanias petens Maſſiliæ deceſſiſſet.* V. tamen, ſi lubet, *Lipſ. in Vellejum* & in *Tacit. Annal.* I. §. 24. & ex *Lipſio in Flor.* IV. 12. 42. *Freinſhemium*, nec non *Voſſium in Vellejum. Noriſ. Cenot. Piſan. Diſſ.* II. c. 17. *Pag. Hiſtor-Chronol. in Annal. Baron. ad a. D. Jeſu* 2. §. 2.

11. Lycia regio eſt Aſiæ inter Cariam & Pamphyliam. Eam deſcribunt *Strab.* XIV. *p.* 457. 458. *Ptolem.* V. 3. *Mel.* I. 15. *Plin.* V. 27.

12. Adoptari nonniſi in foro, conſenſu populi, coram pontificibus, lege curiata, poterant illi, qui morte parentum ſuorum jam patresfamilias facti, in alterius tranſmittebantur poteſtatem. Homo enim liber caput mutare nequit, niſi populo conſentiente; cives quippe ipſius reipublicæ ſunt. Atque hæc proprie appellatur *arrogatio.* De illa Gell. V. 19. *Arrogantur ii, qui, quum ſui juris ſunt, in alienam ſeſe poteſtatem tradunt: ejusque rei ipſi auctores ſiunt. Sed arrogationes non temere, nec inexplorate committuntur; nam comitia arbitris etiam pontificibus præbentur, quæ curiata appellantur. Arrogari non poteſt, niſi jam veſticeps. Arrogatio autem dicta; quia genus hoc in alienam familiam tranſitus per populi rogationem fit.* V. *Ictos & Torrent.* c. 64. 3. & *Tib.* 15. 2. §. 7.

13. Legis curiatæ meminit & Tacit. Ann. XI. 22. 4. *Sed quæſtores, regibus etiam tum imperantibus, inſtituti ſunt: quod lex curiata oſtendit, ab L. Bruto repetita.* Dicebantur *curiatæ*, quod comitiis eſſent latæ *curiatis. Curiata* vero *comitia* dicit Gell. XV. 27. *eſſe, quum ex generibus hominum ſuffragium ferebatur;* ſive, quum populus per *curias* diviſus ſententiam rogabatur, ut quod plures *curiæ* ſtatuiſſent, id juſſum populi eſſe diceretur. In *curias* populum diviſit Romulus apud Dionyſ. II. p. 82. Τριχῇ νείμας τὸ πλῆθος ἅπαν, ἑκάστῃ τῶν μοιρῶν τὸν ἐπιφανέστατον ἐπέστησεν ἡγεμόνα. Ἔπειτα τῶν τριῶν πάλιν μοιρῶν ἑκάστην εἰς δέκα μοίρας διελὼν, ἴσους ἡγεμόνας καὶ τούτων ἀπέδειξε τοὺς ἀνδρειοτάτους. Ἐκάλει δὲ τὰς μὲν μείζους μοίρας, τρίβους· τὰς δ' ἐλάττους, κουρίας. *In tres partes diviſa univerſa multitudine ſingulis præfecit ducem præclariſſimum. Deinde rurſus unamquamque illarum trium partium in decem partitus, totidem eis duces præpoſuit ſingulis fortiſſimum quemque.. Majores autem partes, tribus; minores, curias appellavit. Lege curiata* privatorum adoptiones apud pontifices fiebant. Illa etiam Piſonem adoptat Galba, qui apud Tacit. Hiſt. I. 15. I. *apprehenſa Piſonis manu, in hunc modum loquutus fertur; Si te privatus, lege curiata apud Pontifices, ut moris eſt, adoptarem.* Clodium Fontejus. *Dio* XXXIX. *p.* 97. *A.* adoptandus fuiſſet Octavius. *Dio* XLV. *p.* 272. *B.* V. & *Gruch. de comit.* III. 5. *Sigon. de jur. civ.* I. 10. *Buleng. de imp.* II. I. *Lax. Comm. R. R.* XII. 3: VI. 3. *Gutber. de jur. pont.* II. 5. *Auguſtin. de L. L.* c. 8. *Hunger. in Cuſpin* p. 520.

14. Sordidum vulgo quidem; ſed *ſcordalum* codex Salmaſii. Hoc vero & mihi placet. Vocabulum Latinis ſatis uſitatum. Senec. Epiſt. 56. *Adjice nunc ſcordalum.* 83. *Tullius Cimber & nimius erat in vino & ſcordalus.* M. Sen. ſuaſor. 8. *Erat autem etiam, ubi pietas non exigeret, ſcordalus.* Petron. c. 55. *Redditaque ſcordalo vice.* Significat hominem in vino contumelioſum, quales fuerunt Tullius Cimber & Cicero filius. Talem deſcribit Dio Agrippam LV. p. 570. A. Τὴν Ἰουλίαν, ὡς μητρυιὰν, διέβαλλεν, αὐτῷ τε τῷ Αὐγούστῳ πολλάκις ὑπὲρ τῶν πατρῴων ἐπεκάλει. *Juliam, quaſi novercam conviciis proſcidit, ipſumque ſæpius Auguſtum propter patris bona inſimulavit.* Dicitur quaſi *ſcorodalus* a Græco σκόροδον allium: unde σκοροδίζειν alliis paſcere, alliis ante pugnam gallos gallinaceos præmunire, & ἐσκοροδισμένος, & σκόρδαλος pro animoſo & audace. Iſidor. Gloſſ. *Scordalus, ferox.* De hac voce etiam agunt *Salmaſ. Exerc. Plin. p.* 907. *b. F. Swdrt. Anal.* III. 18. *Turneb. Adv.* VII. 4. & ex Turnebo *Erhard. in Petron. p.* 667.

15. Ferox I. elatum, animo ſuperbum. Unde *ferox forma* Plaut. Mil. IV. 9. 13. *ferox fortunis* Attius apud Non. IV. 192. Plura exempla ſi volueris, invenies apud *Voſſ. de vit. ſerm.* I. 33. *Certe rudem bonarum artium, & robore corporis ſtolide ferocem* Agrippam dicit Tacit. Ann. I. 3. 6. Liberorum vero *ferocia* inter abdicationis cauſas fuit apud veteres. Quintil. Decl. 279. *Lex abdicationis adverſus ferociam juvenum conſtituta eſt.* Lucian. Ἀποκηρυττ. p. 723. Διὰ τοῦτ' ἂν ἄξιος εἴης ἀποκηρύξεως, ἀπειθῶν τῷ πατρί. *Ob hoc dignus fueris, qui abdiceris, quippe immorigerus patri.*

16. Abdicare dicitur pater filium, quem ſe vivo a bonis repellit, & quaſi extra familiam ejicit. Senec. Contr. I. *Ego indicabo, cur me abdices: tu indica, cur adoptaveris.* Val. Max. VI. 9. 2. *Sive patrem aſpiciam, abdicationis inurentem notam.* Græcis, quibus maxime in uſu, *abdicatio* ἀποκήρυξις dicitur. Cod. VIII. 47. §. 6. *Abdicatio, quæ Græco more ad alienandos liberos uſurpatur, & ἀποκήρυξις dicebatur, Romanis legibus non comprobatur.* Unde ἀποκηρυχθεὶς ἀπὸ τοῦ πατρὸς, *abdicatus a patre* dicitur Themiſtocles *Æliano V. H.* II. 12. & Agrippa Dioni *ſupr.* 49. 6. §. 19. Auguſti infortuniis *pudendam Poſtumi Agrippæ abdicationem poſt adoptionem* annumerant *Plin.* VII. 45. *Solin.* c. I.

17. Se-

6 rentum [18]. Aliquanto autem patientius mortem quam dedecora ſuorum [19] tulit.
7 Nam Caji Luciique caſu non adeo fractus [20], de filia abſens, ac libello [21] per quæſtorem [22] recitato, notum ſenatui fecit [23], abſtinuitque congreſſu hominum
8 diu præ pudore: etiam de necanda deliberavit. Certe cum ſub idem tempus una ex conſciis liberta, Phœbe [24] nomine, ſuſpendio vitam finiſſet, *maluiſſe ſe*, ait,
9 *Phœbes patrem fuiſſe.* Relegatæ uſum vini, omnemque delicatiorem [25] cultum [26] ademit:

17. SEPOSUIT i. relegavit, ut *Tib.* 15. 3. *Oth.* 3. 5. Eſt proprie removere, & procul ponere. Unde gens, in remotis quæ habitat finibus, *ſepoſita* dicitur Martial. *ſupr. Cæſ.* 39. 11. §. 46. & *fons ſepoſitus* Prop. I. 20. 12.

Raram ſepoſiti quærere fontis aquam.

V. & *Barth. Adv.* XIII. 1: XXIII. 19. & ex illo *Weitz. in Val. Flacc.* I. 632. * Hinc honeſta aliqua negotiorum ſpecie relegare, adeoque paullo minus quam in exſilium mittere. Noſt. *Oth.* 3. 5. *Tit.* 9. 5.

18. SURRENTUM, urbs eſt Campaniæ, inter Neapolim, & promontorium Minervæ. Corrupti nominis veſtigia adhuc hodie ſervat; Italis enim nominatur *Sorrento*. V. *Cluver. Ital. Ant.* IV. 3. 15. *Pinedo in Stephanum.* Et deinde *in inſulam* noſt. infr. n. 12. quam Πλανασίαν τὴν πρὸς Κύρνῳ νῆσον, *Planaſiam Corſicæ propinquam inſulam* dicunt *Dio* LV. *p.* 570. *A. Tacit. Ann.* I. 3. 7.

19. MORTEM SUORUM quam patienter tulerit Auguſtus, docet Senec. ad Marc. c. 15. *Divus Auguſtus amiſſis liberis, nepotibus, exhauſta Cæſarum turba, adoptione deſertam domum fulſit. Tulit tamen fortiter:* ad Polyb. c. 34. *Tot, tantoſque luctus cepit rerum omnium capaciſſimum ejus pectus, victorque Auguſtus non regionum tantummodo externarum, ſed etiam dolorum fuit.* * docet Tacit. Ann. III. 6. 3. *Referendum jam animum ad firmitudinem, ut quondam D. Julius amiſſa unica filia, ut D. Auguſtus ereptis nepotibus, abſtruſerint triſtitiam.* Quam vehementer tamen Caji interitum luxerit, ex ejus cum Pollione querelis intelligimus. Senec. Contr. IV. procemio. *Cum mortuo in Syria* (erras Seneca, in *Lycia* eſt mortuus *ſupr.* 3. 10.) *Cajo Cæſare per codicillos queſtus eſſet D. Auguſtus, ut erat illi clementiſſimo viro, non civiliter tantum, ſed etiam familiariter, quod in tam magno & recenti luctu ſuo homo cariſſimus ſibi, pleno convivio cœnaſſet, reſcripſit Pollio: Eo die cœnavi quo Herium filium amiſi. Quis exigeret majorem ab amico dolorem quam a patre.*

20. FRACTUS i. animum abjecit, cui opponitur erigi. Nep. 2. 1. 3. *Quæ contumelia non fregit eum, ſed erexit.* Noſt. *Ner.* 42. 1. Unde Plin. VII. 45. *Luctus non tantum orbitate triſtis.*

21. LIBELLO i. oratione, ut tales *libellos*, ſive *literas* principis, aut viva voce, aut ex ſcripto ab alio in ſenatu recitatas vocant paſſim hiſtoriæ Auguſtæ ſcriptores, & noſt. *Tib.* 47. 4. qui hoc & *ſeq.* n. Tiberii orationem in ſenatu habitam adfert. Unde Senec. de Benef. VI. 32. Et *flagitia principalis domus in publicum emiſit.* Plin. XXI. 3. *Apud nos exemplum licentiæ hujus non eſt aliud quam filia divi Auguſti, cujus luxuria noctibus coronatum Marſyam literæ illius deſcribunt.* V. *Guther. de off. Aug. dom.* I. 30.

22. QUÆSTORIS inter reliqua munera hoc unum magnificentiſſimum & ſummum fuit, nomine principis in ſenatu orationes recitare. Tacit. Ann. XVI. 27. 3. *Et oratio principis per quæſtorem ejus audita eſt.* Noſt. *Tit.* 6. 4. *Ner.* 15. 9. * Hinc *principis ore* dicebatur *loqui*. Rutil. Itin. n. 172.

Primævus meruit principis ore loqui.

Sidon. Carm. I. 26.

Aut Phœbi, aut veſtro qui ſoleo ore loqui:
Qui licet æterna ſit vobis quæſtor in aula.

Dicebantur hi *candidati principis*. Ulpian. Digeſt. I. 13. 2. *Non omnes quæſtores provincias ſortiebantur, verum excepti erant candidati principis: Hi enim ſolis libris principalibus in ſenatu legendis vacant.* Lamprid. in Alex. c. 43. *Quæſtores candidatos ex ſua pecunia juſſit munera populo dare.* Horum munus hodie obit cancellarius. De *quæſtoribus* his agunt quoque *Turneb. Adv.* V. 11. *Pollet. F. R.* I. 4. *Guther. de off. dom. Aug.* I. 30. *Donat. ad Neronem. Broſſ. ad Caſſiod. Epiſt.* VI. 5. *Juret. in Symm. Epiſt.* I. 89. *Sitzman. & Barth. ad Rutilium.*

23. NOTUM SENATUI FECIT; ſed *notum feciſſe* poſtea illum pœnituit. Senec. de Benef. VI. 32. *Hæc tam vindicanda principi quam tacenda parum potens ira publicaverat. Deinde cum interpoſito tempore in locum iræ ſubiiſſet verecundia, gemens, quod non illa ſilentio preſſiſſet, quæ tamdiu neſcierat, donec loqui turpe eſſet, ſæpe exclamavit: horum mihi nihil accidiſſet, ſi aut Agrippa, aut Mæcenas vixiſſet.*

24. PHOEBE liberta fuit Juliæ. De illa & Dio LV. p. 555. C. Ἀλλὰ καὶ ἔφησεν ὅτι Φοίβης πατὴρ μᾶλλον ἢ ἐκείνης γεγονέναι ἤθελε. Ἡ δὲ δὴ Φοίβη, ἐξελευθέρα τε τῆς Ἰουλίας καὶ συνεργὸς οὖσα, προαπέθανεν ἑκουσία· διόπερ καὶ ὁ Αὔγουστος αὐτὴν ἐπῄνεσεν. *Atque adeo dixit, malle ſe Phœbes potius quam illius eſſe patrem. Ea Phœbe, quum eſſet Juliæ liberta, ejuſque vitiorum adjutrix, ultro ſupplicium morte prævenit: eamque Auguſtus propterea laudavit.*

25. DELICATIOREM i. pretioſiorem, molliorem. *Delicatum* enim eſt pretioſum, molle, nitidum, ad pompam & oſtentationem compoſitum. Ita *delicatum convivium* Cicer. Attic. 11. 14. *delicatum exſilium* Senec. de Clem. I. 15. *delicatus apparatus* idem de vit. beat. c. 25. *delicati hortuli* Phædr. IV. 4. 26. *delicata ſtola*, στολὴ τρυφᾶς Eurip. Phœn. n. 1498. *delicatum navigium* noſt. *Vit.* 10. 4. *delicatum iter* noſt. *Cal.* 43. 2. V. *Ampl. Cuper. Obſerv.* I. 3.

26. CUL-

Digitized by Google

ademit: neque adiri a quoquam libero, ſervoque, niſi ſe conſulto, permiſit: & ita ut certior fieret, qua is ætate, qua ſtatura, quo colore eſſet, etiam quibus corporis notis [27] vel cicatricibus. Poſt quinquennium demum ex inſula in conti- 10
nentem [28], lenioribuſque paullo conditionibus tranſtulit eam: nam ut omnino revocaret, exorari nullo modo potuit: deprecanti ſæpe populo Romano, & pertinacius inſtanti, *tales filias*, *taleſque conjuges* pro concione imprecatus. Ex nepte 11
Julia poſt damnationem editum infantem agnoſci [29] alique vetuit. Agrippam ni- 12
hilo tractabiliorem, imo in dies amentiorem in inſulam tranſportavit, ſepſitque inſuper cuſtodia militum. Cavit etiam ſenatuſconſulto [30], ut eodem loci in per- 13
petuum contineretur: atque ad omnem & ejus & Juliarum mentionem ingemiſcens, proclamare etiam ſolebat.

Αἴθ' ὄφελον ἄγαμός τ' ἔμεναι, ἄγονός τ' ἀπολέσθαι [31]:

Nec aliter illos appellare, quam *tres vomicas*, aut *tria carcinomata ſua* [32].

* 26. Cultum i. vivendi modum, rationem. Ita *gens aſpera cultu* Virg. Æn. v. 730. & *cui cultus in arvis* Val. Flacc. iv. 611. *ob ſuſpicionem propter cultum amœniorem.* Liv. iv. 44.

27. Quibus corporis notis, forte ut adulterinos inde poſtea partus cognoſceret, nævi enim & cicatrices naturales ad liberos transfunduntur, ut vult *Torrentius*. Quia hoc vero tantum de ingenuis, ut Seleucidarum, notis verum eſt, mandaverit hoc Auguſtus, ut, cum ipſi conſtaret de iis, qui ante filiam adierint, reſcire etiam poſſet ex cuſtodibus filiæ, iidemne eſſent, qui illam adirent, an vero alii ſub eorum nomine, ut rectius & melius vir incomparabilis *J. G. Grævius*. Julia vero *ſimiles Agrippæ filios pariebat*, licet & *tum vulgo poteſtatem ſui corporis faceret*; ſed *conſciis flagitiorum* id *mirantibus* reſpondit; *nunquam niſi navi plena tollo vectorem.* Macrob. Sat. ii. 5.

28. Ex insula in continentem. V. *Tacitum* §. 4.

29. Agnosci i. ſuum eſſe dici, ut dixi ſupr. Cæſ. 52. 4. §. 10.

30. Senatusconsulto, cujus meminit quoque Tacit. Ann. i. 6. 3. *Multa ſine dubio, ſævaque Auguſtus de moribus adoleſcentis queſtus, ut exſilium ejus ſenatuſconſulto ſanciretur, perfecerat.*

31. Αἴθ' ὄφελον.... Verſus eſt Hom. Iliad. iii. 40. ſed leviter inflexus, quo Hector ſtomachabundus Paridem alloquitur:

Αἴθ' ὄφελες τ' ἄγονος τ' ἔμεναι, ἄγαμός τ' ἀπολέσθαι.

Utinam fuiſſes non natus, aut nuptiarum expers periiſſes.

32. Vomicas aut carcinomata figurate. Proprie *vomica* eſt excreſcens in aliqua corporis parte tumor. Cicer. N. D. iii. 28. *Nec prodeſſe Phæreo Jaſoni is, qui gladio vomicam ejus aperuit, quam ſanare medici non potuerant.* Noſt. Rhet. 6. 8. *Carcinoma*, ſive *cancer* eſt proprie morbi genus, καρκίνου, ſive cancri animalis inſtar ſerpens. Plin. xx. 9. *Si foveantur vulnera, & recentia, & vetera, etiam carcinomata, quæ nullis aliis medicamentis ſanari poſſint.* Auguſtus Agrippam & Julias *vomicas ac carcinomata ſua* appellat, quia, ut *vomica ac carcinoma* dolorem corpori affert maximum: ita Auguſti animus ex hiſce tribus ſummum cepit dolorem. V. & *Voſſ. Inſt. Orat.* iv. 6. i.

CAPUT LXVI.

ARG. *Amicitias admittit & retinet, cujuſque virtutes proſequitur, vitia medica perpetitur, ab illis mutuam benevolentiam exigit, & legata ſibi relicta a parentibus, liberis reſtituit Octavius Cæſar Auguſtus.*

Amicitias [1] neque facile admiſit, & conſtantiſſime retinuit [2]: non tantum virtu- 1
tes

Amicitias i. amicos, ut *Tib.* 51. 6. De illarum neceſſitate Ariſt. Ἠθικ. viii. i. Ἔστι δ' ἀναγκαιότατον εἰς τὸν βίον· ἄνευ γὰρ φίλων, οὐδεὶς ἂν ἕλοιτο ζῆν, ἔχων τὰ λοιπὰ ἀγαθὰ πάντα· καὶ γὰρ πλουτοῦσι, καὶ ἀρχὰς. καὶ δυναστείας κεκτημένοις δοκεῖ μάλιστα φίλων εἶναι χρεία. *Reſque eſt ad vitam maxime neceſſaria* amicitia; *abſque amicis enim vivere, licet cætera bona omnia haberet, eligeret nemo; nam & divites, & principatûs, & poteſtates habentes maxime indigere amicis videntur.* Eodem modo de amicit. c. 23. Cicero: *Et ii, qui ad rempublicam ſe contulerunt: & ii, qui rerum cognitione, doctrinaque delectantur: & ii, qui negotium ſuum gerunt otioſi: poſtremo ii, qui ſe totos tradiderunt voluptatibus, ſine amicitia vitam eſſe nullam ſentiunt.* V. & *Beroaldum.*

2. Non facile admisit.... quod & de illo dicit Aurel. Vict. Epit. i. 16. *Rarus quidem ad recipiendas amicitias, ad retinendas conſtantiſſimus.* In hanc ſententiam Prop. ii. 16. 18.

Hoc mihi perpetuo jus eſt, quod ſolus amator

tes ac merita cujuſque digne proſecutus, ſed vitia quoque & delicta dumtaxat mo-
2 dica [3] perpeſſus [4]. Neque enim temere, ex omni numero, in amicitia ejus afflicti [5] reperientur, præter Salvidienum Rufum [6], quem ad conſulatum [7] uſque: & Cornelium Gallum [8], quem ad præfecturam [9] Ægypti, ex infima utrumque for-
3 tuna provexerat. Quorum alterum res novas [10] molientem, damnandum ſenatui tradidit [11]: alteri ob ingratum & malevolum animum [12], domo [13] & provinciis [14] ſuis

Nec cito deſiſto, nec temere incipio.

V. *Beroaldum*, & *Paſſeratium ad Propertium*, *Gatak. Anten. p.* 33.

3. DUMTAXAT MODICA, i. ſi non omnia, certe *modica*. *Dumtaxat* enim eſt certe, minimum, ſi nihil aliud, certe hoc. Juſtin. I. 5. 5. *Animum minacem dumtaxat in illo fregit* i. in illo certe, ſi non in Harpago. Exempla collegit *Gronov. in. Senec. de benef.* V. 2.

4. VITIA PERPESSUS, juxta veterum proverbium:

Mores amici novêris, non oderis.

Quo admonemur, in amicorum moribus quædam vitia diſſimulanda, ſic ut intelligantur quidem, ſed tamen tolerentur. In hanc ſententiam multa *Horat. Sat.* I. 3.

5. AFFLICTI i. gratia in odium verſa, amicitiæ gradu, ad quem erant producti, proturbati. Proprie enim *affligere* eſt in terram dare, ut dixi ad Curt. IV. 6. 23. §. 74. Unde σχήματι ἐκ παραλλήλου dicit noſt. 96. 2. *Affixit, & ad terram dedit.* Et inde *affigere* eſt vexare *infr. Tib.* 51. 6: 52. 8.

6. SALVIDIENO RUFO, obſcuriſſimo genere nato, paſcenti gregem flamma e capite emicuit. Dio XLVIII. p. 376. E. Οὗτος δὲ ἦν μὲν ἐξ ἀφανεστάτων, καὶ αὐτοῦ ἡ κεφαλὴ ποιμαίνοντι φλόγα ἀνέδωκεν.

7. CONSULATUM, Dio: Ἐς τοσοῦτον δὲ ὑπὸ τοῦ Καίσαρος προήχθη, ὥστε αὐτόν τε ὕπατον ἀποδειχθῆναι. *Eumque Cæſar eo produxerat, ut conſul deſignaretur.* Paterc. II. 76. 4. *Parum habebat ſumma accepiſſe, & proximus a Cn. Pompejo ipſoque Cæſare ex equeſtri ordine conſul creatus eſſet.*

8. CORNELIUS hic *Gallus Forojulienſis Poeta* dicitur *Euſeb. ad a.* 1990. *quem flens quodammodo in poſtrema Bucolicorum parte Virgilius carmine leni decantat.* Marcell. XVII. 4.

9. PRÆFECTUS *Ægypti*, inquit Ulpian. Digeſt. I. 17. *non prius deponit præfecturam & imperium, quod ad ſimilitudinem proconſulis, lege ſub Auguſto ei datum eſt, quam Alexandriam ingreſſus ſit ſucceſſor ejus, licet in provinciam venerit.* Erat equeſtris dignitatis vir, qui *Ægypto præficiebatur.* Dio LIII. p. 504. C. Ἐκείνοις γὰρ καὶ μόνοις (Ægyptiis) τὸν ὀνομαζόμενον ἱππέα προστάττει. *Judex* dicitur Eutrop. VII. 6. Primus, qui *Ægypto præfuit, fuit Cornelius Gallus. Ægyptus per Octavianum Auguſtum imperio Romano adjecta eſt: prepoſituſque Cn. Cornelius Gallus. Hunc primum Ægyptus Romanum judicem habuit.* Quod docent quoque Dio LI. p. 455. A. Strab. XVII. p. 563. Euſeb. ad a. 1987.

10. RES NOVAS, *nefaria conſilia contra Cæſarem* voˍcat Liv. Epit. I. 27. *infra ſe & Cæſarem & rempublicam videre* voluiſſe Paterculus. Unde conjuratis annumeratur a Senec. Clem. I. 9. & ad ſe voluiſſe deficere, & ſuper ea re Brundiſium obſidenti nuntium miſiſſe, apud Cæſarem detulit Antonius. Appian. B. C. V. p. 710. Καίσαρι δὲ ἐμήνυσε Σαλβιδιηνὸν τὸν ἡγούμενον τῷ Καίσαρι τοῦ περὶ Ῥοδανὸν στρατοῦ, ἀπόστασιν ἰδίᾳ βουλεῦσαι, καὶ οἱ περὶ τοῦ δὲ προσπέμψαι περικαθημένῳ τὸ Βρεντέσιον.

11. DAMNANDUM SENATUI TRADIDIT. Dio XLVIII. p. 377. A. Κατηγορήθη τε ἐν τῷ βουλευτηρίῳ ὑπ᾽ αὐτοῦ τοῦ Καίσαρος, καὶ ὡς πολέμιος ἐκείνου, καὶ τοῦ δήμου παντὸς ἐσφάγη. *In ſenatu ab ipſo Cæſare accuſatus, & tanquam Cæſaris, & totius populi hoſtis jugulatus eſt.* Ipſum *ſibi mortem conſciviſſe damnatum* dicit *Livius*, ſed coargutum occidiſſe Auguſtum Appianus: ἐλεγχθέντα ἔκτεινε διελέγξας.

12. OB INGRATUM.... unde propter linguæ petulantiam periiſſe dicit Ovid. Triſt. II. 223.

Nec fuit opprobrio celebraſſe Lycorida Gallo;
Sed linguam nimio non tenuiſſe mero.

Dio LIII. p. 512. C. Ὁ δὲ δὴ Γάλλος Κορνήλιος καὶ ἐξύβρισεν ὑπὸ τῆς τιμῆς. Πολλὰ μὲν γὰρ καὶ μάταια ἐς τὸν Αὔγουστον ἀπελήρει, πολλὰ δὲ καὶ ἐπαίτια παρέπραττε· καὶ γὰρ καὶ εἰκόνας ἑαυτοῦ ἐν ὅλῃ, ὡς εἰπεῖν, τῇ Αἰγύπτῳ ἔστησε, καὶ τὰ ἔργα ὅσα ἐπεποιήκει, ἐς τὰς πυραμίδας ἐσέγραψε. *At Cornelius Gallus ad libidinem ex honore ſe præcipitavit. Multa enim contra Auguſtum vana dicta deblaterabat, & multa flagitioſe agebat: ſtatuas ſibi ipſi per univerſam propemodum Ægyptum poſuit, & ſua acta pyramidibus inſcripſit.* Marcell. XVII. 4. furti inſimulatum voluit: *Cornelius Gallus, Octaviano res tenente Romanas, Ægypti procurator, exhauſit civitatem plurimis interceptis: reverſuſque cum furtorum arceſſeretur, & populata provincia*... noſtr. infr. *Gramm.* 16. I.

13. DOMO ut privatus, majorum more, quo, *ſi qua contentio inter amicos intercederet, ſodalitati prius & hoſpitio renuntiabant*, ut ait Alex. Gen. V. 3. Ita *T. Quintio Criſpino Romano palam omnibus, duobus exercitibus audientibus, renuntiat hoſpitium Badius Campanus* apud Liv. XXV. 18. Piſoni Germanicus apud Tacit. Ann. II. 70. 3. *Componit epiſtolas, queis amicitiam ei renuntiabat*, & noſtr. *Cal.* 9. 3. Interdicebant vero *domo*, quibus amicitiam renuntiabant. Tacit. Ann. VI. 29. 3. *morem fuiſſe majoribus, quoties dirimerent amicitias, interdicere domo, eumque finem gratiæ ponere.*

14. PROVINCIIS ut imperator. Dio LII. p. 512. D. Κατηγορήθη τε ἄν ἐπ᾽ αὐτοῖς ὑπὸ Οὐαλερίου Λάργου, ἑταίρου

Digitized by Google

ſuis interdixit. Sed Gallo quoque & accuſatorum denuntiationibus & ſenatuſ- 4
conſultis [15], ad necem compulſo [16], laudavit quidem pietatem [17] tantopere pro ſe
indignantium: cæterum & illacrymavit, & vicem ſuam conqueſtus eſt, quod *ſibi
ſoli non liceret amicis, quatenus vellet, iraſci.* Reliqui potentia atque opibus ad fi- 5
nem vitæ ſui cujuſque ordinis principes floruerunt: quamquam & offenſis [18] inter-
venientibus. Deſideravit [19] enim nonnunquam, ne de pluribus referam, & 6
Marci Agrippæ patientiam, & Mæcenatis taciturnitatem: cum ille ex levi frigoris [20] ſuſpicione, & quod Marcellus ſibi anteferretur [21], Mitylenas [22] ſe, relictis omnibus, contuliſſet: hic ſecretum [23] de comperta Murenæ conjuratione [24] uxori Teren-

ἑταῖρος τε ὢν καὶ συμβιωτὴς ὄντες, καὶ ἠτιμώθη ὑπὸ τοῦ Αὐγούστου, ὥστε καὶ ἐν τοῖς ἔθνεσιν αὐτοῦ κωλυθῆναι διαιτᾶσθαι. *His de cauſis accuſatus a Valerio Largo, ſocio, & convictore, infamia ab Auguſto notatus eſt, prohibitusque intra provincias ejus degere.*

15. ACCUSATORUM DENUNTIATIONIBUS.... Dio: Γνωρίμου δὲ τούτου, καὶ ἄλλοι αὐτῷ συχνοὶ ἐπέθεντο, καὶ γραφὰς κατ' αὐτοῦ πολλὰς ἐπήνεγκαν· καὶ ἡ γερουσία ἅπασα ἁλῶναί τε αὐτὸν ἐν τοῖς δικαστηρίοις, καὶ φυγεῖν τῆς οὐσίας στερηθέντα, καὶ ταύτην τε τῷ Αὐγούστῳ δοθῆναι, καὶ ἑαυτοὺς βουθυτῆσαι, ἐψηφίσατο. *Eo facto multi quoque alii illum aggreſſi, varia ejus crimina detulerunt: & univerſus ſenatus, ut judicio damnatus exſularet, bona ejus Auguſti eſſent, & ut ſenatus rem ſacram faceret, decrevit.*

16. AD NECEM COMPULSO. Euſebius ad a. 1990. *Cornelius Gallus quadrageſimo ætatis ſuæ anno propria ſe manu interfecit; ſtricto* enim *incubuit ferro*, ut prodidit *Marcellin.* XVII. 4. & ita *morte damnationem prævenit*, ἑαυτὸν προκατεχρήσατο. *Dio E.*

17. PIETAS affectus eſt contrarius *impietati*, cujus crimen eſt maledicere principi. Tacit. Ann. III. 51. 2. *cum extolleret pietatem quamvis modicas principis injurias acriter ulciſcentium, deprecaretur tam præcipites verborum pœnas.* Hæc *Caſaubonus.*

18. OFFENSA opponitur gratiæ. Senec. Ἀποκολ. Edit. Gronov. t. II. p. 844. *Nibil offenſæ aut gratiæ dabitur.* Quintil. IV. 2. *Verum hæc omittamus, ne minus gratiæ præcipiendo recta, quam offenſæ reprehendendo prava mereamur.* Hinc Cicer. Attic. IX. 2. *Magna in offenſa ſum apud Pompejum.* Noſt. *Claud.* 26. 6: *Veſp.* 4. 7: 14. 1.

* 19. DESIDERAVIT in Agrippa patientiam uſitatius dixiſſet Suetonius. *Deſideramus* in aliquo, quæ deficiunt illum. Agrippa vir fuit *labore, vigilia, periculo invictus.* Paterc. II. 79. 1. ejuſque *fortitudo* laudatur Hor. Od. I. 6. 1. Mæcenati tuto credebantur quæ homini committi poterant. Hor. Sat. II. 6. 46.

Et quæ rimoſa bene deponuntur in urbe:

V. etiam Tacitum *infr.* §. 23. Ea de re Aur. Vict. Ep. I. 16. *Quorum præcipui erant, ob taciturnitatem Mæcenas, ob patientiam laboris modeſtiamque Agrippa.* Et tamen recte noſter. Nam in *Agrippa patientiam*, in *Mæcenate taciturnitatem* virtutes alias conſtantes, & perpetuas; hoc vel illo caſu, quos etiam addit, Auguſtum deſideraſſe ſcribit, & ſeipſum ſatis explicat, dum addit *nonnunquam.*

20. FRIGERE dicuntur, qui apud alium minus valent, quam ſolebant. Senec. Epiſt. 122. *Amicitia Tiberii notus, & frigore.* Inde *friguſculum* dicitur diſſenſiuncula conjugum non diuturna, & languor quidam in amore, & caritate mutua Ictis. Ulpian. Digeſt. XXIV. 1. 32. §. 12. *Quod ſi divortium non interceſſerit, ſed friguſculum.* Ita ψύγμα vocatur diſſidium inter Herodem, ejuſque filios ortum apud Joſeph. Ἀλωσ. I. 17. Οὐδεὶ ὁ πατὴρ φανερῶς ἀπεμέμφετο· οὗτοι δὲ κατὰ μικρὸν ἐκ τοῦ ψύγματος, καὶ ὅτι (ut ſcribendum ad hunc locum dicit Caſaubonus) πρὸς τὸ λυπεῖν μᾶλλον ἐτραχύνοντο. *Pater aperte de nemine conqueſtus erat: ſed adoleſcentes ex illius frigore paullatim rem intellexerant, & ex eo quod ad omnem moleſtiam magis exaſperabatur.*

21. QUOD MARCELLUS SIBI ANTEFERRETUR. Paterc. II. 93. 2. *Marcellus, quem homines ita, ſi quid accidiſſet Cæſari, ſucceſſorem potentiæ ejus arbitrabantur futurum, ut tamen id per M. Agrippam ſecure ei poſſe contingere non exiſtimarent.* Noſt. *Tib.* 10. 3.

22. MITYLENAS ſe contuliſſe Agrippam dicunt Joſeph. Ἀρχ. XV. 13. Πέμπεται δὲ Ἀγρίππας τῶν πέραν Ἰονίου διάδοχος Καίσαρι· καὶ τούτῳ περὶ Μιτυλήνην χειμάζοντι συντυχὼν Ἡρώδης.... *Agrippa in Aſiam mittitur; adminiſtraturus transmarinas provincias pro Cæſare: & illum ad Mitylenas hibernantem illi occurrens cum ſalutaſſet Herodes.* Tacit. Ann. XIV. 53. 3. *Atavus tuus Auguſtus Mitylenenſe ſecretum permiſit*, & noſt. *Tib.* 10. 3. Quamvis illum miſſum dicat Joſephus, ultro ſe eo contuliſſe noſter. Illas V. *ſupr. Cæſ.* 2. 2. §. 18. In Syriam miſſum dicit Dio LIII. p. 518. C. Μαθὼν τὸν Μάρκελλον οὐκ ἐπιτηδείως τῷ Ἀγρίππᾳ διὰ τοῦτο ἔχοντα, ἐς τὴν Συρίαν εὐθὺς τὸν Ἀγρίππαν, μὴ καὶ διατριβή τις καὶ ἀψιμαχία αὐτοῖς ἐν ταυτῷ ὄσι συμβῇ, ἔστειλε. Καὶ ὃς ἐκ μὲν τῆς πόλεως εὐθὺς ἐξώρμησεν, οὐ μέντοι καὶ ἐς τὴν Συρίαν ἀφίκετο, ἀλλ' ἔτι καὶ μᾶλλον μετριάζων, ἐκεῖσε μὲν τοὺς ὑποστρατήγους ἔπεμψεν, αὐτὸς δὲ ἐν Λέσβῳ διέτριψε. *Quum intelligeret his de cauſis Marcellum ſimultatem aliquam contra Agrippam ſuſcepiſſe, in Syriam, ne, ſi in uno loco manſiſſent, offenſæ inter eos ac contentiones intercederent, Agrippam continuo amandavit. Et hic Urbe ſtatim profectus in Syriam non perrexit, ſed adhuc majori uſus moderatione, eo miſſis legatis ſuis, ipſe Lesbi permanſit.*

Digitized by Google

7 Terentiæ [22] prodidiſſet. Exegit & ipſe invicem ab amicis benevolentiam mutuam,
8 tam a defunctis, quam a vivis. Nam quamvis minime appeteret hæreditates, ut qui nunquam ex ignoti teſtamento [26] capere quidquam ſuſtinuerit: amicorum tamen ſuprema judicia [27] moroſiſſime [28] penſitavit, neque dolore diſſimulato, ſi parcius, aut citra honorem verborum [29]: neque gaudio, ſi grate pieque quis ſe proſecutus fuiſſet.
9 Legata, vel partes hæreditatum, a quibuſcunque parentibus relicta ſibi, aut ſtatim [30] liberis eorum concedere, aut, ſi pupillari ætate eſſent, die virilis togæ, vel nuptiarum [31], cum incremento reſtituere conſueverat.

23. SECRETA *imperatorum cui innitерentur, præcipuus* quondam fuit Mæcenas; ſed *ætate provecta ſpeciem magis in amicitia principis quam vim tenuit.* Tacit. Ann. III. 30. 6. Imminutæ amicitiæ cauſam aliam ponit Dio LIV. p. 533. E. Καί τινες καὶ διὰ τὴν Τερεντίαν τὴν τοῦ Μαικήνου γυναῖκα ἀποδημῆσαι αὐτὸν ὑπετόπησαν· ἵν᾽ ἐπειδὴ πολλὰ περὶ αὐτῶν ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐλογοποιεῖτο, ἄνευ θροῦ τινος ἐν τῇ ἀποδημίᾳ αὐτῇ συνῇ. Οὕτω γὰρ ἐν πάνυ αὐτῆς ἤρα, ὥστε καὶ ἀγωνίσασθαι ποτὲ αὐτὴν περὶ τοῦ κάλλους πρὸς τὴν Λιουίαν ποιῆσαι. *Fuerunt, qui propter Terentiam Mæcenatis uxorem eum diſcedere ſuſpicarentur: ut quoniam multi Romæ de illis ſermones in vulgus exirent, citra omnem rumorem, in peregrinatione ſua, cum ea vivere poſſet. Adeo enim eam amabat, ut ea cum Livia aliquando de forma certaret.* Unde Mæcenati propter uxorem offenſus dicitur Dion. LV. p. 553. B. Καίτοι ἐπὶ τῇ γυναικὶ δυσκολαίνων.

24. MURENÆ CONJURATIONE, de qua 19. 1.

25. UXORI TERENTIÆ..... cujus tamen *moroſa quotidiana repudia deflevit.* Senec. de prov. c. 3. Unde illum *eſſe, qui uxorem millies duxerit, cum unam habuerit,* idem Epiſt. 114. V. quoque *Beroaldum,* & *Gyrald. de Poet. Dial.* 4.

26. IGNOTI TESTAMENTO. Auguſtum imitati ſunt Tiberius. Tacit. Ann. II. 48. 2. *Neque hæreditatem cujuſquam adiit, niſi cum amicitia meruiſſet: ignotos & aliis infenſos, eoque principem nuncupantes procul arcebat:* Hadrianus. Spart. c. 18. *Ignotorum hæreditates repudiavit: nec notorum accepit, ſi filios haberent.*

27. SUPREMA JUDICIA i. teſtamenta. Val. Max. VII. 7. 4. *Auguſtus ſuprema judicia improbavit.* Juſtin. V. 11. 3. *Cyro judicium patris injuria videbatur:* XII. 15. 13. *Etſi non voce nuncupatus hæres, judicio tamen electus videbatur.* Cauſa eſt, quod ſi unquam homo, tunc certe, quando teſtamentum condit, ad *judicii* lancem omnia exigit. * Senec. de Ben. IV. 11. *Nunquam diligentius damus, nunquam magis judicia noſtra torquemus, quam ubi remotis utilitatibus, ſolum ante oculos honeſtum ſtetit: tamdiu officiorum mali judices, quamdiu illa depravat ſpes ac motus.* Illis, amicorum certe, præteriri magno dedecori habitum. Inde illud Ciceronis in Antonium ejuſmodi eum hominem fuiſſe, ut nec nomen ejus in tabulis ullius reperiri poſſit. Val. Max. VII. 8. 6. *Cum interim ne nomen quidem ejus tabulis teſtamenti adjecerit.* VII. 7. 4. *Septicia mater... filiis irata, teſtamento illos præteriit.*

28. MOROSUS quis V. *ſupr.* Cæſ. 45. 3. §. 13.

* 29. CITRA HONOREM VERBORUM. Quia elogiis ornare, tituliſque amantiſſimis proſequi conſueverant illos, quibus bona ſua legabant veteres. Appellabant illos *dulciſſimos, cariſſimos, fideliſſimos, optime meritos.* Exempla exhibet *Briſſ. form.* VII. *p.* 663.

30. AUT STATIM.... Dio LVI. p. 591. A. Καὶ προσέτι καὶ τοῖς παισὶν, ὧν μικρῶν ἔτι ὄντων, τοὺς πατέρας τῶν οὐσιῶν ἐκεκληρονομήκει, προσέταξε πάντα μετὰ τῶν προσόδων, ἐπειδὰν ἀνδρωθῶσιν, ἀποδοθῆναι: ὅπερ που καὶ ζῶν ἐποίει, εἰ γάρ τινα τέκνα ἔχοντα διεδέξατο, τοῖς παισὶν αὐτοῦ πάντας, εἰ μὲν ἤδη τότε τέλειοι ἦσαν, εὐθὺς, εἰ δὲ μὴ μετὰ τοῦτο πάντα ἀπεδίδου. *Pueris etiam, quorum paternas, ipſis adhuc teneram ætatem agentibus, hæreditates adierat, omnia cum reditibus juſſit reddi, ſimulac virilem ætatem attigiſſent: quod idem ſuperſtes etiam obſervaverat, ut, ſi cujus hæres fieret, cui liberi eſſent, omnino his paterna bona, vel ſtatim, ſi adulti eſſent, vel poſt omnia reſtitueret.*

31. NUPTIARUM die pro puellis accipio, quæ illo tempore toga pura induebantur. Plin. VIII. 48. *Ea prima texuit rectam tunicam, quales cum toga pura tyroni induuntur, novæque nuptæ.* Prætexta enim utrique ſexui communis fuit. Aſcon. in Cicer. p. 99. *Prætexta honeſtorum, toga viliorum: quod etiam circa mulieres ſervabatur.* Ipſe Cicer. Verr. I. 44. *Eripiet pupillæ togam prætextam.* Catul. 61. 181.

Mitte brachiolum teres
Prætextata puellula.

Feſtus in prætextum: *quod nubentibus depoſitis prætextis a multitudine puerorum obſcœna clamentur.* V. & *Bayſ. R. v. c.* 13. *Manut. Quæſ. Epiſt.* III. 1. *Laz. Comm. R. R.* VIII. 2. *Revard. Conject.* III. 11.

CAPUT LXVII.

ARG. *In ſervos dominus, in libertos patronus non minus ſeverus quam facilis & clemens eſt Octavius Cæſar Auguſtus.*

Patro-

Patronus dominuſque non minus ſeverus, quam facilis & clemens, multos liber- 1
torum in honore & uſu maximo habuit: ut Licinium Enceladum, alioſque.
Coſmum ſervum graviſſime de ſe opinantem [1], non ultra quam compedibus coer- 2
cuit. Diomedem diſpenſatorem [2], a quo ſimul ambulante, incurrenti repente fe- 3
ro [3] apro per metum objectus eſt [4], maluit timiditatis arguere, quam noxæ [5]:
remque non minimi periculi, quia tamen fraus aberat, in jocum vertit. Idem 4
Proculum ex acceptiſſimis libertis [6] mori coegit, compertum adulterare [7] matro-
nas. Thallo a manu [8], quod pro epiſtola prodita denarios quingentos accepiſſet 5
crura [9] effregit [10]. Pædagogum miniſtroſque Caji filii, per occaſionem valetudi- 6
nis mortiſque ejus, ſuperbe avareque in provincia graſſantes, oneratis gravi pondere cervicibus, præcipitavit [11] in flumen [12].

OPINANTEM I. dicentem. V. ſupr. 51. 3. §. 7.

2. DISPENSATOR ſervus, Græcis οἰκονόμος, qui familiæ rationes diſpenſat, & pecuniæ adminiſtrationem habet. Cicero Hortenſio apud Nonium III. 18. *Quid tu, inquam, ſoles, cum rationem ad diſpenſatorem accipis, ſi æra ſingula probaſti, ſummam, quæ ex his confecta ſit, non probare?* Macrob. Sat. II. 4. *Secute omnium riſu diſpenſatorem Cæſar vocavit.* Noſt. *Ner.* 44. 2. *Veſp.* 22. 5. *Galb.* 12. 6. Unde *diſpenſatio* pro *diſpenſatoris* functione, ſeu officio infr. *Galb.* 5. 3. *Veſp.* 23. 4. V. *Torrentium: Alciat. de verb. ſign. p.* 204. *Popm. de oper. ſerv. p.* 26. *Pignor. de Serv.* 307. 545. *Nerium Anal.* I. 14. *Urſat. de not. Rom. A. R. tom.* XI. *p.* 564.

* 3. FERUS abſolute quidem pro apro ponitur, ut apud Ovid. Met. VIII. 355.

Ira feri mota eſt.

Phœdr. IV. 4. 3.

Sonipes iratus fero.

Illi tamen recte *apro* adjecit Suetonius, forte Ovidium imitatus, qui Amor. III. 10. 40.

Et ferus in ſylvis farra metebat aper.

4. OBJECTUS EST Diomede vel vitante apri incurſum, vel fuga deſerente Auguſtum. V. & *Babelonium.*

5. NOXÆ I. criminis, culpæ. Feſtus: *Noxa ponitur pro peccato. Attius Menalippa: Te eſſe huic noxæ obnoxium. Item quum lex jubet noxæ dedere, pro peccato dedi jubet.* Virg. Æn. I. 45.

Unius ob noxam, & furias Ajacis Oilei.

Inde *noxales actiones* nominantur a *noxa* I. maleficio, & peccato ſervorum. Cajus Digeſt. IX. 4. I. *Noxales actiones appellantur, quæ non ex contractu, ſed ex noxa atque maleficio ſervorum adverſus nos inſtituuntur. Quarum actionum vis & poteſtas hæc eſt, ut ſi damnati fuerimus, liceat nobis deditione ipſius corporis, quod deliquit, evitare litis æſtimationem.* Noſt. *Tib.* 33. 3. V. & *Beroald. in Serv.* §. 3.

* 6. PROCULUM EX LIBERTIS. Locutio Latiniſſima. Ita Liv. XXX. 15. *Fidum e ſervis vocat.* Tacit. Ann. XIV. 11. 1. *Repertum cum ferro percuſſorem Agerinum ex intimis Agrippinæ libertis.* Senec. Br. vit. c. 10. *Fabianus, non ex his cathedrariis philoſophis, ſed ex veris & antiquis.* Hæc ad *Livium Gronovius.*

7. ADULTERARE I. *adulterio* ſtuprare. ſupr. Cæſ. 6. 2. §. 21.

8. A MANU quis dictum ſupr. Cæſ. 74. 3. §. 5.

9. CRURIFRAGIUM ſupplicium fuit, quo ſervorum crura frangebant. Gloſſ. Cyrill. *Crurifragium*, σκελοκοπία: *crurifrangium*, σκελιαγὴς ἤγουν σκελοκοπία. Senec. de Ira III. 32. *Quid properamus verberare ſtatim, crura protinus frangere?* Noſt. *Tib.* 44. 4. V. *Caſaubonum. Lipſ. de cruc.* II. 14. *Durant. V. L.* II. 15.

* 10. EFFREGIT. In MSS legitur, *ei fregit*, quod ex illis etiam notavit Salmaſius. Eſtque hoc elegantiſſimorum in lingua Latina, ut recte ad hunc locum *Gronovius F.* præmiſſo nomini propter interpoſita quædam hoc pronomen apponere velut ad repetendum. Et ita tum Suetonius infr. 94. 12. & Dom. 3. 2. tum Plaut. Pſeud. I. 4. 114.

Tibicinam illam, tuus quam gnatus deperit,
Eam circumducam lepide lenonem.

Liv. I. 58. *Cultrum, quem ſub veſte abditum habebat, eum in corde defigit.* Cato apud Gell. XIV. 2. *Si ambo pares eſſent.... illi, unde petitur, ei potius credendum eſſe.* Exempla hæc debemus *Gronovio P. ad Liv.* XXV. 27.

11. PRÆCIPITAVIT I. *præcipitare* juſſit provinciales pro cætera lenitate ſua, ut ſuis legibus & moribus in eos animadverterent. V. *Caſaubonum.*

12. IN FLUMEN mergere ſontes ſupplicii genus Romanis fuit parum in uſu. Unde *novum genus leti* dicitur Liv. I. 5. Græcis vero non incognitum. Diod. Sicul. IV. p. 239. Ταύτην μὲν παρέδωκε Ναυπλίῳ φίλῳ καθεστῶτι, καὶ προσέταξε καταποντίσαι. *Illam Nauplio, uni de neceſſariis tradidit, & mari ſubmergi juſſit.* In ſpecie Macedonibus. V. quæ dixi ad *Curt.* X. 4. n. 2. & Syris Matth. 18. 6. Συμφέρει αὐτῷ, ἵνα κρεμασθῇ μύλος ὀνικὸς ἐπὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ καταποντισθῇ ἐν τῷ πελάγει τῆς θαλάσσης. *Præſtiterit ei, ut ſuſpendatur mola aſinaria in collo ejus, & demergatur in profundo maris*: & Germanis, qui apud Tacit. Germ. 12. 2. *ignavos, & imbelles, & corpore infames, cœno ac palude, injecta inſuper crate, mergunt.*

C A-

CAPUT LXVIII.

ARG. *Variorum dedecorum infamiam ſubit juvenis, & ludorum die contumeliis laceratur Octavius Cæſar Auguſtus.*

1.2 Prima juventa variorum dedecorum [1] infamiam ſubiit. Sextus Pompejus eum
3 ut effeminatum inſectatus eſt. Marcus Antonius [2] adoptionem avunculi ſtupro
4 meritum. Item Lucius [3] Marci frater, quaſi pudicitiam [4] delibatam [5] a Cæſare
Aulo etiam Hirtio in Hiſpania [6], ccc millibus nummum ſubſtraverit, ſolituſque
5 ſit crura ſuburere [7] nuce ardenti, quo mollior pilus ſurgeret. Sed & populus
quondam univerſus ludorum die [8], & accepit in contumeliam [9] ejus, & aſſenſu
maximo comprobavit verſum in ſcena pronuntiatum de Gallo [10] matris deum [11]
tympanizante [12],

Videſne

DEDECUS i. impudicitia. Horat. Od. III. 6. 32.

Dedecorum pretioſus emptor.

Ubi Porphyrio: *qui dedecora i. adulteria magno pretio emit.*

* 2. MARCUS ANTONIUS in epiſtola ad Octavium, quæ Ciceronis eſſe dicitur. *Cui nulla dignitas majorum conciliaſſet eam potentiam, ſed forma per dedecus pecuniam, nomen nobile conſceleratum impudicitia dediſſet.* Caſaubonus.

3. LUCIUS Antonius, contra quem bellum geſſit Peruſinum ſupr. 9. 3. 14. & 15.

* 4. PUDICITIAM SUBSTERNERE nemo Latinorum dixerit, ſed *ſe*, aut *corpus*. Cenſeo Suetonium ſcripſiſſe: *quaſi ſe, pudicitia delibata a Cæſare... ſubſtraverit.* Grævius. In congreſſu Venereo *ſubſterni* quis dicatur, dixi ſupr. Cæſ. 7. 2. §. 22.

5. DELIBATAM i. violatam. V. ſupr. 57. 5. §. 14.

6. IN HISPANIA, in quam avunculum Julium contra Pompeji Magni liberos bellum gerentem ſecutus fuerat. *ſupr.* 8. 3. §. 10. 11.

7. CRURA SUBUREBANT molliores deliciarum cauſa opera mulierum, quas *uſtriculas* vocabant. Tertull. de pall. c. 4. *Patiens jam uſtriculas.* Harum munus erat, pilos & fruticantem lanuginem reſina calente, aut dropace *ſuburere* & lævigare. Juven. IX. 14.

Qualem
Præſtabat calidi circumlita faſcia viſci:
Sed fruticante pilo neglecta, & ſqualida crura.

Mart. V. 61. 6.

Crura gerit nullo qui violata pilo?

Παρατιλτρίαι Græcis dicuntur. Gloſſæ optimæ: *παρατιλτρίαι, uſtricula.* Philoſtr. Vit. ſophiſt. I. p. 535. C. Διαφορᾶς γὰρ τῷ Τιμοκράτει πρὸς τὸν Σκοπελιανὸν γενομένης, ὡς ἐκδεδωκότα ἑαυτὸν πίττῃ, καὶ παρατιλτρίαις. *Timocrati igitur controverſia cum Scopeliano orta, quod is ſeipſum pici, & uſtriculis tradidiſſet.* V. *Salmaſ. in Tertull. p.* 284. *Jun. de coma c.* 2.

* 8. LUDORUM DIE Imperatores conviciis ſuis proſcindebat populus Romanus. Spartian. in Julian. c. 4. *Occupatis indifferenter omnium ſubſelliis, populus geminavit convicia in Julianum.*

9. ACCIPIUNT IN CONTUMELIAM i. habent pro *contumelia.* V. Curt. V. 2. 19. §. 58.

10. GALLUS homonymum eſt. *Utrum enim avem, an gentem, an nomen viri, an fortunam corporis ſignificet incertum eſt.* Quintil. Inſt. VII. 9. Qui unde dicantur, docent Feſtus: *Galli, qui vocantur matris magnæ comites, dicti ſunt a flumine, cui nomen eſt Gallo: quia qui ex eo biberint, in hoc furere incipiant, ut ſe privent virilitatis parte.* Ovid. Faſt. IV. 231.

Cur igitur Gallos, qui ſe excidere, vocamus?
Cum tanto Phrygia Gallica diſtet humus?
Inter, ait, viridem Cybelen, altaſque Celænas,
Amnis it inſana, nomine Gallus, aqua.
Qui bibit inde, furit, procul hinc diſcedite, queis eſt
Cura bonæ mentis, qui bibit inde, furit.

Herodian. I. 11. 7. Ἐν δὲ τῷ προειρημένῳ Πεσσινοῦντι πάλαι μὲν Φρύγες ὠργίαζον ἐπὶ τῷ ποταμῷ Γάλλῳ παραῤῥέοντι, ἀφ' οὗ τὴν ἐπωνυμίαν φέρουσιν οἱ τῇ θεῷ τομίαι ἱερώμενοι. *In hoc, quem diximus, Peſſinunte Phryges olim orgia celebrabant ad ipſum fluvium Gallum, a quo etiam evirati deæ ſacerdotes cognominantur.* Hinc *gallare* Græcis γαλλιάζειν nihil aliud eſt quam inſanire, eo quod *gallantes Gallorum* furorem imitentur. V. *Salden. Ot. Theol.* III. 6. 12. *Voſſ. de idol.* I. 20. *Jun. in Tertull. Apol.* 25. 8. *Ritterſh. Oppian. κυνηγ.* IV. 276. *Titium in Galliamb. præl.* 4. *Coq. in Auguſt. C. D.* II. 7. *Hoſpin. de orig. feſt.* II. 14. *Saubert. de ſacrif. c.* 6.

11. MATRIS DEUM, quam V. *Tib.* 2. 9. §. 37.

12. TYMPANIZANTE i. *tympanum* pulſante. *Tympanum* deſcribit Iſid. III. 21. *Tympanum eſt pellis, vel corium ligno ex una parte extenſum.* Phædr. III. 21. 7.

Detracta pelle ſibi fecerunt tympana.

Heſychius: Τύμπανα, τὰ δερμάτινα, ῥακτήρια. *Tympana, coriacea, ſtrepitum edentia.* Referebat cribri formam. Iſidorus: *Eſt in ſimilitudinem cribri.* Unde κόσκινον Heſychio dicitur. Geſtamen fuit mollium, & *inſtrumentum luxuriæ* dicitur Juſtin. XXX. 1. 9. & cinædo tribuitur. Plaut. Pœn. V. 5. 38.

Cur non adhibuiſti tympanum?
Nam cinædum eſſe arbitror.

Unde

Videſne ut cinædus [13] *orbem* [14] *digito* [15] *temperet?*

Unde *mollia*, quia *molles* decent, dicuntur Prop. III. 15. 17.

Mollia Dircææ pulſabunt tympana Thebæ.

Et inde in Cybeles ſacris Gallorum. Heſychius. Τύμπανον, ᾧ αἱ βάκχαι κρούουσι. *Tympanum, quod bacchæ pulſant.* Etymologicum magnum, & Apollon. Argon. I. 1139.

Ῥόμβῳ καὶ τυπάνῳ Ῥείην Φρύγες ἱλάσκονται.

Ubi Scholiaſtes. Ὅθεν καὶ Φρύγες κυμβάλοις, καὶ τυμπάνοις τὴν Ῥέαν ἱλάσκονται. *Quia Phryges cymbalis & tympanis Rheam placant.* De *tympano* quoque agunt *Pignor. de Serv. p.* 168... *Lacerd. Virg. Æn.* IX. 619. *Vinet. in Auſon. p.* 447.

13. CINÆDUS I. Gallus Cybeles miniſter. *Cinædus* eſt, qui aliis ſe ſubſternit. Hunc eleganter deſcribit Clem. Alex. Pædag. III. 4. Ἀνδρογύνων συνουσίαις ἥδονται· παρεισρέουσι δὲ ἔνδον κιναίδων ὄχλοι ἀθυρόγλωσσοι· μιαροὶ μὲν τὰ σώματα, μιαροὶ δὲ τὰ φθέγματα, εἰς ὑπουργίας ἀκολάστους ἠνδρωμένοι, μοιχείας διάκονοι, κιχλίζοντες καὶ ψιθυρίζοντες, καὶ τὸ πορνικὸν ἀναιδῶς, εἰς ἀσέλγειαν διὰ ῥινῶν ἐπιψοφοῦντες ἐπισπάδισμα, ἀκολάστοις ῥήμασι καὶ σχήμασι τέρψιν πειρώμενοι, καὶ εἰς γέλωτα ἐκκαλούμενοι πορνείας πρόδρομον. *Effeminatorum virorum delectantur congreſſibus: intro autem confluunt cinædorum turbæ lingua effrenata, ſcelerati corpore pariter atque oratione, ad miniſteria impudica viriles, adulterio deſervientes, impudice ridentes, & ſuſurrantes, & fornicatorium ac cinædicum ad laſciviam ſonum per nares edentes, impudicis verbis & figuris delectare conantes, & ad riſum, qui eſt fornicationis præcurſor, provocantes.*

14. ORBEM I. tympanum *orbiculatum*, de Gallo ubi dictus hic eſt verſus. * Licet. de Lucern. VI. 2. *orbem* putat nuncupari a figura, quod in icone lucernæ, quam explicat, videatur æmulari rotunditatem ovi majoris; & forte fuiſſe utrem inflatum, aut veſicam, ad hos luſus feminarum in feſto nocturno Bonæ Deæ. Terrarum vero *orbem*, in Auguſti contumeliam per ſimilitudinem ubi eſt converſus, quaſi & ille mollis eſſet & pathicus. *Beroaldus. Orbem* manu tenere fingebantur & pingebantur vel imperatorum ſimulacra. Spartian. Sever. c. 22. *Die circenſium quum tres victoriæ more ſolito eſſent locatæ gypſeæ cum palmis, media, quæ ipſius nomine adſcriptum orbem tenebat. Sphæram* vocat Marcell. XXV. 10. *Maximiani ſtatua Cæſaris locata in veſtibulo regiæ, amiſit repente ſphæram æream, formatam in ſpeciem poli, quam geſtabat.*

15. DIGITO percutiebantur tympana. Catull. 63. 8.

Niveis citata cepit manibus leve tympanum.

n. 10.

Quatienſque terga tauri teneris cava digitis.

Lucret. II. 621.

Tympana tenta tonant palmis.

Auguſtin. de ſanctis ſerm. 18. *Inter veloces articulos tympana puellæ concrepent.*

CAPUT LXIX.

ARG. *Adulteria exercet Octavius Cæſar Auguſtus, & exercita illi objicit M. Antonius.*

Adulteria quidem exercuiſſe [1], ne amici quidem negant, excuſantes ſane, non 1
libidine, ſed ratione commiſſa [2]: quo facilius conſilia adverſariorum per cujuſque mulieres [3] exquireret [4]. Marcus Antonius ſuper feſtinatas Liviæ nuptias [5] 2
objecit & feminam conſularem e triclinio viri [6] coram [7] in cubiculum abductam, rurſus

EXERCUISSE I. feciſſe. Ita & Catul. 71. 3.

Qui veſtrum exercet amorem.

68. 70.

Ad quam communes exercuerimus amores.

2. NON LIBIDINE.... Eadem ratione Alcibiades excuſabat, quod Timæam Agidis Spartanorum regis uxorem adulteraviſſet apud Plutarch. Alcib. p. 203. D. Ageſil. p. 597. A. Athen. XII. 535. B. Τιμαίαν τὴν Ἄγιδος γυναῖκα τοῦ βασιλέως, στρατευομένου καὶ ἀποδημοῦντος, οὕτω διέφθειρεν, ὥστε καὶ κύειν ἐξ Ἀλκιβιάδου, καὶ μὴ ἀρνεῖσθαι.... Ὁ δὲ ἐντρυφῶν ἔλεγεν οὐχ ὕβρει τοῦτο πράττειν, οὐδὲ κρατούμενος ὑφ' ἡδονῆς, ἀλλ' ὅπως Λακεδαιμονίων βασιλεύσωσιν οἱ ἐξ αὐτοῦ γεγονότες. *Timæam regis Agidis uxorem, in caſtris agentis & abſentis, ita corrupit, ex ſe ut uterum geſſerit, neque id iret inficias. Ille per inſolentiam jactabat, non contumelia cauſa ſe id feciſſe, nec libidine victum, ſed ut ex ſe nati Lacedæmone regnarent.*

*3. MULIERES I. uxores. Cato Diſt. Mor. III. 11.

Nil temere uxori de ſervis crede querenti;

Sæpe etenim mulier, quem conjunx diligit, odit.

Scævol. Dig. XXXII. 93. I. *Sempronia mulieri meæ reddi jubeo ab heredibus meis centum aureos, quos mutuos acceperam.* Hos imitatur Alvil. Cadam. Navig. c. 58. *Nobiliorum virorum mulieres carnes velant telis ſubtilioribus.*

4. EXQUIRERET. Nihil enim tam eſt arcanum, quod mulier non prodat, detegatque, maxime in complexu amatoris cubans. Tradunt magi, ſi cor bubonis imponatur mammæ ſiniſtræ mulieris dormientis, fore, ut omnia ſecreta pronunciet. V. *Beroaldum.*

5. FESTINATAS NUPTIAS, quia illam ex priore marito plenam abduxerat *ſupr.* 62. 4. §. 17.

6. TRICLINIO VIRI I. ex convivio in ædibus ejus, cujus uxor eſt abducta, celebrato, ut hunc

rurſus in convivium rubentibus auriculis, incomptiore capillo [8] reductam: & dimiſſam Scriboniam, quia liberius doluiſſet nimiam potentiam pellicis: & conditiones [9] quæſitas per amicos, qui matresfamilias [10] & adultas ætate virgines denu-
3 darent [11], atque perſpicerent, tanquam Thoranio [12] mangone [13] vendente. Scribit etiam ad ipſum hoc familiariter adhuc, nec dum plene inimicus, aut hoſtis [14]. *Quid te mutavit? quod reginam ineo [15]? uxor mea eſt [16]. Nunc cœpi, an abhinc annos novem? tu deinde ſolam Druſillam [17] inis? ita valeas [18] uti ut hanc epiſtolam cum leges, non*

locum explicat *Caſaubonus*. Noſt. *Cal.* 36. 5.

7. CORAM inſignem notat impudentiam & impudicitiam, qualem & notat Horat. Od. III. 6. 25.... 31.

Mox juniores quærit adulteros
Inter mariti vina: neque eligit,
Cui donet intermixta raptim
Gaudia luminibus remotis;
Sed juſſa coram non ſine conſcio
Surgit marito.

8. RUBENTES AURICULÆ.... patratæ libidinis in femina ſolent eſſe ſigna. Juven. XI. 187.

Vexataſque comas, & vultum, auremque calentem.

Ubi Schol. *Ita regreſſa, ut ſe prodat ſignis quibuſdam concubuiſſe cum mœcho. Solent enim vultus & aures ſub ora eis rubere.* Hinc illa apud Theocr. Eid. II. 140.

Καὶ τὰ πρόσωπα
Θερμότερ' ἦς ἢ πρόσθε.
Et ora
Calidiora erant quam prius.

In deliciis enim Venereis infimam *auriculam* identidem terebant amatores. Plaut. Pœn. I. 2. 163.

Sine te prendam auriculis.

Hoc blandimenti genus *χύτραν*, *ollam* vocabant veteres. Suidas. *χύτρον χῶμα, καὶ φιλήματ☉- εἶδ☉-.* Ariſtæn. Epiſt. I. 24. *Κἀγὼ τῶν ὤτων λαβομένη τρὶς σε φιλήσω. Et ego auribus prehenſis ter te oſculabor.* Pollux. X. 24. *Λαβόντα τῶν ὤτων φιλεῖν τὴν χύτραν. Ollam prehenſis oſculator auribus.* Noſter *laſciviæ* vocat *notas* Cal. 36. 5.

9. CONDITIONES I. concubitus meretricios, ſtupra. Terent. And. I. I. 52.

Accepit conditionem, dein quæſtum occipit.

Cicer. pro Cœl. c. 15. *Habes hortos ad Tiberim, quo omnis juventus natandi cauſa venit. Hinc licet conditiones quotidie legas.* V. & *Torrent. Caſ.* 27. I. & ad hunc locum *Guietum*.

10. MATERFAMILIAS *eſt, quæ in mariti manu, mancipioque, aut in ejus, in cujus maritus; manu mancipioque eſt: quoniam non in matrimonium tantum, ſed in familiam quoque mariti, & in ſui hæredis locum veniſſet.* Gell. XVIII. 6.

11. DENUDABANT.... venales, qui illos de mangone emebant. Senec. Epiſt. 80. *Detrahis veſtimenta venalibus, ne qua vitia corporis lateant: hominem involutum æſtimas? Mangones, quidquid eſt quod diſpliceat, aliquo lenocinio abſcondunt. Itaque ementibus ornamenta ipſa ſuſpecta ſunt: ſive crus alligatum, ſive brachium aſpiceres, nudari juberes, & ipſum tibi corpus oſtendi.* Unde mercator Pythagoræ illum empturo dicit apud Lucian. *Βίων πρᾶσις*: p. 37[illegible]. *Ἀπόδυθι, καὶ γυμνὸν γάρ σε ἰδεῖν βούλομαι. Exue te: nudum enim te videre volo.* Noſt. *Cal.* 36. 4. De hoc ritu quoque *Demſt. A. R.* v. 24. *Rader. in Mart. p.* 475. *Briſſon. de form.* VI. *p.* 492. & ad hunc locum *Caſaubonus*.

12. THORANIUS *mango* fuit, qui *Antonio jam triumviro, eximios forma pueros, alterum in Aſia genitum, alterum trans Alpes, ut geminos vendidit: tanta unitas erat.* Plin. VII. 12. De illo etiam Macrob. Sat. II. 4. *Delectatus inter cœnam erat ſymphoniacis Thoranii* (ſic legendum eſſe affirmant Salmaſ. Exerc. Plin. p. 29. b. F. & Pontan. in Macrob. p. 667.) *Flacci mangonis.*

13. MANGO eſt, qui venales alit, & vendit. Senec. de Benef. IV. 13. *Mercator urbibus prodeſt, medicus agris, mango venalibus.* Vocatur etiam *venalitius*. Gloſſ. Cyrill. *venalitius, σωματέμπορ☉-*, ut Cyrillum emendat Salmaſ. Exerc. Plin. p. 193. F. cum apud illum legatur *venalitiarius*. Ita & Cicero ſupr. 42. §. 10. Et *mango venalitius*. Plin. XXI. 26. *Radix eſt bulbacea, mangonibus venalitiis pulcre nota. Mangones* venales, quo pluris venderent, caſtrabant. Quintil. Inſt. V. 12. *Mancipiorum negotiatores forma puerorum virilitate exciſa lenocinantur.* Noſter *Domit.* 7. 6. Latiore ſignificatu etiam *mangones*, qui canes, equos, mulos alebant & vendebant. Gloſſ. Philox. *κυνοτρόφ☉-, mango*. Cyril. *mango, ἱπποβοσκός.* Et hinc *mangonici quæſtus* noſt. *Veſp.* 4. 5.

14. INIMICUS, AUT HOSTIS, quæ duo, tanquam diverſa ſcienter diſparavit. *Inimicus* enim privatus eſt, *hoſtis* publicus. V. *Beroaldum*.

15. REGINAM INEO I. cum Cleopatra *regina* coeo, concumbo. Plin. VIII. 44. *Quod ineant lacte hauſto.* Colum. VI. 20. *Ad ineundas feminas habilis ſit.* Unde *initus* eſt coitus. Plin. X. 63. *Nec tamen quindecim initus ejuſdem anni valet tolerare.* Noſter *Ner.* 12. 5.

* 16. UXOR MEA EST. Sed contra leges Romanorum ducta. V. Tit. 7. 7. §. 17.

17. DRUSILLAM Liviam ſupr. c. 62. n. 4.

18. ITA VALEAS formula eſt imprecandi ſub ſpecie boni voti. Phædr. IV. I. 20.

Si valeas, inquit, ut ſarina es, quæ jaces.

19. TE-

non inieris Tertullam, aut Terentillam [19], *aut Rufillam, aut Salviam Titiſceniam* [20], *aut omnes? Anne refert ubi, & in quam arrigas* [21]*?*

* 19. Terentillam, quam *Terentiam* Mæcenatis uxorem fuiſſet putat *Gyrald. de Poet. Dial.* IV. *p.* 208. A. Hanc certe Auguſtus perdite amavit, ſi verum eſt, quod narrat Dio LIV. p. 33. E. Καὶ τοῖς καὶ διὰ τὴν Τερεντίαν τὴν τοῦ Μαικήνου γυναῖκα ἀποδημῆσαι αὐτὸν ὑπετόπησαν: ἵν' ἐπειδὴ πολλὰ περὶ αὐτῶν ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐλογοποιεῖτο, ἄνευ θροῦ τινὸς ἐν τῇ ἐκδημίᾳ αὐτῇ συνῇ. Οὕτω γὰρ ἐν πάνυ αὐτῆς ἤρα, ὥς τε καὶ ἀγωνίσασθαι ποτὲ αὐτὴν περὶ τοῦ κάλλους πρὸς τὴν Λιουίαν ποιῆσαι. *Fuerunt, qui propter Terentiam Mæcenatis uxorem eum diſcedere ſuſpicarentur: ut quoniam multi Romæ de ipſorum amore ſermones per vulgus darentur, in peregrinatione ſua, citra omnem rumorem ejus rei, cum ea vivere poſſet. Eam enim adeo amabat, ut aliquando effecerit, ut ea cum Livia de forma certaret.*

20. Tertulla.... Amantium ὑποκορισμὸς; nam vera nomina fuere, Tertia, Terentia, Rufa. *Tertulla* ὑποκοριστικὸν a Tertia, ſicut a Mario fit Marullus, a Lucio Lucullus, a Catio Catullus. *Caſaubonus.*

21. Arrigas mentulam cum illa concubiturus. Tib. IV. 15. 43.

Et inquietus inguina arrigat tumor.

* Apollon. Dyſcol. Hiſt. Comment. c. 18. Διὸ καὶ ἔτι ἀνήβων ὄντας καταχρίουσι, καὶ μέχρι θανάτου οὐκ ἐπαίρονται. *Itaque eo inungi impubes etiamnum, qui deinde ad finem uſque vitæ nunquam arrigant.*

CAPUT LXX.

ARG. *In cœna, quæ* δωδεκάθεος *vocabatur, Apollinis ornatu diſcumbit, & ut pretioſæ ſupellectilis, aleæque indulgens notatur Octavius Cæſar Auguſtus.*

Coena quoque ejus ſecretior [1] in fabulis fuit [2]: quæ vulgo δωδεκάθεος [3] vocabatur: in qua deorum, dearumque habitu [4] diſcubuiſſe convivas, & ipſum pro Apolline 1

Secreto, & in intima domus parte, parabantur luxurioſiores cœnæ veteribus. Virg. Æn. I. 641.

At domus interior regali ſplendida luxu.

Juven. I. 94.

Quis fercula ſeptem
Secreto cœnavit avus.

Ubi hæc *Grangæus*, & plura ad Virgilium *Lacerda.*

2. In fabulis fuit I. vulgo quotidie de illa *fabulati* & loquuti ſunt, illam traduxerunt. *Fabula* a *fando* dicta quævis eſt narratio rei, etiam geſtæ. Plaut. Pſeud. II. 4. 64.

Hem tibi eamdem fabulam.

* Ter. Hec. IV. 3. 14.

Jam nos fabulæ ſumus.

I. ſumus illi, de quibus conſueverunt joco loqui, & ſermonibus ſuis exagitare. Capitol. Ant. Phil. c. 19. *Ac talem fabellam vulgari ſermone contexunt.* I. hiſtoriam de Commodi nativitate. Noſt. Dom. 15. 9. Ner. 6. 8. Inde *fabulari*, loqui noſtr. *Domit.* 4. 4. *Cal.* 22. 10. *Aug.* 74. 6. Ut *in fabulis eſſe* noſter: ita *eſſe in ſermonibus* Senec. Epiſt. 122. *in annalibus* Flor. I. 10. 3.

3. Δωδεκάθεος, a duodecim illis diis majoribus, quos in verſus duos *Ennius* coartavit.

Juno, Veſta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars,
Mercurius, Jovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

V. *Boxhornium.* Qui inde *geniales*, quod cum Jove accumbant ſemper, & ejuſdem menſæ, velut *genio* accenſeantur, dicuntur *Auſon. Perioch. Iliad.* 4. I. ita verſum emendante Barth. Adverſ. XXII. I.

Jupiter interea cum diis genialibus una
Concilium cogit ſuperum.

Non idem convivarum numerus veteribus placuit. Placuit enim olim *quinarius.* Auſon. Ephemer. n. 145.

Quinque advocavi, ſex enim convivium
Cum rege juſtum: ſi ſuper, convicium eſt.

deinde *ſeptenarius.* Capitol. in Vero c. 5. *Quum ſit notiſſimum dictum de numero convivarum: ſeptem convivium; novem vero convicium.* poſtea *denarius.* Homer. Ἰλιάδ. B. 126.

Ἡμεῖς δ' ἐς δεκάδας διακοσμηθεῖμεν Ἀχαιοί:
Nos autem in decurias diſponamur Achivi.

Duodenarius etiam Vero apud Capitol. c. 5. *Notiſſimum ejus fertur tale convivium, in quo duodecim accubuiſſe dicitur*, & Vettio apud Macrob. Sat. I. 7. *Hoc nobis præſentia veſtra præſtabit, ut & Muſas impleamus & Gratias.* Quaterni enim plerumque unum lectum occupabant. Unde Horat. Sat. I. 4. 86.

Sæpe tribus lectis videas cœnare quaternos.

V. quoque *Stuck. Ant. Conv.* II. 2.

* 4. Deorum, dearumque habitu diſcumbebant interdum veteres. Athen. XII. p. 537. E. Ἔφιππος φησὶν, ὡς Ἀλέξανδρος καὶ τὰς ἱερὰς ἐσθῆτας ἐφόρει ἐν τοῖς δείπνοις, ὁτὲ μὲν τὴν τοῦ Ἄμμωνος πορφυρίδα, καὶ περισχιδεῖς, καὶ κέρατα, καθάπερ ὁ θεός: ὁτὲ δὲ καὶ τῆς Ἀρτέμιδος, ἣν καὶ ἐπὶ τοῦ ἅρματος ἐφόρει. ἐνίοτε δὲ καὶ τὴν τοῦ Ἑρμοῦ... πολλάκις δὲ καὶ λεοντῆν καὶ ῥόπαλον ὥσπερ ὁ Ἡρακλῆς. *Ephippus ſcribit, Alexandrum ſacras etiam veſtes in conviviis geſtaſſe, nunc quidem Ammonis purpuream, per ambitum diviſam, & cornua tan-*

Apolline ornatum [5], non Antonii modo epiſtolæ ſingulorum nomina amariſſime enumerantis exprobrant, ſed & ſine auctore notiſſimi verſus:

Cum primum iſtorum [6] *conduxit menſa choragum,*
Sexque deos vidit Mallia [7], *ſexque deas* [8]:
Impia dum Phœbi Cæſar mendacia ludit [9],
Dum nova divorum cœnat adulteria [10]:
Omnia ſe a terris tunc numina declinarunt [11],
Fugit & auratos Jupiter ipſe thronos [12].

Auxit

quam deum; nunc vero Diana, cum curru vectaretur: aliquando & indumentum Mercurii..... nonnunquam leonis pellem & clavam, ut Herculem. Mariſc. de perſ. & larv. c. 4. Ita meretrix Minervæ cultu ornata Lacharis Athenienſium ducis convivio interfuit apud eundem *infr.* §. 13.

5. Pro apolline ornatum i. *Apollinis* habitu. Ex *Apolline* enim ſatus exiſtimabatur Auguſtus *infr.* 94. 4. Et *quidam*, inquit Servius Ecl. IV. 40. his verbis.

Caſta fave Lucina: tuus jam regnat Apollo.

Octaviam ſororem Auguſti ſignificari affirmant, ipſumque Auguſtum Apollinem..... Et tangit Auguſtum, cui ſimulacrum factum eſt cum Apollinis conjunctis inſignibus. V. & *Caſaubonum.*

* 6. Istorum friget, nulla mentione facta, quinam *iſti.* Choragus non conducitur, ſed a chorago choragium, ſicut nec manceps operarum conducitur, ſed operæ a mancipe. Quam durum etiam *menſa* dicitur *choragum conducere*, pro accumbentes menſæ convivas conduxiſſe choragum. Scribendum:

Cum mimum hiſtrorum conduxit menſa choragi.

i. cum mimici hiſtriones hi, qui deos, deaſque ludunt, convenerunt ad hoc Auguſti convivium. Choragus eſt Auguſtus, Græcorum more dictus, quod ſuis ſumptibus hoc convivium inſtruxerit, ut Græcis dicuntur χορηγοὶ, qui ſuis ſumptibus ludos edunt. Conducere hic non opponitur τῷ locare, ſed eſt cogere, in unum ducere, facere ut conveniant, ut apud Hirt. de Bell. Afric. c. 69. *Omnes copias in caſtra conducit.* Hiſter pro hiſtrio dicitur. Liv. VII. 2. *Quia hiſter Thuſco vocabulo ludio vocabatur, nomen hiſtrionibus inditum.* Mimus hiſtrorum ſunt mimici hiſtriones, non veri, qui inſtar hiſtrionum induerant perſonas deorum dearumve non in ſcena, ſed in convivio, in quo mimum illum epularem αὐτο-καβδάλοι acturi erant. Hiſtriones enim dicuntur mimum agere proprie, cum hujus aut illius perſonam ſuſtinent in ſcena. Petron. c. 40.

Grex agit in ſcena mimum; pater ille vocatur,
Filius hic, nomen divitis ille tenet.

Hinc mimus omnis actio ſimulata, ſeu quæ verum mentitur. Flor. II. 14. 3. *Pſeudophilippus regiam formam, regium nomen, mimo quoque regio implevit.* Et n. 4. Pſeudophilippus *ſcenicus rex* vocatur, qui inſtar hiſtrionis, qui mimum Regis in ſcenis agit, non diu regnum obtinet. *Menſa choragi* itaque *conduxit mimum hiſtrorum*, cum iſti hiſtriones vocatu Auguſti conveniſſent in Capitolio ad hunc epularem mimum agendum. *Grævius.*

7. Mallia, ſive *Maulia* quænam hæc fuerit,

Grammatici certant, & adhuc ſub judice lis eſt.

Sunt, qui voce illa arcem Capitolinam ſignificari putent, ſive quod in illa data fuerit hæc cœna, ut vult Beroaldus, ſive quod locus ille, in quo præbita fuit, ad formam arcis Capitolinæ effictus fuerit, ut interpretatur Torrentius. Arcem autem illam ab ejus aſſertore, *Manliam* potuiſſe vocari non ineptum videtur. V. etiam Ryckq. de Capitol. c. 46. Sunt, qui de proprio nomine mulieris, forte ex illis ſex, quæ dearum habitu convivio interfuerunt, & per quam omnia in vulgus ſunt edita, accipiant, ut Sabellicus: & hoc ſe neque affirmare, neque negare dicit Caſaubonus, qui tamen quin pro choragi uxore, quæ convivii, ut Poſthumia apud Catul. 27. 3. magiſtra fuerit, queat accipi non dubitat.

8. Sex deos, sexque deas. Aurelius Victor tamen hæc Epit. 1. 22. *Serviebat libidini uſque ad probrum vulgaris famæ. Nam inter duodecim catamitos, totidemque puellas accubare ſolitus erat.*

9. Impia mendacia... i. *impio* luſu Apollinem pro Apolline ornatus repræſentat.

10. Coenat adulteria i. *cœnando* exprimit & imitatur. Eleganter: Quia non tam ad epulas, quam ad ſtupra convenerant. Non diſſimile eſt *epulari iniquitatem* apud Auguſt. Confeſſ. II. 6. & *cœnare diſciplinam* apud Tertull. Apol. c. 39. V. quoque *Beroaldum* & *Caſaubonum.*

11. Se a terris declinarunt i. terras reliquerunt. Terras enim ob infanda mortalium ſcelera, quia ferre non poſſent, deos reliquiſſe fingunt poetæ; Catull. 64. 401.

Omnia fanda, nefanda malo permiſta furore
Juſtificam nobis mentem avertere deorum,
Quare nec tales dignantur viſere cœtus.

Ovid. Metam. I. 149.

Victa jacet Pietas: & virgo cæde madentes
Ultima cœleſtum terras Aſtræa reliquit.

* 12. Thronos Latina lingua non agnoſcit. Leg. *toros.* Epigramma dicit, Jovem ipſum ex auratis pulvinaribus Capitolii aufugiſſe, hoc eſt, Capitolium deſeruiſſe, propter ſceleſtos & inceſtos hos ludos.

Digitized by Google

Auxit cœnæ rumorem ſumma tunc in civitate penuria ac fames [13]. Acclamatum- 2
queque eſt poſtridie, *frumentum omne deos comediſſe*, & *Cæſarem plane eſſe Apollinem; ſed*
Tortorem [14]: quo cognomine is deus quadam in parte Urbis [15] colebatur. Notatus 3
eſt & ut pretioſæ ſupellectilis [16], Corinthiorumque [17] præcupidus, & aleæ indul- 4
gens. Nam & proſcriptionis tempore ad ſtatuam ejus adſcriptum eſt:

Pater argentarius [18], *ego Corinthiarius* [19].

cum exiſtimaretur quoſdam propter vaſa Corinthia inter proſcriptos [20] curaſſe re-
ferendos. Et deinde bello Siculienſi epigramma vulgatum eſt: 5

Poſtquam bis claſſe victus naves perdidit [21],
Aliquando ut vincat [22], *ludit aſſidue aleam.*

ludos. Licet tunc nullum fuiſſet lectiſternium, quod Caſaubonus obducit, tamen poeta commode dixiſſet: *Jupiter fugit ſuos toros*, pro ſua pulvinaria, quæ illi ſolent ſterni, hoc eſt, deſeruit Capitolium, ut idem fere dixerit quod Virg. Æneid. II. 351.

Exceſſere omnes adytis.

Torrentius & Grævius.

13. Penuriæ et famis tempore homines diſſoluti, & luxu diffluentes convivia celebrant lautiſſima, & ad illa meretrices dearum cultu ornatas vocant. Apud Athen. IX. p. 405. Demetrius comicus Lacharem Athenienſem ducem proſcindit, quod in ſumma annonæ caritate, cum pars magna civium fame periret, convivium celebraſſet, cui meretrix aliqua amata ipſi Minervæ cultu ornata intererat. Demetrii verſus ſunt hi:

Τὸ μέγιστον οὐκ εἴρηκα: Λαχάρης τινὸς
Ὅτ' ἦν ὁ λιμὸς ἑστιῶντος τὰς φίλους
Ἅμ' ἀνδράσιν ἐποίησ' Ἀθηνᾶν Λαχάρης
Δὴ τότ' ἐγκλῆσαι, Δὶ ἐγκλῆτα νῦν ἐγώ:

Quod maximum eſt non dixi vobis: nam Lachares quidam cum aliquando tempore famis amicos convivio exciperet, effecit ut in mortalium convivarum turba cenſeri Minerva non recuſaret: ego vero nunc faxo, ut etiam Jupiter vocatis ad cœnam accenſeri velit: ut illos emendat & interpretatur *Caſaub. in Athen.* IX. 16.

14. Tortorem, dictum a vico, in quo *tortorum* flagella pendebant venalia. V. *ſupr.* 57. 4. §. 8. 9. Romanos vero fame *torquere* videbatur Auguſtus.

15. Quadam in parte urbis, quæ videtur fuiſſe Subura. Mart. II. 15. I.

Tonſtrix Subura faucibus ſed & primis,
Cruenta pendent qua flagella tortorum.

16. Pretiosæ supellectilis, quod falſum eſſe docetur *infr.* 71. 2: 73. 1.

17. Corinthiorum vaſorum, quorum origo quænam fuerit, docet Plin. XXXIV. 2. *Corinthium maxime laudatur: hoc caſus miſcuit Corintho, cum caperetur, incenſa.* Flor. II. 16. 7. *Æris notam pretioſiorem ipſa opulentiſſimæ urbis fecit injuria: quia incendio permiſtis plurimis ſtatuis atque ſimulacris, æris, auri, argentique vena in commune fluxere.* Aliorum opiniones denarrat *Muret. V. L.* III. 5. & de *Corinthiis* plura *M. Donatus* & *Bayſ. de vaſc. p.* 143. Illorum rurſus meminit noſter *infr. Tib.* 34. 2.

18. Argentarius quis, dixi *ſupr.* 2. 9. §. 23.

19. Corinthiarius hic nomen eſt artificii, poſtea fuit miniſterii in familia principum. Vetus lapis:

CALLITYCHE ZOILI.
CORINT. AGRIPP.

V. *Caſaubonum.*

20. Inter proscriptos ob eamdem cauſam Verrem retulit Antonius apud Plin. XXXIV. 2. *Traditur, non alia de cauſa Verrem, quem Cicero damnaverat, proſcriptum cum eo ab Antonio, quam quod Corinthiis ſe ei ceſſurum negaviſſet.*

21. Bis classe.... I. *duplici naufragio claſſes amiſit* ſupr. 16. 1.

22. Vincat I. jacturam, quam perditis claſſibus fecit, reſarciat. *Ludus aleæ inquit Grang. ad Juven. I. 91. quodammodo præliis comparatur. Hinc jocus hic Romanorum in Cæſarem Auguſtum aleatorum maximum. Unde & Satyrici verba,

Prælia quanta illic diſpenſatore videbis
Armigero!

hiſce interpretatur: quantas nummorum ſummas ludere videbis.

CAPUT LXXI.

ARG. *Impudicitiæ infamiam, & lautitiarum invidiam refutat, circa libidines hæret, & aleam palam ludit Octavius Cæſar Auguſtus.*

Ex quibus ſive criminibus [1] ſive maledictis, infamiam impudicitiæ facillime refutavit,

1. Criminibus I. accuſationibus. Cicer. Ver. I. 71. *Qui iſtius cauſam in criminum ratione poſitam arbitrabantur. Criminari* eſt accuſare Liv. III. 9. *Per aliquot dies Patrum ſuperbiam apud plebem criminatus eſt.*

2 futavit [2], & præſentis & poſteræ vitæ caſtitate. Item lautitiarum [3] invidiam, cum & Alexandria capta [4] nihil ſibi præter unum myrrhinum [5] calicem ex inſtrumen-
3 to regio [6] retinuerit, & mox vaſa aurea aſſiduiſſimi uſus conflaverit omnia. Circa libidines [7] hæſit [8]: poſtea quoque, ut ferunt, ad vitiandas virgines promptior,
4 quæ ſibi undique etiam ab uxore [9] conquirerentur. Aleæ [10] rumorem [11] nullo modo

eſt. Noſt. Cal. 30. 4. Tib. 10. 2. *Criminoſus liber* Noſt. *ſupr.* Cæſ. 75. 9. qui multas continet accuſationes.

2. REFUTAVIT i. ſe impudicum, & pretioſæ ſupellectilis cupidum non eſſe oſtendit. Feſtus: *Refutare, redarguere.* Ubi Scaliger monet eſſe deductum ab ollis, quæ cum ferventes paullo plus exuberant, ſolent *futò*, vaſe ad hoc apto, inverſa aqua compeſci. Hoc vero dicitur *futare* & *confutare* ollam. Titinius Setina.

Coquos abenum, quando fervit, paulla confutat trua.

3. LAUTITIARUM, quas refer ad *ſupellectilem pretioſam*, de qua *ſupr.* 70. 4. Plin. 11. 35. *Quum exquiſitis quotidie Antonius ſaginaretur epulis, ſuperbo ſimul ac procaci faſtu, ut regina meretrix, lautitiam ejus omnem, apparatumque obtrectans, quærente eo, quid adſtrui magnificentiæ poſſit, reſpondit...*

4. ALEXANDRIAM CAPTAM V. ſupr. 17. 8. §. 32.

5. MURRHINA antiqua, licet hoc negent *Bayſ. de vaſc. p.* 124. & *Buleng. de conv.* VI. 13. & hodie plane ignorari aſſerat *Pancir. de veter. amiſſ. c.* 7. noſtra eſſe *porcellanea* vero eſt propius, quocunque modo fiant, ſive in fornacibus coquantur, ut apud Parthos, teſte Prop. IV. 5. 26.

Murrheaque in Parthis pocula cocta focis.

& hodie apud Chinas: ſive ex humore ſub terra denſentur, ut vult Plin. XXXVII. 2. *Oriens murrhina mittit.... Humorem putant ſub terra calore denſari:* ſive gemmæ fuerint, ut putat Seneca de Ben. VII. 9. *Video murrhina pocula. Parum ſcilicet luxuria magno furit, niſi, quod vomant, capacibus gemmis inter ſe propinarent.* Licet enim, quomodo fierent, ignoraverint veteres, non tamen inde colligitur, diverſa eſſe *portellanea* & *murrhina.* Illa *in Urbem primus induxit, primuſque ſex pocula Capitolino Jovi dicavit Pompejus.* Plin. XXXVII. 2. V. & *Salmaſ. Exerc. Plin. p.* 144. *a. B. C. Scalig. P. Exerc.* 92. *F. in Prop. p.* 267. *Voſſ. Lex. Turneb. Adv.* VIII. 1.

6. INSTRUMENTO REGIO i. regum Alexandrinorum ſupellectile & gaza. Ita de Cambyſe Senec. de Ira III. 20. *Inſtrumenta epularum camelis vehebantur.* de vit. beat. c. 25. *Pone in inſtrumentis ſplendentibus & delicato apparatu.* Maximam rei nummariæ copiam triumpho Alexandrino Urbi invexiſſe Auguſtum docui ſupr. 41. 1. §. 2. 3.

7. LIBIDINES i. mulierum congreſſus. *Impudicitia* enim, de qua ſupr. Cæſ. 52. 19. cujus infamiam refutavit, ad ejus refertur corpus. V. *Sabellicum.*

8. HÆSIT i. illas refutare non potuit. Ducta metaphora a nautis ad ſcopulum *hærentibus.* Ita *ad columnam adhæreſcere* Cicero pro Sextio c. 8. *Ne Scyllæo illo æris alieni in freto ad columnam adhæreſceres.* Vel a viatoribus, pedem ex luto, in quod inciderint, vix extrahentibus. Quo etiam alludit Horat. Sat. II. 7. 27.

—— hæres
Nequicquam cœno cupiens evellere plantam.

Cui opponitur proverbium Græcum, cujus meminit etiam Turneb. Adv. XIII. 17. ἐκτὸς πηλοῦ πόδας ἔχεις, *extra lutum pedes habes.*

9. UXORIÆ zelotypiæ vis magna eſt. Unde *aprorum & leonum* furori illam comparat Ovid. de arte II. 373. &

Socii depreſſa pellice lecti

ardere, & in ferrum flammaſque ruere feminam, dicit n. 375. *Tertia tamen Æmilia Africani prioris uxor, mater Corneliæ Gracchorum, tanta fuit comitatis & patientiæ, ut cum ſciret viro ſuo ancillulam ex ſuis gratam eſſe, diſſimulaverit. Tantumque a vindicta mens ejus abfuit, ut poſt mortem Africani manumiſſam ancillam in matrimonium liberto ſuo daret.* Val. Max. VI. 7. 1. Imo Stratonica δεόμενον γνησίων παίδων ἐπὶ διαδοχῇ τῆς βασιλείας ἐπισταμένη τὸν ἄνδρα, μὴ τίκτουσα δὲ αὐτὴ συνέπεισεν ἐξ ἑτέρας γυναικὸς παιδοποιησάμενον αὐτῇ, τὸ παιδίον περιιδεῖν ὑποβαλλόμενον. Τοῦ δὲ Δηιοτάρου τήν τε γνώμην θαυμάσαντος, καὶ πᾶν ἐπ' αὐτῇ ποιησαμένου, παρθένον εὐπρεπῆ παρασκευάσασα τῶν αἰχμαλώτων ὄνομα Ἠλέκτραν συνεῖρξε τῷ Δηιοτάρῳ καὶ τοὺς γενομένους παῖδας ὥσπερ γνησίους αὐτῆς ἔθρεψε φιλοστόργως καὶ μεγαλοπρεπῶς. *Cum maritum legitimos liberos, quos hæredes regni relinqueret, deſiderare ſciret, ipſa ſterilis perſuaſit ei, ut alia ex muliere prolem ſuſciperet, ſibique eam ſubderet. Dejotaro ſententiam admirante, uxoriſque arbitrio rem totam permittente, formoſam ex captivis virginem Electram nomine adornavit, & Dejotaro copulavit, natoſque ex ea liberos tanquam ſuos educavit amanter & magnifice.* Plutarch. de virt. mul. §. 42. Et ita mariti extraneos amores juvit Livia. V. & *Berneg. ad Juſtin.* IX. 7. 1.

10. ALEAM olim luſerunt viri principes. Cicer. pro Arch. c. 6. *Quantum alii aleæ, quantum pilæ tribuant...* Ipſe Antonius, cujus *domum aleatoribus refertam* fuiſſe dicit Cicer. Phil. II. 27. Vitellius apud noſtr. 4. 1. Cato Uticenſis apud Plutarch. p. 762. A. Ἐν δὲ τοῖς δείπνοις ἐκληροῦτο περὶ τῶν μερίδων. Εἰ δὲ ἀπολάχοι, πρῶτον αἴρειν τῶν φίλων κελευόντων, ἔλεγεν μὴ καλῶς ἔχειν ἀκούσης τῆς Ἀφροδίτης. *In cœnis ſortem mittebat de portionibus. Si ſors ipſum deſtituiſſet, amicis ut primam tolleret inſtantibus, parum id ait convenire invita Venere.* Et imperatores. Cæſar apud Catull. 29. 2: 6. 11.

Niſi

do expavit: luſitque ſimpliciter & palam oblectamenti cauſa, etiam ſenex: ac præterquam Decembri menſe [12], aliis quoque feſtis profeſtiſque [13] diebus. Nec id dubium eſt: autographa [14] quadam epiſtola, *Cœnavi*, ait, *mi Tiberi, cum iiſdem. Acceſſerunt convivæ Vinicius & Silvius pater. Inter cœnam* [15] *luſimus* [16] γεροντικῶς [17] *& heri & hodie. Talis* [18] *enim jactatis* [19], *ut quiſque canem* [20] *aut ſeniorem* [21] *miſerat* [22], *in*

Niſi impudicus, verax, & aleo.

Claudius apud noſtr. 33. 6. & Senec. Ἀποκολ: F. *Tum Æacus illum jubet alea ludere pertuſo fritillo.* Qui etiam *luſorium opus conſcripſiſſe* dicitur. Alex. Gen. III. 21. Domitianus apud noſtr. 21. 2.

11. RUMOREM, quia aleæ ludus infamis erat. Unde & legibus fuit vetitus. Horat. Od. III. 24. 58.

Seu malis vetita legibus alea.

Iſid. XVIII. 68. *Ab hac arte fraus, & mendacium, atque perjurium nunquam abeſt, poſtremo & odium, & damna rerum; unde & aliquande propter hæc ſcelera interdicta legibus fuit.* Unde prætor Ulpiano teſte Digeſt. XI. 5. 1. *ait: ſi quis eum, apud quem alea luſum eſſe dicetur, verberaverit, damnumve ei dederit, ſive quid eo tempore dolo ejus ſubtractum eſt, judicium non dabo.* Et tantum Decembri menſe licitus. §. 12.

12. DECEMBRI MENSE, quo ut Senec. Epiſt. 18. *maxime civitas deſudat. Jus luxuria publice datum eſt: ingenti apparatu ſonant omnia.* Macrob. Sat. I. 5. *Vultiſne diem ſequentem, quem plerique omnes abaco & latrunculis conterunt?* Mart. IV. 11. 7.

Dum blanda vagus alea December
Incertis ſonat hinc & illinc fritillis.

Hæc *Beroaldus*, & plura *Torrentius*.

13. FESTOS, PROFESTOS, *aut intercifos omnes dies vocavit Numa. Feſti diis dicati ſunt. Profeſti hominibus ob adminiſtrandam rem privatam publicamque conceſſi. Interciſi deorum hominumque communes ſunt.* Macrob. Sat. I. 16.

14. AUTOGRAPHA i. ipſius manu ſcripta. Sidon. Epiſt. IX. 11. *Aio, tanquam non ſit autographas membranas arbitratus.* Noſter *infr.* 87. 1.

15. INTER COENAM i. *inter cœnarum* fercula. *Torrent. in Cæſ.* 87. 3.

16. LUSIONIBUS inſititiis talorum diffindebant potiones ſuas liberaliores. Prop. II. 24. 25.

Lenta bibis, media nequeunt te frangere noctes:
At nondum eſt talos mittere laſſa manus.

Catull. 50. 5.

Ludebat numero modo hoc, modo illoc,
Reddens mutua per jocum atque vinum.

Plaut. Capt. I. 1. 4.

Nam in convivio ſibi
Amator talos cum jacit, ſcortum invocat.

V. *Caſaubonum. Urſin. de tricl. p.* 375. *Ferrar. Elect.* I. 16.

17. Γεροντικῶς, ſeniliter i. κ ſedendo ut *ſenes*; juvenum enim erat mos ludere cum motu corporis. Epigram. IV. 32. 4.

Ἑζόμενος μὲν τῇ δὲ παρ' εὐλάγγι τραπέζῃ,
Παίγνια κινήσεις τερπνὰ βολοκτυπίης.

Sedens hic apud menſam pulcris lapidibus ſtructam, lucra jucunda jactus talorum movebis. i. talis, qui *ſenum* oblectamentum, ut pila eſt juvenum. Cicer. Senect. c. 16. *Habeant igitur alii ſibi arma, ſibi equos, ſibi haſtas, ſibi clavam & pilam, ſibi natationes & curſus: nobis ſenibus ex luſionibus multis talos relinquant & teſſeras.* Juven. Sat. XIV. 4.

Si damnoſa ſenem juvat alea.

Valer. Max. VIII. 8. 2. *Alea quoque & calculis Scævola vacaſſe interdum dicitur; cum bene ac diu jura civium, & ceremonias deorum ordinaſſet: ut enim in rebus ſeriis Scævolam, ita in ſenilibus* (pro *ſcurrilibus* legendum contendit Rutgerſ. V. L. II. 12. & laudat Souter. Palam. I. 17.) *luſibus hominem agebat.* Unde Ravennæ *indeſinenter rerum omnium legem eſſe perverſam* ut doceret, ibi *ſtudere pila ſenes, alea juvenes* dicit *Sidon. Epiſt.* I. 8. i. non lucri, ut hunc locum exponit *Senſileb. de alea* I. 2. ſed *ſenilis* oblectamenti cauſa.

18. TALUS oſſiculum eſt, quod biſulca habent quadrupedia. Plin. XI. 45. *Solidas quæ ungulas habent, talos non habent; at quæ biſulca ſunt, habent.* Quod accepit ab Ariſtot. Hiſt. anim. II. 1. Τῶν δὲ διχηλῶν πολλὰ ἔχει ἀστράγαλον. *Permulta ex biſulcis habent talum.* Illum deſcribit hiſce. Πάντα δὲ τὰ ἔχοντα ἀστράγαλον, ἐν τοῖς ὄπισθεν ἔχει σκέλεσιν: ἔχει δὲ ὀρθὸν τὸν ἀστράγαλον ἐν τῇ καμπῇ, τὸ μὲν πρανὲς ἔξω, τὸ δ' ὕπτιον εἴσω, καὶ τὰ μὲν κῶα ἐντὸς ἐστραμμένα πρὸς ἄλληλα, καὶ τὰ χῖα καλούμενα ἔξω, καὶ τὰς κεραίας ἄνω. *Omnia vero, quæ habent talum, cruribus eum poſterioribus continent: habent vere erectum in ſuffragine parte ſui prona foras, ſupina introrſum, & ſheos, partes intus ſibi adverſas, canes dictos foris, & cornua ſupra.* Hiſce oſſiculis, vel veris, vel ex ebore, argento, auro ad illorum ſimilitudinem factis ludebant veteres. Græcis ἀστράγαλοι dicebantur. Plin. XXXIV. 8. *Fecit* Polycletus *duos pueros, item talis nudos ludentes, qui vocantur* ἀστραγαλίζοντες. Quatuor ludebant talis, ut tribus teſſeris. Martial. XIV. 15.

Non ſim talorum numero par teſſera.

Pauſan. Ἀχαϊκ. p. 233. Ἐπὶ τῇ εὐχῇ λαβὼν ἀστραγάλους τέσσαρας ἀφίησιν ἐπὶ τῆς τραπέζης. *Voto ſumptos talos quatuor jaciunt ſuper menſam.* Illorum unuſquiſque quatuor habebat caſus, & in illis erant ternio, quaternio, ſenio & canis. De *talis*, poteris evolvere *Rhodig. A. L.* IV. 11. & 12: XX. 27. *Turneb. Adv.* XVIII. 12: XXVII. 3. *Jun. Anim.* II. 4. *Galeot. Mart. de promiſc. doctr. c.* 36. *Souter. Palam.* I. 25. & 29. *Buleng. de lud. vet. c.* 58. *Calcagninum de talis* operum *p.* 288. *Ferrar. Elect.* I. 16.

19. JA-

in ſingulos talos [23] *ſingulos denarios in medium conferebat* [24] *: quos tollebat univerſos* [25] *, qui Venerem*

19. Jactabant quatuor hos talos in vaſculum infundibuli, ſive turriculæ ſpeciem repræſentans, quod *fritillum* dixerunt veteres. Senec. *ſupr.* §. 10. Martial. v. 84. 3.

Et blando male proditus fritillo.

Fiebat e buxo, & excavatus intus gradus exciſos habebat: ut incertior & minus fallax, minuſque artificioſus eſſet jactus talorum, neque aleator improbus colluſorem fallere poſſet. Auſon. Prof. 1. 25.

Vidimus & quondam, tabulæ certamine longo,
Omnes, qui fuerant, enumeraſſe bolos,
Alternis vicibus quos præcipitante rotatu
Fundunt excuſſi per cava buxa gradus;
Narrantem fido per ſingula puncta recurſu,
Quæ data, per longas quæ revocata moras.

Illud enim, antequam in tabulam effunderent, ideo concutiebant. Unde & Mart. xiv. 13.

Quæ ſcis compoſitos manus improba mittere talos:
Si per me miſit, nil niſi vota facit.

Et Suidas. Ἐσεισμένα ὀνομάζεσθαι οἱ διάττοντες, παρὰ τὸ κινεῖσθαι καὶ διασείεσθαι πρότερον, εἶτα βάλλεσθαι: ἵνα ἀκακούργητοι μᾶλλον ὦσι. *Solebant nominari concuſſi, quia movebantur & concutiebantur prius, ut abſque ullo eſſent maleficio.* V. & *Schol. Juven.* xiv. 5. *Porphyr. Horat. Sat.* ii. 7. 17. *Turneb.* vi. 3: xxii. 10. *Beroald. Annot.* §. 21. *Caſaub. ad Theophr. p.* 187. *Salmaſ. Exerc. Plin. p.* 50. *b. A. Vopiſc. Procul. c.* 13. *Souter. Palam.* 1. 3. Luſum Auguſto deſcriptum putant *Caſaubonus* & *Heinſ. Ariſt. ſacr. c.* 14. fuiſſe πλειστοβολίνδα a punctorum jactibus dictum. Pollux ix. 7. Ἡ δὲ πλειστοβολίνδα οὐ μόνον ἡ διὰ τῶν κύβων, ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν ἀστραγάλων, ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἀριθμὸν βαλεῖν. *Pliſtobolinda non tantum in teſſeris, ſed etiam talis, in qua vincit, qui majorem numerum jecit.* De illo vero plura *Meurſ. lud. Græc. p.* 56.

20. Canem *unionem vocabant appellatione jactuum mutata, antea enim quiſque jactus apud luſores veteres a numero vocabatur, ut unio....* Iſid. xviii. 65. *Vitant canem, quia damnoſus eſt, unum enim ſignificat* c. 66. Dicebatur *canis*, quod ejus animalis inſtar bona ludentis, & opes abroderet. Vel quia *canis* diis inferis ſacri ſunt. Vel potius, quia Romanis *canes* fuerunt exſecrati ob Capitolium negligentia eorum fere a Gallis Senonibus expugnatum. Vocabatur etiam κύων & χῖος. Pollux ix. 7. Καὶ τὸ μὲν μονάδα δηλοῦν, καλεῖται κύων. *Et unitatem ſignificans, canis vocatur.* Heſychius. Κύων: δηλοῖ δὲ ὑπὸ κυβευτῶν βόλον τινά: ὃς καὶ χῖος καλεῖται: & ὄνος. Κύων. *ſignificat autem aleatoribus jactum quendam: qui & chius vocatur; & aſinus.* Pollux. Καὶ μάλιστά γε ἡ τὸ μόνας, ἣ ἐν αὐτοῖς ὄνος καλεῖσθαι εἶχε κύβος. *Et maxime unitas, quam aſinum nominant, teſſera dici obtinuit.* V. & *Meurſ. de lud. Græc. p.* 37. *Souter. Palam.* 1. 28. *Ferrar. Elect.* 1. 16. *Boxhorn. Quæſt. Rom.* 28. Tunc fuit, cum tali omnes ſurrexiſſent, ſive recto gradu ſtetiſſent, & in pedes, non, ut Lipſ. Ant. Lect. 1. 21. in dorſum ſubſiliſſent. Lucian. Amor. p. 885. *Sin autem paullo ſimplicius per menſam jeciſſet, ac tali id ſurgendo reddidiſſent.* Ovidius & Propertius laudati infr. §. 24. Nam quod Lucianus dicit *ſurgere*, Ovidius dixit *ſtare*. Propertius *ſubſilire*. Ferrar. *l. l.*

21. Senio etiam a numero, quem referebat, dictus, vocabatur quoque κῷος & ἑξίτης. Euſtath. ad Ἰλιάδ Ψ. p. 1399. Τῶν δὲ βόλων, ὁ μὲν τὰ ἓξ δυνάμενος, κῷος ἐλέγετο, καὶ ἑξίτης. *Jactuum autem ille, qui valet ſex, cous dicebatur & hexites.* Hinc proverbium, χῖος πρὸς κῷον i. *unus ad ſex*, de quo Xenob. Prov. Cent. iv. 74. Suidas, Heſychius. V. *Meurſ. de lud. Græc. p.* 9. & 39. *Souter. Palam.* 1. 28. *Ferrar. Elect.* 1. 16.

* 22. Miserat i. jecerat. Eſt enim *mittere* in talorum luſu ſitatum. Prop. ii. 24. 26.

An nondum eſt talos, mittere laſſa manus?

Senec. Ἀποκ. fin.

Nam quoties miſſurus erat reſonante fritillo.
Cumque recollectos auderet mittere talos.

23. In singulos talos vel ſingulos nummos conferebant, ut hic Auguſtus, vel in ſingulas unitates, quas jactus oſtendebat, ſive *in punctum*, ut *Ner.* 30. 8. qui πλειστοβολίνδα ludebant. Hoc innuit Pollux ix. 7. hiſce verbis. Ἀργύριόν τινα ἀριθμὸν ἐπιφημίσαντες καθ' ἑκάστην μονάδα ὡρισμένην, δραχμὴν, ἢ στατῆρα, ἢ ὁποσονοῦν. *Argenti ſummam aliquam indicebant in ſingulis jactibus infelicibus, ut in unione diviſo drachmam, aut ſtaterem, aut alium quemlibet nummum.* V. *Caſaubonum* & ex Caſaubono *Souter. Palam.* 1. 28. Ut vero *in talos* noſter, ita in *pecuniam ludere* Paullus *Digeſt.* xi. 6. 2.

24. In medium conferebat & perdebat. *Canis* enim jactus erat infelix, unde *damnoſus* dicitur. Prop. iv. 9. 18.

Semper damnoſi ſubſiluere canes.

Ovid. Art. ii. 206.

Damnoſi facito ſtent tibi ſæpe canes.

Triſt. ii. 474.

Damnoſos effugiaſve canes.

Perſ. iii. 49.

Damnoſa canicula quantum
Raderet.

Ob quam cauſam & quod pecuniam raperet, *vulturi* rapaci ſimilis, *volturius* dicitur Plaut. Curc. ii. 3. 78.

Jacit volturios quatuor.

V. *Meurſ. de lud. Græc. p.* 38. *Souter. Palam.* 1. 28. *Buleng. de lud. vet. c.* 59. *Salden. Ot. Theol.* 1. 7. 12. *Lipſ. Ant. Lect.* 1. 21. *Ferrar. Elect.* 1. 16. *Senio* quamvis & vulgo & publice felicibus annumeraretur jactibus. Perſ. Sat. iii. 48.

Quid dexter ſenio ferret
Scire erat in voto.

videtur tamen in privato hoc luſu ſibi & colluſoribus

Venerem [26] *jecerat.* Et rurſus aliis literis: *Nos, mi Tiberi, quinquatribus* [27] *ſatis jucunde egimus. Luſimus enim per omnes dies, forumque* [28] *aleatorium calfecimus* [29]. *Frater tuus magnis clamoribus* [30] *rem geſſit. Ad ſummam* [31] *tamen perdidit non multum: ſed ex magnis detrimentis* [32] *præter ſpem paullatim retractus eſt. Ego perdidi viginti millia nummum, meo nomine: ſed cum effuſe in luſu* [33] *liberalis fuiſſem, ut ſoleo plerumque. Nam ſi, quas manus* [34] *remiſi* [35] *cuique* [36], *exegiſſem, aut retinuiſſem quod cuique donavi, viciſſem* 6

bus leges fixiſſe Auguſtus, quibus etiam ille, qui ſeniorem miſerat, quid denuo in medium conferre debuerit. Quid ſi dixerimus, ſenionem, ſi canis ei accederet, etiam infeliciorem fuiſſe factum, & ſententiæ noſtræ fundum attulerimus Martial. XIII. 1. 6.

Senio nec noſtrum cum cane quaſſat ebur.

* 25. TOLLEBAT UNIVERSOS. Pollux. Ὁ δὲ ὑπερβαλλόμενος τῷ πλήθει τῶν μονάδων, ἔμελλεν ἀναιρεῖσθαι τὸ ἐπιδιδόμενον τὸ ἀργύριον. *Qui vero unitatum numero ſuperabat jaciens, depoſitum recipiebat argentum.*

26. VENUS dicebatur jactus, non cum tali quatuor diverſo omnes erant numero, quod vult Turneb. Adv. XXVII. 3. I. cum jacti erant omnes talorum numeri, ſed cum diverſa figura, ſitu, & facie jacti tali conſtituiſſent, alius prona, alius ſupina, alius in dextrum, alius in lævum latus cecidiſſet. Pollux IX. 7. Τὸ σχῆμα τοῦ κατὰ τὸν ἀστράγαλον πτώματος ἀριθμοῦ δόξαν εἶχεν. *Ipſa caſus figura & facies in talo pro numero erat.* Lucian. Ἐρωτ. p. 884. Καὶ ζαλῶν μὲν ἐπὶ σκοποῦ, μάλιστα δ' εἴ ποτε τὴν θεὸν αὐτὴν ἐνβολήσειε, μηδενὸς ἀστραγάλου πεσόντος ἴσῳ σχήματι, προσεκύνει, τῆς ἐπιθυμίας τεύξεσθαι νομίζων. *Ac quoties jecerat id quod intendebat, maxime ſiquando deam ipſam Venerem feliciore jactu ſortitus erat, nullo talo pari figura cadente, adorabat eam, ſperans ſe id eſſe conſecuturum quod expetebat.* Martial. XIV. 11.

Cum ſteterit nullus vultu tibi talus eodem,
Munera me dices magna dediſſe tibi.

Dictus eſt, quia ad Æneam originem gentis referebant Romani; ſuam autem Æneas a Venere derivabat. Vel quia Venus hominum, ut ille loquitur, divûmque voluptas, ejus nomine quicquid gratum eſſet, acceptumque veniebat. Jaciebatur quatuor talis. Cicer. Divin. I. 13. *Quatuor tali jacti caſu Venereum efficiunt. Num etiam centum Venereos, ſi quadringentos talos jeceris, caſu futuros putas?* II. 21. *Dixiſti multa de caſu; ut Venereum jaci caſu poſſe quatuor talis jactis: quadringentis centum Venereos non poſſe caſu conſiſtere.* V. & *Meurſ. de lud. Græc. p.* 7. & 8. *Souter. Palam.* I. 28. *Boxhorn. Quæſt. Rom.* 28. *Beroal. Annot. c.* 26. *Buleng. de lud. vet. c.* 58. *Calcagn. p.* 290. *Senftleb. de alea* 5. 9. *Ferrar. Elect.* I. 16.

27. QUINQUATRUS *dicimus, quod quinque ab Idibus dierum numerus ſit, atrus nihil ſignificat.* Gell. II. 21. *Forma vocabuli ejus, exemplo multorum populorum Italicorum, enunciata eſt, quod poſt diem quintum Iduum eſt is dies feſtus: ut apud Tuſculanos Triatrus, & Sexatrus, & Septematrus. Minervæ autem dicatum eum diem exiſtimant, quod eo die ædis ejus in Aventino conſecrata eſt.* Feſtus. Noſter *Ner.* 34. 6. *Dom.* 4. 12.

28. FORUS eſt tabula luſoria, ſive alveus. Senec. ad Polyb. c. 36. *Sed in Albano ſuo teſſeris, ac foro... acerbiſſimi funeris elevabat mala.* Manil. V. 427.

Nec non laſcivis amores
In varios, ponitque forum, ſe datque Lyæo.

Ubi *forum ponere* eſt in menſa ſtatuere alveum, ſive tabulam luſoriam. V. *Salmaſ. in Vopiſc. Procul. c.* 13. *Exerc. Plin. p.* 646. *a. G. b. A. Grenov. de pec. vet.* IV. 3. & *in Senecam.*

29. CALFECIMUS I. multum luſimus, multo talorum jactu quaſi *calidum* reddidimus. Ita

Ungularum pulſibus calens Iſter.

dicitur Mart. VII. 7. 2. quæ ſæpius pulſabantur; *limina tepida* Catull. 63. 63. & qui cuſtodiis plenus eſt, *æſtuare carcer* Tertull. Apolog. c. 44. Contra ea *limina frigeſcere* Perſ. I. 109. cum ſalutatores parum grati ab admiſſionum magiſtris durius tractantur.

30. CLAMORIBUS inter colluſores gliſcere ſolitis. Ovid. de arte III. 371.

Dum ſumus incauti, ſtudioque aperimur in ipſo;
Nudaque per luſus pectora noſtra patent:
Ira ſubit deforme malum, lucrique cupido;
Jurgiaque, & rixa, ſollicituſque dolor.
Crimina dicuntur, reſonat clamoribus æther.

V. *Beroaldum.*

31. AD SUMMAM I. in ſumma, ſummatim. Petron. c. 31. *Ad ſummam, ſtatim ſcietis....* Noſt. *Gramm.* 10. 2.

32. EX MAGNIS DETRIMENTIS... I. poſtquam multum perdidiſſet, paullatim cœpit felicius ludere, & recepit quod perdiderat.

33. LUSUM aleæ ſæpe dicunt veteres. Paull. Digeſt. XI. 5. §. 2. *Solent quidam & cogere ad luſum vel ab initio, vel victi, dum retinent.* Noſt. *Cal.* 41. 4.

34. MANUS eſt ipſe jactus. In alea ſinguli jactus dicuntur *manus*, ut in re gladiatoria ſingulæ *manus* & ſinguli ictus. Quintil. Inſt. IX. 1. *In armorum certamine adverſus ictus & rectas manus, cum videre, tum etiam propulſare facile eſt, averſæ tectæque minus ſunt obſervabiles.* Hinc *manum* vocat Auguſtus pecuniam, quam poſt jactum infelicem quiſque conferebat. Et *æs manuarium* univerſam illam pecuniam, quaſi ex pluribus *manibus* collectam, quam ſingulis commiſſionibus victor auferebat, dicit Gell. XVIII. 13. V. & *Caſaubonum*, ex Caſaubono *Souter. Palam.* I. 28. *Lipſ. Sat.* II. 20. *Rutgerſ. V. L.* II.

Digitized by Google

viciſſem vel quinquaginta millia. Sed hoc malo. Benignitas enim mea me ad cæleſtem glo-
7 *riam efferet.* Scribit ad filiam : *Miſi tibi denarios ducentos quinquaginta, quos ſingu-lis convivis dederam* [37], *ſi vellent inter ſe inter cœnam vel talis* [38], *vel par impar lu-dere* [39].

L. II. 14. *Meurſ. de lud. Græc. p.* 39. *Buleng. de lud. vet. c.* 58. & 59. *Senfleb. de alea* 10. 3.

35. Remisi i. condonavi. Papir. Juſt. Digeſt. II. 14. 37. *Debitori reipublicæ a curatore remitti pecunias non poſſe: & cum Philippenſibus remiſſa eſſent, revocandas.* V. *Gronov. Obſerv.* IV. 2. *Senfleb. de alea* 10. 3. *Pier. Hierogl.* XXXV. 11.

36. Cuique colluſorum pecunia ad conſerendum deſtitutorum.

37. Convivis dederam; luſum enim talorum, aut alium quempiam dominorum ſumptu maxime Imperatorum ævo agitare ſolebant. Quod ex hoc loco docet *Roa Sing.* I. 7. 13.

38. Talos ab ἀρτιασμῷ licet diſtinguat noſter, ejus tamen exemplum per *talos* habemus apud Platon. Lyſid. p. 499. B. Εἰσελθόντες δὲ κατελάβομεν αὐτόθι τεθυκότας τε τοὺς παῖδας, καὶ τὰ περὶ τὰ ἱερεῖα σχεδόν τι ἤδη πεποιημένα, ἀστραγαλίζοντάς τε δὴ καὶ κεκοσμημένους ἅπαντας: οἱ μὲν οὖν πολλοὶ ἐν τῇ αὐλῇ ἔπαιζον ἔξω; οἱ δέ τινες τοῦ ἀποδυτηρίου ἐν γωνίᾳ ἠρτίαζον ἀστραγάλοις παμπόλλοις. *Ingreſſi autem invenimus juvenes ſacrificantes, & ſacra ferme peracta, illos autem comptos calculis & talis ludentes, qui partim in ipſo veſtibulo foris, partim in gymnaſii angulo par impar ludebant.*

39. Par impar ludere & olim, & hodie luſus frequens. Horat. Sat. II. 3. 248.

Ludere par impar, equitare in arundine longa.

Ludentes ſumptis in manu talis, fabis, nucibus, amygdalis, interdum etiam nummis, interrogantes alterum divinare jubebant, ἄρτια ἢ περιττὰ, *paria* nempe an *imparia* haberent. Græcis ἀρτιάζειν dicebatur. Suidas. Ἀρτιάζειν, τὸ παίζειν ἄρτια ἢ περιττά. Deſcribitur Polluci IX. 7. Τὸ δὲ ἀρτιάζειν ἐν ἀστραγάλων πλήθει προκατεχομένων ὑπὸ ταῖν χεροῖν, μαντείαν εἶχε τῶν ἀρτίων καὶ τῶν περιττῶν. Ταυτὸ δὲ τοῦτο καὶ κυάμοις, ἢ καρύοις τε καὶ ἀμυγδάλαις, καὶ ἀργυρίῳ πράττειν ἠξίουν, ὡς καὶ Ἀριστοφάνης ἐν τῷ Πλούτῳ λέγων:

Στατῆρσιν οἱ θεράποντες ἀρτιάζομεν
Χρυσοῖς.

Vox ἀρτιάζειν in talis pluribus manu comprehenſis divinationem habuit parium & imparium. Id ipſum factitatum in fabis, nucibus, amygdalis, & argento, ſi fide dignus Ariſtophanes in Pluto dicens.

Nos ſervuli par impar ludimus aureis
Nummis.

Exſtat locus IV. 1. 16. Qui numerum divinabat illum auferebat, qui aberrabat, tantundem de ſuo ſolvebat. Docet hoc l. l. Ariſtophanis Scholiaſtes. Δραξάμενός τις κάρυον ἐρώτα πόσα ἐκτείνας τὴν χεῖρα, καὶ ἐὰν ἐπιτύχῃ, λαμβάνῃ ὅσα ἦν ἐν τῇ χειρί, ἐὰν δ᾽ ἁμάρτῃ, ἀποτίνει τόσα. *Quum aliquis pugno incluſerit nuces, extenta manu interrogat, quot: ſi, qui rogatus eſt, numerum divinarit, lucratur id quod erat in manu, ſi aberraverit, tantundem de ſuo exſolvit:* & Ovid. de nuce n. 79.

Eſt etiam, par ſit numerus qui dicat, an impar:
Ut divinatas auferat augur opes.

V. quoque *Donatum, Meurſ. de lud. Græc. p.* 5. *Souter. Palam.* III. 5. & 10. *Buleng. de lud. c.* 6. *Senſtleben de alea* 16. 3. *Demſt. A. R.* V. 1.

CAPUT LXXII.

ARG. *In domo Calvi oratoris, poſtea in ædibus Hortenſianis habitat, maritima ſeceſſurus frequentat, prætoria operoſa gravatur, & ſua xyſtis, & nemoribus, rebuſque vetuſtis, & raris excolit Octavius Cæſar Auguſtus.*

1 In cæteris partibus vitæ continentiſſimum fuiſſe conſtat, ac ſine ſuſpicione ullius
2 vitii. Habitavit primo juxta Romanum forum [1] ſupra [2] ſcalas anularias [3], in domo

1. Romanum forum unde fuerit dictum, dixi ſupr. Cæſ. 10. 1. §. 3. Situm fuit in ea valle, quæ inter oppoſitas ſibi Palatini & Capitolini montis radices olim interjacebat. Latitudinem longitudo tertia circiter parte ſuperaſſe videtur. Ducto initio ab æde S. Hadriani uſque ad ædem Conſolationis, longitudinem ejus tertia parte auctiorem, quam latitudo fuit, porrigendo, fieri tamen nequit, ut ipſam illam ædem Conſolationis attingat, uti nonnulli affirmavere: forte nec ultra ædiculam S. Mariæ Gratianam pervenit, aut, ſi hanc tranſit, exiguo id fecerit ſpatio. *Nardin. Rom. Vet.* V. 2. *Donat. de Urb. Rom.* II. 20.

2. Supra i. ad dextram ſcalarum. Senec. *infr.* 78. §. 11. Loquutio ſumpta ab accumbentibus. *Supra* aliquem i. ad dexteram alicujus ſedere. V. *Cal.* 24. 1. §. 5.

3. Scalæ anulariæ quale genus ædificii fuerint, aut cui rei inſervierint, ignorari ſcribit Nardin. Rom. Vet. V. 16. Dictas tamen, quod æque ignorari idem putat, quia ibi ſitæ fuerint *anulariorum* i. *anulorum* artificum officinæ; putamus cum Rhodig. Ant. Lect.

domo quæ Calvi oratoris fuerat: poſtea in Palatio [4]; ſed nihilominus ædibus modicis Hortenſianis [5], & neque laxitate [6] neque cultu [7] conſpicuis: ut in quibus porticus breves eſſent Albanarum columnarum [8], & ſine marmore ullo aut inſigni
pavimento conclavia [9]. Ac per annos amplius quadraginta eodem cubiculo hyeme 3
& æſtate manſit [10], quamvis parum ſalubrem valetudini ſuæ Urbem [11] hyeme experiretur, aſſidueque in Urbe hyemaret [12]. Si quando quid ſecreto, aut ſine in- 4
terpellatione agere propoſuiſſet, erat illi locus in edito ſingularis [13], quem Syracuſas [14] & τεχνόφυον [15] vocabat: huc tranſibat, aut in alicujus libertinorum ſuburbanum:

Antt. Lect. VI. 12. *Scalas* vero, quod in *ſcalarum* formam figuratæ fuerint. Tale *ſcalarum* genus obſervantibus Beroaldo & Rhodigino alio nomine *cochlium* dicitur. Strab. XVII. p. 545. Ἔϛι δὲ καὶ Πάνειον, ὕψ© τι χειροποίητον, ϛροβιλοειδὲς, ἐμφερὲς ὄχθῳ πετρώδει, διὰ κοχλίου τὴν ἀνάβασιν ἔχον. *Eſt etiam Panium, altum opus manu conditum, forma turbinata, in quod per cochleam adſcenditur.*

4. PALATIO i. *Palatino* monte. Dio LIII. p. 507. B. Καλεῖται δὲ τὰ βασίλεια Παλάτιον, ὅτι ἔν τε τῷ Παλατίῳ ὁ Καῖσαρ ᾤκει, καὶ ἐκεῖ τὸ ϛρατήγιον εἶχε, καί τινα καὶ πρὸς τὴν τοῦ Ῥωμύλου προενοίκησιν φήμην ἡ οἰκία αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ παντὸς ὄρους ἔλαβε: καὶ διὰ τοῦτο κἂν ἄλλοθί που ὁ αὐτοκράτωρ καταλύῃ, τὴν τοῦ Παλατίου ἐπίκλησιν ἡ καταγωγὴ αὐτοῦ ἴσχει. *Imperatoris autem ædes Palatium nominantur, quod in Palatino monte Cæſar habitabat, ibique prætorium ejus erat, ac nonnihil domus ejus ab eo toto monte propterea, quod ibi quondam Romulus habitarat, famæ accepit: ideoque etſi alibi imperator domicilium ſuum habeat, tamen id quoque Palatii nomen obtinet.* Cicer. Off. I. 31. *Cn. Octavio, qui primus ex illa familia conſul factus eſt, honori fuiſſe accepimus, quod præclaram ædificaſſet in Palatino, & plenam dignitatis domum.*

5. HORTENSIANIS i. quæ fuerant *Hortenſii* oratoris, quarum altera pars fuit domus Catilinæ. Noſt. *Gramm.* 17. 4.

6. LAXITATE i. ſpatio. Cicer. Off. I. 39. *Et ut in cæteris habenda ratio non ſua ſolum, ſed etiam aliorum: ſic in domo clari hominis, in quam & hoſpites multi recipiendi, & admittenda hominum cujuſque generis multitudo, adhibenda eſt cura laxitatis. Aliter ampla domus dedecori domino ſæpe fit, ſi eſt in ea ſolitudo: & maxime, ſi aliquando alio domino ſolita eſt frequentari.* Noſter ſæpius.

7. CULTU i. ornatu. Vitruv. 6. 11. *Omnium operum probationes tripartito conſiderantur i. fabrili ſubtilitate, magnificentia, & diſpoſitione. Cum magnificenter opus perfectum adſpicietur, ab omni poteſtate impenſa laudabuntur: cum ſubtiliter, officinatoris probabitur exactio: cum vero venuſtate, proportionibus, & ſymmetriis habuerit auctoritatem, tunc fuerit gloria architecti.*

8. ALBANÆ COLUMNÆ fiebant olim ex *Albano* lapide, qui effodiebatur ex *Albano* monte dicto ab *Alba longa* urbe, cui adjacebat. Lapis hic cæteris vilior habebatur, quum nullo negotio in Urbem convcheretur, & mollis eſſet. Vitruv. II. 7. *Sunt enim alia molles, uti ſunt circa Urbem rubra, Pallienſes, Fidenates, Albana.* V. quoque *Beroaldum* & *Donatum.*

9. CONCLAVIA quid ſint, dixi ad Curt. X. 7. 16. §. 46.

10. Eodem CUBICULO.... contra conſuetudinem hominum illius temporis, qui in ædibus ſuis alia habebant hiberna, alia æſtiva cubicula. Varr. L. L. VII. 14. *Itaque & hiberna triclinia & æſtiva facimus.* R. R. I. 13. *Ut ſpectent ſua æſtiva tricliniaria ad frigus orientis, hiberna ad ſolem occidentem.* Et ita cum tempore permutandam cenſebat habitationem Lucullus apud Plutarch. 518. D. Ἐν αἷς ὁ Πομπήϊος γινόμενος, ἐμέμφετο τὸν Λεύκολλον, ὅτι πρὸς θέρος ἄριστα διαθεὶς τὴν ἔπαυλιν, ἀοίκητον ἐν χειμῶνι πεποίηκε. Γελάσας οὖν ἐκεῖνος, εἶτα ἔφη σοὶ δοκῶ ἐλάττονα τῶν γεράνων νοῦν ἔχειν, καὶ τῶν πελαργῶν, ὥστε ταῖς ὥραις μὴ συμμεταβάλλειν τὰς διαίτας. *Quæ quum viſeret Pompejus, reprehendit Lucullum, quod villam optime ad æſtatem comparaſſet, verum habitationi brumali feciſſet incommodam. Ille vero arridens, inquit: videorne tibi minus, quam grues & ciconiæ ſapere, ut cum tempore diætas non commutem?* Luxum hunc damnat Amos III. 15. *Et percuſſurum domum hibernam & æſtivam.* Videſis & *Caſaubonum.*

11. URBEM PARUM SALUBREM.... teſtantur hæc quoque *Frontini* verba de aquæ ductibus. *Ne pereuntes quidem aquæ otioſæ ſunt: nam immunditiarum facies, & impurior ſpiritus, & cauſa gravioris cœli, quibus apud veteres urbis infamis aer fuit, ſunt remota.*

12. HYEMARE hic accipiendum, ut apud Colum. XI. 2. III. *Non. Novembris fidicula mane exoritur, hyemat, & pluit.* Horat. Sat. II. 2. 16.

& atrum
Defendens piſces hyemat mare.

Nep. 25. 10. 6. *Quod ſi gubernator præcipua laude fertur, qui navem ex hyeme marique ſcopuloſo ſervat.* Apud quom *hyems* tempeſtas eſt. V. *Caſ.* 35. I. §. 11. Hoc itaque commendat in Auguſto Tranquillus, illum in Urbe manſiſſe, quamvis aſſidue in illa ſpurciſſima, & humidiſſima tempeſtas eſſet, cum tamen ejus valetudini valde adverſaretur. Ita hunc locum ſatis ingenioſe explicat ingenioſiſſimus *Grævius.*

13. SINGULARIS, quod ſolus, & undique ab aliis ſeparatus eſſet. *Torrentius.*

banum: æger [16] autem in domo [17] Mæcenatis cubabat [18]. Ex ſeceſſibus [19] præcipue frequentavit maritima [20], inſulaſque [21] Campaniæ [22], aut proxima Urbi oppida [23], Lanuvium [24], Præneſte [25], Tibur [26]: ubi etiam in porticibus [27] Herculis

14. Syracusæ *Græcarum urbium pulcerrima tanta fuit, ut ex quatuor urbibus maximis conſtare dicatur. Quarum una eſt inſula, in qua domus eſt, quæ regis Hieronis fuit: altera Acradina, in qua forum maximum.... tertia, quæ quod in ea parte Fortunæ fanum antiquum fuit, Tycha nominata eſt: quarta, quæ, quia poſtrema ædificata eſt, Neapolis nominatur.* Cicer. Verr. IV. 53. Liv. XXV. 25. *Syracuſarum* meminit noſt. *Tib.* 73. 1. *Cal.* 20. 1: 21. 2. Hinc locum hunc, in quo ſecreto aliquid agere ſolebat, quod eſſet ſeparatus, & a reliqua domo ſejunctus ſequeſtratuſque, *Syracuſas*, quia & hæ erant diſpertitæ, & pars a parte, tanquam urbs ab urbe, disjuncta, Auguſtum dixiſſe putat *Beroaldus*. Delicata certe nomina ſuis villis illorum temporum homines inſcribebant. Ita Tiburtinæ ſuæ villæ *locorum celeberrima nomina inſcripſit, & Lyceum, Academiam, Prytaneum, Canopum, Pœcilen, Tempe vocavit* Adrianus Cæſar apud *Spartian. c.* 27.

15. Τεχνόφυον Græca dictio ſignificat artis productionem, &, ita dicam, nativitatem, tanquam ille locus artium diſciplinarumque excogitandarum Auguſto cauſam ſuppeditaret. Loca enim ſecreta plurimum vegetare poſſunt ingenia. Hinc Plin. Epiſt. I. 9. *O mare! o littus! verum ſecretumque* μουσεῖον, *quam multa invenitis, quam multa dictatis?* V. *Beroaldum.*

16. Æger *cubabat.* Mira conſuetudo. Plin. Epiſt. VII. 16. *Ego in villas ejus ſæpe ſeceſſi, ille in domo mea ſæpe convaluit.* Plutarch. Apoph. c. 28. Πτολεμαῖος ὁ Λάγου τὰ πολλὰ παρὰ τοῖς φίλοις ἐδείπνει καὶ ἐκάθευδεν. *Ptolemæus Lagi filius ut plurimum apud amicos cœnabat & dormiebat.* V. & *Caſaubonum.* Locus hic habitus ſalubrior. Unde Horat. Sat. I. 8. 14.

Nunc licet Eſquiliis habitare ſalubribus.

Et in illos *tranſmigravit ad quietem ſe collaturus* Tiberius *infr.* 15. 1. Ut vero hoc loco *valetudinis*, ſic *officiorum* & *ſacrorum* cauſa apud amicos cubat Auguſtus *infr.* 78. 5.

17. Domum, ſive turrim in hortis, quos in Eſquiliis (V. *Tib.* 15. 1. §. 3. habebat) poſuerat Mæcenas altiſſimam: unde Horat. Od. III. 29. 10.

Deſere
Molem propinquam nubibus arduis.

Turris Mæcenatiana dicitur noſtr. *Ner.* 38. 5. & *horti Mæcenatiani* eidem. Hanc intelligere noſtrum opinatur *Torrentius.* * In *domorum* tectis eminebant turres, unde jucundus eſſet proſpectus in pelagus ſubjectum. Tib. I. 8. 18.

Utque maris vaſtum proſpectat turribus æquor,
Prima ratem ventis credere docta Tyros?

Talem in Priami regia deſcribit Virg. Æneid. II 460.

Turrim in præcipiti ſtantem, ſummiſque ſub aſtra
Eductam tectis, unde omnis Troja videri,
Et Danaum ſolita naves, & Achaica caſtra...

Senec. Troad. v. 1068.

Eſt una magna turris e Troja ſuper,
Aſſueta Priamo; cujus e faſtigio
Summiſque pinnis arbiter belli ſedens
Regebat acies: turre in hac blando ſinu
Fovens nepotem....

De Dionyſio ſeniore Cicer. Tuſc. Quæſt. v. 20. *Quum in communibus ſuggeſtis conſiſtere non auderet, concionari ex alta turri ſolebat.* Talis hæc fuit Mæcenatiana. *Broukh. in Tibullum, Cerda in Virgilium.*

18. Cubabat i. jacebat. *Cubare* ægrotorum eſt. Cicer. ad Herenn. III. 20. *Ægrotum in lecto cubantem faciemus illum ipſum.* Noſt. *infr.* 91. 2. *Ner.* 34. 13.

19. Secessus eſt locus, quem in *ſeceſſu* frequentabant veteres. Juven. III. 4.

Janua Bajarum eſt, & gratum littus amœni
Seceſſus.

Iſid. XV. 3. *Seceſſus, locus ſecretus.* Romani vero proceres per æſtatem Roma exire, & in aliquod Campaniæ oppidum *ſecedere* ſolebant. * Plin. Epiſt. I. 13. 7. *Poſſum jam repetere ſeceſſum, & ſcribere aliquid quod non recitem.* Ovid. Triſt. IV. 8. 27.

Sed modo quos habui, vacuos ſecedere in hortos.

V. *ſeceſſus* Romanorum nonnullos *infr. Cal.* 45. 6. §. 19.

20. Maritima i. loca littoralia, utpote amœniora. Unde *amœna littorum* Tacit. Hiſt. III. 76. 3. *Amœna littorum perſonantes.* Aurel. Vict. c. 16. *Ut in Campania ſedens amœna littorum obſideret.* Et *maritima* κατ' ἐξοχὴν *amœna* dicuntur. Gloſſ. Philox. Αἱ ἀκταί *amœnia*, ſive potius *amœna*, ut gloſſam hoc loco emendat *Caſaubonus.* Romanos in littoribus ædificiorum molibus ſummovendis frequentius & invidioſius taxat *Horat. Od.* II. 15. 1–4: 18. 19–22: III. 1. 33–37.

21. Insulæ Campano littori objacent *Ænaria, Prochyta, Pandataria, Megaris, Capreæ, Leucothea.* Plin. III. 6. & *Neſis* Plin. XIX. 8. Noſt. *infr.* 98. 2.

22. Ἡ τε Καμπανία ἑξῆς μετὰ τὴν Λατίνην ἐστί, παρήκουσα τῇ θαλάττῃ. *Campania deinceps poſt Latium eſt, juxta mare porrecta.* Strab. v. p. 167. Mel. II. 4. *Campaniæ* amœnitatem fuſius deſcribunt Strabo, Polyb. III. 91. Plin. III. 5. Flor. I. 16. Plutarch. in Craſ. p. 556. E. alii.

23. Proxima Urbi oppida. Unde Strab. v. p. 164. Ἐν ὄψει δ' εἰσὶ τοῖς ἐν Ῥώμῃ Τίβουρά τε καὶ Πραίνεστος. *In conſpectu Romæ ſunt Tibur & Præneſte.*

24. Λανούβιον, πόλις Ῥωμαίων ἐν δεξιᾷ τῆς Ἀππίας ὁδοῦ, ἀφ' ἧς ἐποπτός ἐστι θάλαττά ἐστι, καὶ τὸ Ἄντιον. *Lanuvium urbs Romanorum in dextro viæ Appiæ latere,*

lis [28] templi [29] perſæpe jus dixit. Ampla & operoſa [30] prætoria [31] gravabatur [32]; & 6
neptis quidem ſuæ Juliæ, profuſe ab ea exſtructa, etiam diruit ad ſolum [33]: ſua vero, quamvis modica, non tam ſtatuarum tabularumque pictarum [34] ornatu, quam

re, unde & mare, & Antium conſpiciuntur. Strab. v. p. 165. De *Lanuvio* plura *Cluver. Ital. Ant.* III. 4. 15. *Merul. Coſm.* II. 4. 22. *Kircher. Lat.* II. 1. 8. quibus & *civita Lavina*, & *civita Indovina*, & *civita della Vigna* hodie dicitur.

25. PRÆNESTE urbs Latii, cujus ſitum deſcribit Strab. v. p. 164. & *illi olim nomen Polyſtephanus*, Πραίνεστον γοῦν Πολυστέφανον καλεῖσθαι πρότερον dicit. p. 165. Hodie *Pilaſtrina* vocatur, ut docent *Cluv. Ital. Ant.* III. 4. 30. *Merul. Coſm.* II. 4. 22. *Pined. ad Stephanum.* Ob ſeceſſus amœnitatem *æſtivæ deliciæ* dicuntur Flor. I. II. 7. Hinc *Præneſtina ſeceſſio* apud *Symmach. Epiſt.* I. 2. & *Præneſtinum diverſorium* apud *eundem* III. 5: 7. 35: IX. 78. Eo cum ſeceſſiſſet, *ex capitali morbo revaluit* Tiberius apud Gell. XVI. 13.

26. Τίβουρις, πόλις Ἰταλίας. Ἀρτεμίδωρος τετάρτῳ γεωγραφουμένων. Ἔστι δὲ ἐν μεσογείῳ καὶ Τίβουρα πόλις Ἑλληνὶς τὴν ἀρχὴν γεγονυῖα, ἀπέχουσα ἀπὸ Ῥώμης σταδίους ἑκατὸν τεσσαράκοντα ἑπτά. *Tibur, urbs Italiæ. Artemidorus Geographumenôn quarto. Eſt vero in mediterranea parte etiam Tibyra urbs origine Græca, diſtans a Roma ſtadiis centum quadraginta ſeptem.* Stephanus. Ejus ſitum plenius deſcribit Strab. v. p. 164. 165. Hodie *Trivoli* vocatur auctoribus laudatis §. 24. Cœlum non adeo æſtu torridum æſtate refrigeria dabat. Unde *gelidas Tiburis arces* laudat Martial. §. 28. & *Tiburtina frigora* IV. 44. 10. & hac de cauſa æſtate ſumma eo commeabant Romani principes. Ibi villam habuit Horatius apud noſt. in ejus vita §. 13. & illam ſenectæ ſuæ ſedem optat *Od.* II. 6. 7–11. habuit Adrianus apud Spartian. c. 27. *Tiburtinam villam mire exædificavit.*

27. IN PORTICIBUS, baſilicis, aliiſque ſubdivalibus locis olim jus dicebant veteres. Val. Max. VIII. I. 4. *P. Claudius infeſto populo objectus, cum effugere debitam pœnam nullo modo poſſe crederetur, ſubito coorti imbris beneficio tutus fuit a damnatione:* & §. 6. *Namque per id ipſum tempus, quo triſtes de eo* L. Piſone *ſententiæ ferebantur, repentina vis nimbi incidit. Cumque proſtratus humi pedes judicum oſcularetur, os ſuum cœno implevit.* Quæ, ſi ſub tecto, ac non ſub dio conſediſſent judices, contingere non potuiſſe non ἀλόγως contendit *Demſt. A. R.* IX. 31.

28. HERCULIS, in cujus tutela Tibur erat *infr. Cal.* 8. 6. Unde *Herculeum* dicitur. Martial. I. 12. I.

Itur ad Herculei gelidas qua Tiburis arces.

29. TEMPLUM Herculi Tibure poſitum fuit. Strab. v. p. 164. Τίβουρα ἡ τὸ Ἡράκλειον. *Tibure fanum eſt Herculis.* Ejus in Tiburtino Manlii meminit Stat. Sylv. I. 3. 79.

Quod ni templa darent alias Tirynthia fortes.

& laudat Juven. XIV. 90.

Marmoribus vincens Fortunæ atque Herculis ædem.

Ubi Scholiaſtes. *Fortunæ apud Præneſte ædem pulcerrimam ferunt fuiſſe: Herculis enim ædem Tiburis dicit.*

30. OPEROSA I. quæ multum *operæ*, ut ponantur, requirunt. Horat. Od. IV. I. 31.

Operoſa parvus
Carmina fingo.

III. I. 47.

Cur valle permutem Sabina
Divitias operoſiores.

31. PRÆTORIA erant villæ ſumptuoſiſſimæ, & magnificentiſſimæ, ad voluptatem extructæ, in quibus dominus, ruſticari cum vellet, manere ſolebat. Digeſt. XXXI. 34. 3. *Gajus Sejus, cum domum ſuam haberet, & in prætorio uxoris ſuæ ſe tranſtuliſſet, quaſdam res de domo ſua in eodem prætorio tranſtulit.* Dicebantur per quamdam ſignificationis ſimilitudinem. Longe enim ſuper ruſticorum tuguria & caſas, ut imperatoris ipſius tabernaculum, quod & *prætorium* appellabatur, V. *ſupr.* 24. 5. §. 22. in caſtris amplitudine, ſplendore, magnificentia præ aliis, eminebant. Ponebantur fere in amœnis littorum. Stat. Sylv. I. 3. 25.

Æternas ſervant prætoria ripas.

Auſon. Edyll. 10. 286.

Alternas comunt prætoria ripas.

Situm deſcribit Pallad. R. R. I. 8. *Ipſius prætorii ſitus ſit loco aliquatenus erectiore & ſicciore quam cætera, & propter injuriam fundamentorum, & ut læto fruatur adſpectu.* Noſt. *Tit.* 8. 12. *Cal.* 37. 4. *Tib.* 39. 2. V. & *Pollet. F. R.* I. 4. *Perizon. de prætor.* §. 15. & *Huber. de prætor. reſp.* c. 7. *Bud. in Pandect. p.* 166.

32. GRAVABATUR I. *graviter* ferebat, ferre non poterat. Horat. Od. IV. II. 27.

—— *terrenum equitem gravatus*
Bellerephontem.

Noſt. *Ner.* 34. I. *Tib.* 30. 3. *Vitell.* 12. 2. Græcos eodem modo uti ſuo βαρύνεσθαι docent *Salmaſ. Exerc. Plin. p.* 265. *a. D. Vechner. Hellen.* II. 2. *Lambin. in Horatium.*

33. AD SOLUM I. a fundamentis uſque. *Villam a fundamentis totam diruit.* Noſt. Jul. 46. 3. Ita *humo fumare* Virg. Æneid. III. 3.

—— *& omnis humo fumat Neptunia*
Troja.

34. STATUIS, TABULISQUE PICTIS domos ornare ſolebant Romani felicitate nimia luxuriantes. Illarum *dignatio præcipua Romæ increvit a M. Valerio Maximo Meſſala, qui princeps tabulam picturæ prælii, quo Carthaginenſes & Hieronem in Sicilia devicerat, propoſuit in latere curiæ Hoſtiliæ anno ab U. C.* 490. *Exſtat vero M. Agrippæ oratio magnifica, & maximo civium digna de tabulis omnibus ſigniſque publicandis: quod fieri ſatius fuiſſet, quam in villarum exſilia pelli.* Plin.

Digitized by Google

quam xyſtis & nemoribus [35] excoluit, rebuſque vetuſtate ac raritate notabilibus: qualia ſunt Capreis [36] immanium [37] belluarum [38] ferarumque membra prægrandia, quæ dicuntur [39] gigantum [40] oſſa, & arma heroum [41].

xxxv. 4. Inde pinacothecarum, quæ tabularum pictarum erant repoſitoria, ſive loca, ubi tabulæ pictæ erant poſitæ, toties fit mentio apud veteres. V. *Beroaldum.*

35. NEMORIBUS domos excolere, imo in ipſis tectis inſtituere ſolebant Romani. Horat. Od. III. 10. 5.

Audis, quo ſtrepitu janua, quo nemus
Inter pulcra ſitum tecta remugiat...?

Tib. III. 3. 15.

Et nemora in domibus ſacros imitantia lucos.

Senec. Contr. v. 5. *Alunt in ſummis culminibus mentita nemora.* Epiſt. 122. *Non vivunt contra naturam, qui pomaria in ſummis turribus ſerunt? quorum ſylvæ in tectis domorum, ac faſtigiis nutant, inde ortis radicibus, quo improbe cacumina egiſſent?* Inde *ſylvas in tecta ſcandere* dicit Plin. xv. 14. & *inter laquearia includi* Rutil. itiner. n. III. illaſque *penſiles* vocat Senec. N. Q. præf. *Nec poteſt ante contemnere porticus, & laquearia ebore fulgentia, & penſiles ſylvas.*

36. CAPREÆ Campaniæ inſula contra Minervæ promontorium, a quo abruptam dicit Strab. VI. p. 178. Eſt enim illi ἀπόσπασμα τῆς ἠπείρου. Illam deſcribit Dio LII. p. 495. A. Καὶ τὴν Καπρίαν παρὰ τῶν Νεαπολιτῶν, ὧνπερ τὸ ἀρχαῖον ἦν, ἀντιδόσει χώρας ἠλλάξατο. Κεῖται δὲ οὐ πόῤῥω τῆς κατὰ Συῤῥεντὸν ἠπείρου, χρηστὸν μὲν οὐδὲν, ὄνομα δὲ καὶ νῦν ἔτι διὰ τὴν Τιβερίου ἐνοίκησιν ἔχουσα. *Capreas a Neapolitanis, quorum antiquitus erant, permutatione agri redemit. Sita eſt inſula haud procul a Surrentana continente, (trium millium freto ab extremis Surrentini promontorii disjunctam* dicit Tacit. Ann. IV. 67. 1.) *ad nullam quidem rem utilis, nomen tamen adhuc hodie propterea, quod ibi habitavit Tiberius, habens.* Hodie parum corrupto nomine Italis *Capri* dicitur, ut docent *Cluver. Ital. Ant.* IV. 4. 4. & *Pined. ad Stephan. p.* 354.

37. IMMANIUM i. magnarum. Feſtus. *Immanis, ferus, ſive magnus.* Curt. IX. 4. 18. *Repletum immanium belluarum gregibus fretum.* Virg. Æneid. II. 150.

Quo molem hanc immanis equi ſtatuere?

Proprie *immane* eſt malum. Serv. Æn. I. 114. *Manum bonum dicunt: ergo quod bono contrarium eſt, immane dicitur.*

38. BELLUARUM marinarum i. balænarum, ut dixi ad Curt. IV. 4. 3. §. 7.

39. DICUNTUR, quia quæ de gigantibus ab antiquis Poetis, & λογογράφοις prodita ſunt, utpote valde fabuloſis, nullam habent fidem. Sed quod propterea gigantes nullos fuiſſe, aut nulla eorum oſſa reperiri exſtimaſſe videtur, in eo fugit eum ratio. Illud manifeſto ſacræ literæ arguunt, hoc αὐτοψία multorum. Imo & ſe vidiſſe gigantum oſſa teſtatur. *Caſaubonus.*

40. GIGANTES in campis Phlegræis in agro Cumano prope Puteolos ſitus interfeciſſe Herculem dicit Diodor. IV. p. 159. C. Κατήντησεν εἰς τὸ Κυμαῖον πεδίον, ἐν ᾧ μυθολογοῦσιν ἄνδρας ταῖς τε ῥώμαις προέχοντας, καὶ ἐπὶ παρανομίᾳ διωνομασμένους ὀνομάζεσθαι γίγαντας. Ὠνομάσθαι δὲ καὶ τὸ πεδίον τοῦτο Φλέγραιον. Τοὺς δ' οὖν γίγαντας, πυθομένους τὴν τοῦ Ἡρακλέους παρουσίαν, ἀθροισθῆναι πάντας καὶ παρατάξασθαι τῷ προειρημένῳ· θαυμαστῆς δὲ γενομένης μάχης κατά τε τὴν ῥώμην καὶ τὴν ἀλκὴν τῶν γιγάντων, φασὶ τὸν Ἡρακλέα, συμμαχούντων αὐτῷ τῶν θεῶν, κρατῆσαι τῇ μάχῃ, καὶ τοὺς πλείστους ἀνελόντα, τὴν χώραν ἐξημερῶσαι. *In Cumæam deſcendit planitiem: ubi homines roboris immanitate, & violentia facinorum infames, quos gigantes nominant, extitiſſe fabulantur. Phlegræus quoque campus is locus appellatur. Gigantes illi, cognito Herculis adventu, conjunctis viribus cum instructa acie illi obviam procedunt, & commiſſa pro viribus & robore gigantum pugna vehementi, Hercules, diis cum illo pugnantibus, victoriam obtinuit, & pleriſque trucidatis, regionem illam pacavit.* Fabulæ originem aperit Strab. v. p. 168. Καὶ τὸ Φλέγραιον καλούμενον πεδίον, ἐν ᾧ τὰ περὶ τοὺς γίγαντας μυθεύουσιν, οὐκ ἄλλοθεν, ὡς εἰκὸς, ἀλλ' ἐκ τοῦ περιμάχητον τὴν γῆν εἶναι δι' ἀρετήν. *Et quæ de Phlegræis campis fabulantur, ac res ibi cum gigantibus geſta, non aliunde videntur orta, quam quod eam regionem ob ſoli virtutem multi ſibi certatim vindicarent.*

41. HEROUM ARMA, quibus & deorum templa excoluiſſe Græcos narrat Pauſan. Λακων. IV. p. 84. Ἐν Φασήλιδι ἀνακείμενον ἐν Ἀθηνᾶς ἱερῷ τὸ δόρυ Ἀχιλλέως, καὶ Νικομηδεῦσιν Ἀσκληπιοῦ ναῷ μάχαιρα ἡ Μέμνονος. *Phaſelide in Minervæ templo poſita Achillis haſta, & apud Nicomedenſes in Æſculapii templo Memnonis enſis.*

CAPUT LXXIII.

ARG. *Supellectilis parcus eſt, toro humili cubat, veſte non temere alia quam domeſtica, toga neque reſtricta, neque fuſa, clavo nec lato, nec anguſto, calceamentis altiuſculis utitur, & forenſia ſemper parata habet Octavius Cæſar Auguſtus.*

Inſtru-

Inſtrumenti [1] ejus & ſupellectilis parſimonia apparet etiam nunc, reſiduis lectis [2], 1
atque menſis, quorum pleraque vix privatæ [3] elegantiæ [4] ſunt. Ne toro [5] qui- 2
dem cubuiſſe ajunt, niſi humili [6] & modice inſtrato [7]. Veſte non temere alia 3
quam domeſtica [8] uſus eſt, ab uxore & ſorore & filia neptibuſque confecta: to-
gis neque reſtrictis [9] neque fuſis [10]: clavo nec lato [11] nec anguſto: calceamentis
altiuſcu-

INSTRUMENTUM & *ſupellectilem* diſtinguit etiam Cicer. pro Dom. c. 24. *In fundum autem vicini conſulis non inſtrumentum, aut ornamenta villæ, ſed etiam arbores transferebantur.* Oeconom. apud Colum. R. R. XII. 3. *Præparatis idoneis locis inſtrumentum & ſupellectilem diſtribuere cæpimus.* Et recte. Illud enim ad neceſſitatem, hæc ad ornatum magis pertinet. Utroque quid intelligant Icti, fuſius docetur Digeſt. XXXIII. 7.

2. LECTIS tricliniaribus & diſcubitoriis, quorum uſus fuit in triclinio. Horat. Sat. I. 4. 86.

Sæpe tribus lectis videas cœnare quaternos.

Epiſt. I. 5. 1.

Si potes archaicis conviva recumbere lectis.

Hos intelligit, quia *menſas* illis ſubjungit, ut olim obſervavit *Torrentius.* * Illos ſtragulis, veſtibus textilibus & purpureis ſub horam cœnæ inſternebant Romani. Philo de vit. contempl. p. 896. D. Romanorum carpens delicias. Τρικλινάτε καὶ περίκλινα χελώνης ἢ ἐλέφαντος κατεσκευασμένα, καὶ τιμαλφεστέρας ὕλης, ὧν τὰ πλεῖστα λιθοκόλλητα, στρωμναὶ ἁλουργεῖς ἐνυφασμένου χρυσοῦ, καὶ ἀνθοβαφεῖς ἕτεραι, παντοίων χρωμάτων, πρὸς τὸ τῆς ὄψεως ἐπαγωγόν. *Triclinia lectos habens eburneos, aut teſtudineos, aut pretioſioris materia, gemmatos pleroſque, ſtratos auro intertexta purpura, vel aliis floridis coloribus variis oculos allicientibus.* Horat. Sat. II. 6. 101.

——— *cum ponit uterque*
In locuplete domo veſtigia: rubro ubi cocco
Tincta ſuper lectos canderet veſtis eburnos.

Frugalem vero qui amabant vitam, illis abſtinebant. De Maximi menſa Sidon. Apollin. Epiſt. IV. 24. *Menſa nihil habens purpura.* Et de alterius alicujus æque frugali, ad quam Caſtor & Pollux invitantur, illo prior Bacchylides apud Athen. XI. p. 560. B.

Οὐ βοῶν πάρεστι σώματ', οὔτε χρυσός, οὔτε πορφύρεοι τάπητες.
Non adſunt boum corpora, neque aurum, neque purpurei tapetes.

3. PRIVATÆ I. homini privato convenientis.

4. ELEGANS *dicebatur antiquitus, qui nimis lecto amœnoque cultu victuque eſſet. Ad atatem M. Catonis vitii, non laudis fuit. Ex libro ejus de moribus verba hæc ſunt: avaritiam omnia vitia habere putabant; ſumptuoſus, cupidus, elegans, irritus qui habebatur, is laudabatur. Poſtea reprehendi quidem deſiit: ſed laude nulla dignabatur, niſi cujus elegantia erat moderatiſſima. Sic M. Tullius* (Brut. c. 40.) *L. Craſſo & Q. Scævola non meram elegantiam, ſed multam parſimonia mixtam laudi dedit. Craſſus inquit erat parciſſimus elegantium: Scævola parcorum elegantiſſimus.* Gell. XI. 2. Unde Nep. 25. 13. 5. *Elegans, non magnificus; ſplendidus, non ſumptuoſus.* Quæ loca laudat quoque *Pius Ann. poſt. c. 8.*

5. TORO I. lecto cubiculari. In lecto enim erant *tori* pluma, aut palea farti.

6. HUMILE eſſe, quod *humo* proximum eſt, nec multum ab illa ſurgit, dixi ad Curt. VII. 4. 6. §. 13. Veterum lectos alios fuiſſe non altos, in quos ſcanſione ſimplici & ſcamno adſcenderint: alios altiores, in quos ſubſelliis conſcendere oportuerit: in alios duplicata ſcanſione I. gradibus venerint, docent Caſaubonus & Buleng. de conv. I. 26. De ſeipſo Senec. Epiſt. 87. *Culcita in terra jacet, ego in culcita.*

7. MODICE INSTRATO I. ſtragulis non valde pretioſis ornato. *Inſtratus* lectus dicitur veſte *ſtragula* excultus. Ulpian. Digeſt. L. 16. 45. *In ſtratum omne veſtimentum contineri, quod injiciatur, Labeo ait; neque enim dubium eſt, quin ſtragula veſtis ſit omne pallium, περίστρωμα. In victum ergo veſtem accipiemus, non ſtragula: in ſtratu omnem ſtragulam veſtem.*

8. DOMESTICA I. domi confecta. Servavit enim domi morem antiquum Auguſtus, ut feminæ lanam traherent, & facerent veſtem, quem docui 64. 4. §. 10.

9. RESTRICTIS I. ſtrictius adſutis, ſine ruga. Hieron. ad Demetriadem. *Fuge laſciviam puellarum, quæ adſtrictas habent manicas, & veſtimenta ſine ruga.* V. *Savar. in Sidon. Epiſt.* IV. 13. Illis, quia tenuiorum erant, non eſt uſus Auguſtus. Horat. Epiſt. I. 18. 29.

Stultitiam patiuntur opes, tibi parvula res eſt,
Arcta decet ſanum comitem toga.

Unde *exigua toga* contemptor opum Cato uſus inducitur ab eodem Epiſt. I. 19. 13.

Exiguæque togæ ſimulet textore Catonem.

10. FUSIS I. rugoſis, laxis, multis ſinibus implicatis. Tibull. I. 7. 46.

Effluit effuſo cui toga laxa ſinu.

I. 9. 70.

Me miſerum, laxam quid juvat eſſe togam?

His, quia mollium erant, non eſt uſus Auguſtus. V. *ſupr. Cæſ.* 45. 5. §. 28.

11. CLAVI LATITUDO quæ fuerit, haud bene definiri poteſt. Quidam enim, qui modeſtiam affectabant, quamvis *laticlavii* eſſent, tamen purpura non magna utebantur. Spartian. de Severo c. 19. *Hic tam exiguis veſtibus uſus eſt, ut vix tunica ejus aliquid purpuræ haberet.* Lamprid. de Alex. Sever. c. 33. *Chlamydes hirtas Severi, & tunicas aſemas, vel macrocheras ex purpura non magna ad uſum revocavit ſuum.*

4 altiuſculis [12], ut procerior [13] quam erat videretur. Et forenſia [14] autem, & calceos [15] nunquam non intra cubiculum habuit, ad ſubitos repentinoſque caſus parata.

ſuum. Non enim ſolum *clavi latitudo*, ſed etiam qualitas & forma *laticlaviam* tunicam ab anguſticlavia diſtinguebat. Ita *clavo lato* non eſt uſus Auguſtus, quia purpuram, ex qua *clavus* fiebat, non ſupra modum dilatavit. Hoc vero faciebant ambitioſiores, & qui apud vulgus ſeſe venditabant. Lucian. Demon. p. 867. Ἰδὼν δέ τινα τῶν εὐπαρύφων, ἐπὶ τῷ πλάτει τῆς πορφύρας μέγα φρονοῦντα, κύψας αὐτοῦ πρὸς τὸ οὖς, καὶ τῆς ἐσθῆτος λαβόμενος, καὶ δείξας, ἔφη, τοῦτο μέντοι πρὸ σοῦ πρόβατον ἐφόρει, καὶ ἦν πρόβατον. *Cum laticlavium quemdam vidiſſet, purpura latitudine ſuperbientem, admoto illius auri capite, prehenſaque veſte & commonſtrata, inquit, hoc ante te ovis ferebat, & ovis erat.* Matth. 23. 5. Πάντα τὰ ἔργα αὐτῶν ποιοῦσι πρὸς τὸ θεαθῆναι τοῖς ἀνθρώποις· πλατύνουσι δὲ τὰ φυλακτήρια, καὶ μεγαλύνουσι τὰ κράσπεδα τῶν ἱματίων αὐτῶν. *Omnia opera ſua faciunt ut videantur ab hominibus, dilatant enim phylacteria ſua.* 1. interprete Epiphan. adv. hæreſ. t. clavos purpureos, *& magnificant fimbrias veſtimentorum ſuorum.* V. *Ruben. de re Veſt.* t. 11. *Ferrar. de re Veſt.* 1. 3. 15.

12. CALCEAMENTIS ALTIUSCULIS ſtaturæ altitudinem adjicere ſolebant veteres ſubere in illa infarto. Xenoph. Κύρου παιδ. VIII. p. 142. Καὶ γὰρ τὰ ὑποδήματα τοιαῦτα ἔχουσιν, ἐν οἷς μάλιστα λαθεῖν ἔστι, καὶ ὑποτιθεμένους τι, ὥστε δοκεῖν μείζους εἶναι ἢ εἰσί. *Etenim calceos tales habent, in quibus qui eos ferunt, clam aliquid ſubjiciunt? quo majores eſſe videantur quam ſunt.* Tale eſt tragœdorum cothurnus, quem adeo ajunt craſſum, ut ejus acceſſione herouin magnitudinem æquatam prodant. Unde *efferendi* verbo cothurnorum illam ſubſtructionem repræſentaturus utitur Tertull. de Spect. c. 23. *Sic & tragœdos cothurnis extulit* diabolus: & Juven. VI. 504.

Si breve parvi
Sortita eſt lateris ſpatium, breviorque videtur
Virgine Pygmæa, nullis adjuta cothurnis.

Filias Zion, eo quod eminuiſſe dicantur, *altis* uſas fuiſſe *calceis*, ad magnitudinem ſtaturæ corporis conciliandam narrante doctiſſimo *Bynæo de calc. Hebr.* 1. 8. 2. putat *Abarbanel ad Eſai.* 3. 18. Italas mulieres *altiſſimis* uſas ſe vidiſſe dicit: & patris ſui perfacetum dictum narrat Scalig. Poet. 1. 13. & ex Scaligero Balduin. de calc. c. 15. *Ejuſmodi uxorum dimidio tantum in lectis frui maritos, altero dimidio cum ſoccis depoſito.*

13. PROCERIOR, quia formæ amplitudo auctoritatis plurimum apud vulgus meretur. Unde περὶ τοῦ μεγέθους τῶν ἡρώων, ὡς δεκαπήχεις ἦσαν, *de magnitudine heroum, quod decem fuerint cubitorum*, dixerunt veteres apud *Philoſtr.* ἡρωϊκ. *p.* 639. *Procerus* vero eſt eminens, excelſus, & in erecto longus. Unde *procera arbor* Virg. Ecl. VI. 63.

Atque ſolo proceras erigit alnos.

Ita & Græcis, qui in re aliqua eminet προύχων & Æolice προιχὴς, προΰχης, πρωχὴς dicitur, ut obſervat *Salmaſ. Exerc. Plin. p.* 57. *a. A. C.* & *procera ſtatura* noſtr. Veſp. 23. 1. & *proceritas enormis.* Vit. 17. 2. V. etiam dicta ad Curt. III. 12. 16. §. 55.

14. FORENSIA veſtimenta ſunt, quæ in *foro*, ſive *foris* adhibebantur. Habuerunt enim veteres veſtem aliam *domeſticam*, aliam *forenſem.* Ammian. XXXI. 2. *Nec alia illis domeſtica veſtis eſt, alia forenſis.* Lamprid. Alex. Sev. c. 42. *Veſtes forenſes binas, domeſticas ſingulas. Domeſtica* meminit & noſt. *ſupr.* §. 8. & *infr.* Vit. 8. 2. *forenſes* Cal. 17. 5. Fuerunt vero *forenſia*, toga, lacerna, pænula. Nonius 1. 3. *Toga, ſicut in conſuetudine habetur, veſtimentum eſt, quo in foro utimur.* Unde στολὴ ἀγοραῖος toga dicitur Dion. LXI. p. 692. B. Ὥστε καὶ τοὺς ἵππους τοὺς ἀγωνιστὰς, τοὺς ἐπιφανεῖς, τοὺς παρηβηκότας στολῇ ἀγοραίᾳ, ὡς ἄνδρας τινὰς, κοσμῆσαι. *Ut ob eam cauſam equos victores, inſignes, & jam ſenio confectos ſtola forenſi* 1. toga, *non ſecus ac homines, ornaret.* V. *Ferrar. R. V.* 1. 1. 28.

15. CALCEUS, Græcis ὑπόδημα. Artemid. IV. 74. ἔχοντα Ῥωμαϊκὴν ἐσθῆτα καὶ ὑποδήματα. *habentem Romanam togam & calceos*, proprie id erat calceamenti genus, quod totum pedem & infime & ſuperne tegebat, eaque ratione diſtinguebatur a ſoleis, quæ plantam pedis tantum veſtiebant, ſuperiore parte nuda. Serv. Æn. IV. 518. *Flaminicæ non licebat, neque calceos, neque ſoleas morticinas habere.* Hunc non ſumebant, niſi foras cum irent, Romani. Unde *proprium togæ tormentum* Tertull. de pall. c. 5. dicitur, quia ſine toga non ſumebatur. V. *Salmaſ. in Tertull. p.* 386.

CAPUT LXXIV.

ARG. *Recta convivatur, libertinos cœna non adhibet, convivia ſerius init, & maturius relinquit, cœnam ferculis trinis, aut ſenis præbet, ad communionem ſermonis tacentes provocat, & acroamata.... interponit Octavius Cæſar Auguſtus.*

1 Convivabatur & aſſidue [1], nec unquam niſi recta [2], non ſine magno ordinum hominumque

ASSIDUE 1. ſæpius. Virg. Ecl. II. 3.

Tantum inter denſas, umbroſa cacumina, fagos
Aſſidue veniebat.

Ubi *Servius.* Noſt. *Veſp.* 18. 3.

2. RE-

minumque delectu. Valerius Meſſala tradit [1], neminem unquam libertinorum [4] 2
adhibitum ab eo cœnæ, excepto Mena [5], ſed aſſerto [6] in ingenuitatem [7], poſt
proditam Sexti Pompeji claſſem [8]. Ipſe ſcribit invitaſſe ſe quemdam [9], in cujus 3
villa maneret, qui ſpeculator [10] ſuus olim fuiſſet. Convivia nonnunquam & ſe- 4
rius inibat, & maturius relinquebat, cum convivæ & cœnare inciperent priuſ-
quam ille diſcumberet, & permanerent digreſſo eo. Cœnam trinis ferculis [11], 5
aut, cum abundantiſſime, ſenis [12] præbebat, ut non nimio ſumptu, ita ſumma
comitate. Nam & ad communionem ſermonis tacentes [13] vel ſummiſſim fabulan- 6
tes

2. Recta. Mart. vii. 48. 10.

Promiſſa eſt nobis ſportula, recta data eſt.

ſupple cœna, ut plenius idem ibid. 17. 2.

Rectam vocatus cum recurrit ad cœnam.

Eſt vero lauta, opipara, omnibus modis inſtructa, & in qua nihil menſæ apparatui deeſt, δεῖπνον λυσιτελὲς, ut dicitur Luciano συμποσ. p. 650. Ita *recte vivere* pro laute & opipare dicit Senec. Epiſt. 122. *Hanc petunt omnes iſti, qui recte vivunt.* Et *apparatus rectus* eidem lautus eſt Epiſt. 110. *Vivere ſine recto apparatu potes.* Noſt. Veſp. 19. 3. Has *ad ſportulas redegit* Nero apud noſtr. 16. 3. *revocavit* Domitianus apud Martialem modo laudatum, & noſtr. 7. 2. De cœna hac agunt quoque *Donatus*, *Turneb.* xviii. 11. *Bud. in Pandect. p.* 204. *Laz. Comm. R. R.* iii. 3. *Urſin. de triclin. p.* 174. *Pollet. For. Rom.* v. 11. *Stuck. A. C.* i. 6. & 35. *Buleng. de conv.* i. 2. & 10. *Meurſ. in Lycophr. p.* 218.

3. Tradit in libro fortaſſe, quem ſenex de Romanis familiis ſcripſit, ut hariolatur *Voſſ. de Hiſt. Lat.* i. 18. Scripſiſſe de illis teſtatur *Plin.* xxxv. 2.

4. Libertinorum, quos V. *Claud.* 24. 4.

5. Menas libertus fuit Sexti Pompeji. *Dio* xlviii. *p.* 375. *A.* & quidem paternus, ut addit *Paterc.* ii. 73. 3. unde Pompejo Magno ſerviiſſe dicitur *Appiano B. C.* v. *p.* 718. prætoris loco in Sardinia, ἐν τῇ Σαρδοῖ καθάπερ τις στρατηγός. *Dio ibid.* 384. *D.* In hunc multis invehitur *Horat. Epod.* 4. Appiano *Menodorus* eſt infr. §. 7.

6. Asserere quid, dixi ad Curt. viii. 1. 42. §. 122.

7. In ingenuitatem *aſſertum eſſe* Menodorum dicit quoque Appianus. Μηνόδωρόν τε ἐλθόντα ἐλεύθερον εὐθὺς ἀπέφηνεν ἐξ ἀπελευθέρου. *Menodorum, quamprimum ad ſe venit, ex liberto fecit ingenuum.* In illam aſſertis jus aureorum anulorum concedebatur, & reſtitutio natalium. Juſtin. Novell. c. 78. c. 1. *Ex hac lege, qui libertatem acceperit, habebit ſubſequens mox & aureorum anulorum, & regenerationis jus.* Illam *aureorum uſus anulorum* antea, non ſtatim *præſtabat*, ſed ſolam, *quoad vivebant, libertinitatis imaginem*, ut dicitur in *Cod.* v. 8. 2. Unde & anulis aureis decoratum, & in equeſtrem tantum ordinem adſcriptum dicit Dio p. 385. A. Δακτυλίοις τε χρυσοῖς ἐκόσμησε, καὶ ἐς τὸ τῶν ἱππέων τέλος ἐνέγραψε. V. & *Caſaubonum* & *Sigon. de jur. civ.* ii. 3.

8. Classem, imo ſemetipſum quoque, & inſulam, & exercitum: τήν τε νῆσον αὐτῷ καὶ τὸ ναυτικὸν, τό τε ἄλλο στράτευμα, καὶ ἑαυτὸν παρέδωκε. *Dio p.* 384. *E.* ſive, ut ea diſtinctius Appian. ibid. p. 717. Σαρδὼ, καὶ Κύρνον, καὶ τρία τέλη στρατοῦ, καὶ φίλων πλῆθος ἕτερον. *Sardiniam, Corſicam, tres legiones, & amicorum multitudinem reliquam.*

9. Quemdam libertinorum, ut *ſupr.* 72. 4.

10. Speculator. V. illum *ſupr.* 27. 4. §. 14.

11. Ferculum proprie eſt geſtamen, quo pompa deferri ſolebat. V. *ſupr.* Cæſ. 37. 4. §. 24. Menſarum *fercula* tabulæ erant ligneæ latiores, quibus vaſa plura ciborum una vice impoſita menſis *inferri* ſolebant. Non enim lances menſis imponebant elegantiores; ſed machinulis quibuſdam venuſto artificio elaboratis partim imponebant, partim appendebant. Petron. c. 35. *Laudationem ferculum inſecutum eſt, plane non pro exſpectatione magnum. Repoſitorium rotundum duodecim habebat ſigna in orbe diſpoſita, ſuperque proprium convenientemque materiæ ſtructor impoſuerat cibum....* Plin. xxxiii. 11. *Jam vero & in menſis vaſa* argentea plena cibis *repoſitoriis imponimus, & ad ſuſtinenda obſonia interradimus latera.* Unde *ſudorem repoſitoriis relinquere* dicuntur vaſa cum eſculentis Plin. xviii. 35. quæ ſuper illa ſteterunt. V. & *Caſaubonum* & *Scheffer. R. V.* ii. 3.

* 12. Trina aut sena fercula non ſunt tres aut ſex patinæ, ſed tria aut ſex geſtamina, ſingula patinarum plurium, per tres miſſus cœnæ illata. In Petronii loco §. 11. laudato vidimus ferculum, unicum quidem, in eo tamen cibos duodecim, ſuis comprehenſos patinis, pro ſignis duodecim, quibus *ferculum* fuit pictum. *Schefferus.* Laudabilis adeo tanti principis abſtinentia, cum etiam ditiores, licet privati, ſeptem ferculis cœnam præbuerint Juvenalis tempore. Notat enim illos, dum dicit Sat. i. 94.

—— Quis fercula ſeptem

Secreto cœnavit avus?

& Heliogabalus *exhibuerit aliquando & tale convivium, ut haberet viginti & duo fercula ingentium epularum* teſte Lampr. *c.* 30. Sed ſic ſatis ſplendide. Cato enim apud Serv. Æn. i. 730. teſtis perhibet, *& in atrio, & duobus ferculis epulatos eſſe antiquos.* Et recta. Ciborum enim varietatem non ἀλόγως damnat Plin. xi. 53. *Homini cibus utiliſſimus ſimplex. Acervatio ciborum peſtifera, & condimenta pernicioſiora.*

13. Ad communionem sermonis tacentes pro-

Ss voca-

tes provocabat, & aut acroamata [14], & hiſtriones, aut etiam triviales [15] ex circo [16] ludios [17] interponebat [18], ac frequentiſſime aretalogos [19].

vocabant principes benigni & comes, dum modeſtiſſimus quiſque ad menſam Imperatoris invitatus reverentia tenebat linguam. Auguſtum imitatus eſt Trajanus Paneg. 49. 5. *Non tibi ſemper in medio cibus, ſemperque menſa communis? non ex convictu noſtro mutua voluptas? non provocas reddiſque ſermones?*

14. Acroama Græcum eſt vocabulum. Plutarch. Galb. p. 1060. A. Ἀκρόαμα δὲ ἦν ὁ Κάνος εὐδοκιμούμενον. *Erat acroama Canus celebre.* Illud Latinitate donarunt Romani. Macrob. Sat. II. 4. 25. *Cum in alia acroamata fuiſſet nummis liberalis.* Cicer. pro Arc. c. 9. *Cum ex eo quæreretur, quod acroama, aut cujus vocem lubentiſſime audiret.* Significat tum feſtivas recitationes, & ludicras narrationes. Suidas: Ἀκροαμάτων, τερπνῶν ἀκουσμάτων: tum illos, a quibus recitabantur. Hos conviviis adhibebant, *ut non minus animo, quam ventre conviva delectarentur*, ut ait Nep. 25. 14. 1. Plin. Epiſt. VI. 31. 13. *Adhibebamur quotidie cœnæ: erat modica, ſi principem cogites: interdum ἀκροάματα audiebamus, interdum jucundiſſimis ſermonibus nox ducebatur.* Nep. 25. 14. 1. *Nemo in ejus convivio aliud acroama audivit quam anagnoſten: quod nos quidem jucundiſſimum arbitramur.* De acroamatis quoque *Donatus*, *Buleng.* de *conv.* III. 30. de *theatr.* II. 1. *Laz. Comm. R. R.* III. 3. *Pignor. de ſerv. p.* 146. *Stuck. Ant. Conv.* III. 18. *Cren. ad Bud. de ſtud. inſtit.* §. 3.

15. Triviales i. in *triviis* ſe exercentes. Ita *trivialem ſcientiam*, quæ in *triviis* tradebatur, dicit Quintil. Inſt. Orat. I. 4. *Literarii pene iſta ſunt ludi, & trivialis ſcientiæ.* Et *triviale carmen*, quale ruſtici ſolent cantare in *triviis*, dicit Juven. VII. 55.

Communi feriat carmen triviale moneta.

Noſt. *Rhet.* 6. 4.

16. In circo morabantur ludii, aſtrologi, conjectores, fanatici. Inde eſt apud Ciceronem *homo de circo* pro vilis & abjectus: & *fallacem circum* vocat Horat. Sat. I. 6. 113.

Fallacem circum, veſpertinumque pererro
Sæpe forum.

V. *Torrentium*, *Caſaubonum*, *Buleng. de circo c.* 55.

17. Ludios i. ſaltatores. Ovid. Art. Am. I. 112.

Ludius æquatam ter pede pulſat humum.

Erant adoleſcentes imberbes, impuberes, glabri, tunicis amicti inſignibus, galeas, parmas, gladios geſtantes, qui in pompis theatralibus ordinatim incedebant, & in numerum ſaltabant. Dionyſ. Halic. II. p. 130. Ἐν ἁπάσαις γὰρ αὐταῖς πρόσηβοι κοῦροι χιτωνίσκους ἐνδεδυκότες ἐκπρεπεῖς, κράνη τε, καὶ ξίφη, καὶ πάρμας ἔχοντες στοιχηδὸν πορεύονται, καὶ εἰσὶν οὗτοι τῆς πομπῆς ἡγεμόνες, καλούμενοι πρὸς αὐτῶν ἐπὶ τῆς παιδιᾶς τῆς ὑπὸ Λυδῶν ἐξευρῆσθαι δοκούσης λυδίωνες. Plura *Buleng. de theatr.* I. 47.

18. Interponebat i. inter cœnam adhibebat. Plin. Epiſt. III. I. 9. *Frequenter comœdis cœna diſtinguitur, ut voluptates quoque ſtudiis condiantur.*

19. Aretalogos i. philoſophos ſectæ fere Cynicæ, vel Stoicæ, qui cum ſcholam & ſectatores non haberent, convivia beatorum frequentabant, & Romanos ſaturos variis de virtute & vitio diſputationibus oblectabant. Hos *circulatores philoſophos* nominat Senec. Epiſt. 29. *Hos mihi circulatores, qui philoſophiam honeſtius neglexiſſent, quam vendunt, in faciem ingeret.* Juven. XV. 16.

——— *Bilem, aut riſum fortaſſe quibuſdam*
Moverat, ut mendax aretalogus.

Criſpinum philoſophum quemdam loquaciſſimum, carmina garrula ſcribentem, *aretalogum* appellatum fuiſſe ſcribit *Porphyr. in Horat. Sat.* I. I. 121. Plura *Caſaubonus*, *Donatus*, *Turneb. Adv.* X. 12. *Salmaſ. in Tertull. pall. p.* 334. *Buleng. de theatr.* I. 49. *Scalig. Auſon. Lect.* II. 5. *Stuck. Ant. Conv.* III. 18.

CAPUT LXXV.

ARG. *Feſtos dies celebrat, illiſque munera dividit, & inæqualiſſimarum rerum ſortes, averſaſque tabularum picturas in convivio venditat Octavius Cæſar Auguſtus.*

1 Feſtos & ſollennes dies [1] profuſiſſime [2], nonnunquam [3] jocùlariter tantum celebrabat.

Sollennes dies aut univerſis publice, aut ſingulis civibus, eorumque genti, ac familiæ fuerunt. In *ſollennibus* primi generis ponebant *Kalendas Januarias*, *Hilaria matris deûm*, *ludos Apollinares*, *Jovis epulum & Saturnalia*, ut docet Lamprid. in Alex. Sev. c. 37. Secundi generis fuere dies veluti *ſponſaliorum*, *chariſtiorum* & aliorum hujuſmodi, quos Horatius feſtos nominat, cum ait Sat. II. 2. 60.

Ille repotia, natales, alioſve dierum
Feſtos albatus celebret.

De utriſque loquitur noſter hoc loco, & *infr. Claud.* 14. 4. Fab. Semeſtr. I. 6.

2. Profusissime i. luxurioſius, & ultra præſcriptum legis ſumptuariæ, quæ quibuſdam diebus feſtis, & Saturnalibus, & Kalendis inſumi concedebat ſummas pecuniæ majores, quam diebus profeſtis, ſicut tradit Gell. II. 24. V. & *Beroaldum.*

3. Nonnunquam: ſententia ſatis perfecta, licet *nonnunquam* non repetatur. Ita enim brevius nonnunquam ſolitos veteres docet ad Liv. III. 37. *Gro-*

Digitized by Google

brabat. Saturnalibus [4], & ſi quando alias libuiſſet, modo munera dividebat, veſtem, & aurum, & argentum: modo nummos omnis notæ [5], etiam veteres regios [6] ac peregrinos [7], interdum nihil præter cilicia [8], & ſpongias [9], & rutabula [10], & forcipes [11], atque alia id genus, titulis obſcuris & ambiguis. Solebat & inæqualiſſimarum [12] rerum ſortes [13], & averſas tabularum picturas [14] in convivio 2 3

Gronovius, & nos ex Gronovio ad Curt. VII. 4. II. §. 33.

4. SATURNALIA deſcribo infr. Cal. 17. 16. §. 20. Illis ſibi invicem munera mittebant. Plin. Epiſt. IV. 9. *Sola ſe munuſcula duntaxat natali ſuo, aut Saturnalibus accepiſſe, & pleriſque miſiſſe.* Martial. V. 18. 1.

Quod tibi Decembri menſe, quo volant mappæ,
Gracileſque ligulæ, cereique, chartæque,
Et acuta ſcribus teſta cum Damaſcenis,
Præter libellos vernulas nihil miſi.

Noſt. *Claud.* 5. 2. *Veſp.* 19. 4. V. *Lipſ. Sat.* 1. 16. *Merul. de ſacrif.* 20. 3.

* 5. OMNIS NOTÆ, tum quod varii generis eſſent & variorum populorum, tum quod ex vario metallo, auro, argento & ære. *Sperling. de numm. non cuſ. diſſ. cap.* 33. *Nota* eſt ſignum, quo nummi cuduntur. Plin. XXXIII. 3. *Nota argenti fuere bigæ atque quadrigæ.* Noſt. *infr.* 94. 24. Hos ſpargere, aut offerre non dedecuit Cæſarem Auguſtum, ejuſve majeſtatem. Saturnalibus enim quidvis offerri & donari potuit, exigui licet pretii, ut ſtatim enumerato cilicia, ſpongias, & ejuſmodi vilis notæ merces. V. *Sperlingium.*

6. REGIOS i. Regum Romanorum tempore cuſos, ſola vetuſtate, non pretio æſtimandos, utpote æneos. Plin. XXXIII. 3. *Servius rex primus ſignavit æs. Antea rudi uſos Romæ Remeus tradit.* V. *Donatum* & *Caſaubonum.*

7. PEREGRINOS, quales Darii, Philippi, ſicli, tetradrachmum, victoriatus *ex Illyrico advectus, nondum lege Clodia percuſſus*, de quo Plin. XXXIII. 3. ut illos interpretatur *Caſaubonus.*

8. CILICIA *texta de pilis in caſtrorum uſum atque nautarum.* Aſcon. in Cicer. p. 95. Unde κιλίκια τὰ ἐκ τριχῶν συντιθέμενα dicunt *Heſychius* & *Suidas*. Virg. Georg. III. 311.

Nec minus interea barbas, incanaque menta
Cyniphii tondent hirci, ſetaſque comantes
Uſum in caſtrorum, & miſeris velamina nautis.

Uſum caſtrorum tradit hiſce Veget. IV. 6. *Saga ciliciaque tenduntur, quæ impetum excipiunt ſagittarum.* Obſcœni quid in hac voce latet. In congreſſu enim venereo mulieri incubat vir (ſupr. Cæſ. 7. 2. §. 22. ut *ciliciis*, ſive veſtibus ſuis noctu. Veteres, quo de die amiciebantur, illud ſupra lectum de nocte ſternebant. Ovid. Amor. I. 2. 1.

Eſſe quid hoc dicam, quod tam mihi dura videntur
Strata, neque in lecto pallia noſtra ſedent.

9. SPONGIÆ apud antiquos in uſu erant tergendarum menſarum. Mart. XIV. 144.

Hæc tibi forte datur tergendis ſpongia menſis.

Plin. XXXI. 11. *Uſus earum ad abſtergenda, fovenda, aperienda.* Unde & Lucil. Epigr. II. 31. 3.

Πρίσματα, καὶ σπόγγον, καὶ σαρὸν ἰθὺς ἔχων.
Scobem, & ſpongiam, & ſcopas ſtatim habens.

& adhibebantur ad obſcœna emundanda. Senec. Epiſt. 70. *Lignum id, quod ad emundanda obſcœna adhærente ſpongia poſitum eſt, totum in gulam farſit.* Unde Mart. XII. 39.

Quod ſciat infelix damnata ſpongia virga.

Et hoc vocabulum ambiguum eſt, & ſignificat quoque id, quo viri ſumus. Inter genera *ſpongiarum* quædam ſunt oblongæ, dictæ peniculi, & *ὑποσομινῶς* penicilli, a ſimilitudine caudarum appellatæ. *Penem* vero *antiqui caudam vocabant* teſte *Feſto*, & caudam virilem. Cicer. Fam. IX. 22. *Caudam antiqui penem vocabant: ex quo eſt propter ſimilitudinem penicillus. At hodie penis eſt in obſcœnis. At vero Piſo ille Frugi in annalibus ſuis queritur, adoleſcentes peni deditos eſſe.* Unde Plaut. Men. II. 2. 11.

ME. *Quem tu paraſitum quæris, adoleſcens, meum?*
CY. *Peniculum.* MES. *Eccum! in vidulo ſalvum fero.*

V. & *Beroaldum.* * Hinc *ſpongiare*, quod eſt *ſpongia* detergere & emundare. Apic. de Re. Coquin. 1. 26. *Poſtera die exime, & ſpongiabis diligenter.*

10. RUTABULUM inter villæ inſtrumenta recenſet Cato R. R. c. 11. ejuſque meminit Colum. XII. 18. Et hoc, ambiguum quia eſt, membrum ſignificat virile. Utramque ſignificationem prodidit Feſtus: *Rutabulum eſt, quo ruſtici in proruendo igne panis coquendi gratia utuntur. Nevius in Pico: quid ego facerem, otioſus rodebam rutabulum. Nævius obſcœnam viri partem deſcribens: vel quæ ſperat ſe nupturam iri adoleſcentulo, ea licet ſenile tractet retritum rutabulum.*

11. FORCIPES ſunt inſtrumenta fabrorum, quibus ferrum, ignem, aliudque quid tenent. Feſtus: *Forcipes dicuntur, quod his forma, id eſt, calida capiuntur.* Serv. ad Virg. Æn. VIII. 453. *Forcipes, quibus aliquid forbum tenemus, quaſi forbicapes. Nam forbum eſt calidum.* Et hoc vocabulum ambiguitate & obſcœnitate carere nôn videretur. Significabit enim vulvam femineam, quæ capit *forbum* i. calidum genitale.

12. INÆQUALISSIMARUM i. diverſi pretii. Cujus venditionis hæc forte fuerit ratio. Habuerunt duas urnas, in alteram rerum venalium ſingularum pretia totidem notata ſchedulis mittebant; in alteram rerum ipſarum nomina pari modo deſcripta: quo facto ſchedulaque e ſingulis urnis ducta ab unoquoque, ejus rei quæcunque obveniſſet, pretium ſolvebat, quod ſchedula a ſe ducta notatum eſſet. Cum igitur diverſi pretii eſſent res, fieri facile poterat,

Digitized by Google

vio [15] venditare: incertoque caſu ſpem mercantium [16] vel fruſtrari [17] vel expleʼre [18]: ita ut per ſingulos lectos [19] licitatio [20] fieret, & ſeu jactura ſeu lucrum communicaretur [21].

ut qui ſchedulam maximi pretii duxiſſet, eidem illi ex urna altera, qua rerum nomina continebantur, non niſi minimi pretii res contingeret, aut contra ea maximi pretii res ei obveniret, qui ſchedulam minimi pretii duxiſſet. V. *Sabellicum* & *Babelonium*.

13. SORTES hic appellantur, quæ jlocalariter in auctione veneunt. Alias *ſortes* ſunt res omnes, quæ *ſorte* dividuntur. *Caſaubonus*.

14. AVERSAS PICTURAS i. latera in quibus pictura non eſt. *Averſa* rei pars eſt poſterior. Plin. XI. 37. *Canities homini tantum, & equis, ſed homini ſemper a priore parte capitis, tum deinde ab averſa.* Illas, ut fortuna magis valeret, exhibuit Auguſtus.

15. IN CONVIVIO convivas facta licitatione exhilarandi veſtigium eſt in commentariis Græcorum. Athen. XIII. p. 607. D. Ἐδ' ὕςερον πωλουμένης τῆς αὐλητρίδος (καθάπερ ἔθος ἐστὶν ἐν τοῖς πότοις γίνεσθαι) ἐν τῷ ἀγοράζειν πάνυ νεανικὸς ἦν, καὶ τῷ πωλοῦντι ἄλλου τινὸς θᾶττον προσθέντος ἠμφισβήτει, καὶ οὐκ ἔφη αὐτὸν πεπρακέναι, καὶ τέλος εἰς πυγμὰς ἦλθεν ὁ σκληρὸς ἐκεῖνος φιλόσοφος. *Deinde cum auctione veniret tibicina (ut ſolitum eſt fieri in compotationibus) in licitatione admodum juveniliter licenterque mercatus eſt, & cum venditore, pretio ab alio quodam celerius aucto, decertavit, negans ab ipſo addictam fuiſſe: tandemque ad manus eſt ventum, ipſo philoſopho digladiante.*

16. INCERTO CASU MERCATUR, qui quod emit, quale ſit neſcit.

17. FRUSTRARI i. decipere: quando ſcilicet mercabantur magno id, quod pretioſum eſſe exiſtimabant, & deinde apparebat contemptibile & nugatorium. V. *Beroaldum*.

18. EXPLERE, quando ſortem emerant rei pretioſioris ſuffragante fortuna, ut & hoc explicat *Beroaldus*.

19. LECTOS i. convivarum menſas. V. *ſupr.* 73. 1. §. 2.

20. LICITATIO quid ſit, dixi ad Curt. IV. 1. 12. §. 38.

21. COMMUNICARETUR i. inter lecti convivas *commune* eſſet.

CAPUT LXXVI.

ARG. *Cibi minimi & vulgaris eſt, quocunque tempore & loco veſcitur, & nonnunquam ſolus cœnat Octavius Cæſar Auguſtus.*

CIbi (nam ne hoc quidem omiſerim) minimi erat, atque vulgaris fere. Secundarium [1] panem, & piſciculos minutos [2], & caſeum bubulum manu preſſum [3], & ficos virides [4] biferas [5] maxime appetebat: veſcebaturque & ante cœnam

SECUNDARIUM i. plebejum, vulgarem, cibarium, ut dicitur Cicer. Tuſc. V. 34. *Nec eſuriens Ptolemæus ederat: cui cum peragranti Ægyptum, comitibus non conſecutis, cibarius in caſa panis datus eſſet, nihil viſum eſt illo pane jucundius.* Deſcribitur Plin. XVIII. 9. *Et cibarii, quod ſecundarium vocant, ſextarios quatuor.* Dicitur *ſecundus* Horat. Epiſt. II. 1. 123.

Vivit ſiliquis, & pane ſecundo.

quia a ſiligneo *ſecundum* habet in alendo locum.

2. PISCICULOS MINUTOS dicunt etiam Varr. R. R. III. 17. & Terent. Andr. II. 2. 37. Ubi Donatus: *ſufficeret diminutive piſciculos dixiſſe.* Ita tamen auctores idonei. * Cicer. Par. Præf. *Minutas interrogatiunculas, parvum opuſculum.* Vitruv. VIII. 3. *Parvulum fonticulum. Parvam particulam.* Celſ. VIII. 4. *Parvulam rimulam.* Plin. X. 29. *Parvum corpuſculum.* XVIII. 35. *Parvam nubeculam.* Plin. Epiſt. II. 6. 2. *Parvulas lagunculas.* Phædr. I. 3. 14. *Parvum tigillum.* Gell. II. 29. *Parvam aviculam.* Symm. IX. 107. *Parvum munuſculum.* Noſt. Claud. 34. 5.

3. MANU PRESSUM caſeum dicit etiam Colum. VII. 12. *Illa vero notiſſima eſt ratio faciundi caſei, quem dicimus manu preſſum. Namque is paullum gelatus in mulctra dum eſt tepefactus, reſcinditur, & ſervente aqua perfuſus, vel manu figuratur, vel buxeis formis exprimitur.* Hic interprete *Turneb.* V. 12. circumlocutione poetica Ecl. I. 82. dicitur.

Preſſi copia lactis.

4. VIRIDES i. recentes. Pallad. IV. 10. §. 4. *Ficus virides ſervari poſſunt vel in melle ordinata, ne ſe invicem tangant, vel ſingula intra viridem cucurbitam clauſa.*

5. BIFERÆ dicuntur arbores, quæ quotannis bis fructum ferunt. Serv. Georg. IV. 119. *Biferum Peſtum, in quo uno anno bis naſcitur roſa.* His annumeratur ficus. Plin. XVI. 26. & 27. *Ficus & præcoces habet, quas Athenis prodromos vocant. Sunt & biſera in eiſdem.* Colum. X. 403.


Tunc præcox biſera deſcendit ab arbore ficus.

Biferis etiam ficum annumerat Macrob. Sat. II. 16. *Ficus duplex* dicitur Horat. Sat. II. 2. 122.

Et nux ornabat menſas, cum duplice ficu.

6. Quo-

Digitized by Google



Digitized by Google

nam quocunque tempore & loco [6], quo ſtomachus deſideraſſet [7]. Verba ipſius 3
ex epiſtolis ſunt: *Nos in eſſedo* [8] *panem & palmulas* [9] *guſtavimus* [10]. Et iterum: *Dum lectica* [11] *ex regia* [12] *domum redeo, panis unciam cum paucis acinis* [13] *uvæ duracinæ* [14] *comedi* [15]. Et rurſus: *Ne Judæus quidem, mi Tiberi, tam diligenter ſabbatis jejunium* [16] *ſervat, quam ego hodie ſervavi: qui in balneo demum poſt horam primam noctis bucceas* [17] *man-*

6. Quocunque tempore et loco.... Idem de Perſis Ammian. xxiii. 6. *Nec apud eos extra regales menſas hora eſt præſtituta prandendi, ſed venter unicuique velut ſolarium eſt, eoque monente quod inciderit editur:* Noſt. Claud. 33. 1.

7. Stomachus desiderasset, qui *inſtat ut creditor, & ſæpius die appellat.* Plin. xxvi. 8. Quid *ſtomachus*, dicam *infr. Tib.* 21. 11. §. 25.

8. Essedum, ſive *eſſeda*, nam f. g. utuntur Senec. Epiſt. 56. *In iis, eſſedas tranſcurrentes pono.* Jornand. Goth. c. 1. *Curribuſque falcatis, quos more vulgari eſſedas vocant.* Vehiculum fuit breve, birotum, minus rheda, deferendo celeriter homini uni accommodatum. Cicer. Fam. vii. 7. *Eſſedum aliquod ſuadeo rapias, & ad nos quamprimum recurras.* Inventum eſt a Belgis. Virg. Georg. iii. 204.

Belgica vel molli melius fert eſſeda collo.

a quibus tranſivit ad Britannos. Prop. ii. 1. 87.

Eſſeda cælatis ſiſte Britanna jugis.

& Romanos. Cicer. Attic. vi. 1. *Hic Vedius venit mihi obviam cum duobus eſſedis.* Credo ob agilitatem, & flexuræ commoditatem. Erat adeo leve, ut & puellæ aurigarentur ſolæ. Ovid. Amor. ii. 16. 49.

Parvaque quam primum rapientibus eſſeda mannis
Ipſa per admiſſas concute lora jubas.

Hinc *eſſedarius eſſedi* ductor, qui ex *eſſedo* pugnat. Cicer. Fam. vii. 6. *In Britannia ne ab eſſedariis decipiaris, caveto.* Noſt. *Cal.* 19. 5: 35. 7. *Claud.* 21. 11. V. & *Bud. in Pandect. p.* 166. *Coraſ. Miſc. jur.* iii. 20. 13. *Voſſ. Lex.* & *de vit. ſerm.* 1. 2. *Bochart. Chan.* 1. 2. *Scheffer. de re veh.* ii. 23. *Ligor. de veh. ant. c.* 13. *Broukh. in Propertium.*

9. Palmulas i. *palmarum* fructus, de quibus V. *Salmaſ. Exerc. Plin. p.* 927. *b.*

10. Gustavimus panem i. jentavimus. *Panem guſtare* & jentare res eadem. Plin. Epiſt. vi. 16. *Uſus ille ſole, mox frigida, guſtaverat jacens.* v. 3. *Poſt ſolem plerumque frigida lavabatur, deinde guſtabat.* Gloſſ. Cyrill. *Guſtus*, γεῦμα, γεύσιμα: *guſtare jentare*, βυκκίσαι. Fulgentius: *jentaculum, guſtatio.* V. *Salmaſ. in Vopiſc. Tacit. c.* 11. *Buchner. in Plinium.*

11. In lectica, in eſſedo, in ſoro, ubicunque eſſent, & non ſemper domi jentaculum ſumebant. Galen. Ὑγιεινῶν ii. Ἐν δὲ τῇ κατὰ τὴν ἀγορὰν χώρᾳ περὶ τρίτην ὥραν, ἤσθιεν ἄρτον μετὰ μέλιτος Ἀττικοῦ. *In regione, quæ circa forum, circa tertiam horam, comedit panem cum melle Attico.*

12. Regia, Numæ Pompilii quæ fuerat, & quam poſt ejectos reges habitavit rex ſacrorum, juxta Veſtæ ædem. De illa & Horat. Od. i. 2. 15.

Ire dejectum monumenta regis,
Templaque Veſtæ.

Hanc in regione octava, quæ forum Romanum, collocant *Rufus* & *Victor*. Inſerviit tandem templo loco atrii, ut monet *Borrich. Ant. Urb. Fac. c.* 6. Dicta fuit & *curia Pompiliana*, & in illa erat ſacrarium Opeconſivæ, ut docet *Onuph. Panvin. Comm. R. R. p.* 90.

13. Acinis i. granis, baccis. Pallad. R. R. x. 11. *Si expreſſa uva vinacia, quæ in acinis celantur, hoc eſt, grana, ſint fuſca.*

14. Duracina uva, cui *durior* eſt acinus. Plin. xiv. 1. *Uva non alibi gratiore* (malo *craſſiore* cum *Turneb. Adv.* xxv. 26. a craſſitudine enim & duritia acini nomen adepta eſt) *callo, ut inde poſſit inveniſſe nomen duracinæ.*

15. Panem comedi i. jentavi. *Panem comedere* & jentare res eadem: quod in jentaculo *panem* ſiccum *comedebant*. Vopiſc. in Tacit. c. 11. *Panem, niſi ſiccum, nunquam comedit.* Galen. *ſupr.* §. 11. Inde βυκκίζειν i. buccas *panis comedere* pro jentare. Gloſſ. Philox. Βυκκίσαι, *guſtare, jentare:* βυκκισμα, *guſtarium, jentarium:* βυκκισμὸς, *jentaculum.* Ἀρτοσιτεῖν eſt jentare apud Lucian. Lexiph. p. 820. Νῦν δ' ἤδη καιρός ἐστι χρίεσθαι ἡλιοκαεῖς, καὶ πρὸς τὴν εἵλην θέρεσθαι, καὶ λουσαμένους ἀρτοσιτεῖν. *Jam nunc autem tempus eſt inſolatum ungendi, & ad ſolis ſplendorem apricandi, & poſtquam laverimus, panem eſitandi.* V. *Salmaſ. in Vopiſcum.*

16. Sabbatis jejunium ſervabant Judæi, ſi *ſabbatum* pro hebdomade accipiamus. Phariſæus apud Lucam 18. 19. Νηστεύω δὶς τοῦ σαββάτου: *jejuno bis hebdomade.* Sin, ut ſolet, de ſeptimo die hebdomadis intelligamus, omnino falſum eſt. Neque enim aut in ſacris literis, aut in Judæorum commentariis ullum hujus moris exſtat veſtigium. At Romani, qui norant crebra ab iis uſurpari jejunia, cum præcipua caſtimonia *ſabbatum* ab iiſdem celebrari viderent, ignari morum ejus gentis, iſtud ſibi temere perſuaſerunt. Non enim ſolus Auguſtus in hoc eſt hallucinatus; ſed omnium ea fuiſſe opinio videtur. Juſtin. xxxvi. 2. 14. *Moſes ſeptem dierum jejunio, per deſerta Arabiæ, cum populo ſuo fatigatus, cum tandem veniſſet, ſeptimum diem more gentis ſabbatum appellatum, in omne ævum jejunio ſacravit: quoniam illa dies famem illis erroremque finierat.* V. *Caſaubonum, Sizman. in Rutil. n.* 300. *Byn. de calc. Hebr.* ii. 4. 7. *Bongarſ. ad Juſtinum. Stuck. A. C.* 1. 23. *Jejunaverit* forte Auguſtus valetudinis cauſa, cujus cauſa etiam antiqui *jejunabant*. Senec. Epiſt. 68. *Nota habet quiſque ſui corporis vitia. Itaque alius vomi-tu*

4 *manducavi prinſquam ungi inciperem* [18]. Ex hac inobſervantia [19] nonnunquam vel ante initum, vel poſt dimiſſum convivium ſolus cœnitabat [20], cum pleno convivio nihil tangeret.

tu levat ſtomachum, alius frequenti cibo fulcit, alius interpoſito jejunio corpus exhaurit & purgat.

17. BUCCEA, vel *bucca* i. panis fruſtum. Panes enim in quadras, quadras in *bucceas* ſecabant. Inde *buccellatus* panis, qui eſt panis *nauticus*, Græcis ξηρὸς ἄρτος, & nobis hodie *biſcoctus* dicitur, ut Græcis δίπυρος. V. *Caſaubonum. Salmaſ. in Vopiſc. Tacit.* c. 11.

18. PRIUSQUAM UNGERENTUR, poſtquam a balneo exierant, vires reparaturi, aliquid eſitabant veteres. Senec. ad Marc. c. 22. *Uſus itaque balneo, & quo plus virium poneret, in cubiculum ſe quaſi guſtaturus contulit.* Plinius *ſupr.* §. 10. Imminutis enim viribus e balneis exibant. Unde Senec. Epiſt. 86. *In quas multa ſudatione corpora exinanita demittimus:* 108. *Decoquere corpus, atque exinanire ſudoribus, inutile ſimul delicatumque credimus.* Plin. XXIX. 1. *Balineæ ardentes, quibus perſuaſere in corporibus cibos coqui, ut nemo non minus validus exiret.*

19. INOBSERVANTIA eſt indifferens circa rationem victus animus, ut illam interpretatur *Caſaubonus.* Eſt vero contraria moroſitati certis legibus adſtrictæ. * Non erravit autem, licet illum erroris inſimulet Sciopp. de Styl. Hiſtor. p. 178. Caſaubonus, dum rei alicujus *inobſervantiam* dixit. Habuit enim, quem imitaretur, *Suetonium.*

20. SOLUS COENITAT & ſine invidia Auguſtus. *Solus cœnitat*; ſed magnam ſibi conflat invidiam Domitianus. Plin. Paneg. 49. 6. *Non ante medium diem diſtentus ſolitaria cœna, ſpectator adnotatorque convivis tuis immines: nec jejunis & inanibus plenus ipſe eructans, non tam apponis, quam objicis cibos, quos dedigneris attingere.* Hoc vitium notat quoque Theophr. ἠθ. χαρακτ. c. 25. Ὅταν δὲ αὐτῷ δόξῃ ἑστιᾶν τοὺς φίλους, αὐτὸς μὴ συνδειπνεῖν, ἀλλὰ τῶν ὑφ' αὐτὸν τινι συντάξαι αὐτῶν ἐπιμελεῖσθαι. *Si viſum aliquando ei fuerit, amicos convivio excipere, ipſe cum illis non cœnat, ſed eorum alicui, quos habet in poteſtate, ut convivarum curam habeat, præcipit.* Nec ſine ratione. Plutarch. enim teſte Sympoſ. VIII. 6. τὸ δεῖπνον κοινὰ διὰ τὴν κοινωνίαν· καθ' ἑαυτοὺς γὰρ ἠρίστων ἑκάστοτε οἱ πάλαι Ῥωμαῖοι, συνδειπνοῦντες τοῖς φίλοις. *Deipnon cœna eſt quaſi communio: quia antiquitus ſeorſim ſolebant prandere Romani, cœnare cum amicis.*

CAPUT LXXVII.

ARG. *Vini parciſſimus eſt, ter ſuper cœnam bibit, & ſenos ſextantes non excedit, Rhætico delectatur, interdiu non bibit, ſed pro potione..... ſumit Octavius Cæſar Auguſtus.*

1.2 Vini quoque natura parciſſimus erat. Non amplius ter bibere [1] eum ſolitum ſu-
3 per cœnam [2] in caſtris apud Mutinam [3] Cornelius Nepos [4] tradit. Poſtea, quoties largiſſime ſe invitaret [5], ſenos ſextantes non exceſſit [6]; aut ſi exceſſiſſet, rejicie-

TER BIBEBANT ſuper cœnam viri moderati ex lege convivali, cujus meminerunt Auſon. Eid. XI. 1.

Ter bibe; vel toties ternos, ſic myſtica lex eſt.

Petron. c. 96. *Quod amica ſe non dimiſiſſet tribus niſi potionibus e lege ſiccatis.* Unde *quare quaterni cyathi, ſextariive non eſſent potandi, condito volumine Demetrius* docuit apud *Plin.* XXVIII. 6. & pluribus diſputat *Plutarch. Sympoſ.* III. 9. Vide quoque *Beroaldum, Buleng. de conv.* III. 16. *Erhardum* & *Wouwer. in Petronium.*

* 2. SUPER COENAM i. cœnæ tempore, inter *cœnandum*, ut dixi ad Curt. VI. 11. 27. §. 51. Loquendi modus noſtro uſitatiſſimus: Tib. 56. 3. Cal. 22. 2. Ner. 22. 7: 45. 5. Vit. 12. 2. Veſp. 22. 1. Tit. 8. 4. Domit. 14. 4: 21. 2.

3. MUTINAM V. ſupr. 10. 5.

4. CORNELII NEPOTIS hæc quæ indicant, ad noſtra non pervenerunt tempora.

5. INVITARE proprie dicitur de conviviis, quaſi *in*, ſive ad *vitam vocare.* Unde etiam convivia Latinis videntur dicta a convivendo, quod tum maxime ſimul vivatur. Noſt. *Claud.* 21. 9: 4. 11. *Gal.* 55. 10. Hinc etiam qui libenter veſcuntur, & largius bibunt, *ſeipſos invitare* dicuntur. Salluſt. Hiſt. IV. apud Non. IV. 232. *Cum ſe ibi cibo vinoque læti invitarent.* Turpil. Leucad. apud eundem. *Invitavit pluſculum hic ſeſe in prandio.* Plaut. Amph. I. 1. 127.

Mira ſunt, niſi invitavit ſeſe in cœna pluſculum.

& hoc loco noſter. V. *Stuck. A. C.* II. 1. *Hanc*, ut apud Gell. XV. 2. legere eſt, *largiorem paullo jucundioremque vini invitationem, quæ fieret ſub quibuſdam quaſi arbitris, & magiſtris conviviorum ſobriis, non improbavit Plato. Nam & modicis, honeſtiſque inter bibendum remiſſionibus refici, integrarique animos ad inſtauranda ſobrietatis officia exiſtimavit, reddique eos ſenſim lætiores, atque ad intentiones rurſum capiendas fieri habiliores.*

* 6. SENOS SEXTANTES NON EXCESSIT i. ſexies ſaltem bibit, quando ſe large invitabat, calice qui duorum cyathorum capax erat, ita ut in tota cœna ſextarium ſumeret. Hunc Taciti imperatoris ſobrietatem laudaturus Vopiſcus, vix bibiſſe dicit c. 11.

Ipſe

Digitized by Google

rejiciebat [7]. Et maxime delectatus eſt Rhætico [8], neque temere interdiu bibit [9]. 4
Pro potione ſumebat perfuſum aqua frigida [10] panem, aut cucumeris [11] fruſtum, 5
vel lactuculæ [12] thyrſum [13], aut recens acidumve [14] pomum ſucci vinoſioris.

Ipſe fuit vitæ parciſſimæ, ita ut ſextarium vini tota die nunquam potaverit, ſæpe intra heminam. Et hic ſobrio in cœnam ſufficiebat. Unde Horat. Sat. I. I. 74.

Panis ematur, olus, vini ſextarius.

Sextans duos capiebat cyathos. Mart. XII. 23.

Poto ego ſextantes: tu potas Cinna deunces.

V. *Rhem. Fann. Palæm. de Pond. & menſ. n.* 80. *Rob. Cenal. de Pend. & menſ. rat. A. R. tom.* XI. *p.* 1453. *Pæt. de Rom. & Græc. menſ. ibid. p.* 1632. Cognata enim menſurarum & ponderum eſt ratio. *Sextans* vero teſte Bud. de aſſe V. p. 618. nummulus erat duas uncias valens. Plin. XXXIII. II. *Quod Agrippæ Menenio ſextantes æris in funus contulit, honoris id neceſſitatiſque propter paupertatem Agrippæ, non largitionis eſſe dixerim.*

7. REJICIEBAT i. vomebat. Scribon. Larg. 24. 8. *Quidquid datum eſt rejiciunt.* 52. 184. *Præterea nauſeans, rejiciunt poto medicamento. Dejiciebat alvum ſuperiorem* Cato R. R. c. 157.

8. RHÆTICUM *vinum, quod laudatis Italiæ vinis non videtur cedere, naſcitur in radicibus montium, quos illi,* Rhæti, *colunt.* Καὶ ὅγε Ῥαιτικὸς οἶνος τῶν ἐν τοῖς Ἰταλικοῖς ἐπαινουμένων οὐκ ἀπολείπεσθαι δοκῶν, ἐν ταῖς τούτων ὑπωρείαις γίνεται. Strab. IV. *p.* 142. *Setinum prætuliſſe cunctis Divum Auguſtum* dicit Plin. XIV. 6. fortaſſis ita, conjiciente hoc *Torrentio*, ut *Rhætico* magis delectatus fuerit. Unde in Auguſti gratiam Virg. Geogr. II. 96.

——— *Et quo te carmine dicam Rhætica?*

V. & *Beroaldum.*

9. NEQUE TEMERE BIBIT i. non abs re, non abſque cauſa fuit, ſi biberet. Terent. Phorm. V. 8. 9.

Non pol temere eſt, quod tu tam times.

Noſt. *ſupr.* 73. 3. & ſæpius.

10. PERFUSUM AQUA FRIGIDA, quia is *leviſſimum præbet cibum.* Plin. XXII. 25.

11. CUCUMIS *cartilaginei generis, extraque terram eſt, mira voluptate Tiberio principi expetitus.* Plin. XIX. 5. aliiſque populis ita cultus, ut *cucumerarii* mentionem faciat *Eſaj.* I. 8. illique vigil cuſtos, ne *cucumeres* auferrentur, apponi ſolitus fuerit: unde pro *tugurium in cucumerario* laudante etiam *Beroaldo* apud vatem ſacrum *cuſtodiarium in cucumerario* legit *Cyprianus.*

12. LACTUCARUM in cœnis veterum olim multus fuit uſus. Plin. Epiſt. I. 15. *Paratæ erant lactucæ ſingulæ.* Rationem docet Plin. XIX. 8. *Eſt quidem natura omnibus refrigeratrix, & ideo æſtate gratæ ſtomacho faſtidium auferunt, cibique appetentiam faciunt.* Dat alteram Colum. X. 179.

Jamque ſalutari properet lactuca ſopore.

Et tertiam Mart. XI. 52. 5.

Prima tibi dabitur ventri lactuca movendo Utilis.

Unde illas ardenter appetiverunt veteres. Tacitus imperator, *præ omnibus oleribus affatim miniſtratis, lactucis impatienter indulſit, ſomnum enim ſe mercari illa ſumptus effuſione dicebat* apud *Vopiſc. c.* II. Ariſtoxenus Cyrenaicus τὰς ἐν τῷ κήπῳ γινομένας θριδακίνας οἰνομέλιτι ἐπότιζεν ἑσπέρας, καὶ ὑπὸ τὴν ἕω λαμβάνων, χλωρὰς ἔχειν ἔλεγε πλακοῦντας, ὑπὸ τῆς γῆς ἀναπεμπομένους αὐτῷ: *natas in horto ſuo lactucas veſperi mulſo rigabat, poſtridieque diluculo exciſas placentas virides dicebat, quas ſibi terra ſuppeditaſſet,* apud *Athen.* I. *p.* 7. C. & *Suidam.* V. & *Nonn. de re cib.* I. II. *Stuck. Ant. Conv.* II. 8. *Humelb. in Apic.* III. 15.

13. THYRSUS eſt, quidquid ſic conſurgit, ut in gracilitatem attenuetur. Inde *Heſychius:* Κῶνοι, οἱ θύρσοι: κώνους, θύρσους. Eſt vero κῶνος figura apud mathematicos ex lato in acutum deſinens, παρὰ τοῖς γεωμέτραις σχῆμά τι στερεόν eidem *Heſychio.* Inde *thyrſus* caulis eſt herbarum. Serv. Æn. XII. 413. *Caulem medium fruticis, qui vulgo thyrſus dicitur.* Lactucæ vero *thyrſus* ſitim tollit. Athen. II. p. 96. F. Ὁ δὲ καυλὸς τῆς θρίδακος ἄδιψος εἶναι δοκεῖ. *Lactucæ caulem ſitim prohibere credunt.*

14. ACIDUM & *ſucci vinoſi* pomum ἐκ παραλλήλου eſt. Apud Plinium enim *acida* poma & vinoſa eadem nominantur. Et ex fructibus, qui *acidi* ſaporis ſunt, ut pomis, pyris, ſorbis, aliiſque ſubditititium quoddam vinum conficitur. Virg. Georg. III. 380.

Atque acidis imitantur vitea ſorbis.

Acida ſunt, quæ Græci τὸ ὀξῶδες ἔχειν dicunt, vel ὄζειν τὴν γεῦσιν, quo ſenſu *acida aqua* ac *fontes* a Latinis nominantur. Poma *acida* etiam *uvida* dicuntur. Arnob. V. p. 164. *Addite huc etiam idcirco eſſe uvida poma, idcirco vinoſa, quod ex ſanguine ſaporato genus ducant,* ut hunc locum legit *Salmaſ. Exerc. Plin. p.* 905. *a. E.* V. & *Caſaubonum.*

CAPUT LXXVIII.

ARG. *Poſt cibum meridianum conquieſcit, deinde in lecticulam lucubratoriam ſe recipit, ibique ad multam noctem permanet, non amplius quam ſeptem horas dormit, matutina vigilia offenditur, & dum per vicos deportatur condormit Octavius Cæſar Auguſtus.*

Poſt

1 Poſt cibum meridianum [1], ita ut veſtitus calceatuſque erat [2], retectis [3] pedibus
2 paullisper conquieſcebat [4], oppoſita ad oculos manu. A cœna [5] ſe in lecticulam [6] lucubratoriam [7] recipiebat. Ibi donec reſidua diurni [8] actus, aut omnia, aut
3 ex maxima parte conficeret, ad multam noctem permanebat. In lectum inde tranſgreſſus, non amplius, cum plurimum [9], quam ſeptem horas dormiebat: ac ne eas quidem continuas, ſed ut in illo temporis ſpatio ter aut quater expergiſce-
4 retur. Si interruptum ſomnum recuperare, ut evenit, non poſſet, lectoribus [10], aut fabulatoribus [11] arceſſitis, reſumebat [12], producebatque ultra primam ſæpe lu-
5 cem. Nec in tenebris vigilavit unquam, niſi aſſidente aliquo. Matutina vigilia offende-

Post cibum meridianum i. poſt prandium, quo cibum levem & facilem ſumebant veteres. Horat. Sat. I. 6. 127.

Pranſus non avide, quantum interpellet inani
Ventre diem durare.

Illud deſcribit Senec. Epiſt. 83. *Panis deinde ſiccus, & ſine menſa prandium, poſt quod non ſunt lavandæ manus.* Hoc ſumebant, ut largiorem ſumerent cœnam. Plutarchus. Ὅτι οὐδὲ ζῆν ἔστιν ἡδέως κατ' Ἐπίκουρον p. 1099. C. Αὐτὸς ἔλεγεν ἔχειν ἀμείνονας ὀψοποιούς, πρὸς μὲν ἄριστον τὴν νυκτοπορίαν, πρὸς δὲ δεῖπνον τὴν ὀλιγαρισίαν. *Meliores inquiens ſe habere obſoniorum conditores, nocturnum iter ad prandium, & prandii exilitatem ad cœnam.*

2. Ut vestitus, calceatusque erat dum dicit, docet ita leviter prandere ſolitum Auguſtum, ut non accumberet, aut certe non ita ut ſolebant ad cœnam: ideo calceos non ponebat, ſoleas non ſumebat. V. *Caſaubonum.*

3. Retectis i. bene & diligenter *tectis.* Ita ſolent meridiaturi, pedes ut ſint bene *tecti* curare. *Re* in hac voce non negat, ſed intendit. Ita *recondere* promere eſt Prop. II. 23. 51. *reſtringere* aperire Lucret. II. 529. V. *Caſaubonum*, & *Schulting. in Senec. Suaſor. p.* 4. Talia multa collegit *Dreſem. in Iſcan. de Bell. Trojan.* I. 281.

4. Paullisper conquiescebat. Et ita Senec. Epiſt. 83. *Dormio minimum, conſuetudinem meam noſti: breviſſimo ſomno utor, & quaſi interjungo. Satis eſt mihi, vigilare deſiiſſe. Aliquando dormiſſe me ſcio, aliquando ſuſpicor.* Plura ad *Cal.* 38. 9. §. 20.

5. Coena i. cibo meridiano. Feſtus: *Cœna apud antiquos dicebatur, quod nunc eſt prandium.* Plin. Epiſt. I. 15. *Heus tu, promittis ad cœnam, nec venis.* Hinc Auguſtum tardius prandium ſumere conſueviſſe colligit *Torrentius.*

6. Lecticulas *lucubratorias* domi habebant veteres, non portatiles, ſed eodem fixas loco, in quibus recumbentes lectioni, meditationi, ſcriptioni operam dabant. Non differebant a *lectis* aliis, unde *lecti* quoque vocabantur. Plin. Epiſt. V. 5. *Viſus eſt ſibi per nocturnam quietem jacere in lectulo ſuo compoſitus in habitum ſtudentis, habere ante ſe ſcrinium: (ita ut ſolebat) mox imaginatus eſt veniſſe Neronem, in toro reſediſſe, prompſiſſe primum librum, quem de ſceleribus ejus ediderat.* Ovid. Triſt. I. 10. 37.

Non hæc in noſtris, ut quondam, ſcribimus hortis:
Nec conſueto meum lectule corpus habes.

Plurima de hiſce *lectulis* Caſaubonus & Donatus: nonnulla quoque Scheff. de re veh. II. 5. & Coler. in Val. Max. VI. 8.

7. Lucubrare eſt noctu ad lucernam vigilare, ad quam vigilare ſolent homines eruditi quid meditaturi. Plin. Epiſt. III. 5. 8. *Lucubrare a Vulcanalibus incipiebat, non auſpicandi cauſa, ſed ſtudendi, ſtatim a nocte multa.* Cicer. Parad. præf. *Accipies igitur hoc parvum opuſculum, lucubratum his jam contractioribus noctibus.* Martial. IV. 90. 4.

Inde lego, Phœbumque cio, Muſamque laceſſo,
Dum parvus lychnus modicum conſumat olivi,
Hæc dat nocturnis nox lucubrata Camœnis.

8. Diurni illi *actus*, quos quotidie in lecticula ſua lucubratoria ſolitus eſt conficere Auguſtus, continebant ea, quæ ad imperii rationarium pertinebant, ut docet Caſaub. ſupr. 64. 4.

9. Cum plurimum i. ad ſummum, ut exponit Eraſmus. Et ita Plin. XVI. 12. *Aperitur picea cum plurimum bipedali hiatu, ut a terra cubito cum minimum abſit.*

* 10. Lectoribus i. ſervis, qui dominis libros, vel aliorum, vel ſuos prælegebant. Plin. Epiſt. VIII. I. *Encolpius lector ſanguinem rejicit.* Prælegebant in lecto, cum noctu expergefacti ſomnum interruptum recuperare non poſſent. Nec tantum in illo; verum etiam in cœna. Plin. Epiſt. III. 5. 12. *Super hanc liber legebatur. Memini quendam ex amicis, quum lector quædam pronuntiaſſet perperam, revocaſſe.* Et in balneo. Plin. Epiſt. III. 5. 14. *Quum dico balinei de interioribus loquor. Nam cum deſtringitur, tergiturque, audiebat aliquid, aut dictabat.* Vocabantur Græce ἀναγνώσται; Et voce Græca utuntur Nep. 21. 13. 13: 14. I. Cicer. Fam. V. 9. ad Attic. I. 12.

11. Fabulatoribus i. collocutoribus. Senec. Epiſt. 122. *Pedonem Albinovanum narrantem audieramus (erat autem fabulator elegantiſſimus) habitaſſe ſe ſupra domum Sp. Papinii.* V. *ſupr.* 70. I. §. 2.

* 12. Resumebat.... Cur ex fabulis alii reſolvantur in ſomnum, alii dormitantes excitentur, curatius explicat *Galeot. Mart. de Doctr. Prom. c.* 21. Ad quem lectorem ablego.

13. Ma-

Digitized by Google

offendebatur [13] : ac ſi vel officii [14], vel ſacri [15] cauſa maturius vigilandum [16] eſſet,
ne id contra commodum [17] faceret, in proximo cujuſcunque domeſticorum cœ-
naculo manebat [18]. Sic quoque ſæpe indigens ſomni, & dum per vicos deporta- 6
retur, & depoſita lectica [19] inter aliquas moras condormiebat.

13. Matutina vigilia offendebatur. Quia, ut Plin. xxvi. 11. *inter mala univerſi corporis ſunt vigilia.* V. *Beroaldum.*

14. Officii amico præſtandi. Horum pleraque ante lucem celebrabantur : unde & *antelucana* dicta. Plin. Epiſt. iii. 12. *Erant officia antelucana : in qua incidere impune, ne Catoni quidem licuit.* Propter iſta Romæ erant, qui noctu vigilarent, ſterterent interdiu. Tacit. Ann. xvi. 18. 1. *C. Petronio dies per ſomnum, nox officiis, & oblectamentis vita tranſigebatur.* Talia erant, ut nihil de ſalutationibus, quæ erant clientium, dicam, *officia*, quæ etiam cum aliis viri principes exercebant, *α. togæ virilis*, quam etiam de nocte interdum ſumpſiſſe tyrones, docet noſter *Claud.* 2. 5. qui hoc notat non ut inſolens ratione temporis, ſed quod *officii* ſollennitate caruit : *β. ſponſaliorum.* Feſtus in prima : *Prima aut ſecunda diei hora dicata ſponſalibus : ominis cauſa, ut optima ac ſecundiſſima eveniant. γ. exequiarum.* Serv. Æn. xi. 143. *Sed apud Romanos moris fuit, ut noctibus efferrentur ad funalia : unde etiam funus dictum eſt.*

15. Sacri Deo faciendi ; erat enim Pontifex Maximus. Horum pleraque ante lucem celebrabantur. Cenſor. D. N. c. 23. *Romani a media nocte ad mediam noctem diem eſſe exiſtimaverunt. Indicio ſunt ſacra publica, & auſpicia etiam magiſtratuum, quorum ſi quid ante medium noctis eſt actum, diei, qui præteriit, adſcribitur : ſi quid autem poſt mediam noctem, ante lucem factum eſt, eo die geſtum dicitur, qui eam ſequitur noctem.* Plaut. Pœn. 1. 2. 104.

> AN. *Nimia nos ſocordia hodie tenuit.* AD. *quare obſecro?*
> AN. *Quia jam non dudum ante lucem ad ædem Veneris venimus,*
> *Prima ut inferremus ignem in aram.* AD. *ab! non facto eſt opus.*
> *Quæ habent nocturna ora, noctu ſacrificatum ire occupant;*
> *Priuſquam Venus expergiſcatur, prius deproperant ſedulo*
> *Sacrificare.*

Noſt. *infr.* 94. 4. V. *Caſaubonum.*

* 16. Maturius vigilare eſt ante maturam lucem ſurgere. Quod Cicero dicit *maturius ſurgere* Verr. ii. 17. *Poſtero die mane cum multo maturius quam unquam antea ſurrexiſſet. Vigilandum* tanquam vocem minus Latinam rejicit, & quantumvis, ut ipſe fatetur, reclamantibus libris, *evigilandum* reponit Caſaubonus. Utitur tamen illa Cicer. pro Sext. *Vigilandum eſſe iis qui Reip. gubernacula depoſcerent.* V. *Guther. de Jur. Pont.* iv. 1.

17. Commodum i. valetudinem, ut loquitur Cicer. ad Herenn. iv. 51. *Contra valetudinem ſuam ad ſe multam noctem exſpectaſſe.* Et hæc *Caſaubonus.*

* 18. Manere ſolebant veteres per cauſam vel valetudinis, vel officii, vel ſacri, vel quamcunque aliam, id eſt abnoctare, & in urbe etiam apud amicos cubitare. Senec. de Benef. iii. 16. *Niſi apud alium geſtata eſt, apud alium manſit?* Gronov. in Senecam.

19. Lectica ad officia deferebantur divites, cum tenuioribus eſſet luctandum in turba. Juven. iii. 239.

> *Si vocat officium, turba cedente vehetur*
> *Dives.*

& in illa ſomni indigi ſæpius condormiebant. Juven. iii. 241.

> *Atque obiter leget, aut ſcribet, vel dormiet intus.*
> *Namque facit ſomnum clauſa lectica feneſtra.*

CAPUT LXXIX.

ARG. *Lenocinii negligens, & tamen venuſtus, vultu eſt ſereno, oculos claros, dentes raros, capillum inflexum & ſufflavum, ſupercilia conjuncta, mediocres aures, naſum a ſummo eminentem, ab imo deductum, colorem inter aquilum & candidum, & ſtaturam brevem habet Octavius Cæſar Auguſtus.*

Forma fuit eximia, & per omnes ætatis gradus [1] venuſtiſſima [2]: quamquam & 1
omnis lenocinii [3] negligens, & in capite comendo tam incurioſus, ut raptim
com-

Per omnes ætatis gradus ; cum quidam ſint, qui in pueritia ſunt venuſti, mox adulti fiunt invenuſtiores: contra alii a pueritia minus formoſi, in ætate virili formoſiores conſpiciantur. *Beroaldus.* Sic cæterarum rerum, quarum non uno impetu potimur, *gradus* eſſe dicuntur, ut *laborum*, *virtutum*, *perfectionis* : quod exemplis plurimis docet *Barth. in Rutil. n.* 508. Et *honorum gradus* dicit noſt. *Claud.* 4. 3.

2. Venuſtiſſima. Cicer. Off. 1. 36. *Cum pulcritudinis duo genera ſint, quorum in altero venuſtas ſit, in altero dignitas: venuſtatem, muliebrem ducere debemus; dignitatem, virilem.* A pulcro quo modo diſferat *venuſtum*, dicam ad *Ner.* 51. 1.

compluribus ſimul tonſoribus operam daret, ac modo tonderet, modo raderet barbam: eoque ipſo tempore aut legeret aliquid, aut etiam ſcriberet.
2 Vultu [5] erat, vel in ſermone, vel tacitus adeo tranquillo [6] ſerenoque [7], ut quidam e primoribus Galliarum confeſſus ſit inter ſuos, eo ſe inhibitum [8], ac remollitum [9], quo minus, ut deſtinarat, in tranſitu Alpium per ſimulationem [10] colloquii propius admiſſus, in præcipitium propelleret.
3 Oculos habuit claros ac nitidos [11], quibus etiam exiſtimari volebat ineſſe quiddam divini vigoris; gaudebatque, ſi quis ſibi acrius contuenti, quaſi ad fulgorem ſolis [12] vultum ſummitteret [13]: ſed in ſenecta

3. Lenocinii i. elegantiæ exquiſitioris. Eſt enim omne, quidquid exornando corpori, aut alicui rei adhibetur. Cicer. N. D. ii. 59. *Perſpicuum eſt, quo compoſitiones unguentorum, quo ciborum conditiones, quo corporum lenocinia proceſſerint.*

4. Incuriosus i. negligens. V. *ſupr.* 27. 4. §. 13.

5. Vultus, *qui nullo in animante eſſe præter hominem poteſt, indicat mores: cujus vim Græci norunt, nomen omnino non habent.* Cicer. LL. i. 9. Differt a facie, quæ magis ad corpus refertur, cum ſignificet voluntatis affectum, atque magis ad animum referatur. V. Val. Eleg. iv. 13. Unde *vultuoſam frontem*, indignabundam, & triſtitiæ indicem dicit Apul. Mil. iii. p. 135. *vultuoſam frontem rugis inſurgentibus aſſeverabat.*

6. Tranquillo i. *tranquillitatem*, ſive *placidam, quietamque conſtantiam* præferente interprete Cicer. Tuſc. iv. 5. *In participe rationis ponunt tranquillitatem, id eſt, placidam, quietamque conſtantiam.* Proprie de mari dicitur. Cicer. Attic. vi. 8. *Nos Rhodiorum aphractis, cæteriſque longis navibus tranquillitates aucupaturi eramus.*

7. Sereno i. læto. Mart. vii. 12. 1.

Sic me fronte legat dominus, Fauſtine, ſerena.

Proprie de ventis & nubibus dicitur, dum ſunt ſine imbre. Plaut. Merc. v. 2. 35.

Hic favonius ſerenus eſt....
Hic facis tranquillitatem.

8. Inhibitum *vultu*... Similem hiſtoriam narrat Busbeq. Epiſt. iv. p. 264. Solymannus ubi cognovit de Bajazete filio actum, eunuchum, cui fidebat, Pruſam miſit, ut minimum quoque natu Bajazetis filium interficeret. Sed cum eunuchus eſſet animo teneriore, ſibi de numero janitorum quemdam adſcivit, obſirmati ad quodvis facinus animi, cujus opera puerum exſtingueret. Is cubile ingreſſus, cum collo puerili laqueum aptaret, infans ei arridens, ſeque, quod poterat, attollens, oſculum illi ferre conabatur: quæ res ferum alioqui hominem ſic commovit, ut ferre non poſſet, animaque defectus concideret. * & de Dario Artoxerxis filio Plutarch. Artox. p. 1026. C. Ὁ δὲ δήμιος κληθεὶς ἧκε μὲν ξυρὸν ἔχων ᾧ τὰς κεφαλὰς ἀποτέμνουσι τῶν κολαζομένων. Ἰδὼν δὲ τὸν Δαρεῖον, ἐξεπλάγη, καὶ ἀνεχώρει πρὸς τὰς θύρας ἀποβλέπων, ὡς οὐ δυνησόμενος, οὐδὲ τολμῶν αὐτόχειρ γενέσθαι βασιλέως. *Quo carnifex arcitus venit cum novacula, qua ſontium capita decidunt. Qui ut Darium conſpexit, obſtupefactus receſſit januam reſpectans, quaſi non poſſet, neque ſuſtineret homicida eſſe regis.* Similes hiſtorias narrant de Olympiade Juſtin. xiv. 6. 10. de Mario Val. Max. ii. 10. 6.

9. Remollitum i. valde mollitum. V. ſupr. 78. 1. §. 3. Colum. R. R. ii. 12. *Nihil itaque amplius in iteratione, quam remolliri terra debet æqualiter.* Animum vero & iram *mollire* dicimur. Virg. Æn. 1. 61.

—— celſa ſedet Æolus arce,
Sceptra tenens, mollitque animos, & temperat iras.

Liv. i. 9. *Mollirent modo iras; & quibus fors corpora dediſſet, darent animos.*

10. Simulationem i. ſpeciem, prætextum. Hygin. fab. 104. *Laodamia fecit ſimulacrum æreum ſimile Proteſilai conjugis, & in thalamis poſuit, ſub ſimulatione ſacrorum.*

11. Nitidos oculos dicit quoque Juven. vi. 8.

Turbavit nitidos exſtinctus paſſer ocellos.

lucidum fulgentes Horat. Od. ii. 12. 14.

—— me voluit dicere lucidum
Fulgentes oculos.

ſideris inſtar ſplendentes. Ovid. Met. i. 498.

—— videt igne micantes
Sideribus ſimiles oculos.

Petron. c. 86. *Clariores ſideribus extra lunam fulgentes.* Et tales ſub Æneæ perſona, Auguſto vindicat Virg. Æn. i. 573.

Namque ipſa decoram
Cæſariem nato genetrix, lumenque juventæ
Purpureum, & lætos oculis adflarat honores.

viii. 680.

—— Geminas cui tempora flammas
Læta vomunt.

Sed glaucos Plin. xi. 37. *D. Auguſto equorum modo glauci fuere, ſupraque hominem albicantis magnitudinis.* V. *Torrentium* & *Jun. pict. vet.* iii. 9. §. 8.

* 12. Ad fulgorem solis proxime accedere videri voluiſſe ſcribit etiam Julian. Imp. Cæſar. p. 309. D. Ἐῴκει δὲ ἤθελε τὰς βολὰς τῶν ὀμμάτων, ὁποῖος ἐστιν ὁ μέγας ἥλιος.

13. Vultum summitteret. Aurel. Victor. Epit. i. 20. *Fuit toto corpore pulcer, ſed oculis magis. Quorum aciem clariſſimorum ſiderum modo vibrans, libenter accipiebat cedi ab intendentibus tanquam ſolis radiis aſpectui ſuo. A cujus facie dum quidam miles,* quem *equitem Romanum* fuiſſe dicit Serv. Æn. viii. 680. *averteret*

cta [14] ſiniſtro [15] minus vidit. Dentes [16] raros, & exiguos, & ſcabros [17]: capillum 4
leviter inflexum [18] & ſufflavum [19], ſupercilia conjuncta [20], mediocres aures [21];
naſum & a ſummo eminentiorem, & ab imo deductiorem [22]. Colorem [23] inter 5
aqui-

teret, & interrogaretur ab eo, cur ita faceret, reſpondit: quia fulmen oculorum tuorum ferre non poſſum. Plin. XI. 37. *Quam ob cauſam diligentius ſpectari eos iracunde ferebat.* Imo non ſuſtinebat quenquam ſe ex adverſo intueri. Julianus. Οὐδένα οἱ τῶν πάντων ἀντιβλέπειν ἠξίου.

14. SENECTA morbus eſt naturalis: unde minime mirum eſt, ſi Auguſtus jam ſeneſcens minus viderit: cum virtus optica i. viſiva ſit in *ſenecta* debilior. V. *Beroaldum.*

15. SINISTRÆ in homine partes imbecilliores ſunt, quia frigidiores: contra *dextra* pars robuſtior eſt, cum ſit calidior, ut philoſophi & medici prodiderunt. V. *Beroaldum* & *Tiraquell. de jur. primog. præf. n.* 15.

16. DENTES *triceni bini viris attribuuntur, feminis minor numerus. Quin & augurium in hac eſſe creditur parte. Quibus plures fuere, longiora promitti vitæ putant ſpatia.* Plin. VII. 16: XI. 37.

17. SCABROS dicit etiam Ovid. Met. VIII. 802.

——— *Scabri rubigine dentes.*

Vitium hoc oritur *ex oris illuvie.* Trebatius apud Ulpian. Digeſt. XXI. 1. 12. §. 4. De illo quoque Cœl. Aurelian. Chron. III. 3. *Oris pedor quibuſdam etiam gingivarum putredo, cum ſcabro dentium detrimento tritus.* Qui limum dicit dentium acut. morb. II. 37. *Colluticne oris ex aqua frigida dentium limus detergendus.* Hunc vero *pulvere elimare* ſolebant. Tertull. de pœnit. c. 11. *Cedo pulverem dentibus elimandis.* Tales *ſcabrones* dicuntur *Trebatio* l. l. V. *Savar. Sidon. Epiſt.* III. 13.

18. LEVITER INFLEXUM. Medius ergo fuit Auguſtus inter εὐθύτριχα, ſive ἰθύθριχα i. eum, qui crinibus eſt rectis, & οὐλότριχα i. eum, qui crinibus eſt criſpis. Hos opponit Mart. X. 58. 6.

Tu flexa nitidus coma vagaris,
Hiſpanis ego contumax capillis.

Crines criſpos laudant veteres. Petron. c. 86. *Crines ingenio ſuo flexi*, quod ad verbum Ariſtæn. Epiſt. I. 1. Κόμη φυσικῶς ἑλιττομένη. Achil. Tat. Ἐρωτικ. I. p. 61. Αἱ δὲ κόμαι βοστρυχούμεναι μᾶλλον ἑλίσσοντι κιττοῦ. *Capillorum cincinni hederæ contorſionibus implicatiores cernebantur.* V. & *F. Jun. de pict. vet.* III. 9. §. 6. & *Had. Jun. de com. c.* 8. *Salmaſ. Capitol. Pertin. c.* 12.

19. SUFFLAVUM i. modice *flavum.* Præpoſitionem *ſub* in compoſitis ſignificationi tenuitatem plerumque addere dixi ad Curt. VII. 7. 20. §. 55. Colorem vero capillorum *flavum* laudabant veteres etiam in principibus viris. Hunc Achilli tribuit Philoſtr. Ἡρωϊκ. p. 708. C. Τὴν μὲν δὴ κόμην ἀμφιλαφῆ αὐτῷ φησιν εἶναι καὶ χρυσοῦ ἡδίω, καὶ εὐσχήμονα. *Comam quidem denſam, auroque ſuaviorem ipſi fuiſſe dicit, pulcreque compoſitam.* Homer. Ἰλιάδ. ψ. 141.

Στὰς ἀπάνευθε πυρῆς ξανθὴν ἀπεκείρατο χαίτην.
Stans ſeorſum a pyra flavam abſcidit comam.

Noſter Ner. 51. 1. Plura *H. Jun. de com. c.* 9. & *F. Jun. de pict.* III. 9. 6. *Broukh. in Tib.* I. 6. 8. Et *tantam habuerunt curam flaventium capillorum, ut capiti auri ramenta reſpergerent, quo magis coma illuminata flaveſceret.* Quod de Vero dicit *Capitol. c.* 10.

20. CONJUNCTA i. ſupra naſum levi diſcrimine commiſſa. Et illa laudabant veteres. Petron. c. 86. *Supercilia uſque ad malarum ſtricturam currentia, & rurſus confinio luminum pæne permixta.* Claud. de nupt. Honor. & Mar. n. 267.

Quam juncto leviter ſeſe diſcrimine confert
Umbra ſupercilii.

Et ab his amicam laudat Anacreon 28. 12. 13.

Τὸ μεσόφρυον δὲ μή μοι
Διάκοπτε, μήτε μίσγε·
Ἐχέτω δ' ὅπως ἐκείνη
Τὸ λεληθότως σύνοφρυν
Βλεφάρων ἴτυν κελαινήν.
Supercili nigrantes
Diſcrimina nec arcus
Confundito nec illos;
Sed junge ſic ut anceps
Divortium relinquas.

Μηνοειδῆ τὴν ὀφρύν: *inſtar lunæ falcatum ſupercilium* habuiſſe dicitur Achilles. *Philoſtr.* Ἡρωϊκ. *p.* 708. C. V. & *Jun. de pict. vet.* III. 9. §. 9.

21. MEDIOCRES aures videntur prætuliſſe veteres. Ariſtot. Hiſt. anim. I. 11. Ὤτων δὲ τὰ μεγάλα, ἢ μικρὰ, ἢ μέσα, ἢ ἐπανεστηκότα σφόδρα, ἢ οὐδὲν, ἢ μέσον. *Aurium aliæ majores, aliæ parvæ, aliæ mediocres, & aut nimium, aut parum, aut mediocriter arrectæ.* Τὰ δὲ μέσα βελτίστου ἤθους σημεῖον. *Mediocres notam habent optimorum morum.* Opponuntur pendulis, quas deſcribit Lactant. de opific. Dei c. 8. *Aures noluit Deus artifex mollibus pelliculis informare, ut pulcritudinem demerent pendulæ, atque flaccentes.* V. & *Jun. de pict. vet.* III. 9. §. 12.

22. A SUMMO EMINENTIOREM.... i. aquilinum, ſive non abrupte, ſed in modum curvaturæ illius, quæ in aquilino eſt roſtro, deſcendentem. Ariſt. Φυσιογ. c. 6. Οἱ δὲ γρυπὴν ἔχοντες, καὶ ἀπὸ τοῦ μετώπου διηρθρωμένην, μεγαλόψυχοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ἀετούς. *Qui aquilinum habent naſum, a fronte articulatum, magnanimi: referuntur ad aquilam. Deductus* enim eſt depreſſus, demiſſus. Inde de Achille Philoſtr. Ἡρωϊκ. p. 708. C. Τὴν δὲ ῥῖνα οὔπω γρυπὴν, ἀλλ' οἷον μέλλουσαν. *Naſum vero nondum aduncum, ſed ut futurum.* In Cyro Plutarch. πολιτικ. παραγγ. p. 821. E. Πέρσαι δὲ, ὅτι γρυπὸς ἦν Κῦρος, ἔτι καὶ νῦν ἐρῶσι τῶν γρυπῶν, καὶ καλλίστους ὑπολαμβάνουσι. *At Perſæ, quia Cyrus adunco fuiſſet naſo, etiamnum amant qui adunco ſunt naſo, ac pro formoſiſſimis habent.* In Theodo-

 rico

aquilum [24] candidumque [25]: ſtaturam brevem, quam tamen Julius Marathus [26] libertus etiam in memoriam ejus quinque pedum & dodrantis [27] fuiſſe tradit, ſed quæ commoditate & æquitate [28] membrorum occuleretur, ut non niſi ex comparatione adſtantis alicujus procerioris intelligi poſſet [29].

rico Sidon. Epiſt. I. 2. *Naſus venuſtiſſime incurvus.* In Galba noſt. 21. 1. V. *Jun. de pict. vet.* III. 9. §. 13.

23. COLOREM, qualis in iis, quos ſolis æſtus torruit noſtrum intelligere putat *Caſaubonus*, & quem *oblividum* dicit *Ammian. infr.* 85. 3. §. 16.

24. AQUILUS *color eſt fuſcus, & ſubniger, ab aqua nominatus. Nam cum antiqui duos omnino naturales noſſent, id eſt, album & nigrum: intervenerit autem is quoque, qui ita neutri ſimilis eſt, ut tamen ab utroque proprietatem trahat, potiſſimum ab aqua eum denominarunt, cujus incertus eſt color.* Feſtus. Unde *fluctum aquilum* dicit Varro apud Non. x. 2.

Ægæus fluctu quam lavit ante aquilo.

Plaut. Pœn. v. 2. 152.

Statura haud magna, corpore aquilo.

25. CANDIDUS differt ab albo. Serv. Georg. III. 82. *Aliud eſt candidum eſſe, id eſt, quadam nitenti luce perfuſum: aliud album, quod pallori conſtat eſſe vicinum.* Inde *candere* dicimus nivem recentem, argentum politum, margaritas.

* 26. JULIUS MARATHUS patroni ſui res perſcripſit. Ejus meminit noſter quoque *infr.* 94. 3. Dictus eſt non Octavius, ſed *Julius*, quia Octavius a *Julio* adoptatus, *C. Julius Cæſar* dictus eſt, ex more, quem notavimus *ſupr.* 64. 1. §. 1.

27. QUINQUE PEDUM ET DODRANTIS I. ſenum pedum quarta parte unius pedis adempta. *Dodrans* enim eſt unciarum novem, & inde digitorum fere duodecim, dum uncia habet digitum, & ejus tertiam partem, & pes ſedecim conſtat digitis. Non ergo brevi, ſed prope juſta ſtatura, quam V. *Tib.* 68. 1. §. 2. fuit Auguſtus, ſi modo verum fuerit, quod de illo ſcribit Marathus. Hoc vero falſo ſcriptum fuiſſe ab illo innuit Suetonii oratio. V. *Beroaldum, Sabellicum, Caſaubonum.*

28. ÆQUALITATE legendum eſſe recte affirmant *Caſaubonus* & *Jun. de pict. vet.* III. 2. §. 1. Ita enim & *Tib.* 68. 1. noſter loquitur. Ita vero exprimit Græcas voces συμμετρία & σύμμετρος. *Convenientiam partium*, & *aptam compoſitionem membrorum* dicit Cicer. Off. I. 28. *Congruentiam & æqualitatem* Plin. Epiſt. II. 5. 11. *Membrorum competentiam* Gell. I. 1. *Commenſum* Vitruv. I. 3.

29. EX COMPARATIONE.... *Accidit* enim, *ut corpora quamlibet ardua & excelſa, procerioribus admota, decreſcere* videantur. Plin. Paneg. 61. 2. *Ut parva & exilia ſidera validiorum exortus obſcurat, & Imperatoris adventu legatorum dignitas inumbratur.* Idem ibid. 19. 1.

CAPUT LXXX.

ARG. *Corpore eſt maculoſo, coxendice, femore, & crure ſiniſtro non recte valet, dextra manus digitum ſalutarem imbecillum ſentit, & de veſica doloribus queritur Cajus Octavius Auguſtus.*

1 Corpore traditur maculoſo, diſperſis per pectus atque alvum genitivis [1] notis in modum, & ordinem, ac numerum ſtellarum cœleſtis urſæ [2]: ſed & callis [3] quibuſdam ex prurigine [4] corporis, aſſiduoque & vehementi ſtrigilis [5] uſu, pluri-

GENITIVIS I. congenitis, originalibus, & a natura ingenitis. Dicuntur *ingenua ſigna* Auſon. de Urb. 2. 10.

—— illa Seleucum
Nuncupat. Ingenuum cujus fuit ancora ſignum,
Qualis inuſta ſolet generis nota certa, per omnem
Nam ſubolis ſeriem nativa cucurrit imago.

Nota generis naturales Juſtino eandem, quam Auſonius, hiſtoriam narranti XV. 4. 9. *originis nota* Solin. c. 1. *genitales notæ* Ammiano XXII. 14. σημεῖα συγγενῆ Ariſtot. Hiſt. Anim. VII. 6. Noſt. *Tib.* 68. 4. De hiſce notis etiam agunt *Salmaſ. Exerc. Plin. p.* 28. *b. A.* 311. *a. G. Caſaub. in Theoph. char. p.* 373. *Kemp. de oſcul. Diſſ.* 18. §. 2.

2. URSÆ ſunt duæ, major & minor. Ovid. Triſt. IV. 3. 1.

Magna minorque feræ, quarum regis altera Grajas,
Altera Sidonias, utraque ſicca, rates.

Utramque ſatis fuſe deſcribit *Hygin. Poet. Aſtron.* II. 1. & 2. Quam intelligat, non docet noſter. *Draconem* potius has notas exhibuiſſe auctor eſt Sidon. Apoll. carm. 2. 121.

Magnus Alexander, nec non Auguſtus, habentur
Concepti ſerpente deo: Phœbumque Jovemque
Diviſere ſibi: namque horum quæſiit unus
Cinyphia ſub Syrte patrem maculis genetricis:
Alter Phœbigenam ſeſe gaudebat haberi
Pœonii jactans Epidauria ſigna draconis.

3. CALLIS I. verrucis *calloſis*. *Callus* eſt cutis labore viæ pedibus, aut alio opere in manibus, aut alia corporis parte denſior facta. Cicer. Tuſc. II. 15. *Et ipſe labor quaſi callum quoddam obducit dolori.*

4. PRURIRE eſt ſcalpendi libidine ardere. Colum. VII. 5. *Vitioſum locum pecudes, aut morſu ſcalpunt,*

aut



Digitized by Google

Digitized by Google

pluriſariam contractis, ad impetiginis [6] formam. Coxendice [7], & femore [8], & 2
crure ſiniſtro, non perinde [9] valebat, ut ſæpe etiam inde claudicaret: ſed remedio arenarum [10], atque arundinum [11] confirmabatur. Dextræ quoque manus digitum 3
ſalutarem [12] tam imbecillum interdum ſentiebat, ut torpentem [13] contractumque frigore, vix cornei circuli [14] ſupplemento ſcripturæ admoveret. Queſtus eſt & 4
de veſica, cujus dolore, calculis demum per urinam ejectis, levabatur.

aut cornu, vel ungula tundunt, aut arbori adſricant, parietibuſve detergent.... Nam ſubeſt aſpera cutis, & velut quædam prurigo.

5. Strigilis inſtrumentum erat balneatorium. Apul. Flor. I. p. 346. *Strigilem, & ampullam, ceteraque balnei utenſilia nundinis mercari.* Illo utebantur veteres tum ad fricandum corpus, ſudoremque eliciendum, tum ad abſtergendas ſordes. Perſ. v. 126.

I puer, & ſtrigiles Criſpini ad balnea defer.

Senec. Epiſt. 95. *Vetemus lintea & ſtrigiles Jovi ferre.* Formam deformat Apul. *l. l. Qui in magno cœtu prædicavit ſemet ſibi fabricatum honeſtam ſtrigileculam, recta faſtigatione clauſula, flexa tubulatione ligula, ut & ipſa in manu capulo moraretur, & ſudor ex ea rivulo laberetur.* V. *Urſin. de Triclin. p.* 147. *Pignor. de ſerv. p.* 83. *Mercur. Gymn.* I. 7. *Caſal. de prof. Rom. rit. c.* 24. *Rhod. in Scribon. Larg. p.* 81. *De la Chauſſe de Teſſ... tab.* 9.

6. Impetigo eſt ſcabies ſicca cum pruritu. Gloſſ. Cyrill. *Impetigo*, λιχὴν: *impetigoſus*, λιχηνώδης. Certe ut cognata corporis vitia illa jungit Plin. xx. I. *Arida cum reſina impetiginem & ſcabiem ſanat.* Colum. VI. 30. *Impetigines, & quidquid ſcabies occupat.*

7. Coxendix, ſive *coxa* os eſt illud, quod femoris caput excipit. Plin. Epiſt. II. I. *Fallente veſtigio cecidit, coxamque fregit, quæ parum apte collocata, reluctante ætate, male coiit.*

8. Femur quid ſit, dixi ad Curt. III. II. 10. §. 47.

9. Non perinde i. non multum, non admodum. Noſt. *Galb.* 13. I. *Tib.* 52. 3.

10. Remedium arenarum Græcis medicis vocatur ψαμμισμὸς καὶ ἀμμοχωσία, eratque cum ægroti vel ſuper *arenam* littoralem marinam, fluvialemve, ſive a ſole calentem, ſive ignitam decumbere, vel in eadem profunda deambulare jubebantur; vel cum corporibus eorum in *arena* defoſſis obrutiſque novam ſubinde calentem adaggerabant. Symmachus contra podagram eo ſe uſum ſcribit Epiſt. VIII. 45. *Humor noxius articulis illapſus etiam nunc me tenet lectulo, & vix littorali ſiccitate tenuatur.* Hydropicis ad exſorbendas aquoſitates adhibitum eſſe ſcribunt Plin. XXXI. 6. *Arena littorum maris, præcipue tenuis, & ſolibus candens, in medicina eſt ſiccandis corporibus coopertis hydropicorum, aut rheumatiſmos ſentientium.* Gell. XIX. 8. *Quum liberatum eſſe ſe aqua intercutis morbo diceret, quod arenis calentibus eſſet uſus.* Dioſcor. v. 167. Ἄμμος ἡ παρὰ τοῖς αἰγιαλοῖς πυρωθεῖσα ὑπὸ τῷ ἡλίῳ, ἐξικμάζει τὰ ὑδρώδη σώματα περιχωννύμενα δίχα κεφαλῆς. *Arena littoralis ſole fervefacta, hydropicorum corpora reſiccat, ſi capite tenus ea undique obruantur.* Auguſto, quia rheumatiſmo ad coxam ſiniſtram tentaretur familiariter, tam ad epotandam fluxionis materiam, quam ad roborandum articulum, laxitate ejus per *arenæ* vim ſiccatoriam correcta, *arenationem* conduxiſſe oportuit. V. quoque *Donatum, Torrentium, Caſaubonum, Mercur. Gymn.* VI. 12. *Reineſ. V. L.* XI. 18.

11. Remedium arundinum videtur deſcribere Plin. XXIV. II. *Vulgaris arundo extractoriam vim habet, & recens tuſa, non in radice tantum. Medetur & luxatis, & ſpinæ doloribus radix in aceto illita.* Quod etiam Dioſcorides docet I. 114. Οὗ ἡ ῥίζα καταπλασθεῖσα σὺν ὄξει στρέμματα, καὶ ὀσφύος ἀλγήματα παρηγορεῖ. *Cujus radix contrita cum aceto luxata, doloreſque lumborum demulcet.* Quum enim deſtillationes anniverſarias, & certo tempore recurrentes valetudines expertus ſit Auguſtus; ob crebriores autem catarrhi ad coxam decubitus, & dolorum ὑποτροπιασμοὺς articulos adeo debilitari, ut luxetur, & excidat, os femoris mucoribus ſupervenientibus conſtet, medicinam ex *arundine* trita applicare locis oblæſis & minitantibus ἐξωίσκον non inconveniebat. Potuit etiam ſubclaudo ex imbecilli & luxo crure *arundo* ea ratione remedium expeti, quod σχινδαλμοί, ſeu aſſulæ ejus fiſſæ manu repoſitum in ſedem ſuam caput femoris continere aptæ natæ eſſent, ſi commode per habenas additas alligarentur. V. *Reineſ. V. L.* XI. 18.

12. Salutarem i. indicem, pollici proximum. Treb. Poll. inſr. Tib. 68. 3. §. 8. Hunc *ſalutarem* dictum putat *Beroaldus*, quod illo ori admoto ſilentium, multis de cauſis *ſalutare*, ſuaſerint veteres. Apul. Met. I. p. 105. *At ille digitum a pollice proximum ori ſuo admovens, & in ſtuporem attonitus, tace, tace inquit.* V. *Alex. Gen.* IV. 26. & ad illum *Tiraquellum, Long. de annul. c.* 5. *Kornmann. de Annul.* I. 15. * Rectius credo, quod eo ori admoto ſe invicem *ſalutarent*: ſive illo, ac pollici contractis in unum oſculo impreſſo, *ſalutem* precarentur. *Ferrar. Elect.* I. 21.

13. Torpentem i. langueſcentem. V. Curt. III. 6. 14. §. 45.

14. Corneo circulo tanquam digitali, eſt vero digitale digitorum tegumentum; uſus eſt Auguſtus. V. *Beroaldum.*

CAPUT LXXXI.

ARG. *Valetudines graves, periculoſas, & anniverſarias experitur, & neque frigora, neque æſtus facile tolerat Octavius Cæſar Auguſtus.*

1 Graves, & periculoſas valetudines per omnem vitam aliquot expertus eſt, præcipue Cantabria [1] domita, cum etiam diſtillationibus [2], jocinore vitiato, ad deſperationem redactus, contrariam [3], & ancipitem [4] rationem medendi neceſſario ſubiit, quia calida fomenta [5] non proderant, frigidis [6] curari [7] coactus, auctore
2 Antonio Muſa. Quaſdam & anniverſarias [8], tempore certo recurrentes experie-
3 batur. Nam ſub natalem [9] ſuum plerumque languebat [10], & initio veris præcordiorum [11] inflatione tentabatur: auſtrinis [12] autem tempeſtatibus gravedine [13].
4 Quare quaſſato [14] corpore, neque frigora neque æſtus facile tolerabat.

CANTABRICO bello morbo implicitum fuiſſe docet & Dio LIII. p. 514. B. *Ἐν ἀπόρῳ παντάπασιν ἐγένετο, καὶ ὁ μὲν ἔκ τε τοῦ καμάτου καὶ ἐκ τῶν φροντίδων νοσήσας, ἐς Ταῤῥάκωνα ἀνεχώρησε, καὶ ἐκεῖ ἠῤῥώστει. In ſummis difficultatibus conſtitutus, ac ex labore, curiſque in morbum prolapſus, Tarraconem ſe contulit, ibique infirmus jacuit.*

2. DISTILLATIO morbus eſt, quo humores paullatim ex capite fluunt. Plin. XX. 6. *Sanguinem excreantibus & phthiſicis diſtillationibus longis vel ſuccus, vel ex ipſo cibus prodeſt. Diſtillare* eſt paullatim fluere. Virg. Geor. III. 281.

—— Lentum diſtillat ab inguine virus.

Illa vero maxime periculoſa eſt, quæ ad pulmonem & jecur deſcendit. Conſule medicos.

3. CONTARIAM. Plin. XXIX. 1. *Sed & illa Antonius Muſa ejuſdem auctoritate divi Auguſti, quem contraria medicina gravi periculo exemerat.* Hanc vero medici, niſi ubi remedia uſitata non proſunt, adhibere non ſolent.

4. ANCIPITEM, quia, ut docet Celſ. IV. 8. *hepaticis abſtinendum eſt ab omnibus frigidis, neque res ulla jecur magis lædit.*

5. FOMENTA ſunt quæcunque, ut dolor mitigetur, affectæ corporis parti applicantur. Colum. R. R. VI. 29. *Frigori fomenta adhibentur, caputque & ſpina tepenti adipe, vel vino liniuntur.*

6. FRIGIDA, quibus Auguſtum curavit Muſa, retulimus *ſupr.* 59. 1. §. 2. & hanc curandi rationem a Muſa inventam fuiſſe *ſupr.* 63. 2. §. 4.

* 7. CURARI medicorum eſſe dixi ad Curt. III. 5. 12. §. 40.

8. ANNIVERSARIAS I. *anni* ſtato tempore redeuntes. Ita dicit *anniverſaria arma* Liv. IV. 45. *anniverſarios hoſtes* Flor. I. 12. 1. *anniverſaria ſacra* Cicer. Verr. IV. 39. *anniverſarias viciſſitudines* Cicer. N. D. II. 38. Noſt. Claud. 21. 9.

9. NATALEM ſuum celebrabat a. d. IX. Kal. Octobris. Tempus vero autumnale morbis eſt obnoxium & peſtiferum. Ita *Antipater Sidonius poeta*, ut Plin. VII. 51. Val. Max. I. 8. 16. ext. narrant, *omnibus annis, uno tantummodo die, quo genitus erat, febri implicabatur. Cumque ad ultimam ætatem perveniſſet, natali ſuo certo illo circuitu morbi conſumptus eſt.* V. & *Beroaldum.*

10. LANGUERE dicimus homines, qui animi & corporis miſſo vigore debilitantur, cujuſmodi eſſe ſolent ebrii. Cicer. Cat. II. 5. *Vino languidi, confecti cibo.* Prop. II. 25. 60.

Me juvet heſternis poſitum languere corollis.

Noſt. *Tib.* 21. 12. *Ner.* 51. 2: 41. 1. Proprie *languere* dicimus herbas, cum cæſæ, aut humore defectæ flacceſcunt. Virg. IX. 437.

Purpureus veluti cum flos ſucciſus aratro
Langueſcit moriens.

Noſt. *infr.* 92. 5. *Galb.* 1. 2.

11. PRÆCORDIA, *quia cordi prætenduntur, appellant membranas, quibus exta homini ab inferiore viſcerum parte ſeparantur.* Plin. XI. 37. Dicuntur Græcis ὑποχόνδρια. Gloſſ. Cyrill. & Philox. *Hæc præcordia ſingularia non habet*, ὑποχόνδρια, & διάφραγμα. Gloſſ. opt. & Cyrill. διάφραγμα, *interſeptum.* V. *medicos.*

12. AUSTRINÆ tempeſtates, τὰ νότια, ut boreales, τὰ βόρεια, eæ nempe temporis conſtitutiones, quæ illo & illo vento flante fiunt. Ad deſignandas tempeſtatum & aeris conſtitutiones, quas venti faciunt, τὰ βόρεια ſolum, & τὰ νότια nominantur, & nuſquam τὰ ἑσπέρια, aut τὰ ἑῷα commemorantur. Ariſtot. Meteor. II. 6. Ὅλως δὲ τὰ μὲν βόρεια τούτων καλεῖται, τὰ δὲ νότια. *Univerſaliter autem horum hi quidem boreales vocantur, hi autem auſtrales.* Salmaſ. Exerc. Plin. p. 881. a. C. 882. 6. F.

13. GRAVEDO humor eſt, *qui ex capite diſtillat, nares claudit, vocem obtundit, tuſſim ſiccam movet,* ut docet Celſ. IV. 4. Unde *gravedinem* & tuſſim jungit Catull. infr. §. 14. Gloſſ. opt. *Gravedo*, κατάῤῥους, ἀχθηδών. Scrib. Larg. VIII. 52. *Quia plerumque vexantur nares gravedine, quæ tumore earum efficitur.* Plaut. Aſin. IV. 1. 51.

Quaſi gravedo profluat.

14. QUASSATO I. morbis fracto. Catull. 14. 13.

Hic me gravedo frigida, & frequens tuſſis
Quaſſavit.

Virg. Georg. III. 496.

—— & quatit ægros
Tuſſis anhela ſues.

Proprie

Proprie *quaſſa* dicuntur vaſa rupta. Plaut. Curc. III. 29.

An aula quaſſa cum cinere effoſſus fiet?

& *integris* opponuntur. Paull. Digeſt. XIX. I. 27. *Quidquid venditor acceſſurum dixerit, id integrum ac ſanum tradi oportet: veluti ſi fundo dolia acceſſura dixiſſet, non quaſſa, ſed integra dare debet.*

CAPUT LXXXII.

ARG. *Hyeme contra frigus munitur, æſtate apertis foribus cubat, petaſatus ſub divo domi ſpatiatur, itinera noctibus lectica, & pleraque mari facit, & infirmitatem ſuam magna cura tuetur. Octavius Cæſar Auguſtus.*

Hyeme quaternis [1] cum pingui [2] toga [3] tunicis [4], & ſubucula [5], & thorace [6] la- 1
neo, & feminalibus, & tibialibus [7] muniebatur. Æſtate apertis cubiculi 2
foribus [8], ac ſæpe in periſtylio [9] ſaliente aqua [10], atque etiam ventilante [11] aliquo
cuba-

Quaternis. Fuit tempus, cum Romani unicam tantum haberent tunicam. Varro apud Non. II. 312. *Mihi puero modica una fuit tunica, & toga, ſine faſciis calceamenta.* Hæc erat in veſtitu Romanorum antiquorum ſimplicitas, qualem ab Apoſtolis exegit D. Jeſus Matth. 10. 10. Μὴ πήραν εἰς ὁδὸν, μηδὲ δύο χιτῶνας. *Neque peram ad iter, neque duas tunicas.* Marc. 6. 9. Καὶ μὴ ἐνδύσασθαι δύο χιτῶνας. *Et ne induerentur binis tunicis. Poſtea binas tunicas habere cœperunt*, & *inſtituerunt vocare ſubuculam & induſium*, ut docet Varro apud Non. XIV. 36. Lucian. in Cynico p. 725. divitibus ſui temporis, ut mollibus & delicatis τὸ πλῆθος χιτωνίσκων exprobrat, V. *Salmaſ. in Tertull. pall. p.* 71. etiam, ſi lubet, *Ferrar. R. V.* I. 3. I. *Manut. Quaſ. Epiſt.* III. 2.

2. Pingui I. craſſiori filo compacta. Horat. Sat. I. 3. 14.

——— *& toga, quæ defendere frigus,*
Quamvis craſſa, queat.

Ita illam quoque Mart. XIV. 143.

Et pingues tunicas ſerra ſecare poteſt.

Pingues lacernas Juven. IX. 28.

——— *pingues aliquando lacernas,*
Munimenta togæ.

Illas *graves* dicit Poll. tyran. c. 23. *Convivio diſcumbere milites cum ſagis juſſit, hyeme gravibus.* V. quoque *Donatum, Ferrar. R. V.* I. I. 17. *Fabr. Semeſtr.* I. 16. *Turrig. ad inſcript. Urſi Togati.* §. 2.

3. Toga quale veſtimentum fuerit. V. Cæſ. 9. 5. §. 22.

4. Tunica veſtimentum fuit interius, cui toga, aut pallium, aut alia ſuperior veſtis injiceretur. Proprie fuit virorum, ut ſtola feminarum. Heſychius: χιτὼν, ἐσθὴς, θώραξ, ἱμάτιον ἀνδρικόν. Antiquis Reipublicæ temporibus, ſaltem poſt Romuli ætatem, fuit in uſu. Plin. XXXIV. 6. *Ex his*, regum ſtatuis, *Romuli eſt ſine tunica.* Quod non attinuiſſet ut rem ſingularem notare, ſi reliquorum regum tales fuiſſent. Unde & *Saliis tunica picta inſigne, & ſuper tunicam æneum pectori tegumen dedit Numa* apud Liv. I. 20. *Ferrar. R. V.* I. 3. I. V. & multis de *tunica* agentem *Buleng. de veſt. Pont. c.* 29.

5. Subucula erat veſtis linea, & reſpondebat noſtris camiſiis. Geſtabant illam ſub tunicis togati ſive Romani, & palliati ſive Græci. Horat. Epiſt. I. I. 95.

——— *ſi forte ſubucula pexa*
Trita ſubeſt tunicæ.

Gloſſ. Cyrill. *Subucula*, ὑποδύτης, ὑποχίτων. Bibliorum vetus interpres Levit. 8. 7. *Veſtivit pontificem ſubucula linea.* Quæ in uſu quando Romanis eſſe cœperit, dixi §. I. * Vocabatur etiam interula, quia tunicæ ſuberat.

6. Thorax veſtis eſt, quæ pectus munit. Virg. Æn. X. 337.

——— *& thoraca ſimul cum pectore rumpit.*

Illa utebantur ad ictus repellendos. Fiebat ex ære, ferro, & corio. Noſt. *Cal.* 52. 3. Proprie *thorax* pectus eſt. Gloſſ. Philox. Θώραξ, τὸ στῆθος, *pectus*: θώραξ, *lorica.* Hoc peculiare in Auguſto notat noſter, quod præter ſubuculam, & tunicas uteretur *thorace* laneo. V. *Ferrar. R. V.* I. 3. 3.

7. Feminalia & *tibialia* faſciæ ſunt, quibus antiqui pedes, *tibias*, crura & *femina* involvebant. Ulpian. Digeſt. XXXIV. 2. 25. §. 4. *Faſciæ crurales, pedulesque, & impilia veſtis loco ſunt, quia partem corporis veſtiunt.* Harum faſciarum uſus primus fuit in ægrotis & imbecillibus. Horat. Sat. II. 3. 255.

——— *ponas inſignia morbi,*
Faſciolas, cubital, focalia.

Quintil. Inſtit. XI. 3. *Palliolum ſicut faſcias, quibus crura veſtiuntur, & focalia, & aurium ligamenta ſola excuſare poteſt valetudo.* Ita Pompejus *aliquandiu tegendi ulceris cauſa deformis faſciola candida crus colligabat.* Ammian. XVII. II. Ab ægrotis ſumpſerunt poſtea homines delicati & molles. Pompeji obtrectatores Pompejo hoc inter alia objecerunt. Cicer. Attic. II. 3. *Epicratem* (Pompejum intelligit) *ſuſpicor, ut ſcribis, laſcivum fuiſſe: etenim mihi caliga ejus, ut faſcia cretata, non placebant.* Unde rariſſime, ante Imperatorum tempora, illis uſi ſunt Romani. V. Cæſ. 82. 4. V. *Caſaubonum. Salmaſ. in Lamprid. Alex. c.* 40. *Mag. Miſc.* III. 3. *Braun. de veſt. Hebr. ſacerd.* II. I. 6. *Ferrar. Elect.* II. 2.

8. A-

Digitized by Google

cubabat. Solis vero ne hiberni quidem patiens, domi [12] quoque non niſi petaſa-
3 tus [13] ſub divo [14] ſpatiabatur. Itinera lectica, & noctibus fere, eaque lenta ac minuta faciebat, ut Præneſte vel Tibur [15] biduo procederet. Ac, ſi quo pervenire
4 mari poſſet, potius navigabat. Verum tantam infirmitatem magna cura tuebatur,
5 in primis lavandi raritate [16]. Ungebatur [17] etiam ſæpius, & ſudabat [18] ad flammam:

7. Apertis foribus ad perflatum n. æſtivum. Celſ. I. *Habitare vero ædificio lucido perflatum æſtivum, hibernum ſolem habente.* V. *Caſaubonum.*

9. Peristylium locus eſt columnis cinctus, quales ſolent eſſe ambitus atriorum in magnatum ædibus. Petron. c. 64. *Quod Bajis in periſtylio notaveram*, ut Petronium feliciter emendat, & ea de re ſibi gaudet & gratulatur vir multæ lectionis *Antonius Bynæus de calc. Hebr.* I. 8. §. 8.

10. Aquam tubis incluſam ad æſtivum calorem minuendum per ſingulos cubiculorum ſuorum parietes deducebant veteres. Senec. Epiſt. 100. *Deſit ſane varietas marmorum, & conciſura aquarum cubiculis interfluentium.* Tranq. c. I. *Quid perlucentes ad imum aquas, & circumfluentes ipſa convivia.* Stat. Syl. I. 3. 37.

Mirer, an emiſſas per cuncta cubilia lymphas?

Ubi V. *Gevartium* & *Bernartium.* & *Meurſ. de Lux. Rom. c.* 12. *Kobierzyck. de Lux. Rom.* II. 8.

11. Ventilare eſt *ventum*, ut aliquid ardeat, excitare. Ovid. Amor. I. I. 8.

Ventilet accenſas flava Minerva faces.

Prop. IV. 3. 50.

Hanc Venus, ut vivat, ventilat ipſa facem.

Hinc *ventulo* facto calorem temperare. Terent. Eun. III. 5. 47.

Cape hoc flabellum, & ventulum huic ſic facito.

Quod *ventilare frigus* dicitur. Mart. III. 82. 10.

Et æſtuanti tenue ventilat frigus
Supina praſino concubina flabello.

& αὔραν αἴσσειν Eurip. Oreſt. 1428.

Φρυγίοις ἔτυχον Φρυγίοισι νόμοις
Παρὰ βόστρυχον αὔραν αὔραν
Ἑλένας Ἑλένας εὐπαγεῖ κύκλῳ
Πτερίνῳ πρὸ παρηΐδος ἀΐσσων
Phrygio, Phrygio more,
Ad comam, auram auram,
Helenæ Helenæ, circulo bene facto
Alato ad genam ciebam.

Veterum enim lecti, quod & *Caſaubonus* & *Bulenger. de conv.* I. 29. monent, non erant vulgo, ut noſtri, pannis oppanſis clauſi: ideo moris fuit ditioribus, ut quando ſomnum maxime meridianum caperent, adſtans aliquis *ventulum* faceret, ſimul refrigerandi, ac muſcarum cuicumque abigendorum cauſa. Quod poſterius l. l. addit Martialis.

Fugatque muſcas myrtea puer virga.

* 12. Domi emphaſim habet ſingularem, quaſi novum, & inſolens fuerit, ut alibi, quam per viam petaſatus quis incederet. *Salmuth. ad Panciroll. de reb. deperd. & inv. p.* 358.

13. Petasus tegmen fuit capitis, latos habens margines. Heſychius. Πέτασος τὸ τῶν ἐφήβων φόρημα. *Petaſus epheborum geſtamen*, ut apud *Heſychium* legit Leop. Emend. IX. 19. pro φρόνημα. *Petaſum*, ut docet Victor V. L. I. 24. peregrinaturi ſibi contra pluviam, æſtum, & ventos ſumebant. Plaut. Pſeud. II. 4. 45.

Etiam opu' eſt chlamyde, & machæra, & petaſo.

Cicer. Fam. XV. 17. *Sed petaſati veniunt, comites ad portas exſpectare dicunt.* V. quoque *Beroaldum. Bayſ. R. V. c.* 20. *Laz. Comm. R. R.* VIII. 14. *Ferret. Muſ. Lapid.* I. 2. Qua de re Mercurium *petaſatum* fingebant veteres. Ita Alexander Mercurii indumentum ſumpturus, ſumpſit quoque *in capite petaſum:* καὶ τὸν πέτασον ἐπὶ τῇ κεφαλῇ. Athen. XII. p. 537. F.

14. Sub divo, *id eſt, ſub cœlo, Cœlum Græci τὸν δία vocant.* Aſcon. in Cicer. p. 83. Varr. L. L. IV. 33. *In hoc locus ſi nullus relictus erat, ſub divo qui eſſet, dicebatur.* Apud eumdem & *ſub dio* legitur IV. 10. *Jupiter olim Diovis & Dieſpiter dictus, id eſt, diei pater: a quo Dii dicti. Quin inde & Dius, Divus: unde ſub dio, divo, Diusfidius. Itaque inde dius perforatum tectum, ut videatur divum, id eſt, cælum.* Gloſſ. Cyrill. *ſub divo*, ἐν ὑπαίθρῳ: *ſubdivus*, ὕπαιθρος. Hinc *ſubdialia pavimenta* XXXVI. 25. *ſubdiales petras* XXXIV. 12. *ſubdiales ambulationes* XIV. I. Plinius, quod *ſub dio* eſſent, dicit. Tales laudat Vitruv. V. 9. *In apertis, hypatriſque locis, cum ſol oriens vapore tangit mundum, ex humidis & abundantibus excitat humores, & etiam conglobatos in altitudinem tollit. Ergo ſi ita videtur, uti in hypatris locis ab aere humores ex corporibus exſugantur moleſtiores, quemadmodum ex terra per nebulas videntur, non puto dubium eſſe, quin ampliſſimas & ornatiſſimas ſub divo, hypatriſque collocari oporteat in civitatibus ambulationes.*

15. Præneste vel Tibur. V. *ſupr.* 72. 5. §. 26. & 27. Hac ratione ſtadia centum indies, vel paſſuum circiter octo millia conficiebat: nam Præneſte ſtadia ducenta Roma diſtat, nec multo minus *Tibur.* V. *Caſaubonum.*

16. Lavare rarius ſe debent ex medicorum præcepto, qui nervorum dolore laborant, ut Auguſtus. Nunquam autem fere difficilius obſequentes ægrotos habuere olim medici, quam ubi imperata erat balneorum abſtinentia, ut illorum libri teſtantur. Quæ eſt cauſa, cur hoc Suetonius notet. Perſius contra de ægro intemperante III. 98.

Turgidus hic epulis, atque albo ventre, lavatur.

Caſaubonus. Auguſtum imitatus eſt Tacitus imperator, qui apud Vopiſc. c. II. *balneis raro uſus eſt, atque validior fuit in ſenectute.*

17. Un-

Digitized by Google

mam: deinde perfundebatur [19] egelida [20] aqua vel ſole multo calefacta. At quoties nervorum cauſa, marinis [21] Albuliſque [22] calidis [23] utendum eſſet, contentus hoc erat, ut inſidens ligneo [24] ſolio [25], quod ipſe Hiſpanico verbo *duretam* vocabat, manus ac pedes alternis jactaret. 6

17. UNGEBATUR. Duo enim *ſunt liquores corporibus humanis gratiſſimi, intus vini, foris olei, arborum e genere ambo præcipui, ſed olei neceſſarius.* Plin. XIV. 22.

18. SUDABAT in balneo, cujus prima cella erat *caldaria*, quam *Laconicum* vocat Vitruv. V. 10. *Laconicum, ſudationeſque ſunt conjungendæ tepidario.* Πυριατήριον Dio LIII. p. 515. B. Τοῦτο δὲ τὸ πυριατήριον τὸ Λακωνικὸν κατεσκεύασε. Λακωνικὸν γὰρ τὸ γυμνάσιον, ἐπειδήπερ οἱ Λακεδαιμόνιοι γυμνοῦσθαί τε ἐν τῷ τότε χρόνῳ, καὶ λίπα ἀσκεῖν μάλιστα ἐδόκουν, ἐπεκάλεσε. *Sudatorium Laconicum fecit* Agrippas. *Hoc gymnaſium Laconicum nominavit, quoniam id temporis Lacedæmonii magis quam alii tum nudare, tum oleo peruncti exercere ſe videbantur. Sudatorium* Senec. Epiſt. 51. *Quid mihi cum ſudatoriis, in quæ ſiccus vapor corpora exhauſturus includitur.* De Vit. Beat. c. 66. *Circa balnea, & ſudatoria.*

19. PERFUNDEBATUR in altera balnei cella, quæ *tepidaria* dicebatur. Vitruv. V. 10. *Ipſa autem caldaria tepidariaque lumen habeant ab occidente hiberno.* Paull. Digeſt. VIII. 2. 19. *Neratius ait, ſi talis ſit uſus tepidarii, ut aſſiduum humorem habeat, & id noceat vicino, poſſe prohiberi eum.*

20. EGELIDA i. tepida. Particula *E* in compoſitione interdum remittit, interdum intendit ſignificationem, ut in hoc verſu Ovidii, qui legitur Amor. II. II. 10. & quem repetit Senec. Contr. II. 10.

Egelidum borean, egelidumque notum.

Et ita pro tepido Celſ. IV. 20. *Vinum auſterum meracum, per æſtatem frigidum; per hyemem egelidum.* Unde *ver egelidum* Colum. X. 282.

Nunc ver egelidum, nunc formoſiſſimus annus.

Et *egelidi veris tepores* Catull. 46. 1.

Jam ver egelidos refert tepores.

Hac corpus in balneo perfundendum eſſe monet Celſ. IV. 24. *Debet, ſi podagra eſt, interpoſitis temporibus exiguis, invicem modo ſedere, modo ingredi; tum antequam cibum capiat, ſine balneo, loco calido leniter perfricari, ſudare, perfundi aqua egelida, deinde cibum ſumere.*

21. MARINIS ægroto utendum eſſe docent Plin. XXXI. 6. *Medendi modus idem & in marinis erit, quæ calefiunt ad nervorum dolores. Ferruminant & fracturas, oſſaque contuſa: item corpora ſiccant. Qua de cauſa & frigido mari utuntur.* Celſ. IV. 24. *Si tumor nullus eſt, calidis fomentis opus eſt. Aquam marinam, vel muriam duram fervefacere oportet: deinde in pelvem conjicere, & cum jam homo pati poteſt, pedes demittere.*

22. ALBULÆ ſunt *aquæ juxta Romam, & medentur vulneribus.* Plin. XXXI. 2. *labuntur per eandem planitiem, per quam delabitur Anio.* Ἐν δὲ τῷ πεδίῳ τούτῳ ὁ Ἀνίων διαρρεῖ, καὶ τὰ Ἄλβουλα καλούμενα ῥεῖ ὕδατα. Strab. V. *p.* 164. Noſt. *Ner.* 31. 9.

23. CALIDÆ ſua natura ſunt Albulæ nonnullæ, utpote ſulphureæ, quæ in agro viſuntur Tiburtino. Mart. I. 13. 1.

Itur ad Herculei gelidas qua Tiburis arces,
Canaque ſulphureis Albula fumat aquis.

Unde hoc epitheton, quia dantur & *frigidæ*, addit noſter. *Crudas* ob frigus ſine dubio vocat Mart. IV. 4. 2.

Crudarum nebula quod Albularum.

Nam conceptis verbis *frigidas* dicit Vitruv. VIII. 3. *Sunt etiam odore & ſapore non bono frigidi fontes, qui ab inferioribus locis penitus orti per loca ardentia tranſeunt, & ab his per longum ſpatium terræ percurrentes refrigerati perveniunt ſupra terram, uti in Tiburtina via flumen Albula.* Nec hoc mirum. Nam plures hoc nomine ibi ſunt fontes. Docet hoc Strabo l. l. Τὰ Ἄλβουλα ῥεῖ ὕδατα ψυχρὰ ἐκ πολλῶν πηγῶν, πρὸς ποικίλας νόσους, καὶ πίνουσι, καὶ ἐγκαθημένοις ὑγιεινά. *Albula fluunt aquæ frigidæ ex multis montibus, ad varios morbos, bibentibus, & in illis ſedentibus ſalubres.*

24. LIGNEO. Quod adſcribendum Auguſti frugalitati. Nam & illis temporibus argentea balnearum *ſolia* fiebant. Plin. XXXIII. 12. *Cum feminæ laventur, & niſi argentea ſolia faſtidiant.* Clem. Alex. Παιδ. III. 5. Οἷα δὲ τὰ λουτρὰ αὐταῖς; καθέδραι ἐπίχρυσοι, ἀργυροῖ. *Cujuſmodi autem ſunt eis lavacra? cathedra aurea, argentea.*

25. SOLIUM vas eſt balneare. Feſtus. *Alvei quoque lavandi gratia inſtituti, quo ſinguli deſcendunt, ſolia dicuntur.* Ita Feſtum emendat *Chiment. Biſel.* c. 25. Gloſſ. Cyrill. *Solium,* ἔμβασις, ἐμβάτη. Videtur Romæ primus inſtituiſſe Mæcenas. Dio LV. p. 553. B. Πρῶτός τε κολυμβήθραν θερμοῦ ὕδατος ἐν τῇ πόλει κατεσκεύασε. *Primus ſolium,* ſive *natatorium aquæ calidæ in Urbe ſtruxit.*

CAPUT LXXXIII.

ARG. *Exercitationes campeſtres omittit, ad pilam, folliculumque tranſit, vectatur, deambulat, ſubſultim decurrit, piſcatur, talis.... ludit cum pueris, & pumilos.... abhorret Octavius Cæſar Auguſtus.*

1 Exercitationes campeſtres [1] equorum & armorum ſtatim poſt civilia bella omiſit: & ad pilam [2] primo, folliculumque [3] tranſiit: mox nihil aliud quam vectabatur & deambulabat: ita ut in extremis ſpatiis ſubſultim [4] decurreret, ſeſtertio [5],
2 vel lodicula [6] involutus. Animi laxandi cauſa modo piſcabatur [7] hamo: modo talis [8], aut ocellatis [9], nucibuſque [10] ludebat cum pueris minutis [11], quos facie, &

garru-

CAMPESTRES i. quæ in *campo* fiebant Martio, in quo ſe exercere ſolebat juventus Romana. Horat. Od. III. 7. 28.

Quamvis non alius flectere equum ſciens
Æque conſpicitur gramine Martio.

IV. I. 38.

Jam captum teneo, jam volucrem ſequor
Te per gramina Martii
Campi.

Noſt. *Ner.* 10. 9.

2. PILÆ ludus inter Romanorum exercitia magnæ fuit commendationis. De illo Mercur. Gymn. II. 5. Follis erat *pila* magna ex aluta confecta, ſoloque vento repleta, quæ, ſi major erat, brachiis impellebatur, & ſimpliciter *pila* interdum nuncupabatur, Varro apud Non. II. 281. *Purgatum ſcio, quoniam videbis Romæ in foro ante januam pueros pila expulſim ludere.* Prop. III. 12. 3.

Cum pila veloces fallit per brachia jactus.

V. quoque *Mag. Miſc.* I. II. *Buleng. de lud. vet. c.* 9. *Souter. Palam.* III. 4.

3. FOLLICULUS pila erat minor, & pugnis ejiciebatur, atque *pugillaris follis* dicebatur. Plaut. Rud. III. 4. 16.

——— *extemplo hercle ego te follem pugillatorium*
Faciam.

4. SUBSULTIM i. cum levi ſaltatione. De cujus uſu plura, qui volet, inveniet apud Caſaubonum & Mercur. Gymnaſt. V. 8. & medicos. Ego medicinam non profiteor.

5. SESTERTIUM parvum operimentum duorum pedum & ſemiſſis, quod tertiam partem corporis, humerorum tenus tegeret, fuiſſe putant Popm. in Cat. de R. R. c. 10. & Turneb. III. 18. & ad hunc locum Torrentius. Verum hæc dicunt, & non probant, nec ubi quidquam de hac voce in hac ſignificatione legerint, adferunt. Placet emendatio Cujac. Obſ. XIII. 13. quam quoque magno Caſaubono ad hunc locum placere video. Eſt itaque legendum *ſegeſtri*, vel *ſegeſtrio.* Quod quid ſit, docet Varro, & ex Varrone Scaliger ad Varr. L. L. p. 66. Varro apud Non. I. 35. *Hoc, quod injicitur, toral dicitur: lecticam qua involvebant, ſegeſtria appellabant.* Erat teges, quæ a *ſegetibus*, ut vult Varro L. L. IV. 35. quod eis fieret, dicta fuit. Poſtea factam eſſe ex pellibus teſtatur Plautus apud Porphyrionem. Certe *σίγαςρον* pelles ſignificat. In itinere faciendo cum lecti olim eſſent circumferendi, ut beatioribus geſtabantur culcitæ, vel pro culcitis tapetes, ita horum uſum pauperibus præbebant *ſegeſtria.* Quæ propterea inter viæ inſtrumenta refert Lucilius.

Pænula, ſi quæris, canterii, ſervi, ſegeſtre.

Plutarch. Craſſ. p. 544. E. Οὐ γὰρ ἦν ἀποφήνασθαι ῥᾳδίως πότερον προσῆλθεν αὐτῷ πενέστερος, ἢ προσελθὼν ἐγένετο. Μόνος δ' ἐν ἀεὶ τῶν φίλων αὐτῷ συναποδημῶν, σίγαςρον ἐλάμβανεν εἰς τὴν ὁδὸν, καὶ τοῦτ' ἐπανελθὼν ἀπῃτεῖτο. *Quippe non facile dixeris, egentior ad illum venerit, an apud eum factus ſit. Solus enim ex amicis peregrinantem ſemper comitans tegetem accipiebat, quam repoſcebatur reverſus.*

6. LODICULA lecti operimentum eſt, quo lecti ſtragula, & totus lectus tegebatur, ut deſcribitur Mart. XIV. 135.

Nudo ſtragula ne toro paterent,
Juncta nos tibi venimus ſorores.

7. PISCANTEM Auguſtum imitatus eſt Alexander Severus, de quo Lampr. c. 29. *Si id non poterat, pro loci qualitate vel vectabatur, vel piſcabatur.*

8. TALIS etiam olim ludebant pueri & puellæ. Horat. Sat. II. 3. 171.

——— *te talos, Aule, nuceſque*
Ferre ſinu laxo, donare, & ludere vidi.

9. OCELLATIS i. globulis, in formam *ocellorum* factis, vel *oculi* modo lucentibus. Varro apud Non. III. 138.

Altera exorat patrem libram ocellatorum:
Altera virum ſemodium margaritarum.

His olim ludebant puellæ, ut nunc quoque. Ovid. Met. X. 160.

——— *modo grata puellis*
Munera fert illi, conchas, tereteſque lapillos.

V. *Torrentium, Caſaubonum, Salmaſ. Exerc. Plin. p.* 496. *a. B.* & ſi tanti tibi hæc erunt, prout cuique ſuum pulcrum eſt, varia in opinione de hoc loco verſantes *Alex. Gen.* III. 21. *Beroaldum, Sabellicum, Donatum, Turneb. Adv.* III. 18. *Brod. Miſc.* IV. 7. *Laz. Comm. R. R.* IX. 9. *Argol. in Panvin. Circ. p.* 57. *Souter. Palam.* III. 5. *Senſtleben de alea.* 16. I: 17. 2...6.

10. NUCIBUS ludere ſolent pueri. Phædr. III. 15. I.

Puerorum in turba quidam ludentem Atticus
Æſopum nucibus quum vidiſſet.

Varia ludorum genera deſcribit *auctor epigr. de nuce n.* 73--86. Ab illis in ſcholam revocabantur. Mart. V. 81. I.

Jam triſtis nucibus puer relictis
Clamoſo revocatur a magiſtro.

Et *nuces relinquere* ſeria tractaturi iam ætate grandiores dicebantur. Perſ. I. 10.

L.

Digitized by Google

PILA et FOLLICULUS.



Digitized by Google

Digitized by Google

garrulitate [12] amabiles undique conquirebat, præcipue Mauros & Syros [13]. Nam 3
pumilos [14], atque diſtortos [15], & omnis generis ejuſdem [16], ut ludibria naturæ malique ominis [17] abhorrebat [18].

Et nucibus facimus quæcunque relicta.

Juven. VI. 144.

——— *jubebit*

Auferri, minimaſque nuces.

11. Minutis i. parvulis, puſillis. Prop. II. 22. 3.

Obvia neſcio quot pueri mihi turba minuta
Venerat.

Senec. V. B. 19. *Siculi ad occurſum ignotorum hominum minuti canes, latratis. Minutos* pueros ſibi conquirebant veteres. Talem habuit Auguſtus Sarmentum: Plutarchus παιδάριον appellat, quem Suetonius *minutum puerum*, Anton. p. 943. E. Ὁ δὲ Σάρμεντος ἦν τῶ Καίσαρος παίγνιον παιδάριον, ἃ δηλίκια Ῥωμαῖοι καλοῦσιν. *Erat Sarmentus deliciæ Cæſaris, tales delicias Romani vocant.* Philoſtr. Εἰκον. I. p. 737. A. Περὶ τὸν Νεῖλον οἱ πήχεις ἀθύρουσι, παιδία σύμμετρα τῷ ὀνόματι. *Cubiti circa Nilum ludunt pueri, corporis quantitati cognomines* Noſt. *Domit.* 4. 4. V. & *Caſaubonum.*

12. Garrulitas in pueris laudabatur. Senec. de Conſtant. c. 11. *Pueros quidam in hoc mercantur procaces, & eorum impudentiam acuunt, & ſub magiſtro habent, qui probra meditate effundant: nec has contumelias vocamus, ſed argutias.* Dio XLVIII. p. 383. E. Παιδίον τι τῶν ψιθύρων, οἷα αἱ γυναῖκες γυμνὰ ὡς πλήθει ἀθύρματα τρέφουσι. *Puerulus quidam garrulitate amabilis, quales matronæ nudos delectationis plerumque cauſa alunt.* V. *Caſaubonum* & *Kobierzyk. de Lux. Rom.* II. 4.

13. Mauri et syri pueri garrulitate excellebant. Capitol. Ver. c. 8. *Adduxerat ſecum & fidicinas, & tibicines, & hiſtriones; ſcurraſque mimarios, & præſtigiatores, & omnia mancipiorum genera, quorum Syria & Alexandria paſcitur voluptate.* Macrob. Sat. II. 7. *Is Publius natione Syrus, cum puer ad patronum domini eſſet adductus, promeruit eum non minus ſalibus & ingenio quam forma.* Quibus Ægyptios addere licet. Stat. Sylv. V. 5. 66.

Non ego mercatus Pharia de puppe loquaces
Delicias, doctumve ſui convicia Nili
Infantem, linguaque ſimul, ſalibuſque protervum
Dilexi.

Quintil. Inſtit. I. 2. *Verba ne Alexandrinis quidem permittenda deliciis.*

14. Pumili parva ſtatura ſunt homines, Græce νάνοι dicuntur, ut pluribus diſputat Gell. XIX. 13. Illos deſcribit. Mart. XIV. 183.

Si ſolum ſpectes hominis caput, Hectora credas,
Si ſtantem videas, Aſtyanacta putes.

Magnatum menſis ſemper *inerrarunt*, ut de morionibus & ſcurris loquitur Plin. infr. §. 16. Sub Tiberio inter *aulæ miniſteria* fuerunt apud noſtr. 61. 17. *Nanos & nanas populo donaſſe* dicitur Alexander Severus apud Lamprid. infr. §. 16. Illos non magnopere, licet hoc dicat noſter, abhorruit Auguſtus. Nam *eodem præſide minimus homo duos pedes & palmum Conopas nomine, in deliciis Juliæ neptis ejus fuit.* Plin. VII. 16. Imo ipſe *Lucium, bipedali minorem, librarum ſeptendecim, ac vocis immenſæ exhibuit* ſupr. 43. 9.

15. Distortos deſcribit Ammian. XIV. p. 13. *Poſtremo multitudo ſpadonum a ſenibus in pueros deſinens, coloris oblividi, diſtortaque lineamentorum compago deformis.* Cyrillus apud Suidam in voce σκάδων illis tribuit τερατόμορφα πρόσωπα. Illos, & quocunque modo prodigioſis corporibus inſignes in pretio habebant veteres luxurioſi. Quintil. Decl. 298. *Habent hoc quoque deliciæ divitum, malunt quærere omnia contra naturam. Gratus eſt ille debilitate, ille ipſa infelicitate diſtorti corporis places.* Inſtit. II. 5. *Illa quæ utcunque deflexa ſunt, tanquam exquiſitiora miramur: non aliter quam diſtortis, & quocunque modo prodigioſis corporibus apud quoſdam majus eſt pretium...* Clem. Alex. Παιδαγ. III. 4. Συνακλίνονται τοῖς φοξοῖς παίζονται. *Iis, qui acuto ſunt capite, accumbunt, & cum iis ludunt,* Noſt. *Domit.* 4. 4. V. *Caſaubonum* & *Buleng. de theat.* I. 45.

16. Omnis generis ejusdem, n. moriones, ſcurras.... Plin. Epiſt. IX. 17. *Recepi literas tuas, quibus quereris tædio tibi fuiſſe quamvis lautiſſimam cœnam, quia ſcurræ, cinædi, moriones menſis inerrabant.* Lampr. Alex. Sev. c. 34. *Nanos & nanas, & moriones, & vocales exoletos, & omnia acroamata, & pantomimos populo donavit.* Senec. Epiſt. 50. *Harpaſten, uxoris meæ fatuam, ſcis hereditarium onus in domo mea remanſiſſe. Ipſe enim averſiſſimus ab iſtis prodigiis ſum.*

17. Ludibria naturæ.... *Homines non homines* dicuntur Athen. XII. p. 519. B. Οἱ Συβαρῖται ἔχαιρον τοῖς Μελιταίοις κυνιδίοις, καὶ ἀνθρώποις οὐκ ἀνθρώποις. *Sybaritis in deliciis fuere catelli Melitæi, & homines non homines. Prodigia* Senec. §. 16. Τέρατα καὶ ἁμαρτήματα Chryſoſt. Timoth. I. Οἱ μὲν πέρας διδόασι, οἱ δὲ παρασίτοις, οἱ δὲ κόλακας, οἱ δὲ τέρατα, καὶ μωροῖς, καὶ νάνοις: καὶ γὰρ ἁμαρτήματα ταῦτα φύσεως εἰς τέρψιν

18. Abhorrebat i. deteſtabatur. Cicer. pro Cluent. c. 14. *Nemo illum aditu dignum judicabat: omnes aſpernabantur, omnes abhorrebant.* Noſt. *Galb.* 4. 6. *Vitel.* 10. 6.

Digitized by Google

CAPUT LXXXIV.

ARG. *Eloquentiam exercet, meditata oratione loquitur, omnia recitat, dulci oris ſono pronuntiat, phonaſco dat operam, & præconis voce ad populum concionatur Octavius Cæſar Auguſtus.*

1 Eloquentiam [1] ſtudiaque liberalia ab ætate prima cupide & laborioſiſſime exer-
2 cuit. Mutinenſi [2] bello in tanta mole rerum, & legiſſe & ſcripſiſſe & decla-
3 maſſe [3] quotidie traditur. Nam deinceps, neque in ſenatu, neque apud populum,
neque apud milites locutus eſt unquam, niſi meditata [4] & compoſita oratione:
4 quamvis non deficeretur [5] ad ſubita extemporali facultate [6]. Ac ne periculum me-
5 moriæ adiret, aut in ediſcendo tempus abſumeret, inſtituit recitare [7] omnia. Ser-
mones quoque cum ſingulis, etiam cum Livia ſua graviores [8], non niſi in ſcri-
6 ptis [9], & e libello habebat, ne plus minuſve [10] loqueretur ex tempore [11]. Pro-
nuntiabat [12] dulci & proprio quodam oris ſono [13], dabatque aſſidue phonaſco [14]
operam:

ELOQUENTIAM V. *Cal.* 53. 1. §. 2.

§. 2. MUTINENSI *bello declamandi conſuetudinem non omiſiſſe* teſtatur noſter etiam de *Rhet.* 1. 7.

3. DECLAMATIO nihil eſt aliud quam oratio ſcholaſtica, quæ ſit forenſium actionum meditatio, qua ad pugnam forenſem, velut præpilatis exerceri olim ſolebant. Græci a cura & meditatione μελέτας vocant. Quintil. Inſt. IV. 2. Senec. Contr. præf. 1. *Declamabat Cicero, non quales nunc controverſias dicimus, nec tales quidem, quales ante Ciceronem dicebantur, quas theſes vocabant. Hoc enim genus materiæ, quo nos exercemur, adeo novum eſt, ut nomen quoque ejus novum ſit. Controverſias nos dicimus, Cicero cauſas vocabat. Hoc vero alterum nomen Græcum quidem eſt, ſed in Latinum ita tranſlatum, ut pro Latino ſit, Scholaſtica controverſia multo recentius eſt, ſicut ipſa declamatio: apud nullum auctorem antiquum, ante ipſum Ciceronem, & Calvum, inveniri poteſt.* V. & *Schott. de decl. auct. p.* 6.

4. MEDITATA & *compoſita* oratione dum locutus eſt Auguſtus, Demoſthenem imitatus eſt, qui de ſeipſo Orat. adv. Midiam p. 633. E. *Τάχα τοίνυν ἴσως καὶ τὰ τοιαῦτ' ἐρεῖ, ὡς ἐσκεμμένα καὶ παρεσκευασμένα πάντα λέγω νῦν. Ἐγὼ δ' ἐσκέφθαι μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, φημὶ, καὶ οὐκ ἂν ἀρνηθείην, καὶ μεμελετηκέναι γε ὡς ἐνῆν μάλιστ' ἐμοί. Fortaſſis autem etiam talia dicet: me nunc omnia meditata & præparata afferre. Ego vero, Athenienſes, meditatum eſſe me affirmo: & haud negaverim, ſummum in cogitando ſtudium poſuiſſe.*

5. DEFICERETUR. Recte. Nam & ita loquuntur Cicer. pro Cluent. c. 65. *Mulier abundat audacia: conſilio & ratione deficitur.* Capitol. in Maxim. c. 23. *Huc accedebat, quod deficiebatur commeatibus*, ut ex Palatino, & prima editione legit *Salmaſius:* nec non *Juſtinus* & *Vellejus Paterculus*, quos eadem de cauſa ad hunc locum laudat maximus *Grævius*.

6. EXTEMPORALEM FACULTATEM hanc *facilitatem extemporalem, & ex tempore dicendi facultatem* dixit Quintil. Inſt. x. 6. Petron. c. 6. *Venit ab extemporali declamatione neſcio cujus.* Inde *extemporalis rhetor* Mart. v. 53. 1. Et *extemporalitas* noſt. Tit. 3. 2. Hæc *facultas* quomodo comparetur, docet. l. l. *Quintilianus.*

7. RECITARE quid ſit, dixi ad *Cæſ.* 83. 1. §. 3. Omnia *recitavit* Auguſtus, etiam elegantiſſimam, qua populo rempublicam redditurus videbatur, orationem, quam memoriæ prodidit *Dio* LIII. *p.* 497—502.

8. GRAVIORES I. *gravioris* & majoris momenti.

9. SCRIPTO præſentes etiam adiiſſe veteres dictum ſupr. Cæſ. 81. 9. §. 41.

10. NE PLUS MINUSQUE.... Videtur hoc quoque ad majeſtatem pertinuiſſe imperatoriam; nam ne Pallas quidem *unquam domi, niſi nutu, aut manu ſignificavit* quidquam, *vel ſi plura demonſtranda eſſent, ſcripto eſt uſus, ne vocem conſociaret.* Tacit. Ann. XIII. 23. 3.

11. EX TEMPORE I. impræmeditate. Hoc vero a Græcis, qui ἐκ καιροῦ dicunt, & ἐπὶ καιροῦ, hoc eſt ἐκ τοῦ παραχρῆμα, per imitationem Latinos accepiſſe docet Bud. in. Pand. p. 198. Unde illi *a cura* opponit noſt. *Tib.* 10. 3.

12. PRONUNTIANT qui memoriter dicunt. *Pronuntiare* enim & *recitare* opponuntur, & noſtro, & Plinio *ſupr. Cæſ.* 83. 1. §. 3.

13. DULCI SONO, de quo Cicer. Off. 1. 37. *Vocis duæ virtutes, ut clara ſit & ſuavis. Utrumque omnino a natura petendum eſt, verum alterum exercitatio augebit, alterum imitatio.* Idem de Attico Nep. 1. 3. *Erat in puero præter docilitatem ingenii ſumma ſuavitas oris ac vocis, ut non ſolum celeriter acciperet quæ tradebantur, ſed etiam excellenter pronuntiaret.*

14. PHONASCO I. formandæ vocis præceptori. Deſcribit Varro apud Non. II. 826.

Phonaſcus ſum, vociſque ſuſcitabulum,
Cantantiumque gallus gallinaceus.

Ut quidem ad *hunc locum* apud *Varronem* legit *Boxhornius*. Sidon. Epiſt. II. 1. *Nec ſub phonaſco vocalium concentus meditatum acroama ſimul intonat.* Tertull. de pall. c. 6. *edomator vocis* dicitur. Ejus fit mentio in inſcr. ant. apud Gruter. p. 89.

operam: ſed nonnunquam infirmatis faucibus, præconis [15] voce ad populum concionatus eſt.

TI. CLAUDIUS
QUI MACEDO
PHONASCUS.

Noſt. *Ner.* 25. 7. V. & *Savar. in Sidonium*, *Barthol. de tib. vet.* II. 14. *Buleng. de theat.* II. 6. *Wouwer. Polymath. c.* 5. §. 5. & ad hunc locum *Donatum*.

15. PRÆCONIS, & aliorum voce ad populum concionabantur aliquando Cæſares, ut hoc loco *Auguſtus*, ita & infra *Ner.* 25. 7. Ita ad ſenatum *quæſtoris* voce, ut dixi *ſupr.* 65. 7. §. 22. V. etiam *Pollet. F. R.* II. 12.

CAPUT LXXXV.

ARG. *Multa proſa oratione componit, & poeticam ſummatim attingit Octavius Cæſar Auguſtus.*

Multa varii generis proſa [1] oratione compoſuit [2], ex quibus nonnulla in cœtu 1
familiarium [3], velut in auditorio [4] recitavit: ſicut *Reſcripta Bruto* [5] *de Catone.*
Quæ volumina cum jam ſenior ex magna parte legiſſet, fatigatus Tiberio tradidit 2
perlegenda. Item *Hortationes ad philoſophiam* [6], & aliqua *de vita ſua* [7], quam tre- 3
decim libris, Cantabrico tenus bello, nec ultra expoſuit. Poeticam ſummatim [8] 4
atti-

PROSA oratio, ἡ εὐθεῖα, opponitur verſæ, vel verſificatæ, ut *proſa* tunica inverſæ. Gloſſ. Cyrill. *Proſa* πεζὸς λόγος. Veteres *prorſum* dicebant pro recto, ut *prorſi limites*, *prorſum ire*, εὐθύς. Quod & *proſum*, ut *ſuſum* pro ſurſum dixerunt. Noſt. *Claud.* I. 2. V. *Salmaſ. Exerc. Plin. p.* 27. *b. C. Prorſam* adhuc dicendam orationem contendit *Calcagn. Quæſt. Epiſt.* I. 23.

2. COMPOSUIT etiam de diſciplina militari libros, quorum mentionem facit Veget. I. 8. *Hæc neceſſitas compulit evolutis auctoribus ea me in hoc opuſculo fideliſſime dicere, quæ Auguſti.... conſtitutionibus cauta ſunt.* Macer. Digeſt. XLIX. 16. 12. *Paternus quoque ſcripſit.... nam in diſciplina Auguſti ita cavetur.* Scripſit quoque epiſtolarum libros. Gell. XV. 7. *Nocte quoque iſta proxima ſuperiore, quum librum epiſtolarum D. Auguſti, quas ad Cajum Nepotem ſuum ſcripſit, legeremus, duceremurque elegantia orationis neque moroſa, neque anxia, ſed facili hercle & ſimplici.* V. quoque *infr.* 86. §. 1.

3. IN COETU FAMILIARIUM I. inter amicos & notos domi recitabant ſcripta ſua veteres, illoſque per *codicillos* & *libellos* invitabant. Plin. Epiſt. III. 18. *Hunc librum cum amicis recitare voluiſſem, non per codicillos, non per libellos, ſed ſi commodum, & valde vacaret, admoniti, fœdiſſimis inſuper tempeſtatibus per biduum convenerunt.* Illi mitti ad amicos aut notos ſolent vicem epiſtolæ; iſti ſparſim, & in publico proponi. Plura *Lipſ. Epiſt. ad Belg.* II. 48.

4. IN AUDITORIO cauſas ſuas, poemata ſua recitabant declamatores & poetæ. Plin. Epiſt. II. 3. *Schola, & auditorium, ut ficta cauſa, ita res inermis innoxia eſt.* Ubi *ficta cauſa*, declamationes & controverſiæ, quæ *in auditorio* recitabantur.

5. RESCRIPTA BRUTO I. ſcripta contra Brutum. *Reſcribere* eſt contra ſcribere. Noſt. *Cal.* 53. 4. *Gramm.* 19. Hoc vero opere Bruto ad ea, quæ ſcripſerat de Catone avunculo & ſocero, forte in Julii & Auguſti contumeliam, *reſcripſiſſe* videtur Auguſtus.

6. PHILOSOPHIAM & ſapientiæ ſtudia, non neglexit, ſed magno ſtudio coluit Auguſtus. Qui cumulus ad cæteras in omni genere ejus acceſſit laudes. Philo Leg. ad Cajum p. 1035. C. Φιλοσοφίας οὐκ ἄκροις χείλεσι γευσάμενος· ἀλλ' ἐπιπλέον ἑστιαθεὶς, καὶ σχεδόν τι καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἑστιώμενος, τὰ μὲν μνήμαις ὧν ἡ διάνοια προμαθοῦσα τὰ φιλοσοφίας ἀνεπόλει, τὰ δὲ καὶ ταῖς τῶν συνόντων ἀεὶ λογίων συνδιαιτήσεσι. *Qui non ſummis labris philoſophiam guſtaverat, ſed plerumque in conviviis, quæ fere quotidiana erant, memoria retractabat, quæ a philoſophis didicerat, aut ex doctorum virorum, quos domi alebat, conſuetudine.* p. 1036. C. Ὁ τοσοῦτος ἡγεμὼν κατὰ φιλοσοφίαν οὐδενὸς δεύτερος. *Tantus princeps cognitione philoſophiæ nulli ſecundus.* V. & *Caſaubonum*.

7. DE VITA SUA commentarios ſcribere ſolebant ipſi imperatores. Tacit. Agric. I. 3. *Ac plerique* (clari viri) *ſuam ipſi vitam narrare, fiduciam potius morum, quam arrogantiam arbitrati ſunt.* Severus apud Spartian. c. 18. Dion. LXXV. p. 853. A. & Aurelium Victorem. Adrianus apud Spartian. c. 16. Tiberius apud *noſtr.* 61. 3. Claudius apud *noſt.* 41. 6. Horum meminit Serv. Æneid. VIII. 530. *Auguſtus in commemoratione vitæ ſuæ refert, Antonium juſſiſſe....* Ὑπομνήματα dicuntur Plutarcho, Dioni, Appiano. Et decimum laudat Ulpian. Digeſt. XLVIII. 24. 1. *Corpora eorum, qui capite damnantur, cognatis eorum neganda non ſunt: & id ſe obſervaſſe divus Auguſtus libro decimo de vita ſua ſcribit.*

8. SUMMATIM I. *leviter*, ut noſt. Gramm. 9. 1. Gloſſ. Cyrill. *Summatim*, κεφαλαιωδῶς, συλλήβδην, ἐν κεφαλαίῳ, ἀκροθιγῶς. Lucret. N. D. III. 272.

Sed tamen, ut potero ſummatim attingere, tangam.

Unde *poematum non imperitus* dicitur infr. 89. 4. & Horat. Od. III. 4. 40.

attigit [9]; unus liber exſtat ſcriptus ab eo hexametris verſibus, cujus & argumen-
5 tum [10] & titulus eſt, *Sicilia* [11]. Exſtat alter æque modicus *Epigrammatum* [12], quæ
6 fere tempore balnei [13] meditabatur. Nam tragœdiam [14] magno impetu exorſus, non ſuccedente [*1] ſtylo, abolevit: quærentibuſque amicis [16] *quidnam Ajax ageret*, reſpondit, *Ajacem* [17] *ſuum in ſpongiam incubuiſſe* [18].

Pierio recreatus antro.

ita ut præter illa, quæ laudat noſter, ſcripſerit de Achille tragœdiam. Suidas in Αὔγουστος. Καὶ τραγῳδίας Αἴαντός τε καὶ Ἀχιλλέως. Feſcennina in Pollionem. Macrob. Sat. II. 4. *Pollio, cum feſcenninos in eum Auguſtus ſcripſiſſet, ait....* in Venerem carmen Græcum. Plin. XXXV. 10. *Venerem exeuntem e mari D. Auguſtus dicavit in delubro patris Cæſaris, quæ Anadyomene vocatur, verſibus Græcis.*

9. ATTIGIT i. coluit, tractavit. Catull. 22. 15.

Simul poemata attigit.

Noſt. *Cal.* 43. I. *Ner.* 52. I. *Gramm.* 9. I.

10. ARGUMENTUM *appellari omnem ad ſcribendum deſtinatam materiam* dicit Quintil. X. 10. Unde opus *argumentoſum*, & paullo numeroſius *argumentum ingens* dicitur Virg. Æn. VII. 791.

Argumentum ingens, & cuſtos virginis Argus.

11. SICILIÆ ſub nomine adverſum Sextum Pompejum in *Sicilia* res geſtas forte deſcripſerit Auguſtus, ut opinatur *Beroaldus*: vel, ſi hoc minus placuerit, ipſam inſulam, & quæ in illa ſunt miraculoſa, ut arbitratur *Caſaubonus*.

12. EPIGRAMMATUM Auguſti meminit quoque Plinius ſuorum epigrammatum laſciviam excuſaturus Epiſt. V. 3. *An ego verear, ne me non ſatis deceat, quod decuit M. Tullium.... & ſi non ſufficiunt exempla privata, D. Julium, D. Auguſtum, D. Nervam, T. Cæſarem.* Sed e tanto *epigrammatum* numero, quæ eum Principem feciſſe conſtat, nullum exſtat, niſi id, quod e Martiale *ſupr.* 62. 2. §. 7. attulimus. V. & *Rutgerſ. V. L.* II. 14.

13. TEMPORE BALNEI meditari nonnunquam ſolebant veteres. Plinius ſenior apud juniorem Epiſt. III. 5. *Hæc inter medios labores, urbiſque fremitum: ſeceſſu ſolum balinei tempus ſtudiis eximebatur. Cum dico balinei, de interioribus loquor. Nam dum diſtringitur, tergiturque, audiebat aliquid, aut dictabat.* Junior ipſe Epiſt. IV. 14. *Accipies cum hac epiſtola hendecaſyllabos noſtros: quibus nos in vehiculo, in balineo, inter cœnam oblectamus otium temporis.* V. etiam *Beroaldum.*

14. TRAGOEDIAM. Unde Virgilius in laudem Auguſti Ecl. VIII. 10.

Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno.

Voluit poeta laudare *tragicum* Auguſti poema, ſtylumque grandiloquum, & *Sophocleo cothurno* i. ſtylo, & ſublimitate, qua *Sophocles* eſt uſus, parem eſſe dicit. Audivit *Beroaldus*, ut prodidit *Annot. in Serv.* §. 45. qui dicerent ſe vidiſſe poema *Sophoclis* Romana lingua ab Auguſto donatum, & ad illud carmen Maronianum commodiſſime referri putat.

* 1. NON SUCCEDENTE i. votis non reſpondente. *Succedere*, bene evenire, feliciter cadere. Terent. And. IV. 1. 46.

Hac non ſucceſſit, alia aggrediemur via.

16. AMICIS, & in illis Lucio tragœdiarum ſcriptore. Macrob. Saturn. II. 4. *Auguſtus Ajacem tragœdiam ſcripſerat, eandemque, quod ſibi diſplicuiſſet, deleverat: poſtea Lucius gravis tragœdiarum ſcriptor interrogabat eum, quid ageret Ajax ſuus, & ille, in ſpongiam, inquit, incubuit.*

17. AJACEM tragœdiam ſcripſiſſe modo quoque Suidas dixit §. 8. Fabulam narrant Hygin. fab. 107. *Achille ab Apolline Alexandrum Parin ſimulante occiſo, ac ſepulturæ tradito, Ajax Telamonius, quod frater patruelis ejus fuit, poſtulavit a Danais, ut arma ſibi Achillis darent, quæ ei* (ut ſupplet Schefferus) *ira Minervæ abjurgata ſunt ab Agamemnone & Menelao, & Ulyſſi data. Ajax furia accepta, per inſaniam pecora ſua & ſeipſum vulneratum occidit eo gladio quem ab Hectore muneri accepit, dum cum eo in acie contendit.* Ovid. Met. XIII. 1--392. Sophocles in Ajace, aliique.

18. IN SPONGIAM INCUBUISSE i. ſe deleviſſe. Unde *ſpongia delere* noſt. *Cal.* 20. 4. Tergendis menſis *ſpongias* adhibuerunt veteres. Dixi hoc *ſupr.* 75. 2. §. 9. Imo iis, quæ perperam perſcripſiſſent, delendis. Auſon. Eidyl. II. *Poetica ſcabiei quoniam facile contagium eſt, utinam quoque ad te prurigo commigret, ut, ſuco tuæ emendationis adjecto, impingas ſpongiam.* Varro apud Non. II. 212.

Si diſplicebit tam tibi latum mare,
Tantum parato ſpongiam delebilem.

Unde Fauſtino libellum novum emendandum tradituro puero addit *ſpongiam* Martial. IV. 10. 5.

Curre, ſed inſtructus, comitetur Punica librum
Spongia: muneribus convenit illa meis.
Non poſſunt noſtros multæ, Fauſtine, lituræ
Emendare jocos: una litura poteſt.

Alludit vero, quod & notat Pier. Hier. XXX. 32. ad gladium quo ſemetipſum Ajax interfecit, Auguſtus noſter. Ita enim de illo Cicer. ad Herenn. I. 11. *Ajax in ſylva poſtquam reſcivit, quæ feciſſet per inſaniam, gladio incubuit.* Et ita ante Othonis pedes *gladio incumbit miles manipularis* apud noſtr. 10. 3.

C A-

CAPUT LXXXVI.

ARG. *Genus eloquendi elegans ſequitur, animi ſenſum aperte exprimit, & cacozeles, nec non antiquarios ſpernit Octavius Cæſar Auguſtus.*

Genus eloquendi ſecutus eſt elegans [1] & temperatum: vitatis ſententiarum in- 1
eptiis, atque inconcinnitate [2], & *reconditorum verborum* [3], ut ipſe dicit,
fætoribus [4]. Præcipuamque curam duxit, ſenſum animi quam apertiſſime expri- 2
mere [5]. Quod quo facilius efficeret, aut necubi lectorem, vel auditorem obtur- 3
baret, ac moraretur, neque præpoſitiones verbis addere, neque conjunctiones ſæ-
pius iterare dubitavit, quæ detractæ afferunt aliquid obſcuritatis, etſi gratiam [6] au-
gent. Cacozelos [7] & antiquarios [8], ut diverſo genere vitioſos, pari faſtidio [9] ſpre- 4
vit. Exagitabat [10] nonnunquam in primis Mæcenatem ſuum [11], cujus μυροβρεχεῖς, 5
ut

Elegantiæ dictionis ſtuduiſſe Auguſtum docent Tacit. Ann. XIII. 3. 5. *Auguſti prompta, ac profluens, quæ deceret Principem, eloquentia fuit.* Quintil. Inſt. I. 6. *Auguſtus in epiſtolis ad C. Cæſarem ſcriptis emendat, quod is calidum diceret, quum caldum malit: non quia illud non ſit Latinum, ſed quia ſit odioſum, & ut ipſe Græco verbo ſignificavit, περίεργον.* Gell. X. 24. *D. Auguſtus linguæ Latinæ non neſcius, munditiarum patris ſui in ſermonibus ſectator, in epiſtolis plurifariam.* Quem V. & *ſupr.* 85. 1. §. 2. & *Torrentium, Thyſ. in Gellium.*

2. Ineptiis atque inconcinnitate. V. *ſupr. Cæſ.* 56. 4. §. 8.

3. Reconditorum verborum. Gell. I. 10. *Cæſar dictator tanquam ſcopulum ſic fugiendum eſſe dicebat inauditum atque inſolens verbum. Favorinus philoſophus adoleſcenti pleraſque voces nimis priſcas & ignotiſſimas in quotidianis ſermonibus expromenti dixit: vive moribus præteritis, loquere verbis præſentibus.* Quintil. Inſt. I. 6. *Verba a vetuſtate repetita, neque crebra ſint, neque manifeſta, quia nihil eſt odioſius affectatione: nec utique ab ultimis, & obliteratis repetita temporibus.* V. & *Beroaldum* & *Rittersh. in* XII. *tab. c.* 5.

4. Foetoribus, quia nimis abſtruſa verba ſitum ſapere, & ob id graviter olere videntur. Unde *verba antiqua & ſordida* conjungit *T. Livius de oratoribus* apud *Senec. Contr.* 25.

5. Sensum animi exprimere. Cicer. de Orat. I. 8. *Hoc uno præſtamus feris, quod colloquimur inter nos, & quod exprimere dicendo ſenſa poſſumus.*

* 6. Gratiam i. venuſtatem. Ovid. Met. XIII. 127.

—— Nec abeſt facundis gratia dictis.

7. *Κακόζηλον, id eſt, mala affectatio, per omne dicendi genus peccat. Nam & tumida, & exilia, & prædulcia, & abundantia, & arceſſita, & exſultantia, ſub idem nomen cadunt. Denique κακόζηλον vocatur, quidquid eſt ultra virtutem, quoties ingenium judicio caret, & ſpecie boni fallitur: omnium in eloquentia vitiorum peſſimum. Nam cætera cum vitentur, hoc petitur.* Quintil. Inſt. VIII. 3.

8. Antiquarii ſunt, qui voces priſcas, & jam diu obſoletas curioſe conſectantur. Gell. I. 10. *Tu autem, proinde quaſi cum matre Euandri nunc loquare, ſermone abhinc multis annis jam deſito uteris, quod ſcire atque intelligere neminem vis, quæ dicas.* Juven. VI. 454.

Ignotoſque mihi tenet antiquaria verſus.

Tacit. Orat. 21. 8. *Sordes verborum, & hians compoſitio, & inconditi ſenſus redolent antiquitatem. Nec quemquam adeo antiquarium puto, ut Cœlium ex ea parte laudem, qua antiquus eſt. Eſtque id vitium,* ut docet Gell. XI. 7. *plerumque ſeræ eruditionis, quam Græci ὀψιμαθίαν appellant; ut, quod nunquam didiceris, diu ignoraveris, quum id ſcire aliquando cœperis, magnifacias quo in loco cunque & quacunque in re dicere.*

9. Fastidio i. contemptu, quali rejicere, & averſari ſolent aut cibum delicatiores. Senec. N. Q. III. 18. *Ad hunc faſtum pervenere ventres delicatiores, ut guſtare non poſſint piſcem, niſi quem in ipſo convivio natantem, palpitantemque viderint.* Aut amantes amati. Ovid. Heroid. 16. 97.

At mihi cunctarum ſubeunt faſtidia, poſtquam
Conjugii ſpes eſt, Tyndari, facta tui.

Noſter ſæpius.

10. Exagitabat i. vexabat. Prop. II. 7. 80.

Exagitet noſtros manes, ſectetur & umbras,
Inſultetque rogis, calces & oſſa mea.

Verbum tranſlatum a venatoribus, qui exactam cubili feram, donec in caſſes incidat, nuſquam patiuntur conſiſtere. Ovid. Art. Am. III. 662.

Et lepus hic aliis exagitandus erit.

Noſt. *Ner.* 34. 10.

11. Suum, quia illum habuit inter familiares. Dio LV. p. 553. A. Μέγιστον δὲ οὖν καὶ ἐκεῖνο τῆς τοῦ Μαικήνου ἀρετῆς δεῖγμα ἦν, ὅτι τῷ τε Αὐγούστῳ, καίτοι πρὸς τὰς ὁρμὰς αὐτοῦ ἀνθιστάμενος, ᾠκείωτο, καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσιν ἤρεσκε. *Virtutis vero Mæcenatis maximum id indicium fuit, quod quum Auguſti cupiditatibus reſiſteret, tamen ab eo inter familiares habitus, reliquis etiam ſe omnibus probavit.*

12. Ma-

6 ut ait, *cincinnos* [12] uſquequaque [13] perſequitur, & imitando per jocum irridet [14]. Sed
7 nec Tiberio parcit [15] exoletas interdum & reconditas voces aucupanti [16]. Marcum quidem Antonium ut inſanum increpat; quaſi ea ſcribentem, quæ mirentur
8 potius homines, quam intelligant [17]. Deinde ludens malum & inconſtans in eligendo genere dicendi ingenium ejus, addidit hæc: *Tuque dubitas, Cimberne* [18] *Annius, an Veranius Flaccus* [19] *imitandi ſint tibi? ita ut verbis, quæ Criſpus Salluſtius excerpſit ex originibus Catonis* [20], *utaris? an potius Aſiaticorum* [21] *oratorum inanibus* [22] *ſenten-*
9 *tiis* [23] *verborum volubilitas* [24] *in noſtrum ſermonem transferenda?* Et quadam epiſtola Agrippinæ

12. Μυροβρεχεῖς CINCINNOS i. verba fucata. Senec. Epiſt. 19. *Ingenioſus vir ille fuit* Mæcenas, *magnum exemplum Romanæ eloquentiæ daturus, niſi illum enervaſſet felicitas, imo caſtraſſet.* 92. *Habuit ingenium, & grande, & virile, niſi illud ſecum diſcinxiſſet.* 114. *Non oratio ejus æque ſoluta eſt, quam ipſe diſcinctus? non tam inſignita illius verba ſunt, quam cultus, quam comitatus, quam domus, quam uxor? Magni ingenii vir fuerat, ſi illud egiſſet via rectiore, ſi non vitaſſet intelligi, ſi non etiam oratione difflueret. Videbis itaque eloquentiam ebrii hominis involutam, & errantem, & licentiæ plenam.* V. *ſupr. Cæſ.* 56. 4. §. 9.

13. USQUEQUAQUE i. quocunque tempore, ſemper. Cicer. Fam. VII. 16. *Uſquequaque ſapere oportet. Id erit telum acerrimum.* Noſter *Tib.* 71. 1. *Claud.* 13. 1. *Domit.* 12. 3. *Rhet.* 6. 4.

14. IMITANDO IRRIDET. Macrob. Sat. II. 4. *Auguſtus, quia Mæcenatem ſuum noverat eſſe ſtylo remiſſo, molli, & diſſoluto, talem ſe in epiſtolis, quas ad eum ſcribebat, & contra caſtigationem loquendi, quam alias ille ſcribendo ſervabat, in epiſtola ad Mæcenatem familiari, plura in jocos effuſus ſubtexuit: vale mel gemmeum Medullia, ebur ex Etruria, laſer Aretinum, adamas ſupernas, Tiberinum margaritum, Cilniorum ſmaragde, jaſpi figulorum, berylle Porſenæ, carbunculum Italiæ, καὶ ἵνα συντέμω πάντα, μάλαγμα mœcharum.* Ita hunc locum reſtituunt *Caſaubonus* & *Pontanus.* V. quoque, *Crinit. de hon. diſcipl.* XXIV. 12. *Turneb. Adv.* XVIII. 2. *Dorleans in Tacit. Ann.* VI. *p.* 534.

15. TIBERIO NON PARCIT. Chariſius II. p. 187. Edit. Putſch. *Divus Auguſtus reprehendens Tiberium Claudium ita loquitur: ſcribis enim per viam* ἀντὶ τοῦ obiter.

16. AUCUPANTI i. artificio quodam & ſolertia quærenti. Plin. XXXIII. 2. *C. Sulpitius Galba, dum juvenilem famam apud principem popinarum pœnis aucupatur....* Proprie *aucupari* eſt aves capere.

17. MIRENTUR QUAM INTELLIGANT. Tales ludit quoque Cicer. Attic. II. 4. *Feciſti mihi pergratum, quod Serapionis librum ad me miſiſti: ex quo quidem ego (quod inter nos liceat dicere) milleſimam partem vix intelligo.* Et recte. *Nam ſatius eſt, mutum eſſe, quam quod nemo intelligat, dicere,* ut idem Phil. III. 9.

18. CIMBER hic ille eſt rhetor antiquarius, in quem luſit Virgilius in epigrammate eo, quod hodieque exſtat in *Catalectis*, & de quo Quintil. Inſt. VIII. 3. *Cimber hic fuit, a quo fratrem necatum hoc Ciceronis dicto notatum eſt: Germanum Cimber occidit,* ut hariolatur *Caſaubonus.*

19. VERANIUS FLACCUS iſte eſt incognitus vel ipſi *Caſaubono.* Citatur *Veranius* quidam a Macrob. Sat. III. 2. *Sicut Veranius ex primo libro Pictoris ita diſſertationem hujus verbi exſecutus eſt:* & ſæpius a *Feſto.* Illi non male conveniat, quod hic de eo Auguſtus innuit, antiquarium, & obſoletorum verborum amore ineptum in loquendo ſcribendove fuiſſe.

20. EX ORIGINIBUS CATONIS.... imo illa furatum eſſe Salluſtium dicunt ſcriptores. Quintil. Inſtit. VIII. 3. *Nec minus noto Salluſtius epigrammate inceſſitur.*

Et verba antiqui multum furate Catonis
Criſpe, Jugurthinæ conditor hiſtoriæ.

Lenæus Pompeji magni libertus illum appellat apud noſtr. Gramm. 15. 1. *priſcorum, Catoniſque verborum ineruditiſſimum furem.* Cato vero ut nimius verborum antiquorum & reconditorum affectator traducitur. Quintil. Inſtit. II. 5. *Ne quis eos antiquitatis nimius admirator in Gracchorum, Catoniſque, & aliorum ſimilium lectione dureſcere velit.* Cicer. Brut. c. 17. *Cur igitur Lyſias & Hyperides amatur, cum penitus ignoretur Cato? Antiquior eſt hujus ſermo, & quædam horridiora verba.*

21. ASIATICORUM & *Atticorum* oratio quomodo differat, docet Quintil. Inſtit. XII. 10. *Mihi orationis differentiam feciſſe & dicentium & audientium naturæ videntur, quod Attici limati quidem & emuncti nihil inane aut redundans ferebant. Aſiana gens tumidior alioqui, & jactantior, vaniore etiam dicendi gloria inflata eſt.* Plutarch. Anton. p. 916. D. Ἐχρῆτο δὲ τῷ καλουμένῳ μὲν Ἀσιανῷ ζήλῳ τῶν λόγων, ἀνθοῦντι μάλιστα κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν χρόνον, ἔχοντι δὲ πολλὴν ὁμοιότητα πρὸς τὸν βίον αὐτοῦ κομπώδη, καὶ φρυαγματίαν ὄντα, καὶ κενοῦ γαυριάματος, καὶ φιλοτιμίας ἀνωμάλου μεστόν. *Uſus eſt Aſiatico, quod vocant, dicendi genere, quod ea tempeſtate maxime florebat, oppido moribus ſuis congruente, inſolentibus, elatis, inaniſque jactantiæ, & inconſtantis ambitionis plenis.*

22. INANIBUS i. in quibus nullum pondus. Petron. c. 2. *Levibus atque inanibus ſonis ludibria quædam excitando effeciſtis....* Ovid. Metam. V. 678.

Raucaque garrulitas, ſtudiumque inane loquendi.

ut in *MSS.* hic verſus legitur. *Inanis* plerumque pro vacuo. Plaut. Perſ. III. 1. 26.

Non

grippinæ neptis ingenium collaudans; *Sed opus eſt*, inquit, *dare te operam ne moleſte* [25] *ſcribas, aut loquaris.*

Non ego inimicitias omnes pluris æſtimo,
Quam menſa inanis nunc ſi apponatur mihi.

* 23. Sententiis *inanibus* opponitur λόγος σοφίλατος, *oratio plena graviſſimis ſententiis.* Lucian. Demoſth. Encom. p. 691.

24. Verborum volubilitas Aſiaticis quaſi propria. Cicer. Brut. c. 95. *Aliud genus eſt non tam ſententiis frequentatum, quam verbis volucre, atque incitatum: quali eſt nunc Aſia tota.* Plin. Epiſt. v. 20. *Mos eſt pleriſque Græcorum, ut illis ſit pro copia volubilitas: tam longas, tamque rigidas periodes uno ſpiritu quaſi torrente contorquent.* Petron. c. 2. *Nuper ventoſa iſthæc & enormis loquacitas Athenas ex Aſia commigravit.*

25. Moleste i. ut vix intelligaris, vel nimis affectata, vel nimis exoleta aucupando.

CAPUT LXXXVII.

ARG. *Quotidiano ſermone quædam notabiliter uſurpat, & ab extrema parte verſuum abundantes literas ſtatim ſubjicit, circumducitque Octavius Cæſar Auguſtus.*

Quotidiano ſermone quædam frequentius & notabiliter [1] uſurpaſſe eum, literæ ipſius autographæ [2] oſtentant. In quibus identidem cum aliquos nunquam ſoluturos ſignificare vult, *ad Kalendas Græcas* [3] *ſoluturos*, ait. Et cum hortatur ferenda eſſe præſentia qualiacunque ſint, *Contenti ſimus hoc Catone* [4]. Et ad exprimendam feſtinatæ rei velocitatem, *velocius quam aſparagi* [5] *coquantur.* Ponit aſſidue & pro ſtulto, *baceolum* [6]: & pro pullo, *pullejaceum* [7]: & pro cerito [8], *vacerroſum* [9]: & *vapide ſeſe habere* [10], pro male: & *betiſſare* [11] pro languere, quod vulgo

Notabiliter i. ut hoc a pluribus *notaretur* i. obſervaretur. Plin. Epiſt. i. 5. *Expalluit notabiliter, quamvis palleat ſemper.*

2. Autographæ Auguſti literæ per ea tempora eruditorum manibus adhuc verſabantur. Quintil. Inſtit. i. 7. *Quod idem in epiſtolis Auguſti, quas ſua manu ſcripſit, aut emendavit, deprehenditur.*

3. Ad Kalendas Græcas i. nunquam. *Kalendas* enim Græci non habent, ſed primum menſis diem νουμηνίαν vocant. Dionyſ. viii. p. 525. Μηνὶ Δεκεμβρίῳ τοῦ κατόπιν ἐνιαυτοῦ, τῇ νέᾳ σελήνῃ, ἣν Ἕλληνες μὲν νουμηνίαν, Ῥωμαῖοι δὲ καλάνδας καλοῦσιν. *Menſe Decembri ſequentis anni, tempore novilunii, quod Græci* νουμηνίαν, *Romani Kalendas vocant.*

4. Contenti simus hoc Catone. Dictum hoc Auguſti explicat Macrob. Sat. ii. 4. *Non eſt intermittendus ſermo ejus, quem Catonis honori dedit. Venit forte in domum, in qua Cato habitaverat, dein Strabone in adulationem Cæſaris male exiſtimante de pervicacia Catonis, ait: quiſquis præſentem ſtatum civitatis commutari non volet, & civis, & vir bonus eſt. Satis ſerio & Catonem laudavit, & ſibi, ne quis affectaret res novare, conſuluit.* V. tamen *Donatum* & *Turneb. Adv.* xxiv. 15.

5. Asparagi enim ſumma, priuſquam dureſcunt, leviter coquuntur: imo niſi in coquendo modus adhibeatur, tabeſcunt, nec ſolum palato ingrati, ſed etiam evanidi fiunt; quare celeriter coquendi ſunt. V. *Eraſm. Adag. p.* 237. *Pier. Hier.* lviii. 34. *Nonn. de re cib.* i. 16.

6. Baceolum dixerit Auguſtus a βάκηλος, quod animo ſtupidum, & ſtultum ſignificat. Heſychius: Βάκηλος, ὁ μέγας ἢ ἀνόητος. Suidas: Βάκηλος, μέγας μὲν ἀνόητος δέ. *Baceli* cujuſdam impudentis meminit Antiphanes apud Athen. iv. p. 134. B.

——— οὐχ ὁρᾷς ὀρχούμενον
Ταῖς χερσὶ τὸν Βάκηλον, οὐδ' αἰσχύνεται.
——— *Salsantem nonne cernis*
Manibus ſuis Bacelum, impudentem.

Apud Suidam in tales legitur proverbium. Παροιμία, Βάκηλός ἐστι, κατὰ τῶν ἐκλύτων καὶ ἀνάνδρων.

7. Pullejaceum dicebat Auguſtus, quandocunque *pullum* gallinæ ſignificare volebat, ne equi intelligeretur *pullus.* Turneb. xxiv. 15. An potius coloris *pulli* veſtimentum *pullejaceum* appellavit, formato ad ſimilitudinem aliorum colorum nomine? Is τύπος in re colorum frequens eſt: *violaceus, miniaceus, hederaceus, helvaceus....* ut volunt *Caſaubonus* & *Voſſ. Lex.* Videat tamen, cui vacat, *Salmaſ. Exerc. Plin. p.* 583. *b. C.*

8. Ceritus Feſto eſt *furioſus.* Non. i. 213. *Ceriti, male ſani, aut Cereris ira animo vexati.* Plaut. Amph. ii. 2. 143.

——— *quaſe quin tu iſtanc jubes*
Pro cerita circumferri.

Horat. Sat. ii. 3. 278.

Ceritus fuit? an commota crimine mentis
Abſolves hominem?

9. Vacerram *vocari dicunt ſtipitem, ad quem equos ſolebant religare. Atejus vero Philologus maledictum hoc nomine ſignificari magnæ acerbitatis, ut ſit vecors, & veſanus teſte Livio, qui dicit, vecors, & maleſice vacerra.* Feſtus.

10. Vapide se habere, quod vinum *vapeſcens*

quaſi

vulgo *lachaniſſare* [11] dicitur. Item *ſimus* [13] pro ſumus, & *domos* [14] genitivo caſu
6 ſingulari pro domus. Nec umquam aliter hæc duo, ne quis mendam magis quam
7 conſuetudinem putet. Notavi & in chirographo [15] ejus illa præcipue: non dividit verba, nec ab extrema parte verſuum [16] abundantes literas in alterum transfert: ſed ibidem ſtatim ſubjicit, circumducitque [17].

quaſi ægrotet. Inde *vapida lagena*, in qua non eſt vinum, ſed *vappa*. Perſ. VI. 17.

Et ſignum in vapida naſo tetigiſſe lagena.

Unde *vappa* homo nihili. Horat. Sat. I. I. 104.

—— avarum

Cum veto te fieri, vappam jubeo, ac nebulonem.

V. *Torrentium* & *Turneb.* XXIX. 7. * Vel... eſt calore febris tentari. Quia enim fumi emittuntur calore ex humidis corporibus, ideo illi fumi dicti ſunt *vapores*. Gorall. in Virg. Ætn. n. 113.

11. Betissare, quia *beta* maxime tenera, languet. Catul. 67. 21.

Languidior tenera cui pendens ſicula beta.

Unde *Iſraelitæ defecti animo jacere* dicuntur *in capite omnium platearum*, מכמר כתוא, ut *beta flaccida*, ita Hebræum contextum Eſaj. 51.20. Syro vertente, ut obſervat *Bochart. Hieroz.* I. 3. 28.

12. Lachanissare Græcam vocem betiſſare vertiſſe Auguſtum non mirum: nam λάχανον Atticis beta eſt, ut docet Caſaubonus & admittit Bochartus l. l. Certe olus quodvis, quod edundo ſit, *ſignificat. Gloſſ. Philox. λάχανον, *olus*. Eudemus, qui de oleribus ſcripſit, dicitur Εὔδημος ἐν τῷ περὶ λαχάνων. Athen. IX. p. 371. *A*. Illo uſus etiam Horat. Sat. I. 6. 115.

—— inde domum me

Ad porri, & ciceris refero, lachanique catinum.

13. Simus pro *ſumus ſcripſere quondam* quoque *Meſſala, Brutus, Agrippa*. Marius Victorinus de Orthographia I. In inſcriptionibus ſunt *contibernalis, Etriſcis, manibiis, reciperatis*. V. *Dauſq. Orthog.* I. p. 36.

14. Domos pro *domus per o, non ut nos per u, ut hujus domos mea ſcripſit divus Auguſtus*. Marius Victorinus l. l. Priſcian. I. p. 21. *V multis Italiæ populis in uſu non erat, ſed e contrario utebantur o: unde Romanorum quoque vetuſtiſſimi in multis dictionibus loco ejus o poſuiſſe inveniuntur, poblicum pro publicum, polcrum pro pulcrum, colpam pro culpam dicentes, & Hercolem, pro Herculem, & maxime digamma antecedense hos faciebant, ut ſervos pro ſervus, volgus pro vulgus, Davos pro Davus.*

15. Chirographo i. ſcriptura, manu. V. ſupr. Cæſ. 17. 2. §. 8.

16. Versuum i. linearum, regularum, ut vulgus barbare loquitur. Cicer. Attic. II. 16. *Quod de Quinti fratis epiſtola ſcribis, ad me quoque fuit πρόσθεν, ὄπισθεν δέ: quid dicam neſcio. Nam ita deplorat primis verſibus manſionem ſuam, ut quemvis movere poſſit*. Juſtinian. procem. de confirm. digeſt. §. 2. *Hanc eis appellationem imponentes, nec ultra quindecim myriadum verſuum numerum eis dantes.*

17. Circumducit hoc n. modo. *Tu dubitas an Aſiatiorum oratorum inanibus ſententiis, corum verborum volubilitas in noſtrum ſermonem transferenda*. A vulgi enim conſuetudine Auguſtus receſſit. Vulgo a fine verſus ad alterius initium abundantes literas transferre mos erat. Illa diviſio immanis, & nimia, & lectoribus moleſta viſa Auguſto, ac idcirco improbata eſt. Ipſe vero eiſdem illis literis ſtatim ibidem in fine verſus ſequentis locum fecit, atque ita eas *circumduxit*, ut a reliquis non diviſæ, aut avulſæ, ſed cum iis quam proxime cohærere viderentur. V. *Caſaubonum* & *Boxhornium*.

CAPUT LXXXVIII.

ARG. *Orthographiam non cuſtodit, & per notas ſcribit Octavius Cæſar Auguſtus.*

1 Orthographiam [1], id eſt, formulam, rationemque ſcribendi a grammaticis [2] inſtitutam, non adeo cuſtodiit: ac videtur eorum ſequi potius opinionem, qui
2 perinde ſcribendum ac loquendum exiſtiment. Nam quod ſæpe non literas modo,
3 ſed ſyllabas aut permutat [3] aut præterit, communis hominum error eſt. Nec ego id

Orthographiam i. *recte ſcribendi ſcientiam*, ut dicitur Quintil. Inſtit. I. 7. non cuſtodire ſollenne fuit olim viris magnis. Porphyrius de Plotino ſcribit, nihil penſi eum habuiſſe, *ut nitide, aut eleganter ſcriberet: diviſionem ſyllabarum* neglexiſſe: *orthographiæ* regulas parum curaſſe, ad ſolam denique mentem attendiſſe: ἔγραφε δὲ οὔτε εἰς κάλλος ἀποτυπούμενος τὰ γράμματα, οὔτε εὐσήμως τὰς συλλαβὰς διαιρῶν, οὐδὲ τῆς ὀρθογραφίας φροντίζων, ἀλλὰ μόνου τοῦ νοῦ ἐχόμενος. *Caſaubonus*.

2. Grammatici inſtituerunt, ut cum, *ſi tempus ſignificaret, per* q: *ſi comitem, per* c: *ſi vero cauſam, per q ac duas ſequentes* u u *ſcriberetur. Quæri* quoque *ſolet in ſcribendo, præpoſitiones ſonum quem juncta efficiunt, an quem ſeparata, obſervare conveniat: ut cum dico* obtinuit. *Secundam enim* b *literam ratio poſcit, aures*

id notarem, niſi mihi mirum videretur, tradidiſſe aliquos, legato eum conſulari [4] ſucceſſorem dediſſe, ut rudi, & indocto, cujus manu *ixi* pro *ipſi* [5] ſcriptum animadverterit. Quoties autem per notam ſcribit, *b* pro *a*: *c* pro *b* [6], ac deinceps 4
eadem ratione ſequentes literas ponit: pro *z* autem, duplex *aa*.

aures magis audiunt p. Quintil. Inſtit. I. 7.

3. LITERAS PERMUTAT. Sicut Tinga Placentinus *preculam* pro *pergulam* dicens duos in una voce faciebat barbariſmos; nam & immutatione peccabat, cum *c* pro *g* uteretur: & tranſmutatione, cum *r* præponeret antecedenti. V. *Beroaldum*.

*4. LEGATOS CONSULARES fuiſſe, quibus provinciæ Cæſaris permitterentur, docui ſupr. 47. I. §. 4. Poſtea hoc nomine dictus, non quod conſul fuerit, ſed infulis conſularibus ornatus. Tales rectores in Italia inſtituit Auguſtus. Dio LIII. p. 504. E. Αὐτὰ μὲν γὰρ τὰ ὀνόματα, τό τε τοῦ στρατηγοῦ, καὶ τὸ τοῦ ὑπάτου ἐν τῇ Ἰταλίᾳ ἐτήρησε, τοὺς δὲ ἔξω πάντας, ὡς καὶ ἀντ' ἐκείνων προσηγόρευσε. *Hæc autem nomina, prætoris & conſulis, in Italia Cæſar ſervavit: qui extra Italiam imperarent, quaſi pro iis magiſtratus gererent, appellavit.* Poſtea in provincias qui abirent, eodem dicti nomine. Talis de quo noſter. Talem habuit Hiſpania. Tacit. Hiſt. II. 97. 3. *Neque ex Hiſpanis properabatur, nullo tum ibi conſulari.* Syria. Tacit. Agric. c. 40. n. I. *Syriam provinciam Agricolæ deſtinari, vacuam tum morte Atilii Ruſi conſularis.* Noſt. Veſp. c. 4. n. 9. Cappadocia. Noſt. Veſp. c. 8. n. 10. Britannia. Tacit. Agric. c. 8. n. 2. *Brevi deinde Britannia conſularem Petilium Cerialem accepit.* Noſt. Veſp. c. 4. n. 2. *Pancirol. in Notit. imper. orient. c.* 156. *Buleng. de Imper. Rom.* IV. 36.

5. Ixi pro *ipſi* ut ſcriberet iſte conſularis, quid illi in mentem venerat? an fuit inſanus novitatis amor? nam ad Auguſti fere tempora ignorata *x* litera fuit, ſi fides *Iſidoro*: quod etſi merito ſuſpectum, tamen inter legitimas literas Romanas a pleriſque tum non habitam certum eſt. V. *Caſaubonum*. *De hac litera multa invenies apud *Noriſ. Cenot. Piſan. Diſſert.* IV. 2. §. 2.

6. B PRO A: C PRO B. Dio LI. p. 444. E. Ἐπέστελλε δὲ καὶ ἐκείνοις, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς φίλοις, ὁπότε τι δέοιτο δι' ἀποῤῥήτων σφίσι δηλῶσαι, τὸ δεύτερον ἀεὶ στοιχεῖον τοῦ τῷ ῥήματι προσήκοντος ἀντ' ἐκείνου ἀντιγράφων. *Ac ſi quid vel iis, vel aliis ſuis neceſſariis ſcriberet, quæ res eis erant ſignificandæ modo quodam ſecreto, proxime ſequentem ſemper literam pro ea, quæ exarari deberet, ponebat.* Iſidor. I. 24. V. Palmer. Spicil. 14. Rutgerſ. V. L. II. 14.

CAPUT LXXXIX.

ARG. *Græcarum diſciplinarum ſtudio tenetur, comœdia veteri delectatur, præcepta & exempla ſalubria ſectatur, libros totos ſenatui recitat, populoque per edictum notos facit, & ingenia omnibus modis fovet Octavius Cæſar Auguſtus.*

Nec Græcarum quidem diſciplinarum leviore ſtudio tenebatur: in quibus & ipſis 1
præſtabat largiter [1], magiſtro dicendi uſus Apollodoro Pergameno [2], quem jam grandem natu [3], Apolloniam [4] quoque ſecum ab Urbe juvenis adhuc eduxerat. Deinde etiam eruditione [5] varia repletus Sphæri [6], Arei [7] philoſophi, filio- 2
rumque

PRÆSTABAT LARGITER I. plurimum proficiebat. Cæſ. B. G. I. 18. 6. *Apud finitimas civitates largiter poſſe.*

2. APOLLODORUS PERGAMENUS, *Græcus orator, præceptor Callidii, & Auguſti clarus habetur.* Euſeb. Chron. ad a. 1954. *Præcipue in ſe converterunt ſtudia Apollodorus Pergamenus, qui præceptor Apolloniæ Auguſti fuit....* Quintil. Inſtit. III. 1. De illo quoque Strab. XIII. p. 430. Καὶ Ἀπολλόδωρος ὁ ῥήτωρ, ὁ τὰς τέχνας συγγράψας, καὶ τὴν Ἀπολλοδώρειον αἵρεσιν παραγαγών. Μάλιστα δὲ ἐξῆρε τὸν Ἀπολλόδωρον ἡ τοῦ Καίσαρος φιλία τοῦ Σεβαστοῦ, διδάσκαλον τῶν λόγων γενόμενον. *Apollodorus rhetor, qui artis præcepta conſcripſit, & ſectæ Apollodoreæ auctor fuit. Maxime extulit Apollodorum amicitia Auguſti Cæſaris, quem dicendi arte inſtituit.*

3. GRANDEM NATU, vixit enim annos duos & octoginta. Lucian. Μακροβ. p. 475. Ἀπολλόδωρος ὁ Περγαμηνὸς ῥήτωρ, θεοῦ Καίσαρος Σεβαστοῦ διδάσκαλος γενόμενος, καὶ σὺν Ἀθηνοδώρῳ τῷ Ταρσεῖ φιλοσόφῳ παιδεύσας αὐτὸν ἔζησε ταὐτὰ τῷ Ἀθηνοδώρῳ, ἔτη ὀγδοήκοντα δύο. *Apollodorus orator Pergamenus, divi Auguſti Cæſaris præceptor, quem una cum Athenodoro Tarſenſi philoſopho inſtituit, totidem quot Athenodorus annos, nempe annos duos & octoginta vixit.*

4. APOLLONIAM V. ſupr. 8. 4. §. 17.

5. ERUDITIONE I. philologia. Illam appello hiſtoriæ, & rerum antiquarum cognitionem, literaſque humaniores. Has qui tenent, *eruditi* proprie vocantur. Cicer. Fin. I. 7. *Non ſatis politus his artibus, quas qui tenent, eruditi appellantur.* Noſt. *Cal.* 53. I. *Gramm.* 4. 2: 6. 2. V. & *Caſaubonum, Par. Lexic. Critic. Wouwer. Polym. c.* 15. §. 10. 11. *Voſſ. Gramm.* I. 6.

6. SPHÆ-

rumque ejus Dionyſii & Nicanoris contubernium iniit [8]: non tamen ut aut loque-
3 retur expedite, aut componere aliquid auderet. Nam & ſi quid res exigeret [9],
4 Latine formabat, vertendumque alii dabat. Sed plane poematum quoque non imperitus, delectabatur etiam comœdia veteri [10] & ſæpe eam exhibuit publicis
5 ſpectaculis. In evolvendis utriuſque linguæ [11] auctoribus, nihil æque ſectabatur quam præcepta & exempla [12] publice vel privatim ſalubria: eaque ad verbum excerpta [13], aut ad domeſticos, aut ad exercituum provinciarumque rectores, aut ad Urbis magiſtratus plerumque mittebat: prout quique monitione indigerent.
6 Etiam libros totos & ſenatui recitavit, & populo notos per edictum ſæpe fecit: ut orationes Q Metelli [14] *de prole augenda*, & Rutilii [15] *de modo ædificiorum* [16]: quo magis

6. SPHÆRUM pædagogum & libertum Auguſti fuiſſe, dum publice ab Auguſto ſepultum dicit, nos docet Dio XLVIII. p. 376. D. Σφαῖρον ὁ Καῖσαρ παιδαγωγόν τε καὶ ἐξελεύθερον αὐτοῦ γενόμενον δημοσίᾳ ἔθαψε.

7. De AREO Dio LI. p. 454. D. Πρόφασιν δὲ ὅμως προὐβάλλετο, τόν τε θεὸν τὸν Σάραπιν, καὶ τὸν Ἀλέξανδρον τὸν οἰκιστὴν αὐτῶν, καὶ τρίτον, Ἄρειον τὸν πολίτην, ᾧ που φιλοσοφοῦντί τε, καὶ συνόντι οἱ ἐχρῆτο. *Prætendebat autem ſimul cauſam, videlicet deum Serapin, & Alexandrum Urbis conditorem, tertiumque præter eos Areum Alexandrinum civem, cujus olim in philoſophia opera ac converſatione uſus erat.* Cujus quoque meminit LII. *p.* 491. *A.* Auguſti quoque cum *Areo* uſum familiarem denarrant *Plutarch. Anton. p.* 952. *E. Polit. p.* 814. *C. Themiſt. Orat.* 12. *p.* 270. *Senec. Conſol. ad Marc. c.* 4. V. & *Torrentium*, & *Pincian. ad Senecam.*

8. CONTUBERNIUM INIRE alicujus, pro adſciſcere in *contubernium*, *contubernio* admovere, ut dicendum fuerat, & dicit noſt. *Tib.* 14. 6. inſolens quidem videtur, exſtat tamen in Viterbienſi, & pleriſque aliis codicibus. V. & *Caſaubonum.*

9. SI QUID RES EXIGERET I. ſi quando ſibi Græce dicendum eſſet. Ita *orationem, qua cauſam veniæ* Alexandrinis *data expoſuit, ut ab illis intelligi poſſet, Græce habuit.* Τόν γε λόγον, δι' οὗ συνέγνω σφίσιν, ἑλληνιστὶ, ὅπως συνῶσιν αὐτοῦ, εἶπε. Dio LI. *p.* 454. *E.*

10. COMOEDIA VETUS, *cum ſinceram illam ſermonis Attici gratiam prope ſola retinet, tum facundiſſimæ libertatis, etſi eſt in inſectandis vitiis præcipua, plurimum tamen virium etiam in cæteris partibus habet. Nam & grandis, & elegans, & venuſta, & neſcio an ulla poſt Homerum tamen, quem ut Achillem ſemper excipi par eſt, aut ſimilior ſit oratoribus, aut ad oratores faciendos aptior. Plures ejus auctores: Ariſtophanes tamen & Eupolis, Cratinuſque præcipui.* Quintil. Iuſtit. x. 1. Horat. Sat. 1. 4. 1.

Eupolis, atque Cratinus, Ariſtophaneſque poetæ,
Atque alii, quorum comœdia priſca virorum eſt.

11. UTRIUSQUE LINGUÆ, Latinæ & Græcæ. Horat. Od. III. 8. 5.

Docte ſermones utriuſque linguæ.

* 12. SECTABATUR EXEMPLA, quia Romanis principibus fuit familiare, ut ſequioribus ſuis factis *exemplum* aliquod ex veteri memoria repetitum prætenderent. Spartian. Adrian. c. 4. *Trajanum in animo habuiſſe, ut exemplo Alexandri Macedonis ſine certo ſucceſſore moreretur.* c. 5. *Exemplo* (*ut dicebat*) *Catonis, qui Macedonas liberos pronuntiavit....* c. 10. *Cibis caſtrenſibus in propatulo utens exemplo Scipionis Æmiliani & Metelli*, &c. *Caſaub. in Spartian. Adrianum.*

13. EXCERPTA hæc fuerunt parvæ membranarum ſchedulæ, quibus veterum ſententias breves, & gnomas inſcripſiſſe dicitur Auguſtus. Græcis πιττάκια dicuntur. Tale fuit, quod Demetrio Seleuci F. Romæ qui obſes fuerat, poſt patris mortem, cum regnum patrium a ſenatu petiiſſet, & nihil obtinuiſſet, fugam ex Urbe meditanti, miſit Polyb. excerpt. legat. 114. Τὸ πιττάκιον περιεῖχε τὰς γνώμας ταύτας....

Ὁ δρῶν τὰ τοῦ μέλλοντος, ἔρχεται φέρων
Εἰς ὃ φέρει νύξ: τοῖς δὲ τολμῶσι τὸ πλέον.
Τόλμα τι, κινδύνευε, πρᾶττ', ἀποτύγχανε,
Ἐπιτύγχανε, πάντα μᾶλλον, ἢ σαυτὸν πρόου.
Νῆφε, καὶ μέμνησο ἀπιστεῖν: ἄρθρα ταῦτα τῶν φρενῶν.

Cunctaris? illuc nempe tendis, o miſer,
Ubi atra nox: fortuna fortes adjuvat.
Aude, periclitare, age quid: non feceris,
Aut feceris, prius omnia quam te deſeras,
Sobrius eſto, nemini fidem habendam memento: hi ſunt nervi prudentiæ.

Illo etiam Latini utuntur. Lamprid. Alex. Sev. c. 21. *Perlegebat cuncta pittacia.* Petron. c. 35. *Quorum in cervicibus pittacia erant affixa cum hoc titulo.* V. etiam *Caſaubonum & ad h. l.* & *ad Lampridium, Salmaſium ad eundem, Bynæum de calc. Hebr.* 1. 2. §. 6.

14. ORATIONEM Q. METELLI V. ſupr. 34. §. 5.

15. P. RUTILIUS RUFUS *Romæ conſul, & Aſiæ proconſul fuit.* Pompon. de orig. jur. 1. 2. 40. aut Mucii proconſulis quæſtor. Aſcon. in Cicer. p. 37. *infr.* Gramm. 6. 2. §. 3. *Hujus quæſtor Rutilius Rufus damnatus eſt, quod cum prætore conſenſerit ſuo.* aut ſaltem legatus. Liv. Epit. 70. *P. Rutilius vir ſummæ innocentiæ, quoniam legatus C. Mucii proconſulis a publicanorum injuriis Aſiam defenderat, inviſus equeſtri ordini, penes quem judicia erant, repetundarum damnatus,*

magis perſuaderet, utramque rem non a ſe primo animadverſam, ſed antiquis [17]
jam tunc [18] curæ fuiſſe. Ingenia [19] ſeculi ſui omnibus modis fovit [20]. Recitan- 7
tes & benigne & patienter audivit [21]: nec tantum carmina & hiſtorias, ſed &
orationes & dialogos [22]. Componi tamen aliquid de ſe, niſi & ſerio, & a præſtan- 8
tiſſimis [23], offendebatur: admonebatque prætores [24], ne paterentur nomen ſuum
commiſſionibus [25] obſoleſieri [26].

tus, in exſilium miſſus eſt. De illo quoque Cicer. de Orat. I. 53. *Cum eſſet ille vir exemplum, ut ſcitis, innocentiæ: cumque illo nemo neque integrior eſſet in civitate, neque ſanctior, non modo ſupplex judicibus eſſe noluit, ſed ne ornatius quidem, aut liberius cauſam dici ſuam, quam ſimplex oratio veritatis ferebat.*

16. De MODO ÆDIFICIORUM ſcripſiſſe, aut etiam habuiſſe, ſive ad ſenatum, ſive ad populum orationem Rutilium, ut luxus inhiberetur, & incendiis obviam iretur, veriſimile eſt Rutilii oratione fretus *ædificiis modum* impoſuit Auguſtus. Strab. V. p. 162. Πρὸς δὲ τὰς συμπτώσεις τὰ ὕψη τῶν καινῶν οἰκοδομημάτων καθελὼν, καὶ κωλύσας ἐξαίρειν ποδῶν ο΄ τὸ πρὸς ταῖς ὁδοῖς ταῖς δημοσίαις. *Utque ruinæ caverentur, edixit, ne novum ullum ædificium ad viam publicam factum ultra ſeptuaginta pedes attolleretur.* De Trajano Aurel. Vict. Epit. c. 13. n. 13. *Eo tempore incendia facta ſunt: Quibus Trajanus per exquiſita remedia plurimum opitulatus eſt: ſtatuens ne domorum altitudo ſexaginta ſuperaret pedes, ob ruinas faciles.* Hoc vero principum eſſe docet Ulpian. Digeſt. XXXIX. I. 17. *Nuntiamus novum opus, ſi quid contra leges edictave principum, quæ ad modum ædificiorum facta ſunt, fiet.* Solitas etiam de hujuſmodi rebus haberi ad populum conciones, indicat locus Frontini de aquæ ductibus. *Ac de vitiis ejuſmodi, nec plura, nec meliora dici poſſunt, quam a Cælio Ruſo dicta ſunt, in ea concione, cui titulus eſt de aquis.* V. quoque *Torrentium* & *Caſaubonum.*

17. ANTIQUORUM auctoritate conſilia ſua defendere Romanis principibus fuit familiare. Spartian. Adrian. c. 4. *Multi dicunt Trajanum in animo habuiſſe, ut exemplo Alexandri Macedonis ſine certo ſucceſſore moreretur.* c. 10. *Exemplo Scipionis Æmiliani, & Metelli, & auctoris ſui Trajani, multos præmiis, nonnullos honoribus donans.*

18. JAM TUNC i. ex illo tempore. Juſtin. XIII. 5. 5. *Jam tunc multæ civitates libertatem bello vindicandam fremebant.* Plin. XVI. 44. *Titulus religione arborem jam tunc dignam fuiſſe ſignificat.*

19. INGENIA i. homines eruditos. Aurelius Victor *infr.* §. 20. *Ingenium* pro homine. Terent. Andr. I. I. 66.

Nam qui cum ingeniis conflictatur ejuſmodi.

Ubi Donatus. *Ingenia pro hominibus poſuit.* Noſt. *Veſp.* 18. I.

20. FOVIT. Auguſtum imitatus eſt Trajanus. Dio LXVIII. p. 772. C. Παιδείας μὲν γὰρ ἀκριβοῦς, ὅση ἐν λόγοις, οὐ μετέσχε· τό γε μὴν ἔργον αὐτῆς καὶ ἠπίστατο καὶ ἐποίει. *Doctrina accurata, quæ in verbis conſiſtit, particeps non fuit: at quæ præcipiuntur, ea novit & fecit.* Aurel. Vict. Epit. c. 13. n. 8. *Simpliciora ingenia, aut eruditiſſimos, quamvis ipſe parcæ eſſet ſcientiæ, moderateque eloquens, diligebat.* Imo Plin. Paneg. 47. I. *Quem honorem dicendi magiſtris? quam dignationem ſapientiæ doctoribus habes? ut ſub te ſpiritum, & ſanguinem, & patriam receperunt ſtudia.* Imitatus eſt & Veſpaſianus apud noſtr. 18. I.

21. RECITANTES AUDIVIT, ut Virgilium Æneida *recitantem.* Auctor vit. Virgil. *Cui*, Auguſto, *multo poſt, perfectaque demum materia tres omnino libros recitavit, ſecundum, quartum, ſextum. Sed hunc notabili Octaviæ affectione: quæ cum recitationi intereſſet... ad illos de filio ſuo verſus.* Tu Marcellus eris, *defeciſſe fertur, atque ægre refocillata eſt.*

22. CARMINA.... recitabant veteres. Plin. Epiſt. VII. 17. *Quo magis miror, quod ſcribis fuiſſe quoſdam, qui reprehenderent, quod* orationes *omnino recitarem. A quibus libenter requiſierim, cur concedant (ſi concedant tamen)* hiſtoriam *debere recitari, quæ non oſtentationi, ſed fidei, veritatique componitur: cur* tragœdiam, *quæ non auditorium, ſed ſcenam & actores? cur* lyrica, *quæ non lectorem, ſed chorum & lyram poſcunt.*

23. NISI A PRÆSTANTISSIMIS. Unde de Auguſto aliquid componere vix audet Horat. Epiſt. II. I. 257.

Si quantum cuperem, poſſem quoque. Sed neque parvum
Carmen majeſtas recipit tua: nec meus audet
Rem tentare pudor, quam vires ferre recuſent.

24. PRÆTORES ludis præerant. Quare hæc ad illorum pertinuerunt curam.

25. COMMISSIONIBUS i. aſſidua commemoratione certantium in theatro carminibus, vel orationibus. *Commiſſio* pro certamine noſt. Aug. 43. 13. Galb. 6. I. *Committere* eſt duos, pluresve in certamen conjicere. *Commiſſos pugiles* dixit noſt. *ſupr.* 45. 5. Poetæ quoque & oratores in theatris *committebantur.* Græci tales *commiſſiones* dicunt δείξεις, ἐπιδείξεις vel ἀγῶνας. Tertull. adv. Gnoſt. c. 6. *Ita ab avo digniſſimum creditum eſt ſtudiorum experimentum, committere artes, corporum & vocum præſtantiam expendere.* Noſter *Claud.* 41. 2. *Gramm.* 17. 2. *Juven. vit.* §. 2. In theatris enim & ludis Imperatorum laudes celebrabant adulatores. Plin. Paneg. 54. I. *Et quis jam locus miſeræ adulationis manebat, cum laudes imperatorum ludis etiam & commiſſionibus* (ita pro *comeſſationibus* apud Plinium legit hoc loco *Caſaubonus*) *celebrarentur, ſaltarenturque, atque in omne ludibrium, effeminatis vocibus, modis, geſtibus*

frangerentur. V. & *Donatum*, *Budaum in Pand. p.* 117. *Fabr. Agon.* I. 26. *Gronov. Exercit. de Muſeo Alexandr. Theſ. Antiq. Græc. Gronov. Tom.* VIII. *p.* 2744. *E. Heinſ. Diſſert. de critic. ort. p.* 8. *Rycq. de Capit. c.* 35. *Guther. de Jur. Pont.* III. 21.

26. OBSOLEFIERI I. dehoneſtari, minus fieri, ut dixi ad Curt. IX. 6. 14. §. 24.

CAPUT XC.

ARG. *Tonitrua & fulgura expaveſcit, & contra illa remedia ſibi comparat Octavius Cæſar Auguſtus.*

1 Circa religiones [1] talem accepimus. Tonitrua [2], & fulgura paullo infirmius [3] expaveſcebat [4]: ut ſemper, & ubique pellem vituli marini [5] circumferret pro remedio: atque ad omnem majoris tempeſtatis ſuſpicionem, in abditum [6] & concameratum locum ſe reciperet; conſternatus olim per nocturnum iter tranſcurſu fulguris, ut ſupra diximus [7].

RELIGIO Latinis etiam ὀττεία, ſive meticuloſa obſervatio eorum, quæ a diis prædici videbantur. Dionyſ. A. R. I. p. 30. Ἵνα δὴ τὸ τῆς ὀττείας ὅ τι δή ποτε ἦν ἐν ταῖς ἁπάντων ψυχαῖς παραμένον ἐξαιρεθῇ. *Ut quidquid religionis in animis omnium ſupererat, tolleretur.* Terent. Heaut. IV. I. 37.

—— *ut ſtultæ, & miſere omnes ſumus*
Religioſæ.

I. ſuperſtitioſæ.

2. TONITRUA qui expaveſcerent, irridet Senec. N. Q. VI. 2. *Quid dementius, quam ad tonitrua ſuccidere, & ſub terram correpere fulminum metu?* Illa expavit Tiberius apud *noſt.* 69. 2. Caligula apud *noſtr.* 51. 2.

3. INFIRMIUS I. nimis quam decebat, *præter modum* noſt. *Tib.* 69. 2.

* 4. EXPAVESCIMUS mortales tonitrua & fulmina, quia *coercent animos*, & *incutiunt inevitabilem metum, ut ſupra nos aliquid timeremus.* Senec. N. Q. II. 42. Virg. Æn. I. 233.

—— *O qui res hominumque deumque*
Æternis regis imperiis, & fulmine terres.

Petronius

Primus in orbe deos fecit timor: ardua cœlo
Fulmina cum caderent.

5. PELLEM VITULI MARINI, quia illam a fulmine non percuti credidit ſtulta antiquitas. Plin. II. 55. *Ex iis, quæ terra gignuntur, lauri fruticem non icit: nec unquam quinque altius pedibus deſcendit in terram. Ideo pavidi altiores ſpecus tutiſſimos putant: aut tabernacula e pellibus belluarum, quas vitulos marinos appellant.* Plutarch. Sympoſ. V. 9. Τῶν γὰρ τοιούτων οὐ δοκοῦσιν ἐπιθιγγάνειν οἱ κεραυνοί, καθάπερ οὐδὲ τῆς φώκης τοῦ δέρματος, οὐδὲ τῆς ὑαίνης. *Talia enim fulmen tangere non videtur, ſicut etiam phocæ pellem & hyænæ.* IV. 2. Οὐ μικρότητι διαφεύγει τὸν κεραυνὸν, ἀλλ' ἔχων δύναμιν ἀντιπαθῆ: καθάπερ ἡ συκῆ καὶ τὸ δέρμα τῆς φώκης (ὥς φασι) καὶ τὸ τῆς ὑαίνης, οἷς τὰ ἄκρα τῶν ἱστίων οἱ ναύκληροι καταδιφθεροῦσι. *Non parvitate ſua fulmen effugit, ſed quod vim habet ei adverſantem: ſicut ficus etiam, & vituli marini pellis, ut fertur, atque hyæna, quibus velorum ſummitates nautæ obducunt.* V. quoque *Caſaubonum*, & *Bochart. Hieroz.* VI. 15. *Buleng. de Terr. mot. & fulm. c.* 19. *Voſſ. de Idolol.* III. 7.

6. ABDITUM..... quia *quinque altius pedibus non deſcendit in terram* §. 5. Unde *adverſus tonitrua & minas cœli ſubterranea domus, & defoſſi in altum ſpecus remedia ſunt:* ut Senec. N. Q. VI. I. Noſt. *Cal.* 51. 2. V. & *Beroaldum.*

7. SUPRA DIXIMUS 29. 10.

CAPUT XCI.

ARG. *Somnia negligit, plurimaque, formidoloſiſſima, vana, & irrita videt Octavius Cæſar Auguſtus.*

1.2 Somnia [1] neque ſua, neque aliena de ſe negligebat. Philippenſi acie quamvis ſtatuiſſet non egredi tabernaculo, propter valetudinem; egreſſus eſt tamen amici [2] ſomnio

SOMNIA etiam aliena de ſe curabant homines ſuperſtitioſi. Ex illa ſuperſtitione ortus mos, ut qui de republica aliquid ſomniaſſent, id ſuſque deque non haberent, ſed notum omnibus id facerent, vel præconis voce, vel propoſito, quo id contineretur, pittacio. Artemid. I. 12. Ἀλλὰ φήσει ὅτι ἤδη τοῖς ἰδιώταις καὶ πένητες εἶδον ὀνείρους δημοσίους, ὡς προκηρύξαντες, ἢ γράψαντες, καὶ προθέντες ἐπισύνθεσαν, τὰς ἀποβάσεις ἐοικυίας τοῖς ὀνείροις. *Sed dixit* Hippocrates: *multi jam privati, & pauperes ſomnia viderunt, quæ ad publicum pertinerent: & quæ cum publicaſſent, aut ſcripſiſſent, exitus rei ſomniis conſentaneus fuit.* V. *Caſaubonum* & *Buleng. de Divin.* V. I.

2. AMICI M. Artorii. Val. Max. I. 7. 2. *Ut Artorii ſomnio obtemperaret.* Hunc Auguſti *amicum* vocat quoque Plutarch. Brut. p. 1003. C. Καὶ Καίσαρ μὲν τῶν φίλων τινὸς Ἀρτωρίου Μάρκου καθ' ὕπνον ἰδόντος ὄψιν κελεύουσαν ἐκστῆναι Καίσαρα, καὶ μετελθεῖν ἐκ

τοῦ

ſomnio [3] monitus: ceſſitque res proſpere [4]; quando captis caſtris, lectica [5] ejus,
quaſi ibi cubans remanſiſſet, concurſu hoſtium confoſſa [6] atque lacerata eſt. Ipſe 3
per omne ver, plurima, & formidoloſiſſima, & vana, & irrita videbat: reliquo
tempore rariora, & minus vana. Cum dedicatam in Capitolio ædem Tonanti 4
Jovi [7] aſſidue frequentaret, ſomniavit queri Capitolinum Jovem cultores ſibi ab-
duci: ſeque reſpondiſſe, Tonantem pro janitore ei appoſitum: ideoque mox tin-
tinnabulis faſtigium [8] ædis [9] redimivit [10], quod ea fere januis dependebant [11]. Ex 5
nocturno viſu [12] etiam ſtipem [13] quotannis die certo emendicabat [14] a populo, ca-
vam manum [15] aſſes [16] porrigentibus [17] præbens.

τοῦ χάρακος, ἔφθασε μικρὸν ὑπεκκομισθείς. *At Cæſar, quum quidam amicus ejus M. Artorius viſionem in ſomno vidiſſet jubentem Cæſarem ſecedere, & abire ex caſtris, paullo ante exportatus fuerat.* Medicum ejus fuiſſe dicunt Paterc. II. 70. I. Lactant. II. 8. Dio XLVII. *p.* 351. *E.* Sed & hos magnatibus Romanis ſatis familiares fuiſſe docui *ſupr. Cæſ.* 4. 2. §. 15.

3. SOMNIANTI *Artorio Minervæ ſpecies obverſata eſt, monens, ne propter corporis imbecillitatem caſtris ſe contineret Cæſar.* Lactantius. Idem Dio. Ὁ δ' ἰατρὸς ὁ συνὼν τῷ Καίσαρι ἐνόμισεν ὄναρ τὴν Ἀθηνᾶν προστάττειν, ἔκ τε τῆς σκηνῆς αὐτὸν, καίτοι καὶ τότε ἔτι κακῶς ἀρρωστοῦντα ἐξαγαγεῖν, καὶ ἐς τὴν παράταξιν καταστῆσαι. *Medicus Cæſaris imaginatus eſt per quietem, ſibi a Minerva mandari, ut Cæſarem, quantumvis infirma adhuc valetudine educeret tentorio, ac in acie collocaret.*

4. CESSIT RES PROSPERE. Dio XLVII. p. 352. A. Ὑφ' ὕπνου καὶ ἐσώθη. Ὃ γάρ τοι τοῖς ἄλλοις, ἐν μὲν τῷ στρατοπέδῳ, τῷ τε ἐρύματι αὐτῶν μένουσι, σωτηρίαν, ἐς δὲ δὴ τὰ ὅπλα τάς τε μάχας ἰοῦσι κίνδυνον φέρει, τοῦτο ἐπὶ τοῦ Καίσαρος διηλλάγη. ἔκ τε γὰρ τῆς ἐξόδου τῆς ἐκ τοῦ ταφρεύματος, καὶ ἐκ τῆς πρὸς τοὺς μαχομένους ὁμιλίας, περιφανέστατα (καί περ χαλεπῶς, καὶ ἄνευ τῶν ὅπλων ὑπὸ τῆς ἀσθενείας ἑστὼς) περιεγένετο. *Attulit ea res Cæſari ſalutem. Quod enim alii in caſtris, ac intra munitiones remanentes ſervantur, ad arma vero & prælium euntes in periculum ſalutis veniunt, id in Cæſare permutatum eſt, evidentiſſime enim eo incolumis evaſit, quod vallo egreſſus, cum pugnantibus, quamquam difficulter, & inermis propter imbecillitatem, in acie tamen ſtetit.*

5. LECTICA hæc qualis fuerit, dixi ad Curt. VIII. 9. 24. §. 96.

6. CONFOSSA. Plutarch. Brut. p. 1003. C. Ἔδοξέ τε τεθνάναι· τὸ γὰρ φορεῖον κενὸν ἀκοντίοις καὶ ὑσσοῖς βάλλοντες διήλασαν. *Putaveruntque eum occubuiſſe: nam lecticam ejus inanem jaculis & pilis trajecerunt.*

7. ÆDEM TONANTIS JOVIS V. ſupr. 29. 3. §. 12.

8. FASTIGIUM quid ſit, dixi ſupr. Cæſ. 81. 8. §. 33.

* 9. ÆDIS, *Jovis* non *Capitolini*, ut perperam *Caſaubonus*, ſed *Tonantis*. Si enim *Jupiter Tonans* eſt *janitor Capitolini, & tintinnabula januis fere dependebant*, æſtimata eſt ædes *Tonantis* januæ loco, reſpectu *Capitolini*. Sweert. ad Magium de Tintinn. p. 147.

10. REDIMIVIT I. coronavit, cinxit, circumdedit. Cat. 63. 4.

Adiitque opaca ſylvis redimita loca deæ.

n. 64.

Mihi floridis corollis redimita domus erat.

Et *redimita front.* Cat. 64. 193.

——— *quibus anguineo redimita capillo*
Frons.

Ut inter Catulli delicias hoc verbum eſſe non ſine ratione dicat *Paſchal. de coron.* I. 3. Noſt. Vitel. 10. 4.

11. JANUIS DEPENDEBANT tintinnabula in magnatum amplis & ſpatioſis ædibus. Senec. de ira III. 35. *Quid miſer expaveſcis ad clamorem ſervi, ad tinnitum æris, ad januæ impulſum?* Uſum indicat Dio LIV. p. 523. D. Οἱ γὰρ τὰς συνοικίας νύκτωρ φυλάττοντες, κώδωνι χρῶνται, ὅπως σημαίνειν σφίσιν ὁπόταν βούλωνται δύνωνται. *Nam qui inſulas noctu cuſtodiunt, tintinnabulo utuntur, ut alter alteri, quoties viſum, ſignum dare poſſent.* Et alium Lucian. de merc. cond. p. 465. Ἕωθεν τε ὑπὸ κώδωνι ἐξαναστὰς, ἀποσεισάμενος τοῦ ὕπνου τὸ ἥδιστον, συμπεριθεῖς ἄνω καὶ κάτω. *Deinde mane ad tintinnabulum expergefactus, diſcuſſa parte ſomni dulciſſima, una ſurſum ac deorſum circumcurſas.* V. *Caſaubonum*, *Magium de tintinnab.* c. 5. & 19. *Fabr. Semeſt.* II. 8.

12. VISU I. ſomno. Virg. Æn. IV. 456.

Hoc viſum nulli, non ipſi effata ſorori eſt.

Prop. II. 20. 21.

Quum mihi diſcuſſit talia viſa metus.

* 13. STIPEM I. eleemoſynam. Vetus Gloſſarium. *Stipem*, ἐλεημοσύνη. Cicer. L. L. II. 9. *Præter Idææ matris famulos ſtipem ne quis cogito.* Marcian. Digeſt. XXII. I. *Permittitur tenuioribus ſtipem menſtruam conferre. Stipem* ſtrenæ nomine accepiſſe Auguſtum dixit *noſt.* 57. 4. hanc emendicaſſe dicit & Dio LIV. p. 546. A. Ἤδη δὲ καὶ ἐκεῖνο ἤκουσα, ὅτι καὶ ἀλλό τι ἀργύριον ἐκ λογίου τινὸς, ἢ καὶ ὀνείρατος, παρὰ τῶν προστυχόντων οἱ, ὡς καὶ προσαιτῶν, ἐν μιᾷ τοῦ ἔτους ἡμέρᾳ ἐλάμβανε. *Audivi etiam eum ex oraculo quodam, aut ſomnio, quotannis certa die argenti nonnihil ab iis, qui forte in eum incidiſſent, quaſi emendicantem accepiſſe.*

14. MENDICI perſonam ſemel in anno Urbis & orbis dominus aſſumpſit Auguſtus, ut θεῶν νέμεσιν, &, ut loquuntur veteres, deûm invidiam evitaret. Quæ enim ſupra modum læta erant, ea rerum triſtiſſimarum mentione temperabant, ut Nemeſis,

quam

quam ut rerum lætarum καὶ ὑπερόγκων perpetuam comitem formidabant, tela effugerent. Sic triumphantibus a tergo adſtabat in eodem curru *ſervus publicus*, qui coronam illam ſuſtinebat. Juven. x. 40.

——— magnaque corona
Tantum orbem, quanto cervix non ſufficit ulla:
Quippe tenet ſudans hanc publicus, & ſibi conſul
Ne placeat, curru ſervus portatur eodem.

Currui appoſita erant *tintinnabulum & flagellum*, ἐνδικτικὰ, ut Zonaras in Camilli triumpho inquit Annal. II. p. 32. Τὸ καὶ δυστυχῆσαι αὐτοὺς δύνασθαι, ὥστε καὶ αἰκισθῆναι, ἢ καὶ δικασθῆναι θάνατον. *Quæ innuebant, eum incidere in tantas calamitates poſſe, ut flagris cæderetur, aut capitis damnaretur.* Appendebatur *Faſcinus deus*, qui *Imperatorum cuſtos, currus triumphantium ſub his pendens defendebat medicus invidiæ jubebatque eodem reſpicere.* Plin. XXVIII. 4. Unde Tertull. Apolog. c. 33. *Hominem ſe eſſe etiam triumphans in illo ſublimiſſimo curru admonetur. Suggeritur enim ei a tergo: reſpice poſt te, hominem memento te.*

15. CAVA MANUS eſt ſtipem emendicantium. Græci κοίλην χεῖρα vocant. Ammian. XVI. 5. *Inductis quadam ſollennitate Agentibus in rebus in conſiſtorium, ut aurum acciperent, inter alios quidam ex eorum conſortio, non ut moris eſt, expanſa chlamyde, ſed utraque manu cavata ſuſcepit, & Imperator, rapere, inquit, non accipere ſciunt Agentes in rebus.* Hinc Rufinum præfectum prætorio Orientis ſub Honorio ἐς τοσοῦτον ἐπιτώθασαν, ὥστε τὴν χεῖρα πανταχῆ τῆς πόλεως περιάγειν, αἰτεῖν τε ἀργύριον δοῦναι τῷ ἀπλήστῳ τοὺς περιτυγχάνοντας: *uſque adeo ludibriis interemptum adficiebant, ut & manum ejus ubique per urbem circumgeſtarent, & ab occurrentibus peterent, inſatiabili ſtipem darent.* Zoſim. Hiſt. V. 7. Hanc vero *cavatam* fuiſſe docet Claudian. in illum II. 435.

Dextera quin etiam ludo conceſſa vagatur
Æra petens, fraudeſque animi perſolvit avari
Terribili lucro, vivoſque imitata retentus
Cogitur adductis digitos inflectere nervis.

Tib. II. 4. 14.

Illa cava pretium flagitat uſque manu.

Noſt. Veſp. 23. 8. Eadem docent *Broukh. ad Tibullum. Caſaubonus, Durant. V. L.* I. 20. *ad Veſpaſianum Marcilius.*

16. ASSES, quia ſtipem exegerat. Stipem proprie *aſſium* fuiſſe, & monetæ æreæ, ex Varr. L. L. IV. §. 16. dicente: *ſtipendium ab ſtipe dictum, quod æs quoque ſtipem dicebant. Nam quod aſſes libra pondo erant, qui acceperant majorem numerum, in aliqua cella ſtipabant:* & ex hoc Auguſti facto colligunt *Scheff. in Obſeq. c.* 106. & *Lipen. de Stren. c.* 3. §. 24.

17. PORRIGENTIBUS. Ita quoque Senec. de Vit. beat. c. 25. *Quod in illorum numero conſideo, qui manum ad ſtipem porrigunt.*

CAPUT XCII.

ARG. *Auſpicia obſervat, oſtentis movetur, & quibuſdam diebus nec iter inſtituit, nec ſeria rei quidquam incipit Octavius Cæſar Auguſtus.*

1. 2 Auſpicia [1] quædam & omina [2] pro certiſſimis obſervabat. Si mane ſibi calceus perperam, ac ſiniſter pro dextero [3] induceretur [4], ut dirum: ſi terra marive ingrediente

AUSPICIORUM varia ſunt genera. Obſervabant veteres *avium* α cantum, illaſque *oſcines* dicebant. Feſtus. *Oſcines aves Appius Claudius eſſe ait, quæ ore canentes faciunt auſpicium, ut corvus, cornix, noctua.* β. volatum, illaſque *alites* dicebant. Feſtus. *Alites volatu auſpicia facientes iſta putabantur: buteo, ſanqualis, immuſculus, aquila, vulturius:* & *prepetes.* Feſtus. *Præpetes aves quidam dici ajunt, quia ſecundum auſpicium faciunt prætervolantes.* γ. paſtum, quem deſcribit Cicer. Divin. II. 34. *Attulit in cavea pullos is, qui ex eo ipſe nominatur pullarius. Hæ ſunt igitur aves internuntiæ Jovis: quæ paſcuntur, necne, quid refert? nihil ad auſpicia: ſed quia, cum paſcuntur, neceſſe eſt aliquid ex ore cadere, & terram pavire, terripavium primo, poſt terripudium dictum eſt: hoc quidem jam tripudium dicitur. Cum igitur offa cecidit ex ore pulli, tum auſpicanti tripudium ſoliſtimum nuntiant.* Noſt. *Tib.* 2. 7. §. 28.

2. OMINA quid fuerint, docet Cicer. Divin. I. 45. *Neque ſolum deorum voces Pythagorei obſervitaverunt, ſed etiam hominum, quæ vocant omina. Quæ majores noſtri, quia valere cenſebant, iccirco omnibus rebus agendis,* QUOD BONUM, FAUSTUM, FELIX, FORTUNATUMQUE ESSET, *præfabantur: rebuſque divinis, quæ publice fierent,* UT FAVERENT LINGUIS, *imperabatur: inque feriis imperandis,* UT LITIBUS ET JURGIIS SE ABSTINERENT....

3. CALCEUS SINISTER PRO DEXTERO I. ſiniſter dextero pedi, & dexter ſiniſtro. Plin. II. 7. *Divus Auguſtus lævum prodidit ſibi calceum præpoſtere inductum, quo die ſeditione militari prope afflictus eſt.* Hoc Plato ἔμπαλιν ὑποδεῖσθαι dicit Thæteto p. 141. B. Εἶτα τούτων ἀποτυχὼν, καὶ ὥσπερ οἱ ἔμπαλιν ὑποδούμενοι, παραλλάξας. *Sed aberro, & inſtar eorum, qui commutatis calceis errant, commuto.* V. quoque *Balduin. de calc. c.* 22. *P. Petit. Miſc.* III. 19. * *Aut ſiniſter, præ dextero* I. ante *dexterum*, ne idem bis dicatur, legendum contendit *Barth. in. Stat. Theb.* III. 261.

4. INDUCERETUR I. aptaretur. *Induci* proprie calcei dicuntur. Tertull. de pall. c. 4. *Impuro cruri purum*

Digitized by Google

grediente ſe longinquam profectionem, forte roraſſet [5], ut lætum, maturique &
proſperi reditus. Sed & oſtentis præcipue movebatur. Enatam inter juncturas [6] 4
lapidum ante domum ſuam palmam [7] in compluvium [8] deorum penatium [9] transtu-
lit, utque coaleſceret [10], magnopere curavit. Apud inſulam Capreas [11], veterri- 5
mæ ilicis demiſſos jam ad terram languenteſque ramos convaluiſſe [12] adventu ſuo,
adeo lætatus eſt, ut eas cum republica Neapolitanorum [13] permutaverit Ænaria [14]
data. Obſervabat [15] & dies quoſdam, ne aut poſtridie nundinas [16] quoquam pro- 6
ficiſceretur,

purum aut mulleolum inducit calceum. Cicer. ad Herenn. I. 13. *Solea lignea pedibus inducta ſunt.* Noſt. *Claud.* 8. 3. V. & *Salmaſ. in Tertull. de Pall. p.* 416.

5. Roraſſet i. humorem inſtar *roris* paullatim deſtillaſſet. Plin. XVII. 10. *Mirumque dictu, periculum ee tantum die eſt, ſi roraverit quantulumcumque imbrem.*

* 6. Juncturas, quas *coagmenta* vocant Obſeq. c. 125. & Cæſ. B. C. III. 105. 5. *Palma viridis Trallibus in æde Victoriæ, ſub Cæſaris ſtatua, inter coagmenta lapidum magnitudine mature enata....*

7. Enatam palmam.... Idem oſtentum Cæſari eveniſſe narrat Plutarch. in Cæſ. p. 730. B. Σημεῖον δὲ πολλῶν γενομένων τῆς νίκης, ἐπιφανέστατον ἱστορεῖται τὸ περὶ Τράλλεις. Ἐν γὰρ ἱερῷ Νίκης ἀνδριὰς ἑστήκει Καίσαρος, καὶ τὸ περὶ αὐτὸ χωρίον αὐτό τε στερεὸν φύσει, καὶ λίθῳ σκληρῷ κατεστρωμένον ἦν ἄνωθεν. Ἐκ τούτου λέγουσιν ἀνατεῖλαι φοίνικα παρὰ τὴν βάσιν τοῦ ἀνδριάντος. *Hujus victoriæ ſignorum, quæ multa fuere, clariſſimum traditur, quod Trallibus accidit. Erat in templo Victoriæ Cæſaris ſtatua, & ſolum circumjectum cum ſua ſponte erat rigidum, tum duro lapide in ſuperficie conſtratum. Inde referunt palmam ad ſtatuæ baſin enatam eſſe.* Narrat Plin. XVII. 25. *Simili modo Trallibus palma in baſi Cæſaris dictatoris circa bella civilia ejus. Nec non & Romæ in Capitolio in capite Jovis bis bello Perſei enata palma victoriam triumphoſque portendit.* De talibus agit quoque *Buleng. de prodig. c.* 50. *Urſin. Arbor. bibl. c.* 41.

8. Compluvium ſpatium vacuum inter duas ædes, quo excipitur *pluvia*. Varr. L. L. IV. 33. *Si relictum erat in medio, ut lucem caperet, deorſum, quo impluebat, impluvium dictum: & ſurſum, qua compluebat, compluvium.* Gloſſ. Cyril. *Compluvium*, κατάκλυστον, μέσαυλον.

9. Dii Penates Dionyſ. A. R. I. p. 55. εἰσὶ νεανίαι δύο καθήμενοι, δόρατα διειληφότες, τῆς παλαιᾶς ἔργα τέχνης. *ſunt haſtati duo juvenes, habitu ſedentium, admodum antiqui operis.* Addit idem Χρύσην τὴν Πάλλαντος θυγατέρα γημαμένην Δαρδάνῳ φερνὰς ἐπενέγκασθαι τὰ ἱερὰ τῶν μεγάλων θεῶν: Δάρδανον, ὡς μετῆγε τοῦ λαοῦ τὴν πλείονα μοῖραν εἰς τὴν Ἀσίαν, τῶν θεῶν εἰκόνας ἀγαγέσθαι μετ' αὐτοῦ. Ἰλίου δ' ἐν ὑστέρῳ χρόνῳ συνοικισθέντος, ἐκεῖ μετενεχθῆναι πρὸς τῶν συγγόνων αὐτοῦ τὰ ἱερά: ποιήσασθαι δὲ τοὺς Ἰλιεῖς νεών τε καὶ ἄδυτον αὐτοῖς ἐπὶ τῆς ἄκρας. Ἁλισκομένης δὲ τῆς κάτω πόλεως τὸν Αἰνείαν κύριον τῆς ἄκρας γενόμενον, ἄραντα ἐκ τῶν ἀδύτων τὰ ἱερὰ τῶν μεγάλων θεῶν, κομίσαντα ἐκ τῆς πόλεως, καὶ ἐλθεῖν ἄγοντα εἰς Ἰταλίαν. *Chryſen Palantis filiam, quum Dardano nuberet, attuliſſe dotem ſacra magnorum deûm: Dardanum, cum majorem partem populi transportaret in Aſiam, deorum imagines ſecum abſtuliſſe. Poſtea cum Ilium habitari cœpiſſet, nepotes illo transtuliſſe hæc ſacra: dicatumque his ab Ilienſibus in arce templum cum adyto. Æneam autem capta inferiore urbe, arce potitum, ſacra magnorum deûm ex adytis abſtuliſſe, ex urbe profugiſſe, & ſecum in Italiam deportaſſe.* Noſt. *Ner.* 32. 8. V. etiam *Macrob. Sat.* III. 4. & ex recentioribus *Bulenger. de Magia* I. 30. *Pier. Hierogl.* XLII. 29.

10. Coaleſcere dicitur planta, cum primum radices accipit. Obſeq. c. 103. *Nuceriæ ulmus vento everſa ſua ſponte erecta in radicem, coaluit.*

11. Capreas V. ſupr. 72. 6. §. 36.

12. Convaluiſſe i. ſuccreviſſe. Auctor vetus vitæ Virgilii. *Si quidem virga populea more regionis in puerperiis eodem ſtatim loco depacta, ita brevi evaluit, ut multo ante ſatas populos adæquaret. Adolevit* noſt. *infr.* 94. 20. Proprie ægrotus *convaleſcit*, ut ſupr. *Aug.* 59. I. §. 2.

13. Neapolin V. infr. 99. 5. §. 9.

14. Ænaria inſula eſt Campaniæ Miſeno promontorio objecta. *Ab Homero Inarimen nominatam* eſſe dicit Solin. c. 3. Dicitur quoque *Pithecuſa*. Appian. B. C. V. p. 711. Ἀφικόμενος δὲ ὁ Λίβων ἐς νῆσον ὡρμίσθη τὰς Πιθηκούσας, ἣ νῦν ἐστιν Αἰναρία. *In itinere Libo ad inſulam Pithecuſas appulit, quæ nunc eſt Ænaria.* Utrumque quoque Serv. Æn. IX. 715. *Inarime, nunc Ænaria dicitur, & ſæpe fulgoribus petitur ob hoc, quod Typhoeum premat, & quia in eam ad contumeliam ſimiæ miſſæ ſunt, quas Græcorum lingua ἀρίμα, id eſt, enarias dicunt, ob quam cauſam Pithecuſam etiam vocitant.* V. *Cluver. Ital. Ant.* IV. 4. *Salmaſ. Exerc. Plin. p.* 68. *a C—G. b. A. B. Muncker. in Hygin. fab.* 125. Hac data Capreas cum Neapolitanis permutaſſe Auguſtum docet etiam Strab. V. p. 171. Νεαπολῖται δὲ καὶ ταύτην κατέσχον, πολέμῳ δ' ἀποβαλόντες τὰς Πιθηκούσας ἀπέλαβον πάλιν, δόντος αὐτοῖς Καίσαρος τοῦ Σεβαστοῦ, τὰς δὲ Καπρέας ἴδιον ποιησαμένου κτῆμα, καὶ κατοικοδομήσαντος. *Nam cum Neapolitani Capreas quoque occupaſſent, belloque amiſiſſent Pithecuſas, has iis Auguſtus Cæſar reddidit, Capreas privatim a ſe condidit, ædificiiſque inſtruxit.* V. & Dion. *ſupr.* 72. 6. §. 36.

15. Observabat n. peculiari ſuperſtitione: alioquin τὸ ἀποτίθεσθαι τὰς ἡμέρας, & in omni re majoris momenti inchoanda diem cavere atrum, eligere album & fauſtum, cum cæteris illi commune fuit,

ficiſceretur, aut nonis [17] quidquam rei feriæ inchoaret: nihil in hoc quidem aliud devitans, ut ad Tiberium ſcribit, quam δυσφημίαν [18] nominis.

ut monet *Caſaubonus.*

16. POSTRIDIE NUNDINAS nuſquam profectus eſt Auguſtus, fortaſſe quia aliquoties erat expertus res *poſtridie nundinas* inceptas non vertiſſe bene: vel quia & *nundinarum* dies parum utilis rebus inchoandis habitus. Ideo quoties in Kalendas Januarias incidebant, intercalatione extra ordinem συνέμπτωσιν illam pontifices declinabant. Dio XLVIII. p. 377. A. Καὶ ἡμέρα ἐμβόλιμος παρὰ τὰ καθεστηκότα ἐνεβλήθη, ἵνα μὴ ἡ νουμηνία τοῦ ἐχομένου ἔτους τὴν ἀγορὰν τὴν διὰ τῶν ἐννέα ἡμερῶν ἀγομένην λάβῃ· ὅπερ ἀπὸ τοῦ πάνυ ἀρχαίου σφόδρα ἐφυλάσσετο. *Dieſque una intercalata præter conſuetudinem, ne Kalendis Januarii inſequentis anni nundinæ eſſent: hoc enim ab antiquiſſimis temporibus valde curatum eſt.* Perſuaſionis hujus cauſam exhibet §. 17. Certe cum homines fere proficiſcantur, ut ipſis *nundinis* interſint, qui *poſtridie* iter inſtituit, præpoſtere agere, ac veluti poſt bellum machinas parare videtur. Unde ipſe Dio XL. p. 142. D. Καὶ ἡ ἀγορὰ ἡ διὰ τῶν ἐννέα ἀεὶ ἡμερῶν ἀγομένη, ἐν αὐτῇ τῇ τοῦ Ἰανουαρίου νουμηνίᾳ ἤχθη. Καὶ τοῦτό τε αὐτοὺς ὡς οὐκ ἀπὸ ταὐτομάτου συμβὰν, ἀλλ' ἐν τέρατος λόγῳ γενόμενον ἐθορύβει. *Nundinæ, quæ nono quovis die celebrantur ipſis Kalendis Januariis actæ ſunt. Quum hoc, quaſi non forte fortuna accidiſſet, ſed prodigii rationem haberet, illos terruit.* V. & *Caſaubonum*, *Torrentium*, *Turneb. Adv.* XXIV. 14. *Putean. de Nund. Rom. c.* 28. & *Buleng.* de *prodig. c.* 53.

17. NONIS nihil feriæ rei inchoavit Auguſtus, quia *nonæ*, *nundinæ* & *novendial* indidem etſi diverſa ratione dicuntur; dies vero *novendiales* mortuis ſacri, & atri erant. Illis quid aggredi inominatum eſſe vox ipſa quoque oſtendere videtur, nempe quæ te *non ire*, eoque, quo velis, pertendere *non* poſſe admoneat. Simile illi, quod de eo, *qui, cum M. Craſſus exercitum Brundiſii imponeret, in portu caricas Cauno advectas vendens*, Cauneas *clamitabat: Omen* enim *fecit M. Craſſo.* Plin. XV. 19. Et interprete Cicer. Divin. II. 40. *dicamus ſi placet, monitum ab eo Craſſum*, caveret, ne iret. Vide ſis etiam *Caſaubonum*, *Torrentium*, & *Grævium.*

18. Δυσφημίαν I. ominoſam & infauſtam ſignificationem. Gloſſæ: δυσφημεῖ, *infauſte loquitur.*

CAPUT XCIII.

ARG. *Ceremonias veteres & præceptas colit, & peregrinas contemptui habet Octavius Cæſar Auguſtus.*

1 Peregrinarum ceremoniarum [1], ſicut veteres ac præceptas [2] reverentiſſime coluit,
2 ita cæteras contemptui habuit. Namque Athenis initiatus [3], cum poſtea Romæ pro tribunali de privilegio ſacerdotum [4] Atticæ [5] Cereris cognoſceret [6], & quædam

PEREGRINAS CEREMONIAS abominatos fuiſſe Romanos docet & Dionyſ. II. p. 91. Καὶ ὃ πάντων μάλιστα ἔγωγε τεθαύμακα, καίπερ μυρίων ὅσων εἰς τὴν πόλιν ἐληλυθότων ἐθνῶν, οἷς πολλὴ ἀνάγκη σέβειν τοὺς πατρίους θεοὺς τοῖς οἴκοθεν νομίμοις, οὐδενὸς εἰς ζῆλον ἐλήλυθε τῶν ξενικῶν ἐπιτηδευμάτων ἡ πόλις δημοσίᾳ, ὃ πολλαῖς ἤδη συνέβη παθεῖν, ἀλλὰ καὶ εἴ τινα κατὰ χρησμοὺς ἐπεισηγάγετο ἱερὰ, τοῖς ἑαυτῆς αὐτὰ τιμᾷ νόμοις, ἅπασαν ἐκβαλοῦσα τερθρείαν μυθικήν. *Et quod omnium maxime miratus ſum, quamvis innumeræ nationes in eam urbem convenerint, quibus neceſſe ſit patrios deos domeſtico ritu colere; nulla tamen peregrina ſacra ſunt recepta publice, quod multis jam urbibus accidit: ſed etiamſi aliqua oraculorum juſſu introducta ſint ſacra, ſuo tamen ritu peraguntur a civibus, abdicatis omnibus fabularum portenſis.*

2. PRÆCEPTAS vocat, quas jam mente atque animo, vel ob aliorum præſtantium virorum exempla, vel ob alias rationes *præcepiſſet.* V. *Torrentium.*

3. INITIATUS ſacris Cereris & Proſerpinæ. Illis enim idem templum dicatum. Steph. in Ἐλευσίς. Ἔστι καὶ Δήμητρος καὶ Κόρης Ἐλευσινίας ἱερόν. *Eſt & Cereris & Proſerpinæ Eleuſinia templum.* Illarum ſacris *initiatum* fuiſſe Auguſtum dicit & Dio LI. p. 445. A. Τά τε ἐν τῇ Ἑλλάδι διῴκησε, καὶ τῶν τοῖν θεαῖν μυστηρίων μετέλαβεν. *Res Græciæ conſtituit, & divarum ſacris initiatus eſt.* *Initiatus* eſt ſacris imbutus. Varr. L. L. IV. *Per initiorum dies non initiati templum Cereris impudenter ingreſſi.* *Initia* erant ſacra, maxime *Cereris.* Varr. R. R. III. I. *Cui conſentaneum eſt, quod initia vocantur potiſſimum ea, quæ Cereri fiunt ſacra.*

4. SACERDOTUM. Cicer. pro Balb. c. 24. *Sacra Cereris, judices, ſumma majores noſtri religione confici, ceremoniaque voluerunt: quæ cum eſſent aſſumpta de Græcia, & per Græcas ſemper curata ſunt ſacerdotes, & Græca omnia cognominata: ſed cum illam, quæ Græcum illud ſacrum monſtraret, & faceret, ex Græcia deligerent: tamen ſacra pro civibus civem facere voluerunt* I. Græcam, quæ ſacrum illud faceret, civitatis jure donaverunt, *ut deos immortales ſcientia peregrina, & externa; mente domeſtica & civili precaretur.*

5. ATTICÆ, quia Eleuſis, in qua templum Cereris celeberrimum, in *Attica* fuit regione. Unde Pauſan. Ἀττικ. p. 13. Ὁπόσα ἐξήγησιν ἔχει τὸ Ἀθήνῃσιν ἱερὸν, καλούμενον δὲ Ἐλευσίνιον. *Omnia quæ de templo,*

quædam ſecretiora [7] proponerentur, dimiſſo [8] conſilio [9] & corona [10] circumſtantium, ſolus audiit diſceptantes. At contra non modo in peragranda Ægypto paul- 3
lum deflectere ad viſendum Apin [11] ſuperſedit [12]: ſed & Cajum nepotem, quod Judæam [13] prætervehens [14] apud Hieroſolymam [15] non ſupplicaſſet [16], collaudavit [17].

plo, cui Athenis Eleuſinio nomen eſt, commemorari poſſent. Commiſſa enim pugna inter Eleuſinios & Athenienſes, ab armis diſceſſerunt, ut Eleuſinii [illegible], ſuaque cætera omnia, in Athenienſium poteſtatem traderent, initia ipſi tanquam propria retinerent, ut addit Pauſan. ibid. p. 36. Γενομένης δὲ Ἐλευσινίοις μάχης πρὸς Ἀθηναίους, ... καταλύονται δὲ ἐπὶ τοῖσδε τὸν πόλεμον, ὡς Ἐλευσινίους ἐς τὰ ἄλλα Ἀθηναίων κατηκόους ὄντας, ἰδίᾳ τελεῖν τὴν τελετήν.

6. Cognosceret. V. *Claud.* 15. 2. §. 10.

7. Secretiora, quia *initiorum ſacra nullo magis quam ſilentio ſollennia* fuerunt. Juſtin. v. 1. 1. Unde Senec. N. Q. vii. 31. *Eleuſis ſervat, quod oſtendat reviſentibus. Rerum natura, ſacra ſua non ſimul tradit. Initiatos nos credimus: in veſtibulo ejus hæremus. Illa arcana non promiſcue, nec omnibus patent: reducta & in interiore ſacrario clauſa ſunt.* Tertull. adv. Valentin. c. 1. *Nam & illa Eleuſinia, hæreſis & Atticæ ſuperſtitionis, quod tacent, pudor eſt. Iccirco & aditum prius cruciant: diutius initiant, quam conſignant, cum & epoptas ante quinquennium inſtituunt, ut opinionem ſuſpendio cognitionis ædificent: atque ita tantam majeſtatem exhibere videantur, quantam præſtruxerunt cupiditatem. Sequitur jam ſilentii officium, attente cuſtoditur, quod tarde invenitur.*

8. Dimisso, quia non initiatis his myſteriis intereſſe neſas erat: unde ab illis præconis voce ſummovebantur. Callim. ὕμν. ii. 2.

——— Ἑκὰς ἑκὰς ἔστε βέβηλοι.

Quod exprimit Virg. Æn. vi. 258.

——— *Procul o, procul eſte prophani,*
Conclamat vates, totoque abſiſtite luco.

& alludit Horat. Od. iii. 1. 1.

Odi prophanum vulgus, & arceo.

Unde *Acarnanes duo juvenes per initiorum dies non initiati, templum Cereris imprudentes religionis cum cætera turba ingreſſi, & facile eos ſermo prodidiſſet, abſurde quædam percunctantes, deducti ad antiſtites templi tanquam ob infandum ſcelus interfecti ſunt.* Liv. xxxi. 14.

9. Consilio i. aſſeſſoribus in tribunali. Cicer. Verr. ii. 30. *Cauſam ſeſe dimiſſo, atque ablegato conſilio defenſurum negavit.* Noſt. *Tib.* 18. 1.

10. Corona i. multitudine. Lactant. iv. 26. *Corona dicitur circumſtans in orbem populus.* Plin. Epiſt. ii. 14. *Hoc pretio quamlibet numeroſa ſubſellia implentur, hoc ingens corona colligitur.* Plura *Paſchal. de Coron.* 1. 3.

11. Apis bos fuit ab Ægyptiis numinis vice cultus. Deſcribit illum Herod. iii. p. 195. C. Ὁ δὲ Ἆπις γίνεται μόσχος ἐκ βοός, ἥ τις οὐκέτι γίνεται ἐς γαστέρα ἄλλον βάλλεσθαι γόνον. Αἰγύπτιοι δὲ λέγουσι σέλας ἐπὶ τὴν βοῦν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατίσχειν, καί μιν ἐκ τούτου τίκτειν τὸν Ἆπιν. Ἔχει δὲ ὁ μόσχος οὗτος ὁ Ἆπις καλεόμενος σημήια τοιάδε: ἐὼν μέλας, ἐπὶ μὲν τῷ μετώπῳ λευκὸν τετράγωνον φορέει: ἐπὶ δὲ τοῦ νώτου αἰετὸν εἰκασμένον: ἐν δὲ τῇ οὐρῇ τὰς τρίχας διπλᾶς: ἐπὶ δὲ τῇ γλώσσῃ κάνθαρον. *Eſt autem Apis vitulus e vacca genitus, quæ nullum alium poteſt fœtum concipere. Ægyptii ajunt fulgure ictam concipere ex eo Apin. Habet autem hic vitulus Apis dictus hæc ſigna: niger eſt, in fronte habens candorem figura quadrata: in tergo effigiem aquilæ, duplices in cauda pilos, ſcarabæum in lingua.* De *Api* quoque *Diodor. Sicul. p.* 19. *Plutarch. Symp.* viii. 1. *de Iſid. & Oſir. p.* 362. B. C. *Clem. Alexand. Stromat.* i. *p.* 322. 323. *Strab.* xvii. *p.* 552. *Plin.* viii. 46. *Ammian.* xxii. 14. *Solin. c.* 32. *Auguſtin. C. D.* xviii. 5. *Tacit. Hiſt.* v. 4. 2. *Euſeb. Præp. Evang.* ii. 1: iii. 13: ix. 27. *Aelian. de Anim.* xi. 10. *Mel.* 1. 9.

12. Supersedit. V. Curt. v. 6. 14. §. 45.

13. Judæam, quia de *Judæorum* religione peſſime opinabantur gentes. Plin. xiii. 4. *Judæa gens contumelia numinum inſignis.* Tacit. Hiſt. v. 8. 4. *Rex Antiochus demere ſuperſtitionem, & mores Græcorum dare adnixus, quo minus teterrimam gentem in melius mutaret, Parthorum bello prohibitus eſt.*

* 14. Prætervehens ab Ægypto. Oroſ. vii. 3. *Cajum nepotem ſuum Cæſar Auguſtus ad ordinandas Ægypti Syriæque provincias miſit qui præteriens ab Ægypto fines Palæſtinæ apud Hieroſolymam in templo Dei tunc ſancto & celebri adorare contempſit, ſicut Suetonius Tranquillus refert.* Activum pro paſſivo notavimus ſupr. Cæſ. 37. 3. §. 13.

15. Hierosolyma de urbe æque male opinabantur gentes. Cicer. pro Flacc. c. 28. *Cn. Pompejus, captis Hieroſolymis victor ex illo fano nihil attigit. In primis hoc, ut multa alia, ſapienter, quod in tam ſuſpicioſa, ac maledica civitate locum ſermoni obtrectatorum non reliquit.*

16. Supplicasset i. ſacrificaſſet. V. ſupr. 35. 4. §. 23.

17. Collaudavit alioquin a Judæis non alienus. Docet hoc Philo Legat: ad Cajum p. 1036. B. C. Ἆρ' οὐκ ἐναργὴς πίστις ἐστίν, αὐτοκράτορ, τῆς Καίσαρος προαιρέσεως ἡ περὶ τὴν τοῦ ἡμετέρου ἱεροῦ τιμήν, ᾗ ἐκέχρητο, μὴ βουληθεὶς τῷ κοινῷ τύπῳ τῶν συνόδων ἀναιρεθῆναι τὰς τῶν Ἰουδαίων εἰς ταὐτὸ συμφοιτήσεις, ἃς ἀπαρχῶν ἕνεκα ποιοῦνται, καὶ τῆς ἄλλης εὐσεβείας. Ἕτερον δέ ἐστιν οὐκ ἀποδέον τούτου δεῖγμα σαφέστατον τῆς βουλήσεως τοῦ Σεβαστοῦ. Διετάξατο γὰρ ἐκ τῶν ἰδίων προσόδων ἀνάγεσθαι θυσίας ἐντελεῖς ὁλοκαύτους τῷ ὑψίστῳ θεῷ καθ' ἑκάστην ἡμέραν, αἳ καὶ μέχρι νῦν ἐπιτελοῦνται, ἄρνες εἰσὶ δύο, καὶ ταῦρος, τὰ ἱερεῖα, οἷς Καῖσαρ ἐφαίδρυνε τὸν βωμόν. *An non hæc manifeſta fides, imperator, voluntatis Cæſaris, in templum noſtrum qua affectus eſt, dum permittit Judæos in publico celebrare ſuos conventus, propter primitias,*

& cætera pietatis officia? Eſt & aliud argumentum priore non minus, ex quo liquet Auguſti voluntas. Conſtituit de ſuo certos reditus, ut admoverentur quot diebus Deo altiſſimo ſacrificia integra, ac penitus adolenda, quod hodieque ſervatur: victimæ, quibus aram honorari voluit Cæſar, agni duo ſunt & taurus. Philoni adde *Joſeph. Ant. Jud.* XVI. 10.

CAPUT XCIV.

ARG. *Præſagiis compluribus, quæ prinſquam naſceretur, & ipſo natali die, & deinceps evenerunt, prædicitur futurus magnus Octavius Cæſar Auguſtus.*

1 Et quoniam ad hoc ventum eſt, non ab re [1] fuerit ſubtexere, quæ ei prius, quam
naſceretur, & ipſo natali die, ac deinceps evenerint, quibus futura magnitu-
2 do ejus, & perpetua felicitas ſperari animadvertique poſſet. Velitris [2] antiquitus
tacta de cælo [3] parte muri, reſponſum eſt [4], ejus oppidi civem quandoque rerum potiturum [5]: qua fiducia Velitrini, & tunc ſtatim, & poſtea ſæpius pæne
ad exitium ſui cum populo Romano belligeraverant [6]: ſero tandem documentis
3 apparuit, oſtentum illud Auguſti potentiam portendiſſe. Auctor eſt Julius Marathus [7], ante paucos quam naſceretur menſes, prodigium Romæ factum publice,
quo denuntiabatur regem populo Romano naturam parturire: Senatum exterritum
cenſuiſſe, ne quis illo anno genitus educaretur: eos qui gravidas uxores haberent,
quo ad ſe quiſque ſpem traheret, curaſſe ne ſenatuſconſultum ad ærarium [8] deferretur.
4 In Aſclepiadis Mendetis [9] Θεολογουμένων [10] libris lego, Atiam, cum ad ſollenne

1. AB RE I. extra propoſitum, ut infr. Domit. II. 5.

2. VELITRIS, quas deſcripſi ſupr. I. I. §. 3.

3. TACTA DE COELO I. icta fulmine. Obſeq. c. 71. *Sub idem tempus ædes Salutis de cœlo tacta.* Tacit. Ann. XIV. 12. 14. *Tacta de cœlo quatuordecim Urbis regiones.* Videtur a fulminis, quod *tangit* tantum, natura tranſlatus hic dicendi modus. Minuc. Fel. p. 39. *Sicut ignes fulminum corpora tangunt, nec abſumunt....*

4. RESPONSUM EST ab aruſpicibus. Hi enim conſulti dicebantur *reſpondere*, & quæ edebant, ac pronuntiabant, *reſponſa* appellabantur. Obſeq. c. 116 *Piraum Sylla cum oppugnaret, unus miles ejus aggerem ferens, exanimatus fulmine, aruſpex reſpondit....* Plinius *infr.* 95. 2. 15. Virgilius *infr.* Tib. 63. 2. §. 4. Noſt. *infr.* 97. 5. Quæ ſi non ſufficiunt, evolve *Briſſon. de Form.* I. *p.* 126.

5. RERUM POTITURUM, ex Etruſca nimirum de fulminum jactibus diſciplina, in qua fulmen iſtud vocatur *regale*. Sen. N. Q. II. 49. *Regalia fulmina ſunt, quorum vi tangitur, vel comitium, vel principalia urbis libera loca: quorum ſignificatio regnum civitati minatur.* Plin. II. 54. *Magna hujus obſervationis vanitas, tacta Junonis æde, Romæ deprehenſa eſt Scauro conſule, qui mox princeps ſenatus fuit.* V. *Caſaubonum* & *Buleng. de terr. mot. & fulm. c.* 7.

6. BELLIGERAVERANT *ad exitium ſui.* Liv. VIII. 14. *In Veliternos veteres cives Romanos, quod toties rebellaſſent, graviter ſævitum: & muri dejecti, & ſenatus inde abductus, juſſique trans Tiberim habitare.*

7. JULIUS MARATHUS, de quo ſupr. 79. 5. §. 26.

8. Ad ÆRARIUM ſenatusconſulta deferebantur. Cicero, cum in Antonium acerbiſſime invehitur, id ei maxime crimini dat Phil. V. 4. quod *ſenatusconſulta, tanquam facta, ad ærarium referebat.* Tacit. Annal. III. 51. 3. *Igitur factum ſenatusconſultum, ne decreta patrum ante diem decimum ad ærarium deferrentur.* Ex Suetonii verbis efficitur, ſummi ordinis mandatum, & præceptum magiſtratus exequi nequiviſſe, antequam eſſet ad ædem Saturni delatum. *Zamoſc. de Senat. Roman.* I. 13. *Manut. de Senat. Roman. c.* 10. *Roſin. Antiq. Roman.* VII. 7.

9. Μένδης, πόλις Αἰγύπτου περὶ τὴν Λύκων πόλιν. Στράβων ιζ. Καὶ Λύκων πόλις, καὶ Μένδης. *Mendes urbs Ægypti, juxta Lycopolin. Strabo* XVII. *Et Lycopolis, & Mendes.* Stephanus. Aſclepiades ex hac Ægyptiaco nomo, ſive præfectura, quæ ab urbe præcipua *Mendete Menſia* dicebatur. *Mendetem* dicit noſter, cum aliis gentile vocabulum ſit *Mendeſius.* Stephanus. Ὁ πολίτης Μενδήσιος. *Civis Mendeſius.* Strab. XVII. p. 552. Ὑπὲρ δὲ τὸ Μενδήσιον στόμα, καὶ τὸ Τανιτικὸν, λίμνη μεγάλη, καὶ ὁ Μενδήσιος ἐστὶ νόμος. *Supra Mendeſium vero, & Taniticum oſtium, eſt lacus grandis, & Mendeſius nomos. Mendeſio* huic in tanti momenti hiſtoria Romana teſtimonium denuntiaſſe, eoque ſolo contentum fuiſſe hominem Romanum miratur *Caſaubonus.*

10. Θεολογούμενα libri ab Aſclepiade ſcripti index fuit, quaſi aliquis Latine dixerit: *de diis, qui Mendete coluntur, & religionis eorum ritibus, vel cauſis.* Amant Græci librorum ſuorum titulos ita concipere, ut Artemidorus, qui Γεωγραφούμενα: Nicander,

lenne Apollinis ſacrum media nocte [11] veniſſet, poſita in templo lectica, dum cæteræ matronæ dormirent [12], obdormiſſe: draconemque [13] repente irrepſiſſe ad eam, paulloque poſt egreſſum: illamque expergefactam quaſi a concubitu mariti purificaſſe ſe [14]: & ſtatim in corpore ejus extitiſſe maculam, velut depicti draconis: nec potuiſſe unquam exigi [15], adeo ut mox publicis balineis [16] perpetuo abſtinuerit: Auguſtum natum menſe decimo [17], & ob hoc Apollinis filium exiſtimatum. Eadem

der, qui Ἑτεροιούμενα: Ariſtoteles, qui Θεολογούμενα ſcripſerunt. In Θεολογουμένων libris Mendeſiorum irreligioſam Aſclepiades defendit religionem, qua hircum pro numine colentes excellentiſſima forma mulieres illius libidini ſubſternebant. Strab. XVII. p. 551. *Μένδης, ὅπου τὸν Πᾶνα τιμῶσι, καὶ τῶν ζώων τράγον· ὡς δὲ Πίνδαρός φησιν οἱ τράγοι ἐνταῦθα γυναιξὶ μίγνυνται. Mendes ubi Pan colitur, & hircus animal, &, ut Pindarus ait, hoc in loco hirci cum mulieribus coeunt.*

Μένδητα παρὰ κρημνὸν θαλάσσης ἔσχατον
Νείλου κέρας, αἰγιβάται ὅθι τράγοι γυναιξὶ μίσγονται.

Mendetis ad vicina mari præcipitia,
Cornuque Nili extremum, qua ſalax capræ
Maritus humanam audet inire feminam.

Teſtis oculatus fuit Herod. II. p. 121. C. *Ἐγένετο δ' ἐν τῷ νομῷ τούτῳ ἐπ' ἐμεῦ τοῦτο τὸ τέρας· γυναικὶ τράγος ἐμίσγετο ἀναφανδόν. In hac regione contigit hoc mea memoria prodigium: hircus cum muliere coiit propalam.* Defendit vero illam exemplis virorum maximorum ex tali concubitu ortorum, in quorum album refert etiam Auguſtum. V. & *Caſaubonum.*

11. MEDIA NOCTE, quia ſacrorum publicorum cauſa interdum ita opus facto, ut dictum *ſupr.* 78. 5. §. 15.

12. DORMIRENT omnes quidem exhibent codices; ſed illud ſenſus, qui poſtulat, ut aliud quid matronæ dicantur feciſſe quam Atia, quæ obdormierit, non fert. Legamus itaque cum viro incomparabili Johanne Georgio Grævio mutatione levi *domum irent*, Atia enim, cum peractis ſacris *cæteræ domum irent*; forte obdormiit. Dio certe ſolam Atiam inducit dormientem XLV. p. 270. A. *Ἀττία ἰσχυρίζετο ἐκ τοῦ Ἀπόλλωνος αὐτὸν κεκυηκέναι· ὅτι καταδαρθοῦσα ποτὲ ἐν ναῷ αὐτοῦ, δράκοντί τοι μίγνυσθαι ἐνόμισε. Atia affirmabat ex Apolline illum concepiſſe: quod quum in illius templo quodam tempore obdormiviſſet, viſa ſibi eſſet cum dracone coire.*

13. DRACONE conceptum fuiſſe Auguſtum dixit §. 12. Dio, dixit & Sidon. ſupr. 80. 1. §. 2. Idem de Scipione Africano prodidit Gell. VII. 1. *Qui de rebus Africani ſcripſerunt, matrem ejus diu ſterilem exiſtimatam tradunt; P. quoque Scipionem, cum quo nupta erat, liberos deſperaviſſe. Poſtea in cubiculo, atque in lecto mulieris, quum abſente marito cubans ſola obdormiſſet, viſum repente juxta eam cubare ingentem anguem: eumque, iis qui viderant territis & clamantibus, elapſum inveniri non quiſſe: id ipſum P. Scipionem ad aruſpices retuliſſe: eos, ſacrificio facto, reſpondiſſe fore ut liberi gignerentur.* V. & Liv. XXVI. 19.

14. PURIFICARE poſt Venerem ſeſe ſolebant veteres. Cicero pro Cœl. c. 14. *Ideo aquam adduxi, ut ea tu inceſte uterere?* Ovid. Amor. III. 7. 81.

Neve ſuæ poſſent intactam ſcire miniſtræ,
Dedecus hoc ſumpta diſſimulavit aqua.

Ita Ceres a Neptuno compreſſa ſeſe aqua lavat apud Pauſan. Arcad. p. 256. *Πλανωμένῃ τῇ Δήμητρι, ἡνίκα τὴν παῖδα ἐζήτει, λέγουσιν ἕπεσθαί οἱ τὸν Ποσειδῶνα ἐπιθυμοῦντα αὐτῇ μιχθῆναι· καὶ τὴν μὲν ἐς ἵππον μεταβαλοῦσαν ὁμοῦ ταῖς ἵπποις νέμεσθαι ταῖς Ὀγκίου. Ποσειδῶν συγγίνεται τῇ Δήμητρι, ἄρσενι ἵππῳ καὶ αὐτὸς εἰκασθείς. Τὸ μὲν δὴ παραυτίκα τὴν Δήμητρα ἐπὶ τῷ συμβάντι ἔχειν ὀργίλως· χρόνῳ δὲ ὕστερον τοῦ τε θυμοῦ παύσασθαι, καὶ τῷ Λάδωνι ἐθελῆσαί φασιν αὐτὴν λούσασθαι. Ἐπὶ τούτῳ καὶ ἐπικλήσεις τῇ θεῷ γέγονε Λουσία ἐπὶ τοῦ λούσασθαι τῷ Λάδωνι. Errantem Cererem, ut filiam quæreret, dicunt ſecutum fuiſſe Neptunum cum illa concumbere volentem: & illam in equam converſam ſimul cum equabus ad Oncium paviſſe. Neptunus illam compreſſit & ipſe in equum mutatus. Ceres illud quidem primum iracunde tulit: verum poſtea placabilior facta, laviſſe dicitur in Ladone. Cognomen deæ factum Luſia, quod ſe in Ladone abluiſſet.* Plura *Briſſon. Form.* 1. *p.* 6. *Demſt. A. R.* 3. 14. & multo plura *Lomej. de Luſtrat. c.* 16.

15. EXIGUNTUR maculæ e veſtibus, quum a fullonibus ſubiguntur. Ita Plaut. Capt. IV. 2. 61.

Ex corpore exigam omnes maculas mærorum tibi.

Loquitur & ille tanquam de veſte. Corpus enim humanum veſtis eſt animi, eumque ægrum maculis, i. pallore, illuvie, rugis prodit. *Gronov. Obſerv.* I. 18.

16. PUBLICIS BALINEIS, quæ Romæ plurima. Plin. XXXVI. 15. *Adjecit ipſe*, Agrippa, *in ædilitatis ſuæ commemoratione gratuita præbita balinea centum ſeptuaginta, quæ nunc Romæ ad infinitum auxere numerum.*

17. MENSE DECIMO infantes etiam naſcuntur. Terent. Adelph. III. 4. 29.

virgo ex eo
Compreſſu gravida facta eſt: menſis hic decimus eſt.

Hieron. Epiſt. 47. *Decem menſibus utero clauſa vixiſti.* De tempore naſcendi vario Ariſtot. hiſt. anim. VII. 4. *Τὰ μὲν οὖν ἄλλα ζῷα μοναχῶς ποιεῖται τὴν τοῦ τόκου τελείωσιν (εἷς γὰρ ὥρισται τοῦ τόκου χρόνος πᾶσιν) ἀνθρώπῳ δὲ πολλοὶ μόνῳ τῶν ζώων, καὶ γὰρ ἑπτάμηνα, καὶ ἐννάμηνα γίνονται, καὶ δεκάμηνα τὸ πλεῖστον, ἔνιαι δὲ ἐπιλαμβάνουσι καὶ τοῦ ἑνδεκάτου μηνός. Sed cum cætera animalia uno tantum modo partum ſuum perficiant (unum enim pariendi tempus ſtatutum eſt omnibus) homini uni multiplex datum eſt: nam & ſeptimo menſe, &*

5 Eadem Atia priuſquam pareret, ſomniavit inteſtina ſua ferri ad ſidera, explicari-
6 que [18] per omnem terrarum & cœli ambitum. Somniavit & pater Octavius, ute-
7 ro [19] Atiæ jubar ſolis exortum. Quo natus eſt die, eum de Catilinæ conjuratione
ageretur in curia, & Octavius ob uxoris puerperium ſerius adfuiſſet, nota ac vul-
gata res eſt, P. Nigidium [20] comperta moræ cauſa, ut horam quoque partus [21] ac-
8 ceperit, affirmaſſe, dominum terrarum orbi natum [22]. Octavio poſtea cum per
ſecreta Thraciæ [23] exercitum duceret, in Liberi patris [24] luco [25] barbara [26] cere-
monia de filio conſulenti [27], idem affirmatum eſt a ſacerdotibus: quod infuſo [28] ſu-
per

octavo, & nono parere poteſt, & quod plurimum, decimo: nonnulla etiam undecimum tangunt. V. ſi lubet, etiam *Cenſor. D. N. c.* 11.

18. EXPLICARI i. extendi, ἐπεκταθῆναι Dioni XLV. p. 270. A. Πρίν τε ἢ ἐς φῶς ἐξιέναι, ἔδοξεν ὄναρ τὰ σπλάγχνα ἑαυτῆς ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἐπεκτείνεσθαι. *Antequam partum edidiſſet, per quietem ſibi viſum eſſe, quaſi inteſtina ſua ſupra univerſam extenderentur terram.* Inteſtina enim in homine flexuoſis ſunt orbibus implicita, & gyris impedita. Plato *Timæo* p. 1075. C. Τῇ τοῦ περιγενησομένου πόματος ἰδέσματός τε ἕξει τὴν ὀνομασμένην κάτω κοιλίαν ὑποδοχὴν ἔθεσαν. Εἵλιξαί τε πέριξ τὴν τῶν ἐντέρων γένεσιν, ὅπως μὴ ταχὺ διεκπερῶσα ἡ τροφὴ, ταχὺ πάλιν τροφῆς ἑτέρας δεῖσθαι τὸ σῶμα ἀναγκάζοι. *Ad eſculentorum poculentorumve ſuperabundantiam capiendam inferiorem ventrem fabricaverunt. Eum præterea ſpiris inteſtinorum circumplicavere, ne ſubito alimenta nobis aſſumpta defluerent, ac rurſus novum alimentum confeſtim neceſſe eſſet ſumere.* Proprie dicitur de veſtibus, quæ, quia *plicas* habent, extenduntur & *complicatæ* evolvuntur. Petron. c. 4. *Quum primum ergo explicuimus mercem.* Unde etiam de navibus in acie ordine diſponendis dicitur: ut monui ad Curt. IV. 9. 10. §. 45.

19. UTERO i. matrice. Plin. XII. 37. *Feminis eadem omnia, præterque veſicæ junctus utriculus, unde dictus uterus: quod alio nomine locos appellant, hoc in reliquis animalibus vulvam.* Dio XLV. p. 270. A. Καὶ τῇ αὐτῇ νυκτὶ καὶ ὁ Ὀκτάουιος ἐκ τοῦ αἰδοίου αὐτῆς τὸν ἥλιον ἀνατέλλειν ἐνόμισεν. *Eademque nocte Octavius ex ejus, conjugis, pudendis ſolem exoriri imaginatus fuit.*

20. P. NIGIDIUS Figulus ſenator fuit, & inſignis mathematicus, ὁ τήν τε τοῦ πόλου διακόσμησιν, καὶ τὰς τῶν ἀστέρων διαφορὰς, ὅσα τε καθ' ἑαυτοὺς γιγνόμενοι, καὶ ὅσα συμμιγνύντες ἀλλήλοις ἔν τε ταῖς ὁμιλίαις καὶ ἐν ταῖς διαστάσεσιν ἀποτελοῦσι, διέγνω: καὶ κατὰ τοῦτο καὶ αἰτίαν, ὥς τινας ἀπορρήτους διατριβὰς ποιούμενος, ἴσχεν: *qui cœli deſcriptionem, ſiderumque differentias, & eorum proprietates, quaſque coitu eorum, intervallorumve ſuorum ratione effectiones ea edunt, adeo callebat, ut arcanis ſtudiis eum uti crederetur.* Dio XLV. p. 270. B. Lucan. I. 640.

At Figulus, cui cura Deos, ſecretaque cœli
Noſſe fuit, quem non ſtellarum Ægyptia Memphis
Æquaret viſu, numeriſque moventibus aſtra.

De illo quoque *Gell.* XIX. 14. *Auguſt. de C. D. V.* 3. & ex recentioribus *Beroaldus.*

21. HORAM PARTUS i. ὡροσκόπον, qui τὸ μόριον τὸ τὴν ὥραν ἐπισκοποῦν ὅτε τις ἐς φῶς ἐξήει dicitur Dioni LXXVI. p. 866. A. Perſ. VI. 18.

——— *Geminos horoſcope varo*
Producis genio.

Auguſt. de C. D. v. 5. *Si diſpar naſcendi hora mutavit horoſcopum.* V. & *Beroaldum.*

22. DOMINUM TERRARUM ORBI NATUM, δεσπότην ἡμῖν γεγέννηκας, ut loquitur Dio XLV. *p.* 270. *B.* qui addit *illo ſermone conturbatum Octavium infantem necare voluiſſe, ſed a Nigidio fuiſſe inhibitum.* Καὶ αὐτὸν ἐκταραχθέντα ἐπὶ τούτῳ, καὶ διαφθεῖραι τὸ παιδίον ἐθελήσαντα, ἐπέσχεν.

23. SECRETA THRACIÆ, ut *Germaniæ* Tacit. Germ. 41. 1. *Campaniæ* Tacit. Hiſt. III. 63. 4.

24. LIBERI PATRIS, de quo ſatis ad Curt. VIII. 10. 1. §. 3.

25. LUCOS diis ſacros eſſe voluerunt veteres. Tacit. Germ. 9. 4. *Lucos ac nemora conſecrant, deorumque nominibus appellant ſecretum illud, quod ſola reverentia vident.* Senec. Epiſt. 41. *Si tibi occurrit vetuſtis arboribus, & ſolitam altitudinem egreſſis frequens lucus, & conſpectum cœli denſitate ramorum aliorum alios protegentium ſummovens: illa proceritas ſylvæ, & ſecretum loci, & admiratio umbræ, in aperto tam denſæ atque continuæ, fidem tibi numinis facit.* Serv. Æn. I. 445. *Ubicunque Virgilius lucum ponit, ſequitur etiam conſecratio.* V. quæ ad Gen. 13. 18. *in antiquitatibus* doctiſſima collegit Almeloveenius noſter.

26. BARBARA i. ex ritu religionis *barbaricæ*, longe diſtantis a Græco & Romano cultu. Ita *barbara miracula pyramidum* dicit Mart. de Spect. I. 1. quod a Græcorum & Romanorum cultu & humanitate procul abeſſent Ægyptii.

27. CONSULENTI i. mathematicum interroganti. Ita & noſt. *Cal.* 57. 5. V. *Aug.* 18. 1. §. 6.

28. INFUNDEBANT igni vinum, quo adminiculo flamma excitata clarius luceret. Virg. Georg. IV. 385.

Ter liquido ardentem perfudit nectare Veſtam:
Ter flamma ad ſummum tecti ſubjecta reluxit,
Omine quo firmans animum, ſic incipit ipſa.

Contra fœdum in Didonis ſacrificio omen Æn. IV. 452.

Quo magis inceptum peragat, lucemque relinquat,
Vidit

per altaria mero tantum flammæ[29] emicuiſſet, ut ſupergreſſa faſtigium templi ad
cœlum uſque ferretur: unique olim omnino Magno Alexandro apud eaſdem aras
ſacrificanti, ſimile proveniſſet oſtentum. Atque etiam ſequenti nocte ſtatim videre 9
viſus eſt filium mortali ſpecie ampliorem[30], cum fulmine[31] & ſceptro[32], exuviiſ-
que[33] Jovis Opt. Max. ac radiata[34] corona ſuper laureatum[35] currum, bis ſenis
equis candore eximio trahentibus[36]. Infans adhuc, ut ſcriptum apud Cajum Dru- 10
ſum[37] exſtat, repoſitus veſpere in cunas[38] a nutricula, loco plano, poſtera luce
non

Vidit thuricremis cum dona imponeret aris
(Horrendum dictu' latices nigreſcere ſacros,
Fuſaque in obſcœnum ſe vertere vina cruorem.

V. doctiſſimum *J. Lomei. de luſtrat. c.* 14.

29. FLAMMÆ effulgentis augurium ſemper felix eſt habitum. Liv. I. 39. *Puero dormienti, cui Servio Tullio nomen fuit, caput arſiſſe ferunt, multorum in conſpectu. Plurimo igitur clamore inde ad tanta rei miraculum orto, excitum regem: & cum quidam familiarium aquam ad reſtinguendum ferret, ab Regina retentum: ſedatoque jam tumultu, moveri vetuiſſe puerum donec ſua ſponte experrectus eſſet: mox cum ſomno flammam & abiiſſe. Tum abducto in ſecretum viro Tanaquil: videſne tu puerum hunc, inquit, quem tam humili cultu educamus? ſcire licet hunc lumen quondam rebus noſtris dubiis futurum, preſidiumque regiæ afflictæ.* Inter ſigna futuræ Seleuci potentiæ & hoc narrat Appian. Syr. p. 123. Καὶ ἐν Μακεδονίᾳ τὴν ἑστίαν αὐτοῦ τὴν πατρώαν, οὐδενὸς ἅψαντος, ἐκλάμψαι πῦρ μέγα. *In Macedonia quoque paternum focum ingenti flamma incanduiſſe, accendente nemine.* Serv. Ecl. VIII. 105. *Sine igne ſubito ex ipſis cineribus flamma emerſit. Hoc uxori Ciceronis dicitur contigiſſe: cum peracto ſacrificio libare vellet, ex ipſo cinere flamma ſurrexit, qua flamma eodem anno conſulem futurum oſtendit ejus maritum.* Dio, quem produximus *ſupr.* 66. 2. §. 6. Noſt. *Tib.* 14. 3: 6. 2.

30. HUMANA SPECIE AMPLIORES ſuos deos eſſe credebant veteres V. infr. Claud. I. 4. §. 21.

31. CUM FULMINE pingebantur Imperatores. Martial. IX. 16. 5.

——— *& tibi Cæſar*
Pro jaculo & parma fulmen & ægis erit.

Quod ex hoc Octavii ſomno natum videtur. * Sed hoc eſt Jovis. Liv. XXII. I. *Decemvirorum monitu decretum eſt: fulmen Jovi aureum quinquaginta pondo fieret.* Qui inde *fulminans* dicitur Hor. Od. III. 3. 6. & *fulminator* Arnob. VI. p. 207. Κεραύνιος Græcis. Heſychius. Κεραύνιος, ἐμβροντητος καὶ Ζεύς. Carmen ſuum decimum octavuum in Κεραύνιον Δία ſcripſit Orpheus.

* 32. SCEPTRUM oblongum in ſimilitudinem haſtæ, ut vetera numiſmata oſtendunt, habuit Jupiter. De Junone Ovid. Faſt. VI. 38.

Aurea cur dextra ſceptra dedere mea?

Donat. de Urb. Rom. II. 7.

33. EXUVIIS I. veſtibus, quæ *exuviæ* dicuntur. Virg. Ecl. VIII. 91.

Has olim exuvias mihi perfidus ille reliquit.

& Tertull. de pall. c. 4. *Tunc certiſſime pallium ſuper omnes exuvias & peplos anguſta veſtis deducis oculos.* Jovis *exuvias* dicit etiam Lactant. II. 17. *Se profitentur iratos: ſicut Juno Varroni, quod formoſum puerum in templo Jovis ad exuvias tenendas collocarat.* Erant vero illæ toga picta, & tunica palmata. Juven. X. 38.

In tunica Jovis, & picta Sarrana ferentem
Ex humeris aulæa toga.

V. *Rycq. de Capit. c.* 19. *Salmaſ. ad Tertul. de Pall. p.* 361. *Jun. Pict.* II. 8. §. 9.

34. RADIATA I. *radiis* diſtincta. Orbem enim *radiatum* non tantum Imperatoribus, ſed etiam omnibus quos ſupra mortalitatem elatos ſtatuebant, apponebant veteres. Virg. Æn. XII. 161.

——— *ingenti mole Latinus*
Quadrijugo vehitur curru, cui tempora circum
Aurati bis ſex radii fulgentia cingunt.

Hanc coronam Domitiano imponit Bernartio interprete Papin. Theb. I. 28.

Ipſe tuis alte radiantem crinibus arcum
Imprimat.

Lucian. de dea Syr. Edit. Amſt. tom. II. p. 675. Ἐπὶ τῇ κεφαλῇ ἀκτῖνας φορέει. *In capite radios geſtat.* Tom. I. p. 154. Ἐπὶ τῇ κεφαλῇ ἀκτῖνας ἔχοντα. *Super capite radios habentem.* V. *Soler. de pil.* §. 18. *Aleand. Tab. Hel. Exlic. c.* I.

35. LAUREATUS, licet illum *lauri* ramuſculis exornatum coronatumque Beroaldus explicet, quo ſenſu dicatur *currus*, & cur τὸ *currum* non jungatur voci *trahentibus*, vix perſpicit Cuper. Apoth. Hom. p. 204. *Laureatorum curruum* auctorem præter Suetonium quoque novit neminem, & bona fide ignorat, num unquam triumphantium *currus laureis* ſertis fuerint ornati. Amphiarai enim currus apud Stat. Theb. VIII. 128. *vittis, lauroque inſignis opima* fortaſſis hoc non probat. *Deauratum* legitur in veteri codice, quo uſus eſt F. Urſinus, & ſic alios legere teſtatur Beroaldus. Hinc vir ampliſſimus ſuſpicatur, unam vocem propter literarum ſimilitudinem alteram abſorpſiſſe, & ſcribi debere, *ac radiata corona ſuper laureatam, deauratum currum*; vel *ſuper lauream*; Senſus certe longe eſt clarior, & verba melius cohærent.

36. TRAHI dicuntur, quæcunque junctis promoventur animalibus. Virg. Georg. III. 536.

Contenta cervice trahunt ſtridentia plauſtra.

V. *Scheff. R. V.* II. 7.

37. C. DRUSUM Tiberii filium, qui hoc de Auguſto

Digitized by Google

non comparuit: & diu quæſitus, tandem in altiſſima turri [39] repertus eſt, jacens
11 contra ſolis exortum. Cum primum fari cœpiſſet, in avito ſuburbano obſtrepen-
12 tes forte ranas ſilere juſſit [40]: atque ex eo negantur ibi ranæ coaxare [41]. Ad quartum
lapidem [42] Campanæ viæ [43], in nemore prandenti [44], ex improviſo aquila [45] panem
ei e manu rapuit: & cum altiſſime volaſſet [46], rurſus ex improviſo leniter dela-
13 pſa [47] reddidit. Quintus Catulus poſt dedicatum Capitolium duabus continuis noctibus ſomniavit: prima Jovem Optimum Maximum prætextatis compluribus circum aram ludentibus unum ſecreviſſe: atque in ejus ſinum ſignum Reipublicæ [48], quod manu [49] geſtaret, repoſuiſſe: at inſequenti animadvertiſſe ſe in gremio

guſto dixit in oratione, qua illi parentavit. Noſt. *infr.* 100. 8. ut docet *Ryckius in Tacit. p.* 4. V. tamen, ſi lubet, *Voſſ. de Hiſt. Lat. inc. at.* III. *D.*

38. CUNÆ lecti ſunt mobiles, in quibus pueri cubant. Gloſſ. Cyril. *Cuna*, ϐαβαλιςήριον, λίκνον, κοιτίδις. Plaut. Truc. V. 1. 13.

Faſciis opus eſt, pulvinis, cunis, incunabulis.

Vopiſc. Aurel. c. 4. *Quod vinclum faſciola Aurelianum aquila innoxie de cunis levaverit.* Ubi V. *Salmaſium.*

39. IN ALTISSIMA TURRI, quæ imperii altitudinem atque faſtigium portendebat interprete *Beroaldo.*

40. RANAS SILERE JUSSIT, ut apud Rheginos *cicadas* Hercules. Solin. c. 2. *Cicadæ apud Rheginos mutæ, nec uſquam alibi: quod ſilentium miraculo eſt, nec immerito, cum vicinæ, quæ ſunt Locrenſium, ultra cæteras ſonent. Cauſas Granius tradit, cum obmurmurarent illic Herculi quieſcenti, deum juſſiſſe ne ſtreperent: itaque ex eo cœptum ſilentium permanere.* Quod & memoriæ prodidit *Diodor.* IV. *p.* 229.

41. COAXARE verbum fictitium eſt ab ea voce, quam ranæ faciunt. Talis *fictio nominis* ὀνοματοποιία dicitur Quintil. Inſtit. VIII. 6. *Græcis inter maximas habita virtutes, nobis vix permiſſa. Et ſunt plurima ita poſita ab iis, qui ſermonem primi fecerunt, aptantes affectibus vocem. Nam mugitus, & ſibilus, & murmur inde venerunt.* De Geta Spartian. c. 5. *Familiare illi fuit has quæſtiones grammaticis proponere, ut dicerent, ſingula animalia quomodo vocem emitterent, velut agni balant, ranæ coaxant....* Quomodo vocem emittant ranæ, docet *Ariſt. Hiſt. anim.* IV. 9. V. & *Beroaldum.*

42. QUARTUM LAPIDEM i. quartum milliare. Singulis milliaribus columnas lapideas appoſuit C. Gracchus apud Plutarch. in Gracch. p. 838. A. Πρὸς δὲ τούτοις διαμετρήσας κατὰ μίλιον ὁδὸν πᾶσαν (τὸ δὲ μίλιον ὀκτὼ σταδίων ὀλίγον ἀποδεῖ) κίονας λιθίνους σημεῖα τοῦ μέτρου κατέστησε. *Ad hæc viam omnem per milliaria dimenſus (capit autem paullo minus octo ſtadia milliare) columnas lapideas ſpatii ſignandi gratia locavit.* Noſt. *Tib.* 72. 2. *Claud.* 23. 4. *Oth.* 8. 7. *Cal.* 4. 4.

43. CAMPANA VIA incipit a porta cœlimontana teſtibus *Panvin. Comm. R. R.* 1. *p.* 47. & *Merul. Coſm.* II. 4. 34. Appiam, quæ recta Capuam ducebat, *Campanam* noſtro dici putat *Torrentius.*

44. PRANDENTI, τρεφομένου δὲ ἐν ἀγρῷ αὐτοῦ Dio XLV. p. 270. C. Cedren. p. 141. i. cum cibum ſumeret, ut recte vertit *Caſaubonus.*

45. AQUILA fere quoque ad eundem modum Lucumoni, ſive Tarquinio, cum Tarquiniis Romam commigraret, & ad Janiculum veniſſet, *carpento ſedenti cum uxore, ſuſpenſis demiſſa leniter alis pileum abſtulit: ſuperque carpentum cum magno clangore volitans, rurſus velut miniſterio divinitus miſſa, capiti apte repoſuit: inde ſublimis abiit. Accepiſſe id augurium læta dicitur Tanaquil.....* Liv. 1. 34. Et Antonino Diadumeno *in agro ambulanti pileum tulit, & ſupra ſtatuam regis in monumento regio, quod juxta villam erat, poſuit, ejuſque capiti aptavit* apud *Lamprid. c.* 5. Quale auſpicium fecerit Tiberio, narrat noſt. *infr.* 14. 5.

46. ALTISSIME VOLASSET, ὑμετεωρίσθη Dio.

47. LENITER DELAPSA i. cum aliqua mora volans. Virg. Æn. XII. 249.

—— *cum lapſus ad undas*
Cygnum excellentem pedibus rapit improbus uncis.

Suſpenſis demiſſam leniter alis dixit ſupr. Liv. §. 45.

48. SIGNUM REIPUBLICÆ i. δημοσίαν σφραγῖδα, qua obſignari ſolita diplomata, & quæcunque alia *Reipublicæ* nomine ſignabantur. Erat autem ſigillum plerumque dominii & poteſtatis ſymbolum. Ideo regni adminiſtrationem & ſigilli curam Alexandro filio committit Philippus in Byzantinos moturus. Plutarch. Alex. p. 668. E. Φιλίππου δὲ στρατεύοντος ἐπὶ Βυζαντίους ὁ Ἀλέξανδρος ἀπολειφθεὶς κύριος ἐν Μακεδονίᾳ τῶν πραγμάτων καὶ τῆς σφραγῖδος. *Cum Philippus adverſus Byzantinos expeditionem feciſſet, Alexander rerum Macedonicarum, ſigillique curator relictus eſt.* Et Monobazo grandiori natu filio Helena Adiabenorum regina. Joſeph. Ant. Jud. XX. 2. Πείθεται τούτοις ἡ Ἑλένη, καὶ καθίστησι τὸν πρεσβύτατον παῖδα Μονόβαζον βασιλέα περιθεῖσα τὸ διάδημα, καὶ δοῦσα τὸν σημαντῆρα τοῦ πατρὸς δακτύλιον, τήν τε σαμψηρὰν ὀνομαζομένην παρ᾽ αὐτοῖς, διοικεῖν τε τούτοις τὴν βασιλείαν παρῄνεσε μέχρι τῆς ἀδελφοῦ παρουσίας. *Paruit his Helena, & proregem fecit grandiorem filium Monobazum, impoſito ei diademate, & dato patris anulo ſignatorio, ſimulque ſampſera, ut ipſi vocant: juſſitque eum adminiſtrare Rempublicam, donec frater veniat.* Propterea morienti Tiberio anulus a Cajo adimitur infr. 73. 4. Εἰκόνα τινὰ τῆς Ῥώμης, *imaginem Romæ* vertit Dio XLV. *p.* 270. *D.* Fuerit itaque ipſius Romæ, qualis

mio [50] Capitolini Jovis eundem puerum: quem cum detrahi juſſiſſet, prohibitum
monitu dei, tanquam is ad tutelam Reipublicæ educaretur [51]. Ac die proximo ob- 14
vium ſibi Auguſtum, cum incognitum alias [52] haberet [53], non ſine admiratione con-
tuitus, ſimillimum dixit puero, de quo ſomniaſſet. Quidam prius ſomnium Catuli 15
aliter exponunt, quaſi Jupiter compluribus prætextatis tutorem a ſe poſcentibus,
unum ex eis demonſtraſſet, ad quem omnia deſideria ſua referrent: ejuſque oſcu-
lum [54] delibatum [55] digitis ad os ſuum retuliſſet. Marcus Cicero Cajum Cæſarem 16
in Capitolium proſecutus, ſomnium priſtinæ noctis familiaribus forte narrabat:
puerum facie [56] liberali [57] demiſſum cœlo catena aurea, ad fores Capitolii conſtitiſſe,
eique Jovem flagellum tradidiſſe [58]: deinde repente Auguſto viſo, quem ignotum
adhuc

qualis in nummis ſæpe videtur, imago. V. *Caſaubonum & Kirchm. de anul. c.* 22.

* 49. MANU, qua? ſi altera fulmen, altera ſceptrum geſſit n. 9. Fortaſſe illi modo ſceptrum, modo fulmen geſtandum dederunt. Cum utroque enim exprimitur in numiſmatis. *Donat. de Urb. Rom.* II. 7.

* 50. IN GREMIO *Capitolini Jovis* viſus eſt Auguſtus; Seſſilem enim ejus fuiſſe ſtatuam docet Aureliæ Quirinæ Veſtalis nummus, quem exhibet *Rycq. de Capit. c.* 19. docet etiam ejus *thronus*, ſive *torus* ſupr. 70. I. §. 12.

51. TANQUAM IS AD TUTELAM.... Plutarch. Cicer. p. 883. C. Ἔδοξε κατὰ τοὺς ὕπνους ὁ Κικέρων καλεῖν τινας τοὺς τῶν συγκλητικῶν παῖδας εἰς τὸ Καπιτώλιον, ὡς μέλλοντος ἐξ αὐτῶν ἕνα τοῦ Διὸς ἀποδεικνύειν τῆς Ῥώμης ἡγεμόνα... ὡς δ' ἦν οὗτος προσιὼν κατ' αὐτὸν, ἐκτεῖναι τὴν δεξιὰν, καὶ εἰπεῖν: ὦ Ῥωμαῖοι, πέρας ὑμῖν ἐμφυλίων πολέμων οὗτος ἡγεμὼν γενόμενος. *Viſus eſt in ſomnio Cicero accire nonnullos ſenatorum filios, ex quibus Jupiter unum deſignaturus Romanorum principem eſſet... ubi vero hic acceſſit, dexteram porrexiſſe ad eum cum hiſce verbis: bellis civilibus hic, quirites, quum erit principatum adeptus, impones finem.*

52. ALIAS I. alioqui, aliter. Plin. VIII. 25. *Crocodilus animal.... alias terribile pectinatim ſtipante ſe dentium ſerie.* Noſt. Tib. 71. I. Perperam igitur hoc ne illo quidem, qui ſit de plebe literatorum, ſatis dignum videtur *Sciopp. de ſtyl. hiſt. p.* 151. Quem ea de re refutant quoque multi nominis viri *Grævius in Tiberium c.* 18. & *Perizon. ad Sanct. Minerv. c.* 17.

53. INCOGNITUM HABERET I. non noſceret. Nep. 25. 18. I. *Antiquitatem adeo diligenter habuit cognitam.* I. noſcebat, ſciebat. * 17. 3. *Principum philoſophorum præcepta ita habuit percepta* I. percepit. Græci hanc figuram μακρολογίαν, Latini productionem vocant. Plura *Buchner. de comm. rat. dic.* I. 21. I. & *Vorſt. de Lat. falſ. ſuſp. c.* 7.

54. OSCULUM I. parvum *os.* Petron. c. 86. *Oſculum quale Praxiteles habere Dianam credidit.* Ovid. Metam. I. 499.

—— *vides oſcula, quæ non*
Eſt vidiſſe ſatis.

55. DELIBATUM I. leviter & ſummatim tactum, apprehenſum. Tangit veterum conſuetudinem, qua blandientes ſolebant puerorum maxillas adprehendere, deinde manum ad os referre. Apul. Met. VI. p. 182. *Tunc Jupiter preſſa Cupidinis buccula, manuque ad os ſuum relata, conſaviat.* Virg. Æn. I. 260.

Oſcula libavit natæ.

Ubi Servius, qui membranis Fuldenſibus additur Servio Danielis p. 31. *Sane multi nolunt ita intelligi, ut ſummum oſculum filiæ dederit, id eſt, non preſſum, ſed ſumma labella contingens. Sed ita ajunt: tum hilarus Jupiter vultus natæ libavit, id eſt, contigit, ſcilicet ut nos ſolemus cum blandimentis quibuſdam ſiniſtram maxillam contingere liberorum, ac deinde ad os noſtrum dextram referre. Ergo libavit merito, quia partem vultus, non totos contigerat, ut oſcula dixerit quaſi minora & teneriora filiæ ora.* Noſt. Galb. 4. 3. V. *Salmaſ. in Vopiſc. Prob. c.* 23. *Kemp. de Oſcul.* I. §. 5. *Pricæum in Apulejum, Borremanſ. V. L. c.* 20. *Voet. Herod. p.* 204.

56. FACIES *eſt forma omnis, & modus, & factura quædam corporis totius, a faciendo dicta. Pacuvius in tragœdia, quæ Nipera inſcribitur, faciem dixit hominis pro corporis longitudine.*

Ætate integra, feroci ingenio, facie procera virum.

Plautus pro totius corporis, colorisque habitu quoque dixit Pœn. V. 2. 151.

Sed earum nutrix, qua ſit facie, mihi expedi.
Statura haud magna, corpore aquilo 'ſt. ipſa ea 'ſt.
Specie venuſta, ore parvo, atque oculis pernigris.
Formam quidem hercle verbis depinxti probe.

Gell. XIII. 29. Qui illam *totius corporis filum atque habitum* dicit I. 9.

57. LIBERALI I. honeſta, *libero* homine digna. Feſtus: *Liberales dicuntur non ſolum benigni, ſed etiam ingenuæ formæ homines.* Plaut. Perſ. IV. 3. 52.

Forma expetenda liberalem mulierem.

58. FLAGELLUM TRADIDISSE, *μάστιγας παρὰ τοῦ Διὸς εἰληφέναι.* Dio XLV. p. 270. C. Unde & Gloſſ. Cyril. *Flagellum, μάστιξ.* Inde *flagellare* eſt *flagellis*, vel *flagris* aliquem cædere noſt. *Cal.* 26. 4: 55. I. *Claud.* 38. 5. Per *flagellum* vero imperium ſignificabatur, & peritura libertas. Libera enim civitate civem Romanum virgis cædi nefas, nedum *flagellis.* Juvenalis ideo hac circumlocutione Julium deſignat X. 109.

Digitized by Google

adhuc plerifque avunculus Cæſar ad ſacrificandum acciverat, affirmavit ipſum eſſe,
17 cujus imago ſecundum quietem ſibi obverſata ſit. Sumenti virilem togam [59] tunica
18 lati clavi reſuta [60] ex utraque parte, ad pedes decidit. Fuerunt qui interpretarentur,
non aliud ſignificare, quam ut is ordo [61], cujus inſigne id eſſet, quandoque ei ſub-
19 jiceretur [62]. Apud Mundam [63] D. Julius caſtris locum capiens, cum ſylvam cæde-
20 ret [64], arborem palmæ [65] repertam conſervari, ut omen victoriæ [66], juſſit. Ex ea
continuo enata ſuboles [67], adeo in paucis diebus adolevit, ut non æquipararet [68] mo-
do matricem [69], verum etiam obtegeret, frequentareturque columbarum [70] nidis:
quamvis

Ad ſua qui domitos deduxit flagra Quirites.

V. quoque *Caſaubonum* & *Pier. Hierogl.* XLVIII. 17.

59. TOGAM VIRILEM cum ſumeret, quare etiam *latum clavum*, qui erat ſenatorum, ſumpſit nondum ſenator. Hoc enim Auguſti adhuc pueri tempore in uſu non fuit, licet & poſtea ſatis uſitatum fuerit, ut docet Aug. 38. 2. §. 7. Forte hoc illi Julius Cæſar peculiariter indulſerit, ut ſuſpicatur *Caſaubonus.* Vel tunicam *lati clavi* Suetonius appellaverit tunicam ſuperiorem, cui legitimo tempore *latus clavus* aſſueretur, ut conjicit *Ferrar. R. V.* I. 3. 13. V. etiam *Zamoſc. de Sen. Rom.* I. 17.

60. RESUTA, quia viriles tunicæ erant conſutæ, & ῥαφαῖς συνειλημμένοι, ut *tunicam non conſutam* τὸν μὴ ῥαφαῖς συνειλημμένον χιτῶνα vocat *Heſychius.* Dio XLV. p. 270. E. Ὁ χιτὼν περιεῤῥάγη τε ἑκατέρωθεν ἀπὸ τῶν ἐπωμίδων. *Tunica utrinque ab humeris rupta.* V. *Ruben. R. V.* 1. 9. *Salmaſ. in Vopiſc. Aurel. c.* 46. *Braun. de Veſt. Sacerd. Heb.* I. 16. 11. *Zamoſc. de Sen. Rom.* I. 17. *Kipping.* IV. 5. 9.

61. ORDO, CUJUS INSIGNE ID ESSET I. ſenatorius, cui tunica laticlavia.

62. EI SUBJICERETUR, ut ipſe hoc interpretatur apud Dionem. Ὁ χιτὼν μέχρι τῶν ποδῶν κατεῤῥύη. Τοῦτο αὐτὸ μὲν καθ' ἑαυτὸ οὐχ ὅπως τέκμαρσιν τινὰ ὡς καὶ ἀγαθόν τι προσημαίνει ἔφερεν, ἀλλὰ καὶ ἠνίασε τοὺς παρόντας, ὅτι ἐν τῇ πρώτῃ τοῦ ἀνδρικοῦ χιτῶνος ἐνδύσει συνεβεβήκει: ἐπῆλθε δὲ τῷ Ὀκταουΐῳ εἰπεῖν, ὅτι τὸ ἀξίωμα τὸ βουλευτικὸν πᾶν ὑπὸ τοὺς πόδας μου σχήσω. *Tunica ad pedes ei decidit. Id per ſe non modo nullum indicium boni omnis adſerebat, ſed etiam moleſtum erat præſentibus, quod in aſſumptione prima veſtis virilis accidiſſet: ſed Octavius, dignitatem, inquit ſenatoriam omnem ſub meis pedibus habebo.*

63. MUNDAM Bæticæ Hiſpaniæ urbem. V. *ſupr.* Cæſ. 56. 8. §. 24.

* 64. CÆDERET I. cædere juberet. In bello nihil frequentius quam ut ipſe Dux facere dicatur, quod jubet fieri. Salluſt. Bell. Catil. c. 60. *Petrejus tuba ſignum dat.* Ælian. Var. hiſt. XIV. 49. Philippus *Aphthonetum flagris cecidit, quod, quum ſitiviſſet, ordine derelicto, a via deflexerit, & cauponis tabernam intraverit.* Perizon. in Ælianum.

65. ARBOREM PALMÆ I. arborem palmam. Nam & illo modo loquuntur ſcriptores, quos quaſi per ſaturam adferunt Sanct. & Periz. Minerv. II. 3. De illa, quamvis paullo aliter, etiam Dio XLIII. p. 234. B. Ὅτι βλαστός τις ἐκ φοίνικος ἐν τῷ τῆς μάχης χωρίῳ ὄντος εὐθὺς ἐπὶ τῇ νίκῃ ἐξέφυ. Καὶ οὐ λέγω μὲν ὅτι οὐκ ἔφυ πη τοῦτο ἀλλ' οὐκ ἐκείνῳ γε ἔτι, ἀλλὰ τῷ τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ ἐκγόνῳ τῷ Ὀκταουΐῳ, ut quidem hoc loco legit magnus *Caſaubonus.*

66. OMEN VICTORIÆ quare palma, docet Gell. N. A. III. 6. *Si ſuper palmæ, inquit Plutarchus in octavo Sympoſiacorum, arboris lignum magna pondera imponas, ac tam graviter urgeas, onereſque, ut magnitudo oneris ſuſtineri non queat; non deorſum palma cedit, nec intra flectitur, ſed adverſus pondus reſurgit, & ſurſum nititur, recurvaturque. Propterea, inquit Plutarchus, in certaminibus palmam ſignum eſſe placuit victoriæ.* Verba *Plutarchi*, quæ vertit Gellius, leguntur *c.* 4. Φοίνικος γὰρ ξύλον ἂν ἄνωθεν ἐπιθεὶς βαρὺ πιέζῃς, οὐ κάτω θλιβόμενον ἐνδίδωσιν, ἀλλὰ κυρτοῦται πρὸς τοὐναντίον, ὥσπερ ἀνθιστάμενον τῷ βιαζομένῳ. Τοῦτο δὴ καὶ περὶ τοὺς ἀθλητικοὺς ἀγῶνάς ἐστι. Τοὺς μὲν γὰρ ὑπὸ ἀσθενείας καὶ μαλακίας εἴκοντας αὐτοῖς πιέζουσι καμπτοντες, οἱ δὲ ἐῤῥωμένως ὑπομένοντες τὴν ἄσκησιν, οὐ μόνον τοῖς σώμασιν ἀλλὰ καὶ τοῖς φρονήμασιν ἐπαίρονται καὶ αὔξονται. V. tamen quid hac de re judicet *Gatak. Adv. Miſc.* I. 2.

67. SUBOLES I. ſurculus. V. Curt. IV. 14. 22. §. 92.

68. ÆQUIPARARET I. par eſſet. Liv. XXXVII. 53. *Ut nemo veſtrorum ſociorum me æquiparare poſſet.* Noſt. *Ner.* 53. 5. *Adæquaret.* V. *ſupr.* 92. 10.

69. MATRICEM I. ſtirpem, arborem. Hæc enim frequentius *mater* ſurculorum dicitur. Senec. Troad. III. 541.

Quæ tenera cæſo virga de trunco ſtetit,
Par ipſa matri tempore exiguo ſubit.

Pallad. IV. 10. I. *Si ponendus ramus, gemmata jam matre ſumatur.* Μητρόπολιν eleganti tranſlatione vocat Themiſt. Orat. II. p. 54. Ἀνήγαγεν εἰς τὰς μητροπόλεις, ὥσπερ οἱ γενεαλόγοι, τῶν σταφυλῶν ἐκείνας τὰς ἀποικίας. *Reduxit ad matrices, ut genealogi, uvarum colonias.* Ubi vide *Petavium.* V. quoque *Lacerd. Virg. Georg.* II. 19. *Bud. in Pandect. p.* 83.

70. COLUMBÆ Veneri, a qua per Æneam gens Julia *ſupr.* Cæſ. 6. I. §. 12. ſacræ ſunt. Unde Virg. Æn. VI. 190.

Vix ea fatus erat, geminæ cum forte columbæ
Ipſa ſub ora viri cælo venere volantes,
Et viridi ſedere ſolo: tum maximus heros
Maternas agnoſcit aves.

Et exinde augurium firmabant. De illarum augu-
rio

quamvis id avium genus duram & aſperam frondem maxime vitet. Illo & præcipue 21
oſtento motum Cæſarem ferunt, ne quem alium ſibi ſuccedere, quam ſororis nepo-
tem vellet. In ſeceſſu Apolloniæ Theogenis mathematici [71] pergulam [72] comite A- 22
grippa adſcenderat: cum Agrippæ, qui prior conſulebat, magna & pæne incredi-
bilia prædicerentur, reticere ipſe genituram [73] ſuam, nec velle edere perſeverabat,
metu ac pudore, ne minor inveniretur. Qua tamen poſt multas adhortationes vix 23
& cunctanter edita, exſilivit Theogenes, adoravitque eum. Tantam mox fiduciam 24
fati Auguſtus habuit, ut thema [74] ſuum vulgaverit, nummumque [75] argenteum no-
ta ſideris Capricorni [76], quo natus [77] eſt, percuſſerit.

rio Serv. Æn. I. 397. *Aves nec omnes, nec omnibus dant auguria: ut columba nonniſi regibus dant, quia nunquam ſingulæ volant, ſicut rex nunquam ſolus incedit. Unde* VI. 194. *per tranſitum oſtendit regis augurium.* Maxime quia ſolæ palumbes in arboribus nidificant, & ne illæ quidem in duris & aſperis. V. quoque *Beroaldum & Torrentium.*

71. MATHEMATICI *vulgo vocantur, qui Genethliaci appellati propter natalium conſiderationem dierum. Geneſes enim hominum per duodecim cœli ſigna deſcribunt, ſiderumque curſu naſcentium mores, actus, & eventus prædicare conantur, id eſt, quis quali ſigno fuerit natus, aut quem effectum habeat vita qui naſcitur.* Iſidor. VIII. 9. Juven. XIV. 248.

Nota mathematicis geneſis tua.

* Dicuntur Chaldæi & Aſtrologi. Sext. Emp. V. p. 110. C. Γενεαλογίαι σεμνοτέροις κοσμοῦντες ὀνόμασιν οἱ Χαλδαῖοι μαθηματικοὺς καὶ ἀστρολόγους σφᾶς αὐτοὺς ἀναγορεύουσι. *Genealogiam Chaldæi magnificis ornantes nominibus, ſeipſos mathematicos appellant, & aſtrologos. Fatorum per genituras interpretes* Ammian. XXIX. I. *Genethliaci* Gell. XIV. I. Noſt. Vit. 14. 6. & ad illum Cicero.

72. PERGULAM i. locum ædium editiorem, qui ſuper tectum ædificari ſolebat, quem vulgo *galeriam* vocamus. Gloſſ. Cyril. *Pergula*, ὀχυρῶν, καὶ ἐξέδρα, μεσόδμη, ὀροφή, στενὸν οἴκημα. Illam adſcendiſſe dicitur Auguſtus. Tertullian. adv. Valent. c. 7. *Etiam creatori noſtro Enniana cœnacula in ædicularum diſpoſita ſunt forma, aliis atque aliis pergulis ſuperſtructis.* In *pergulis* publice docebant artium magiſtri. Unde *pergulas magiſtrales* dicit Vopiſc. Saturn. c. 10. *Nam & in Africa rhetorica operam dederat, Romæ frequentaverat pergulas magiſtrales.* Noſt. *Gramm.* 18. 2. De *pergula* quoque *Beroaldus, Donatus, Salmaſ. in Vopiſcum: Scalig. Auſon. Lect.* II. 12. *Turneb.* VIII. I.

73. GENITURA verbum eſt matheſeos. Spartian. in Anton. Get. c. 2. *De hoc eodem Severus gnarus genituræ illius, cujus, ut plerique Afrorum, peritiſſimus fuit, dixiſſe fertur: mirum mihi videtur, Geta noſter divus futurus, cujus nihil imperiale in genitura video.* Noſt. Cal. 57. 5. Hanc vulgus *nativitatem* vocat, & præter vulgus Tertull. de idol. c. 9. *Iſta ſcientia uſque ad Evangelium fuit conceſſa, ut Chriſto edito nemo exinde nativitatem alicujus de cœlo interpretetur.* Illi enim, qui ſe Chaldæos, ſive Genethliacos appellabant, ſtellarum motum, & poſituram, qui illo, quo in lucem veniebat homo, eſſet tempore, reſpiciebant. Hanc *naſcentiam* vocat Vitruv. IX. 7. *Qui etiam non e naſcentia, ſed ex conceptione genethlialogiæ rationes explicatas reliquit.* *Geneſin* Cenſor. D. N. c. 13. *Septem ſtellas inter cœlum & terram vagas, quæ mortalium geneſes moderantur:* & Juven. §. 71. V. *Carr. Emend.* II. *Lindenbr. ad Cenſorinum: Savar. ad Sidon. Epiſt.* VIII. II. 2. *Buleng. divin.* I. 8.

74. THEMA verbum etiam matheſeos, & deſignat ſtellarum ſitum, & quaſi cœli configurationem. Firmic. II. 29. *Quicunque in themate ſecundus fuerit inventus.* Sidon. Epiſt. VIII. II. *Quos (ut verbo matheſeos utar) climactericos eſſet habiturus, utpote quibus themate oblato quaſi ſanguinaria genitura ſchema paruiſſet.* V. *Savar. in Sidonium: de Buleng. de divin.* I. 8.

* 75. NUMMI, in quibus Imperatorum Romanorum, eorumque conjugum, liberorum & ſucceſſorum imagines conſpiciebantur, monetæ uſui olim deſtinati erant. Sacra Evangelii hiſtoria Matth. 22. 19.... teſtatur, *nummum* cenſus, quem Judæi Romanis pendebant, Imperatoris imagine percuſſum eſſe. In hoc, de quo noſter, Capricorni ſignum eſt in piſcem deſinens, quod ſphæram intra priores pedes poſitam evolvere videtur, ab altera parte Auguſti caput. *Pier. Hierogl.* x. 8.

76. CAPRICORNUS ſignum unum eſt ex duodecim zodiaci, quod una cum cancro *porta ſolis* vocantur. Macrob. in Somn. Scip. I. 12. Nam ſol in eo ſigno obliquum incipit agere retrogreſſum: ibique fit brumale ſolſtitium. Fabulam *capricorni*, cur ſit inter ſidera relatus, referunt Hygin. Poet. Aſtron. III. 27. & Iſidor. III. 70. Auctor eſt Firmic. VIII. quod quicunque habuerit horoſcopum in prima parte *capricorni*, erit rex aut imperator: in tertia vero parte qui habuerint, magni, potentes, maximam gladii poteſtatem habentes. V. *Beroaldum.*

77. NATUM eſſe Auguſtum Capricorno horoſcopante docent etiam Manil. II. 497.

——— *contra Capricornus in ipſum*
Convertit viſus, quid enim mirabitur ille
Majus, in Auguſti felix qui fulſerit ortum.

Germanicus Cæſar de Capricorno.

Hic, Auguſte, tuum genitali corpore nomen
Attonitas inter gentes, patriamque paventem
In cœlum tulit, & maternis intulit aſtris.

Qui vero Capricornus, *cum* IX. *Kal. Octobris, paul-*

lo ante ſolis exortum natum eſſe Auguſtum dixerit noſter *ſupr.* 5. 1. ejus poſſit dici horoſcopus, non eodem modo explicant *Scalig. Epiſt.* 40. *in Manil. p.* 147. 148. & *de emend. temp.* V. *p.* 447. *Petav. de doctrin. temp.* X. 64. *Petit. Obſerv.* I. 5. *Ruben. diſſ. de gemma Auguſtea* & *de natali Auguſti. Spanhem. de praſt. & uſu num.* III. *p.* 209. *Buleng. de divin.* II. 3. *Huet. in Manil.* II. 509. *Carr. Emend.* II. 2. *Schopper. Epiſt. ad Joachimum Camerarium, quæ exſtat inter epiſtolas a Camerario Lipſiæ editas p.* 198. *Rothmann. Chiromant. p.* 132. *Calviſ. Chronol. p.* 398. *Dieterich. Hiſtor. Auguſt. p.* 1. Illorum ſuper hac quæſtione velitationes fuſiores, & quæ contractione breviores fieri negant, ſcriptionis hujus ratio non admittit, & ideo ad illos lectorem ablego.

CAPUT XCV.

ARG. *Prodigiis, quæ poſt Cæſaris necem evenerunt, prædicitur futurus magnus Octavius Cæſar Auguſtus.*

1 Poſt necem Cæſaris reverſo ab Apollonia [1], & ingrediente eo Urbem [2], repente liquido ac puro ſereno [3], circulus [4] ad ſpeciem cœleſtis arcus, orbem ſolis am-
2 biit [5]: ac ſubinde [6] Juliæ Cæſaris filiæ monumentum fulmine ictum eſt. Primo autem conſulatu [7] ei augurium capienti [8] duodecim ſe vultures [9], ut Romulo [10] oſtenderunt:

APOLLONIAM V. *ſupr.* 8. 4. §. 17.

2. INGREDIENTE URBEM ſummo mane, hora n. diei tertia. Obſeq. c. 128. *Cumque hora diei tertia ingenti circumfuſa multitudine Romam intraret, ſol puri ac ſereni cœli orbe modico incluſus, extremæ lineæ circulo, qualis tendi arcus in nubibus ſolet, eam* (ſive cum Scheffero mavueris *eum*) *circumſcripſit.*

3. LIQUIDO, AC PURO SERENO n. die, ut hanc ellipſin explet Plin. II. 51. *In Catilinariis prodigiis Pompeiano ex municipio M. Herennius decurio ſereno die fulmine ictus eſt.* Amant vero illam auctores. Obſeq. c. 55. *Nurſiæ ſereno nimbi orti, & homines duo exanimati.* Fiunt autem ſpecies illæ *juxta ſolem fere in nube humida, & jam ſe ſpargente.* Senec. N. Q. I. 9. Prodigioſa magis habebantur illa, quæ *ſerena* fiebant tempeſtate. Quod obſervat quoque Horat. Od. I. 34. 5.

—— namque Dieſpiter
Igni coruſco nubila dividens,
Plerumque per purum tonantes
Egit equos, volucremque currum.

4. CIRCULUS.... & ita Senec. N. Q. I. 2. *Memoriæ proditum eſt, quo die Divus Auguſtus Urbem, ex Apollonia reverſus, intravit, circa ſolem viſum coloris varii circulum, qualis eſſe in arcu ſolet.* Paterc. II. 59. *Cum intraret Urbem, ſolis orbis ſuper caput ejus curvatus æqualiter, rotundatuſque in colorem arcus, veluti coronam tanti mox viri capiti imponens, conſpectus eſt.* Et iiſdem verbis ex noſtro Oroſ. VI. 20. Perperam ἔτει dicit XLV. p. 272. A. & ex illo Zonar. Ann. II. p. 135. ut dixi *ſupr.* 8. 6. §. 23. V. & *Caſaubonum.*

5. ORBEM SOLIS AMBIIT, *quaſi eum unum, ac potentiſſimum in hoc mundo, ſolumque clariſſimum in orbe monſtraret, cujus tempore venturus eſſet, qui ipſum ſolem ſolus, mundumque totum & feciſſet & regeret*, ut addit Oroſ. VI. 20. Unde Plin. II. 28. *Cernuntur & ſtellæ cum ſole totis diebus, plerumque & circa ſolis orbem, ſeu ſpeciæ coronæ, & verſicolores circuli, qualiter Auguſto Cæſare in prima juventa Urbem intrante, poſt obitum patris, ad nomen ingens capeſſendum.* Dio tamen & Zonaras ſignum futuri tumultus dicunt fuiſſe. Τὸ μέν τοι δαιμόνιον πάντα οὐκ ἀσαφῶς τὰ αὐτόθεν μέλλοντα σφίσι ταραχώδη ἔσεσθαι προεσήμαινεν. Et illum tales circuli ſignificare ſolebant. Philoſtr. vit. Apollon. VIII. 9. Τὸν τοῦ ἡλίου κύκλον περιελθὼν στέφανος ἐοικὼς ἴριδι τὴν ἀκτῖνα ἠμαύρου. Ὅτι μὲν δὴ ἐς νεώτερα ἡ διοσημεία ἔφερε. *Corona quædam iridi ſimilis ſolem circumdedit, & radios ejus, ac lumen obſcurabat. Putabant igitur omnes tali ſigno rerum novitatem portendi.*

6. SUBINDE i. mox, ſtatim. Horat. Epiſt. I. 8. 15.

—— ſubinde
Præceptum auriculis hoc inſtillare memento.

Noſt. *Calb.* I. 3. *Vitel.* 9. I. Interdum eſt frequenter, ſæpius, ſed cum quodam intervallo. Plin. Epiſt. III. 7. *Erit ergo pergratum mihi hanc effigiem ejus ſubinde intueri, ſubinde reſpicere.* Noſt. *Tib.* 57. I. *Caſ.* 65. 4.

7. PRIMO CONSULATU i. primo die comitiorum, quibus conſulatum eſt adeptus. Dio XLVI. p. 321. A. Ὅτι πρώτην τῶν ἀρχαιρεσιῶν ἐς τὸ πεδίον τὸ Ἄρειον ἐσελθὼν, γῦπας ἕξ, καὶ μετὰ ταῦτα δημηγορῶν τε πρὸς τοὺς στρατιώτας, ἄλλους δώδεκα εἶδε. *Quod prima comitiorum die in campum Martium progreſſus ſex vultures, ac deinceps in ipſa concione ad milites alios duodecim vidiſſet.* Appian. B. C. III. p. 586. Αἱρεθεὶς δὲ αὐτὸς σὺν ᾧ προσείλετο Κοΐντῳ Πεδίῳ πόλιν ὡς ὕπατος ἐσῄει καὶ ἔθυε, δώδεκά οἱ γυπῶν φανέντων, ὥς φασι καὶ Ῥωμύλῳ τὴν πόλιν οἰκίζοντι ὀφθῆναι. *Electus ipſe cum quo volebat collega Q. Pedio, in Urbem conſulari pompa ad ſacrificandum ingreſſus eſt: quo tempore duodecim vultures illi apparuerunt, ut quondam Urbem condenti Romulo.*

8. AUGURIUM CAPERE dicebantur magiſtratum inituri, qui poſt medium noctis, quæ comitia præcedebat, ſub dio extra Urbem cubantes, deinde ſolida ſella ſedentes, in loco ei rei deſtinato exſpectabant, dum ipſis deus aliquis bonum mitteret ſignum. Dionyſ. II. p. 81. Ἐπαυλίζονται μὲν γὰρ οἱ τὰς ἀρχὰς μέλλοντες λαμβάνειν· καὶ περὶ τὸν ὄρθρον ἀνιστάμενοι

derunt: & immolanti omnium [11] victimarum jocinora [12] replicata [13] intrinſecus ab ima fibra [14] paruerunt [15], nemine peritorum aliter conjectante, quam læta per hæc & magna portendi [16].

μενοι ποιοῦνταί τινας εὐχὰς ὑπαίθριοι. Τῶν δὲ παρόντων τινὲς ὀρνιθοσκόπων μισθὸν ἐκ τοῦ δημοσίου φερόμενοι, ἀστραπὴν αὐτοῖς μηνύειν φασὶν ἐκ τῶν ἀριστερῶν τὴν οὐ γενομένην. Οἱ δὲ τὸν ἐκ τῆς φωνῆς οἰωνὸν λαβόντες, ἀπέρχονται ταύτας παραληψόμενοι... *Magiſtratum inituri diluculo ſurgentes extra Urbem pernoctiant, & preces quaſdam ſub dio fundunt. Ibi aliqui ex auguribus, qui ære publico ad hujuſmodi negotia adhibentur, fulguris ſignum a ſiniſtris datum prenuntiant, etiamſi nullum ſit datum. At illi vocis omine contenti ad ſumendum magiſtratum abeunt.* Plutarch. Marcell. p. 300. A. Ὅταν ἀρχὴν ἐπ' ὄρνισι καθεζόμενος ἔξω πόλεως κατ' οἶκον ἢ σκηνὴν μεμισθωμένην. *Quum auſpicaretur conſul in domo extra urbem, vel in tabernaculo ad id conducto ſedebat.* Latini illum locum *templum* appellant. Inde viſis auſpiciis tollebant ſe extemplo, ac ſurgebant. Unde ſunt verba augurum *tollere ſe & extemplo.* V. *Caſaubonum* & ad *Dion. Coccejum H. Valeſium.*

9. DUODECIM VULTURES jungit Suetonius, cum illos diſtinguat Obſeq. c. 129. *Cæſar cum in campum Martium exercitum deduceret, ſex vultures apparuerunt. Conſcendenti deinde Roſtra creato conſuli iterum ſex vultures conſpecti veluti Romuli auſpiciis novam urbem condituro ſignum dederunt.* V. Dionem & Appianum §. 7. * Huc reſpicit Plin. Paneg. 5. 3. *Ceteros Principes aut largus cruor hoſtiarum, aut ſiniſter volatus avium conſulentibus nuntiavit.*

10. ROMULO duodecim vultures oblatos eſſe docent Dionyſ. 1. p. 73. Ἐν δὲ τούτῳ δώδεκα γῦπες αἴσιοι πετόμενοι ὤφθησαν. *Interim ei*, Romulo, *duodecim vultures auſpicato volantes viſi ſunt.* Liv. 1. 7. *Priori Remo augurium veniſſe fertur, ſex vultures: jamque nuntiato augurio, cum duplex numerus Romulo ſe oſtendiſſet, utrumque regem ſua multitudo conſalutaverat.* Obſeq. *ſupr.* §. 9. Appianus & Dio ſupr. §. 7. quorum poſterior addit hæc: πρός τε γὰρ τὸν Ῥωμύλον, καὶ πρὸς τὸ οἰώνισμα τὸ ἐκείνῳ γενόμενον ἀναφέρων, καὶ τὴν μοναρχίαν αὐτὸ λήψεσθαι προσεδόκησεν: *id enim ad Romulum, auguriumque eidem oblatum referens, regnum quoque ejus ſibi ſperabat.*

10. OMNIUM i. duodecim. Dio XLVI. p. 314. C. Διπλᾶ τὰ ἥπατα ἐν πᾶσι τοῖς ἱερείοις δώδεκα οὖσιν εὑρέθη. *Omnium hoſtiarum duodecim jocinora gemina inveniebantur. Sex* dicet Plin. §. 16.

12. JOCINORA vocant noſter & *Dio.* quæ *exta* dicit *Obſeq.* §. 13. quia illa excellentiori ſenſu *exta* dicebantur. Unde in *jocinore* vaticinii ſedem eſſe dicebant extiſpicinæ periti. Docet hoc Philoſtr. Apollon. VIII. 2. Τὸ δὲ ἧπαρ, ἐν ᾧ φασι τὴν τῆς αὐτῶν μαντικῆς εἶναι τρίποδα οἱ δεινοὶ ταῦτα. Et præcipue *jecur* tractabant, & nitidumne id eſſet atque plenum, an horridum & exile, cum capite, an ſine capite conſiderabant, & inde quid læti, triſtiſve præviderent, renuntiabant, Imo *aruſpicinam* ἡπατοσκοπίαν vocabant. Herodian. VIII. 3. §. 17. Ἐλέγετο δὲ τῇ ἐνστάσει τοῦ πολέμου ἐμμεμενηκέναι, πολλῶν ἔνδον ὄντων περὶ θυτικήν τε καὶ ἡπατοσκοπίαν ἐμπείρων, τά τε ἱερὰ αἴσια ἀπαγγελλόντων. Quæ ſic vertit Politianus. *Dicebatur autem* Criſpinus *ad bellum ſic audacter ſuſtinendum etiam multorum in urbe aruſpicum reſponſo, qui læta exta nuntiarent, animatus.* V. quoque *Briſſon. de Form.* 1. *p.* 20.

13. REPLICATA quoque dicuntur Plin. §. 16. quæ *duplicia* Obſequenti in eadem hiſtoria c. 129. *Cæſari cum honores decreti eſſent, & imperium adverſus Antonium, immolanti duplicia exta apparuerunt.* Διττὰ dicuntur Dioni §. 10. Illa vero ſemper habita ſunt lætiſſima, ſive omnino eſſent *replicata*, ſive tantum ex parte. Val. Max. 1. 6. 9. *Ejus jecur ſine capite inventum eſt: proxima caput jocinoris duplex habuit. Quibus inſpectis aruſpex triſti vultu, non placere ſibi exta, quia prima jam triſtia, ſecunda nimis læta apparuiſſent, reſpondit.* Plinius §. 16. V. & *Caſaubonum. Buleng. de Sort. c.* 7.

14. FIBRA i. jocinoris extremitate, ut docet Servius ad Curt. VII. 7. 9. §. 36.

15. PARERE verbum eſt augurum & aruſpicum. Virg. Æn. x. 174.

Cui pecudum fibræ, cœli cui ſidera parent,
Et linguæ volucrum, & præſagi fulminis ignes.

Sidon. *ſupr.* 94. §. 74. Pro quo *apparere* dicunt Virg. Georg. 1. 484.

Triſtibus aut extis fibræ apparere minaces:

Valerius Maximus, & Julius Obſequens *ſupr.* §. 13. Ubi hoc acciderit, incertum eſt. *Spoleti* tunc fuiſſe Auguſtum dicet Plin. §. 16. Dio XLVI. p. 314. C. eventiſſe ſacrificanti ſcribit, quo die bellum ſibi contra Antonium una cum poteſtate prætoria decretum intellexit: ὅτι τὸν κόσμον καὶ τὴν ἐξουσίαν τοῦ στρατηγοῦ ἔλαβε. Ea vero tempeſtate fuit in Piceno, ut obſervat *Torrentius.*

16. LÆTA PORTENDI. Plin. XI. 37. *Divo Auguſto Spoleti ſacrificanti primo poteſtatis ſuæ die, ſex victimarum jocinora replicata intrinſecus ab ima fibra reperta ſunt: reſponſumque duplicaturum intra annum imperium.*

CAPUT XCVI.

ARG. *Prodigiis bellorum omnium eventus ante præſentit Octavius Cæſar Auguſtus.*

Digitized by Google

1.2 Quin & bellorum omnium eventus ante præſenſit. Contractis ad Bononiam [1] triumvirorum copiis [2], aquila [3] tentorio ejus ſuperſedens duos corvos hinc & inde infeſtantes afflixit, & ad terram dedit: notante omni [4] exercitu, futuram quandoque inter collegas diſcordiam talem, qualis ſecuta eſt, ac exitum præſagiente [5].
3 In Philippis [6] Theſſalus [7] quidam de futura victoria nuntiavit, auctore D. Cæ-
4 ſare, cujus ſibi ſpecies itinere avio occurriſſet. Circa Peruſiam [8], ſacrificio non litante [9], cum augeri hoſtias [10] imperaſſet, ac ſubita eruptione hoſtes omnem rei divinæ

BONONIA in via Æmilia poſt Mutinam urbium prima ſequitur, vulgo nunc incolis *Bologna* dicta. De illa Cato Orig. p. 139. *Gallia Ciſalpina olim Bianora a victore Ocno, poſtea Felſina dicta uſque Ravennam, nunc Gallia Aurelia, & Æmilia Romanis ducibus nomen habet. Princeps metropolis Felſina, primum a rege Tuſco conditore: inde a ſucceſſore Bono Tuſcanienſi, Bononia dicta.* De *Bononia* plura *Cluver. Ital.* I. 28. 13. *Merul. Coſmogr.* II. 4. 21. *Leand. Ital. p.* 501. G. *Merul. Gall.* II. 2. *Velſer. Boj.* I. *p.* 30. * Ad *Bononiam* triumviros copias contraxiſſe teſtatur etiam Plutarch. Cicer. p. 884. D. Ἐγένοντο δὲ σύνοδοι μόνοις ἀπόῤῥητοι περὶ πόλιν Βονωνίαν ἐφ' ἡμέρας τρεῖς. *Collocuti ſoli ſunt remotis arbitris tres dies juxta urbem Bononiam.* Et marmor, quod in hæc uſque tempora proſtat Romæ, allatum a Malvaſ. Marm. Felſin. Sect. 4. c. 2.

DIVUS. AUGUSTUS. PATER.
III. VIR. R. P. C. CUM. M. ANTONIO. & M.
LEPIDO SE IPSE CREAVIT. V. CAL. DECE
MBRIS EODEM ANNO IN AGRO BONONIENSI.

Et quidem in modica inſula amne circumflua. Plutarch. Anton. p. 924. A. Συνελθόντες δὲ τρεῖς εἰς νησίδα ποταμῷ περιῤῥεομένην. Qui præter *Bononiam* labitur. Quod addit Dio XLVI. p. 326. A. Ἐν νησιδίῳ τινὶ τοῦ ποταμοῦ τοῦ παρὰ τὴν Βονωνίαν παραῤῥέοντος. Circa *Mutinam*, ἀμφὶ Μουτίνην πόλιν, id accidiſſe ſcribit Appian. B. C. IV. p. 589. Sed in via Æmilia *Mutinam Bononia* ſequitur. *Ad confluentes inter Peruſiam & Bononiam manus junxiſſe* Flor. IV. 6. 3. Sed illum, niſi legatur *inter Mutinam & Bononiam*, ingens mendum occupavit. Nam confluentes, de quibus loquitur, a Peruſia facile diſtant ſpatio nonaginta milliarium Italicorum, aut ultra, ut ad Paterculum docet Voſſius II. 65. Amnis hic Cluver. Ital. Ant. I. 28. 15. Rhenus eſt, & in ſola nulla alia, quam quæ hodie duo millia paſſuum ab Urbe, Rheno amne circumflua, viam Æmiliam tranſverſa ſecat: e meridie in ſeptentriones porrecta, longitudine quinque circiter millium, latitudine mille paſſuum. Plura de *Bononia* duo *Bononienſes*, *Pius Annot. poſt. c.* 27. & *Jacobus a Cruce Annot. c.* 20.

2. COPIIS; non enim ſoli, ſed æquum numerum militum habentes ad colloquium congreſſi ſunt. Dio. Συνῆλθον ἐς τοὺς λόγους οὐ μόνοι, ἀλλὰ στρατιώτας ἰσαρίθμους ἔχοντες. Quinque legiones ſecum habuiſſe utrumque dicit Appianus. Ἔχον ἑκάτερος ὁπλιτῶν τέλη πέντε.

3. AQUILA hæc quid ſignificaverit, docet Dio XLVII. p. 328. A. Τῷ δὲ δὴ Καίσαρι τότε εὐθὺς ἐπὶ ταῖς συνθήκαις ἀετός ὑπέρ τε τῆς σκηνῆς αὐτοῦ ἱδρυθεὶς, καὶ δύο κόρακας προσπεσόντας οἱ, τίλλειν τε τῶν πτερῶν πειρωμένους ἀποκτείνας, τὴν νίκην κατ' ἀμφοτέρων αὐτῶν ἔδωκε. *Cæſari autem inter ipſam pactionem aquila, quæ tabernaculo ejus inſederat, duoſque corvos advolantes, alaſque ſibi convellere conatos occiderat, victoriam de utroque eorum addicebat.*

* 4. OMNI I. toto. Cæſ. B. G. I. I. I. *Gallia eſt omnis* I. tota *diviſa in partes tres.* Auſon. Edyll. XI. 4.

—— Omnis in iſtis
Forma hominis cœpit I. totius.

Omnis ἑλληνίζει: παντὸς pro ὅλου. Sic πᾶσα Κελτικὴ eſt ὅλη Strab. IV. p. 123. Ἅπασα μὲν οὖν αὕτη ποταμοῖς κατάῤῥυτος ἡ χώρα. *Tota ergo Gallia amnibus rigatur.*

5. PRÆSAGIENTE n. *animo*, quod addit *Flor.* I. 4. 3. *Præſagire* quid ſit, docet Cicer. de Divin. I. 31. *Sagire ſentire acute eſt: ex quo ſagæ anus, quia multa ſcire volunt: & ſagaces dicti canes. Is igitur, qui ante ſagit, quam oblata res eſt, dicitur præſagire. Ineſt igitur in animis præſagitio extrinſecus injecta, atque incluſa divinitus.*

6. PHILIPPI *oppidum eſt Pangæo & Symbolo adjacens*, παρά τε τῷ Παγγαίῳ καὶ παρὰ τῷ Συμβόλῳ κεῖται. Dio XLVII. p. 347. E. Ταύτης γὰρ τό τε Παγγαῖον καὶ ἡ περὶ αὐτὸ γῆ νομίζεται. *Iſti*, Macedoniæ, *Pangæum etiam cum circumjacente regione adſcribitur.* Idem ibid. p. 351. C.

7. THESSALI hujus ſomnium prodidit etiam *Dio ibid. D.* Ἀνὴρ Θεσσαλὸς ἔδοξεν ἐς τὸν Καίσαρα τὸν πρότερον κεκελευκέναι εἰπεῖν τῷ Καίσαρι, ὅτι τε εὐτυχὴς ἡ μάχη γενήσοιτο οἱ, ut legit *Caſaubonus*, καὶ ἵνα ἀναλάβῃ τι ὧν δικτατορικῶν αὐτὸς ἐφόρει. *Viro Theſſalo viſus eſt mandare Cæſar major, ut diceret Cæſari*, Octaviano, *fore illam pugnam illi proſperam: juberetque aliquid eorum ſibi ſumere, quæ ipſe dictator geſtaſſet.*

8. PERUSIAM deſcripſi ſupr. 14. I. §. 4.

9. NON LITANTE I. numen non placante. *Litare* quid ſit, ſatis fuſe dictum ad *Curt.* VII. 7. 29. §. 78.

10. AUGERI HOSTIAS dicebant veteres, cum prima hoſtia non litante altera, dein tertia, pluresve adhibebantur, & ita numerus hoſtiarum *augebatur*, donec litatum foret. Hinc legimus Paullum Æmilium olim ſacrificantem non litaſſe uſque ad vigeſimam hoſtiam: in vigeſima prima apparuiſſe ſigna victoriam promittentia. V. *Beroaldum.*

11. PISCIS

vinæ apparatum abſtuliſſent, conſtitit inter haruſpices, quæ periculoſa & adverſa
ſacrificanti denuntiata eſſent, cuncta in illos recaſura, qui exta haberent. Neque 5
aliter evenit. Pridie quam Sicilienſem pugnam claſſe committeret, deambulanti in
littore, piſcis [11] e mari exſiluit, & ad pedes jacuit. Apud Actium [12] deſcendenti in 6
aciem [13], aſellus [14] cum aſinario occurrit: Eutychus homini, beſtiæ Nicon erat nomen. Utriuſque ſimulacrum æneum victor poſuit in templo, in quod caſtrorum ſuorum locum vertit.

11. Piscis hic quid ſignificaverit, docet Dio xlix. p. 395. A. Ὁρῶν δὲ τὸ στράτευμα ἐν τῇ νήσῳ ἀπειλημμένον, δεινῶς ἤχθετο: καὶ οὐ πρότερον ἀνεθάρσησε, πρὶν ἰχθῦν τινὰ ἐκ τῆς θαλάσσης αὐτόματον ἀναθορόντα, πρὸς τοὺς πόδας αὐτοῦ προσπεσεῖν. Ἐκ γὰρ τούτου πιστεύσας τοῖς μάντεσιν εἰποῦσιν ὡς ὅτι δουλώσεται αὐτὴν, ἀνεῤῥώσθη. *Videns exercitum in inſula deſtitutum, ægre hoc ferebat: neque prius animum recepit, quam piſcis quidam ſponte ſua, ex mari proſiliens, ad pedes ejus ſe projecit. Ex illo aruſpicibus prædicentibus maris ſubjugationem fidem eum habuiſſet, animum confirmavit.* Docet & Plin. ix. 16. *Siculo bello ambulante in littore Auguſto, piſcis e mari ad pedes ejus exſiliit: quo argumento vates, ſpondere Neptunum patrem adoptante ſibi Sext. Pompeio, ſub pedibus Cæſaris futuros, qui maria tempeſtate illa tenerent.* Et præter illos *Zonar. Ann.* ii. *p.* 151. De ἰχθυομαντείᾳ agentem *Bulengerum* V. de *Divin.* iii. 20. & de *prodig. c.* 46.

12. Actium V. *ſupr.* 17. 5. §. 18.

13. Descendenti in aciem bene mane. Plutarch. Anton. p. 946. A. Καίσαρι δὲ λέγεται μὲν ἔτι σκότους ἀπὸ τῆς σκηνῆς κύκλῳ περιιόντι πρὸς τὰς ναῦς, ἄνθρωπος ἐλαύνων ὄνον ἀπαντῆσαι: πυθομένῳ δὲ τοὔνομα, γνωρίσας αὐτὸν, εἰπεῖν, ἐμοὶ μὲν Εὐτυχος ὄνομα, τῷ δὲ ὄνῳ, Νίκων. Διὸ καὶ τοῖς ἐμβόλοις τὸν τόπον κοσμῶν ὕστερον, ἔστησε χαλκοῦν ὄνον καὶ ἄνθρωπον. *Cæſari memorant, tenebris adhuc quum egreſſus tabernaculo eſſet, in orbem circumeunti ad luſtrandam claſſem, hominem quemdam, qui agebat aſinum, occurriſſe: nomen quærenti, quum eum cognoſceret, reſpondiſſe hominem, Eutychus mihi nomen eſt, aſino Nicon. Unde locum illum roſtris navium poſt exornans, aſini & hominis illius ſtatuam ex ære poſuit.*

14. Asinus etiam Mario auſpicatus fuit. Val. Max. i. 5. 5. *C. Mario obſervatio ominis procul dubio ſaluti fuit, quo tempore hoſtis a ſenatu judicatus in domum Fanniæ Minturnis cuſtodiæ cauſa deductus eſt. Animadvertit enim aſellum, cum ei pabulum objiceretur, neglecto eo, ad aquam procurrentem. Quo ſpectaculo, deorum providentia quod ſequeretur, oblatum ratus, a multitudine, quæ ad opem illi ferendam confluxerat, impetravit ut ad mare perduceretur. Ac protinus naviculam conſcendit: eaque in Africam pervectus arma Syllæ victricia effugit.* Quod etiam in *Mario* narrat *Plutarch. p.* 428. *A. B.* Aliis ominoſum fuiſſe exemplis docet *Buleng. de prodig. c.* 44.

CAPUT XCVII.

ARG. *Oſtentis præcognoſcitur mors, & poſt mortem divinitas Octavii Cæſaris Auguſti.*

Mors quoque ejus, de qua dehinc dicam, divinitaſque poſt mortem, evidentiſſi- 1
mis oſtentis præcognita eſt [1]. Cum luſtrum in campo Martio magna populi 2
frequentia conderet [2] aquila [3] cum ſæpius circumvolavit; tranſgreſſaque in vicinam
ædem

Mors ostentis præcognita est. Et illis illuſtrium & magnorum virorum ſignificari aliquando *mortes* putaverunt veteres. Senec. N. Q. i. 1. *Nos quoque vidimus non ſemel flammam ingentis pilæ ſpecie, quæ tamen in ipſo curſu ſuo diſſipata eſt. Vidimus circa Divi Auguſti exceſſum ſimile prodigium: vidimus cum de Sejano actum eſt: nec Germanici mors ſine denuntiatione tali fuit. Dices mihi: Ergo tu in tantis erroribus es, ut exiſtimes deos mortium ſigna præmittere, & quidquam eſſe in terris tam magnum, quod perire mundus ſciat?*

2. Lustrum conderet i. cenſum finiret. Aſcon. *ſupr.* 27. 6. §. 28. Val. Max. iv. 1. 10. *Africanus cenſor, cum luſtrum conderet, inque ſolito fieri ſacrificio ſcriba ex publicis tabulis ſollenne ei precationis carmen præiret, quo dii immortales, ut populi Romani res meliores, amplioreſque facerent, rogabantur: ſatis, inquit, bonæ ac magnæ ſunt, itaque precor, ut eas perpetuo incolumes ſervent. Qua votorum verecundia deinceps cenſores in condendis luſtris uſi ſunt.* Noſt. *Tib.* 21. 1. V. *Alex. Gen.* v. 27. *Turneb. Adverſ.* xxvi. 7. *Lomej. de luſtrat. c.* 13. *Condere* i. finire. Virg. Ecl. ix. 52.

Cantando puerum memini me condere ſoles.

Ubi Servius: *Condere, finire, uſque ad occaſum ducere. Luſtrum perficere* hoc quoque dicit Liv. xxxviii. 36. *M. Claudius Marcellus cenſor ſorte ſuperato T. Quintio, luſtrum condidit: cenſa civium capita* cclviii. *millia,* cccviii *luſtro perfecto conſules in provincias profecti ſunt.*

* 3. Aquilæ oſtentum quid portenderit, non explicat Suetonius. Sed Auguſtum ſibi mortem imminere ex illo confeciſſe tradit. Erat *aquila* ſignum conſecrationis. In nummis veteribus cernas parte una effigiem Imperatoris; altera *aquilam*, cui inſideat

ædem [4] ſuper nomen Agrippæ, ad primam literam [5] ſedit: quo animadverſo, vo-
3 ta [6], quæ in proximum luſtrum ſuſcipi [7] mos eſt, collegam [8] ſuum Tiberium nun-
4 cupare [9] juſſit. Nam ſe, quamquam conſcriptis paratiſque jam tabulis [10] negavit
ſuſcepturum, quæ non eſſet ſoluturus [11]. Sub idem tempus ictu fulminis [12] ex in-
ſcriptione ſtatuæ ejus prima nominis litera effluxit. Reſponſum eſt, centum ſolos
dies poſthac victurum, quem numerum C litera notaret [13]: futurumque ut inter deos
referretur, quod *ÆSAR* [14], id eſt, reliqua pars e Cæſaris nomine, Hetruſca lin-
5 gua deus vocaretur. Tiberium igitur in Illyricum dimiſſurus, & Beneventum [15]
uſque

deat Imperator: & inſcriptio eſt ejuſmodi: CONSECRATIO. S. C. In funeribus Imperatorum poſtquam rogus arſerat, *aquila* ſoluta e rogo petebat æthera, quæ Imperatoris animam in cœlum deferre credebatur. Herod. IV. 2. 22. Idem, de funere Auguſti ubi agit, tradit Dio LVI. p. 598. B. Et ſomniorum interpretes putaverunt, Regibus, & viris principibus hoc mortem portendere; ſi ſomniaverint, ſe *aquila* vehi: ut tradit Artemid. II. 20. *Guther. de Jur. man.* II. 6. *Donat. de Urb. Rom.* III. 4. *Voſſ. de Idolol.* III. 76. *Pancirol. de Reb. deperd. & inv. p.* 718. *ad illum Salmuth p.* 736. *Coetier apud Gravium in Suetonium.*

4. ÆDEM i. monumentum, ſive Agrippæ ipſius, quod habuit in campo Martio, ſive Auguſti, in quod corpus ejus transferri juſſit. Dio LIV. p. 541. D. Τὴν ἐκφορὰν αὐτοῦ ἐν τῷ τόπῳ, ἐν ᾧ καὶ αὐτὸς μετὰ ταῦτα ἐξηνέχθη, ἐποιήσατο, καὶ αὐτὸν ἐν τῷ ἑαυτοῦ μνημείῳ ἔθαψε, καίτοι ἴδιον ἐν τῷ Ἀρείῳ πεδίῳ λαβόντα. *Funus ejus*, Agrippæ, *extulit in eum locum, in quem deinceps ipſe elatus eſt, ſuoque eum in ſepulcro condidit; quum eſſet illi*, Agrippæ, *proprium in campo Martio monumentum.*

5. PRIMAM LITERAM n. *A*. Per illam id oſtentum ad Auguſtum referri interpretabantur, quia & illius nomen ab *A* incipit. *Beroaldus & Coetier.*

6. VOTA, quæ Magiſtratus pro populi nuncupabant ſalute. Plin. Paneg. 67. 3. *Nuncupare vota & pro æternitate imperii, & pro ſalute civium, imo pro ſalute principum, ac propter illos pro æternitate imperii ſolebamus.* Suſcipiebant illa in annos quinque, decem, viginti, & plures. Liv. XXXI. 9. *Vovit in eadem verba Conſul præeunte maximo pontifice, quibus antea quinquennalia vota ſuſcipi ſolita erant.* In hortis Farneſianis Palatinis marmor eſt, cujus meminit *Caſtalio V. L. c.* 19. cum inſcriptione.

CAESARUM
DECENNALIA
FELICITER.

Et in arcu Conſtantini.

VOTIS. X. VOTIS. XX.

7. SUSCIPI dicebantur vota, cum nuncupando ſe voti reos faciebant. Plin. Paneg. 67. 5. *Digna vota, quæ ſemper ſuſcipiantur, ſemperque ſolvantur.* Noſt. infr. n. 3. Tib. 38. 2: 54. 2. Cal. 14. 2.

8. COLLEGAM, quia *lege per conſules lata, provincias cum Auguſto communiter adminiſtrabat*, ut noſt. *Tib.* 21. 1.

9. NUNCUPARE VOTA quid ſit dicam *infr.* Ner. 46. 7. §.

10. TABULIS inſcribebant, ubi concepiſſent, vota veteres. Feſtus. *Vota nuncupata dicuntur, quæ conſules, prætores, cum in provinciam proficiſcuntur, faciunt: ea in tabulas præſentibus multis referuntur.* Hinc elegans Tertulliani metaphora Apolog. c. 35. *Cur enim vota, & gaudia Cæſarum caſti, & ſobrii, & pii expungimus?* V. *Rutgerſ. Var. Lect.* V. 5.

11. NON ESSET SOLUTURUS, utpote ante luſtri finem moriturus.

12. FULMINE ſi ſtatuæ concuterentur, malum plerumque omen habitum eſt. Dio L. p. 428. B. Τάς τε εἰκόνας αὐτῶν, ἃς οἱ Ἀθηναῖοι ἐν τῇ ἀκροπόλει τὸ τῶν θεῶν σχῆμα ἐχούσας ἔστησαν, κεραυνοὶ ἐς τὸ θέατρον κατέρραξαν. *Statuas illorum*, Antonii & Cleopatræ, *quas Athenienſes deorum forma factas in arce poſuerant, fulmina in theatrum dejecerant.* LVI. p. 589. B. Κεραυνὸς ἐς εἰκόνα αὐτοῦ ἐν τῷ Καπιτωλίῳ ἑστῶσαν ἐμπεσών, τὸ γράμμα τὸ πρῶτον τοῦ ὀνόματος τοῦ Καίσαρος ἠφάνισεν. *Fulmen in ſtatuam ejus*, Auguſti, *in Capitolio poſitam, delatum primam nominis Cæſaris literam deleverat.* Noſt. *Galb.* 1. 3.

13. C LITERA NOTARET Latinis. Dio LVI. p. 589. C. Τεκμαιρόμενοι ὅτι τό τε στοιχεῖον ἐκεῖνο τὸν ἑκατὸν ἀριθμὸν παρὰ τοῖς Λατίνοις νοεῖ. *Ex eo id conjicientes, quod illa litera apud Latinos centenarium numerum deſignat.*

14. ÆSAR vox Græca eſt Hetruſca terminatione formata. Nam αἶσα eſt fatum, i. deus, qui fatorum auctor. Heſychius. Αἰσοὶ θεοὶ ὑπὸ Τυῤῥηνῶν. Dio. Τὸ λοιπὸν τοῦ ὀνόματος θεὸν παρὰ τοῖς Τυῤῥηνοῖς νοεῖ. V. *Caſaubonum. Bochart. Chan.* I. 33. *Turneb. Adv.* XXVIII. 20. *Pier. de Fulm. ſignif. Theſ. Ant. Rom. Grav. Tom.* V. *p.* 614. *E.*

15. BENEVENTUM *in Samnio eſt* Liv. Epit. 15. *in via Appia* Strab. V. p. 172. κτίσμα Διομήδους Stephano & *magni Diomedis urbs* Virg. Æn. VIII. 9. quia illam condidit Diomedes. Serv. ad Virgilium l. l. *Diomedes poſtquam reperit ira Veneris a ſe vulnerata, uxorem apud Argos cum Cillabaro, ut Lucillius, vel Cometa, ut plerique tradunt, turpiter vivere, noluit reverti ad patriam, ſed tenuit partes Apuliæ.... & Beneventum condidit. Colonia cum deduceretur*, ut docent Plin. III. 11. Feſtus & Stephanus, *appellari* cœptum

Digitized by Google



APOTHEOSIS IMPERATORUM.

NAPOLI

Digitized by Google

uſque proſecuturus, cum interpellatores aliis atque aliis cauſis in jure dicendo detinerent, exclamavit, quod & ipſum mox inter omina [16] relatum eſt, *non, ſi* [17] *omnia morarentur, amplius ſe poſthac Romæ futurum* [18]. Atque itinere inchoato, Aſturam [19] 6
perrexit [20]: & inde præter conſuetudinem [21] de nocte ad occaſionem auræ [22] evectus eſt.

cœptum eſt melioris ominis cauſa. Namque eam urbem antea Græci incolentes Μελλώντειον *appellarunt.* Noſt. Ner. 36. 5. Gramm. 9. 1. V. quoque *Scaligerum ad Feſtum. Cluver. Ital. Ant.* IV. 7. 10. *Mernl. Coſmog.* II. 4. 29. *Pinedo ad Stephanum. Leand. Ital. p.* 405.

16. INTER OMINA. Significanter loquutus: nam illud augurium proprie dici *omen* voluerunt, quod *ore* fit. *Beroaldus.*

17. NON, SI elegans loquendi eſt genus, & JCtis familiare. Cicer. Top. c. 3. *Non, ſi uxori vir legavit omne argentum quod ſuum eſſet.* Alfen. Digeſt. XIX. 2. 27. *Habitatores non, ſi paullo minus commode aliqua parte cœnaculi uterentur.* V. *Ryck. in Tacit.* XII. 37. 2. *Caſaub. in Lamprid. Comm. c.* 16.

18. SE NON AMPLIUS POSTHAC FUTURUM verba ſunt poſtea in omen verſa, ex quibus *ominati* ſunt, brevi moriturum fuiſſe Auguſtum.

19. ASTURA *oppidum eſt haud longe a Terracina.* Serv. Æn. VII. 801. Noſt. Tib. 72. 5.

20. PERREXIT i. magna contentione, & pæne ſine remiſſione eo iter inſtitutum confecit.

21. PRÆTER CONSUETUDINEM non ad nocturnam profectionem, quam ſæpius iniiſſe Auguſtum narrat noſt. ſupr. 82. 5. ſed ad itineris magnitudinem refert *Torrentius.* Veterum vero ſuperſtitione quidquid *præter conſuetudinem* alicui accidiſſet ante mortem, a morte in omen vertebatur, ut monet *Caſaubonus.*

22. AURÆ nocturnæ, ad quam navigatio incerta eſt & infida: ut temere illi ſe prudentes, niſi neceſſitate urgeantur, non committant. V. *Caſaubonum.* Eſt autem *aura* ventus lenior & dulcior. Virg. Georg. IV. 417.

—— at illi
Dulcis compoſitis ſpiravit crinibus aura.

CAPUT XCVIII.

ARG. *Morbum contrahit, Capreis quatriduum hæret, ominibus, laudibuſque a vectoribus & nautis de navi Alexandrina in ſe congeſtis delectatur, comitibus quadragenos aureos dividit, togas & pallia diſtribuit, exertentes ephebos ſpectat, iiſque epulum in conſpectu ſuo præbet, & vicinam Capreis inſulam* Ἀπραγόπολιν *appellat Octavius Cæſar Auguſtus.*

Cauſam valetudinis contraxit ex profluvio alvi [1]. Tunc Campaniæ ora [2], proxi- 1. 2
miſque inſulis circuitis, Caprearum quoque ſeceſſui quatriduum impendit: remiſſiſſimo ad otium & ad omnem comitatem animo [3]. Forte Puteolanum ſinum [4] 3
prætervehenti, vectores [5] nautæque [6] de navi Alexandrina [7], quæ tantum quod [8] appu-

ALVUS *eſt, quo defluunt ſordes: ut Salluſtius, Simulans ſibi alvum purgari.* Serv. Æn. II. 20. *Hic homini plurimum negotii exhibet: alias enim cibos non tranſmittit, alias non continet, alias non capit, alias non conficit.* Plin. XXVI. 8. V. quoque *Beroaldum.*

2. ORA i. littorali regione. Feſtus. *Ora extrema partes terrarum, id eſt, maritima dicuntur. Ora* mediterraneum opponit Plin. III. 1. *Celeberrima inter hunc & oceani oram in mediterraneo Segeda.* Noſt. *Tib.* II. 1. V. *Beroaldum.*

3. REMISSISSIMO ANIMO.... i. ut nihil ſerium ageret, a rebus ſeriis ceſſaret, & animum otio delectaret. Non. IV. 398. *Remittere, delectare. Cicero Hortenſio. Quæro enim non quibus intendam animum rebus, ſed quibus relaxem, ac remittam.* Noſt. *Cal.* 32. 1. Hinc *remiſſus* pro ſoluto noſtr. *Tib.* 21. 4: 52. 2. *Galb.* 14. 4. & ſerio opponitur *Cal.* 30. 3.

4. PUTEOLANUS SINUS eſt, in quo ſitum eſt oppidum *Puteoli*, de quo *ſupr.* 44. 1. §. 3. *Sinus enim dicuntur majores receſſus maris.* Iſid. XIII. 17. Hoc utebantur naves Alexandrinæ, eo appellebant, inde ſolvebant. Strab. XVII. p. 545. Γνοίη δ' ἄν τις ἔν τε τῇ Ἀλεξανδρείᾳ καὶ τῇ Δικαιαρχίᾳ γενόμενος, ὁρῶν τὰς ὁλκάδας ἔν τε τῷ κατάπλῳ, καὶ ἐν ταῖς ἀναγωγαῖς ὅσον βαρύτεραί τε καὶ κουφότεραι δεῦρο κἀκεῖσε πλέοιεν. *Sentiet, qui Alexandriæ & Puteolis fuerit, & obſervaverit onerarias naves & venientes, & recedentes, quanto graviores, aut leviores, ultro citroque navigent.* Philo in Flacc. p. 969. Καταβὰς δ' εἰς Δικαιαρχίαν, καὶ ναῦς ὑφόρμους Ἀλεξανδρίδας ἰδὼν εὐτρεπεῖς πρὸς ἀναγωγήν. *Cumque deſcendiſſet Puteolos, & naves Alexandrinas in portu paratas ad ſolvendum inveniſſet.*

5. VECTORES i. illi, qui a nautis trajiciuntur. Cicer. Phil. VII. 9. *Etiam ſummi gubernatores in magnis tempeſtatibus a vectoribus admoneri ſolent.* Cajus Digeſt. IV. 9. 5. *Nauta accipit mercedem, ut trajiciat vectores.*

6. NAUTAS deſcribit Ulpian. Digeſt. IV. 9. 1. *Nau-*

appulerat [9], candidati, coronatique, & thura libantes [10], fauſta omina & eximias laudes congeſſerant [11]: *Per illum ſe vivere* [12]; *per illum navigare* [13]; *libertate atque*
4 *fortunis per illum frui.* Qua re admodum exhilaratus, quadragenos aureos comitibus diviſit: juſque jurandum, & cautionem exegit a ſingulis, non alio datam ſummam,
5 quam in emptionem Alexandrinarum mercium [14] abſumpturos. Sed & cæteros continuos dies, inter varia munuſcula togas inſuper, ac pallia diſtribuit, lege propoſita,
6 ut Romani Græco, Græci Romano habitu & ſermone [15] uterentur. Spectavit aſſidue & exercentes [16] ephebos [17], quorum aliqua adhuc copia ex vetere [18] inſtituto Capreis

tam accipere debemus eum, qui navem exercet, quamvis nautæ appellentur omnes, qui navis navigandæ cauſa in nave ſint.

7. DE NAVI ALEXANDRINA, quam deſcribit Senec. Epiſt. 77. *Subito hodie nobis Alexandrinæ naves apparuerunt, quæ præmitti ſolent & nuntiare ſecuturæ claſſis adventum: tabellarias vocant. Gratus illarum Campaniæ adſpectus eſt. Omnis in pilis Puteolorum turba conſiſtit, & ex ipſo genere velorum Alexandrinas, quamvis in magna turba navium, intelligit. Solis enim licet ſupparum intendere, quod in alto omnes habent naves.* Claſſem *Alexandrinam*, ut exiſtimat Lipſ. Elect. I. 8. inſtituit Auguſtus, ut ex Ægypto tributaria jam facta frumentum frumentantibus adveheret. Vocatur hæc etiam *commeatus Alexandrinus* noſt. *Ner.* 20. 7. & *κατάπλους*, ut monet *Caſaubonus*. Quamvis enim ſit proprie claſſis appulſus ad portum, & quidem, ut oſtendit *Salmaſ. de mod. uſur. c.* 9. eumdem, unde exierat, tamen cum circa Puteolos & Neapolin, ubi maximus linguæ Græcæ fuit uſus, plurimum in ore hominum eſſet ea vox, tandem cœpit pro ipſa claſſe accipi. Mart. XII. 75. I.

Cum tibi Niliacus portet cryſtalla cataplus,
Accipe de circo pocula Flaminie.

De qua voce plura qui voluerit, evolvat *Turneb. Adv.* XXX. 26. *Barth. Adv. L.* 6. *Salmaſ. Exerc. Plin. p.* 443. *a. G. Sirmond. in Sidon. p.* 65. *Savar. in Sidon. p.* 375. *Rader. in Mart. p.* 832. *du Freſne gloſſar. p.* I. *p.* 886. *Ruben. Elect.* II. 13.

8. TANTUM QUOD I. tantummodo. V. *ſupr.* 63. 2. §. 3.

9. APPELLERE *proprie dicitur eum ex pelago, aut freto quis ad littus acceſſerit. Virg. Æn.* III. 715.

Hinc me digreſſum veſtris deus appulit oris.

Donat. in Terent. Andr. prol. n. I. * Navis non tantum dicitur *appelli*. Cicer. Ver. V. 25. *Navis appellitur Syracuſas.* 33. *Claſſis quinto die ad Pachynum eſt appulſa.* Sed etiam *appellere*. Tacit. Ann. II. 24. 3. *Sola Germanici triremis Chaucorum terram appulit.* IV. 27. 2. *Tres biremes appulere.* Noſt. *Ner.* 27. 4. *Tib.* 11. 2. *Galb.* 10. 7. *Tit.* 5. 6.

10. THURA LIBANTES. V. infr. *Cal.* 13. 2. §. 10.

11. FAUSTA OMINA CONGERERE eſt Græcorum εὐφημεῖν. *Caſaubonus.*

12. PER ILLUM SE VIVERE.... Videtur exprimere *modulatas Alexandrinorum laudationes*, de quibus noſt. *Ner.* 20. 7. Philo habitatione Alexandrinus eaſdem εὐφημίας congeſſit legat: ad Cajum p. 1013. B. Οὗτος ὁ καὶ τοὺς φανεροὺς καὶ ἀφανεῖς πολέμους διὰ τὰς ἐκ λῃστῶν ἐπιθέσεις ἀνελών. Οὗτος ὁ τὴν θάλατταν πειρατικῶν μὲν σκαφῶν κενὴν ἐργασάμενος, φορτίδων δὲ πληρώσας. Οὗτος ὁ τὰς πόλεις ἁπάσας εἰς ἐλευθερίαν ἐξελόμενος, ὁ τὴν ἀταξίαν εἰς τάξιν ἀγαγών, ὁ τὰ ἄμικτα ἔθνη καὶ θηριώδη πάντα ἡμερώσας καὶ ἁρμοσάμενος. Ὁ εἰρηνοφύλαξ, ὁ διανομεὺς τῶν ἐπιβαλλόντων ἑκάστοις, ὁ τὰς χάριτας ἀταμιεύτους εἰς μέσον προθείς, ὁ μηδὲν ἀποκρυψάμενος ἀγαθὸν ἢ καλὸν ἐν ἅπαντι τῷ ἑαυτοῦ βίῳ. *Hic eſt ille, qui & aperta bella ſuſtulit, & occulta latrocinia. Hic eſt ille, qui mare vacuatum navibus piraticis, reddidit plenum onerariis. Hic civitates univerſas libertate donavit, res perturbatas reduxit ad certum ordinem, gentes feras & abhorrentes a cæterarum commercio formavit ad manſuetudinem ſocietatemque hominum. Hic pacis cuſtos, juris æquus moderator, gratiarum profuſus largitor, omnium bonarum rerum, quam diu vixit, communicator.* V. & *Caſaubonum.*

* 13. PER ILLUM NAVIGARE, quia *mare pacaverat a prædonibus*, ut ipſe jactat in *Breviario rerum a ſe geſtarum oppoſ. lat. ſer.* II. & agnoſcit *Philo* ſupr. §. 12. Unde Auguſti beneficia denarrans Horat. Od. IV. 5. 19.

Pacatum volitant per mare navitæ.

Et nautam compellans Prop. III. 9. 71.

At tu, ſive petes portus, ſeu navita linques.
Cæſaris in toto ſis memor Ionio.

14. ALEXANDRINÆ MERCES erant atomata omnis generis, telæ, libri, papyrus, chartæ, vitra multifariam formata, lina, ſtupæ, ſindones, polymita, veſtes Babylonicæ, Ægyptiaca mancipia venuſta.... V. *Caſaubonum.* Vopiſc. Aurel. c. 45. *Vectigal ex Ægypto urbi Romæ Aurelianus vitri, chartæ, lini, ſtupæ, atque anabolicas ſpecies æternas conſtituit.*

15. ROMANI GRÆCO SERMONE... Hinc forte quæſitus luſus, quem annotat *Sabellicus*, ut cum neque Romani Græce ſatis expedite loquerentur: verum quum utrique alieno cultu inſtructi eſſent, ut *Romani Græci*, illi *Romani* putarentur, infantiſſimi primo congreſſu omnes Auguſti comites rei ignaris viderentur. V. & de hoc loco contra Baronium diſputantem *Caſaub. Exercit.* 9. 2.

16. EXERCENTES Græcum eſt pro *exercentes ſe.* Græci magiſtri vocant σχῆμα κατ' ἀντιπάθειαν. Noſt. *Caſ.* 26. 7. *Cal.* 50. 7. V. *Caſaubonum*, & *Perizon. Sanct. Minerv.* III. 2.

17. EXE-

Digitized by Google

preis [19] erat. Iiſdem etiam epulum in conſpectu ſuo præbuit, permiſſa, imo exacta 7
jocandi licentia, diripiendique pomorum [20] & obſoniorum, rerumque miſſilium [21]. Nul- 8
lo denique genere hilaritatis abſtinuit. Vicinam Capreis inſulam Ἀπραγόπολιν [22] ap- 9
pellabat, a deſidia ſecedentium illuc e comitatu ſuo.

17. EPHEBIA *prima ætas adoleſcentiæ eſt, ut adoleſcentia extrema pueritiæ.* Donat. Ter. Andr. I. I. 24. Hinc *ex ephebis excedere* apud *Terent.* l. l. & *ephebis ætate exire* apud *Plaut. Merc.* I. I. 40. Ἔφηβοι annorum ſedecim vocat *Cenſor. de D. N. c.* 14. De Neapoli Strab. v. p. 170. Πλεῖστα δ' ἴχνη τῆς Ἑλληνικῆς ἀγωγῆς ἐνταῦθα σώζεται, γυμνάσιά τε καὶ ἐφηβεῖα. *Plurima ibi Græcorum inſtitutorum ſuperſunt veſtigia, ut gymnaſia, epheborum cœtus.* Not. Ner. 12. 4.

18. VETERE, Græco nimirum. V. *Strab. ſupr.* §. 17.

19. CAPREAS V. *ſupr.* 72. 6. §. 36.

20. DIRIPIENDI POMORUM vetus eſt locutio *Torrentio*, & inſolitus loquendi modus *Oizelio in Gell.* XVI. 8. cujus tamen reperiuntur exempla. Plaut. Capt. IV. I. 72.

Nominandi tibi iſtorum erit magis quam edundi
copia
Hic apud me.

Varr. R. R. II. I. *Sive aliquod fuit principium generandi animalium.* Gell. XVI. 8. *Feciſſe videtur eum librum Ælius ſui admonendi, quam aliorum docendi gratia.* Et quæ hiſce addit *Sanct. Minerv.* III. 8.

21. RES MISSILES ſunt, quæ de menſa a convivis ſumpta mittebantur abſentibus, aut alibi accumbentibus. Huc ſpectat dicterium Curtii equitis Romani, *qui cum macrum turdum ſumpſiſſet in convivio Cæſaris, interrogavit an mittere liceret: reſponderat princeps, quid ni liceat? ille per feneſtram ſtatim miſit.* Macrob. Saturn. II. 4. Ita noſter *miſſilia variarum rerum* Ner. II. 7. V. *Torrentium.*

22. Ἀπραγόπολιν i. otii & deſidiæ urbem. Schol. Juven. X. 93. *De qua inſula* (quamvis erret, dum ipſas Capreas intelligit) *Auguſtus ἀπραγόπολιν dixit, quod ibi eſſet otii locus, ut ait Suetonius.* Ita & Neapolim dicunt otioſam Poetæ. Horat. Epod. 5. 43. Ovid. Met. XV. 711. ut annotatunt *h. l. Torrentius & Cluver. Ital.* IV. 3. I.

CAPUT XCIX.

ARG. *Maſgabam κτίστην vocat, in ejuſque tumulum magna turba, multiſque luminibus frequentatum verſus pronuntiat, Neapolim trajicit, certamen gymnicum perſpectat, Nolæ ſuccumbit, & Tiberium ſecreto ſermone diu detinet Octavius Cæſar Auguſtus.*

Sed ex dilectis [1] unum, Maſgabam nomine, quaſi conditorem inſulæ κτίστην [2] vo- 1
care conſueverat. Hujus Maſgabæ, ante annum defuncti, tumulum cum ex 2
triclinio animadvertiſſet magna turba multiſque luminibus frequentari [3] verſum com-
poſitum ex tempore [4] clare pronuntiavit:

Κτίστου

DILECTUS I. ἀγαπητὸς, ἐρώμενος. Ita Gloſſ. ἀγαπητὸς, *amantiſſimus, cariſſimus, dilectus, amatus.* Spart. Adrian. c. 14. *Nam & de ſuis dilectis multa verſibus compoſuit.* Ubi V. *Salmaſium.*

2. Κτίστην vocat Maſgabam per jocum & facetias. Ipſe κτίστης fuerat. Unde Auguſti ἴδιον κτίσμα vocatur Strab. ſupr. 92. 5. §. 14. Maſgabæ vero opera incolis frequentaverat. Talis vero quoque κτίστης, ſive conditor inſulæ. Ita *Armenius Jaſonis Theſſali comes condidit Armeniam*, quam colonis eo deductis frequentem fecit apud Juſtin. XLII. 10. Habitum pro conditore a popularibus, ex illo apparet honore, qui ipſi mortuo habetur: inſtitutum enim fuit, ut ejus defuncti memoria die, quo obierat, quotannis coleretur: qui honos κτίσταις exhiberi ſolitus. V. *Caſaubonum & Cuper. Obſerv.* III. 9.

3. LUMINIBUS FREQUENTABANT defunctorum ſepulcra illis parentaturi. Modeſtin. Digeſt. XL. 4. 44. *Mævia decedens ſervis ſuis nomine Sacco, & Eutychia, & Hirena ſub conditione libertatem reliquit his verbis. Saccus ſervus meus, & Eutychia, & Hirene ancillæ meæ, omnes ſub hac conditione liberi ſunto, ut monumento meo alternis menſibus lucernam accendant, & ſollennia mortis peragant.* Ovidius de nuptiis menſe Februario propter parentalia non celebrandis Faſt. II. 561.

Conde tuas, Hymenæe, faces, ab ignibus atris
Aufer, habent alias mœſta ſepulcra faces.

Mos hic ex Ægypto Romam videtur migraſſe. Herod. II. p. 157. D. Θυμιήματα δὲ παρ' αὐτῇ παντοῖα καταγίζουσι ἀνὰ πᾶσαν ἡμέρην· νύκτα δὲ ἑκάστην πάννυχος λύχνος παρακαίεται. *Cui ſingulis diebus omnifarii odores inferuntur, noctibus perpetuo incenſa lucerna adſtat.* V. *Kirchm. Fun.* II. 3. IV. 4. *Mag. Miſc.* IV. 19. *Facs ad Gyrald. de Sepult. c.* I. *Noriſ. Cenot. Piſan. Diſſ.* III. *c.* 6.

4. EX TEMPORE verſum ſe feciſſe etiam affirmat Sidon. Epiſt. I. II. *Annuo poſtularis, ſi hoc ipſum e veſtigio verſibus petas. Fiat inquam. Retrorſumque converſus, tanquam aquam manibus poſcerem, tantumque*

Κτίσου δὲ τύμβον εἰσορῶ πυρούμενον [5].

3 Converſuſque ad Thraſyllum [6] Tiberii comitem, contra accubantem, & ignarum rei interrogavit, cujuſnam poetæ putaret eſſe: quo hæſitante [7], ſubjecit alium,

Ὁρᾷς Φάεσσι Μασγάβαν τιμώμενον.

4 De hoc quoque conſuluit: cum ille nihil aliud reſponderet, quam cujuſcunque eſ-
5 ſent, optimos eſſe, cachinnum ſuſtulit [8], atque in jocos effuſus eſt. Mox Neapolim [9] trajecit, quanquam & tum infirmis inteſtinis morbo [10] variante [11]: tamen & quinquennale certamen [12] gymnicum [13] honori [14] ſuo inſtitutum perſpectavit: & cum
6 Tiberio ad deſtinatum locum [15] contendit. Sed in redeundo, aggravata valetudine, tandem Nolæ [16] ſuccubuit [17]: revocatumque [18] ex itinere Tiberium diu ſecreto ſermone

remoratus, quantum ſtibadii circulum celerantia miniſteria percurrunt, cubitum toro reddidi. Et Imperator: ſpoponderas te licentiam ſcribenda ſatyra verſibus ſubitis poſtulaturum. Et ego,

Scribere me ſatyram qui culpat, maxime princeps:
Hanc rogo decernas, aut probet, aut timeat.

Sequutus eſt fragor par Camillano, quem quidem non tam carminis dignitas, quam temporis brevitas meruit.

5. Πυρούμενον eſt κατοπτρίπτιμα, vel potius faceti ſenis jocus. Non enim ſolet accipi pro luminibus frequentari, ſed pro incendi, & conflagrare. *Caſaubonus.*

6. THRASYLLUS *ſapientia fuit profeſſor* Tib. 14. 6. & illo nomine in contubernium Tiberii admiſſus eſt. Themiſt. Orat. 12. p. 270. Οὕτω καὶ οἱ πατέρες τῆς τῆς βασιλείας τοὺς προγόνους ταύτης τῆς τύχης προῆγον, τὸν Ἄρειον ἐκεῖνος ὁ Σεβαστός, ὁ Τιβέριος τὸν Θρασύλλον. *Sic auctores imperii tui hujus olim diſciplina majoribus ampliſſima quaque deferebant, velut Ario Cæſar Auguſtus, Tiberius Thraſylo.* De hoc Schol. Juven. VI. 576. *Thraſyllus multarum artium ſcientiam profeſſus, poſtremo ſe dedit Platonica ſecta, ac deinde matheſi: qua præcipue viguit apud Tiberium, cum quo ſub honore ejuſdem artis familiariter vixit: quem poſtea Tiberius in inſula Rhodo præcipitare voluit in pelagus, quaſi conſcium premiſſa dominationis. Quem dolum cum præſenſiſſet, fugit.* V. quoque *Caſaubonum ad Tiberium, Voſſ. de Hiſt. Græc.* IV. 16. *Menag. ad Laert.* III. 1.

7. HÆSITANTE i. dubio. Cicer. Acad. 1. 2. *Itaque non hæſitans reſpondebo.*

8. CACHINNUM SUSTULIT, quia mathematicus, & divinandi peritus poetæ nomen ignorabat. *Cachinnus* vero *eſt cum voce riſus laſcivior, quem Græci μυρὸν γέλωτα vocant.* Veter. gloſſ. ad Perſ. 1. 12.

Sed ſum petulanti ſplene cachinno.

Riſum ineptum vocat Sammonic. 24. 25.

Splen tumidus nocet, & riſum tamen addit ineptum.

Noſt. *Cal.* 32. 9: 57. 1. *Claud.* 41. 2. *Veſp.* 5. 3.

9. NEAPOLIS a Puteolis in littore proxima eſt, & Campaniæ caput, regnique metropolis. Strab. V. p. 170. Μετὰ δὲ Δικαιαρχίαν ἐστὶ Νεάπολις Κυμαίων: ὕστερον δὲ καὶ Χαλκιδεῖς ἐπῴκησαν, καὶ Πιθηκουσσαίων τινές, καὶ Ἀθηναίων, καὶ Νεάπολις ἐκλήθη διὰ τοῦτο. *Poſt Dicæarchiam eſt Neapolis Cumanorum: poſtea temporis & Chalcidenſium nonnulli, & Pithecuſæorum, & Athenienſium immigrarunt, unde & propterea Neapolis dicta eſt.* Plura *Cluver. Ital.* IV. 3. 1. *Merul. Coſmogr.* II. 4. 25. *Leand. Ital. p.* 275. *Goltz. Ital. p.* 210.

10. MORBO, alvi profluvio *ſupr.* 98. 1.

11. VARIANTE i. modo lentius, modo concitatius Auguſtum infeſtante. Celſo II. 6. *alvus varia* dicitur eſſe, quæ ſtrigmentum, ſanguinem, bilem viridem in mixtura quadam, diſcreta tamen repræſentat: & talis peſtifera eſt. *Beroaldus.*

12. QUINQUENNALE CERTAMEN a Neapolitanis actum deſcribit, ubi de Neapoli agit, Strab. V. p. 170. Νυνὶ δὲ πεντετηρικὸς ἱερὸς ἀγὼν συντελεῖται παρ' αὐτοῖς, μουσικός τε καὶ γυμνικὸς ἐπὶ πλείους ἡμέρας, ἐνάμιλλος τοῖς ἐπιφανεστάτοις τῶν κατὰ τὴν Ἑλλάδα. *Hoc tempore ſacrum quinquennale certamen muſicum & gymnicum per aliquot dies agitur, ludis Græcorum nobiliſſimis æmulum.* Spartian. Adrian. c. 27. *Templum pro ſepulcro apud Puteolos conſtituit, & quinquennale certamen* Adriano Antoninus. Illud *Romæ primus inſtituit* Nero apud noſtr. *infr.* 12. 8.

13. GYMNICUM *certamen eſt velocitatis ac virium gloria.* Iſidor. XVIII. 17. Hujus auctor Lycaon. Plin. VII. 56. *Ludos gymnicos in Arcadia inſtituit Lycaon.* Inſtituebatur in honorem alicujus numinis, aut eorum hominum, qui, quod virtute, & fortibus factis numinibus proximi fuerant, ſummis honoribus colebantur. Plutarch. Theſ. p. 6. 1. E. Ἀγῶνα δὲ ὁ Μίνως ἐπ' Ἀνδρόγεω γυμνικὸν ἐποίει, καὶ τοὺς παῖδας ἆθλα τοῖς νικῶσιν ἐδίδου, τέως ἐν τῷ Λαβυρίνθῳ φυλαττομένους. *Minos in Androgei memoriam ludos gymnicos fecit, & victoribus præmio dedit pueros, qui tunc in Labyrintho adſervabantur.* Noſt. *Ner.* 12. 8: 53. 4. *Domit.* 4. 9.

14. HONORI Auguſti *inſtituiſſe* hoc certamen Neapolitanos docet etiam Paterc. II. 123. 2. *Interfuturus athletarum certamini ludicro, quod ejus honori ſacratum a Neapolitanis eſt.* Nec hi ſolum, ſed & Herodes tale in Auguſti honorem Cæſareæ inſtituit. Joſeph. Ant. Jud. XVI. 9. Ἀνατίθει δὲ καὶ τοῦτον τὸν ἀγῶνα Καίσαρι, κατὰ πενταετηρίδα παρεσκευασμένος ἄγειν αὐτόν. *Conſecravit hoc quoque certamen Cæſari per ſingula quinquennia inſtaurandum.*

15. DESTINATUM LOCUM, Beneventum *ſupr.* 97. 6. Paterc. II. 123. 2. *Digreſſus ab eo Beneventi, ipſe Nolam petiit.*

16. NOLA

mone detinuit [19], neque poſt ulli majori negotio animum accommodavit.

16. Nola Græcis per ω ſcripto vocabulo Νῶλα occurrit ab Abella Neapolim euntibus. A Tuſcis conditam ſcribit Paterc. I. 7. 2. *Quidam hujus temporis tractu ajunt, a Tuſcis Capuam Nolamque conditam ante annos fere octingentos triginta, quibus equidem aſſenſerim.* Diſſentientes tamen de hujus urbis conditoribus ſcriptores cognoſcere qui voluerit, evolvat *Cluver. Ital.* IV. 5. 22. *Merul. Coſmog.* II. 4. 25. *Leandr. Ital. p.* 286. *Atellæ* obiiſſe Auguſtum dicit, ſed ſolus, *Euſebius infr.* 100. 6. §. 23.

17. Succumbimus morbo, quando illius vi ſuperamur, & mori cogimur. Sil. Ital. XIV. 350.

Succubuit medicina malis.

Beroaldus.

18. Revocatum, ut docet Tacit. Ann. I. 5. 4. *properis matris literis vixdum Illyricum ingreſſum.*

19. Detinuit *ſermone* quo Auguſtus *Tiberium*; docet, qui Tiberio tum comes fuit, Paterc. II. 23. 2. *Ingraveſcente in dies valetudine, feſtinanter revocavit filium. Ille ad patrem patriæ exſpectato revolavit maturius. Tum ſecurum ſe Auguſtus prædicans, circumfuſuſque amplexibus Tiberii ſui, commendans illi ſua, atque ipſius opera, nec quidquam de fine, ſi fata poſcerent, recuſans, ſubrefectus primo conſpectu, alloquioque cariſſimi ſibi ſpiritus, mox cum omnem curam fata vincerent, in ſua reſolutus initia Pompeio Appuleioque Conſulibus, ſeptuageſimo ſexto anno, animam cæleſtem cælo reddidit.* Quod & altera vice affirmat noſt. Tib. 21. 2. Tacito tamen teſte *non ſatis compertum eſt, ſpirantem adhuc Auguſtum apud urbem Nolam, an exanimem repererit.* Et *pleroſque & fide digniores*, πλείοσι καὶ ἀξιοπιστοτέροις, hoc negare dicit Dio LVI. *p.* 590. B.

CAPUT C.

ARG. *Capillum comi, malaſque corrigi præcipit, & in Liviæ oſculis deficit Octavius Cæſar Auguſtus.*

Supremo die identidem exquirens, an jam de ſe tumultus foris eſſet, petito ſpeculo, capillum ſibi comi [1], ac malas [2] labentes [3] corrigi [4] præcepit, & amicos admiſſos percontatus. *Ecquid iis videretur mimum vitæ [5] commode tranſegiſſe* [6]: adjecit & clauſulam [7]. 1

'Et

Capillum comi.... An ut diſſimularet vim morbi, & ſpem viſentibus faceret longioris vitæ? an potius ex veterum conſuetudine, qua diligenter caverunt, ut membris decenter & κατὰ φύσιν compoſitis ad plures abirent? Eurip. Hipp. n. 1443.

> Κατ' ὄσσων κιχάνει μ' ἤδη σκότος,
> Λάβε πάτερ μου, καὶ κατόρθωσον δέμας.
> *Venit mihi jam caligo in oculos,*
> *Accipe me pater, & corrige corpus.*

Unde & membra contracta forte, & diſtorta, dum animam efflarent, corrigebant & componebant præſentes. Eurip. ib. 786.

> 'Ορθώσατ' ἐκτείνοντες ἄθλιον νέκυν,
> Ὄλωλεν ἡ δύστηνος, ὡς κλύω, γυνή:
> Ἤδη γὰρ ὡς νεκρόν νιν ἐκτείνουσι δή.
> *Rectam collocate, dirigentes miſerum cadaver,*
> *Periit infelix mulier, ut audio:*
> *Jam enim, ut cadaver componi ſolet, ipſam dirigunt.*

V. & *Caſaubonum*, *Victor. V. L.* X. 20. *Gevart. in Papin. Sylv.* II. 157.

2. Malæ, *infra oculos, homini tantum, quas priſci genas vocabant, 12 tabularum interdicto radi a feminis eas vetantes.* Plin. XI. 37.

3. Labentes, quia illas vires deficiunt. *Lapſas* dicit Senec. Hipp. n. 364.

> —— *lapſa gena*
> *Lucem recuſans.*

Cadentes Stat. Sylv. V. 1. 170.

> *Jamque cadunt vultus, oculiſque noviſſimus error.*

Jacentes & fugientes Claudian. de Bell. Gildon. n. 21.

> *Vox tenuis, tardique gradus, oculique jacentes,*
> *Interius fugere genæ.*

4. Corrigere malas *Homero* στόμα ἐρεῖσαι 'Οδυσσ. Λ. 424.

> —— οὐδέ μοι ἔτλη ἰόντι περ εἰς 'Αΐδαο
> Χερσὶ κατ' ὀφθαλμοὺς ἑλέειν, σύν τε στόμ' ἐρεῖσαι.
> —— *neque mihi voluit eunti ad Plutonis*
> *Manibus oculos comprimere, atque os componere.*

Ubi Didymus: ἐρεῖσαι, ἁρμόσαι, ἢ ἐπικλεῖσαι.

5. Mimum vitæ i. vitæ quaſi fabulam. Vetus Græcorum dictum eſt, μῖμος ὁ βίος. Ad illud alludit Senec. Epiſt. 80. *Nec enim ullo efficacius exprimitur hic humanæ vitæ mimus, qui nobis partes has, quas male agamus, aſſignat.* Epictet. Enchir. c. 16. Μέμνησο, ὅτι ὑποκριτὴς εἶ δράματος, οἵου ἂν θέλῃ ὁ διδάσκαλος: ἂν βραχὺ, βραχέος: ἂν μακρὸν, μακροῦ: ἂν πτωχὸν ὑποκρίνασθαί σε θέλῃ, ἵνα καὶ τοῦτον εὐφυῶς ὑποκρίνῃ: ἂν χωλὸν, ἂν ἄρχοντα, ἂν ἰδιώτην. Σὸν γὰρ τοῦτ' ἐστὶ, τὸ δοθὲν ὑποκρίνασθαι πρόσωπον καλῶς: ἐκλέξασθαι δ' αὐτὸ ἄλλου. *Actorem eſſe fabulæ talis, qualis magiſtro probata fuerit, te memento: ſi brevis, brevis; ſi longa, longa: ſi mendicum agere te voluerit, fac eam quoque perſonam ingenioſe repræſentes: ita ſi claudum, ſi principem, ſi plebeium. Hoc enim tuum eſt, datam perſonam bene effingere: eam autem eligere alterius.* Cicer. de Senect. c. 23. *Senectus peractio ætatis eſt tan-*

Ἐι δὲ πᾶν ἔχει καλῶς τῷ παιγνίῳ
Δότε κρότον, καὶ πάντες ὑμεῖς μετὰ χαρᾶς κτυπήσατε [8].

2 Omnibus deinde dimiſſis, dum advenientes [9] ab Urbe de Druſi filia [10] ægra interrogabat, repente in oſculis [11] Liviæ, & in hac voce [12] defecit [13]: *Livia noſtri conjugii memor* [14] *vive, ac vale* [15]: ſortitus exitum facilem, & qualem ſemper optaverat. Nam

quam fabulæ. Quid proprie ſit *mimus*, dixi *Cæſ.* 39. 4. §. 17. Plura ſi volueris, invenies apud *Lipſium in Senecam, Simplicium* & *Wolſium in Epictetum.*

6. Commode transegisse i. decenter peregiſſe. Tranſlatum ab hiſtrionica, in qua, fabulam dum per omnes actus peragit, laudatur hiſtrio. Cicer. de Senect. c. 19. *Quod cuique temporis ad vivendum datur, eo debet eſſe contentus. Neque enim hiſtrioni, ut placeat, peragenda eſt fabula, modo, in quocunque fuerit actu, probetur: neque ſapienti uſque* Plaudite *vivendum.* V. & *Beroaldum.* & *Schulting. in Sen. Contr. p.* 85.

7. Clausulam, quia hiſtriones plauſum, extremam fabulæ *clauſulam*, petere ſolebant. Horat. de art. poet. n. 155.

——— *donec cantor, vos plaudite, dicat.*

Quintil. Inſtit. vi. 1. *Tunc eſt commovendum theatrum, quum ventum eſt ad ipſum illud, quo veteres tragœdiæ, comœdiæque clauduntur, Plaudite.* Talem Auguſtus. Dio lvi. p. 590. A. Κρότον δὲ δή τινα παρ' αὐτῶν ὁμοίως τοῖς γελωτοποιοῖς, ὡς καὶ ἐπὶ μίμου τινὸς τελευτῇ, αἰτήσας, καὶ πάμπαν πάντα τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον διασκώψας. *Applauſum quoque ab iis, veluti mimo aliquo finito ludiones ſolebant, popoſcit, omnem humanæ vitæ partem eo ſubſannans.* Talem Demonax apud Lucian. p. 872. Ὅτε δὲ συνῆκεν οὐκ ἔθ' οἷός τε ὢν αὑτῷ ἐπικουρεῖν, εἰπὼν πρὸς τοὺς παρόντας τὸν ἐναγώνιον τῶν κηρύκων πόδα,

Λήγει μὲν ἀγὼν τῶν καλλίστων ἄθλων ταμίας,
Καιρὸς δὲ καλεῖ μηκέτι μέλλειν.

Καὶ πάντων ἀποσχόμενος, ἀπῆλθε τοῦ βίου φαιδρός. *Porro cum intellexiſſet, ſe ſibi non amplius opem ferre poſſe, dicta ad præſentes, quæ in certamine præcones uti ſolent, clauſula: jam finis eſt pulcerrimorum munerum certaminis, non eſſe differendum amplius tempus monet. Et cum ab omnibus abſtinuiſſet, hilaris e vita migravit.* V. quoque *Caſaubonum.*

8. Κτυπήσατε i. aliquid facite. Κτυπεῖν eſt ſtrepere, ſonitum inſtar tympani edere. De ſono, quem cæſæ edunt arbores, κτυπεῖν dicit Homer. Ἰλιάδ. ψ. 119.

——— ταὶ δὲ μεγάλα κτυπέουσαι
Πῖπτον.
——— *hæ autem magnum ſonum dantes*
Cadebant.

9. Advenientes, ſeu adventores ſunt, qui peregre veniunt. *Advenire* proprie dicitur de peregrinis, ut docet *Scalig. in Varr. p.* 179.

10. Drusi filia, quæ *Livilla* dicitur noſtr. *Claud.* 1. 13.

11. Osculari morientem ſolebant, qui aderant, amici & ſanguine proximi. Senec. ad Polyb. c. 34. *Cæſar patruus meus, Druſum Germanicum patrem meum, minorem natu, quam ipſe erat, fratrem intima Germaniæ recludentem, & gentes ferociſſimas Romano ſubjicientem imperio.... in complexu, & oſculis ſuis amiſit.* Auſon. Parent. 23. 13.

Illa manus inter genetricis & oſcula patris
Occidit.

Videntur exeuntem animam *oſculo* excipere, & in ſe transferre voluiſſe. Hoc enim fieri poſſe exiſtimarunt veteres. Cicer. Verr. v. 45. *Matres miſeræ pernoctabant ad oſtium carceris, ab extremo complexu liberûm excluſæ, quæ nihil aliud orabant, niſi ut filiorum extremum halitum excipere ſibi liceret.* Maxime quia putabant illam per *os* tanquam januam aliquam exire. Hinc morientium *animam in primis labris eſſe* dicit *Senec. Epiſt.* 30. & *animam in ore primo tenere ſe* dicit Herculi Amphitruo apud *Senec. Herc. Fur. n.* 1310. V. & *Kirchm. de Fun.* 1. 5. *Guther. de jur. man.* 1. 12. *Moreſt. Pomp. Fer.* 1. 2. *Nicol. de luct. Græc. c.* 3.

12. Vocem morientium ultimam attentiores ut exciperent, cum jam deficere viderentur, propinqui illorum lecto adſidebant. Illorum enim animus divino aliquo inſtinctu incitatus, urgentibus fatis perfectiorem futurorum quamdam prædictionem & præſenſionem habere credebatur. Unde & illorum verba quam maxime annotarunt ſcriptores. Morientis Bruti verba retulit Dio ſupr. 13. 1. §. 8. V. quoque *Caſal. de prof. Rom. rit. c.* 26. *Guther. de Jur. Man.* 1. 11. & *Kemp. de oſculis diſſert.* 20. §. 4–7.

13. Defecit forte fraude Liviæ. Dio lvi. p. 589. D. Ὁ δ' οὖν Αὔγουστος νοσήσας μετήλλαξε, καί τινα ὑποψίαν τοῦ θανάτου αὐτοῦ ἡ Λιουία ἔλαβεν. Ἐπειδὴ πρὸς τὸν Ἀγρίππαν κρύφα ἐς τὴν νῆσον διέπλευσε, καὶ ἐδόκει οἱ καὶ πᾶσι πάντα καταλλαγήσεσθαι. Δείσασα γάρ, ὥς φασι, μὴ καὶ ἐπὶ τῇ μοναρχίᾳ αὐτὸν καταγάγῃ, σῦκά τινα ἐπὶ δένδρεσιν ἔτ' ἐπόντα, ἀφ' ὧν ὁ Αὔγουστος αὐτοχειρίᾳ συνάγειν εἰώθει, φαρμάκῳ ἔχρισε: καὶ αὐτή τε ἅμα τὰ ἀνήλειφα ἤσθιε, κἀκείνῳ τὰ πεφαρμαγμένα προσέβαλλεν. *Ceterum Auguſtus ex morbo deceſſit, ſuſpecta nonnihil Livia, quaſi ejus fraude obiiſſet. Etenim ad Agrippam clam uxore in inſulam tranſmiſerat, & videbatur tam ipſi,* Agrippæ, *quam aliis omnibus omnino cum eo in gratiam rediturus. Livia itaque verita, ne reducto imperium traderet, ficus quaſdam in arboribus adhuc pendentes, quas Auguſtus ſua manu decerptas comedere conſueverat, veneno inunxit: ipſa non unctas edit, eique medicatas carpendas obtulit.* V. etiam Aurel. Victor. Epit. 1. 27.

* 14. No-

Nam fere quoties audiſſet, cito ac nullo cruciatu defunctum quempiam, ſibi & ſuis 3
ἐυθανασίαν [16] ſimilem (hoc enim & verbo uti ſolebat) precabatur. Unum omnino 4
ante efflatam animam ſignum alienatæ mentis [17] oſtendit, quod ſubito pavefactus,
a quadraginta ſe juvenibus abripi queſtus eſt. Id quoque magis præſagium, quam 5
mentis diminutio fuit: ſiquidem totidem milites prætoriani [18] extulerunt [19] eum in
publicum [20]. Obiit in cubiculo eodem, quo pater Octavius [21], duobus Sextis, Pom- 6
pejo & Appulejo conſulibus [22], decimo quarto Kalendas Septembris, hora diei no-
na, ſeptuageſimo & ſexto ætatis anno [23], diebus quinque & triginta minus.

* 14. Nostri memor erat inter morientium commendationes. Tacit. Ann. II. 72. I. *Tum ad uxorem verſus, per memoriam ſui oravit.* Vetus inſcriptio: VALE C. TERTULLE, ET ESTO MEMOR PIETATIS PATERNÆ. Noſt. infr. *Hor.* n. 5. *Briſſ. de Form.* VII. *p.* 674.

15. Vive et vale noviſſima ſunt morientium verba. Virg. Ecl. 8. 58.

—— vivite ſylvæ:
Præceps aerii ſpecula de montis in undas
Deferar.

Ubi Servius: *vivite* I. *valete.* Qui enim diutius vivere non poteſt, aliis longiorem optat vitam. Plaut. Aſin. III. 3. 16.

AR. *Vale.* PH. *quo properas?* AR. *bene vale: apud orcum te videbo.*

Hippolytus rebus humanis renuntians apud Eurip. n. 1453.

Ὦ χαῖρε καὶ σὺ, χαῖρε πολλά μοι πάτερ.

V. *Guther. de jur. man.* I. 12. *Urſat. de not. Rom. A. R. tom.* XI. *p.* 582.

16. Ἐυθανασίᾳ Græco vocabulo utitur & Cicer. Attic. XVI. 7. *Illud admirari ſatis non potui, quod ſcripſiſti his verbis: bene igitur tu, qui ἐυθανασίαν bene.* Eſt vero illa, quum quis, ut noſter explicat, *cito, ac nullo cruciatu defungitur.* Contigit vero illis, qui obſervante Torrentio ex hac vita, tanquam e convivio jam ſaturi diſcedunt. Horat. Sat. I. I. 118.

Inde fit, ut raro, qui ſe vixiſſe beatum
Dicat, & exacto contentus tempore vitæ
Cedat, uti conviva ſatur.

* 17. Alienatam mentem dicit etiam Cæſ. B. G. VI. 41. 3. *Ut pæne alienata mente equitatum tantum ſe ex fuga recepiſſe dicerent. Alienatum mente* Plin. XXVIII. 8. *Hyænæ vim, qua alliciat ad ſe homines mente alienatos magi dederunt.* Illi opponitur *mens mea* I. quæ in mea eſt poteſtate. Senec. Contr. I. I. *Ego ſi tunc meæ mentis fuiſſem. Mens* pars noſtri eſt multo optima. Illa Dei imaginem circumferimus, a belluis diſtinguimur, homines ſumus. Inde, ut ad Senecam etiam Schultingius, qui deſinunt *mentis eſſe alienatæ*, ad ſe redire dicuntur.

18. Milites prætoriani cohortium erant *prætoriarum.* Nomen acceperunt a cohorte *prætoria.* Voſſ. Lex. *Prætoriani milites dicuntur a cohorte prætoria.* Illam deſcribo infr. *Cal.* 56. 4. §. 20. Unde *prætorianæ cohortes* infr. *Tib.* 37. 2. Hi latus principis tegebant. Noſt. ſupr. Aug. 49. 3. Militum *certum numerum in ſui cuſtodiam adlegit* Auguſtus. Et δορυφόροι, σωματοφύλακες, *ſatellites, corporis cuſtodes* Herodiano aliquoties dicuntur.

19. Efferri *proprie dicuntur cadavera mortuorum.* Ἐκφέρεται *Græcum eſt. Quod vitans Virgilius, ne diceret efferitur, inquit Georg.* IV. 256.

—— tum corpora luce carentum
Exportant tectis, & triſtia funera ducunt.

Donat. in Terent. Andr. I. I. 90. Plura *Kirchm. de Fun.* II. I.

20. In publicum. Efferri enim nihil aliud eſt quam foras ferri. Unde Plaut. Aul. II. I. 34.

—— qua
Cras veniat, perendie foras feratur, ſoror.

21. In cubiculo.... obiiſſe prodidit quoque Tacit. Ann. I. 9. I. *Multus hinc ipſo de Auguſto ſermo, pleriſque vana mirantibus: quod idem dies accepti quondam imperii princeps, & vitæ ſupremus: quod Nolæ in domo & cubiculo, in quo pater ejus Octavius, vitam finiviſſet.*

22. Pompejo et Appulejo consulibus obiiſſe Auguſtum dicunt quoque Dio LVI. p. 589. A. Tacit. Ann. I. 7. 2. Paterc. ſupr. 99. 6. §. 18. ſive anno ab U. C. 766. V. *Pigh. Ann.* III. *p.* 542.

23. Septuagesimo et sexto ætatis anno... obiiſſe Auguſtum dicit etiam *Dio*, ſed hoc modo. Ζήσας μὲν πέντε καὶ ἑβδομήκοντα ἔτη, καὶ μῆνας δέκα, καὶ ἡμέρας ιϛ (ἑπτὰ ſcribendum fuiſſe vult *Caſaubonus*) καὶ εἴκοσι. *Vixit annos ſeptuaginta quinque, menſes decem, dies viginti ſex.* Dicit *Paterc.* ſupr. 99. 6. §. 18. *Septuageſimo ſeptimo* ætatis anno *Atellæ in Campania* mortuum dicit *Euſeb. Chron. ad a.* 2029. Imo *vixiſſe ſeptuaginta ſeptem annos*, βιώσας ἔτη ἑπτὰ καὶ ἑβδομήκοντα, dicit *Joſeph. Ant. Jud.* XVIII. 3.

CAPUT CI.

ARG. *Urbi infertur, lugetur, laudatur, in campo Martio crematur, & in Mauſoleo conditur Octavius Cæſar Auguſtus.*

Corpus

Digitized by Google

1 Corpus decuriones [1] municipiorum [2] & coloniarum [3] a Nola [4] Bovillas [5] uſque deportarunt noctibus, propter anni tempus [6], cum interdiu in baſilica [7] cu-
2 juſque oppidi, vel in ædium ſacrarum [8] maxima reponeretur. A Bovillis equeſter
3 ordo [9] ſuſcepit, Urbique intulit [10], atque in veſtibulo [11] domus collocavit [12]. Senatus & in funere ornando, & in memoria honoranda eo ſtudio certatim progreſſus eſt, ut inter alia complura cenſuerint quidam [13], funus triumphali porta [14] ducendum [15], præce-

Decuriones quinam fuerint, dictum *ſupr.* 46. 1. §. 11.

2. Municipia V. Cæſ. 14. 1. §. 8.

3. Colonias V. Cæſ. 8. 1. §. 2.

4. Nolam V. *ſupr.* 99. 6. §. 15.

5. Bovillæ *ſunt vicus ad undecimum lapidem Appia via.* Veter. gloſſ. ad Perſ. vi. 55. Ideo *ſuburbana* dicuntur Prop. iv. 1. 35.

Quippe ſuburbana parva minus urbe Bovilla.

Vici hujus rudera inter nonum & decimum ab Urbe lapidem Albanum tendentibus cerni tradit *Kircher. Lat. lib.* ii. *part.* 1. *c.* 5. V. quoque *Cluver. Ital. ant.* iii. 4. 12. *Merul. Coſm.* ii. 4. 22. *Voſſ. Var. Obſ. c.* 5.

6. Propter anni tempus. Erat enim menſis Auguſtus, quo fervidior æſtus exiſtit: quo cadavera corrumpi, & in tabem reſolvi facilius ſolent. *Beroaldus.*

7. Basilicas deſcripſi *ſupr.* Cæſ. 10. 1. §. 4.

8. In ædibus sacris Auguſti corpus dum repoſitum legimus, non vulgare hoc honoris genus fuiſſe intelligimus. Vel ſolo enim rei funeſtæ contactu, & ſe, & quidquid diis ſuperis ſacrum erat, contaminari putarunt pleræque gentes. Unde Joſias idolorum templa contra Dei legem in Judæa exſtructa profanaturus, mortuorum oſſa in illa intulit 2. *Reg.* 23. 14. 16. Romanorum legibus corpora, quæ aliquo transferebantur, in urbes nequidem admittebantur. Paullus Ictus Sentent. 1. *Corpus in civitatem inferri non licet, ne funeſtentur ſacra civitatis.* Singularis ut argumentum honoris, ſi in urbes, per quas iter erat, reciperetur cadaver. Factum hoc in Meletii Epiſcopi, Imperatoris mandato, ſed contra Romanorum morem, cadavere Antiochiam deportando. Sozom. Hiſt. Eccl. vii. 10. Λέγεται δὲ διὰ πάσης τῆς λεωφόρου κατὰ βασιλέως πρόσταγμα ἐντὸς τειχῶν εἰς τὰς πόλεις εἰσδεχθῆναι, παρὰ τὸ νενομισμένον Ῥωμαίοις. *Fertur autem* Miletii reliquias *publica continue via ex Imperatoris mandato intra mœnia in civitates fuiſſe receptas, præter conſuetudinem Romanis uſitatam.* V. *Caſaubonum* & *Kirchm. Fun. Rom.* iii. 25.

9. Equester ordo, qui a conſulibus, Claudio legationem perſerente, hoc expopoſcit. Noſt. *Claud.* 6. 2.

10. Urbi intulit etiam noctu, Dio lvi. p. 590. C. Πρὸς δὲ δὴ τῇ Ῥώμῃ γενόμενον οἱ ἱππεῖς παραλαβόντες νυκτὸς ἐς τὸ ἄστυ ἐκόμισαν.

11. In vestibulo i. ad oſtium, pedibus & facie foras verſis. Perſ. iii. 104.

—— tandemque beatulus alte
Compoſitus lecto, craſſiſque lutatus amomis
In portam rigidos calces extendit.

Euripid. Troad. n. 190.

Τῷ δ' ἁ τλάμων, πῶ ποῦ γαίας
Δουλεύσω γραῦς, ὡς κηφὴν, ἁ
Δειλαία νεκροῦ μορφᾶ,
Νεκύων ἀμενηνὸν ἄγαλμα, ἢ τὰν
Παρὰ προθύροις φυλακὰν κατέχουσα.
Cuinam ego miſera, ubi, ubi terrrarum
Serviam anus, ut fucus, ego
Miſera cadaveris forma,
Mortuorum evanidum ſimulacrum, an
Apud ædium veſtibula cuſtodiam obtinens.

Eo alludit Senec. Epiſt. 1. 12. *Quis eſt iſte decrepitus, & merito ad oſtium admotus? foras enim ſpectat.* Hunc ritum pluribus illuſtrarunt *Lipſ. Elect.* 1. 6. & ad *Senecam*: *Caſaub.* in *Perſium*: *Meurſ. Fun. c.* 6. *Kirchm. Fun. Rom.* 1. 12. *Moreſt. Pomp. Fer.* 1. 18. Quid proprie ſit *veſtibulum* V. infr. *Ner.* 31. 5. §. 6.

12. Collocari dicebantur cadavera, cum poſt efflatam animam cubiculo elata, ad januam deponebantur lota, uncta, coronata. Lucian. περὶ πένθους p. 302. Μετὰ ταῦτα δὲ λούσαντες αὐτοὺς, καὶ μύρῳ τῷ καλλίστῳ χρίσαντες τὸ σῶμα, καὶ στεφανώσαντες τοῖς ὡραίοις ἄνθεσι προτίθενται. *Poſt hæc lotos eos, optimiſque unguentis uncto corpore, coronatos pulcerrimis floribus collocant.* Dio lviii. p. 621. C. Καὶ αὐτὴν οὔτ' ἀποθανοῦσαν αὐτὸς προέθετο. *Eam neque mortuam ipſe*, Tiberius, *collocavit.* Cauſam ritus tradit Pollux viii. 1. Καὶ αἱ προθέσεις δὲ διὰ τοῦτο ἐγίγνοντο, ὡς ὁρῷτο ὁ νεκρὸς μήτι βιαίως πέπονθε. *Et vero collocationes icirco fiebant, ut cerneretur mortuus, ecqua ei vis allata.* V. & viros §. 11. laudatos.

* 13. Censuerint quidam. Imo hoc juſſit ſenatus. Dio lvi. p. 598. A. Κατὰ τὰ τῇ βουλῇ δόξαντα.

14. Triumphalis porta, quia per illam *triumphorum* pompa deducebatur, dicta eſt. Joſeph. bell. Jud. vii. 24. Πρὸς δὲ τὴν πύλην αὐτὸς ἀνεχώρει, τὴν ἀπὸ τοῦ πέμπεσθαι δι' αὐτῆς ἀεὶ τοὺς θριάμβους, τῆς προσηγορίας αὐτῶν τετυχυίας. *Ipſe*, Veſpaſianus, *ad portam recedit, quæ ab eo, quod per illam ſemper triumphorum pompa ducitur, nomen accepit.* * Potius ubi non fuerit, quam ubi ponenda ſit, ſe oſtendere dicit *Donat. de Urb. Rom.* 1. 22. De ejus ſitu diſputantes V. *Marlian. Topogr. Rom.* ii. 9. *Panvin. Comm. R. R.* 1. *p.* 61. *Buleng. de Triump. c.* 23. *Nardin. Rom. Vet.* 1. 9. *Bergier de viis milit.* iii. 27. 8. & fuſiſſime, quem modo laudavi, *Donatum.*

* 15. Du-

præcedente Victoria [16], quæ eſt in curia [17], canentibus næniam [18] principum liberis [19] utriuſque ſexus [20]. Alii exſequiarum die ponendos [21] anulos aureos [22], fer- 4
reoſque ſumendos [23]: nonnulli legenda oſſa [24] per ſacerdotes ſummorum collegiorum [25]. Fuit & qui ſuaderet appellationem menſis Auguſti in Septembrem [26] trans- 5
ferendam: quod hoc genitus Auguſtus, illo defunctus eſſet. Alius, ut omne tem- 6
pus a primo die natali uſque ad exitum ejus, ſeculum Auguſtum [27] appellaretur, & ita

* 15. DUCENDUM I. efferendum. Virg. Georg. IV. 256.

——— *Et triſtia funera ducunt.*

Ubi Servius. *Cum exſequiali ſcilicet pompa. Et ducere proprie funerum eſt. Perſ. Sat.* II. 14.

——— *Nerio jam tertia ducitur uxor.*

Ducere dicebantur parentes, liberi, conjuges, & reliqui deinde propinqui, pro ſanguinis quiſque gradu. Plin. II. 109. *Senecta diem obiit in patria. Funus duxere ei propinqua, ad quas pertinebat hereditas.* Suidas in Αὔγουστος. Καὶ ὅτι Αὐγούστου Καίσαρος ἀποθανόντος Τιβέριος καὶ Δροῦσος προηγοῦντο τῆς κλίνης. *Cum autem Auguſtus Cæſar obiiſſet, Tiberius & Druſus in funere præceſſerunt.* Juven. X. 240.

——— *ducenda tamen ſunt*
Funera gnatorum.

V. *Meurſ. de Fun.* c. 18.

16. VICTORIA I. *victoriæ* imagine, de qua hæc Dio LI. p. 459. D. Ἐπὶ δὲ ταῦτα τὸ βουλευτήριον τὸ Ἰουλίειον τὸ ἐπὶ τῇ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ τιμῇ γενόμενον καθιέρωσεν. Ἐσέστησε δὲ ἐς αὐτὸ τὸ ἄγαλμα τὸ τῆς Νίκης, καὶ τὸ νῦν ὤν· δηλῶν, ὡς ἔοικεν, ὅτι παρ' αὐτῆς τὴν ἀρχὴν ἐκτήσατο. Ἦν δὲ δὴ τῶν Ταραντίνων, καὶ ἐκεῖθεν ἐς τὴν Ῥώμην κομισθὲν, ἔν τε τῷ συνεδρίῳ ἱδρύθη, καὶ Αἰγυπτίοις λαφύροις ἐκοσμήθη. *Deinde curiam Julianam in honorem patris ſui factam dedicavit. Poſuit in ea imaginem Victoriæ, quæ hodie quoque exſtat, indicans, uti conſueverat, ſe ex illa imperium adeptum. Fuerat Tarentinorum, & illinc Romam tranſlata, in curia erat poſita, & Ægyptiis ſpoliis decorata.* De hac quoque *Torrentius*, *Turneb.* XXIV. 15. *Rycq. Capit.* c. 23.

17. CURIA *Julia.* Dio *ſupr.* §. 16. *infr.* Cal. 60. 3. §. 5.

18. NÆNIA Feſto *eſt carmen, quod in funere laudandi gratia cantatur ad tibiam.* Cicer. LL. II. 24. *Honoratorum virorum laudes in concione memorantur, eaſque etiam ad cantus ad tibicinem proſequuntor, cui nomen Nænia, quo vocabulo etiam Græcho cantus lugubres nominantur.* Gloſſ. Cyril. *Nænia*, ἐπιτάφιον, ἐγκώμιον νεκρῶν. Et aliæ: *nænia*, ἐπιτάφιος ᾠδή. Quorum ſit vocabulum, ſatis fuſe diſputant *Scaliger* in *Feſtum* & in *Varr.* p. 142. 143. *Fab. Semeſt.* III. 2. *Kirchm. Fun. Rom.* II. 6. *Voſſ. Lex.*

19. PRINCIPUM LIBERIS, cum illam præficæ canere ſolerent. Non. II. 594. *Nænia, ineptum & inconditum carmen, quod adducta pretio mulier, quæ præfica diceretur, mortuis exhiberet.*

20. LIBERIS UTRIUSQUE SEXUS I. pueris & puellis. V. Curt. VI. 5. 28. §. 69.

21. PONENDOS a ſenatu & equite, nam plebs ferreis uſa.

22. ANULOS AUREOS in luctu, & funeribus deponebant veteres. Huc pertinet epigramma C. Cilnii Mæcenatis in Horatium, quod eſt apud Iſidor. XIX. 32.

Lugens te, mea vita, nec ſmaragdos,
Beryllos neque Flacco, nec nitentes,
Semper-candida quæro margaritas;
Nec quos Thynica lima perpolivit
Anellos, nec Jaſpios lapillos.

V. *Kirchm. Fun. Rom.* II. 17. de *anul.* c. 22. *Kornman.* de *anul.* §. 14. & 27.

23. FERREOS SUMENDOS, ut principe deſtituti ſe nonniſi plebejos faterentur.

* 24. OSSILEGIUM erat, cum poſt buſtum oſſa colligebant. Ὀσολόγιον dicebatur Græcis. Gloſſ. Phil. Ὀσολογίον. *oſſilegium.* Et ὀσολογία. Diod. IV. p. 170. A. Οἱ περὶ τὸν Ἰόλαον ἐλθόντες ἐπὶ τὴν ὀσολογίαν. *Qui cum Jolao veniebant oſſa conquiſituri.* Ritus antiquiſſimus. Ejus meminit Homerus in funere Achillis, Odyſſ. Ω. 72.

Ἠῶθεν δή τοι λέγομεν λεύκ' ὀστέ' Ἀχιλλεῦ.
Mane jam tua collegimus alba oſſa o Achilles.

Omnem *oſſilegii* formam elegantiſſime depingit Tibull. III. 2. 9-20. De *oſſilegio* fuſius ſcribunt *Meurſ. Fun.* c. 27. *Herald. Adv.* I. 7. *Kirchm. Fun. Rom.* III. 6. *Guther. jur. Man.* I. 28. *Caſal. Prof. Rom. rit.* c. 26.

25. SUMMA COLLEGIA fuere quatuor: pontificum, augurum, ſeptemvirorum epulonum, & quindecimvirorum. Dio LIII. p. 496. D. Καὶ αὕτη μὲν διὰ πέντε ἀεὶ ἐτῶν μέχρι του ἐγίγνετο, ταῖς τέσσαρσιν ἱερωσύναις ἐκ περιτροπῆς μέλουσα. Λέγω δὲ τούς τε ποντίφικας καὶ τοὺς οἰωνιστὰς, τούς τε ἑπτὰ καὶ τοὺς πεντεκαίδεκα ἄνδρας καλουμένους. *Atque hi ludi quinquennio quoque in hunc uſque diem celebrati: quorum curatio penes quatuor collegia ſacerdotum, ordine, & in vices. Dico pontificum, augurum, ſeptemvirorum, uti appellantur, & quindecimvirorum.* Illis *ſodales Auguſtales* addit Tacit. Ann. III. 64. 3. *Sed tum ſupplicia diis, ludique magni ab ſenatu decernuntur, quos pontifices, & augures, & quindecimviri, ſeptemviris ſimul & ſodalibus Auguſtalibus ederent.* V. *Caſaubonum*, *Cuper. Obſ.* IV. 13. *Noriſ. Cenot. Piſan. Diſſert.* II. 5. p. 123. *Guther. Pont.* I. 3. *Vignol. Inſcript. Select.* p. 306. *Græv. Theſ. Antiq. Rom. Tom.* V. *Prolog.* * * 2.

26. SEPTEMBREM quum & antea quidam, quod illo menſe eſſet natus Auguſtus, dici vellent, ipſe Sextilem prætulit. Dionem V. *ſupr.* 31. 2. §. 16.

27. SECULUM AUGUSTUM a principis n. nomine.

Alludit

7 ita in faſtos referretur [28]. Verum adhibito honoribus modo, bifariam [29] laudatus [30]
eſt: pro æde [31] divi Julii, a Tiberio, & pro Roſtris [32] ſub veteribus [33], a Druſo
8 Tiberii filio, ac ſenatorum humeris [34] delatus in campum, [35], crematuſque. Nec
defuit vir prætorius [36], qui ſe effigiem cremati euntem in cœlum vidiſſe juraret [37].
9 Reliquias [38] legerunt primores equeſtris ordinis [39], tunicati & diſcincti [40] pedibuſ-
que

Alludit vero ad *ſeculorum* in aurea & argentea diſtinctionem lippis & tonſoribus ſatis notam.

28. IN FASTOS REFERRETUR. Horſum alludit in Juſtini laudibus Coripp. IV.

> *Salve Auguſtorum numeri non ordine prime,*
> *Sed meriti: largitor opum, largitor honorum,*
> *Libertatis apex, mundi caput, unica virtus,*
> *Et rerum manifeſta ſalus, reparator opimi*
> *Nominis antiqui, redeunt nova ſecula faſtis:*
> *Auguſti primum revocaſti Cæſaris ævum.*

Hujus vero ſententiæ auctoribus hoc venit in mentem, ex eo quod in contrarium ſolitum obſervari: nam cum aliquis contra leges Rempublicam invaſerat, tenueratque, ſublata tyrannide tyranni nomen de faſtis delebatur, totumque id tempus appellabatur *ἀναρχία*, & ita *in faſtos referri* ſolitum. *Caſaubonus.*

* 29. BIFARIAM I. duobus locis. Liv. XXII. 40. *Caſtris bifariam factis.* V. ſupr. Aug. 46. I. §. 6.

30. LAUDATUS EST I. in ejus *laudem* orationes funebres ſunt habitæ. V. *ſupr.* Cæſ. 84. 4. §. 23.

31. ÆDEM Julio in foro poſuit Auguſtus. Appian. B. C. II. p. 521. Ἐς τὴν ἀγορὰν αὖθις ἤνεγκαν, ἔνθα βωμὸς πρῶτος ἐτέθη, νῦν δ' ἐστὶ νεὼς αὐτοῦ Καίσαρος, θυσιῶν τιμῶν ἀξιούμενος. Ὁ γάρ τοι θετὸς αὐτῷ παῖς Ὀκταούϊος τὸν πατέρα τιμῶν ἰσοθέων ἠξίωσε. *Rurſum eum, Julium, in forum retulerunt, quo loco primum ara fuit, nunc templum eſt ipſius Cæſaris, ubi divinis honoribus colitur. Nam adoptivus ejus filius Octavius patrem inter deos retulit.*

32. ROSTRA populi Romani duo in foro Romano ponunt P. Victor & S. Rufus. Dio LVI. p. 592. A. Προτεθείσης δὲ τῆς κλίνης ἐπὶ τοῦ δημηγορικοῦ βήματος, ἀπὸ μὲν ἐκείνου ὁ Δροῦσός τι ἀνέγνω· ἀπὸ δὲ τῶν ἑτέρων ἐμβόλων τῶν Ἰουλίων ὁ Τιβέριος δημόσιον δή τινα κατὰ δόγμα λόγον ἐπ' αὐτῷ τοιόνδε ἐπελέξατο. *Lecto pro Roſtris publice poſito Druſus ex illis orationem quamdam de ſcripto recitavit: Tiberius autem pro aliis Roſtris Juliis ex SCto ad populum talem orationem dixit.* * Pro *Roſtris* in defuncti laudem orationes habebantur. Acro in Hor. Epod. *Varro pro Roſtris ſepulcrum Romuli dixit: ubi etiam in hujus rei memoriam duos leones fuiſſe erectos conſtat, unde factum eſt, ut pro Roſtris mortui laudarentur.* Appian. B. C. I. p. 417. Ὡς δ' ἐπὶ τοῦ βήματος ἔνθα δημηγοροῦσιν ἐν ἀγορᾷ προὐτέθη, τὸν μὲν ἐπιτάφιον λόγον εἶπεν ὁ κράτιστος εἰπεῖν τῶν τότε, ἐπεὶ Φαῦστος ὁ παῖς ὁ τοῦ Σύλλα νήπιος ἦν ἔτι. *Pro Roſtris deinde in ſuggeſtu poſito cadavere funebrem orationem habuit vir ejus ætatis eloquentiſſimus, quod filius Fauſtus nondum maturus eſſet.* Cicer. de Orat. II. 84. V. illum ſupr. *Cæſ.* c. 84. §. 24. Noſt. *Tib.* 6. 5. V. etiam *Kirchm. de Fun.* II. 18. *Moreſt. Pomp. Fer.* III. 2. & 3.

33. SUB VETERIBUS tabernis n. Hanc enim Subſtantivi eſſe ellipſin, & ſcriptoribus frequentem, monet Ræward. Var. III. 15. Erat locus, in quo privati fœneratores ſuas habebant tabernas. Plaut. Curcul. IV. I. 19.

> *Sub veteribus, ibi ſunt qui dant, quique accipiunt fœnore.*

De lectione hujus loci diſputant *Donat. de Urb. Rom.* II. 27. & *Nardin. Rom. Vet.* V. 3. & 4.

34. HUMERIS efferebatur corpus, ſi virile eſſet funus. Tacit. Ann. III. 2. 2. *Igitur tribunorum, centurionumque humeris cineres Germanici portabantur.* I. 8. 6. *ſupr. Cæſ.* 84. 5. §. 31. Inde *ſubire* dicebantur, qui illud deferebant. Virg. *Æn.* VI. 222.

> ——— *pars ingenti ſubiere feretro.*

& de Syllæ funere Appianus *ſupr. Cæſ.* 84. I. §. 3. V. etiam de hoc ritu agentes *Meurſ. de Fun.* c. 21. *Laz. Comm. R. R.* III. 18. *Kirchman. de Fun.* II. 8.

35. IN CAMPUM n. Martium, in quo magnatum, & de republica bene meritorum corpora tumulata fuiſſe dixi *ſupr. Cæſ.* 84. I. §. 3. Auguſti vero in illo uſtrinam deſcribit Strab. V. p. 163. Ἐν μέσῳ δὲ τῷ πεδίῳ ὁ τῆς καύστρας αὐτοῦ περίβολος, καὶ οὗτος λίθου λευκοῦ, κύκλῳ μὲν περικείμενον ἔχων σιδηροῦν περίφραγμα, ἐντὸς δ' αἰγείροις κατάφυτον. *In medio autem campo buſti ejus ambitus ex albo ſaxo, in orbem cinctus ferrea ſepe, intus alnis conſitus.*

36. VIR PRÆTORIUS Numerius Atticus. Dio LVI. p. 600. A. Ἐκείνη δὲ δὴ Νουμερίῳ τινὶ Ἀττικῷ βουλευτῇ, ἐστρατηγηκότι, πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας ἐχαρίσατο, ὅτι τὸν Αὔγουστον ἐς τὸν οὐρανὸν, κατὰ τὰ περί τε τοῦ Πρόκλου, καὶ περὶ τοῦ Ῥωμύλου λεγόμενα, ἀνιόντα ἑωρακέναι ὤμοσε. *Cæterum illa, Livia, Numerio cuidam Attico, ſenatori, & prætorio, decies ſeſtertium* I. noſtrate moneta, ex Fromondi ad Senec. Ἀποκολ. p. 954. calculo, ſupra ſexaginta duo millia florenorum, *dono dedit; quod juraverat, vidiſſe ſe Auguſtum in cœlum adſcendentem, quemadmodum antiquitus Romulum Proculus vidiſſe perhibetur.*

* 37. JURANDUM hoc, quaſi aliquod carmen legitimum, in Imperatorum conſecrationibus, jam inde ab exemplo Romuli videtur fuiſſe neceſſarium. Juſtin. Mart. Apolog. pro Chriſtian. II. p. 67. B. Edit. Colon. Καὶ τί γὰρ τοὺς ἀποθνήσκοντας παρ' ὑμῖν αὐτοκράτορας ἀεὶ ἀπαθανατίζεσθαι ἀξιοῦντες, καὶ ὀμνύντα τινὰ προάγετε ἑωρακέναι ἐκ τῆς πυρᾶς ἀνερχόμενον εἰς τὸν οὐρανὸν τὸν κατακαέντα Καίσαρα. *Porro cur morientes apud vos Imperatores ſemper immortalitati conſecrare dignamini, producentes quempiam, qui jurejurando confirmet,*

que nudis [41], ac in Mauſoleo [42] condiderunt [43]. Id opus inter Flaminiam viam [44], ripamque Tiberis, ſexto ſuo conſulatu exſtruxerat [45] circumjectaſque ſylvas [46] & ambulationes [47] in uſum populi [48] tunc jam publicarat.

firmet, vidiſſe ſe e rogo in cœlum aſcendere ardentem Cæſarem.

*38. Reliquias i. reliqua oſſium fragmenta, reſiduas oſſium particulas. *Reliquias* haſce an e rogi cineribus & favilla anxie ſecreverint, & ſi ſecreverunt, quo modo ſecernere potuerint veteres, V. ad hunc locum *Caſaubonum*, ex ſermone Salmaſii familiari *Schildium*, *Kirchm. de Fun.* ɪɪɪ. 7. *Ferrar. Elect.* ɪɪ. 21.

39. Primores equestris ordinis & Livia, quam addit Dio ʟᴠɪ. p. 598. C. Ἡ Λιουία κατὰ χώραν πέντε ἡμέρας μετὰ τῶν πρώτων ἱππέων μείνασα, τά τε ὀστᾶ αὐτοῦ συνελέξατο, καὶ ἐς τὸ μνημεῖον κατέθετο. *Livia cum equitum primis eo in loco quinque dies morata, oſſa ejus legit, & in monumento condidit.*

40. Tunicati et discincti, perinde ſcilicet, ac ſi rei militaris diſciplina, atque auctoritas una cum Auguſto periiſſet. V. *ſupr.* 24. 4. §. 23. 24. *Torrentius.* Quamvis in aliorum quoque funeribus *incincti* i. ſoluta, fluxaque veſte muliebrem in morem mortuorum reliquias legerint. Tib. ɪɪɪ. 2. 17.

Pars quæ ſola mei ſuperabit corporis, oſſa
Incinctæ nigra candida veſte legant.

V. etiam *Meurſ. de Fun.* c. 27. *Voſſ. de Idolol.* ɪx. 8. *Kirchm. de Fun.* ɪɪɪ. 6.

41. Nudis pedibus in indicium reverentiæ & ταπεινοφροσύνης, vel, ut loquitur *Tertull. adv. Pſychic.* c. 12. & 13. ταπεινοφρονήσεως. Hunc ritum fuiſſe Romanorum, ut diſcalceati luctum funebrem teſtarentur, contendunt *Caſaubonus*, *Balduin. de calc.* c. 23. *Braun. de veſt. Sac. Hebr.* ɪ. 3. §. 11. negant, & hoc, quod in pompa Auguſti funebri factum eſt, plane ſingulare, & alias inſolitum eſſ dicunt *Kirchm. de Fun. Rom.* ɪɪɪ. 7. *Sagittar. Nudip.* c. 3. §. 4. *Byn. de calc. Hebr.* ɪɪ. 5. §. 9.

42. Mausoleo i. ſepulcro, quod deſcribit Strab. ᴠ. p. 163. Ἀξιολογώτατον δὲ τὸ Μαυσώλειον καλούμενον, ἐπὶ κρηπῖδος ὑψηλῆς λευκολίθου πρὸς τῷ ποταμῷ χῶμα, ἄχρι κορυφῆς τοῖς ἀειθαλέσι τῶν δένδρων συνηρεφές· ἐπ' ἄκρῳ μὲν οὖν εἰκών ἐστι χαλκῆ τοῦ Σεβαστοῦ Καίσαρος· ὑπὸ δὲ τῷ χώματι θῆκαι (de qua voce fuſius *Guther. jur. man.* ɪɪ. 21.) εἰσὶν αὐτοῦ, καὶ τῶν συγγενῶν καὶ οἰκείων· ὄπισθεν δὲ μέγα ἄλσος, περιπάτους θαυμαστοὺς ἔχον. *Quorum præclariſſimum eſt Mauſoleum, agger, ad omnem ſupra ſublimem albi lapidis fornicem congeſtus, & ad verticem uſque ſemper virentibus arboribus coopertus: in faſtigio ſtatua Auguſti Cæſaris: ſub aggere loculi ejus, & cognatorum, ac familiarium a tergo lucus magnus, ambulationes habens admirabiles.* De illo & noſt. *infr.* 102. 7. *Cal.* 15. 3. *Ner.* 46. 4. Invenit nomen a *Mauſolo* rege. Pauſan. Ἀρκαδ. p. 250. Ὁ μὲν δὴ ἐν Ἁλικαρνασσῷ Μαυσώλῳ βασιλεύσαντι Ἁλικαρνασσέων πεποίηται. Μέγεθος δὲ οὕτω δή τι ἐστι μέγας καὶ ἐς κατασκευὴν περίβλεπτος τὴν πᾶσαν, ὥστε καὶ Ῥωμαῖοι μεγάλως δή τι αὐτὸν θαυμάζοντες τὰ παρὰ σφίσιν ἐπιφανῆ μνήματα Μαυσώλεια ὀνομάζουσιν. *Erectum ſepulcrum fuit Mauſolo, qui Halicarnaſſi regnavit. Ea fuit operis magnitudo, & ornamentorum magnificentia, ut Romani valde illud mirantes magnificentiſſima quæque apud ſe monimenta Mauſolea appellarint. Et ita egregiis operibus eſt factum, ut in ſeptem ſpectaculis numeretur.* Vitruv. ɪɪ. 8. Hujus effigiem nummo, quem curatius explicat, expreſſum exhibet *Ampliſſ. Cuper. Apoth. Hom.* p. 236. Illius vero *Donat. de Urb. Rom.* ɪɪɪ. 16.

43. Condiderunt i. in urna collectas ſepeliverunt. Dionyſ. A. R. ᴠɪɪɪ. p. 528. Ἔπειτα κατασφάξαντές τι αὐτῷ βοσκήματα.... παρέμενον οἱ μάλιστα τὸν ἄνδρα ἀσπαζόμενοι μέχρι τοῦ μαρανθῆναι τὴν φλόγα· κἄπειτα συναγαγόντες τὰ λείψανα, ἔθαψαν ἐν τῷ αὐτῷ χωρίῳ. *Deinde mactatis ei*, Marcio Coriolano, *victimis.... ii, quibus fuerat cariſſimus, remanſerunt, donec flamma langueſcens ſubſediſſet: & deinde collectas reliquias in eodem loco humarunt.*

44. Flaminiam viam deſcripſi *ſupr.* 30. 3. §. 10. Ad hanc Romani nobiliores ſepeliebantur. Juven. Sat. ɪ. 169.

——— *Experiar, quid concedatur in illos,*
Quorum Flaminia tegitur cinis, atque Latina.

Ubi Scholiaſtes. *Viæ, in quibus nobiles ſepeliebantur.* Mart. ᴠɪ. 21. 4.

Hoc ſub marmore Glaucias humatus,
Juncto Flaminiæ jacet ſepulcro.

V. & *Meurſ. de Fun.* c. 42. *Kirchm. de Fun. Rom.* ɪɪ. 22.

45. Exstruere ſepulcra ſibi vivos fuiſſe ſolitos monui *ſupr.* 17. 11. §. 39.

46. Sylvæ circa Mauſoleum inſtitutæ, ex antiquorum ſuperſtitione, qui defunctorum heroum animas in ejuſmodi locis morari exiſtimabant. Virg. Ecl. ᴠ. 41.

——— *inducite fontibus umbras.*

Ubi Servius: *Hoc ideo, quia heroum animæ habitant vel in fontibus, vel in nemoribus, ut* Æn. ᴠɪ. 673. *lucis habitamus opacis.* V. Strab. *ſupr.* §. 35. & 42. & *Caſaubonum.*

47. Ambulationes i. ambulacra. Feſtus: *Ambulacra, ambulationes:* loca ad *ambulandum*, ubi *ambulationibus* vacabant. Colum. R. R. ɪ. 6. *Ambulationes meridiano æquinoctiali ſubjectæ ſint.* Catull. 5. 6.

In Magni ſimul ambulatione.

V. *Strab. ſupr.* §. 42. Non inſolens eſt Græcis & Latinis res, quæ in aliquo loco geruntur, ponere pro ipſis locis, in quibus aguntur. Sic δρόμος, locus ubi curritur: geſtatio, locus ubi geſtabantur lecticæ: jus, locus ubi jus dicebatur: θέα, locus ubi hiſtriones ſpectabant. Quæ ſingula exemplis illuſtrat diligentiſſimus *Græv. Lect. Heſiod.* c. 21.

48. In usum populi; totum enim ſolum, in quo monumentum ædificatum erat, non occupabat religio.

ligio. Unde, ut, quid puri loci relinqueretur, ſciretur, loci religioſi ſpatium definiebatur. Formulam exprimit Horat. Sat. 1. 8. 11.

Pantolabo ſcurræ, Nomentanoque nepoti,
Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum
Hic dabat.

Ubi vetus interpres *in fronte* explicat *in latitudinem, in agrum, in longitudinem.* V. *Briſſon. Form.* VII. *p.* 700. *Kirchm. de Fun.* III. 21. *Malvaſ. Marm. Felſin* V. *c.* 13. & 16. *Nicol. de Sepulcr.* IV. 15. 6.

CAPUT CII.

ARG. *Aperitur & in ſenatu recitatur teſtamentum, quod fecerat Octavius Cæſar Auguſtus.*

1 Teſtamentum [1] L. Planco, C. Silio conſulibus [2], III. nonas Aprilis ante annum & quatuor menſes quam decederet factum ab eo, ac duobus codicibus [3], partim ipſius [4], partim libertorum Polybii & Hilarionis manu ſcriptum depoſitumque [5] apud ſe
2 virgines Veſtales [6], cum tribus ſignatis [7] æque [7] voluminibus [8] protulerunt. Quæ
3 omnia in ſenatu aperta atque recitata [9] ſunt. Hæredes inſtituit primos [10] Tiberium ex parte dimidia & ſextante [11], Liviam ex parte tertia [12], quos & ferre [13] nomen [14] ſuum

TESTAMENTUM, quod per æs & libram factum fuit. In illo *familiæ, pecuniæque emptor* fuit Domitius Ahenobarbus Neronis Auguſti avus. Noſt. *Ner.* 4. 1. V. *Caſaubonum.* Tria enim *genera teſtamentorum fuerunt: unum, quod calatis comitiis in populi concione fiebat: alterum in procinctu, quum viri ad prælium faciendum in aciem vocabantur: tertium per familiæ emancipationem, cui æs & libra adhibebatur.* Gell. XV. 27. Hujus initium narrat noſt. *Tib.* 23. 3.

2. L. Munatio PLANCO ET C. SILIO CONSULIBUS, ſive anno ab U. C. 765. apud virgines Veſtales depoſuiſſe hoc ſuum teſtamentum Auguſtum docet etiam *Pigh. Ann.* III. *p.* 541.

3. CODICIBUS I. exemplaribus. Teſtamentum enim *pluribus codicibus facere* apud Ictos plurimis locis, eſt plura exemplaria ejuſdem teſtamenti relinquere. Teſtamentorum vero plura exemplaria relinquere ſolebant veteres. Theophraſtus tria anulo ſuo obſignata totidem amicis ſervanda tradidit apud Laert. V. *p.* 196. Noſt. Tib. 76. 1. V. *Caſaubonum.*

4. IPSIUS, Auguſti, manu exaratum fuit, quod primo loco ſcriptum eſt, teſtamentum, alterum vero ex prototypo exemplari libertorum manu. Ita ſolitos eſſe, cum bina deſcribenda eſſent teſtamentorum exemplaria, veteres docet noſt. *Tib.* 76. 1.

* 5. DEPOSUISSE veteres teſtamenta apud virgines Veſtales, & quare illa apud eaſdem *depoſuerint*, dixi ſupr. Cæſ. 83. 1. §. 5.

6. VIRGINES VESTALES Auguſti teſtamentum protuliſſe dicit quoque Tacit. infr. §. 13. Ab *illis acceptum in curiam attuliſſe Druſum* dicit Zonar. Ann. II. p. 69. Quod unde acceperit, ſi ſuperaret, ipſe nos doceret.

7. SIGNATIS ÆQUE ac ipſum teſtamentum.

8. TRIBUS VOLUMINIBUS. Dio & ex illo Zonaras quatuor illata eſſe dicit LVI. p. 591. B. Ἐγέγραπτο δὲ ἐν μὲν τῷ πρώτῳ ὅσα τῆς ταφῆς εἴχετο: ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ τὰ ἔργα, ἃ ἔπραξε πάντα: τὸ τρίτον τά τε τῶν στρατιωτῶν, καὶ τὰ τῶν προσόδων, τῶν τε ἀναλωμάτων τῶν δημοσίων, τό πλῆθος τῶν ἐν τοῖς θησαυροῖς χρημάτων, καὶ ὅσα ἄλλα τοιουτότροπα ἐς τὴν ἡγεμονίαν φέροντα ἦν, εἶχε: καὶ τὸ τέταρτον ἐντολὰς καὶ ἐπισκήψεις τῷ Τιβερίῳ, καὶ τῷ κοινῷ. *Primo continebantur de funere ſuo mandata: altero enumeratio rerum a ſe geſtarum: tertius ſummam militum, redituum, impendiorum publicorum, pecuniæ in theſauris, aliaque id genus ad imperium pertinentia indicabat: quartus mandata & conſilia Tiberio ac reipublicæ data.* Sed Dionis quartum tertii magis partem, quam ſeparatum corpus eſſe docet Tacit. Ann. 1. 11. 7. *Proferri libellum, recitarique juſſit: opes publicæ continebantur: quantum civium, ſociorumque in armis; quot claſſes, regna, provinciæ, tributa, aut vectigalia, & neceſſitates, ac largitiones. Quæ cuncta ſua manu perſcripſerat Auguſtus: addideratque conſilium coercendi intra terminos imperii, incertum metu, an per invidiam.* V. *Caſaubonum.*

9. RECITAVIT teſtamentum Polybius Auguſti libertus. Dio p. 590. D. Καὶ μετὰ τοῦτο τὰς διαθήκας αὐτοῦ Πολύβιός τις Καισάρειος ἀνέγνω· ὡς μὴ πρέπον βουλευτῇ τοιοῦτό τι ἀναλέγεσθαι. *Poſtea teſtamentum Polybius quidam, unus ex Cæſaris miniſtris, recitavit, quaſi non conveniret id a ſenatore legi.* Noſt. *Tib.* 23. 2. Reliqua Druſus. Dio ibid. p. 591. B. Ἐσεκομίσθη δὲ καὶ βιβλία τέσσαρα, καὶ αὐτὰ ὁ Δροῦσος ἀνέγνω. *Illati ſunt & libri quatuor, quos Druſus recitavit.*

10. HÆREDES PRIMI quinam fuerint dicti, dixi Jul. 83. 3.

11. EX PARTE DIMIDIA ET SEXTANTE dixit Auguſtus, cum ex beſſe, quod brevius fuiſſet, dicere potuiſſet. Idem notat noſt. *Tib.* 23. 3. Δύο μέρη τοῦ κλήρου dicit *Dio* LVI. *p.* 590. *E.*

12. EX PARTE TERTIA I. triente. Dio p. 590. E. Τὸ δὲ λοιπὸν τῇ Λιβίᾳ, ὥς τινές λέγουσι: ἵνα γάρ τι καὶ ἐκείνη τῆς οὐσίας αὐτοῦ ἀπόνηται, παρὰ τῆς βουλῆς ᾐτήσατο τοσοῦτον αὐτῇ καὶ παρὰ τὸν νόμον καταλειπεῖν δυνηθῆναι. *Reliquum Liviæ reliquerat. Nam ut illa quoque patrimonii ſui parte aliqua frueretur, a ſenatu petierat: ut tantum etiam præter legem relinquere ei poſſet.* Lex, quam Dio intelligit, *Voconia* eſt, quam tulit Q. Voconius Saxa

ſuum juſſit: ſecundos Druſum Tiberii filium ex triente, & ex partibus reliquis Germanicum, liberoſque ejus tres ſexus virilis [15]: tertio gradu propinquos [16] amicoſque [17] complures. Legavit [18] populo [19] Romano quadringenties [20]: tribubus tri- 4
cies quinquies HS [21]. prætorianis [22] militibus ſingula [23] millia nummorum: cohortibus

Saxa tribunus plebis, cujus capite uno cautum fuit, ut *ne quis cenſus*, 1. qui centena millia poſſideat, *mulierem ultra quadrantem*, puta XXV. M. *heredem faciat.* ut volunt *Torrentius* & *Caſaubonus.* * Vel, ut *Perizon. Differt. Triad. p.* 189. *Julia*, vel *Papia*, quippe quæ ab ipſo Auguſto profectæ, marito itidem non permittebant uxori, ex qua communes non haberet liberos, quæque ter non pepererat, relinquere quantum vellet. *Voconia* enim ante Julii Cæſaris dictaturam & deſuetudine & prætorio jure prorſus fuit abolita ac neglecta, ut pluribus docet vir celeberrimus.

* 13. FERRE nomen teſtatoris ex teſtamento ſolebant veteres. Dio. XLVI. p. 321. E. Καὶ ἐς τὸ τοῦ Καίσαρος γένος κατὰ τὰ νομιζόμενα ἐσεποιήθη, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὴν ἐπίκλησιν μετέθετο. Καὶ οὕτως ἐξ ἐκείνου Ἰούλιος Καῖσαρ Ὀκταουιανὸς ἐπεκλήθη. Νενόμισται γὰρ ἐάν τις ἐσποιηθῇ, τὴν μὲν ἄλλην αὐτὸν πρόσρησιν ἀπὸ τοῦ ἐσποιησαμένου λαμβάνειν, ἓν δέ τι τῶν προτέρων ὀνομάτων σχηματισθέν πως τηρεῖν. *Deinde in Cæſaris familiam ſecundum majorum inſtituta adoptatus eſt, nomenque mutavit, ac C. Julius Cæſar Octavianus dictus eſt. Sic enim inſtitutum, ut qui adoptatur, ab adoptante appellationem accipiat: nomen tamen aliquod eorum, quæ prius geſſit, aliter paullo formatum ſervet.* Cicer. Attic. VII. 8. *Dolabellam video Liviæ teſtamento cum duobus cohæredibus eſſe in triente; ſed juberi mutare nomen. Eſt* πολιτικὸν σκέμμα, *rectumne ſit nobili adoleſcenti mutare nomen mulieris teſtamento.* Tacit. Ann. I. 8. 2. *Auguſti teſtamentum inlatum per virgines Veſtæ Tiberium & Liviam heredes habuit. Livia in familiam Juliam nomenque Auguſtæ aſſumebatur.* Noſt. Galb. 17. 1.

14. NOMEN Auguſti, quod ſibi proprium ſervaverat, ut in quo vis magna potentiæ ipſius eſſet ſita. Quare communicari cum quoquam eam appellationem æquum non erat. Propterea hoc nomen *hereditarium* fuiſſe Tiberio dicitur *infr.* 26. 6. Livia quoque non tantum *Auguſta* dicta eſt. Plin. XV. 30. *Livia Druſilla, quæ poſtea Auguſtæ matrimonii nomen accepit.* & ſæpius noſtro *Cal.* 10. 2: 15. 6: 16. 7: 23. 3. *Claud.* 3. 4. *Galb.* 5. 3. *Oth.* 1. 2. Sed & *Julia Auguſta* nomen recepit. Tacit. Ann. III. 64. 1. *Sub idem tempus Juliæ Auguſtæ valetudo atrox neceſſitudinem principi fecit feſtinati in Urbem reditus.* V. 1. 1. *Julia Auguſta mortem obiit ætate extrema.* Plin. Tib. 14. 2. & Philo Cal. 23. 3. §. 9.

15. LIBEROS TRES SEXUS VIRILIS, n. *Neronem, Druſum & C. Cæſarem.* Noſt. *Cal.* 7. 3.

16. PROPINQUOS, imo & peregrinos. Dio: Καὶ τῶν προσηκόντων οἱ, καὶ τῶν ἀλλοτρίων.

17. AMICOS, imo & inimicos. Tacit. 1. 8. 2: *Tertio gradu primores civitatis ſcripſerat, pleroſque inviſos ſibi, ſed jactantia, gloriaque ad poſteros.*

18. LEGAVIT *non ultra civilem modum*, ut addit *Tacit. Ann.* 1. 8. 3. 1. ut explicant ad Tacitum Lipſius, Muret. Var. Lect. XI. 3. & Hotman. Antiquit. Roman. IV. 2. 29. non immodice, nihil præcipuum novumque in *legatis*, nihil regium, aut præter *civium modum*, moremque.

19. POPULO ET TRIBUBUS 1. *populo & plebi* ut Tacit. l. l. loquitur. Duo enim his verbis continentur legata, quorum alterum populo, alterum plebi relictum. Sed conjungit Tacitus, quæ diſtinguit Suetonius. Appellat quoque *plebem*, quas *tribus* Suetonius. Notanda quoque in Taciti verbis figura, qualis in illis Cicer. Catil. III. 10. *Urbem & cives integros, incolumeſque ſervavi.* Nec mirum diverſa eſſe legata *populi* & *plebis*, cum aliud ſit *populus*, aliud *plebs*. Legatum itaque *populi* eſt, quod publice relictum eſt civibus Romanis omnibus, qui conſortes eſſe talium liberalitatum, aut vellent, aut ſolerent. *Plebis* vero illud, quod vicomagiſtris relictum eſt, vel in communia cujuſque *tribus* commoda impendendum: vel in tenuiſſimos quoſque ſingularum *tribuum* erogandum. Nec illud novum, quod *tribus* appelletur *populi* viliſſima pars, quæ *plebs* κυρίως Tacito. *Tribuum* enim appellatione perſæpe notatur ultimus ordo, cum populus Romanus in tres, aut plures diſtinguitur ordines. Stat. Sylv. IV. 1. 25.

Moribus atque tuis gaudens turmæque, tribuſque,
Purpureique patres.

Qui *tribum* populum appellat. Alii plebem a populo ſeparant, & illam *tribuum* appellatione notant. Plin. Paneg. 52. 1. *Niſi vere leviter attingi placet, locupletatas tribus, datumque congiarium populo.* Mart. VIII. 15. 3.

Dat populus, dat gratus eques, dat thura ſenatus,
Et libant Latiæ tertia dona tribus.

V. *Caſaubonum* & *infr. Tib.* 76. 3. §. 5. *Hotman. Antiquit. Roman.* IV. 2. 29. *Sigon de jur. Ital.* III. 3. *Manut. de Civ. Rom. Edit. Traj. Tom.* 1. *p.* 27. *A. & Manutium refutantem Grævium Præf.* * * * *Verſ.* &, ſi lubet *Lipſ. Elect.* 1. 12. *ad Tacit. p.* 6. *Muret. V. L.* XI. 3. *Witell. in Merul.* §. 17.

20. QUADRINGENTIES HS. fuerint decies centena millia coronatorum Budæi æſtimatione, quam, ſi non exactiſſime veram, veræ tamen proximam dicit *Caſaubonus infr. ad n.* 5.

21. TRICIES QUINQUIES HS. eodem modo fuerint octuaginta ſeptem millia coronatorum, & inſuper quingenti.

22. PRÆTORIAM cohortem veteres qui habuerunt, habue-

bus urbanis [24] quingenos, legionariis [25] trecenos nummos: quam ſummam [26] repræ-
5 ſentari [27] juſſit, nam & confiſcatam [28] ſemper repoſitamque habuerat. Reliqua le-
gata varie dedit [29]: produxitque quædam [30] ad vicena ſeſtertia [31], quibus ſolvendis an-
nuum diem [32] finiit, excuſata [33] rei familiaris mediocritate, nec plus perventurum ad
hæredes ſuos, quam millies & quingenties [34] profeſſus: quamvis viginti proximis an-
nis quaterdecies millies [35] ex teſtamentis amicorum [36] percepiſſet: quod pæne omne
cum duobus paternis [37] patrimoniis, cæteriſque hæreditatibus in Rempublicam ab-
6 ſumpſiſſet. Julias, filiam [38] neptemque, ſi quid his accidiſſet [39], vetuit ſepulcro
7 ſuo [40] inferri. De tribus voluminibus, uno [41] mandata de funere [42] ſuo complexus
eſt: altero indicem rerum a ſe geſtarum [43], quem vellet incidi in æneis tabulis [44],
quæ

habuerunt unam. Cæſar ipſe *decimam legionem prætoriam cohortem ſibi futuram* dicit *B. G.* I. 40. 15. Poſtea per bella civilia iſtæ cohortes fuere auctæ. Quo exemplo Auguſtus Romæ circa ſe habuit novem *prætorias* cohortes, firmamentum imperii *Lipſ. de Mil. Roman.* II. 4.

23. SINGULA, rei, quod perſonæ tribuendum fuerat, tribuitur, ut *Tib.* 48. 4. Paullo plenius noſt. *ſupr.* 46. 2.

24. URBANAS vocari arbitratur *Torrentius*, quæ prætorianis ignobiliores, vel graſſatorum, vel incendii arcendi cauſa ſub præfecto vigilum in Urbe habebantur. Certe tales illis de cauſis inſtituit Auguſtus, ut docetur *ſupr.* 25. 2. §. 8.

25. LEGIONARII milites dicti, qui erant in *legione*: nam velites & levis armaturæ milites non erant in numero *legionariorum*. Significari autem videntur hi milites, qui id temporis erant in provinciis. *Beroaldus.*

26. SUMMAM, quæ ex omnibus legatis hactenus expoſitis exſurgeret, intelligendam eſſe recte conjicit *Caſaubonus.* Unde vulgi nomine ſcurræ querela *infr. Tib.* 57. 3.

27. REPRÆSENTARI I. ſtatim numerari, ut Gronov. de pec. vet. I. 6. & nos ex illo ad Curt. X. I. 39. §. 120. Noſter frequentius. Inde *repræſentare pœnam* eſt non differre, ſed ſtatim irrogare, ſtatim punire. Phædr. III. II. 32.

Repræſentavit in ſe pœnam facinoris.

Noſt. *Vitel.* 10. 5. *Claud.* 34. 2.

28. CONFISCATAM I. in *fiſcis*, quos V. *ſupr.* 15. 3. §. 13. reconditam, repoſitam. Gloſſæ: *confiſcare*, τιμιᾶν, ἀποθησαυρίζειν. Ita *confiſcare patinam* eſt in cellario, vel ταμιείῳ repoſitam habere apud Tertull. de pall. c. 5. *Æſopus hiſtrio avibus ejuſdem pretioſitatis, ut canoris, & loquacibus quibuſque, centum millium patinam confiſcavit.* Hinc eleganti metaphora idem de fuga c. 12. *Felices itaque pauperes, quia illorum eſt, inquit, regnum cœlorum, qui animam ſolam in confiſcato* I. in promptu, in parato *habent.* V. etiam in *Tertullianum* ſcribentes *Salmaſ. p.* 458. & *Junium p.* 18. *b.* & hæc ex Salmaſio tranſcribentem *Voſſ. de Idolol.* III. 94.

29. VARIE DEDIT I. ſolvendis diverſum tempus ſtatuit.

30. PRODUXIT QUÆDAM I. quorumdam, quæ n. vicena excederent ſeſtertia, diem ad annum protulit. Ita *Torrentius. Perduxit* ex MSS. legit Gronovius.

31. VICENA SESTERTIA I. quingentos coronatos.

32. ANNUUM DIEM, ut tribus penſionibus ſolverentur: quæ fuit uſitata teſtamentorum clauſula. V. *Caſaubonum.* & *Cujac. Obſerv.* VII. 20.

*33. EXCUSARI dicitur res, a qua *excuſationem* petimus. V. infr. Cal. 27. 6. §. 27.

34. MILLIES ET QUINGENTIES fuerint tricies ſepties centena millia aureorum, & inſuper quinquaginta millia. *Caſaubonus.*

35. QUATERDECIES MILLIES fuerint triginta quinque milliones. *Lipſ. ad oram commentarii in Plinii Panegyr. p.* 69.

36. EX TESTAMENTIS AMICORUM, pro more principum. Plin. Paneg. 43. 2. *Nec, quia offendit alius, nuncuparis, ſed quia ipſe meruiſti. Scriberis ab amicis, ab ignotis prætereris: nihilque inter privatum & principem intereſt, niſi quod nunc a pluribus amaris* I. interprete *Lipſio*, a pluribus ſcriberis. V. *ſupr.* 66. 8. §. 26.

37. PATERNIS, Octavii & Julii Cæſaris.

38. FILIAM, quamvis eam donatione dignatus fuerit. Καίπερ καὶ ἑαυτοῦ ἀξιώσας. *Dio* LVI. *p.* 591. *B.*

*39. SI QUID HIS ACCIDISSET I. ſi mortui eſſent, ut fuſius docui *ſupr.* Jul. 86. 4. §. II.

40. SEPULCRO SUO, quos vivos oderant, mortuos arcebant veteres. Ulpian. Digeſt. XLVII. 12. 3. §. 3. *Si quis in hæreditarium ſepulcrum inferat, quamvis hæres, tamen poteſt ſepulcri violati teneri, ſi forte contra voluntatem teſtatoris intulit. Licet enim cavere teſtatori, ne quis eo inferatur.* Huc pertinet, quod dicit idem Digeſt. XI. 7. 6. *Exhæredatis autem, niſi ſpecialiter teſtator juſto odio commotus eos vetuerit, humanitatis gratia tantum ſepeliri licet.* V. & *Kirchm. de Fun. Rom.* III. 13. *Briſſ. Form.* VII. *p.* 679. *Nicol. de Luct. Græc. c.* 21.

41. UNO, πρώτῳ. *Dio* LVI. *p.* 591. *B.*

42. FUNERIS modum, & rationem hæredibus præſcripſiſſe veteres docui ſupr. Jul. 87. 2. §. 4.

43. INDICEM RERUM A SE GESTARUM, τὰ ἔργα, ἃ ἔπραξε πάντα. Dio ſupr. §. 8. Hoc præclarum vetuſtatis monumentum vir ſeculorum memoria digniſſimus

quæ ante Mauſolęum ſtatuerentur: tertio breviarium totius imperii 45, quantum militum ſub ſignis ubique eſſet, quantum pecuniæ in ærario, & fiſcis 46 vectigaliorum 47 reſiduis. Adjecit & libertorum ſervorumque nomina, a quibus ratio exigi 8
poſſet.

gniſſimus Augerius Giſlenius Busbequius Turcarum immanitati ereptum, ut narrant Caſaubonus & Rutgerſ. V. L. II. 14. in Europam tranſtulit, & ab Andrea Schotto publicatum, ne quid lector in nobis deſideret, ſub operis calcem exhibebitur.


44. TABULÆ appellantur quadratæ pilæ facies, quæ præſtant uſum *tabularum*, etſi proprie *tabulæ* non ſunt. *Pilas* vocat *monumentum Ancyranum*, *στήλας* Dio LVI. p. 591. B. *Ἃ καὶ ἐς χαλκᾶς στήλας πρὸς τῷ ἡρῴῳ αὐτοῦ σταθείσας ἀναγραφῆναι ἐκέλευσε. Quas incidi in pilas quadratas ahenas, ac ſtatui ante ſuum ſacrarium juſſit.* V. *Caſaubonum*, *Pentan. in Macrob. p.* 686.

45. BREVIARIUM IMPERII I. virium *imperii* enumerationem compendiariam, commentariolum rerum ſummam continentem. Plin. XVIII. 26. *Verum ut pariter omnis cultura quoddam breviarium*, I. laborum coloni brevis quædam, & compendiaria enumeratio, *peragatur, eodem tempere convenit & arbores ſtercorare… Breve* dicitur Veget. II. 19. *Nomina eorum, qui vices ſuas fecerunt, brevibus inſeruntur. Summarium* olim vocabatur. Senec. Epiſt. 39. *Vide ne plus profectura ſit oratio ordinaria, quam hæc quæ nunc vulgo breviarium dicitur, olim cum Latine loqueremur, ſummarium vocabatur.* Noſt. *Galb.* 12. 6. *Veſp.* 21. 1. *Gramm.* 10. 5. *Rationarium imperii* ſupr. 28. 1. §. 4. Tale & ſibi confecerat Alexander Severus apud Lamprid. c. 21. *Milites ſuos ſic ubique ſcivit, ut in cubiculo haberet breves, & numerum, & tempora militantium, ſemperque quum ſolus eſſet, & rationes eorum, & numerum, & dignitates, & ſtipendia recenſeret.* * Illud manu ſua perſcripſit, ut monuit Tacit. *ſupr.* n. 1. §. 8. confectum potiſſimum ex illa *πάσης τῆς οἰκουμένης*, cujus meminit *Luc.* 2. 1. deſcriptione, ut eruditi volunt apud Celeberr. *Perizon. diſſ. de Auguſtea deſcription.* §. 6.

46. ÆRARIUM & *fiſcum* differre docui ſupr. Aug. 15. 3. §. 13.

47. VECTIGALIORUM & *vectigalium* dicimus; *ſed alterum ſola, ſed multorum defendit auctoritas, alterum regula cum auctoritate. Sic non tantum feſtorum nomina, ut Saturnaliorum, Vinaliorum, Agonaliorum…. verum etiam alia vocabula ſic declinata reperimus, ut viridiarum, anciliorum. Tanta apud veteres fuit licentia hujus genitivi, ut Aſinius Pollio vectigaliorum frequenter uſurpet: quod vectigal non minus dicatur quam vectigalia.* Macrob. Sat. III. 1. 4.





TIBERIUS NERO CÆSAR.

CAPUT I.

ARG. *Ex Regillis orta, Romam commigrat, in patricios cooptatur, agrum clientibus locumque ad ſepulturam ſibi accipit, varios honores adipiſcitur, Lucii prænomen repudiat, & inter cognomina Neronis aſſumit patricia gens Claudia.*


1 Patricia gens Claudia [1] (fuit enim & alia plebeja [2], nec potentia minor, nec digni-
2 tate) orta eſt ex Regillis [3] oppido Sabinorum [4]. Inde Romam recens conditam,

PATRICIA CLAUDIA, quæ fuit *Pulchrorum*. V. §. 2. ſupr. Cæſ. 41. 1. §. 3.

2. PLEBEJA Claudia, quæ fuit *Marcellorum*. Aſcon. in Cicer. p. 175. *Fuerunt duæ familiæ Claudiæ: earum, quæ Marcellorum appellata eſt, plebeja: quæ Pulchrorum patricia.* Ipſe Cicer. de Orat. I. 38. *Quid, qua de re inter Marcellos, & Claudios patricios centumviri judicarunt? cum Marcelli ad liberti filios ſtirpe, Claudii patricii ejuſdem nominis hæreditatem, gente ad ſe rediiſſe dicerent, nonne in ea cauſa fuit oratoribus de toto ſtirpis, ac gentilitatis jure dicendum?* Utramque deſcribit *Urſin. Fam. Rom. p.* 73. 74. Complures vero ejuſdem nominis, ac fortaſſis etiam originis familiæ eodem tempore, & patriciæ, & plebejæ fuerunt. Ita *Papyrii*, de quibus *Cicer. Fam.* IX. 21. & *Cornelii*, de quibus idem *LL.* II. 22. Quod evenire neceſſe erat, ut docet *Torrentius*, cum non tota gens aliqua, verum certa tantum ejus gentis familia, vel a *plebe* tranſibat ad *patricios*, vel a *patriciis* ad *plebem*.

3. REGILLI dicitur Stephano Ῥήγιλλος, Dionyſio mox & §. 5. Ῥήγιλλον, Livio *Regillum* infr. §. 10. Inde Appius Claudius *Regillanus* Diodor. XII. 23. & noſtr. infr. 2. 5. Ex *Regillis* oriundam eſſe gentem Claudiam docet Claudius apud Dionyſ. A. R. XI. p. 697. Ἀνασκευασάμενος ἅπαντα τὰ ἐμὰ, καὶ τοὺς ἐμοὺς, εἰς Σαβίνους ἀπῄειν, πόλιν οἰκήσων Ῥήγιλλον, ἐξ ἧς τὸ γένος ἡμῶν ἐστι. *Collecto omni inſtrumento meo & familia ad Sabinos proficiſcor, Regillum urbem habitaturus, unde gens noſtra ortum ducit.* Unde Claudiorum *antiqua patria* dicitur *Regillum* apud *Liv.* III. 58.

4. SABINI, *Italica gens.* Stephanus: Σαβῖνοι. Ἰταλικὸν ἔθνος. *Velinos accolunt lacus roſcidis collibus. Nar*



Digitized by Google

Digitized by Google

tam, cum magna clientum manu [5] commigravit [6] auctore Tito Tatio [7] conſorte [8] Romuli: vel, quod magis conſtat, Atta [9] Claudio [10] gentis principe, poſt reges exactos [11] ſexto fere anno [12], a patribus in patricios cooptata. Agrum [13] inſuper

Nar amnis exhaurit illos ſulphureis aquis. Plin. III. 12. Illorum fines deſcribit Dionyſ. A. R. II. p. 113. χώρας δὲ κατασχεῖν τῆς μὲν Ἀδριατικῆς θαλάττης ἀπέχουσαν ἀμφὶ τοὺς ὀγδοήκοντα καὶ διακοσίους σταδίους, τῆς δὲ Τυρρηνικῆς τετταράκοντα πρὸς διακοσίοις· μῆκος δ' αὐτῆς εἶναί φησιν ὀλίγῳ μεῖον χιλίων σταδίων. *Agrum occupaſſe diſtantem ab Adriatico mari circiter ducenta & octoginta ſtadia, a Tyrrheno circiter ducenta & quadraginta. Ejus autem longitudinem mille ſtadiis paullo minorem eſſe tradit.* & de illis multa ex Zenodoto Trœzenio, & Porcio Catone hiſce addit. Deſcribit illos etiam *Strab.* v. *p.* 151. 157. 158. Noſt. *Vit.* 1. 4. *Veſp.* 1. 9: 2. 1. *Tit.* 10. 2. V. ex recentioribus *Manut. Quæſ. Epiſt.* 1. 1. *Cluver. Ital. Ant.* II. 8. 1. *Leand. Ital. p.* 146.

5. MANUM, ſive multitudinem hanc deſcribit Dionyſ. v. p. 308. Ἀνήρ τις ἐκ τοῦ Σαβίνων ἔθνους πόλιν οἰκῶν Ῥήγιλλον, εὐγενὴς καὶ χρήμασι δυνατός, Τίτος Κλαύδιος, αὐτομολεῖ πρὸς αὐτούς, συγγένειάν τε μεγάλην ἐπαγόμενος, καὶ φίλους, καὶ πελάτας συχνοὺς αὐτοῖς μεταναστάντας ἐφεστίοις, οὐκ ἐλάττους πεντακισχιλίων τοὺς ὅπλα φέρειν δυναμένους. *Vir quidam Sabinæ gentis, qui Regillum urbem incolebat, nobilis & opulentus, Titus Claudius transfugit ad eos, cum magno cognatorum comitatu, & amicis, & clientibus multis, qui cum integris familiis inde migrarunt: inter quos erant circiter quinque millia armis ferendis idonei.* Deſcribit eandem Plutarch. Poplic: p. 108.

6. MIGRATIONIS cauſam Dionyſius addit fuiſſe hanc. Οἱ δυναστεύοντες ἐν ταῖς ἐπιφανεστάταις πόλεσιν ἀλλοτρίως ἔχοντες πρὸς τὸν ἄνδρα, τῆς εἰς τὰ κοινὰ φιλοτιμίας, εἰς δίκην αὐτὸν ὑπῆγον αἰτιασάμενοι προδοσίαν, ὅτι τὸν κατὰ Ῥωμαίων πόλεμον ἐκφέρειν οὐκ ἦν πρόθυμος, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ κοινῷ μόνος ἀντέλεγε τοῖς ἀξιοῦσι τὰς σπονδὰς λελύσθαι, καὶ τοὺς ἑαυτοῦ πολίτας οὐκ εἴα κύρια εἶναι δόξαντα τοῖς ἄλλοις ἡγεῖσθαι. *Principes nobiliorum populorum viro inſenſi propter ejus in Rempublicam ſtudium ambitioſum reum fecerunt proditionis inſimulantes, quod parum propenſus eſſet ad bellum Romanis inferendum, quinetiam ſolus in concilio contradiceret iis, qui fœdera rupta cenſebant, ſuoſque cives non ſineret ea rata facere, quæ aliis placuiſſent.* Eandem quoque narrant *Plutarch. ibid.* & *Livius* §. 10.

7. TITUS TATIUS fuit *rex Sabinorum.* Liv. I. 10. Dionyſ. II. p. 104. Hoc auctore Romam migraſſe Sabinos a nullo hiſtorico memorari obſervat *Beroaldus.* Et recte. Certatim enim loquuntur de Claudio & illi quos laudavi.

8. CONSORTE, quia *ad fœdus faciendum duces,* Romulus & Tatius, *prodeuntes, non pacem modo, ſed & civitatem unam ex duabus fecerunt, & regnum conſociarunt.* Liv. I. 13. Inter conditiones fœderis fuit & hæc: *ut Romulus & Tatius eſſent Romanorum reges, pari poteſtate, & pari honore fruentes:* βασιλέας εἶναι Ῥωμαίων Ῥωμύλον καὶ Τάτιον, ἰσοψήφους ὄντας, καὶ τιμὰς καρπουμένους τὰς ἴσας. Dionyſ. II. p. 111. *Conſortes* ſunt, qui pro indiviſo commune ſibi patrimonium habent. Ita enim Feſtus. *Sors & patrimonium ſignificat, unde conſortes dicimus.* Tib. II. 5. 24.

Mœnia conſorti non habitanda Remo.

Noſt. *Tit.* 9. 5. *Oth.* 8. 2. V. & *Ravard. de div. reg. jur.* 85. *Cujac. Obſerv. V.* 10.

9. ATTA eſt vox vetus Sabina, originis, ut putat Caſaubonus, Græcanicæ. Dicitur enim παρὰ τὸ ἄττειν, quod ſubſilire ſignificat, & nuſquam ferme pedem figere. Feſtus. *Attæ appellantur, qui propter vitium crurum plantis non inſiſtunt, & attingunt magis terram quam ambulant.* V. quoque *Turneb. Adv.* XIV. 17. *Bononienſ. Theſ. Crit.* I. *p.* 691. *Merul. Coſmogr.* II. 4. 18. *Bochart. Hieroz.* II. 50. Dicitur *Titus* Dionyſ. *ſupr.* §. 5. *Appius* Livio *infr.* §. 10.

10. CLAUDIUS Appius Romam cum commigraſſet videtur dictus, qui, in Sabinis cum hæreret, *Atta Clauſus* dictus fuit. Liv. II. 16. *Namque Atta Clauſus, cui poſtea Appio Claudio fuit Romæ nomen, cum pacis ipſe auctor a turbatoribus belli premeretur, nec par factioni eſſet, ab Regillo magna clientium comitatus manu Romam transfugit.* Unde *Clauſus* dicitur Plutarch. in Poplic. p. 108. A. & Virg. Æn. VII. 706.

Ecce Sabinorum priſco de ſanguine magnum
Agmen agens Clauſus, magnique ipſe agminis inſtar,
Claudia nunc a quo diffunditur & tribus, & gens.

Et ita ſolebant olim, qui Romam commigrabant, ſi jus civitatis adipiſci vellent, nomina ſua edere, &, ut magis Romani viderentur, plerumque mutare. Ita Lucumo Demarati filius ἐπειδὴ ταῦτα διεπράξατο, καὶ τῶν ἀστῶν εἷς ἐγεγόνει, μαθὼν ὅτι Ῥωμαίων ἑκάστῳ κοινὸν τὸ ὄνομα κεῖται, καὶ μετὰ τὸ κοινὸν ἕτερον, ὃ δὴ συγγενικὸν αὐτοῖς ἐστι καὶ πατρωνυμικόν, ἐξομοιοῦσθαι κατὰ τοῦτο αὐτοῖς βουλόμενος, Λούκιον μὲν ἀντὶ Λουκόμωνος τίθεται τὸ κοινὸν ὄνομα, Ταρκύνιον δὲ τὸ συγγενικόν, ἐπὶ τῆς πόλεως, ἐν ᾗ γενέσεώς τε καὶ τροφῆς ἔτυχε: *quum hoc peregiſſet, & civis factus eſſet, animadvertens unicuique Romanorum nomen commune eſſe, & præter commune aliud etiam, quod gentilitium, & patronymicum eſſet, ut hac etiam re illis ſimilis eſſet, Lucii commune nomen pro Lucumone ſibi cepit, & Tarquinii gentilitium, ab urbe, in qua natus, & educatus fuerat.* Dionyſ. A. R. III. p. 185.

11. EXACTOS i. expulſos. *Exigi* eſſe expelli foras, dixi *ſupr. Cæſ.* 50. 2. §. 7. *Exacti* ſunt reges anno ab U. C. 244. Dionyſ. A. R. v. p. 277. Ἡ μὲν δὴ βασιλικὴ πολιτεία διαμείνασα μετὰ τὸν οἰκισμὸν τῆς Ῥώμης ἐτῶν τεττάρων καὶ τετταράκοντα καὶ διακοσίων ἀριθμόν, ἐπὶ δὲ τοῦ τελευταίου βασιλέως τυραννὶς γενομένη κατελύθη. *Regium ergo imperium, cum annos ab Urbe*

per trans Anienem [14] clientibus [15], locumque ſibi ad ſepulturam [16] ſub Capitolio [17]
4 publice accepit. Deinceps procedente tempore, duodetriginta conſulatus, dictatu-
5 ras quinque, cenſuras ſeptem, triumphos ſeptem, duas ovationes adepta eſt. Cum
prænominibus cognominibuſque variis diſtingueretur, Lucii prænomen [18] conſenſu repudiavit [19], poſtquam a duobus gentilibus [20] præditis eo, alter latrocinii, cædis
6 alter convictus eſt. Inter cognomina [21] autem, & Neronis aſſumpſit, quo ſignificatur lingua Sabina [22] fortis ac ſtrenuus [23].

condita ducentos quadraginta quatuor duraſſet, & ſub ultimo rege in tyrannidem degeneraſſet, ſublatum eſt.

12. Sexto anno fere, conſulibus P. Valerio Poplicola IV & T. Lucretio Tricipitino II. ſive anno ab U. C. 249. Dionyſ. V. p. 308. Plutarch. Poplic. p. 107. F. Liv. II. 16. V. etiam *Pigh. Ann.* I. *p.* 76.

13. Agrum, & præter *agrum* civitatem. Plutarch. p. 108. C. Τοῖς μὲν γὰρ οἴκοις εὐθὺς ἀνέμιξε τῷ πολιτεύματι, καὶ χώραν. *Nam familiis mox civitatem dedit, & agrum*, nec non ad ædificiorum ſtructuram Urbis partem. Αὖθ' ἂν ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος τῆς πόλεως μοῖραν ἔδωκεν ὅσην ἐβούλετο εἰς κατασκευὴν οἰκιῶν. *Dionyſius.*

14. Trans Anienem μεταξὺ Φιδήνης καὶ Πικεντίας, ὡς ἔχοι διανέμειν κλήρους ἅπασι τοῖς περὶ αὐτόν: *inter Fidenas & Picentiam, ut, omnibus ſuis ſorte quem divideret, haberet. Anio* eſt *fluvius haud longe ab Urbe.* Serv. Æn. VII. 683. *Oritur in monte Trebanorum.* Plin. III. 12. Sed *ex Alba defluit per ei ſubjectam planitiem uſque ad Tiberis occurſum.* Strab. V. p. 162. Ἐξ Ἄλβας ῥέων τῆς πρὸς Μαρσοῖς Λατίνης πόλεως, καὶ διὰ τοῦ ὑπ' αὐτῇ πεδίου μέχρι τῆς πρὸς τὸν Τίβεριν συμβολῆς. Vulgo nunc accolis dicitur *Teverone.* Fabulam exhibet Plutarch. Parall. p. 315. E. Noſt. *Claud.* 20. 3. V. & Dionyſ. A. R. V. p. 305. *Cluver. Ital.* II. *n.* 10. 14. *Merul. Coſm.* II. 4. II. & 35. *Kircher. Lat.* IV. *p.* I. *c.* I. *Leand. Ital. p.* 236.

15. Clientibus χώραν ἑκάστῳ δύο πλέθρων. *ſingulis agrum binum jugerum.* Plutarch. Poplic. p. 107. C.

16. Locum ad sepulturam, & præter illum πλέθρα πέντε καὶ εἴκοσι γῆς. *Viginti quinque jugera terræ.* Plutarchus.

17. Sub Capitolio ſpeciali populi Romani ſtudio. Illo de republica bene meritorum cineres in Urbem ferebantur & deponebantur. Ita de gente *Cincia* Feſtus. *Cincia locus Romæ, ubi Cinciorum monumentum fuit.* Valerius etiam Poplicola in Urbe juxta Veliam ſepultus eſt. Plutarch. Poplic. p. 109. C. Ἐτάφη δὲ καὶ ὑπὸ τῶν πολιτῶν ψηφισαμένων ἐντὸς ἄστεος παρὰ τὴν καλουμένην Οὐελίαν. Quod & narrat Dionyſ. V. p. 315. Et juxta cum Poplicola Fabricius. Plutarch. Quæſt. Roman. 78. Quibus addit Tubertum Cicer. L. L. II. 23. *Quid? qui poſt* XII. *in Urbe ſepulti ſunt clari viri? M. Credo, Tito fuiſſe aut eos, quibus hoc ante legem virtutis cauſa tributum eſt, ut Poplicolæ, ut Tuberto, quod eorum poſteri tenuerunt: aut eos, ſi qui hoc, ut C. Fabricius, virtutis cauſa, ſoluti legibus conſecuti ſunt.* Ex XII alioquin tabulis in Urbe nemo ſepeliebatur. Cicer. l. l. *Inquit lex in* XII *tabulis, in Urbe ne ſepelito, neve urito. Credo, vel propter ignis periculum.... Sed in Urbe ſepeliri lex vetat. Sic decretum a pontificum collegio, non eſſe jus, in loco publico fieri ſepulcrum.* V. &, ſi memor leti, *M. Donatum*, & *Kirchm.* de *Fun. Rom.* II. 26.

18. Lucii prænomen. Sic *Manliæ gentis patriciæ decreto nemo ex ea Marcus appellabatur, quod M. Manlius, qui Capitolium a Gallis defenderat, cum regnum affectaſſet, damnatus, necatuſque eſt.* Feſtus & Liv. VI. 20. Et decreto cautum fuiſſe, ne quis ex Antonii familia Marci prænomen ferret, ubi de honoribus poſt devictum Antonium Auguſto decretis agit, prodit Dio LI. p. 456. E. Καὶ τὸ τοῦ Μάρκου πρόσρημα ἀπεῖπον μηδενὶ τῶν συγγενῶν αὐτοῦ εἶναι. V. & *Torrentium.*

19. Repudiavit I. rejecit, recuſavit. Terent. Andr. IV. 3. 18.

Repudio quod conſilium primum intenderam.

Ita *repudiata verba*, rejecta ſunt, & minus probata Quintil. Inſtit. I. 10. Et *hæreditatem repudiare* apud *JCtos.* V. *Caſ.* 21. I. §. 2.

20. Gentiles *ſunt, qui inter ſe eodem nomine ſunt. Non eſt ſatis. Qui ab ingenuis oriundi ſunt. Ne id quidem ſatis eſt. Quorum majorum nemo ſervitutem ſervivit. Abeſt etiam nunc: qui capite non ſunt deminuti. Hoc fortaſſe ſatis eſt.* Cicer. Top. 6. Hinc Servium Tullium *gentilem* ſuum vocat idem Tuſc. I. 16. *Pherecydes Syrus primum dixit, animos hominum eſſe ſempiternos: antiquus ſane, fuit enim meo regnante gentili.*

21. Cognomen quid V. infr. Gramm. 3. I. §. 2.

22. Linguam Sabinam veterem non aliam fuiſſe a Græca dicit, & *Sabinos* abſque dubio ἀποίκους Dores e Peloponneſo ortos fuiſſe putat *Caſaubonus.* Sed an Latini, vel Græci ſermonis dialecti, an vero peculiaris fuerit, non audet definire *Merul. Coſmog.* II. 4. 18. Hoc ſaltem admittit, *Sabinos*, ſi illorum lingua a Græcis originem non habuerit, a Græcis tamen nonnulla eſſe mutuatos. Quemadmodum *Sabinorum* multa a Latinis, quæ nihil cum Græcis commune habent, laudari dicit, illorumque ibidem catalogum pertexit.

23. Fortis ac strenuus Sabina lingua Nero dicitur. Gell. XIII. 22. *Id autem ſive Nerio, ſive Nerienes eſt, Sabinum verbum eſt, eoque ſignificatur virtus & fortitudo. Itaque ex Claudiis, quos a Sabinis oriundos accepimus, qui erat egregia & præſtanti fortitudine,*

tudine, Nero appellatus eſt. Sed id Sabini a Græcis accepiſſe videntur, qui vincula & firmamenta membrorum neura dicunt: unde & nos quoque Latine nervos appellamus. Gloſſarium, *Nero*, ἀνδρεῖος. Græci quoque νευρώδη vocant bonis lacertis hominem. Et νευροῦν eſt illis robuſtum reddere, & validum. Quod artis Gymnaſticæ verbum eſſe monet *Caſaubonus.*

CAPUT II.

ARG. *Multa egregia merita, multa ſecus in Rempublicam admiſſa denarrantur Claudiorum.*

Multa multorum Claudiorum egregia merita, multa etiam ſecus [1] admiſſa in Rem- 1
publicam exſtant. Sed ut præcipua commemorem, Appius Cæcus [2] ſocieta- 2
tem cum rege Pyrrho [3] ut parum ſalubrem iniri diſſuaſit [4]. Claudius Caudex [5] pri- 3
mus freto [6] claſſe transjecto, Pœnos [7] Sicilia [8] expulit [9]. Claudius Nero [10] adve- 4
nientem

Secus 1. perperam, male. *Secus* eſt ἑκὰς, ut ἐξ, ſex. Gloſſæ optimæ: *Secus*, ἑτέρως, καὶ πλησίον. Non male. Nam vicina non dicuntur, niſi quæ ſunt ἑκὰς, & naturam ſeparatam habent. Et ut Græcis ἄλλο & ἕτερον, Latinis *aliud*, per εὐφημισμὸν ponitur in ſignificatione mali, ſic & *ſecus* pro κακῶς. *Caſaubonus. Sciop. Inf. Fam.* p. 100. V. tamen *Turneb. Adv.* XIV. 17.

2. Cæcus factus qui fuerit Appius tradit Liv. IX. 29. *Eodem Appio auctore Potitia gens, cujus ad aram maximam Herculis familiare ſacerdotium fuerat, ſervos publicos miniſterii delegandi cauſa, ſollennia ejus ſacri docuerat. Traditur inde dictu mirabile, & quod dimovendis ſtatu ſuo ſacris, religionem adferre facile poſſet, quum duodecim familiæ ea tempeſtate Potitiorum eſſet, puberes ad triginta, omnes intra annum cum ſtirpe exſtinctos: nec nomen tantum Potitiorum interiiſſe, ſed cenſorem etiam Appium, memori deûm ira, poſt aliquot annos luminibus captum.* Tradunt idem *Val. Max.* I. I. 7. *Aurel. Victor. de vir illuſtr. c.* 34. *Lactant.* II. 8. Hunc tamen, quia ſenatus invidiam reformidaverit, abdicato magiſtratu, *cæcitatis* ſimulatione, domi ſe continuiſſe tradit Diodor. XX. 36. p. 774. Ὁ δ᾽ Ἄππιος τὴν ἀρχὴν ἀπολυθεὶς, καὶ τὸν ἀπὸ τῆς συγκλήτου φθόνον εὐλαβηθεὶς, προσεποιήθη τυφλὸς εἶναι, καὶ κατ᾽ οἰκίαν ἔμενεν.

3. Pyrrho, qui *Epirotarum rex, ut auxilium ferret Tarentinis, in Italiam venit.* Liv. Epit. 12. anno ab U. C. ut Faſti Capitolini docent, 473. ſive P. Valerio Lævino & Tiberio Coruncanio Conſulibus, quamvis in hoc tempore indicando diſſentiant Plin. VIII. 6. XVI. 10. Gell. XVII. 21. De hoc bello *Plutarch. in Pyrrh. Pauſan. Attic. p.* 10. 11. 12. *Dionyſ.* II. *p.* 744. *Polyb.* I. 6. *Liv. Epit.* 12. 13. 14. *Juſtin.* XVIII. I. & 2. *Flor.* I. 18. *Oroſ.* IV. I. *Eutrop.* II. I. *Auguſt. C. D.* III. 17.

4. Dissuasit, imo *diſcuſſit magnifica oratione*, ut *Aurelius* dicit. Orationem illam exhibent Plutarch. in Pyrrh. p. 394. *E. F.* Cicer. de Seneƈt. c. 6.

5. Caudex *cognomentum fuit Appio Claudio, Appii illius Cæci fratri.* Gell. XVII. 21. Aurel. Viƈt. de vir illuſtr. c. 37. Cognomenti rationem adfert Senec. de Brev. vit. c. 13. *Hoc quoque quærentibus remittamus, quis Romanis primus perſuaſit navem conſcendere? Claudius is fuit: Caudex ob hoc ipſum appellatus, quia plurium tabularum contextus, caudex apud antiquos vocabatur: unde publicæ tabulæ codices dicuntur....* Quamvis a *nave piſcatoria, qua fretum ad explorandos hoſtes trajecit*, illum dictum dicat *Aurelius*, potius quam quod *Romanos naves conſcendere* juſſerit.

6. Freto I. mari, ut paſſim. Quid proprie *fretum*, dixi ad Curt. IV. 2. I. §. 5. De illo Flor. II. 2. 5. *Appio Claudio conſule primum fretum ingreſſus eſt, fabuloſis immane monſtris, æſtuque violentum.*

7. Punicum bellum primum geſtum eſt anno ab U. C. 488. Liv. XXXI. I. *Occuparunt quadringenti octo anni a condita Urbe ad Appium Claudium conſulem, qui primus bellum Carthaginienſibus intulit.* A Livio diſſentientes V. Solin. c. I. Gell. XVII. 21. Oroſ. IV. 7. Plin. XXXIII. 3. Illud deſcribunt *Polyb.* I. 8.... *Liv. Epit.* 16.... *Pauſan. in Eliac. p.* 189. *Flor.* II. 2. *Eutrop.* II. 3. *Appian. in Punicis. Auguſt. de C. D.* III. 18.

8. Sicilia, propter illam enim cum Pœnis Romani bellum gerebant. Dionyſ. A. R. II. p. 126. Τὸ συμβὰν περὶ τὴν ἔμπρησιν τοῦ ἱεροῦ κατὰ τὸν Φοινικικὸν πόλεμον, τὸν πρῶτον συστάντα Ῥωμαίοις πρὸς Καρχηδονίους περὶ Σικελίας. *Id quod accidit incendio templi, tempore primi belli Punici, quod inter Romanos & Carthaginienſes propter Siciliam eſt ortum.* Flor. II. 2. 3. *De Pœnorum impotentia fœderata Siciliæ civitas Meſſana querebatur. Affectabat autem ut Romanus, ita Pœnus Siciliam.*

9. Expulerit quomodo Claudius Pœnos Sicilia, paucis tradit Aurel. Viƈt. de vir. illuſtr. c. 37. n. 5. *Carthaginienſes Meſſana expulit. Hieronem prælio apud Syracuſas in deditionem accepit.*

10. Claudius Nero fuit *C. Claudius Ti. F. Ti. N.* conſul cum M. Livio Salinatore, ut docent Liv. XXVII. 36. Appian. Annib. p. 343. Oroſ. IV. 18. Zonar. Ann. II. p. 89. & *ſecundi Punici belli tempore firmiſſimum Reipublicæ latus.* Val. Max. II. 9. 6. De illo Horat. Od. IV. 4. 37.

Quid debeas, o Roma, Neronibus,
Teſtis Metaurum flumen, & Aſdrubal
Devictus.

nientem [11] ex Hiſpania [12] cum ingentibus copiis [13] Aſdrubalem, prius quam Annibali fratri conjungeretur [14], oppreſſit [15]. Contra Claudius Appius Regillanus decemvir [16] legibus ſcribendis virginem [17] ingenuam [18] per vim, libidinis [19] gratia, in ſervitutem aſſerere [20] conatus [21], cauſa fuit plebi ſecedendi [22] rurſum a patribus [23].

Claudius

11. ADVENIENTEM *per Gallias in Italiam.* Oroſ. II. 18. Liv. XXVII. 37. Appianus.

12. EX HISPANIA, in qua belli gerendi curam illi mandaverat frater Annibal, cum in Italiam proficiſceretur. Ὅτι μὲν ἀδελφὸς ἦν Ἀννίβα κατὰ φύσιν, καὶ διότι χωριζόμενος εἰς τὴν Ἰταλίαν, τούτῳ τὰς κατὰ τὴν Ἰβηρίαν πράξεις ἐνεχείρισε. *Polyb.* XI. 2. Ubi & exercitum, quem in Italiam traduxit, mercede conſcripſit. Τὴν στρατιάν, ἣν ἐξενάγησεν ἐν τοῖς Κελτίβηρσιν, ἔχων, διέβαινεν ἐς τὴν Ἰταλίαν. *Appianus.*

13. CUM INGENTIBUS COPIIS, quas fuiſſe peditum XXXXVIII. M. equitum VIII. M. elephantorum quindecim dicit Appianus. Ἄγων πεζοὺς μὲν τετρακισμυρίους ἐπὶ ὀκτακισχιλίοις, ἱππέας δὲ ὀκτακισχιλίους, καὶ ἐλέφαντας πεντεκαίδεκα.

14. FRATRI CONJUNGERETUR, cui ſi ſe jungere potuiſſet, actum fuiſſet de imperio Romano, ut agnoſcunt Flor. II. 6. 50. Aurel. Vict. de vir. illuſtr. c. 48. Invictus enim fuiſſet Annibal, ſi fratris copias ſibi adjunxiſſet. Ἀμάχου ἂν σφίσι τοῦ Ἀννίβου γενομένου, εἰ καὶ τήνδε τὴν στρατιὰν προσέλαβεν. Appianus. Unde, ut idem narrat, nondum pugnare conſtituerat Aſdrubal, ſed quam primum fratri ſe conjungere. Ὁ δὲ οὔπω μάχεσθαι κεκρικώς, ἀλλὰ τῷ ἀδελφῷ ἐπειγόμενος.

15. OPPRESSIT ad Metaurum flumen. Liv. XXVII. 49. Horat. *ſupr.* §. 10. Oroſius, Aurelius Victor, qui etiam fuſius bellum hoc Punicum deſcribunt, & juxta cum illis Sil. Ital. XV..... Polyb. XI. 1. 2. 3. Appian. in Annibalicis, Zonar. Annal. II. p. 90. Auguſt. de C. D. III. 19. Geſtum eſt anno ab U. C. 546. ſive C. Claudio Nerone & M. Livio Salinatore Conſulibus.

16. DECEMVIRI *nominati ſunt decem illi,* qui, *ut ſummam poteſtatem haberent, pro duobus conſulibus,* quorum *imperium anno trecenteſimo & altero ab U. C. ceſſavit, ſunt facti.* Eutrop. I. 18. Liv. III. 33. Hos *cum ſeditioſos magiſtratus ferre non poſſet, legibus ſcribendis populus creavit, qui eas ex libris Solonis tranſlatas duodecim tabulis expoſuerunt.* Aurel. Vict. c. 21. Diſſentiunt in tempore indicando inter ſe, qui illud juxta olympiades deſcripſerunt Euſeb. ad olymp. 82. Dionyſ. A. R. X. p. 680. Diodor. XII. 23. Oroſ. II. 13. Illorum nomina tradunt Dionyſius & Diodorus.

17. VIRGINEM Virginiam. Dionyſ. A. R. XI. p. 709. Καλλίστην τῶν ἐν Ῥώμῃ παρθένων, τὸ πατρῷον ὄνομα φέρουσαν. *Pulcerrimam Romanarum virginum, paternum nomen ferentem,* filiam *Virginii centurionis, qui honeſtis ſtipendiis contra Latinos in monte Algido militabat.* Liv. III. 44. Aurelius, Eutropius, *deſponſatam L. Icilio tribunicio,* Livius, Dionyſius. Hanc, ut Claudii libidini ſubduceret, ſeductam, quaſi ultima vice illam oſculaturus, & ſolus cum ſola collocuturus, ἐξουσίαν ἀσπάσασθαι τὴν θυγατέρα τοῖς τελευταίοις ἀσπασμοῖς, καὶ διαλεχθῆναι μόνῃ μόνος ὁπόσα βούλεται. Dionyſius, Aurelius, *prope Cloacina ad tabernas, quibus nunc Novis eſt nomen, atque ibi cultro arrepto occidit.* Liv. III. 48. Val. Max. VI. 1. 2. Pompon. de orig. jur. Digeſt. 1. 2. 24.

18. INGENUAM, non *ſervam,* ut *illam,* utpote *ſerva ſua natam, miniſter decemviri libidinis* dictitabat *M. Claudius cliens.* Liv. III. 44. Dicebat enim. Ἔστι μοι θεράπαινα πατρική, πολλοὺς πάνυ δουλεύουσα χρόνους. Ταύτην κύουσαν ἡ Οὐεργινίου γυνὴ συνήθη καὶ εἰσοδίαν οὖσαν ἔπεισεν, ἐὰν τέκῃ, δοῦναι τὸ παιδίον αὐτῇ. Κἀκείνη φυλάττουσα τὰς ὑποσχέσεις, γενομένης αὐτῇ ταύτης θυγατρός, πρὸς μὲν ἡμᾶς ἐσκήψατο νεκρὸν τεκεῖν, τῇ δὲ Νομιτωρίᾳ δίδωσι τὸ παιδίον. *Eſt mihi ancilla paterna, quæ jam multo tempore mihi ſervit. Ea cum eſſet gravida, Virginii uxor, ad quam familiariter itabat, ei perſuaſit, ut, cum peperiſſet, infantem ſibi daret. Quibus promiſſis ſervatis illa, cum hæc ei nata eſſet filia, apud nos ſimulavit ſe mortuum ediditſe fœtum, ac Numitoria infantem dedit.* Dionyſ. p. 710.

19. LIBIDO *virginis plebejæ ſtuprandæ Appium Claudium cepit.* Livius. Cepit vero illum, illam in ludo literario, qui tunc erat in foro, conſpicatus. Ταύτην τὴν κόρην θεασάμενος ἀναγινώσκουσαν ἐν γραμματικοῦ: ἦν δὲ τὰ διδασκάλεια τῶν παίδων τότε περὶ τὴν ἀγοράν. Dionyſ. *p.* 709.

20. ASSERERE quid ſit, monui ad Curt. VIII. 1. 42. §. 122. *Aſſeritur* quis i. vindicatur in libertatem, ut *ſupr. Caſ.* 80. 2. §. 5. in ſervitutem. Livius. *M. Claudio clienti negotium dedit, ut virginem in ſervitutem aſſereret.* Unde idem. *Jam a vi tuta erat, quum aſſertor, nihil opus eſſe multitudine concitata ait.* V. & *Beroaldum. Depoſcere in ſervitutem* dicit *Aurelius.*

21. CONATUS per *clientem M. Claudium.* Livius, Aurelius. Ἄνδρα τολμηρόν, καὶ πρὸς πᾶσαν ὑπηρεσίαν ἕτοιμον, διδάξας ὅσα ποιεῖν αὐτὸν ἐβούλετο καὶ λέγειν. *Hominem audacem, & ad quævis miniſteria promptum, edoctumque quid ab ipſo fieri ac dici vellet.* Dionyſ. p. 710. Qui & Claudii ibidem adfert orationem pro tribunali habitam.

22. SECESSIT plebs in Aventinum. Diodor. XII. p. 86. Αὐτὸς δ' ἐκ τῆς πόλεως ἐκπηδήσας, ἀπῆλθε πρὸς τὸ στρατόπεδον, τὸ ἐν τῷ Ἀλγιδίῳ καλουμένῳ τόπῳ ὑπάρχον. Καταφυγὼν δὲ ἐπὶ τὸ πλῆθος, καὶ μετὰ δακρύων τὴν κατ' αὐτὸν συμφορὰν ἀπαγγείλας, ἅπαντας εἰς ἔλεον ἤγαγε, καὶ πολλὴν συμπάθειαν. Πάντων δ' ἐπιβοηθεῖν τοῖς ἠτυχηκόσιν ὁρμησάντων, μετὰ τῶν ὅπλων νυκτὸς εἰς τὴν Ῥώμην εἰσέπεσον: οὗτοι μὲν οὖν κατελάβοντο λόφον τὸν ὀνομα-

Claudius Druſus [24], ſtatua ſibi cum diademate ad Appii forum [25] poſita, Italiam per 6
clientelas occupare tentavit [26]. Claudius Pulcher [27] apud Siciliam, non paſcenti- 7
bus [28] in auſpicando [29] pullis, ac per contemptum religionis [30] mari demerſis, quaſi
ut biberent, quando eſſe nollent, prælium navale iniit: ſuperatuſque [31], cum dicta-
torem

ὁρμαζόμενοι Ἀυεντῖνον. I. interprete Rhodomanno: *Et confeſtim ex Urbe ſe proripiens ad exercitum in caſtris ad Algidum verſantem tendit, & multis cum lacrymis infeliciſſimam rerum ſuarum conditionem exponens, multitudinis auxilium implorat. Et ſubito omnem erga ſe commiſerationem, & intimum ſuper hac calamitate dolorem accendit. Concitatis itaque animis omnium ad opitulandum miſeris, armati noctu Romam irrumpunt, collemque occupant, qui Aventinus illis nuncupatur.* V. quoque *Dionyſ. A. R.* XI. *p.* 724. *Liv.* III. 54. *Flor.* I. 24.

23. RURSUM, quia & antea, anno ab U.C. 260. *plebs armata, fœneratoribus in* ejus *terga ſerviliter ſævientibus, in ſacrum montem ſeceſſerat.* Flor. I. 23. I. *trans Anienem amnem, tria ab Urbe millia paſſuum Sicinio quodam auctore.* Liv. II. 32. Dionyſ. A. R. VI. p. 375. V. & Aurel. Vict. de vir. illuſtr. c. 18. Val. Max. VIII. 9. I. Oroſ. II. 5. Eutrop. I. II. Appian. B. C. I. p. 349. Zonar. Annal. II. p. 43.

24. DRUSI unde dicti, docet noſt. *infr.* 3. 5.

25. APPII FORUM Latii olim oppidum. Plin. III. 4. Latii populos denarrans, & illis addit *Foroappies.* Ejus meminerunt Horat. Sat. I. 5. 3.

Inde forum Appi
Differtum nautis, cauponibus atque malignis.

Et Lucas Act. 28. 15. Nunc eſſe monaſterium, *Foſſa Nova* appellatum, ad Horatium monet Cruquius. Hunc locum delegiſſe videtur Appius ad res novas moliendas, quoniam erat in clientela Claudiæ gentis: & ab *Appio*, qui illic *forum* egerat, nomen acceperat. *Forum agere* apud Feſtum *dicitur is, qui provinciæ præeſt, cum civitates vocat, & de controverſiis eorum cognoſcit.* Illis vero locis ſua nomina magiſtratus imponebant, vel quod ibi *forum* egiſſent, vel nundinas inſtituiſſent. Unde *Forum Flaminium, Forum Julium*.... V. *Beroaldum, Babelonium,* & *Cluver. Ital. Ant.* III. 8. 17.

26. TENTARE I. experiri, an poſſis occupare, ut loquitur Flor. II. 17. 4. *Tentare imperium Siciliæ* dicit Juſtin. IV. 2. 6: 3. 5. *Tentare* quid proprie, dixi ad Curt. IV. 9. 15. §. 59.

27. CLAUDIUS PULCHER Cæci vel nepos, ut mox Plinius: vel potius filius, ut Cicer. Divin. I. 16. Gell. X. 6. fuit conſul cum C. Junio Pullo anno ab U. C. 505. Plin. XV. I. *Urbis quidem anno quingenteſimo quinto Appio* (qui *Publius* fuit) *Claudio Cæci nepote, L. Junio Conſulibus, olei libræ duodenis aſſibus veniere.* Illos tamen ad quingenteſimum quartum rejicit *Pigh. Ann.* II. *p.* 50.

28. NON PASCENTIBUS PULLIS I. cum non *paſcerent* ſe, aut non *paſcerentur pulli*, interpretibus Perizon. ad Sanct. Minerv. III. 3. & Joh. Gerh. Voſſ. de Anal. III. 3. Auguria etiam ex *pullis*, quos in eum finem alebant, & illos qui cuſtodiebat, *pullarium* vocabant, capiebant veteres. Cicer. Divin. II. 34. *Attulit in cavea pullos is, qui ex eo ipſo nominatur pullarius*, qui *in auſpicium mitti* dicebatur, ut loquitur Liv. X. 40. cum *pullis* offam objicere jubebatur, obſervaturus, quo modo illam devorarent. *Neceſſe* enim *erat*, ut Cicero docet, *cum paſcerentur, aliquid ex ore cadere, & terram pavire.* Hoc *terripavium primo, poſt terripudium dictum eſt, jam tripudium dicitur.* Tunc vero *pulli tripudium feciſſe* dicebantur *ſoliſtimum.* Cicer. ibid. c. 8. ſic dictum, quod *ex offa objecta quid in ſolidum caderet.* Cicer. Divin. I. 15. Et ſic *optimum ſignificabatur augurium.* Serv. Æn. VI. 199. Quod auſpicanti nuntiabat *pullarius.* Cicer. Divin. II. 34. *Cum offa cecidit ex ore pulli, tum auſpicanti tripudium ſoliſtimum nuntiant.* Et is, qui auſpicabatur, nuntio hoc accepto, rem gerendam aggrediebatur. Liv. IX. 14. *Auſpicia ſecunda eſſe, Tarentini, pullarius nuntiat. Litatum præterea eſt egregie. Auctoribus diis, ut videtis, ad rem gerendam proficiſcimur.* * Illam enim *admittere* I. jubere, ſive permittere dicebantur pulli. Obſeq. de Prod. c. 125. *C. Cornelius augur Patavii eo die, cum aves admitterent, proclamavit rem geri, & vincere Cæſarem.* Et inde admiſſivæ aves dicebantur. Feſtus. *Admiſſivæ aves dicebantur ab auguribus, quæ conſulentem juberent.* Si non *paſcerent pulli, pullarius diem prælii committendi differebat.* Cicer. Divin. I. 35. Et is, qui auſpicabatur *auſpiciis, quibus pugnare prohibebatur, parere* dicebatur. *Idem ibid.* II. 8.

29. AUSPICIORUM auctoritas & dignitas tanta fuit apud Romanos, ut *nihil publice ſine auſpiciis, nec domi, nec militiæ gereretur.* Cicer. Divin. I. 2. Et, ut Servius laudatus ſupr. §. 28. *Romani moris fuit, & in comitiis agendis, & in bellis gerendis pullaria captare auguria.* Unde *Papirius dictator a pullario monitus, quum ad auſpicium repetendum Romam proficiſceretur, magiſtro equitum denuntiavit, ut ſeſe loco teneret, neu abſente ſe cum hoſte manum confereret.* Liv. VIII. 30. Ea de re Cicer. Divin. II. 33. *Retinetur & ad opinionem vulgi, & ad magnas utilitates Reipublicæ, mos, religio, diſciplina, jus augurum, collegii auctoritas. Nec vero non omni ſupplicio digni P. Claudius, L. Junius Conſules, qui contra auſpicia navigarunt; parendum enim fuit religioni, nec patrius mos tam contumaciter repudiandus. Jure igitur alter populi judicio damnatus eſt: alter mortem ſibi ipſe conſcivit.*

30. PER CONTEMPTUM RELIGIONIS. Servius laudatus ſupr. §. 28. *Qui cum miſſas non ederent fruges, irridens conſul augurium ait, vel bibant.* Ita & Flaminius ex pullario *quæſivit, ſi ne poſtea quidem pulli*

paſce-

torem dicere a ſenatu juberetur, velut iterum illudens diſcrimini publico Glyciam [32]
8 viatorem [33] ſuum dixit. Exſtant & feminarum exempla diverſa æque: ſiquidem gentis ejuſdem utraque Claudia [34] fuit, & quæ navem [35] cum ſacris matris deûm [36] Ideæ [37] obhærentem [38] Tiberino [39] vado [40] extraxit [41], precata [42] propalam, *ut ita demum*

paſcerentur. Cum ille quieſcendum reſpondiſſet: Flaminius, præclara vero auſpicia, ſi eſurientibus pullis res geri poterit, ſaturis nihil geretur. Itaque ſigna convelli, & ſe ſequi juſſit. Cicer. Divin. I. 35.

31. SUPERATUS, *non ab hoſtibus, ſed a diis ipſis, quorum auſpicia contempſerat, ibi ſtatim claſſe demerſa, ubi ille præcipitari pullos juſſerat, quod pugnare ab his vetaretur.* Flor. II. 2. 29. Eleganter Polyb. I. 51. Τοιαύτης δὲ δυσχρηστίας ὑπαρχούσης περὶ τὸν ὅλον ἀγῶνα· καὶ τῶν μὲν καθιζόντων ἐν τοῖς βράχεσι, τῶν δὲ ἐκπιπτόντων σκαφῶν, κατιδὼν ὁ στρατηγὸς τῶν Ῥωμαίων τὸ συμβαῖνον, ὥρμησε πρὸς τὴν φυγὴν ἀπὸ τῶν εὐωνύμων παρὰ τὴν γῆν ἐξελίξας, καὶ σὺν αὐτῷ περὶ τριάκοντα νῆας, αἵπερ ἔτυχον ἐγγὺς οὖσαι. Τῶν δὲ λοιπῶν σκαφῶν, ὄντων ἐνενήκοντα καὶ τριῶν, ἐκυρίευσαν οἱ Καρχηδόνιοι, καὶ τῶν πληρωμάτων. *Tantis hiſce incommodis ſuos conflictari conſpicatus Romanus conſul, quum aliæ naves inter brevia ſiderent, aliæ terræ allideruntur, a læva fugam capeſſit, & circum littus ſe evolvit, triginta navibus, quas habebat proximas, comitatus. Cæteras ad tres & nonaginta, cum omnibus, quæ intus erant, ceperunt Pœni.*

32. GLYCIAM *Claudium* Liv. Epit. 19. Plerumque in veteribus ſcriptum, *i* pro *g*. ut *teia* pro *toga*. *foliora* apud Arnob. II. pro *folgora*. *Ilycias* apud Suetonium pro *Glycias*. V. *Salmaſ. Exerc. Plin. p. 43. a. G. 137. a. D.*

33. VIATORES dicebantur, qui magiſtratibus parebant, eo quod plerumque evocabantur ex agris homines ad magiſtratus, & frequens eorum ab agris ad Urbem *via* erat. Colum. præf. I. *Illis temporibus proceres in agris morabantur, & quum conſilium publicum deſiderabatur, a villis arceſſebantur ad ſenatum: ex quo qui eos arceſſebant, viatores nominati ſunt.* V. *Onuphr. Comm. R. R. II. p. 291. Sigon. jur. civ. II. 15. Laz. Comm. R. R. II. 4. Humelberg. in Apic. I. 2.* Claudii *ſcribam* fuiſſe dicunt Faſti Capitolini. *M. Claudius C. F. Glycia, qui ſcriba fuerat, dictator coact. abdic.* Quod & obſervaverunt olim Rævard. de auctor. prud. c. 12. & Pigh. Ann. II. p. 50. Certe *ſortis ultimæ hominem, qui coactus abdicare ſe magiſtratu, poſtea ludos prætextatus ſpectaverit*, dicit Liv. Epit. 19.

34. CLAUDIA *Quinta* Liv. XXIX. 14. *Veſtalis, & Deæ ſacerdos.* Πρὶν ἢ τὴν ἱερωσύνην ἐνεχθῆναι τῆς θεοῦ, ἥτις τῆς Ἑστίας ἦν. *Herodian.* I. II. §. II.

35. NAVEM ad eundem modum, licet onerariam maximam, in qua ingentes vehebantur columnæ (ναῦς ἀχθοφόρος μεγίστη, ἡ τοὺς μεγάλους κομίζουσα κίονας) cum magna hominum multitudo cum multis funibus trahere conaretur, & non commoveret, Silvanus epiſcopus, precibus ad Deum fuſis, fune uno manu prehenſo, levi pulſu agitatam in mare raptim deduxit. Ἦκε παρὰ τὸν αἰγιαλὸν, εὐχήν τε ἐκτελέσας, ἥψατο ἑνὸς τῶν σχοινίων, καὶ τοῦ ἔργου παρεκελεύετο ἐνέχεσθαι. Τῶν δὲ βραχὺν ὠθισμὸν πεποιημένων, δρομαία ἡ ναῦς ἐπὶ τὴν θάλασσαν ἐφέρετο. *Socrat. Hiſt. Eccl.* VII. 37.

36. MATER DEÛM Cybele eſt, quæ abſolute *mater* vocatur Virg. Georg. IV. 64.

——— *Et matris quate cymbala circum.*

Et *mater deûm*. Arnob. V. p. 159. *Hunc unice mater deûm diligebat. Deûm mater adoleſcentuli fatum ſciens.* Et *mater magna* Arnob. ibid. p. 158. *Ex quibus cum cæteris & hæc, magna quæ dicitur, informata eſt mater.* Super ejus origine multa Arnob. p. 157... Romam vero quid allatum ſit, docet VII. p. 253. *Allatum ex Phrygia nihil quidem aliud ſcribitur miſſum rege ab Attalo, niſi lapis quidam non magnus; ferri manu hominis ſine ulla impreſſione qui poſſet, coloris furvi, atque atri, angellis prominentibus inæqualis: & quem omnes hodie ipſo illo videmus in ſigno oris loco poſitum, indolatum, & aſperum, & ſimulacro faciem minus expreſſam ſimulatione præbentem.* Romanis illam transferendi auctor fuerat Apollo Pythius. Julianus Imperator Orat. V. Μετὰ δὲ τοὺς Ἕλληνας αὐτὰ Ῥωμαῖοι παρεδέξαντο συμβουλεύσαντος καὶ αὐτοῖς τοῦ Πυθίου. Hanc quare attulerint, docet Herodian. §. 8. Ἐπεὶ δὲ Ῥωμαίων ηὔξετο τὰ πράγματα, φασὶν αὐτοῖς χρησθῆναι, μενεῖν τε τὴν ἀρχὴν καὶ ἐς μέγα προχωρήσειν, εἰ τὴν Πεσσινουντίαν θεὸν μεταγάγοιεν ὡς αὐτούς. *Sed ubi res Romana crevit, reſponſo accepto manſurum imperium, atque ad ſummum auctum iri ſi Peſſinuntiam deam ad ſe transferrent.* Tempus notat Ovid. Faſt. IV. 255.

Poſt, ut Roma potens opibus jam ſecula quinque
Vidit....
Mater abeſt; Matrem jubeo, Romane requiras.

37. IDEÆ, quia, ut Ovid. Faſt. IV. 249.

Dindymon, & Cybelen, & amœnam fontibus Iden
Semper, & Iliacas mater amavit opes.

Unde Strab. X. p. 323. Οἱ δὲ Βερέκυντες, Φρυγῶν τι φῦλον, καὶ ἁπλῶς οἱ Φρύγες, καὶ τῶν Τρώων, οἱ περὶ τὴν Ἴδην κατοικοῦντες, Ῥέαν μὲν καὶ αὐτοὶ τιμῶσι, καὶ ὀργιάζουσι ταύτῃ, μητέρα καλοῦντες θεῶν, καὶ Ἄγδιστιν, καὶ Φρυγίαν, θεὸν μεγάλην: ἀπὸ δὲ τῶν τόπων Ἰδαίαν, καὶ Δινδυμήνην, καὶ Πυλήνην, καὶ Πεσσινουντίδα, καὶ Κυβέλην. *Berecynthus autem, Phrygia gens, & in univerſum Phryges, ac Troum, qui circa Idam accolunt, Rheam ipſi quoque colunt, eique orgia peragunt: matrem appellantes deorum, & Agdeſtin, & Phrygiam, magnam deam: a locis autem Idæam, Dindymenen, Pylenen, Peſſinuntida, Cybelen.* Unde toties *Idæa*, &

demum ſe ſequeretur, ſi ſibi pudicitia conſtaret 43: & quæ novo more 44 judicium majeſtatis 45 apud populum mulier 46 ſubiit 47, quod in conferta multitudine 48 ægre procedente carpento 49 palam optaverit 50: *ut frater ſuus Pulcher reviviſceret, atque iterum*

& *Idea mater* dicitur. Exempla collegit *Muncker.* ad *Hygin. Fab.* 191.

38. Obhærentem, ita ut *nec ullo modo, aut ulla vi commoveretur.* Lactant. II. 8. *Tantis hominum, boumque conatibus immobilis reddita.* Auguſtin. C. D. X. 16. Ἔστη θείᾳ δυνάμει τὸ σκάφος· ἐπὶ πολὺ δὲ πανδημεὶ τῶν Ῥωμαίων τὴν ναῦν ἐφελκόντων, ἀντεχούσης τῆς ἰλύος, οὐ πρότερον ἡ ναῦς ἀνέδραμε. *Divina quadam vi navigium ſubſtitit: adeo ut quum longo tempore Romam cunctis totius populi viribus illud traherent, limo renitente, non proveretur.* Herodianus. οὐδεμιᾷ μηχανῇ σαλεύεσθαι. Appian. bel. Annib. p. 345.

39. Tiberis fauces, quibus tunc Romani vice portuum utebantur. Γενόμενοι ἐν ταῖς τοῦ Θύμβριδος ἐκβολαῖς· ταύταις γὰρ ἀντὶ λιμένων ἐχρῶντο Ῥωμαῖοι. *Herodianus.*

40. Vadum eſt fontis, fluminis, lacus, mariſve alveus, per quem aqua *vadit*, & in quo continetur, ac volutatur, etiam in locis quantumlibet profundis. Virg. Æn. I. 130.

——— *& imis*
Stagna refuſa vadis.

V. *Behot. Apophoret.* II. 12. * Statim atque Tiberim attigiſſet, navim ſtitiſſe, & quibuſdam velut radicibus in flumine defixiſſe ſcribit Julian. Orat. V. Ἐπειδὴ τοῦ Τύβριδος ἥψατο, τὴν ναῦν ἵστησι, ὥσπερ ῥιζωθεῖσαν ἐξαίφνης κατὰ τοῦ Τύβριδος.

41. Extraxit fune. Prop. IV. 21. 51.

Vel tu, quæ tardam moviſti fune Cybellem,
Claudia turritæ rara miniſtra deæ.

Vel cingulo. Herodian. §. 12. Λυσαμένη τὴν ζώνην, ἐπαφῆκε τῇ πρώρᾳ τῆς νεώς.... Ῥᾳδίως δὲ τῆς ζώνης ἐξηρτημένης ἡ ναῦς ἠκολούθησεν.... *Zonam, cum recinxiſſet, proræ injecit.... Statim alligatam zonam manu ducta navis ſequi cœpit.* Imperator Julian. Orat. V. Περιλῦσα τὴν ζώνην, καὶ περιθεῖσα τῆς νεὼς τῆς ἄκρας. *Detractam ſibi zonam ad extremum navim religat.* Tertull. Apolog. c. 22. *Quid ediſſeram; navem cingulo promotam:* vel crine. Sidon. Carm. 24. 41.

Qualis nec Phrygiæ dicata Veſtæ,
Quæ contra ſatis Albulam tumentem
Duxit virgineo ratem capillo.

42. Precata, *ſummiſſis genibus.* Lactantius. Ἐπιθειάσασα τε πολλὰ περὶ τῆς ἁμαρτίας. *Deam pro ſuo peccato obnixe obteſtata.* Appian. bell. Annib. p. 345. * Supplicis Claudiæ *precationem* adſtricto ſermone deſcribunt Ovid. Faſt. IV. 319—324. & Sil. Ital. XVII. 33....

43. Si sibi pudicitia constaret. Julianus. Δέσποινα μῆτερ, εἴπερ εἰμὶ σώφρων, ἕπου μοι. *Domina mater ſiquidem caſta ſum, ſequere me.* Nam *ſemper impudica* fuerat *habita ob nimios corporis cultus.* Lactantius. δι' αἰτίαν ἐς αὐτὸ πιθανωτάτην οὖσαν dicit Appianus. Quamvis vero falſo argueretur, damnationem tamen metuebat. Ταύτην ἴδεν παρθενεύουσαν, αἰτίαν δὲ διαφθορᾶς εἶχεν· ὡς μέλλουσα δὲ κρίνεσθαι. Herodianus. *Pudiciſſima* vero *religionis experimento, inducta Romam deûm matre, eſt judicata.* Plin. VII. 35. Livius, Auguſtinus. Κλαυδία μὲν δὴ ἐξ αἰσχίστης δόξης ἐς ἀρίστην μετέβαλεν. Appianus. Ita *Tuccia inceſti criminis rea, arrepto cribro, Veſta, inquit, ſi ſacris tuis caſtas ſemper admovi manus, effice, ut hoc hauriam e Tiberi aquam, & in ædem tuam perferam. Audaciter & temere jactis votis ſacerdotis, rerum ipſa natura ceſſit.* Val. Max. VIII. I. 4. abſol. Plin. XXVIII. 2. Dionyſ. A. R. II. 8. Auguſtinus.

44. Novo more, & quia mulier, & quia ob votum tantum. Ita etiam Domitianus apud noſtr. *infr.* 10. 5. Cum *apud veteres alia in judicium venerint: ſi quis proditione exercitum, aut plebem ſeditionibus, denique male geſta Republica majeſtatem populi Romani minuiſſet: facta arguebantur, dicta impune erant.* Unde Valer. Max. VIII. I. 4. damn. *Adjiciatur his Claudia, quam inſontem crimine, votum impium ſubvertit.* V. & *Torrentium.*

45. Judicium majestatis, quia verbis incivilibus & petulantibus minuerat *majeſtatem* populi Romani. Illam vero minuere, eſt, ut docet Cicer. de Invent. II. 17. *de dignitate, aut amplitudine, aut poteſtate populi, aut eorum, quibus populus poteſtatem dedit, aliquid derogare.* Ita *judicia majeſtatis cogere* infr. 58. I. V. & *Beroaldum. Manut. de Leg. c.* 19. *Sigon. de Judic.* II. 3.

46. Mulier, *Appii Caci filia.* Gell. X. 6. *ſoror P. Claudii, qui contemptis auſpiciis male pugnaverat.* Liv. Epit. 19.

47. Subiit. Gellius. *Ob hæc mulieris verba tam improba, ac tam incivilia C. Fundanus & Tib. Sempronius ædiles plebei multam dixerunt ei æris gravis viginti quinque millia. Id factum eſt Fabio Licino & Otacilio Craſſo conſulibus* I. anno ab U. C. 507. V. *Pigh. Annal.* III. *p.* 57.

48. In conferta multitudine. Gellius. *Turba undique confluentis, fluctuantiſque populi jactata eſt: atque inde digreſſa, quum ſe male habitam diceret; quid me nunc factum eſſet, inquit, quantoque arctius, preſſiuſque conflictata eſſem, ſi P. Claudius frater meus navali prælio claſſem navium cum ingenti civium numero non perdidiſſet? certe quidem majore nunc copia populi oppreſſa intercidiſſem: ſed utinam, inquit, reviviſcat frater, aliamque claſſem in Siciliam ducat: atque iſtam multitudinem perditum eat, quæ me male nunc miſeram convexavit.* V. quoque *Livium* & *Valerium.*

49. Carpentum erat vehiculi genus, quo matronæ Romanæ ad ædes Deorum ferebantur. Ovid. Faſt. I. 619.

Nam prius Auſonias matres carpenta vehebant:
Hæc quoque ab Euandri dicta parente reor.

Noſt.

iterum claſſem amitteret, quo minor turba Romæ foret. Præterea notiſſimum eſt Claudios omnes, excepto dumtaxat P. Clodio, qui ob expellendum Urbe Ciceronem, plebejo [51] homini, atque etiam natu minori [52], in adoptionem ſe dedit, optimates [53] aſſertoreſque unicos dignitatis, ac potentiæ patriciorum ſemper fuiſſe, atque adverſus plebem adeo violentos [54] ac contumaces [55], ut ne capitis quidem quiſquam reus [56] apud populum mutare veſtem [57], aut deprecari ſuſtinuerit: nonnulli in altercatione, & jurgio [58] tribunos plebis [59] pulſaverint [60]. Etiam virgo Veſtalis fratrem

Noſt. *Claud.* 17. 5. *Honorem, ut pilento ad ſacra, ludoſque, carpentis feſto profeſtoque uterentur, ferunt matronis habitum ob eam munificentiam, qua cœtibus ad eam rem conſultandam habitis, & communi decreto pollicita tribunis militum, aurum, & omnia ornamenta ſua, in ærarium detulerunt,* cum aurum ex Camilli voto Apollini Delphos mittendum eſſet. *Liv.* v. 25. *Diodor.* XIV. *p.* 456. Illo defunctarum Auguſtarum imagines in pompa Circenſi traducebantur. Unde *carpentum pompaticum* dicitur Iſid. XX. 12. Noſt. *Claud.* 11. 6. *Cal.* 15. 4. V. *Figrell. de ſtat. Rom. c.* 33. *Ligor. de vehic. c.* 1. *Scheff. de re vehic.* II. 17.

50. OPTAVERIT, *exiens a ludis quos ſpectaverat.* Gellius, Valerius, Livius.

51. PLEBEJO Fontejo. V. ſupr. Cæſ. 20. II. §. 58.

52. MINOREM NATU, *majorem non poſſe adoptare placet. Adoptio enim naturam imitatur: & pro monſtro eſt, ut major ſit filius quam pater. Debet itaque is, qui ſibi filium per adoptionem, vel adrogationem facit, plena pubertate i. decem & octo annis præcedere.* Juſtinian. Inſtit. I. 11. 5. Digeſt. I. 6. 40. §. 2. *Non tantum cum quis adoptat, ſed & cum adrogat, major eſſe debet eo, quem ſibi per adrogationem, vel per adoptionem filium facit, & utique plenæ pubertatis, i. decem & octo annis eum præcedere debet.* Unde Cicer. pro dom. c. 13. *Adoptat annos viginti natus, etiam minor, ſenatorem. Ita perturbatis ſacris, contaminatis gentibus, & quam deſeruiſti, & quam polluiſti, jure Quiritium legitimo tutelarum, & hereditatum relicto, factus es ejus filius contra fas, cujus per ætatem pater eſſe potuiſti.* V. & *Beroaldum.*

53. OPTIMATES quinam dixi ſupr. Cæſ. I. I. §. 39.

54. ADVERSUS PLEBEM violentos fuiſſe Claudios docent exempla. Liv. II. 56. *Patres ad ultimum dimicationis rati rem venturam, Appium Claudium Appii filium, jam inde a paternis certaminibus inviſum, infeſtumque plebi, conſulem faciunt.* Pergit Livius: *Ipſe in accuſationem Appii, familiaque ſuperbiſſimæ, ac crudeliſſimæ in plebem Romanam exorſus, quum a patribus non conſulem, ſed carnificem, ad vexandam, & lacerandam plebem creatum eſſe contenderet.* V. §. 56. Idem v. 2. *Adverſarium haud imparem nacti ſunt, Appium Claudium, relictum a collegis ad tribunitias ſeditiones comprimendas; virum imbutum jam ab juventa certaminibus plebejis: quem auctorem aliquot annis ante fuiſſe memoratum eſt per collegarum interceſſionem tribuniciæ poteſtatis diſſolvendæ.*

55. CONTUMAX eſt ſuperbus, quique alios contemnit. Vetus gloſſarium: *καταφρονητής, contemptor, contumax.* Cicer. ad Herenn. IV. 52. *In ſuperiores contumax, in æquos & pares faſtidioſus, in inferiores crudelis.* Noſter ſæpius.

56. CAPITIS QUISQUAM REUS.... Fuerit ille Claudius, de quo §. 54. Ita enim Liv. II. 61. *Nunquam ante tam inviſus plebi reus ad judicium vocatus populi eſt; plenus ſuarum, plenus paternarum irarum. Patres quoque non temere pro ullo æque annixi ſunt: propugnatorem ſenatus, majeſtatiſque vindicem ſuæ, ad omnes tribunicios, plebeioſque oppoſitum tumultus, modum dumtaxat in certamine egreſſum, objici iratæ plebi. Unus e patribus, ipſe Appius Claudius, & tribunos, & plebem, & ſuum judicium pro nihilo habebat. Illum non minæ plebis, non ſenatus preces perpellere unquam potuere, non modo ut veſtem mutaret, aut ſupplex prenſaret homines; ſed ne ut ex conſueta quidem aſperitate orationis aliquid leniret, atque ſubmitteret. Idem habitus oris, eadem contumacia in vultu, idem in oratione ſpiritus erat: adeo ut magna pars plebis Appium non minus reum timeret, quam conſulem timuerat.*

57. MUTARE VESTEM, reus quum eſſet, noluit quoque P. Scipio Æmilianus apud Gell. III. 4. *Eumque, quum eſſet reus, neque barbam deſiſſe radi, neque non candida veſte uti, neque fuiſſe cultu ſolito reorum.* Rei vero, & illorum proximi, ad judicum miſericordiam commovendam, *veſtem mutare* ſolebant. Cicer. poſt redit. c. 3. *Pro me præſente ſenatus, hominumque præterea viginti millia veſtem mutaverunt: pro eodem me abſente unius ſqualorem, ſordeſque vidiſtis. Mutaſſe veſtem* gentem Claudiam dicit Liv. VI. 20. *Quod ad eum diem nunquam uſu veniſſet, ut in tanto diſcrimine non & proximi veſtem mutarent. Appio Claudio in vincula ducto, C. Claudium inimicum, Claudiamque omnem gentem ſordidatam fuiſſe.*

58. JURGIO i. verborum contentione. Juven. XV. 51.

——— *ſed jurgia prima ſonare*
Incipiunt animis ardentibus.

Quid proprie *jurgium*, docui ad Curt. VI. 7. §. 45. *Jurgium* ſane minus bonum inter Appium Claudium conſulem & tribunum Lætorium deſcribit Liv. II. 56. *Ardens ira tribunus viatorem miſit ad conſulem: conſul lictorem ad tribunum, privatum eſſe clamitans, ſine imperio, ſine magiſtratu, violatuſque eſſet tribunus, ni & concio omnis atrox coorta pro tribuno in conſulem eſſet.*

59. TRI-

Digitized by Google

trem [61] injuſſu [62] populi [63] triumphantem [64], adſcenſo [65] ſimul curru [66], uſque in Capitolium [67] proſecuta eſt [68], ne vetare [69], aut intercedere [70] fas cuiquam tribunorum [71] eſſet.

59. TRIBUNOS PLEBIS alias ſacroſanctos, & inviolabiles. Dionyſ. A. R. VI. p. 410. Ὁ δὲ Βροῦτος ἐκκλησίαν συναγαγὼν, συνεβούλευε τοῖς δημόταις ἱερὰν καὶ ἄσυλον ἀποδεῖξαι τὴν ἀρχὴν, νόμῳ τε καὶ ὅρκῳ βεβαιώσαντας αὐτῇ τὸ ἀσφαλές. Ἐδόκει ταῦτα πᾶσι, καὶ γράφεται πρὸς αὐτοῦ καὶ τῶν συναρχόντων. Ὅδε ὁ νόμος ἐστί. Δήμαρχον ἄκοντα, ὥσπερ ἕνα τῶν πολλῶν, μηδεὶς μηδὲν ἀναγκαζέτω δρᾶν, μηδὲ μαστιγούτω, μηδὲ ἐπιταττέτω μαστιγοῦν ἑτέρῳ, μηδὲ ἀποκτεινέτω, μηδὲ ἀποκτείνειν κελευέτω. Ἐὰν δέ τις τῶν ἀπηγορευμένων τι ποιήσῃ, ἐξάγιστος ἔστω, καὶ τὰ χρήματα αὐτοῦ Δήμητρος ἱερά: καὶ ὁ κτείνας τινὰ τῶν ταῦτα εἰργασμένων φόνου καθαρὸς ἔστω. *Brutus vero convocata concione ſuaſit plebi, ut ſuum magiſtratum ſacroſanctum, & inviolabilem eſſe decerneret, lege, & jurejurando confirmata ejus rei cautione. Placuit hoc omnibus, lexque ab ipſo, ejuſque collegis ſcripta eſt. Hæc autem lex eſt. Tribunum invitum, ut unum de vulgo, nemo quidquam facere cogito, neque verberato, neque alium verberare jubeto: neque interficito, neque interficere jubeto. Si quis contra ea, quæ interdicuntur, aliquid fecerit, ſacer eſto, & bona ejus Cereri ſacra ſunto: & qui eum occiderit, qui tale facinus patrarit, purus a cæde eſto. Cujus rei prope jam memoria* quum *aboleviſſet, relatis quibuſdam ex magno intervallo ceremoniis*, eam *renovarunt* patres apud *Liv.* III. 55.

60. PULSAVERINT I. verberaverint. Senec. Declam. IX. 4. *Qui patrem pulſaverit, manus ei præcidatur.* Virg. Æn. VI. 609.

Pulſatusve parens.

Cicer. Verr. III. 26. *Videtis pendere alios ex arbore: pulſari alios & verberari.* V. 54. *Sex lictores eum circumſiſtunt valentiſſimi, & ad pulſandos, verberandoſque homines exercitatiſſimi.* Noſt. *Galb.* 5. 2. Quomodo *pulſare* alias a *verberare* diſtinxerit apud Ulpian. Digeſt. XLVII. 10. 5. §. 1. *Ofilius*, & quomodo hæc intelligenda ſint, mirum in modum inter ſe digladiantur *Vall. Eleg.* VI. 47. *Alex. Gen.* III. 19. *Alciat. de V. S.* IV. *p.* 89.

61. FRATREM Claudiæ dum dicit noſter, ſecutus alios fuerit auctores, quam *Cicero* & *Valerius Maximus*, qui *patrem* fuiſſe dicunt. Ille pro Cœlio. c. 14. *Non virgo illa Veſtalis Claudia, quæ patrem complexa triumphantem ab inimico tribuno plebis de curru detrahi paſſa non eſt.* Hic Memorab. V. 4. 6. *Claudia Veſtalis virgo cum patrem ſuum triumphantem e curru violenta tribuni plebis manu detrahi animadvertiſſet, mira celeritate utriſque ſe interpoſuit.*

62. INJUSSU, imo triumpho negato. Graphice hæc deſcribit, & triumphi negati rationem tradit Oroſ. V. 4. *Appio Claudio, Q. Cæcilio Metello conſulibus, Appius Claudius adverſus Salaſſos Gallos congreſſus, & victus quinque millia militum perdidit. Reparata pugna quinque millia hoſtium occidit. Sed cum juxta legem, qua conſtitutum erat, ut quiſquis quinque millia hoſtium peremiſſet, triumphandi haberet poteſtatem, iſte quoque triumphum expetiſſet, propter damna vero ſuperiora non impetraſſet, infami impudentia, atque ambitione uſus, privatis ſumptibus triumphavit.*

63. POPULO jubente Æquis & Volſcis debellatis anno ab U. C. 304. ſine auctoritate ſenatus primi triumpharunt L. Valerius Potitus & M. Horatius Barbatus conſules. Dionyſ. A. R. XI. p. 729. Παρὰ τοῦ δήμου λαμβάνουσι τὴν καταγωγὴν τοῦ θριάμβου, πρῶτοι Ῥωμαίων ἁπάντων τοῦτο εἰσηγησάμενοι τὸ ἔθος. *Triumphi deducendi poteſtatem a populo acceperunt, primique Romanorum omnium eam conſuetudinem in Urbem introduxerunt.* Eadem Liv. III. 63. Quod deinde ſecuti & alii. Cum tamen antiquitus ſenatus triumphandi poteſtatem imperatori facere ſolebat. Polyb. VI. 13. Θριάμβους οὐ δύναται χειρίζειν, ὡς πρέπει, ποτὲ δὲ τὸ παράπαν οὐδὲ συντελεῖν, ἐὰν μὴ τὸ συνέδριον συγκατάθηται, καὶ δῷ τὴν εἰς ταῦτα δαπάνην. *Triumphos pro dignitate agere, aut omnino ne agere quidem poteſt* imperator, *niſi conſenſerit ſenatus, & in eam rem pecuniam decreverit.* V. & *Valtrin. de mil. Rom.* VII. 6. *Buleng. de triumph. c.* 7.

64. TRIUMPHANTEM anno ab U. C. 610. V. §. 62.

65. ABSCENDERE currum dicebantur, qui itineris faciendi cauſa in vehiculum enitebantur, & *conſcendere.* Ovid. Triſt. III. 8. 1.

Nunc ego Triptolemi cuperem conſcendere currum.

Et *inſcendere.* Plaut. Amph. I. 1. 294.

Quadrigas ſi inſcendas Jovis.

V. *Scheffer. de re vehic.* I. 17.

66. SIMUL CURRUM adſcendit Claudia cum fratre, uſa hoc prætextu, quod triumphantes, & liberos ſuos, & alios, quos amabant, in eundem ſecum recipere ſolebant *currum.* Zonaras *infr.* 6. 6. §. 22. Capitol. in Marco c. 12. *In triumpho autem liberos Marci utriuſque ſexus ſecum vexerunt, ita tamen, ut & puellas virgines veherent.* Lamprid. in Comm. c. 3. *Romam ut rediit, ſubactore ſuo Antero poſt ſe in curru locato triumphavit.* Ita Dionem Trajanus. Philoſtr. de vit. ſophiſt. p. 403. Τραιανὸς γοῦν αὐτοκράτωρ ἀναθέμενος αὐτὸν ἐπὶ τῆς Ῥώμης ἐς τὴν χρυσῆν ἅμαξαν, ἐφ' ἧς οἱ βασιλεῖς τὰς ἐκ τῶν πολέμων πομπὰς πομπεύουσιν, ἔλεγε.... *Sane Trajanus imperator Romæ illum in aureum currum aſſumens, quo invicti imperatores de confectis bellis triumphabant, dixit.* Noſt. *Tib.* 6. 6. V. *Scheffer. de re vehic.* II. 13. *Caſaub. in Lampridium.* & *Buleng.* de *triumph. c.* 20. * Vel, quod idem ſibi jus, quod uxoribus vindicat Feſtus, eſſe putaverit. Feſti verba ſunt. *Matronæ a magiſtratibus non ſummovebantur, ne pulſari, contrectarive viderentur, neve gravidæ concuterentur. Sed nec viri earum ſedentes cum*

uxoribus in vehiculo deſcendere cogebantur.

67. IN CAPITOLIUM ferebatur a porta triumphali in Urbem ingreſſus imperator. Vopiſc. in Aurelian. c. 34. *Denique vix nona hora in Capitolium pervenit, ſero autem ad Palatium.* In illo vota ſolvebat, & ſpolia conſecrabat. Dionyſ. A. R. VI. p. 365. Ταῦτα εἰπών, στεφανῶσαι τὰς ῥάβδους ἐκέλευσε, καὶ αὐτὸς στεφανωσάμενος, ἔχων τὴν θριαμβικὴν ἐσθῆτα, προῆγεν εἰς τὴν πόλιν ὑπὸ τοῦ δήμου παντὸς προπεμπόμενος, ἕως εἰς τὸ Καπιτώλιον ἀνέβη, καὶ τὰς εὐχὰς ἀπέδωκε, καὶ τὰ σκῦλα ἀνέθηκεν. *Hiſce dictis, faſces coronari juſſit, & ipſe coronatus, & triumphali veſte indutus, Urbem ingreſſus eſt, toto populo eum proſequente uſque in Capitolium: quo adſcenſo, vota diis perſolvit, ac ſpolia dicavit.* Lamprid. Alex. c. 57. *Dimiſſo ſenatu Capitolium adſcendit, atque inde re divina facta, & tunicis Perſicis in templo locatis, concionem habuit.* Noſt. Tib. 20. 2. V. & *Buleng. de triumph. c.* 32.

68. PROSECUTA eſt, quia *violenta tribuni plebis manu detrahi fratrem animadverterat.* V. §. 61.

* 69. VETO vox erat tribunitia. Liv. VI. 35. *Bene habet, inquit Sextius, quandoquidem tantum interceſſionem pollere placet, iſto ipſo telo tutabimur plebem. Agitedum, comitia indicite Patres tribunis militum creandis: faxo ne juvet vox iſta* VETO. Hac lex promulgata ne perferretur, impediebant Liv. III. 13. *Appellati tribuni medio decreto jus auxilii ſui expediunt, in vincula conjici vetant.*

70. INTERCEDERE dicebantur tribuni plebis, creati contra vim & potentiam magiſtratuum. Oppreſſos enim juvabant, eripiebant: iniqua decreta, aut juſſa, ſive ſenatus, ſive magiſtratuum reſcindebant. Cæſ. B. C. I. 2. 8. *Uti ante certam diem Cæſar exercitum dimittat: ſi non faciat, eum adverſus rempublicam facturum videri. Intercedit M. Antonius, Q. Caſſius tribuni plebis.* Utebantur ſollenni hoc verbo, VETO. V. ſupr. §. 69.

* 71. TRIBUNORUM, quorum immanis fuit potentia, qua *ira ardentes viatorem ad conſulem mittere auſi ſunt* apud Liv. II. 56. & *apprehenſum faucibus* conſulem Philippum *viator non ante dimiſit, quam ſanguis in ora & oculos redundaret* apud Flor. III. 17. 8. V. quoque *Livium* IV. 16.

CAPUT III.

ARG. *Ex Claudiorum ſtirpe genus trahit, & Liviorum familiæ honoribus, & viris inſignibus admodum florenti per adoptionem inſeritur Tiberius Nero Cæſar.*

1 Ex hac ſtirpe Tiberius Cæſar genus trahit, & quidem utrumque: paternum,
a Tiberio Nerone, maternum, ab Appio Pulchro [1]: qui ambo Appii Cæci
2 filii fuerunt. Inſertus [2] eſt & Liviorum familiæ, adoptato in eam materno avo [3].
3 Quæ familia, quamquam plebeja, tamen & ipſa admodum floruit, octo conſulatibus, cenſuris duabus, triumphis tribus: dictatura etiam, ac magiſterio equitum ho-
4 norata: clara & inſignibus viris, ac maxime Salinatore [4], Druſiſque. Salinator univerſas

APPIUS PULCHER noſtro dicitur, qui *Publius* fuit. *Appius* enim *Claudius Cæcus* quatuor habuit filios prænominibus, & cognominibus diſtinctos. Cicer. de Seneƈt. c. 11. *Quatuor robuſtos filios, quinque filias, tantam domum, tantas clientelas Appius regebat, & ſenex, & cæcus.* Illorum natu maximus Appius Claudius Craſſus prolem maſculam an reliquerit, obſcurum eſt. Filiam Pacuvio Calavio Campanorum principi nuptum dedit apud *Liv.* XXIII. 2. Reliqui tres fratres, P. Claudius Pulcher, C. Claudius Centho, & T. Claudius Nero cognomina ſua poſteris in tres nobiliſſimas familias propagarunt: Pulchrorum ſcilicet, Centhonum atque Neronum. Ex *Publio* Cæci ſecundo filio maternum genus duxit Tiberius. V. *Pigh. Ann.* III. *p.* 21.

2. INSERI, non naſci in illa familia dicuntur, qui adoptantur, ut docet *Beroaldus*: ſicut per *inſitionem* arbores in aliena ſede *inſeruntur*. Proprie enim fœcundæ arboris ſurculus, ſciſſo trunco, in ſterilem immittitur. Varr. R. R. I. 40. *Si in pyrum ſylvaticam inſeveris pyrum quamvis bonam.... In quamcumque arborem inſeras, ſi ejuſdem generis eſt.* Noſt. *Claud.* 39. 5.

3. MATERNO AVO, qui *Druſus Claudianus* Paterc. II. 75. 3. Λιούϊος Δροῦσος Dion. XLVIII. *p.* 383. *D.* dicitur. Hunc *C. Livius Druſus*, qui anno ab U. C. 606. conſul fuit, in familiam ſuam videtur adoptaſſe. Unde & Liviæ *Druſilla* nomen. V. *Lipſ. in Tacit. Ann. p.* 98. & *Pigh. Ann.* II. *p.* 21. &, ſi vacas, *Cujac. Obſerv.* XXVII. 6.

4. SALINATORI unde cognomen huic Livio, docet Liv. XXIX. 37. *Vectigal etiam novum ex ſalaria annona ſtatuerunt. Id vectigal commentum alterum ex cenſoribus ſatis credebant, populo iratum, quod iniquo judicio quondam damnatus eſſet: & in pretio ſalis maxime oneratas tribus, quarum opera damnatus erat, credebant. Inde Salinatori Livio inditum cognomen. Salinatore* & *Druſo* clarum fuiſſe Tiberium, Tiberio palpum obtrudens dicit etiam Val. Max. II. 9. 6. *Quibus viris ſi quis cœleſtium ſignificaſſet futurum, ut eorum ſanguis illuſtrium imaginum ſerie deductus in ortum ſalutaris principis noſtri conflueret depoſitis inimicitiis, arctiſſimo ſe amicitia fœdere junxiſſent, ſervatam*

univerſas tribus [5] in cenſura [6] notavit [7] levitatis [8] nomine, quod cum ſe poſt priorem conſulatum [9] multa irrogata [10] condemnaſſent [11], conſulem [12] iterum cenſoremque feciſſent. Druſus hoſtium duce Drauſo [13] cominus trucidato [14], ſibi poſteriſque ſuis cognomen invenit. Traditur etiam proprætore [15] ex provincia Gallia retuliſſe aurum [16], Senonibus [17] olim in obſidione Capitolii [18] datum [19], nec, ut fama

tam ab ipſis patriam communi ſtirpi ſervandam reliĉturi.

5. UNIVERSAS TRIBUS, *excepta Mæcia, quæ eum ſuffragiis ſuis, ut non damnatione, ita ne honore quidem dignum judicaverat.* Valerius Maximus & Livius l. l. & Aurel. Viĉt. §. 6.

6. CENSOR fuit Salinator cum C. Claudio Nerone, M. Cornelio Cethego & P. Sempronio Tuditano conſulibus, ſive anno ab U. C. 549. *Faſti Capitolini.* Aurel. Viĉt. de vir. illuſt. c. 50. *Cenſor cum eodem collega omnes tribus excepta Mæcia ærarias fecit, ſtipendio privavit.* Cenſuram, quam ſimul egerunt, diſtriĉtam, deſcribunt *Valerius Maximus & Livius.*

7. NOTAVIT i. accuſavit, reprehendit. *Cenſorum* verbum. Hinc *nota cenſoria.* Livius. *Pravum certamen notarum inter cenſores: caſtigatio inconſtantiæ populi cenſoria, & gravitate temporum illorum digna.*

8. LEVITATIS i. temeritatis. Valerius. *Prætexuitque cauſam, quia neceſſe eſſet eas alterutro facto crimine temeritatis, vel perjurii teneri: inconſtantiæ* Liv. §. 7. Imo *ærarias fecit, ſtipendio privavit.* Aurelius & Valerius.

9. PRIOREM CONSULATUM geſſit Salinator cum L. Æmilio Paullo anno ab U. C. 534. Liv. XXII. 35. *Tum experta nobilitas, parum fuiſſe virium in competitoribus, L. Æmilium Paullum, qui cum M. Livio conſul fuerat, & damnatione collegæ, & ſua prope ambuſtus evaſerat....* V. & *Pigh. Ann.* III. *p.* 139.

10. MULTAM IRROGARE eſt definire pecuniæ ſummam, quam quis pro facinore ad ſe admiſſo numerare debeat. Cicer. pro Mil. c. 14. *Diem mihi credo dixerat, multam irrogarat.* Accuſator poſtquam tertiam accuſationem perfecerat, tum *rogationem* ſcriptam promulgabat, in qua crimen, pœnam, *multam* comprehendebat. Illa per trinas nundinas promulgata manebat, ut populo nota fieret, antequam de ea judicaret. Hæc aĉtio accuſatoris, *multæ irrogatio:* judicatio populi, *multæ, pœnave certatio* diĉta eſt. Cicer. L. L. III. 3. *Cum magiſtratus judicaſſet, irrogaſſitve, per populum, multæ aut pœnæ certatio eſto.* *Rogatio* dicebatur, quod de ea *rogandus* erat populus: *irrogatio,* quod adverſus reum conſcripta eſſet. *Sigon. de jud.* III. II.

11. CONDEMNATUS quare fuerit Salinator, prodidit Frontin. IV. I. 47. *M. Salinator conſularis damnatus eſt a populo, quod prædam non æqualiter diviſerat militibus.* Claudio Nerone annitente. Val. Max. IV. 2. 2. *Is namque etſi Neronis odio ardens in exſilium profectus erat, teſtimonio ejus præcipue afflictus.*

12. CONSUL iterum fuit Salinator cum C. Claudio Nerone anno ab U. C. 546. Liv. XXVII. 34. *M. Livius erat multis ante annis ex conſulatu populi judicio damnatus. Quam ignominiam adeo ægre tulerat, ut & rus migraret, & per multos annos ab Urbe, & omni cœtu careret hominum. Octavo ferme poſt damnationem anno, M. Claudius Marcellus, & M. Lævinus conſules* (fuerunt illi conſules anno ab U. C. 543.) *reduxerant eum in Urbem.... Tum ex tanto intervallo auditus convertit ora hominum in ſe, cauſamque ſermonibus præbuit. Egregium par conſulum fore, ſi M. Livium C. Claudio collegam adjunxiſſent.* V. & *Pigh. Ann.* III. *p.* 201.

13. DRAUSUS barbaricum nomen eſt. Dux hoſtium, vel Germanorum, vel Gallorum. Nec ejus hiſtoria eſt ſatis nota. *Beroaldus.*

14. COMINUS TRUCIDATUR, cum non ſagittis, ſed manibus prælium committitur. Cicer. de Seneĉt. c. 6. *Nec eminus haſtis, aut cominus gladiis uteretur.*

15. PROPRÆTORE i. cum *proprætor* eſſet. *Proprætore* ſumebatur, quaſi eſſet nominativus. Ita & infr. *Ner.* 40. I. Ad eundem modum *proconſule* apud Rutil. Itiner, n. 173.

Rexerat ante puer populos proconſule Pœnos.

Alex. Gen. II. 27. *Et prætores prætura functi, & quæſtores poſt quæſturæ munus ex ſenatus decreto provinciæ præfuere ultra præſcriptum, qui non prætores, aut quæſtores, ſed proprætores, proquæſtoreſque dicti, nominatique ſunt. Eundemque proprætorem, & conſulis legatum fuiſſe ſimul, quæſtoremque conſulis pro prætore provinciæ præfuiſſe, ibique inſignia prætoria, aut quæſtoria habuiſſe, multiplici exemplo probatum eſt.* Ubi exempla plura adfert *Tiraquellus.*

16. AURI mille pondo. Diodor. XIV. p. 324. Διόπερ πρεσβευομένων τῶν Ῥωμαίων περὶ διαλύσεως, ἐπείσθησαν, χιλίας λαβόντες λίτρας χρυσίου, τὴν πόλιν ἐκλιπεῖν, καὶ ἐκ τῆς Ῥωμαίων χώρας ἀπαλλαγῆναι. *Inde cum de componendo bello Romani legatos mitterent, his pactis aſſenſerunt, ut mille pondo auri acceptis Urbe excederent, fineſque Romanorum miſſos facerent.* Eadem narrant *Plutarch. Camill. p.* 143. C. *Liv.* V. 48. *Oroſ.* II. 19.

17. SENONES populi olim *ab Utente flumine* (quod nunc *Motone* dicitur. Cluver. Ital. ant. I. 22.) *uſque ad Æſim* (qui hodie vulgo appellatur *Fiume Eſino* teſte Cluver. ibid. c. 29.) *fines habuere.* Liv. V. 35. *Ultra Padum,* ut addunt Polyb. II. 17. & 20. & Strab. IV. *p.* 134. V. *p.* 147. Hi *relictis ob ſterilitatem agris ſuis Cluſium Etruriæ oppidum tridui ſpatio ab Roma diſtans* (ἀπέχει δ' ἡμερῶν τριῶν ὁδὸν ἀπὸ τῆς Ῥώμης. Polyb. II. 25.) *obſederant. Miſſi ſunt Roma tres legati, qui Gallos monerent, ut ab oppugnatione deſiſterent. Ex his unus contra jus gentium in aciem proceſſit, & ducem*

6 ma eſt, extortum a Camillo [20]. Ejus abnepos [21], ob eximiam [22] adverſus Gracchos [23] operam *patronus ſenatus* [24] dictus, filium [25] reliquit, quem in ſimili diſſenſione [26] multa varie molientem [27] diverſa factio per fraudem interemit [28].

Senonum interfecit. Quo commoti Galli, petitis in deditionem legatis, nec impetratis, Romam petierunt, & exercitum Romanum apud Alliam fluvium ceciderunt, die 16. *Kalend. Auguſti.* Aurel. Vict. de vir. illuſtr. c. 23. anno ab U. C. 363. V. *Pigh. Ann.* I. *p.* 224. ad undecimum ab Urbe lapidem, ubi Allia ſe Tiberi immiſcet. Plutarch. Camil. p. 137. E. Προσελθόντες οὖν ἀπὸ τῆς πόλεως σταδίους ἐνενήκοντα, παρὰ τὸν Ἀλίαν ποταμὸν ηὐλίσθησαν, οὐ πόῤῥω τοῦ στρατοπέδου τῷ Θύμβριδι συμφερόμενον. De illis etiam noſt. Calig. 51. 5.

18. CAPITOLINI *montis arcem juventus, quam ſatis conſtat vix mille hominum fuiſſe, duce Manlio inſedit.* Flor. I. 13. 13. Cum *victores Galli Urbem intrarent, nobiliſſimos ſenum* (ſolos octoginta viros, ſive ſacerdotes fuerint, ſive Romanorum ætate, opibus, & genere principes; qui ſive ſacris, ſive pretioſiſſimis ſtolis induti, in ſellis eburneis in foro cum majeſtate conſederint, fuiſſe dicit Zonar. II. p. 33. Μόνοι δ' ὀγδοήκοντα ἄνδρες, ὡς οἱ μὲν ἱερεῖς εἶναι φασιν, οἱ δὲ τοὺς πρώτους Ῥωμαίων καθ' ἡλικίαν, καὶ πλοῦτον, καὶ γένος, ἐνδύντες ἱερὰς ἢ πολυτελεστάτας στολὰς ἐν ἀγορᾷ ἐπὶ τῶν ἐλεφαντίνων δίφρων ἐκάθηντο) *primo ut deos venerati, deinde ut homines deſpicati interficerent.* Aurelius.

19. DATUM nondum fuiſſe dicit Liv. v. 49. *Sed diique & homines prohibuere redemptos vivere Romanos. Nam forte quadam, prinſquam infanda merces perficeretur, per altercationem nondum omni auro appenſo, dictator intervenit: auferrique aurum de medio, & Gallos ſummoveri jubet.*

20. CAMILLUM *M. Furium* omnino Senonibus aurum hoc extorſiſſe dicunt Livius, Aurelius Victor, Florus, Plutarchus, Zonaras. Et qui ex Gallia retulerit hoc aurum Druſus, cum uno & altero prælio Senones ita ceciderit Camillus, ut *ne nuncius quidem cladis relictus ſit.* Livius. *Et hodie nulla Senonum veſtigia ſuperſint.* Florus.

21. ABNEPOS M. Livius Druſus Caji Gracchi in tribunatu collegæ. Plutarch. Gracch. p. 838. C. Ἦν γὰρ εἷς καὶ τοῦ Γαΐου συναρχόντων Λίβιος Δροῦσος, ἀνὴρ οὔτε γεγονὼς τινὸς Ῥωμαίων, οὔτε τεθραμμένος χεῖρον: ἤθει δὲ καὶ λόγῳ, καὶ πλούτῳ ἐν τοῖς μάλιστα τιμωμένοις καὶ δυναμένοις ἀπὸ τούτων ἐνάμιλλος. *Erat enim ex collegis Caji unus Livius Druſus, vir neque indole ulli Romanorum, neque tyrocinio ſecundus: adhac eloquentia, & divitiis inter primos celebris, atque pollentibus horum præſidio par.* V. etiam *Appian. B. C.* I. *p.* 364. Fuerunt hi tribuni anno ab U. C. 631. V. *Pigh. Ann.* III. *p.* 64. *Abnepos* dicitur, *quia ſejungit ab nepote. Eſt enim inter illum & nepotem pronepos.* Iſidor. IX. 5. * Ejus *adnepotem* fuiſſe ex temporis longo intervallo hariolatur Pigh. Ann. III. p. 31.

22. EXIMIAM. i. non vulgarem, ut dixi ad Curt. III. 3. II. §. 46.

23. GRACCHOS Tiberium & Cajum, quos legibus ſuis agrariis omnia miſcentes deſcribunt *Plutarch. in Gracchis: Appian. B. C.* I. *p.* 366. *Dionyſ. A. R.* II. *p.* 85. *Flor.* III. 14. & 15. *Aurel. Vict. de Vir. Illuſtr. c.* 64. & 65. *Oroſ.* V. 8. *Liv. Epit.* 60. & 61. *Auguſt. de C. D.* III. 24. *Val. Max. pluriſariam.*

24. PATRONUS SENATUS dictus eſt Livius ob *ſenatus* atque optimatum partes egregie defenſas. Unde Cicer. de Fin. IV. 23. *Conferam autem avum tuum Druſum cum C. Graccho ejus fere æquali. Quæ hic reipublicæ vulnera imponebat, eadem ille ſanabat.* Brut. c. 28. *C. Gracchum, collegam, iterum tribunum, fregit* (ut pro *fecit* recte legit *l. l. Pighius*) *vir & oratione gravis & auctoritate.*

25. FILIUM *M. Livium Druſum*, patri cognominem. *Fuit quæſtor in Aſia, & nullis inſignibus uti voluit, ne quid ipſo eſſet inſignius.* Ut de illo prodidit, ſi illi fides habenda, *Aurel. Vict. de vir illuſtr. c.* 66. Sub quo prætore incertum. Ejus tamen quæſturam ad annum ab U. C. 657. refert *Pigh. Ann.* III. *p.* 194. *Tribunus plebis* vero *L. Marcio* (quem cognomine *Philippum* vocat *Aurelius*) *Sexto Julio conſulibus* Cicer. apud *Aſcon. p.* 131. i. anno ab U. C. 659. ut *Oroſ.* V. 18. *Eutrop.* V. 3. vel potius anno *ab U. C.* 662. ut volunt *Faſti Capitolini*, & ex illis quoque monent *Pigh. Ann.* III. *p.* 216. & ad *Oroſium Fabricius.*

26. SIMILI DISSENSIONE i. ſeditione tribunitia Gracchanis ſimili. Senec. de Brev. Vit. c. 6. *Livius Druſus, vir, & vehemens, cum leges novas & mala Gracchana moviſſet, ſtipatus ingenti totius Italiæ cœtu, exitum rerum non providens, quas nec agere licebat, nec jam liberum erat ſemel inchoatas relinquere, exſecratus inquietam a primordiis vitam, dicitur dixiſſe: uni ſibi, nec puero quidem, unquam ferias contigiſſe.* Liv. Epit. 71. *Ut majoribus viribus ſenatus cauſam ſuſceptam tueretur, ſocios & Italicos populos, ſpe civitatis Romanæ, ſolicitavit: iiſque adjuvantibus, per vim legibus agrariis, frumentariiſque latis, judiciariam quoque pertulit: ut æqua parte judicia penes ſenatum, & equeſtrem ordinem eſſent. Quum deinde promiſſa ſociis civitas præſtari non poſſet, irati Italici defectionem agitare cœperunt.* Seditionem hanc præter jam *laudatos* deſcribunt *Appian. B. C.* I. *p.* 371. 372. *Flor.* III. 17. *Val. Max.* IX. 5. 2.

27. MULTA VARIE MOLIENTEM, ad illud referri oportet, ut monet *Sabellicus*, quod quum ſenatui & equeſtri ordini placere ſtuduiſſet, neutrius ordinis odium declinavit. De ejus enim molitionibus Liv. Epit. 71. *Propter quæ Livius Druſus inviſus & jam ſenatui factus, velut ſocialis belli auctor.*

28. INTEREMIT. De Druſi interitu non idem ſcriptores. Aurelius. *Repente in publico concidit, ſive morbo comitiali, ſeu hauſto caprino ſanguine, ſemianimis domum*

Digitized by Google

domum relatus. Appianus. Ὧν ὁ Δροῦσος αἰσθόμενος, τι, καὶ οὐ θαμινὰ προϊὼν, ἀλλ' ἔνδον ἐν περιπάτῳ βραχὺ φῶς ἔχοντι χρηματίζων ἀεὶ, καὶ περὶ ἑσπέραν τὸ πλῆθος ἀποπέμπων, ἐξεβόησεν ἄφνω, πεπλῆχθαι, καὶ λέγων ἔτι, κατέπεσεν. Εὑρέθη δὲ ἐς τὸν μηρὸν αὐτῷ σκυτοτόμου μαχαίριον ἐμπεπηγμένον. Οὕτω μὲν, δὴ καὶ Δροῦσος ἀνῄρητο δημαρχῶν. *Quod ubi Druſus intellexit, dum raro protedens in publicum, domi quotidianos cœtus habet in obſcura quadam porticu, accidit ut veſpere dimiſſurus multitudinem exelamaret, ictum ſe: & dicto citius cecidit. In jacentis femore deprehenſus eſt infixus culter ſutorius. Ita & Druſus, tribunus cum eſſet, interemptus eſt.* Unde Senec. de Brev. vit. c. 6. *Diſputatur, an ipſe ſibi manus attulerit. Subito enim vulnere per inguen accepto collapſus eſt: aliquo dubitante, an mors voluntaria eſſet: nullo, an tempeſtiva.* A *Vario* interemptum fuiſſe dicit Cicer. N. D. III. 33. *Summo cruciatu, ſuppliciоque, Q. Varius, homo importuniſſimus periit, ſi, quia Druſum ferro, Metellum veneno ſuſtulerat; illos conſervari melius fuit, quam pœnas ſceleris Varium pendere.*

CAPUT IV.

ARG. *C. Cæſaris quæſtor claſſi præponitur, ad deducendas in Galliam colonias mittitur, Cæſare occiſo de præmiis tyrannicidarum referendum cenſet, L. Antonium conſulem ſequitur, & in Siciliam, & inde in Achajam fugit, Romam reverſus uxorem Auguſto concedit, & non multo poſt moritur Tiberius pater.*

Pater vero Tiberii [1] quæſtor [2] Caji Cæſaris, Alexandrino bello [3] claſſi præpoſi- 1
tus, plurimum ad victoriam contulit [4]. Quare & pontifex [5] in locum Publii 2
Scipionis [6] ſubſtitutus, & ad deducendas in Galliam colonias, in queis Narbona [7], &
Arelate [8] erant, miſſus eſt. Tamen Cæſare occiſo, cunctis turbarum metu abolitionem [9] 3
facti

PATER TIBERII fuit *Tiberius Claudius Nero.* Hunc laudat Cicer. Fam. XIII. 64. *Nihil eſt illo adoleſcente gratius.... Pluris ex omni nobilitate neminem facio.*

2. QUÆSTOR *C. Cæſaris* fuit Tiberius C. Julio Cæſare II. & P. Servilio Vatia Iſaurico conſulibus, ſive anno ab U. C. 705. *Pigh. Ann.* III. *p.* 448.

3. BELLO ALEXANDRINO, quod V. *ſupr. Cæſ.* 35. 1.

4. PLURIMUM AD VICTORIAM CONTULIT. Dio XLII. p. 204. E. Ὥστε καὶ τοὺς λοιποὺς μηκέτι τολμᾶν παρακομίζεσθαι: μέχρις οὗ Τιβέριος Κλαύδιος ὁ Νέρων ἐς αὐτόν τε τὸν ποταμὸν διαπλεύσας, ἐκείνους τε μάχῃ ἐκράτησε, καὶ τοῖς σφετέροις ἀδεέστερον τὸν πρόσπλουν ἐποίησε. *Ita ut reliqui eo naves obvertere non auderent: donec Tiberius Claudius Nero in ipſum fluvium ſubvectus, hoſtibus prælio victis, ut ſui tuto terra adnavigare poſſent, effecit.*

5. PONTIFEX *maximus* fuit ipſe Cæſar *ſupr.* 13. 1. & illum honorem ante obitum non depoſuit. Fuerit itaque hic unus ex *pontificum* collegio, quod inſtituit Numa poteſtatis ampliſſimæ, & fuſius deſcribitur ſupr. Cæſ. 13. 1. §. 2. Quamvis Scipionem *Pontificem maximum* dicat *Aſcon. in Cicer. Cornel. p.* 141. & ex *Aſconio* aſſerat *Urſin. Fam. Rom. p.* 51.

6. P. SCIPIO fuit *Q. Metellus Pius Scipio*, Pompeji ſocer, de quo Cæſ. 35. 4. §. 28. V. *Urſin. l. l.*

7. Ἡ Νάρβων ὑπέρκειται τῶν τοῦ Ἄτακος ἐκβολῶν, καὶ τῆς λίμνης τῆς Ναρβωνίτιδος, μέγιστον ἐμπορεῖον ταύτῃ. *Narbo ſuper Atacis fluvii oſtia & lacum Narbonenſem ſitus eſt, maximum eorum, quæ ibi locorum ſunt, emporium.* Strab. III. p. 125. Οὐ πολὺν ἀπέχει τόπον ὡς πρὸς δύσεις ἀπὸ Μασσαλίας καὶ τῶν τοῦ Ῥοδανοῦ στομάτων. *Non longe abeſt in occaſu a Maſſilia & Rhodani oſtiis.* Polyb. III. 37. *Decumanorum colonia* eſt Plin. III. 4. Mel. II. 5. quod *decimæ* legionis milites in eam deducti fuerint. Colonia primum eo deducta eſt M. Porcio Catone & Q. Marcio Rege conſulibus *Eutrop.* IV. 22. *Paterc.* I. 15. 5: II. 8. 1. quos conſules fuiſſe dicunt *Faſti Capitolini* & ex illis *Pigh. Ann.* III. *p.* 85. anno ab U. C. 635. *Martius* cognomine dicitur, ſed quare, diſputant *Pighius*, *Merula Coſmog.* II. 3. 35. [illegible] *Urſat. not. Rom. A. R. tom.* XI. *p.* 608.

8. Ἀρελάται πόλις ἐστὶ καὶ ἐμπορεῖον οὐ μικρὸν πρὸς τῷ Ῥοδανῷ. *Arelate urbs eſt & emporium haud exiguum ad Rhodanum.* Strab. III. p. 125. Philoſtr. de vit. Sophiſt. p. 493. B. Ἦν μὲν γὰρ τῶν Ἑσπερίων Γαλατῶν οὗτος Ἀρελάτου πόλεως, ἣ ἐπ' Ἠριδανῷ (Ῥοδανῷ legendum eſſe recte ſuſpicantur Vinet. in Auſon. p. 155. & Merul. Coſmog. II. 3. 39.) ποταμῷ ᾤκισται. *Ex Arelatenſi Gallorum Heſperiæ civitate fuit* Phavorinus, *quæ Rhodano fluvio imminet. Gallula Roma* dicitur Auſon. urb. 7. 2. quod eſſet & celeberrimum, & opportuniſſimum emporium, ut docet *Scalig. Auſon. Lect.* I. 24. *Sextanorum colonia* eſt *Plin.* III. 4. *Mel.* II. 5. Hodie *Arles* plurali voce dicitur, ut *l. l.* monent Vinetus & Merula. V. etiam *Urſat. not. Rom. A. R. tom.* XI. *p.* 608.

9. ABOLITIONEM dicunt etiam Flor. IV. 7. 3. a *Freinshemio* & *Gravio* emaculatus, & Aurel. Vict. de Cæſ. c. 35. n. 7. quam *diſcordiarum oblivionem* Juſtin. V. 10. 11. *omnium factorum & dictorum veniam & oblivionem* Oroſ. VII. 6. Noſt. Claud. II. 2. *præteritarum rerum oblivionem* Paterc. II. 58. 4. *oblivionis legem* Nep. 3. 2. ἀμνηστίαν Græci. Oroſius. *Ita illam præclaram, & famoſam Athenienſium amneſtiam, quam quidem Romæ inducere Julio Cæſare interfecto ſenatus, Cicerone ſuadente, tentaverat: ſed Antonio & Octaviano propter ultionem exſtincti Cæſaris irrumpentibus,*

facti decernentibus [10], etiam de præmiis [11] tyrannicidarum referendum cenſuit.
4 Prætura [12] deinde functus, cum exitu anni diſcordia [13] inter triumviros exorta eſſet, retentis ultra juſtum tempus [14] inſignibus [15], Lucium Antonium conſulem triumviri fratrem ad Peruſiam [16] ſecutus [17], deditione a cæteris facta, ſolus permanſit in partibus [18]: ac primo Præneſte [19], inde Neapolim [20] evaſit: ſerviſque ad pileum [21]
5 fruſtra vocatis, in Siciliam [22] profugit. Sed indigne ferens, nec ſtatim ſe in conſpectum Sexti Pompeji admiſſum, & faſcium uſu prohibitum [23], ad Marcum An-
6 tonium trajecit in Achajam [24]. Cum quo brevi reconciliata inter omnes [25] pace, Romam rediit, uxoremque Liviam Druſillam, & tunc gravidam, & ante jam apud ſe

tibus, in irritum ceſſerat.... Val. Max. IV. 1. 4. ext. *Hac oblivio, quam Athenienſes* ἀμνηστίαν *vocant....* Hujus auctorem apud Athenienſes laudant Thraſybulum *Nepos*, *Valerius Maximus*, & oratione contra Cteſiphontem *Æſchines*. De *amneſtia* plura *Beroal. Annot. c.* 59. *Muret. V. L.* II. 15. *Boecler. in diſſertationibus Academicis: Lamb. Gebhard.* & *Strauch. in Nepotem. Briſſon. Form.* II. *p.* 236. *Nic. Abram. in Cicer. Phil.* I. 479.

10. DECERNENTIBUS ſuadente Cicerone, idemque hoc dicente Phil. I. I. *In quo templo, quantum in me fuit, jeci fundamenta pacis, Athenienſiumque renovavi vetus exemplum: Gracum etiam uſurpavi, quo tum in ſedandis diſcordiis erat uſa civitas illa: atque omnem memoriam diſcordiarum oblivione ſempiterna delendam cenſui.* Orationem, qua ἀμνηστίαν ſuaſit Cicero, memoriæ prodidit *Dio* XLIV. *p.* 250–256.

11. PRÆMIIS ornandos fuiſſe Cæſaris interfectores cenſuit etiam Ci[illegible]. prætor, & affinis Cæſaris apud Appian. II. p. 5[illegible]4. Κίννας παρὰ δόξαν ἐπελθὼν ἐς μέσους, τὸν Καίσαρα τύραννον ἐκάλει, καὶ τοὺς ἀνελόντας, τυραννοκτόνους, καὶ τὸ πεπραγμένον ἐσέμνυνεν, ὡς ὁμοιότατον μάλιστα τῷ προγονικῷ, καὶ τοὺς ἄνδρας, ὡς εὐεργέτας, καλεῖν ἐκέλευεν ἐκ τοῦ Καπιτωλίου, καὶ γεραίρειν. *Cinnas prater exſpectationem progreſſus in medios, Caſarem tyrannum vocabat, & interfectores, tyrannicidas, laudibus attollens eorum facinus, ut ſimillimum ei, quod majores illorum quondam perpetraverant, illoſque viros, ut bene meritos, vocari jubebat e Capitolio, & pramiis ornari.* V. & *Beroaldum.*

12. PRÆTOR fuit Tiberii pater in Urbe anno ab U. C. 712. ſive L. Antonio, & P. Servilio Iſaurico conſulibus. V. *Pigh. Ann.* III. *p.* 483. Unde *pratorius* dicetur *Paterc.* §. 17.

13. DISCORDIAM inter triumviros exortam pluribus deſcribit Dio ſub initium libri octavi & quadrageſimi.

14. ULTRA JUSTUM TEMPUS, finita n. prætura, quæ etiam magiſtratus erat annuus. *Beroaldus.*

15. INSIGNIBUS imperii I. faſcibus, quos imperii *inſignia* vocat Livius ſupr. Cæſ. 20. 2. §. 6.

16. PERUSIAM deſcripſi ſupr. Aug. 14. I. §. 4.

17. ANTONIUM SECUTUS EST. Dio ſupr. Aug. 62. 4. §. 16.

18. PERMANSIT IN PARTIBUS I. ſtetit a *partibus* L. Antonii. Flor. III. 5. 23. *Nocturna ea dimicatio fuit, & luna in partibus.* De Tiberii molitionibus Paterc. II. 75. I. *Per eadem tempora exarſerat in Campania bellum, quod profeſſus eorum, qui perdiderant, agros, patrocinium, ciebat Tiberius Claudius Nero, pratorius, & pontifex, Tiberii Caſaris pater, magni vir animi, doctiſſimique ingenii. Id quoque adventu Caſaris ſepultum atque diſcuſſum eſt.*

19. PRÆNESTE deſcripſi ſupr. Aug. 72. 5. §. 25.

20. NEAPOLIM deſcripſi ſupr. Aug. 99. 5. §. 9.

21. PILEUM I. libertatem, cujus erat ſignum. Liv. XXIV. 32. *Poſtero die ſervi ad pileum vocati.* Senec. Epiſt. 47. *Dicet nunc aliquis, me vocare ad pileum ſervos.* Servi, dum per manumiſſionem fiebant liberi, *pileum* capite capere ſolebant. Plaut. Amph. I. I. 306.

Ut ego hodie raſo capite calvus capiam pileum.

Unde & *pileus* pro libertate. Mart. II. 48. 4.

Totis pilea ſarcinis redemi.

Noſt. *Ner.* 57. 2. V. etiam *Beroaldum: Pier. Hierogl.* XL. 3. *Stuck. A. C.* II. 28. *Soler. de pil. c.* 10. *Paſchal. de coron.* IX. 23. *Caſal. de prof. Rom. rit. c.* 20. *Alciat. Embl.* 150. *Loen. de manum. ſerv.* IV. 3. 2. *Turrig. ad inſcript. Urſ. Teg.* §. 2. Manumiſiſſe Romanos ſervos, quibus in bello uterentur, dictum ſupr. Aug. 16. I. §. 9.

22. SICILIAM, quam tunc tenebat Sextus Pompejus. Zonar. Ann. III. p. 146. Ὅτι Σαρδὼ μὲν καὶ Σικελίαν Σέξτος κατεῖχε. Ad quam occupandam quid eum impulerit, narrat *Dio* XLVIII. *p.* 367. *A.*

23. FASCIUM USU PROHIBITUM I. juſſum ſe gerere pro privato, & non ut populi Romani magiſtratum. Hoc vero contra morem rectorum provinciarum, qui comiores erant, & haberi volebant. Cicer. Fam. XII. 21. *Cajus Anicius, familiaris meus, vir omnibus rebus ornatus, negotiorum ſuorum cauſa legatus eſt in Africam legatione libera.... In primis quod ei cariſſimum eſt, dignitatem ejus ſibi commendo: idque a te peto, quod ipſe in provincia facere ſum ſolitus non rogatus, ut omnibus ſenatoribus lictores darem: quod idem acceperam, & cognoveram a ſummis viris eſſe factitatum.* V. *Caſaubonum.*

24. ACHAJA eſt *in Peloponneſo.* Mel. II. 3. Illam deſcribit Pauſan. Achaic. p. 205. Ἡ δὲ τῆς Ἠλείας μέση καὶ Σικυωνίας, καθήκουσα μὲν ἐπὶ τὴν πρὸς ἕω θάλατταν, Ἀχαΐα δὲ ὄνομα τὸ ἐφ' ἡμῶν ἔχουσα ἀπὸ τῶν ἐνοικούντων, αὕτη τὸ Αἰγιαλὸς τὸ ἀρχαῖον, καὶ οἱ νεμόμενοι

Digitized by Google

ſe filium [26] enixam, petenti Auguſto conceſſit. Nec multo poſt diem obiit, utro- 7
que liberorum ſuperſtite, Tiberio Druſoque Neronibus [27].

μενοι τὴν γῆν ἐκαλοῦντο Ἀιγιαλεῖς. *Quæ terra inter Eleos & Sicyonios media, ad mare orientem verſus excurrit, Achaja hoc tempore dicitur ab illam incolentibus, priſco nomine Ægialus appellabatur, & incolæ Ægialenſes.* V. etiam *Oroſ.* I. 2. *Plin.* IV. 5.

25. OMNES, Sextum Pompejum & triumviros dicit Tacit. Ann. V. 1. 2. *Qui*, Tiberius Nero, *bello Peruſino profugus, pace inter Sext. Pompejum ac triumviros pacta in Urbem rediit.*

26. FILIUM Tiberium.

27. NERONES vocati ſunt ambo Liviæ filii, ſed Tiberio pro cognomine, Druſo vero pro prænomine id datum fuit. Sic enim in nummo veteri. NERONI CLAUDIO DRUSO GERMAN. COS. DES. & NERO CLAUDIUS DRUSUS. GERMAN. IMP. V. *Torrentium.*

CAPUT V.

ARG. *Fundis, vel, ut plures, certioreſque tradunt, Romæ naſcitur Tiberius Nero Cæſar.*

Tiberium quidam Fundis [1] natum exiſtimaverunt, ſecuti levem conjecturam, quod 1
materna ejus avia Fundana fuerit, & quod mox ſimulacrum Felicitatis [2] ex ſe-
natuſconſulto publicatum ibi ſit. Sed, ut plures, certioreſque tradunt, natus eſt Ro- 2
mæ in Palatio [3], decimo ſexto Kalendas Decembris [4], M. Æmilio Lepido iterum,
L. Munatio Planco conſulibus [5] poſt bellum Philippenſe. Sic enim in faſtos [6] acta-
que publica [7] relatum eſt. Nec tamen deſunt, qui partim antecedente anno, Hir- 3
tii ac Panſæ, partim inſequente, Servilii Iſaurici Antoniique conſulatu genitum eum
ſcribant.

FUNDOS deſcribit Strab. V. p. 161. Ἔχεται δὲ τοῦ Καιάτου κόλπου τὸ Καίκουβον, τούτου δὲ Φοῦνδοι, πόλις ἐν τῇ ὁδῷ τῇ Ἀππίᾳ. *Cajetanum ſinum ſubſequitur Cæcubum: inde Fundi, urbs in via Appia.* Noſt. *Cal.* 23. 3. *Galb.* 4. 1: 8. 1. V. quoque *Cluver. Ital. ant.* III. 10. 16. *Leand. Ital. p.* 207.

2. FELICITAS dea Romanis eſt culta. Auguſt. de C. D. IV. 18. *Quid quod & Felicitas dea eſt? ædem accepit, aram meruit, ſacra ei congrua perſoluta ſunt: ipſa ergo ſola coleretur. Ubi enim ipſa eſſet, quid boni non eſſet?* Illi *a Lucullo HS LX ſignum Archeſilao plaſta locatum* eſſe dicit *Plin.* XXXV. 12. V. de hac dea Gyrald. Syntag. deor. 1. p. 37. Adulatorie ſignificari putat *Torrentius* a ſenatu Tiberium natum *felicitate* ac bono Urbis & orbis. Idque in imperatoribus ſæpe factum. Rebus quoque incorporeis, ut virtutibus, rebuſque aliis expetendis ſtatuas ſtatuerunt Romani. Sic *Salutis publicæ, Concordiæ, & Pacis ſtatuas*, Ὑγιείας δημοσίας, καὶ προσέτι καὶ Ὁμονοίας, Εἰρήνης τε εἰκόνας ſtatuit Auguſtus. *Dio* LIV. *p.* 545. *E.* V. & *Figrell. de ſtat. Rom. c.* 2.

3. PALATIO I. *Palatii regione*, ut *ſupr. Aug.* 5. 1. §. 5.

4. XVI. KAL. DECEMB. Dio LVII. p. 614. E. Sed illum V. *infr.* 26. 5. §. 10.

5. M. ÆMILIO LEPIDO.... V. *Faſtos Capitolinos* & *Pigh. Ann.* III. *p.* 480.

6. IN FASTOS Romani, qui nullum adulationis modum in Auguſtum omiſere, retulere diem, quo Tiberius natus eſt, ut ſingulis annis feſtus ageretur, ut docet *M. Donatus.* Natales vero magnorum virorum ſollennes fuiſſe dixi *ſupr. Aug.* 57. 3. §. 2.

7. IN ACTA PUBLICA, in quæ parentes natorum ſibi liberorum nomina auctore Servio Tullio retuliſſe docui *ſupr. Cæſ.* 20. 1. §. 3.

CAPUT VI.

ARG. *Parentum fugæ comes, illis bis fere vagitu proditis, vitæ diſcrimen adiit, in Urbem reverſus a M. Gallio adoptatur, patrem pro Roſtris laudat, Actiaco triumpho Auguſti currum comitatur, & ludis præſidet Tiberius Nero Cæſar.*

Infantiam pueritiamque [1] habuit laborioſam [2] & exercitam [3]: comes uſquequaque 1
parentum

INFANTIAM PUERITIAMQUE. Serv. Æn. V. 295. *Ætates Varro ſic dividit: infantiam, pueritiam, adoleſcentiam, juventam, ſenectam.* Quæ pluribus explicat Cenſor. *c.* 14. V. *Beroaldum.*

2. LABORIOSAM I. multis periculis, & *laboribus* obnoxiam. Plin. Paneg. 86. 3. *Intelligimus Cæſar, quantum tibi pro laborioſa illa ſtatione, & exercita debeamus.* Epiſt. VI. 13. *Unquamne vidiſti quemquam*
tam

parentum fugæ [4]: quos quidem apud Neapolim ſub irruptionem hoſtis [5] navigium
clam petentes, vagitu [6] ſuo pæne bis prodidit: ſemel, cum a nutricis ubere: item
cum a ſinu matris raptim auferretur ab iis, qui pro neceſſitate temporis mulierculas
2 levare onere [7] tentabant. Per Siciliam quoque & Achajam circumductus, ac Lace-
dæmoniis publice, quod in tutela [8] Claudiorum erant, demandatus, digrediens inde
itinere nocturno, diſcrimen vitæ adiit, flamma repente e ſylvis undique exorta,
adeoque omnem comitatum circumplexa, ut Liviæ pars veſtis & capilli ambureren-
3 tur. Munera [9], quibus a Pompeja Sexti Pompeji ſorore in Sicilia donatus eſt, chla-
4 mys [10] & fibula [11], item bullæ aureæ [12] durant, oſtenduntur que adhuc Bajis [13]. Poſt
reditum in Urbem a Marco Gallio ſenatore teſtamento [14] adoptatus, hæreditate adi-
ta, mox [15] nomine abſtinuit [16]: quod Gallius adverſarum Auguſto partium [17] fue-
rat.

tam laborioſum & exercitum, quam Varenum meum? Illam deſcribit loco huic gemino Tacit. Ann. VI. 51. 2. *Caſus prima ab infantia ancipites: nam proſcriptum patrem exſul ſecutus, ubi domum Auguſti privignus introiit, multis æmulis conflictatus eſt, dum Marcellus, & Agrippa, mox Cajus Luciuſque Cæſares viguere.* De hoc loco decertantes V. *Torrentium*, *Caſaubonum*, *Memmium apud Lambin. in Nepot. Cim.* I. I. *Scalig. Epiſt.* 37. *Gronov. Obſ.* IV. 4.

3. EXERCITAM I. vexatam, fatigatam. Virg. Æn. III. 182.

——— *Nate Iliacis exercite fatis.*

Agrœt. p. 2267. *Exercitus laboribus, exercitatus ſtudiis.*

4. COMES PARENTUM FUGÆ. Paterc. II. 75. 3. *Livia fugiens mox futuri ſui Cæſaris arma, vix bimum hunc Tiberium Cæſarem.... geſtans ſinu, per avia itinerum, vitatis militum gladiis, uno comitante, quo facilius occultaretur fuga, pervenit ad mare, & cum viro Nerone pervecta in Siciliam eſt.* Dio ſupr. *Aug.* 62. 4. §. 15. Tacit. *ſupr.* §. 2.

5. HOSTIS I. Auguſti militum. Bello enim Peruſino L. Antonium ſecutus eſt Tiberii pater *ſupr.* 4. 4.

6. VAGITUS eſt infantium. Terent. Hec. IV. I. 2.

Nam audiviſſe vocem pueri viſu' 'ſt vagientis.

Ubi Donatus, *Proprie dixit vagientis, & infantium eſt.* Unde de ſeipſo Cicer. de Senec. c. 23. *Quod ſi quis deus mihi largiatur, ut ex hac ætate repueraſcam, & in cunis vagiam, valde recuſem.*

7. LEVARE ONERE, ne bajulantes ipſos infantes ſua cunctatione fugam morarentur. *Beroaldus.*

8. TUTELA, quam *clientelam* dicit noſt. *Aug.* 17. 4. §. 16.

9. MUNERA I. crepundia, qualia pueris dari ſolebant.

10. CHLAMYS inter puerilia recenſetur ab Ulpian. Digeſt. XXXIV. 2. 23. 2. *Puerilia ſunt, quæ ad nullum alium uſum pertinent niſi puerilem, veluti togæ prætextæ, aliculæ, chlamydes, pallia, quæ filiis noſtris comparamus.* Ita

* *Et Phrygiam Aſcanio chlamydem.*

dat Andromache apud *Virg. Æn.* III. 484. V. *Torrentium*, *Bayſ. R.* V. *c.* II. *Ferrar. R. V.* II. 3. I. Quid fuerit *chlamys*, dicam *infr. Cal.* 19. 4. §. 16.

11. FIBULAM adjecit Pompeja chlamydi, quia chlamydes apertæ *fibulam* deſiderabant. Imperator Leo Cod. XI. II. I. *Fibulis quoque in chlamydibus his utantur, quæ ſolo auro, & arte pretioſa ſunt.* Ovid. Metam. XIV. 345.

Phœniceam fulvo chlamydem comprenſus ab auro.

n. 393.

Purpureum chlamydis pennæ traxere colorem:
Fibula quod fuerat, veſtemque momorderat aurum
Pluma fit, & fulvo cervix præcingitur auro.

V. *Bayſ. R. V. c.* II. *Ferrar. R. V.* II. 3. 8. *Caſal. de priſc. Rom. rit. c.* 19.

12. BULLÆ AUREÆ I. clavorum capita, quæ cingulis militaribus ad ornatum apponebantur. Virg. Æn. IX. 359.

Euryalus phaleras Rhamnetis, & aurea bullis
Cingula.

XII. 942.

——— *Et notis fulſerunt cingula bullis.*

V. *Torrentium* & *Beroaldum.*

13. BAJAS V. *ſupr.* 16. I. §. 12.

14. TESTAMENTO adoptabantur etiam olim. Paterc. II. 59. I. *Cæſaris deinde teſtamentum apertum eſt, quo C. Octavium nepotem ſororis ſuæ Juliæ adoptabat.* Eutrop. VII. I. *Quaſi vindicator es patris ſui mortem, a quo per teſtamentum fuerat adoptatus.* Plura exempla collegit *Cujac. Obſerv.* VII. 7.

15. MOX n. cognito Gallium adverſarum partium eſſe.

16. NOMINE ABSTINUIT I. hæreditatem repudiavit, in eam ſe non ingeſſit. *Nomen* modo debitum, modo creditum ſignificat: creditum, ſi creditorem reſpiciamus, eique *nomen* applicemus: debitum, ſi debitori. Pluribus exemplis explicationi huic firmandæ hæc demonſtrat *M. Donatus.* Poſt aditam itaque Gallii hæreditatem, ejus, cujus creditor teſtamenti jure factus erat, uſu & commodo abſtinuit Tiberius. Ita *Patulei divitis equitis Romani hæreditatem tradidit M. Servilio, quem prioribus, neque ſuſpectis tabulis ſcriptum compererat; nobilitatem utriuſque pecunia juvandam præfatus.* Tacit. Ann. II. 48. I.

17. ADVERSARUM AUGUSTO PARTIUM fuerit M. Gallius,

Digitized by Google

rat. Novem natus annos defunctum patrem pro Roſtris [18] laudavit [19]. Dehinc 5.6
pubeſcens [20], Actiaco triumpho currum Auguſti comitatus eſt, ſiniſteriore [21] funali [22] equo [23], cum Marcellus Octaviæ filius dexteriore [24] veheretur [25]. Præſedit [26] & 7
Actiacis ludis, & Trojanis Circenſibus [27], ductor turmæ [28] puerorum majorum [29].

Gallius, quia Q. Gallium prætorem forte fratrem occidi juſſerat *ſupr.* 27. 6. §. 15--23. V. & *Torrentium.*

18. Pro Rostris laudatos eſſe defunctos monui ſupr. Aug. 101. 7. §. 34.

* 19. Laudatos poſt mortem eſſe viros inſignes V. Cæſ. 84. 4. §. 21. *Laudabant* illos propinqua cognatione conjuncti. Polyb. VI. 51. Πλὴν δὲ παντὸς τοῦ δήμου πάντος, ἀναβὰς ἐπὶ τοὺς ἐμβόλους, ἂν μὲν υἱὸς ἐν ἡλικίᾳ καταλίπηται, καὶ τύχῃ παρὼν οὗτος· εἰ δὲ μὴ τῶν ἄλλων εἴ τις ἀπὸ γένους ὑπάρχει, λέγει περὶ τοῦ τετελευτηκότος τὰς ἀρετὰς, καὶ τὰς ἐπιτετευγμένας ἐν τῷ ζῆν πράξεις. *Circumfuſa autem populi corona in Roſtra aſcendit filius, ſi quem puberem reliquerit, qui forte adſit: ſin minus, propinquus aliquis, & de mortui virtutibus dicit, rebuſque quas is proſpere geſſerit.* Ita laudavit patrem Appium filius apud *Dionyſ.* IX. *p.* 611. filium Fabius Maximus apud *Plutarch. Fab. p.* 188. C. patrem Tiberius *h. l.* V. etiam *Kirchm. de Fun.* II. 18. *Moreſt. Pomp. Fer.* III. 5. *Guther. de Jur. man.* I. 24.

20. Pubescere *ſolemus anno quarto decimo.* Cenſor. c. 7. & 14. Idem tradit Macrob. Somn. Scip. I. 6. Saturn. VII. 7. *Poſt annos bis ſeptem ipſa ætatis neceſſitate pubeſcit. Tunc enim moveri incipit vis generationis in maſculis, & purgatio feminarum.*

21. Sinisteriore. Comparativus pro poſitivo. Quod frequens eſt. Juſtin. II. 4. II. *Inuſtis infantum dexterioribus mammis.* XXXI. 8. 6. *Cum in dexteriore cornu pulſa legio Romana.* Noſt. *Domit.* 17. 2. *Claud.* 7. 1.

22. Funalis equus eſt, qui eſt extra jugum, ſive ante, ſive a latere jungatur. Iſidor. XVII. 35. *Jugo primus Ciriſthenes Sicionius tantum medios jugavit, eoſque ſingulos ex utraque parte ſimplici vinculo applicuit, quos Græci σειραφόρους, Latini funarios vocant, a genere vinculi, quo prius alligabantur.* Σειραῖος & παρήορος etiam Græcis dicebatur. Dionyſ. A. R. VII. p. 479. Σειραῖος ἵππος ῥυτῆρσι συνεχόμενος· ὃν ἀπὸ τοῦ παρηρτῆσθαι καὶ συνεζεῦχθαι παρήορον ἐκάλουν οἱ παλαιοί. *Funalis, loris adjunctus, quem παρήορον, quod appenſus & adjunctus eſſet, vocabant priſci.* Σειραφόρος Zonar. Ann. II. p. 32. & a jugali diſtinguitur. Καὶ οὐ μόνος ἦν ἐν τῷ ἅρματι, ἀλλ᾽ εἴ γε καὶ παῖδας ἢ συγγενεῖς τινας εἶχε, κἀκείνων τὰς μὲν κόρας, καὶ τοὺς ἄρσενας τοὺς νεογνοὺς ἐν αὐτῷ ἀνεβίβαζε, τοὺς δὲ ἁδροτέρους ἐπὶ τοὺς ἵππους τούς τε ζυγίους, καὶ τοὺς σειραφόρους. *Solus in curru non fuit triumphans, ſed filios aut agnatos aliquos ſi habuit, eorumque puellas & puellos in curru collocabat: grandiores equis jugalibus & funalibus imponebat.* De funalibus etiam Alex. Gen. V. 20. *Torrentius. Turneb. Adv.* XIV. 17. *Salmaſ. Exerc. Plin. p.* 630. *b. Scheffer. de R. V.* I. 12. *Onuph. de lud. circ.* I. 9. *Argol. in Onuphr. p.* 37. *Mader. in eundem p.* 142. *Hugo de mil. equeſt.* I. 6. *Barth. in Stat. Theb.* VI. 4.

23. Equo triumphantium currus prætextatos comitatos eſſe prodidit & Cicer. pro Muræn. c. 5. *An, cum ſedere in equis triumphantium prætextati potiſſimum filii ſoleant, huic donis militaribus patris donum decorare fugiendum fuit?* Imo Domitianus, ætate jam major, patris & fratris *triumphum Judaicum equo albo comitatus eſt.* Noſt. *Domit.* 2. 2. V. & *Torrentium.*

24. Dexteriore, ut honoratiore. Heſychius. Σειραφόρος· δεξιὸς ἡγεμονικός. Quibus docet, hoc vocabulum Græcum, quod Latinis etiam funalis, omnen alias, vel ducem denotare. Ruſus. Σειραφόρον, ἡγεμονικόν. μετῆκται δὲ ἀπὸ τῶν δεξιοσείρων ἵππων. *Seirophorum, principale, tranſlatum vero ab equis funalibus dextris.* Omnibus quippe neceſſitudinibus Marcellum ſemper prætulit Auguſtus. Tacit. Hiſt. I. 15. 2. *Exemplo divi Auguſti qui ſororis filium Marcellum, dein generum Agrippam, mox nepotes ſuos, poſtremo Tiberium Neronem privignum in proximo ſibi faſtigio collocavit.* Vocabatur hic equus δεξιόσειρος Græcis. Ita modo Heſychius. Et Sophoclis in Antigona ſcholiaſtes. Δεξιόσειρος, κατὰ τὸ δεξιὸν φερόμενος κέρας. Ἡ δὲ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ἵππων τῶν ἐν τοῖς ἅρμασι παρασειρόντων. V. *Scheffer. de R. V.* I. 12.

25. Veheri dici etiam illos, qui equis feruntur, dicam infr. Cal. 3. 3. §. 8.

26. Præsedisse ludis viros principes, monui ſupr. Aug. 26. 6. §. 25. His *præſediſſe* Tiberium non dicit Dio; ſed potius curatos fuiſſe per ipſum Auguſtum, & Agrippam, ipſius in conſulatu ejus anni collegam LIII. p. 496. D. Καὶ τὴν πανήγυριν τὴν ἐπὶ τῇ νίκῃ τῇ πρὸς τῷ Ἀκτίῳ γενομένῃ ψηφισθεῖσαν ἤγαγε μετὰ τοῦ Ἀγρίππου. V. & *Caſaubonum.*

27. Trojanis circensibus, quia *Trojæ* luſus *circenſibus* miſceri conſuevit. Tacit. Ann. XI. 11. 4. *Sedente Claudio circenſibus ludis, cum pueri nobiles equis ludicrum Trojæ inirent.* Noſt. *Cæſ.* 39. 5. & 6. *Ner.* 7. 1.

28. Ductor turmæ hujus, ſi huic ludicro præſederit, quomodo fuerit Tiberius, non ſine ratione quærit *Caſaubonus.*

29. Pueri majores hi ſunt, qui Græcis dicebantur ἀγένειοι, mediæ inter puerilem, & virilem ætatis. Ita Græci ſæpiſſime ſeparant ἀθλήματα ἀνδρῶν, ſive τελείων, ἀγενείων, & παίδων. Ipſe Tiberius ſi, ut videtur, de primis ludis Actiacis ſentit noſter, annum ætatis tertium decimum nondum compleverat. Sin de ſecundis capiamus, annum tunc agebat ſeptimum & decimum. *Caſaubonus.*

CAPUT VII.

ARG. *Togam virilem ſumit, munus gladiatorium & ludos edit, Agrippinam uxorem ducit, ductamque dimittit, & dimiſiſſe dolet, cum Julia ducta concorditer vivit, ſed mox diffidet, & Druſum fratrem amittit Tiberius Nero Cæſar.*

1 Virili [1] toga [2] ſumpta, adoleſcentiam omnem, ſpatiumque inſequentis ætatis uſque
2 ad principatus initia, per hæc fere tranſegit. Munus gladiatorium [3] in memo-
riam patris, & alterum in avi Druſi dedit, diverſis temporibus ac locis: primum
in foro, ſecundum in amphitheatro [4], rudiariis [5] quoque quibuſdam revocatis [6] aucto-
3 ramento [7] centum millium [8]. Dedit & ludos, ſed abſens: cuncta magnifice, im-
4 penſa matris ac vitrici. Agrippinam [9] Marco Agrippa [10] genitam, neptem [11] Cæ-
cili Attici [12] equitis Romani, ad quem ſunt Ciceronis epiſtolæ [13], duxit uxorem:
ſublatoque [14] ex ea filio Druſo [15], quamquam bene convenientem [16] rurſumque gra-
vidam

VIRILIS quare dicta toga, dixi ſupr. 8. 2. §. 4.

2. TOGA quale geſtamen fuerit, dixi ſupr. Cæſ. 9. 5. §. 22.

3. MUNUS GLADIATORIUM deſcripſi ſupr. Cæſ. 10. 4. §. 22.

4. AMPHITHEATRUM deſcripſi ſupr. Aug. 29. 13. §. 46.

5. RUDIARIIS i. *rude* donatis gladiatoribus, emeritis, veteranis. Priſcian. VII. p. 767. enim interprete *rudiarii* dicuntur, qui *rude* donati gladiaturam deſinunt, & publice alimenta capiunt. *Rudis* virga eſt lignea, impolita. Cato R. R. c. 105. *Hac rude miſceto ter in die.* Hac donabatur gladiator ætate gravis, vel qui probe pluries pugnaſſet, & multas reportaſſet victorias. Cicer. Phil. II. 29. *Tam bonus gladiator, rudem tam cito accepiſti?* Tales *gladiatores conſummatos* interprete quidem *Rhodig. A. L.* XI. II. vocat Plin. VIII. 7. *Poſtea ſinguli principibus Claudio & Neroni in conſummatione gladiatorum.* Illi *rudem indulgere* dicebatur prætor. Noſt. *Claud.* 21. II. V. quoque *Donatum* & *Lipſ. Saturn.* I. 15. De *rude* quoque *Turneb. Adv.* XVI. 8. *Faber. Sem.* II. II. *Agon.* I. 22.

6. REVOCARI ad arenam rudiarius non poterat, hac de re, quia invitus non cogeretur, rude, qua artis ſuæ excellentiam batuendo duntaxat oſtenderet, donatus. Gladiatoris habitu *in arena rudibus pugnavit* imperator Commodus apud *Lamprid. c.* 5. Noſt. *Cal.* 32. 7. Inde *gladiatores veteres ad rudem compellere* apud *Cicer. Epiſt. ad Octavium* eſt illos, qui jam miſſionem artis obtinuerant, ad pugnandum, non gladio, aliove ferro ſecante, & pungente, ſed rudibus cogere. V. etiam *Donatum.* Hos, utpote peritiores, & ludos ſuos celebriores reddituros, tanto pretio *revocare* conatus eſt Tiberius, ad exemplum Julii, de quo noſt. *ſupr.* 26. 7.

7. AUCTORAMENTO i. mercede, præmio. V. *ſupr. Aug.* 24. 4. §. 15. Hinc *auctorati*, qui ſuam ad gladium operam mercede locarunt, & qui ſe ludo gladiatorio ad depugnandum mercede addixerunt. Senec. Ἀποκολ. Claudii. *Proximo munere inter novos auctoratos, ferulis vapulare placet.* Horat. Sat. II. 7. 59.

Quid refert, uri virgis, ferroque necari?
Auctoratus eas?

Turneb. Adverſ. II. 20. V. etiam Lipſ. Sat. II. 5.

8. CENTENUM MILLIUM i. bis mille & quingentorum coronatorum.

9. AGRIPPINAM *Vipſaniam* vocat Tacit. Ann. I. 12. 6. *Tanquam ducta in matrimonium Vipſania M. Agrippæ filia, quæ quondam Tiberii uxor fuerat.*

10. M. AGRIPPA & Pomponia ſupr. Aug. 63. 2. §. 8.

11. NEPTIS *ex Agrippa, cui virginem filiam collocarat, nata eſt Attico. Hanc Cæſar vix anniculam Tiberio Claudio Neroni Druſilla nato, privigno ſuo deſpondit. Quæ conjunctio neceſſitudinem eorum ſanxit, familiaritatem reddidit frequentiorem.* Nepos Attic. 19. 3. Unde *progener Attici* Tiberius dicitur Senecæ infr. §. 14.

12. ATTICI *Cæcilii* dicti, quia *Q. Cæcilius, eques Romanus, avunculus, moriens teſtamento eum adoptaverat.* Nepos Attic. 5. I. 2. Unde *Q. Cæcilius Q. F. Pomponianus Atticus* dicitur *Cicer.* inſcript. *Epiſt. ad Attic.* III. 20. In adoptantium vero nomen tranſiviſſe adoptatos dixi *ſupr.* Aug. 102. 3. §. 13.

13. CICERONIS EPISTOLÆ *nomen Attici perire non ſinunt. Nihil illi profuiſſet gener Agrippa, & Tiberius progener, & Druſus Cæſar pronepos: inter tam magna nomina taceretur, niſi Cicero illum applicuiſſet*, Senec. Epiſt. 21.

* 14. SUBLATO i. ſibi nato. *Tollere* liberos generare eſt. Senec. de Clem. I. 13. *Tollere filios cupiunt.* Tacit. Agric. 6. 4. *Filium ante ſublatum brevi amiſit.* Senec. Claud. 19. 3. Noſt. infr. 47. §. 3. Ex quo veterum ritu hoc dicatur, dixi ad Curt. IX. I. 25. §. 49.

15. DRUSO, qui *Druſus Cæſar pronepos* Attici dicebatur Senecæ §. 14.

16. QUAMQUAM BENE CONVENIENTEM. Eoque majori cordolio illam dimittere fuerit Tiberio. Hæc enim

Digitized by Google

vidam [17] dimittere, ac Juliam Auguſti filiam confeſtim [18] coactus eſt ducere, non ſine magno angore animi: cum & Agrippinæ conſuetudine teneretur [19], & Juliæ mores improbaret; ut quam ſenſiſſet, ſui quoque ſub priore marito [20] appetentem, quod ſane vulgo etiam exiſtimabatur. Sed Agrippinam & abegiſſe [21] poſt divortium 5
doluit: & ſemel omnino [22] ex occurſu viſam, adeo contentis [23] & tumentibus [24] oculis proſecutus eſt, ut cuſtoditum [25] ſit, ne unquam in conſpectum ejus poſthac veniret. Cum Julia primo concorditer, & amore mutuo vixit: mox diſſedit, & ali- 6
quanto gravius, ut etiam perpetuo ſecubaret [26] intercepto [27] communis filii pignore,

enim maxima laus eſt conjugii. Ovid. Rem. amor. n. 470.

Quid lacrymas odioſe ſenex? bene convenit illis.

Terent. Andr. IV. 2. 13.

Hanc mihi expetivi, contigit: conveniunt mores: valeant
Qui inter nos diſſidium volunt.

Ubi Donatus: *Conveniunt mores. Recte: & id quod matrimonium firmat.*

17. GRAVIDAM dimittere ſane moleſtum eſt. Maritis enim quæ liberos pariunt, ſolent eſſe cariores & gratiores uxores. Liberi certe in conjugio quidam ſunt nexus. Ariſtot. Ethic. VIII. 14. Σύνδεσμος δὲ τὰ τέκνα δοκεῖ εἶναι· διὸ θᾶττον οἱ ἄτεκνοι διαλύονται· τὰ γὰρ τέκνα κοινὸν ἀγαθὸν ἀμφοῖν· συνέχει δὲ κοινόν. *Vinculum autem ipſorum eſſe filii videntur: unde citius qui liberos non habent, diſſolvi conſueverunt: quippe filii commune bonum ambobus: quod autem commune eſt, connectit.*

* 18. CONFESTIM, biennio exacto. Mortuus eſt Agrippa M. Valerio Meſſala Barbato & P. Sulpitio Quirinio Coſſ. ſive anno ab U. C. 742. Dioni LIV. 541. C. 741. Pigh. Ann. III. p. 523. Juliam coactus eſt ducere Tiberius Julo Antonio & Q. Fabio Maximo Coſſ. i. a 744. Dioni, 743. Pighio. Viduæ Romanæ per decem menſes viros extinctos lugere jubebantur, antequam alteri matrimonio jungerentur. Ovid. Faſt. I. 35.

Per totidem menſes, bis quinque, *a funere conjugis uxor*
Suſtinet in vidua triſtia ſigna domo.

Hinc Cicer. Cluent. c. 12. *Quæ mulier obteſtatione viri decem aliis menſibus ne domum quidem illam, niſi ſocrus ſuæ noſſe debuit, hæc quinto menſe poſt viri mortem ipſi Oppianico nupſit.* Auguſtus Agrippæ meritis conſulens, ſtatum viduis tempus ultra alterum annum, antequam novo marito copularetur, prorogavit, quamvis paullo poſt prioris obitum ſponſalia celebranda curaſſet. Dio LIV. p. 543. C. Sed illa nulla lege vetabantur. Paull. x. ad edictum. *Quæ virum eluget, intra id tempus ſponſam fieri non nocet.* V. *Noriſ. Cenot. Piſan. Diſſert.* II. c. 2.

19. CONSUETUDINE TENERETUR i. amore caperetur. Juſtin. XII. 4. 2. *Militibus quoque ſuis permiſit, ſi quarum captivarum conſuetudine tenerentur, ducere uxores.*

20. PRIORE MARITO Agrippa, an Marcello: utrique enim antea nupſerat Julia *ſupr. Auguſt.* 63. 2. * *In matrimonio certe M. Agrippæ* illam *temeravit Sempronius Gracchus.* Tacit. Ann. I. 53. 4. & *in tormentis adulteriorum conjugis luiſſe augurium prœpoſteri natalis* Agrippa *exiſtimatur.* Plin. VII. 8.

21. ABEGISSE i. domo exegiſſe, expuliſſe. V. *ſupr. Cæſ.* 50. 2. §. 7.

* 22. OMNINO. i. ſemel & non ſæpius. V. ſupr. Aug. 20. 1. §. 2.

23. CONTENTIS i. in illa fixis. Ita ſolent amatores. Virg. Æn. XII. 70.

Illum turbat amor, figitque in virgine vultus.

Contentum enim idem quod intenſum, & quod vim quandam, ſeu vehementiam animi, vel corporis addit. Quod exemplis pluribus probat *M. Donatus.*

24. TUMENTIBUS i. velut erumpentibus e capite, & prominentibus. Quod fit ubi figimus oculos, atque ipſos velut intendimus & ſpiritu implemus. Senec. Epiſt. 94. *Non eſt quod plenis oculis ac tumentibus imperes.* Tales vocat κυλοιδιῶντας, a verbo κυλοιδιάω, quod eſt oculis turgeſco, cavitates oculorum, quæ palpebris ſubſunt, *tumidas* habeo. Theocr. Eidyll. I. 38.

——— οἱ δ' ὑπ' ἔρωτος
Δηθὰ κυλοιδιόωντες ἐτώσια μοχθίζοντι.
——— *illi vero præ amore*
Diu oculis tumentes incaſſum laborant.

Eminentes Cicer. in Vatin. c. 2. *Oculis eminentibus, inflato collo, tumidis cervicibus.* Etiam de hoc loco agunt *Caſaubonus*, *Turneb. Adv.* XIV. 17. *Rhodig. A. L.* XXX. 1. *Loenſ. Miſc.* IV. 26. *Paſſer. in Prep. p.* 241. *Barth. in Claud. Nupt. Hon. & Mar. n.* 7.

* 25. CUSTODITUM i. cautum, obſervatum.

26. SECUBARET i. ſeorſum *cubaret.* Cat. 64. 275.

Anxia nec mater diſcordis mœſta puellæ
Secubitu caros mittet ſperare nepotes.

Ita *ſecedere* noſt. *Tib.* 10. 1. Seorſum vero etiam *cubuiſſe* viros a mulieribus docent hiſtoriæ. Laert. Pythag. c. 43. Τῇ δὲ πρὸς τὸν ἴδιον ἄνδρα μελλούσῃ πορεύεσθαι, ἅμα τοῖς ἐνδύμασι, καὶ τὴν αἰσχύνην ἀποτίθεσθαι· ἀνισταμένην πάλιν ἅμα ἀναλαμβάνειν. *Eam, quæ ad virum ſuum accederet, ut cum veſte & verecundiam poneret, exſurgenti, denuo ut illam una reſumeret.* Ovid. Amor. III. 9. 34.

——— *quid in vacuo ſecubuiſſe toro.*

Docent vocabula γυναικωνῖτις & ἀνδρωνῖτις. Zenoph. Oecon.

7 re, qui Aquilejæ [28] natus infans exſtinctus eſt. Druſum [29] fratrem in Germania [30] amiſit [31], cujus corpus pedibus toto itinere prægrediens, Romam uſque pervexit [32].

Oecon. p. 533. Ἔδειξα δὲ καὶ τὴν γυναικωνῖτιν αὐτῇ, θύρᾳ βαλανείῳ ἀφωρισμένην ἀπὸ τῆς ἀνδρωνίτιδος. *Oſtendi autem ei & gynæconitidem januam balneo ab andronitide diſtinctam.* Feſtus infr. Domit. 16. §. 15. Docet Plinius, qui *lectos mulierum* diſerte a virorum lectis diſtinguit XXXIII. II. V. *Meurſ. Lux. Rom. Mant. c.* 14.

27. INTERCEPTO i. mortuo, exſtincto. V. *ſupr. Caſ.* 20. 12. §. 70. *Pignore* vero *filiorum ſublato charitas priſtina, ſi non reſcinditur, ſaltem diſſuitur. Mentes enim conjugales per filios, cum præmium nuptiarum ſit partus feminarum, veluti per quædam quaſi pignora inter ſe arctius copulantur*, ut dicentem *Ambroſium* laudat *Beroaldus*.

28. AQUILEJAM V. *ſupr.* Aug. 20. 3. §. 15.

29. DRUSUM conſulem cum T. Quintio Criſpino. Dio LV. *p.* 548. *A.* 1. anno ab U. C. 744. V. *Pigh. Ann.* III. *p.* 524. agentem annum triceſimum. Paterc. II. 97. 3. *Druſum magna ex parte domitorem Germaniæ, plurimo ejus gentis variis in locis profuſo ſanguine, fatorum iniquitas, conſulem agentem annum trigeſimum, rapuit.*

30. IN GERMANIA n. in itinere, priuſquam Rhenum attingeret, dux Germanici belli, reverſus ab Albi, ad quem, in Cheruſcos converſo itinere, Viſurgim tranſgreſſus, omnia populando pervenerat. Dio. Ἐν τῇ ὁδῷ νόσῳ τινὶ, πρὶν ἐπὶ τὸν Ῥῆνον ἐλθεῖν, τελευτήσαντος.... Πρός τε τὴν Χερουσκίδα μετέστη, καὶ τὸν Οὐΐσουργον διαβὰς, ἤλασε μέχρι τοῦ Ἄλβιος πάντα πορθῶν. Inter Salam & Rhenum fluvios. Strab. VII. p. 201. Ἔστι δὲ καὶ Σάλας ποταμὸς οὗ μεταξὺ καὶ τοῦ Ῥήνου πολεμῶν, καὶ κατορθῶν Δροῦσος ἐτελεύτησεν ὁ Γερμανικός. *Eſt & Sala fluvius, inter quem & Rhenum bellum felici ſucceſſu gerens obiit Druſus Germanicus.*

31. AMISIT, trahentem tamen adhuc animam reperit, ad famam ægrotantis ab Auguſto miſſus. Dio. Προπυθόμενος δ' ὁ Αὔγουστος ὅτι νοσεῖ, τὸν Τιβέριον κατὰ τάχος ἔπεμψε, καὶ ὃς ἔμπνουν αὐτὸν κατέλαβε. *Iter vero quam rapidum & præceps velut uno ſpiritu corripuerit, eo patet; quod Alpes, Rhenumque tranſgreſſus, die ac nocte, mutato ſubinde equo, ducenta millia paſſuum, per modo devictam barbariem, Antabagio duce ſolo comite contentus, evaſit.* Val. Max. V. 5. 3. Plin. VII. 20.

32. CORPUS ROMAM PERVEXIT. Dio. Ἀποβιώντα ἐς Ῥώμην ἐκόμισε. Liv. Epit. 140. *Corpus a Nerone fratre, Romam pervectum eſt, & in C. Julii tumulo conditum.*

CAPUT VIII.

ARG. *Regem Archelaum.... defendit, pro Laodicenis.... ſenatum deprecatur, Fannium Cæpionem majeſtatis reum facit, & condemnat, annonæque curam, & repurgandorum ergaſtulorum adminiſtrat Tiberius Nero Cæſar.*

1 Civilium officiorum rudimentis [1] regem Archelaum [2], Trallianos [3] & Theſſalos [4], varia quoſque de cauſa Auguſto cognoſcente [5] defendit [6]. Pro Laodicenis [7], Thya-

RUDIMENTIS i. primis forenſibus exercitiis, ut hunc explicui locum ad Curt. V. 1. 42. §. 176. Inde *rudimentum ponere* eſt incipere. Cicer. Orat. in Salluſt. c. 1. *Qui ne incipiens quidem peccare, minimis rebus poſuit rudimentum.* Noſt. *Ner.* 22. 4. Vocabatur etiam *tyrocinium. ſupr.* Aug. 26. 4. §. 18.

2. ARCHELAUM Cappadociæ regem. Hic Actiaci belli tempore contra Auguſtum pro Antonio ſtetit. Plutarch. Anton. p. 944. B. Ἀντωνίῳ βασιλεῖς ὑπήκοοι συνεμάχουν Καππαδοκίας μὲν Ἀρχέλαος... *Reges Antonio parentes in auxiliis erant Cappadociæ Archelaus....* Hunc defendiſſe Tiberium dicit, ſed paucis Dio LVII. p. 614. A. Ὅτι πρότερον ὡς ὑποπτευκὼς, ὥς τι καὶ συνηγόρῳ, ὅτι ἐπὶ τοῦ Αὐγούστου ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων κατηγορήθη, χρήσαιτο. *Quia quum olim ſibi is ſupplicaſſet, ſuoque patrocinio, quum ab incolis apud Auguſtum accuſaretur, fuiſſet uſus.* V. *infr.* 37. 10. §. 26.

3. Τράλλεις, πόλις Λυδίας, πρὸς τῷ Μαιάνδρῳ ποταμῷ. Τὸ ἐθνικὸν, Τραλλιανός. *Trallis, urbs Lydiæ, juxta Mæandrum fluvium. Gentile, Trallianus.* Stephanus. *Tralles conſederunt terræ motu.* Euſeb. Chron. ad a. 1990. De illo & Strab. XII. p. 398. Καὶ γὰρ νῦν τὴν Μαγνησίαν τὴν ὑπ' αὐτῷ κατέβαλον σεισμοί: ἡνίκα καὶ Σάρδεις, καὶ τῶν ἄλλων τὰς ἐπιφανεστάτας κατὰ πολλὰ μέρη διελυμήνατο. Ἐπηνώρθωσε δ' ὁ ἡγεμὼν χρήματα ἐπιδοὺς, καθάπερ καὶ πρότερον ἐπὶ τῆς γενομένης συμφορᾶς Τραλλιανοῖς (ἡνίκα καὶ τὸ γυμνάσιον, καὶ ἄλλα μέρη συνέπεσεν) ὁ πατὴρ αὐτοῦ καὶ τούτοις, καὶ Λαοδικεῦσι. *Nam & noſtra ætate tremores terræ Magneſiam dejecerunt: quando & Sardes, & aliæ nobiliſſimæ urbes ab iiſdem ſunt graviſſime adflictæ multis partibus. Imperator inſtauravit, pecuniam largitus: quod beneficii ante etiam Trallianis præſtiterat pater ejus, cum eorum corruiſſet gymnaſium, aliæque partes: itemque Laodicenſibus.*

4. THESSALOS deſcripſi ad Curt. III. 2. 16. §. 82.

5. COGNOSCENTE i. de cauſa judicante. V. *Claud.* 15. 2. §. 10.

6. DEFENDIT. Cicer. de Offic. II. 14. *Cum ſint plura cauſarum genera, quæ eloquentiam deſiderant, multique in noſtra Republica adoleſcentes, & apud judices, & apud ſenatum dicendo laudem aſſecuti ſint,* maxima

Thyatirenis [8], Chiis [9] terræ motu afflictis, opemque implorantibus, ſenatum deprecatus eſt. Fannium Cæpionem, qui cum Varrone Murena [10] in Auguſtum 3
conſpiraverat, reum majeſtatis apud judices fecit, & condemnavit [11]. Interque hæc 4
duplicem curam adminiſtravit: annonæ [12], quæ arctior inciderat, & repurgandorum tota Italia ergaſtulorum [13], quorum domini in invidiam venerant [14], quaſi exceptos ſupprimerent [15], non ſolum viatores, ſed & quos ſacramenti metus [16] ad hujuſmodi latebras compuliſſet.

maxima admiratio eſt in judiciis, quorum ratio duplex eſt, nam ex accuſatione & defenſione conſtat, quarum etſi laudabilior eſt defenſio, tamen etiam accuſatio probata ſæpe eſt.

7. LAODICENIS. V. illos ſupr. §. 3.

8. Θυάτειρα πόλις ἐϛὶν ἐν ἀριϛερᾷ βαδίζοντι ἐπὶ Σάρδεων κατοικία Μακεδόνων, ἣν Μυσῶν τινὲς φασίν. *Thyateira eſt urbs euntibus verſus Sardes, Macedonum colonia, quam Myſorum eſſe ſunt qui dicunt.* Strab. XIII. p. 430.

9. Chius inſula eſt maris Ægæi, cujus ambitum deſcribit *Strab.* XIV. *p.* 444. In *inſula Coo terra motu plurima concidiſſe* ſub Auguſto dicit *Euſeb. Chron. ad a.* 2100. Quare aut hic, aut illic mendum eſſe putat *Beroaldus*.

10. CÆPIONIS ET MURENÆ conjurationem V. ſupr. Aug. 19. 1. §. 5. & 6.

11. CONDEMNAVIT I. ut *condemnaretur*, effecit. *Condemnare* enim judicis eſt. V. & *infr. Claud.* 11. §. 20.

12. CURAM ADMINISTRAVIT ANNONÆ. Paterc. II. 94. 3. *Quæſtor undevigeſimum annum agens, capeſſere cœpit rempublicam: maximam difficultatem annonæ, ac rei frumentariæ inopiam, ita Oſtiæ, atque in Urbe mandato vitrici moderatus eſt, ut per id, quod agebat, quantus evaſurus eſſet, eluceret.* Ex *annona adminiſtratione* magna laus, aut odium, recte, ſecuſve adminiſtrantibus. Plin. Paneg. 29. 1. *Hujus aliquando cura Pompejo non minus addidit gloriæ, quam pulſus ambitus campo, exactus hoſtis mari....*

13. ERGASTULA quid fuerint, docui ſupr. Aug. 32. 2. §. 8.

14. IN INVIDIAM VENERANT I. rumor gravis de illis ſparſus fuerat. Aurel. Vict. de vir. illuſtr. c. 66. *Ex gratia nimia in invidiam venit.*

15. SUPPRIMERENT I. in vinculis haberent. V. ſupr. Aug. 32. 2. §. 10.

16. SACRAMENTI METUS quid. V. ſupr. Cæſ. 42. n. 1. §. 3.

CAPUT IX.

ARG. *Tribunus militum ſtipendia facit, Tigrani regnum reſtituit, ſigna M. Craſſo adempta a Parthis recipit, Galliam regit, diverſis bellis diverſos populos ſubigit, ornamentis triumphalibus honoratur, & magiſtratus varios inchoat, & junctim percurrit Tiberius Nero Cæſar.*

Stipendia prima [1] expeditione Cantabrica [2] tribunus militum fecit: deinde ducto 1
ad orientem exercitu, regnum Armeniæ Tigrani [3] reſtituit [4], ac pro tribunali diadema impoſuit [5]. Recepit & ſigna, quæ Marco Craſſo ademerant Parthi. 2
Poſt

STIPENDIA PRIMA V. ſupr. Cæſ. 2. 1. §. 2.

2. CANTABRI quinam ſint. V. ſupr. 20. 1. §. 7.

3. TIGRANES filius fuit Artabazis, ſive Artuaſdis, quem ſubjugata Armenia vinctum in Ægyptum miſerat Antonius munus Cleopatræ, quo tempore Artaxias filiorum illius natu maximus, qui in eo tumultu effugerat, regno Armeniæ potitus eſt. Joſeph. Ant. Jud. XV. 5. Ἀντώνιος δὲ τὴν Ἀρμενίαν καταλαβὼν, Ἀρταβάζην δέσμιον εἰς Ἄιγυπτον ἀποπέμπει, δωρούμενος τοῦτῳ τὴν Κλεοπάτραν. Ἀρμενίας δ' ἐβασίλευσεν Ἀρταξίας ὁ πρεσβύτατος τῶν ἐκείνου παίδων διαδρὰς ἐν τῷ τότε. *Tigranem* natu minorem, qui tunc Romæ erat, quum Artaxiam accuſaſſet, evocavit Armeniæ populus. Dio LIV. p. 526. D. Τῶν τε Ἀρμενίων τοῦ τε Ἀρταβάζου (Artaxian debuiſſet dicere) κατηγορησάντων, καὶ τὸν Τιγράνην τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ἐν τῇ Ῥώμῃ ὄντα μεταπεμψαμένων.

4. RESTITUIT M. Lollio, & Q. Lepido conſulibus, ſive anno ab U. C. 732. *Scalig. in Euſeb. p.* 156. *b. Pigh. Ann.* III. *p.* 516. Dicit tamen id factum *Dio p.* 526. *D.* M. Apulejo & P. Silio, qui illos exceperunt, conſulibus. Euſeb. Chron. ad a. 1996. *Tiberius ab Auguſto miſſus occupavit Armeniam.* Artaxia a Tiberio, & Archelao, pulſo. Joſephus. Καὶ τοῦτον Ἀρχέλαος καὶ Νέρων Καῖσαρ ἐκβαλόντες, Τιγράνην τὸν νεώτερον ἀδελφὸν, ἐπὶ τὴν βασιλείαν κατήγαγον, vel occiſo, vel ab eiſdem, quod vult Horat. Epiſt. 1. 12. 26.

—— *Claudi virtute Neronis*
Armenius cecidit.

Vel *per dolum propinquorum*, quod tradit *Tacit. Ann.* II. 3. 4. ante Tiberii adventum. Dio. Οἱ γὰρ Ἀρμένιοι τὸν Ἀρταβάζην προαπέκτειναν.

5. DIADEMA IMPONERE alicui quid ſit, dicam infr. Ner. 13. 2. §. 13.

6. In.

Digitized by Google

3 Poſt hæc comatam Galliam [6] anno fere rexit, & barbarorum incurſionibus, & prin-
4 cipum diſcordia inquietam. Exhinc Rhæticum, Vindelicumque bellum, inde Pannonicum [7], inde Germanicum [8] geſſit. Rhætico atque Vindelico [9] gentes Alpinas: Pannonico Breucos [10], & Dalmatas [11] ſubegit. Germanico quadraginta millia [12] dedititiorum trajecit [13] in Galliam [14], juxtaque ripam Rheni ſedibus aſſignatis collocavit: quas ob res, ovans [15], & curru [16] Urbem ingreſſus [17] eſt, primus, ut quidam putant [18], triumphalibus ornamentis [19] honoratus, novo nec antea cui-
5 quam tributo genere honoris. Magiſtratus & maturius [20] inchoavit, & pæne junctim [21] percucurrit, quæſturam [22], præturam [23], conſulatum [24]: interpoſitoque tempore,

6. IN GALLIAS easdem ob cauſas miſſum fuiſſe Agrippam C. Sentio, Q. Lucretio conſulibus, qui conſules fuerunt anno ab U. C. 734. Pigh. Ann. III. p. 517. narrat Dio LIV. p. 528. B. Ἀγρίππας τοῖς Γαλατικοῖς προσετάχθη· ἔν τε γὰρ ἀλλήλοις ἐστασίαζον, καὶ ἀπὸ τῶν Κελτῶν ἐκακοῦντο. *Agrippa Galliis tunc eſt præfectus. Tumultuabantur enim invicem Galli, & a Germanis infeſtabantur.* Agrippæ Tiberius videtur ſucceſſiſſe *Caſaubono.* V. infr. §. 19.

7. PANNONICUM BELLUM, de quo ſupr. Aug. 20. 3. §. 12.

8. GERMANICUM, de quo ipſe apud Tacit. Ann. II. 26. 4. *Se novies a divo Auguſto in Germaniam miſſum, plura conſilio quam vi perfeciſſe.*

9. RHÆTOS VINDELICOSQUE *diviſis partibus uterque aggreſſi, multis & caſtellorum oppugnationibus, nec non directa quoque acie feliciter functi, gentes locis tutiſſimas, aditu difficillimas, numero frequentes, feritate truces, majore cum periculo, quam damno Romani exercitus, plurimo cum earum ſanguine, perdomuerunt.* Paterc. II. 95. 2. V. *ſupr. Aug.* 21. 1. §. 7. 8.

10. BREUCOS, Pannoniæ populum. Dio LV. p. 568. C. Βρεῦκοι Παννονικὸν ἔθνος. Plinius Pannonios denarrans, illis etiam addit *Breucos* III. 25. V. & Turneb. Adv. XIV. 17.

11. DALMATAS V. ſupr. Aug. 20. 1. §. 4.

12. QUADRAGINTA MILLIA dicit noſter; ſed quadringenta Eutrop. VII. 7. *Hoc bellum per Druſum, privignum ſuum, adminiſtravit: ſicut per Tiberium privignum, Pannonicum, & alterum Germanicum: quo bello quadringenta millia captivorum ex Germania tranſtulit, & ſuper ripam Rheni in Gallia collocavit.* Quem numerum admittunt, & ex *Eutropio* in *Suetonium* transferendum putant *Lipſ. Admir.* I. 7. *Cluver. Germ.* II. 18. *Hunger. in Cuſpin. Cæſ. p.* 520.

13. TRAJECIT i. *trajiciendo* tranſportandos curavit.

14. COMATAM GALLIAM V. ſupr. Cæſ. 22. 2. §. 7.

15. OVANS URBEM INGRESSUS EST Tiberius Dalmatis devictis Claudio Nerone Druſo, & T. Quintio Criſpino conſulibus, ſive anno ab U. C. 744. Pigh. Ann. III. p. 525. Dio LV. p. 549. C. Ὁ δὲ δὴ Τιβέριος τῶν τε Δαλματῶν, καὶ τῶν Παννονίων ὑποκινησάντων τι αὖθις, ζῶντος ἔτ' αὐτοῦ κρατήσας, τάτε ἐπὶ τοῦ κέλητος ἐπινίκια ἔπεμψε. *Tiberius, quod vivente adhuc Druſo, Dalmatas & Pannonios nonnihil tumultuantes oppreſſerat, ovans in Urbem equo ingreſſus eſt.*

16. CURRU in Urbem ingreſſus Tiberius triumphans de Germanis ſe ſecundum & Cn. Piſone conſulibus, ſive anno ab U. C. 746. Dio LV. p. 553. C. Τιβέριος δ' ἐν τῇ νουμηνίᾳ ἐν ᾗ ὑπατεύειν μετὰ Γναίου Πίσωνος ἤρξατο.... τά τε νικητήρια ἤγαγε. *Tiberius Kalendis Januariis, quibus conſulatum inivit cum Cn. Piſone.... triumphavit.*

17. INGREDI dicebantur, qui iter tardum conficerent. Tacit. Ann. XII. 42. 3. *Carpento Capitolium ingredi.* V. *Scheff. de re veh.* I. 17. Et ita de triumphante Tiberio Paterc. II. 122. 2. *Vindelicorum, Rhætorumque victor curru Urbem ingredi debuerit.*

18. UT QUIDAM PUTANT. Recte. Nam illa Agrippa videtur prior abſtuliſſe. V. *ſupr. Aug.* 38. 1. §. 4.

19. TRIUMPHALIBUS ORNAMENTIS ornatum eſſe Tiberium bello, quod Agrippa, cujus metu quieverant, mortuo moverant Pannonii, confecto docet Dio LIV. p. 543. D. Καὶ αὐτῷ διὰ ταῦτα ἡ μὲν βουλὴ τάγε ἐπινίκια ἐψηφίσατο· ὁ δ' Αὔγουστος ταῦτα μὲν οὐκ ἐπέτρεψεν ἑορτάσαι, τὰς δὲ τιμὰς τὰς ἐπινικίους ἀντέδωκε. *Ideo illi,* Tiberio, *ſenatus triumphum decrevit, quem, ut duceret, Auguſtus non permiſit, ejus vero loco triumphalia illi conceſſit.* Illa quænam fuerint, dixi *ſupr. Aug.* 38. 1. §. 5.

20. MATURIUS, & non habita ratione legum annalium, de quibus *infr. Cal.* I. 1. §. 5: interdum magiſtratus inchoaſſe veteres, docet Tacit. Ann. XI. 22. 3. *Apud majores virtutis id præmium fuerat, cunctiſque civium, ſi bonis artibus fiderent, licitum petere magiſtratus: ac ne ætas quidem diſtinguebatur, quin prima juventa conſulatum ac dictaturas inirent.*

21. JUNCTIM, quod contra majorum morem. Hi enim certa magiſtratuum petitioni conſtituerant interſtitia, duorum minimum annorum. Cicer. Fam. X. 25. *Ut, ſi ædilis fuiſſes, poſt biennium tuus annus eſſet,* n. præturæ petendæ. Quamquam & in Mario ob belli Cimbrici imminentis periculum hoc neglexiſſent jam antea Romani. Plutarch. in Mar. p. 412. B. Τὸ δεύτερον ὕπατος ἀπεδείχθη, τοῦ μὲν νόμου κωλύοντος ἀπόντα, καὶ μὴ διαλιπόντα χρόνον ὡρισμένον, αὖθις αἱρεῖσθαι, τοῦ δὲ δήμου τοὺς ἀντιλέγοντας ἐκβαλόντος. *Iterum conſulem deſignaverunt* Marium. *Quum lex autem abſentem, & niſi interjecto certo ſpatio, vetaret denuo creari conſulem, repudiavit populus adverſantes.*

22. QUÆ-

pore conſulatum [25] iterum, etiam tribunitiam poteſtatem [26] in quinquennium accepit.

22. QUÆSTOR fuit Tiberius Auguſto x. & C. Norbano conſulibus, ſive anno ab U. C. 729. Pigh. Ann. III. p. 513. Dio LIII. p. 516. B. *Καὶ τῷ Τιβερίῳ, πέντε πρὸ ἑκάστης ἀρχῆς ἔτεσι τὸ αὐτὸ τοῦτο ποιῆσαι ἰδόθη: καὶ παραχρῆμά γε ταμίας ἀπεδείχθη.* *Tiberioque permiſſum, ut ſingulos magiſtratus quinquennio ante, quam conſtitutum fuit, adire poſſet: & ſtatim eſt quæſtor deſignatus.*

23. PRÆTOR fuit Tiberius L. Domitio Ahenobarbo & P. Cornelio Scipione conſulibus, ſive anno ab U. C. 737. Pigh. Ann. III. p. 519. Dio LIV. p. 534. B. *Τὸν δὲ δὴ Τιβέριον καίτοι στρατηγοῦντα παραλαβὼν, ἐξώρμησεν.* *Ac Tiberio, quamquam tum præturam gerebat, aſſumpto ab Urbe profectus eſt.*

24. CONSUL fuit Tiberius cum Quintilio Varo, ſive anno ab U. C. 740. Pigh. Ann. III. p. 521. Dio p. 538. E. *Ὁ γὰρ Αὔγουστος, ἐπειδὴ πάντα τὰ ἐν ταῖς Γαλατίαις, καὶ τὰ ἐν ταῖς Γερμανίαις, ταῖς τ' Ἰβηρίαις διῳκήσατο, ἐς τὴν Ῥώμην ἐπί τε τοῦ Τιβερίου καὶ ἐπὶ Κυϊντιλίου Οὐάρου ὑπάτων ἀπεκομίσθη.* *Auguſtus rebus Gallicis, Germanicis, Hiſpanicisque omnibus confectis, Romam reverſus eſt, Tiberio & Quintilio Varo conſulibus.*

25. CONSUL *iterum* quando fuerit Tiberius, dictum *ſupr.* §. 16.

26. TRIBUNITIAM POTESTATEM deſcripſi *ſupr. Aug.* 27. 7. §. 27. Illam accepit Tiberius C. Antiſtio Vetere & D. Lælio Balbo conſulibus. *Dio* LV. *p.* 554. D. ſive anno ab U. C. 747. *Pigh. Ann.* III. *p.* 527. * Hanc Tiberio detulit Auguſtus, ut monet Noriſ. Cenot. Diſſert. II. c. 3. tum, ut filiorum ambitionem æmulo interjecto frenaret: tum, ne Tiberius ob tot in Cajum congeſtos honores, in ordinem ſe redactum ſuſpicaretur.

CAPUT X.

ARG. *Repente ſecedere ſtatuit, commeatum petit, & Oſtiam deſcendit Tiberius Nero Cæſar.*

Tot proſperis confluentibus; integra ætate [1] ac valetudine, ſtatuit repen- 1
te ſecedere, ſeque e medio quam longiſſime amovere [2]. Dubium uxoris ne 2
tædio [3] quam neque criminari [4] aut dimittere [5] auderet, neque ultra perferre [6] poſ-
ſet; an ut vitato aſſiduitatis [7] faſtidio [8], auctoritatem abſentia [9] tueretur, atque etiam
augeret, ſi quando indiguiſſet ſui Reſpublica. Quidam exiſtimant, adultis jam Au- 3
guſti liberis, loco & quaſi poſſeſſione uſurpati a ſe diu ſecundi gradus ſponte ceſſiſ-
ſe [10],

INTEGRA ÆTAS quænam ſit, dixi *ſupr.* Aug. 19. 1. §. 10.

2. E MEDIO SE AMOVERE. V. *ſupr.* Cæſ. 1. 2. §. 26.

* 3. UXORIS TÆDIO ſeceſſiſſe Tiberium ſcribit etiam Tacit. Ann. I. 53. 2. *Julia fuerat in matrimonio Tiberii, ſpreveratque ut imparem, nec alia tam intimo Tiberio cauſa, cur Rhodum abſcederet.*

4. CRIMINARI i. accuſare. V. Aug. 71. 1. §. 1.

5. DIMITTERE. V. Cæſ. 1. 1. §. 10.

6. ULTRA PERFERRE. Licet enim, ut in ſatyra Menippea Varro, *uxoris vitium, aut tollendum ſit, aut ferendum: qui tollit vitium, uxorem commodiorem præſtat, qui fert ſeſe meliorem facit.* Improbitas tamen, moroſitas, & impudicitia uxoris poteſt eſſe tanta, ut *perferri nequeat.* Talis fuerat hæc Juliæ. *Beroaldus.*

7. ASSIDUITAS dicitur illorum, qui quotidie comparent, & ob oculos verſantur. Cicer. pro Muren. c. 9. *Aſſiduitatis & operarum harum quotidianarum putat eſſe conſulatum.* Plura *Gronou. de pec. vet.* IV. 9.

8. FASTIDIUM parit aſſiduitas. Cicer. pro Muren. c. 9. *Primum iſta noſtra aſſiduitas, Servi, neſcis, quantum interdum afferat hominibus faſtidii, quantum ſatietatis.* Aſſiduitate enim fit, ut non tantum uniuſcujuſque virtutes, ſed ſimul etiam vitia aperiantur. Illud ſeceſſione vitare ſtuduerunt veteres. Cicer. Attic. II. 5. *Cupio equidem, & jam pridem cupio Alexandriam, reliquamque Ægyptum viſere, & ſimul ab hac hominum ſatietate noſtri diſcedere, & cum aliquo deſiderio reverti.* Auguſtus apud Dion. LIV. p. 533. D. *Καὶ μετὰ ταῦτα ἐς τὴν Γαλατίαν ὥρμησε, πρόφασιν τοὺς πολέμους τοὺς κατ' ἐκεῖνο κινηθέντας λαβών. Ἐπειδὴ γὰρ ἐπαχθὴς πολλοῖς ἐκ τῆς ἐν τῇ πόλει χρόνιος διατρίψεως ἐγεγόνει, καὶ συχνοὺς μὲν ἔξω τι τῶν τεταγμένων πράττοντας δικαιῶν ἐλύπει, συχνῶν δὲ καὶ φειδόμενος, τὰ νενομοθετημένα ὑφ' ἑαυτοῦ παραβαίνειν ἠναγκάζετο: ἐκδημῆσαι τρόπον τινὰ κατὰ τὸν Σόλωνα ἔγνω.* *His conſtitutis in Galliam profectus eſt, obtendens cauſam hujus profectionis bella illic mota. Quum enim diuturna ejus in Urbe commoratio moleſta multis eſſet, ac multos, qui contra leges deliquiſſent, plectens offenderet, multis parcens, cogeretur ſuas ipſe leges prævaricari: peregre abire, Solonis exemplo ſtatuit.*

9. ABSENTIA AUCTORITATEM.... Nam qui aſſidue offert, & præſtat uſum ſui, accipere videtur potius beneficium, quam dare, ut qui e longinquo evocantur. Ideo poſt exceſſum Auguſti, nihil prius Tiberio, quam ut vocatus ad imperium videretur. V. *Boxhornium.*

10. Au-

ſe[10], exemplo M. Agrippæ, qui M. Marcello ad munera publica admoto, Mitylenas[11] abierit: ne aut obſtare, aut obtrectare præſens videretur. Quam cauſam & ipſe, ſed poſtea reddidit[12]. Tunc autem honorum ſatietatem, ac requiem laborum
4 prætendens, commeatum[13] petiit. Neque aut matri ſuppliciter precanti, aut vi-
5 trico, deſeri ſe etiam in ſenatu conquerenti, veniam dedit[14]. Quin & pertinacius retinentibus, cibo per quatriduum abſtinuit[15]. Facta tandem abeundi poteſtate, relictis Romæ uxore[16] & filio[17] confeſtim Oſtiam[18] deſcendit: ne verbo quidem cuiquam proſequentium reddito[19], paucoſque admodum in digreſſu oſculatus[20].

10. AUGUSTI LIBERIS.... CESSISSE. Paterc. II. 99. 2. *Cum C. Cæſar ſumſiſſet jam virilem togam, Lucius item maturus eſſet viris, ne fulgor ſuus orientium juvenum obſtaret initiis, diſſimulata cauſa conſilii, commeatum ab ſocero atque eodem vitrico, acquieſcendi a continuatione laborum petiit.*

11. MITYLENAS deſcripſi ſupr. Cæſ. 2. 2. §. 18.

12. CAUSAM HANC REDDIDIT infr. 11. 10.

13. COMMEATUM i. abeundi poteſtatem. Donat. Hec. I. 2. 100. *Commeare eſt abeſſe inde, ubi te eſſe oporteat. Ergo hoc dicto oſtendit, quam rare ad urbem veniat ſenex. Quippe commeatus eſt ex aliqua commoratione temporalis abſceſſus.* Noſt. Claud. 16. 7. Sine permiſſu vero Urbe abeſſe non poterat magiſtratus Romanus. V. & infr. 31. 2. Cal. 29. 5.

14. VENIAM DEDIT i. obſecutus eſt, conceſſit, quod rogarunt, fecit. Phædr. I. 23. 5.

—— faceres ſi cauſa mea,
Gratum eſſet, & dediſſem veniam ſupplici.

* Terent. Andr. V. 3. 30.

Æquum poſtulat: da veniam.

Ubi Donatus: *Concede, indulge.*

15. CIBO ABSTINEBANT & fame ſe necabant, qui ex malo, quo premebantur, ſe expedire non poterant. Cenſor. de D. N. c. 15. *Dionyſius Heracleotes, ut vita abiret, cibo abſtinuit.* Curt. X. 5. 24. *Ad ultimum dolori ſuccumbit, obvolutoque capite accidentes genibus ſuis neptem nepotemque averſata, cibo pariter abſtinuit & luce. Quinto, poſtquam mori ſtatuerat, die exſtincta eſt.* Noſt. *Tib.* 53. 4. V. ſupr. *Aug.* 53. 8. §. 25.

16. UXORE Julia.

17. FILIO Druſo.

18. OSTIAM condidit Ancus Martius. Dionyſ. A. R. III. p. 183. Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ τοῦ ποταμοῦ καὶ τῆς θαλάττης ἀγκῶνι πόλιν ὁ βασιλεὺς ἐντειχίσας, ἣν ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος Ὠστίαν ὀνόμασεν, ὡς δ' ἂν ἡμεῖς εἴποιμεν, Θύραν, οὐ μόνον ἠπειρωτῶν ἀλλὰ καὶ θαλαττίων παρεσκεύασε τὴν Ῥώμην γενέσθαι, καὶ τῶν διαποντίων ἀγαθῶν ἐγγεύειν. *In eo autem ſpatio, quod eſt inter fluvium & mare, & curvatur in cubiti ſpeciem, rex urbem condidit, quam ex re ipſa Oſtiam appellavit, & nos diceremus Θύραν, effecitque ut Roma non ſolum bonis in continenti quæ naſcuntur, ſed etiam maritimis frueretur, quin etiam tranſmarina guſtaret.* V. & *Strab.* IV. *p.* 160. *Flor.* I. 4. 2. *Liv.* I. 33. *Plin.* III. 5.

19. NE VERBO.... REDDITO, ne illis videretur commendare ſui deſiderium, aut movere factionem, per quam invito Auguſto revocaretur.

20. OSCULO peregre abituri ſuis vale dicere ſolebant. Petron. c. 75. *Forſitan ignarus tempeſtatis filius, aut patrem reliquit aliquem, cui proficiſcens oſculum dedit.* Stat. Theb. XII. 707.

Jam nec conjugibus, ſuprema nec oſcula natis
Jungit.

Homer. Iliad. VI. 474.

Αὐτὰρ ὅγ' ὃν φίλον υἱὸν ἐπεὶ κύσε, πῆλέ τε χερσίν.
Sed hic ſuum dilectum filium ut oſculatus eſt, libravitque manibus.

Unde notatur Nero apud noſtr. *infr.* 37. 7. Plura *Kemp. de oſcul. diſſ.* 20. §. 2. *Wouwer. in Petronium. Lomei. Dier. Gen.* I. 10.

CAPUT XI.

ARG. *Rhodum enavigat, vita genus civile inſtituit, Juliam uxorem damnatam intelligit, illique patrem exorare, & Romam redire, ſed fruſtra conatur Tiberius Nero Cæſar.*

1 Ab Oſtia oram Campaniæ[1] legens, imbecillitate Auguſti nuntiata, paullum ſub-
2 ſtitit. Sed increbreſcente[2] rumore, quaſi ad occaſionem majoris ſpei[3] commoraretur, tantum non[4] adverſis tempeſtatibus Rhodum[5] enavigavit, amœnitate &

1. CAMPANIÆ. V. illam deſcriptam ſupr. Aug. 72. 5. n. 22.

2. INCREBRESCIT rumor, qui augetur, & quaſi crebrior fit. Plaut. Merc. V. 1. 9.

Nam ubi mores deteriores increbreſcunt indies.

Noſt. *Aug.* 11. 1.

3. MAJORIS SPEI i. imperii potiundi.

4. TANTUM NON i. propemodum, fere. Adverbium rei nondum peractæ Flor. III. 21. 22. *Veſtales amplexus aras tantum non eodem igne ſepelitur.* Noſt. infr. 52. 3: 66. 4. *Claud.* 38. 2. *Domit.* 15. 1.

5. RHODUM abiit Tiberius C. Antiſtio Vetere & D. La-

Digitized by Google

& ſalubritate inſulæ jam inde captus, cum ad eam ab Armenia rediens appuliſſet.
Heic modicis contentus ædibus, nec multo laxiore ſuburbano, genus vitæ civile ad- 3
modum inſtituit: ſine lictore [6] aut viatore [7] gymnaſia [8] interdum obambulans: mutua-
que cum Græculis [9] officia uſurpans, prope ex æquo. Forte quodam in diſponendo 4
die [10], mane prædixerat, quicquid ægrorum [11] in civitate eſſet, viſitare [12] ſe velle:
id a proximis aliter exceptum eſt: juſſique ſunt omnes ægri in publicam [13] porticum
deferri, ac per valetudinum genera [14] diſponi. Perculſus igitur inopinata re, diu 5
quid ageret incertus, tandem ſingulos circuit: excuſans [15] factum etiam tenuiſſimo [16]
cuique & ignoto. Unum hoc tantummodo, neque præterea quidquam notatum 6
eſt, in quo exercuiſſe jus tribunitiæ poteſtatis [17] viſus ſit. Cum circa ſcholas, & au- 7
ditoria

D. Lælio Balbo conſulibus, quos V. ſupr. 9. §. 26. Inſulam V. *ſupr. Cæſ.* 4. 1. §. 8.

6. SINE LICTORE.... quia imperii Romani vim & terrorem oſtendebant. Et ideo cum metu illo adempto, quaſi ad amicos agere volebant, hæc poteſtatis inſignia removebant magiſtratus. Tacit. Ann. 11. 53. 3. *Hinc ventum Athenas, fœderique ſociæ & vetuſtæ urbis datum, ut uno lictore uteretur.* Appian. B. C. v. p. 716. de M. Antonio. Ἐξῄει τε ἤδη ἐμφανῶς ἄνευ σημείων αὐτῷ σὺν δύο φίλοις, καὶ σὺν ἀκολούθοις δύο ἐς διδασκάλων διατριβὰς ἢ ἀκροάσεις. *Et procedens in publicum abſque inſignibus, comitatus duobus famulis, ut profeſſores, aut recitatores audiret.* Noſt. Cal. 3. 6. V. *Buleng. de imper.* III. 14. *Bud. in Pandect.* p. 255. *Borremanſ. V. L. c.* 16.

7. VIATORES quinam, dixi ſupr. 2. 7. §. 33.

8. GYMNASIA quæ fuerint Rhodi, & qui ſtudiorum cauſa illuc conceſſerint Romani, dixi ad *Cæſ.* 4. 1. §. 8.

9. GRÆCULIS i. Philoſophis, ſophiſtis. *Græca* natio apud pleraſque nationes vanitatis & levitatis infamis erat. Juven. x. 174.

—— *& quidquid Græcia mendax*
Audet in hiſtoria.

Græculus ineptum hominem, & vanitatum aſſeclam notat. Spart. Adrian. c. 1. *Imbutuſque impenſius Græcis ſtudiis, ingenio ejus ſic ad ea declinante, ut a nonnullis Græculus diceretur.* Unde contemptus imminuti nominis. Juven. III. 78.

Græculus eſuriens in cælum, juſſeris, ibit.

V. plura apud *Barth. Adv.* XI. 19.

10. DISPONERE DIEM eſt ordinare, quid ſingulis diei horis agere velis. Et ita Senec. ad Polyb. c. 25. *Non licet tibi tuo arbitrio diem diſponere. Operum vices diſponere* Tib. 1. 10. 64.

Atque operum varias diſpoſuiſſe vices.

11. ÆGROS viſitare non abhorret a comitate Tiberii. Simile quid de illo narrat Paterc. II. 114. 1. *Per omne belli Germanici Pannonicique tempus nemo e nobis, graduumve noſtrum aut præcedentibus, aut ſequentibus imbecillus fuit, cujus ſalus aut valetudo non ſuſtentaretur Cæſaris cura.* *Ægrorum* curam ſuſcepit in ſe etiam Germanicus apud Tacit. Ann. 1. 71. 3. *Utque cladis memoriam etiam comitate leniret, circumire ſaucios, facta ſingulorum extollere, vulnera intuens, alium ſpe, alium gloria, cunctos alloquio & cura, ſibique & prælio firmabat.* Suſcepit Trajanus. Xiphil. ex Dion. LVIII. p. 772. E. & ex illo Suidas. Τραϊανὸς ὁ βασιλεὺς τοὺς ἐν πολέμῳ τετρωμένους ἐθεράπευεν· ἐπιλειπόντων δὲ σφᾶς τῶν ἐπιδέσμων, οὐδὲ τῆς ἑαυτοῦ ἐσθῆτος ἐφείσατο, ἀλλ' εἰς τὰ λαμπάδια αὐτὴν κατέτεμε πᾶσαν. *Trajanus princeps milites in prælio vulneratos curabat: cum autem faſciæ & volumina deficerent, nec ſuæ quidem veſti pepercit, ſed eam totam in ligamenta & fomenta diſcidit.* V. tamen, ſi lubet, de hujus loci lectione diſputantes *Schel. in Hygin.* 1. 32. *Lipſ. in Plin. Paneg.* 13. 3. *Fab. Epiſt. Crit.* 1. 7. *Grævium ad h. l.*

12. VISITARE intellexerint proximi, ſed *vitare*, quod exhibet codex *Salmaſianus*, ſe velle omnem ægrorum contactum dixerit Tiberius. Affinitas enim vocis, ut hoc ſic acciperent, illos inducere potuit.

13. IN PUBLICO quare diſpoſuerint veteres ægros, docet Plutarch. lib. an recte dictum ſit, latenter eſſe vivendum, p. 1128. D. Οἱ δὲ σφόδρα παλαιοὶ καὶ τοὺς νοσοῦντας φανερῶς προετίθεσαν· τούτων δ' ἕκαστος εἴ τι πρόσφορον ἔχοι παθὼν αὐτὸς, ἢ παθόντα θεραπεύσας, ἔφραζε τῷ δεομένῳ· *At vero priſci ægrotos ſuos in publica proponebant, ut prætereuntium quivis, ſi quid vel ipſe eodem morbo conflictatus, vel ſimiliter laboranti opitulatus eſſet, id ægrotanti ſignificaret.* Babyloniorum hunc fuiſſe morem dicit Herod. 1. p. 91. & addit fas non fuiſſe cuiquam ægrotantes præterire ſilentio, nec antequam exploraverit, quonam ille morbo laboret. Σιγῇ δὲ παρεξελθεῖν τὸν κάμνοντα οὔ σφι ἔξεστι, πρὶν ἂν ἐπείρηται, ἥντινα νοῦσον ἔχει. V. & Tomaſin. de donar. c. 35.

14. PER VALETUDINUM GENERA v. g. podagrici uno loco ſimul collocabantur, febricitantes in alio, phthiſici in alio.... *Beroaldus.*

15. EXCUSANS, quaſi non ſua, ſed ſua verba perperam interpretantium culpa factum. *Beroaldus.*

16. TENUISSIMO i. infimæ conditionis. V. Cæſ. 46. 3. §. 10.

17. TRIBUNORUM POTESTAS extra Urbem ex ipſa inſtitutione nulla erat. Dionyſ. A. R. VIII. p. 554. Οὐδενὸς γάρ εἰσι τῶν ἔξω τῆς πόλεως οἱ τὴν δημαρχικὴν ἔχοντες ἐξουσίαν κύριοι· περιγέγραπται αὐτῶν τὸ κράτος τοῖς τείχεσι.... τοῦτο διαμένει μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων τὸ ἔθος, τὸ μηδενὸς εἶναι τῶν ἔξω τῆς πόλεως τοὺς δημάρχους κυρίους. *Tribuni enim in ea, quæ ſunt extra Urbem,*

ditoria profeſſorum aſſiduus eſſet, moto inter antiſophiſtas [18] graviore jurgio, non
defuit, qui eum intervenientem & quaſi ſtudioſiorem partis alterius convicio inceſ-
8 ſeret. Senſim itaque regreſſus domum, repente cum apparitoribus prodiit: cita-
9 tumque [19] pro tribunali voce præconis conviciatorem rapi juſſit in carcerem. Com-
perit deinde Juliam uxorem ob libidines atque adulteria [20] damnatam [21], repudium-
que [22] ei ſuo nomine, ex auctoritate Auguſti [23], remiſſum [24]: & quamquam lætus
nuntio, tamen officii duxit [25], quantum in ſe eſſet, exorare filiæ patrem frequenti-
bus literis, & vel utcunque meritæ [26] quicquid unquam dono [27] dediſſet, concede-
10 re [28]. Tranſacto autem tribunitiæ poteſtatis [29] tempore, confeſſus tandem, nihil
aliud ſeceſſu devitaſſe ſe, quam æmulationis [30] cum Cajo Lucioque ſuſpicionem, pe-
tiit, ut ſibi ſecuro jam ab hac parte, corroboratis [31] his, & ſecundum locum [32] fa-
cile tutantibus [33], permitteretur reviſere neceſſitudines [34], quarum deſiderio tenere-
11 tur. Sed neque impetravit: ultroque [35] etiam admonitus eſt, dimitteret omnem
curam ſuorum, quos tam cupide reliquiſſet.

nullam habent poteſtatem: nam illorum poteſtas mænibus eſt circumſcripta.... hic mos ad noſtram uſque ætatem permanet, ut tribunis extra mœnia nulla ſit poteſtas.

18. ANTISOPHISTAS i. inter ſe decertantes *ſophiſtas.* De *ſophiſtis*, & quomodo a *philoſophis* differant, in *ſophiſta* bene multa *Plato.* Noſt. *Gramm.* 9. 4.

19. CITABANTUR *pro tribunali voce præconis* rei. Mart. v. 5. 3.

Qui nec leno potes, nec comeſſator haberi,
Nec pavidos triſti voce citare reos.

Quæ pluribus docent *Revard. Protrib. c.* 2. *Guther. de Offic. dom. Aug.* III. 17. *Briſſon. de Form.* v. *p.* 470. *Savar. in Sidon. Epiſt.* I. 7.

20. LIBIDINES ET ADULTERIA Juliæ denarrant Dio & Paterculus *ſupr. Aug.* 65. 1. §. 6.

* 21. DAMNATAM, cum *ageret annum triceſimum & octavum.* Macrob. Sat. II. 5. Quo vero anno ab U. C. V. *Noriſ. Cenot. Piſan. Diſſert.* II. 8.

22. REPUDIUM i. libellum, quo *repudii* cauſæ continebantur. Hic etiam mittebatur abſentibus. Iſidor. x. 8. *Repudium eſt, quod ſub teſtimonium teſtium vel præſenti, vel abſenti mittitur.* Noſt. Cal. 36. 6. V. etiam *Fabr. Semeſt.* II. 23. *Demſter. A. R.* v. 38.

23. EX AUCTORITATE AUGUSTI, tanquam id non tam jure legitimo, quam ex vi imperii & principatus ab Auguſto, legibus ſcilicet ſoluto, factum eſſet. *Faber.* l. l.

* 24. REMITTI & *mitti* dicebatur hic libellus. Terent. Phor. v. 7. 35.

Quum ego repudium alteri remiſerim.

Cajus Digeſt. XLVIII. 5. 43. *Si ex lege repudium miſſum non ſit.* Noſt. Cal. 36. 3.

* 25. OFFICII DUXIT i. putavit ſuum eſſe *officium.*

26. UTCUNQUE MERITÆ. Et ita Tacit. Ann. III. 17. 1. *Etiam ipſius, quoquo modo meriti, gravem caſum miſeratus.*

27. DONATIONES quidem inter virum & uxorem prohibitæ. Verum hoc civiliter intelligendum. Et de his, quæ ſoluto uxoris culpa matrimonio per virum repeti, atque auferri poterant, Suetonium loqui putat *Torrentius.*

28. CONCEDERE. Aſt *peculio conceſſo a patre, præbitiſque annuis fraudavit* princeps factus *infr.* 50. 2.

* 29. TRIBUNITIÆ POTESTATIS in quinquennium conceſſæ. V. ſupr. 9. 5.

30. ÆMULI ſunt competitores, qui eundem petunt honorem. V. Curt. x. 7. 2. §. 8.

31. CORROBORARI dicuntur juvenes, qui pubertatis annos egreſſi incipiunt eſſe viri. Cicer. Fam. XIII. 10. *Cum primum M. Terentius ad forum venit, ad amicitiam ſe meam contulit. Deinde ut ſe corroboravit, duæ cauſæ acceſſerunt, quæ meam in illum benevolentiam augerent.*

32. SECUNDUM LOCUM dignitatis ab Auguſto.

33. TUTANTIBUS i. tuentibus, defendentibus. Terent. Hec. prol. 2. 35.

Ego interea meum non potui tutari locum.

* 34. NECESSITUDINES i. *neceſſitudine* junctos. V. Cæſ. 27. 1. §. 1.

35. ULTRO i. quod magis eſt, inſuper. Serv. Virg. Æn. II. 145. *Ultro autem non eſt ſponte (nam jam rogaverat) ſed inſuper. Et venit ab eo, quod eſt ultra: quia plus, quam rogaverat, præſtiterunt.*

CAPUT XII.

ARG. *Contra voluntatem Rhodi remanet mediterraneis agris abditus, privignum Cajum ſibi alieniorem ſentit; mandata dediſſe ambigua, ad res novas animos tentantia in ſuſpicionem venit, & cuſtodem dictis & factis efflagitat Tiberius Nero Cæſar.*

Remanſit

Digitized by Google

Remanſit [1] ergo Rhodi contra voluntatem [2]: vix per matrem conſecutus, ut ad 1
velandam ignominiam, quaſi legatus [3] ab [4] Auguſto abeſſet. Enim vero tunc 2
non privatum modo, ſed etiam obnoxium [5] & trepidum egit [6], mediterraneis agris
abditus, vitanſque prætemavigantium officia, quibus frequentabatur aſſidue: nemine
cum imperio [7], aut magiſtratu [8] tendente quoquam, quin diverteret Rhodum [9].
Et acceſſerunt majoris ſolicitudinis cauſæ. Namque privignum [10] Cajum, orienti 3
præpoſitum [11], cum viſendi gratia trajeciſſet Samum [12], alieniorem [13] ſibi ſenſit ex
criminationibus [14] M. Lollii [15] comitis & rectoris [16] ejus. Venit etiam in ſuſpicio- 4
nem

REMANSIT ſeptem annos. Paterc. §. 9. Noſt. 14. 1.

2. CONTRA VOLUNTATEM. Unde noſt. infr. 59. 3.

Omnia ſi quaeras, & Rhodos exſilium eſt.

Et ipſe *exſul* appellabatur. Tacit. infr. §. 6. Noſt. 13. 1.

3. LEGATUS *legatione* n. libera, qua florens adhuc Roma a ſenatu donabantur, qui etiam ſuarum, non publicarum rerum cauſa abiiſſent, quo majore cum dignitate abeſſent. Cicero *ſupr.* 4. 5. §. 23. Brutus apud eundem Fam. x. 1. *Cum in his anguſtiis verſarer, placitum eſt mihi, ut poſtularem legationem liberam mihi reliquiſque noſtris, ut aliqua cauſa proficiſcendi honeſta quæreretur.* De legationis hujus tempore Cicer. Attic. xv. 11. *Habent opinor liberæ legationes definitum tempus lege Julia, nec facile addi poteſt ad id, quod ad deos, genus legationis, ut, cum velis, introire, exire, liceat: quod nunc mihi additum eſt. Bella eſt autem hujus juris quinquennii licentia. Quamquam quid de quinquennio cogitem, contrahi mihi negotium videtur.* Noſt. *infr.* 31. 2. V. quoque *Pollet. For. Rom.* III. 10. *Paſchal. de legat.* c. 13. *Sagit. Ot. Jenenſ. diſſ.* 17. *Bud. in Pandect. p.* 272. *Tiraq. in Alex.* VI. 3.

* 3. AB abeſt a MSS, ut ad codicem ſuum notavit *Salmaſius.* Et recte. Ita enim & Cato in oratione, quam ſcripſit de ſuis virtutibus contra Thermum apud Feſtum in Oratores. *M. Fulvio conſuli legatus ſum in Ætoliam.* Præpoſitionis omiſſæ exempla alia, ſi deſideras, invenies *ſupr.* Aug. 1. 2. §. 7.

5. OBNOXIUS I. ſolicitus. V. ſupr. Cæſ. 45. 3. 19.

6. PRIVATUM EGIT I. *privatus* fuit etiam *infr.* 26. 1. Ita *exſulem egit Rhodi* apud *Tacit. Ann.* 1. 4. 4. *Non principem, ſed miniſtrum* Claudius apud noſt. 29. 1.

7. CUM IMPERIO I. cum poteſtate belli gerendi, & exercitus habendi. V ſupr. Cæſ. 54. 1. §. 2.

8. CUM MAGISTRATU I. cum poteſtate jus dicendi. Quod noſter eſſe *in magiſtratibus* dicit *ſupr. Cæſ.* 54. 1.

9. QUIN DIVERTERET RHODUM. Paterc. II. 99. 3. *Ita ſeptem annos Rhodi moratum, ut omnes, qui proconſules, legatique, in tranſmarinas profecti provincias, viſendi ejus gratia ad eum convenientes, ſemper privato (ſi illa majeſtas privata unquam fuit) faſces ſuos ſummiſerint, faſſique ſint otium ejus honoratius imperio ſuo.*

10. PRIVIGNUM, filium Agrippæ, & Juliæ, quæ poſt prioris mariti obitum Tiberio nupſit.

11. ORIENTI PRÆPOSITUM. Zonar. Ann. II. p. 167. Τῶν Ἀρμενίων δὲ νεωτερισάντων, καὶ τῶν Πάρθων αὐτοῖς συνεργούντων, ἀλγῶν ἐπὶ τούτοις ὁ Αὔγουστος, ἠπόρει τί ἂν πράξῃ.... Ἀνάγκης δ' ἐπικειμένης τὸν Γάϊον εἵλετο, καὶ τήν τε ἐξουσίαν αὐτῷ τὴν ἀνθύπατον καὶ γυναῖκα ἔδωκεν, ἵνα κἀκ τούτου τι προσλάβῃ ἀξίωμα, καὶ οἱ συμβούλους προσέταξε. *Cum Armenii defeciſſent, & a Parthis juvarentur, ea re dolens Auguſtus, quid ageret, ambigebat.... Verum urgente neceſſitate Cajum delegit, poteſtatem conſularem & uxorem illi dedit, ut ea re dignitas illi adderetur, & conſiliarios illi adjunxit.*

12. SAMUM noſter dicit, cum tamen *Chium* trajeciſſe Tiberium dicant Dio & Zonaras §. 13.

13. ALIENIOREM ſibi ſenſit, quamvis illum ſtudioſe coluerit, ἐθεράπευσε. Dio LV. p. 555. D. Τῷ δὲ Γαΐῳ σταλέντι ἐς τὸν πρὸς Ἀρμενίους πόλεμον, ὁ Τιβέριος ἐς Χίον ἐλθὼν, αὐτὸν ἐθεράπευσεν: ἐταπείνου τε γὰρ ἑαυτὸν, καὶ ὑπέπιπτεν οὐχ ὅτι τῷ Γαΐῳ, ἀλλὰ καὶ τοῖς μετ' αὐτοῦ οὖσι. *Cajo autem ad bellum Armeniacum miſſo, Tiberius in Chium profectus, ſtudioſe eum coluit: humilem namque ſe gerens, non tantum Cajo, ſed & qui circa illum erant, ſummiſit.* Zonaras. Καὶ ὁ Τιβέριος δ' ἐς Χίον ἐλθὼν, αὐτὸν ἐθεράπευσε, τὰς ὑποψίας ἀποτριβόμενος, ὑποπίπτων τε διὰ τοῦτο καὶ ταπεινούμενος. *Tiberius etiam Chium trajecit, & adoleſcentem coluit, purgando ſuſpiciones, & ſummiſſe, humiliterque ſe gerendo.* Aliter Paterc. II. 101. 1. *Breve ad hoc interceſſerat ſpatium, cum C. Cæſar ante aliis provinciis ad ſedandum obitis, in Syriam miſſus, convento prius Tib. Nerone, cui omnem honorem, ut ſuperiori, habuit.* Sed Tiberio palpum obtrudit *Paterculus.*

* 14. CRIMINATIONIBUS I. accuſationibus. V. Aug. 71. 1. §. 1. *Criminatus* eſt Tiberium Lollius, quia, ut docet Noriſ. Cenot. Piſan. II. 14: IV. 10. juvenem Cæſarem uni ſibi ut rectori in omnibus addictum eſſe voluit, ne vitricum in conſiliorum ſocietatem per literas ſaltem adſciſceret: utque unus ipſe ſumma Caji poteſtate in univerſo oriente pro arbitrio abuti poſſet.

15. M. LOLLII, quem deſcribit Plin. IX. 35. *Hic eſt rapinarum exitus: hoc fuit, quare M. Lollius infamatus regum muneribus in toto oriente, interdicta amicitia a Cajo Cæſare Auguſti filio venenum biberet.* Eadem *Solin.* c. 53. Unde Paterc. II. 102. 1. *Quo*

nem per quoſdam beneficii ſui centuriones [17], a commeatu [18] caſtra repetentes, mandata ad complures dediſſe ambigua [19], & quæ tentare ſingulorum animos ad novas res viderentur. De qua ſuſpicione certior ab Auguſto factus, non ceſſavit efflagitare aliquem cujuſlibet ordinis cuſtodem factis atque dictis [20] ſuis.

tempore M. Lollii, quem veluti moderatorem juventæ filii ſui Auguſtus eſſe voluerat, perfida & plena ſubdoli ac verſuti animi conſilia, per Parthum indicata, Cæſari fama vulgavit: cujus mors intra paucos dies fortuita, an voluntaria fuerit, ignoro.

* 16. COMITES ET RECTORES nobilium puerorum V. Curt. III. 6. 1. 3.

17. BENEFICII SUI CENTURIONES i. illos, quos ſuo *beneficio* ad illum militiæ ordinem promoverat. *Beneficia* enim in re militari ſunt provectiones ad altiorem gradum. Val. Max. IV. 7. 5. *Admodum humili loco natus ad equeſtrem ordinem, & ſplendida militia ſtipendia P. Cœlii beneficio pervenerat.* Unde tales *beneficiarii* dicebantur. Cæſ. B. C. I. 75. 2. *Petrejus cum familia, & prætoria cohorte cetratorum, barbariſque equitibus paucis, beneficiariis ſuis.* Et deſcribuntur Veget. II. 7. *Beneficiarii ab eo appellati, quod promoventur beneficio tribunorum.* Quamvis & aliorum fuerint magiſtratuum. Liv. IX. 30. *Ut tribuni militum ſeni deni in quatuor legiones a populo crearentur, quæ antea perquam paucis, dictatorum & conſulum ferme fuerant beneficia.* Hæc ſtante Republica a rectoribus provinciarum conceſſa non aliter rata erant, quam ſi iidem rectores Romam reverſi, triginta diebus poſt rationes relatas illa ad ærarium retuliſſent. Cicer. pro Arch. c. 5. *Adiit hereditates civium Romanorum, & in beneficiis ad ærarium relatus eſt.* V. etiam *Buleng. de imper.* III. 80. *Guther. de offic. dom. Aug.* I. 37. *Lipſ. in Tacit. Hiſt. p.* 34. *Fabr. Semeſt.* I. 17.

18. A COMMEATU non ſatis proprie dixiſſe Suetonium dicit *Torrentius* pro *ad commeatus diem. Commeatus* (citat Feſtum Torrentius) *tempus illud ſignificat, quo quis ire & redire poſſit.* Quod ſpatium excedens miles emanſoris, aut deſertoris loco eſt habendus. Ad diem enim *commeatus* adeſſe debet. Modeſtin. Digeſt. XLIX. 16. 3. §. 7. *Si ad diem commeatus quis non veniat: perinde in eum ſtatuendum eſt, acſi emanſiſſet, vel deſeruiſſet.* Paull. ibid. n. 14. *Qui commeatus ſpatium exceſſit, emanſoris, vel deſertoris loco habendus eſt.*

19. AMBIGUA i. quæ ſiniſtre quis interpretari poſſit. Tacit. Hiſt. II. 53. 1. *Licinius Cæcina Marcellum Eprium, ut ambigua diſſerentem invaſit.*

20. CUSTODEM FACTIS ATQUE DICTIS i. qui ſingula ejus facta, dictaque obſervaret. Ita olim Philippus rex Macedonum filio Demetrio cuſtodem appoſuit, qui illum obſervaret. *Beroaldus.*

CAPUT XIII.

ARG. *Contemptus & inviſus biennio fere Rhodi hæret, & tandem precibus reditum in Urbem expoſtulat, impetratque Tiberius Nero Cæſar.*

1 Equi quoque, & armorum ſolitas exercitationes omiſit: redegitque ſe, depoſito patrio habitu [1], ad pallium [2] & crepidas [3]: atque in tali ſtatu biennio fere permanſit, contemptior in dies, & inviſior: adeo ut imagines ejus, & ſtatuas Nemauſenſes [4] ſubverterint: ac familiari quodam convivio mentione ejus orta extiterit, qui Cajo

PATRIO HABITU i. toga & calceis. V. *ſupr. Cæſ.* 9. 5. §. 22.

2. PALLIUM commune gentium fuiſſe geſtamen, dixi *ſupr. Cæſ.* 48. 1. §. 4. Illud ſumpſit Tiberius Rhodi exſulem agens, ad humilitatem omni ſtudio ſe componens, & ſpem, cogitationemque de reditu penitus ponens. Ita P. Scipio proconſul, cum in Sicilia eſſet, luxuriabundus. Liv. XXIX. 19. *Ipſius etiam imperatoris, non Romanus modo, ſed ne militaris quidem cultus jactabatur: cum pallio, crepidiſque inambulare in gymnaſio.* De uſu *pallii* apud Romanos ante Auguſtum contra Baronium diſputat *Caſaub. Exerc.* 9. 2.

3. CREPIDÆ pallii, ut calcei togæ, fuerunt propriæ. *Crepidas* Græcorum fuiſſe oſtendit Perſ. I. 127.

Non his qui in crepidis Grajorum ludere geſtit.

Tertull. de pall. c. 4. *Crepidæ cretatæ Græcatim Æſculapio adulantur.* Et has, relicturus Romanum habitum, Tiberius ſibi ſumpſit, ut & Scipio proconſul §. 2. V. *Balduin. de calc. c.* 14. Illas deſcribit Gell. XIII. 21. *Omnia fermo id genus, quibus plantarum calces tantum infima teguntur, cætera prope nuda, & teretibus habenis vincta ſunt, ſoleas dixerunt: nonnunquam voce Græca crepidulas. Ejus calceamenti ſutores crepidarios dixerunt.* In *crepidis* proceſſit Cajus infr. 52. 2. & ea de re *crepidatus* dicitur Domitianus noſt. 4. 11.

4. NEMAUSUS urbs Galliæ Narbonenſis. Strab. IV. p. 129. *Μητρόπολις δὲ τῶν Ἀρηκομισκῶν ἐστὶ Νέμαυσος, κατὰ μὲν τὸν ἀλλότριον ὄχλον, καὶ τὸν ἐμπορικὸν πολὺ Ναρβῶνος λειπομένη, κατὰ δὲ τὸν πολιτικὸν ὑπερβάλλουσα.... Ἵδρυται δ' ἡ πόλις κατὰ τὴν ὁδὸν τὴν ἐκ τῆς Ἰβηρίας εἰς τὴν Ἰταλίαν. Caput Aremicorum eſt Nemauſus*

Digitized by Google

Cajo polliceretur, *confeſtim ſe, ſi juberet, Rhodum navigaturum, caputque exſulis* (ſic e-
nim appellabatur) *relaturum*. Quo præcipue non jam metu, ſed diſcrimine, coa- 2
ctus eſt tam ſuis quam matris impenſiſſimis [5] precibus reditum expoſtulare: impetra-
vitque, adjutus aliquantum etiam caſu. Deſtinatum Auguſto erat, nihil ſuper ea 3
re, niſi ex voluntate majoris [6] filii, ſtatuere. Is forte tunc M. Lollio offenſior [7], 4
facilis exorabiliſque [8] in vitricum [9] fuit. Permittente ergo Cajo revocatus eſt: ve- 5
rum ſub conditione, ne quam partem curamve Reipublicæ attingeret.

mauſus, longe inferior Narbone, ſi peregrinam & negotiantium turbam conſideres, ſi rempublicam ſpectes multo præſtantior. Sita eſt urbs in via, qua ex Hiſpania in Italiam ducit. Creditur eſſe, quæ nunc vulgo Gallis vocatur *Niſmes*, ut narrant *Pinedo in Stephanum* & *Merul. Coſmogr.* II. 3. 37. Hujus incolis, ex quo comatæ Galliæ præfuerat, Tiberium inviſum fuiſſe ſuſpicatur *Torrentius*. * Qui nihil abſurdius notare potuit. Quid enim ineptius ex comata Gallia cogitare de *Nemauſo*? Et ſi illi tam vicini id feciſſent, quæſo non ultus fuiſſet mox iſte Cæſar, qui nihil inultum reliquit? Statuo igitur id factum fuiſſe in adulationem Caji tunc agentis circa Armeniam, atque ideo propinqui, ubi etiam antea fuerat Tiberius, ideoque per ſtatuas & imagines illic cultus. Ita prorſus ex ſcripta lectione exiſtunt Reſainenſes, vel Reſænenſes in Meſopotamia, quorum ita copioſos & varios nummos hoc ſeculo antiquarii publicaverunt. *Gronov. ad hunc locum.*

5. IMPENSISSIMIS i. ardentibus, ſummis. *Impenſum* pro magno. Metaphora ſumpta a ponderibus, in quibus quod majus, aut gravius eſt, *impendet*: vel ab *impenſa*, & eo quod *impenditur*. Hoc eſt τὸ ἀνάλωμα. Inde & *impendio* adverbium pro magnopere, a nomine *impendium*, quod eſt ἀνάλωμα. Hinc *impenſa* opera, *impenſum* ſtudium pro magno, & quod multum, ac largiter *impenditur*. V. *Salmaſ. Exercit. Plin. p.* 709. *a. A.* & *Cruq. in Horat. Sat.* II. 3. 245.

6. MAJORIS, C. Cæſaris, ex Julia filia nepotis, quem cum fratre Lucio adoptaverat *ſupr. Aug.* 64. 2. §. 3.

* 7. OFFENSIOR i. iratior. V. Cal. 19. 4.....Cajus Lollio fuit *offenſus* ejus fraudibus ſibi a Phraate indicatis. Paterc. II. 102. 1. *Quo tempore M. Lollii perfida & plena ſubdoli ac verſuti animi conſilia per Parthum indicata Cæſari fama vulgavit.* Avariſſimi enim hominis rapinas toto oriente actas, corradendis enim pecuniis animam intendit, imo cupiditatem extendit in gazas regum Aſiæ, qui, quo Caji gratiam ſibi conciliarent, ingentem auri vim, gemmas magni pretii.... illi donarunt, Phraates inter ſecreta colloquia Cajo omnium primus indicavit. Hinc Plin. IX. 35. *M. Lollius infamatus regum muneribus in toto oriente interdicta amicitia a Cajo....* V. *Noriſ. Cenot. Piſan.* II. 14.

* 8. FACILIS ET EXORABILIS, quia etiam falſas Lollii de Tiberio eſt delationes arbitratus.

9. VITRICUM, matris maritum, Tiberium.

CAPUT XIV.

ARG. *Magna, & certa futurorum ſpe, pluribus oſtentis, & prædictionibus firmata, Romam tandem redit Tiberius Nero Cæſar.*

Rediit octavo poſt ſeceſſium anno [1], magna, nec incerta ſpe futurorum, quam & 1
oſtentis [2], & prædictionibus [3], ab initio ætatis conceperat. Prægnans enim 2
Livia, cum an marem editura eſſet, variis captaret ominibus [4]: ovum incubanti [5]
gallinæ ſubductum, nunc ſua, nunc miniſtrarum manu per vices uſque eo fovit,
quoad pullus inſigniter criſtatus [6] excluſus [7] eſt. Ac de infante Scribonius [8] mathe- 3
maticus

OCTAVO ANNO. P. Vinicio conſule. Paterc. II. 103. 1. *Quippe ante utriuſque horum obitum, patre tuo P. Vinicio conſule, Tiberius Nero, reverſus Rhodo, incredibili lætitia patriam repleverat.* Fuit Vinicius conſul cum P. Alfinio Varo anno ab U. C. 754. V. *Faſtos Capitolinos & Pigh. Ann.* III. *p.* 532.

2. OSTENTIS i. prodigiis, quæ illi denuntiaverunt aruſpices. V. tamen *ſupr. Cæſ.* 32. 1. §. 1.

3. PRÆDICTIONIBUS vatum.

4. CAPTARET OMINIBUS i. ex *ominibus*, quid futurum, exquireret.

5. OVUM INCUBANTI *gallinæ ſubductum*. Plin. X. 55. *Julia Auguſta prima ſua juventa Tiberio Nerone ex Cæſare gravida, cum parere virilem ſexum admodum cuperet, hoc uſa eſt puellari augurio, ovum in ſinu fovendo, atque cum deponendum haberet, nutrici per ſinum tradendo, ne intermitteretur tepor. Nec falſo augurata proditur.*

6. INSIGNITER CRISTATUS. *Criſtæ* enim *ſanguineæ & ſublimes* gallinaceorum notant generoſitatem. *Colum.* R. R. VIII. 2. V. *Beroaldum*.

7. EXCLUDI proprie dicuntur fœtus avium, quando

maticus præclara ſpopondit: *etiam regnaturum quandoque, ſed ſine regio inſigni* [9]: igno-
4 ta ſcilicet tunc adhuc Cæſarum poteſtate [10]. Et ingreſſo primam expeditionem, ac per Macedoniam [11] ducente exercitum in Syriam [12], accidit [13], ut apud Philippos [14] ſacratæ olim victricium [15] legionum aræ [16] ſponte ſubitis collucerent ignibus [17]: & mox cum Illyricum [18] petens, juxta Patavium [19] adiiſſet Geryonis [20] oraculum [21], ſorte [22] tracta, qua monebatur, ut de conſultationibus in Aponi [23] fontem [24] talos [25] aureos

do jam maturi rupto ovo in lucem prodeunt. Plin. x. 53. *Quædam gallinæ omnia gemina ova pariunt, & geminos interdum excludunt.* V. & *Beroaldum.*

8. SCRIBONIUS, forte Largus, qui medicus fuit. Nam matheſin cum medicina conjunxiſſe veteres patet exemplo Crinæ Maſſilienſis, de cujus arte geminata Plin. XXIX. 1. *Cum Crinas Maſſilienſis arte geminata, ut cautior, religioſiorque, ad ſiderum motus ex ephemeride mathematica cibos dando, horaſque obſervando, auctoritate eum præceſſit.*

9. REGIA INSIGNIA, ignis, diadema, purpura... reperta ſunt ſequenti ævo, & ad exemplum *regum.* Lictores, faſces laureati, & ſi quid præterea tunc receptum principi diſtinguendo. Tacit. Ann. 1. 7. 5. *Sed defuncto Auguſto ſignum prætoriis cohortibus, ut imperator dederat: excubiæ, arma, cetera aulæ.* Ubi hæc *Lipſius.* Et *non regno, neque dictatura, ſed principis nomine conſtituta* fuit tum temporis *reſpublica* Romana. *Tacit. Ann.* 1. 9. 5.

10. CÆSARUM POTESTAS jam noſci cœperat, & Octavius *nomen invidioſæ fortunæ Cæſaris* jam *adierat,* ut dixit *Paterc. ſupr. Aug.* 8. 6. §. 24. Sed perpetuam Cæſarum ſucceſſionem animo non percepit populus Romanus. Julium quoque publicis cervicibus jam depulſum exiſtimabat: & Octavii dimicationes eo tendere videbantur, non ut primus in Republica, ſed ut nemini ſecundus eſſet. Et hoc ſenſu *Cæſarum poteſtatem* tunc adhuc ignotam fuiſſe putat *Schildius.*

11. MACEDONIAM deſcripſi Cæſ. 35. 1. 1. & ad Curt. III. 1. 24. §. 126.

12. SYRIAM deſcripſi ad Curt. III. 8. 13. §. 31.

13. ACCIDIT hoc M. Apulejo, P. Silio conſulibus, ſive an. ab U. C. 733.

14. PHILIPPOS V. ſupr. Aug. 96. 2. §. 6.

15. VICTRICIUM i. quæ Brutum & Caſſium Auguſto & Antonio ducibus in illis campis *vicerunt.* V. *ſupr. Aug.* 13.

16. ARAS has poſuit Antonius. *Dio* §. 17.

17. COLLUCERENT IGNIBUS. Dio LIV. p. 526. E. Καὶ ἤδη γε καὶ περὶ τῆς μοναρχίας ἐνενόει, ἐπειδὴ πρὸς τοὺς Φιλίππους αὐτῷ προσελάσαντι, πῦρ ἐκ τῶν βωμῶν τῶν ὑπὸ τοῦ Ἀντωνίου ἐν τῷ ταφρεύματι ἱδρυθέντων αὐτόματον ἀνέλαμψε. *Ac jam de ſummo imperio cogitabat* Tiberius, *quod, quum ad Philippos accederet, ignis ex aris in caſtris olim ab Antonio poſitis effulſerat.* * Hoc magni alicujus venturi boni indicium habitum. Appian. Syr. p. 125. inter ſigna futuræ Seleuci potentiæ recenſet ἐν Μακεδονίᾳ τὴν ἑστίαν αὐτοῦ τὴν πατρῴαν, οὐδενὸς ἅψαντος, ἐκλάμψαι πῦρ μέγα, *in Macedonia paternum focum ingenti flamma incanduiſſe, accendente nemine.*

18. ILLYRICUM V. ſupr. Cæſ. 22. 2. §. 5.

19. PATAVIUM in Illyricis condidit Antenor. Virg. Æn. 1. 246.

Antenor potuit mediis elapſus Achivis
Illyricos penetrare ſinus, atque intima tutus
Regna Liburnorum, & fontem ſuperare Timavi.
Hic tamen ille urbem Patavi, ſedeſque locavit
Teucrorum.

Ælian. Hiſt. Anim. XIV. 8. Πόλις ἐστὶν ἐν τοῖς ὑπὸ τὴν ἑσπέραν χωρίοις Ἰταλικοῖς, καὶ ὄνομα αὐτῇ Πατάβιον, Ἀντήνορος ἔργον εἶναι λέγουσι τοῦ Τρωός. *In Italiæ occidentem verſus regionibus civitas eſt Patavium nomine, Antenoris Trojani dicunt eſſe opus.* Unde *Patavii conditorem Antenorem* dicit Senec. conſol. ad Helv. c. 7. De *Patavio* multa *Leand. Ital. p.* 737. *Merul. Gall. Ciſ.* 1. 11. *Cluver. Ital.* 1. 18. 8. *Schott. Itiner. Ital. p.* 313.

20. GERYONIS oraculum adhuc quærendum eſſe dicit *Beroaldus.* Conjectura vero quia agere licet in iis, quæ vetuſtas obſolevit, ſuſpicatur *Sabellicus,* id in ea terra ab Euganeis, qui ex Herculis comitatu fuere ab initio, conſtitutum: ut tale oraculi genus ſit illis ſervatum adverſus *Geryonem* pugnaturis: aut ab homine ejus gentis, aut *Geryone* ipſo olim inventum, quod poſtea ab extremis terris Herculis ſocii ex ea victoria reverſi in hanc uſque terram deportaverint. Poſſet adhuc ab loco, ut idem addit, dictum videri. Nam id quoque accidere potuiſſet, ut Euganei in his locis, quibus poſtea Aponum fuit, in perpetuum clariſſimæ victoriæ monumentum locum aliquem a ſe communitum *Geryonem* appellarint, cujus veſtigia vetuſtate interciderint. V. quoque *Cluver. Ital.* 1. 18. 17.

21. ORACULUM i. templum, in quo *oracula* redduntur. Ita *Hammonis oraculum, juxta quod gignitur arbor, quam metopion vocant* apud Plin. XII. 23. Curt. IV. 7. 6. *Adire Jovis Hammonis oraculum ſtatuit.* Noſt. *Tib.* 63. 3. *Veſp.* 5. 9. *Tit.* 5. 2. *Oracula* Cicer. Topic. c. 20. *ex eo ipſo appellata ſunt quod ineſt in his deorum oratio.* Unde Senec. Contr. 1. 1. *Quid enim eſt oraculum? nempe voluntas divina hominis ore enunciata.*

22. SORTE trahebantur oracula. Cicer. Divin. 1. 18. *Cujus generis oracula etiam habenda ſunt, non ea quæ æquatis ſortibus ducuntur.* Erat tabella, quæ *ſorte* educebatur. Cujus rationem omnem docebo infr. Ner. 21. 2. §. 7. & 8.

23. APONI FONS eſt juxta montes Euganeos, prope vicum cognominem. Lucan. VII. 202.

Euganeo,

aureos jaceret; evenit, ut ſummum numerum [26] jacti ab eo oſtenderent; hodieque ſub aqua viſuntur hi tali. Ante paucos vero quam revocaretur dies, aquila, nun- 5
quam antea Rhodi conſpecta [27], in culmine domus ejus aſſedit. Et pridie quam de 6
reditu certior fieret, veſtimenta mutanti tunica [28] ardere viſa eſt. Thraſyllum [29] 7
quoque mathematicum [30], quem ut ſapientiæ [31] profeſſorem contubernio admoverat [32], tunc maxime [33] expertus eſt [34], affirmantem nave præviſa gaudium afferri [35], cum

Euganeo, ſi vera fides memorantibus, augur
Colle ſedens, Aponus terris ubi fumifer exit,
Atque Antenorei diſpergitur unda Timavi.

Illum Eidyllio ſexto deſcribit *Claudianus*, ejuſque balnea reparari jubet Theodoricus Gothorum rex apud *Caſſiod. Var.* II. 39. V. etiam *Cluver. Ital.* I. 18. 16. *Merul. Coſmog.* II. 4. 13.

24. In FONTES futurorum explorandi cauſa varia conjicere ſoliti ſunt veteres. De aqua *Inus* dicta Pauſan. in Lacon. p. 107. Προελθόντι δ' ἐν δεξιᾷ δύο που σταδίους, ἐστὶν Ἰνοῦς καλούμενον ὕδωρ· μέγεθος μὲν κατὰ λίμνην μικρὰν, τῆς γῆς δὲ ἐν βάθει μᾶλλον. Ἐς τοῦτο τὸ ὕδωρ ἐν τῇ ἑορτῇ τῆς Ἰνοῦς ἐμβάλλουσιν ἀλφίτων μάζας. Ταύτας ἐπὶ μὲν ἀγαθῷ τῷ ἐμβαλόντος καταδεξάμενον ἔχει τὸ ὕδωρ· εἰ δὲ ἀναπέμψαιτο σφᾶς, πονηρὸν κεκριται σημεῖον. *Progreſſis ad dextram ſtadia circiter duo eſt aqua, quæ Inus dicitur. Palus eſt parva, qua lata eſt: qua vero ſubſidit, alte deſcendens. In eam feſto Inus die ſollenne eſt panificia porricere. Ea ſi demerſa retinuerint aqua, ſecunda ei, qui projecerit, promitti autumant: contra vero adverſa, quoties illa aqua rejecerit.*

25. Per TALOS futura conjicere ſoliti ſunt veteres. De Herculis Buraici ſigno Pauſan. in Achaic. p. 233. Μαντείας δὲ ὑπὸ πίνακί τε καὶ ἀστραγάλοις ἐστὶ λαβεῖν. Εὔχεται μὲν γὰρ πρὸ τοῦ ἀγάλματος, ὁ τοῦ θεοῦ χρώμενος, ἐπὶ δὲ τῇ εὐχῇ λαβὼν ἀστραγάλους (οἱ δὲ ἄφθονοι παρὰ τῷ Ἡρακλεῖ κεῖνται) τέσσαρας ἀφίησιν ἐπὶ τῆς τραπέζης. Ἐπὶ δὲ παντὶ ἀστραγάλῳ σχήματα γεγραμμένα ἐν πίνακι ἐπίτηδες ἐξήγησιν ἔχει τοῦ σχήματος. *Oraculi ſortes capiuntur per talos. Qui conſultum venere, precatione ad ſignum peracta, votiſque nuncupatis, talos ex ea, quæ in promptu eſt, copia jaciunt quatuor ſuper menſam. Inſcripti ſunt certis notis tali ſinguli & in tabula notarum interpretationem habent.*

* 26. SUMMUM NUMERUM i. jactum Venereum. Improprie. In talis enim nulli *numeri*, aut puncta fuerunt. V. *Aug.* 71. 5. Hic jactus fuit fortunatiſſimus, quia difficillimus. Raro enim contingebat, ut quatuor tali diverſa facie ſinguli caderent. V. Cicer. Divin. I. 13. ad Auguſtum l. I. *Ferrar. Elect.* I. 16.

27. NUNQUAM RHODI CONSPECTA antea fuit aquila, quia *Rhodus aquilam non habet.* Plin. X. 29. Hujus vero luculento, & acutiſſimo poematio meminit Apollonides poeta, ut videtur, æqualis illorum temporum. Anthol. I. 60. 2.

Ὁ πρὶν ἐγὼ Ῥοδίοισιν ἀνέμβατος ἱερὸς ὄρνις,
Ὁ πρὶν Κηραφίδαις αἰετὸς ἱστορίη,
Ὑψιπετὴ τότε ταρσὸν ἀνὰ πλατὺν ἠέρ' ἀερθεὶς,
Ἤλυθον, ἠελίου νῆσον ὅτ' εἶχε Νέρων.
Κείνου δ' αὐλίσθην ἐνὶ δώμασι, χειρὶ συνήθης
Κράντορος, οὐ φεύγων Ζῆνα τὸν ἐσσόμενον.

Quæ prius ego Rhodios non acceſſeram ſacra avis,
Quæ prius Ceraphidis aquila fui hiſtoria,
Altivolantem tunc plantam per latum aera extendens
Veni, Solis inſulam ubi habet Nero.
Ejus vero nidum exſtruxi in domibus, manu manſuetus
Crantoris, non fugiens Jovem futurum.

V. *Caſaubonum. Scalig. in Manil.* p. 324. *Meurſ. Rhod.* II. 2.

28. TUNICAM noſter, *aſinum* vero Tiberii viſum ardere ſcribit Damaſcius in vita Iſidori philoſophi, quem V. apud *Caſaubonum.*

29. THRASYLLUM, de quo plura Aug. 99. 3. §. 6.

30. MATHEMATICOS deſcripſi Aug. 94. 22. §. 73.

* 31. SAPIENTIÆ i. doctrinæ liberalis. Petron. c. 48. Ubi *ſapientiæ conſultiſſima via.* Hoc modo σοφία Græcis eſt doctrina, & ſcientia eruditioris, inprimis Philoſophicæ. Ælian. V. H. II. 31. *Et quis non barbarorum ſcientiam, σοφίαν, laudibus extollat?* Quæ quia in ſectas maxime abire ſolet, ideo ſæpe certam eorum ſectam notat. Lucian. de Mort. Peregr. p. 565. *Didicit ſapientiam, σοφίαν, Chriſtianorum.* Simpliciter pro omni ſcientia liberali ponitur. Act. VII. 22. *Eruditus eſt Moſes omni ſapientia Ægyptiorum.* Cicer. Offic. I. 43. *Princeps omnium virtutum eſt illa ſapientia, quam σοφίαν Græci vocant. Eſt autem rerum divinarum atque humanarum ſcientia.* Perizon. in Ælianum.

32. CONTUBERNIO ADMOVERAT i. ſecum habitare juſſerat, inter familiares receperat. *Contubernium,* cohabitatio, ut *ſupr. Cæſ.* 49. 1. Dio LV. p. 555. E. Θράσυλλον ἔνδον πάσης ἀστρολογίας διαπεφυκότα ἔχων. *Aſtrologia omni præſtantiſſimum ſecum habebat virum, Thraſyllum.* Quid *contubernium,* dixi *ſupr. Cæſ.* 2. 1. §. 6.

* 33. TUNC MAXIME, illo ipſo tempore, illo tempore, ſi unquam alio. V. Curt. III. 4. 14. §. 66.

34. EXPERTUS EST. Tacit. Ann. VI. 21. 1. 2. *Quoties ſuper negotio conſultaret, edita domus parte, ac liberti unius conſcientia utebatur. Is literarum ignarus, corpore valido, per avia ac derupta (nam ſaxis domus imminet) præibat eum, cujus artem experiri Tiberius ſtatuiſſet: & regredientem, ſi vanitatis aut fraudum ſuſpicio inceſſerat, in ſubjectum mare præcipitabat, ne index arcani exſiſteret.*

35. GAUDIUM AFFERRI. Dio LV. p. 556. A. Οὕτω γάρ που πάντα ἐκεῖνος σαφῶς ᾔδει, ὥς τι καὶ τὸ πλοῖον τὸ τὴν ἀγγελίαν τοῦ Τιβερίου τῆς ἐς Ῥώμην ἀνακομιδῆς παρά-

Digitized by Google

cum quidem illum durius, & contra prædicta cadentibus [36] rebus, ut falſum, & ſecretorum temere conſcium, eo ipſo momento dum ſpatiatur una, præcipitare in mare [37] deſtinaſſet.

τι τῆς μητρὸς καὶ παρὰ τῦ 'Αυγύςυ φέρον, πέμψαιν κατιέναι προςπλέον, προσειπεῖν αὐτῷ ἃ ἀγγέλλειν ἤμελλε. *Is quidem* Thraſyllus *adeo omnia certo habebat cognita, ut, quum procul adventare navim vidiſſet, quæ nuntium reditus a matre & ab Auguſto vehebat, prædixerit, quæ is eſſet annuntiaturus.*

36. CADENTIBUS i. alium, quam ille prædixerat, exitum habentibus. Metaphora a talis, modo ut volumus, modo ut non volumus, *cadentibus*, quam explicat *Manut. in Cicer. Fam.* I. 8.

37. PRÆCIPITARE IN MARE; ſed admiratione motum abſtinuiſſe dicunt Dio LV. p. 556. A. & Zonar. Ann. II. p. 167. Λόγος ἔχει, ὅτι μελλήσας ποτὲ ἐν τῇ Ῥόδῳ τὸν Θράσυλλον ἀπὸ τῦ τείχυς ὦσαι, ἐπειδὴ μόνος αὐτῷ πάνθ' ὅσα ἐνενόει συνῄδει· ὡς εἶδεν αὐτὸν σκυθρωπάσαντα, ἤρετο διὰ τί συννένοφε; εἰπόντος δὲ κίνδυνόν τινα ὑποπτεύειν, θαυμάσας, οὐκέτ' αὐτὸ ἐποίησεν. *Ferunt eum aliquando, quum eſſet in Rhodo, Thraſyllum de muro præcipitare in animo habuiſſe, quod is ſolus omnium ſuarum cogitationum conſcius eſſet: inde quum triſtem videret, percontatum, quid ita vultum contraxiſſet; eumque reſpondiſſe, periculum ſe aliquod ſuum vereri, admiratione motum id non feciſſe.* * Aufugiſſe dixit Schol. Juv. Aug. 99. 3. §. 6.

CAPUT XV.

ARG. *Filium Druſum in forum deducit, in hortos Mæcenatianos tranſmigrat, ab Auguſto adoptatus Germanicum adoptat Tiberius Nero Cæſar.*

1 Romam reverſus, deducto [1] in forum filio Druſo [2] ſtatim e Carinis [3] ac Pompejana domo [4] Eſquilias [5] in hortos Mæcenatianos [6] transmigravit [7], totumque ſe ad quietem contulit, privata modo officia obiens [8], ac publicorum munerum ex-
2 pers. Cajo & Lucio intra triennium [9] defunctis, adoptatur [10] ab Auguſto ſimul cum fratre eorum M. Agrippa [11]: coactus [12] prius ipſe Germanicum [13] fratris ſui filium

DEDUCTI in forum quo modo fuerint tyrones, docui ſupr. Aug. 26. 4.

2. FILIO DRUSO ex Agrippina ſublato ſupr. 7. 4.

3. CARINAS
4. POMPEJI DOMUM } V. *ſupr. Aug.* 5. I. §. 6.

5. ESQUILIAS regionem Urbis quintam conſtituere dicunt *Sext. Rufus* & *P. Victor*, & in illis poſterior collocat *hortos Mæcenatis*, quos V. *ſupr. Aug.* 72. 4. §. 17. Noſt. *Ner.* 31. 2. * Vulgo dicuntur hodie *le Squille.* Boiſſard. Topogr. urb. Rom. p. 43.

* 6. HORTI MÆCENATIANI latiſſimo ambitu a templo S. Martini in montibus orientem verſus, ultra S. Antonii ædem proceſſere. Tacit. Ann. XV. 39. I. *Nero non ante in Urbem regreſſus eſt, quam domui ejus, qua Palatium & Mæcenatis hortos continuaverat, ignis propinquaret.* Donat. de Urb. Rom. I. 13: III. 10. & 23.

7. TRANSMIGRAVIT, ut filio Druſo poſt aſſumptam liberam togam domo ſtatim cederet, illius dignitati hac ratione conſulturus. Ex Ciceronis enim ad Atticum epiſtolis ſcimus morem illum fuiſſe nobilium adoleſcentium, ut mox a virili ſumpta in proprias ædes a patre emigrarent. Nec aliter ſuam dignitatem ſatis tueri poſſe videbantur. Propterea Domitianus a patre corripitur *infr.* 2. 2. V. *Caſaubonum.*

8. PRIVATA MODO OFFICIA OBIENS i. amicis tantummodo inſerviens. V. *ſupr. Cæſ.* 19. 4. §. 12.

9. INTRA TRIENNIUM defuncti quomodo dicantur Cajus & Lucius dictum *ſupr. Aug.* 65. 3. §. 8.

10. ADOPTATUS eſt Tiberius *Ælio Cato & Sentio conſulibus, poſt U. C. annis* 754. Paterc. II. 103. 2. quos ad annum 756. rejicit Pigh. Ann. III. p. 533. orto bello Germanico, quum ob corpus, & ſenio, & morbo feſſum, exercitus ducere non poſſet Auguſtus. Μετὰ δὲ ταῦτα Κελτικῦ πολέμυ κεκινημένυ, καὶ αὐτὸς ὑπό τε γήρως καὶ νόσυ κεκμηκὼς ἔχων τὸ σῶμα, καὶ ἐκστρατεῦσαι μὴ οἷός τε ὤν, τὸν Τιβέριον ὑπὸ τῶν πραγμάτων ἀναγκασθεὶς υἱοθετήσατο. Zonar. Ann. II. p. 167. Dio infr. 16. I. §. 2. a Julia, quæ tum ab exſilio revocata erat, impulſus. Ὑπὸ τῆς Ἰυλίας ἀναπεισθείς, ἤδη γὰρ αὕτη ἐκ τῆς ὑπερορίας κατήχθη. Zonaras. vel ab uxore Livia, quod vero ſimilius. V. noſtr. *infr.* 21. 4. & *ſupr. Aug.* 65. 4.

11. SIMUL CUM AGRIPPA. Paterc. II. 104. I. *Adoptatus eadem die etiam M. Agrippa, quem poſt mortem Agrippæ Julia enixa erat. Sed in Neronis adoptione illud adjectum, his ipſis Cæſaris verbis: hoc, inquit, Reipublicæ cauſa facio.*

12. COACTUS EST, quia Germanici adoptio fuerit parum ex voluntate Tiberii, ut cui jam erat filius. Tacit. Ann. I. 3. 7. *Germanicum, Druſo ortum adſciri per adoptionem a Tiberio juſſit, quamquam eſſet in domo Tiberii filius juvenis.* Quam iniquum ſit adoptari alium ab illo qui filios habet, docebo Claud. 39. 5. II.

13. GER-

Digitized by Google

filium adoptare. Nec quicquam poſtea pro patrefamilias [14] egit: aut jus, quod adoptione amiſerat [15], ex ulla parte retinuit. Nam neque donavit [16], neque manumiſit [17]: ne hæreditatem quidem, aut legata percepit ulla aliter; quam ut peculio [18] referret accepta [19]. Nihil ex eo tempore prætermiſſum eſt ad majeſtatem ejus 3
augendam [20], ac multo magis poſtquam, Agrippa abdicato [21] atque ſepoſito [22], certum erat, uni ſpem ſucceſſionis incumbere.

13. GERMANICUM quare adoptandum Tiberio dederit Auguſtus, docent Dio LV. p. 557. A. & Zonar. Ann. II. p. 168. *Καὶ μέν τοι καὶ αὐτὸν ὑποπτεύσας μὴ ἐκφρονήσῃ, καὶ φοβηθεὶς μὴ καὶ νεοχμώσῃ τι, τὸν Γερμανικόν οἱ τὸν ἀδελφιδοῦν, καί τοι καὶ αὐτῷ υἱὸν ἔχοντι, ἐσεποίησε. Veritus tamen ne is aliquando animo elatus novas ad res conſurgeret, Germanicum Druſi fratris filium ei adoptandum dedit, quamquam ipſi natus fuerat filius.* *Germanicum* etiam hac adoptione ſuum nepotem eſſe voluit Auguſtus. Juſtinian. Inſtit. I. II. 12. *Illud proprium eſt adopsionis illius, quæ per ſacrum oraculum fit, quod is, qui liberos in poteſtate habet, ſi ſe arrogandum dederit, non ſolum ipſe poteſtati arrogatoris ſubjicitur, ſed etiam liberi eius in ejuſdem fiunt poteſtate tanquam nepotes. Sic etenim divus Auguſtus non ante Tiberium adoptavit, quam is Germanicum adoptaſſet: ut pretinus adoptione facta, inciperet Germanicus Auguſti nepos eſſe.*

14. PATREMFAMILIAS appellarunt civem Romanum, qui e patris poteſtate exuſſet, ut docet *Sigon. de ant. jur. civ. I. 12.*

15. QUOD ADOPTIONE AMISERAT, capitis n. diminutionem paſſus, ac ſub alterius conſtitutus poteſtate. Sic Antoninus, recens ab Adriano adoptatus, *quum ab uxore argueretur, quaſi parum neſcio quid ſuis largiens, dixit: ſtulta, poſteaquam ad imperium tranſivimus, & illud quod habuimus ante, perdidimus*, Capitol. in Anton. c. 4. V. Torrentium. & Caſaubonum in Capitolinum.

16. DONARE ſine patris juſſu non poteſt filiusfamilias. Ulpian. Digeſt. XXXIX. 5. 7. *Filiusfamilias donare non poteſt, neque ſi liberam peculii adminiſtrationem habeat; non enim ad hoc ei conceditur libera peculii adminiſtratio, ut perdat.*

17. MANUMITTERE ſervum vivo patre num poſſit filiusfamilias quæritur apud Ictos: & videtur non poſſe, niſi pater permiſerit. Excipitur filiusfamilias militiam exercens. Modeſt. Digeſt. XL. I. 17. *Servi, quos filiusfamilias in caſtris quæſiit, non in patris familia computabuntur. Nec pater tales filii ſervos manumittere poterit.* V. *Beroaldum.*

18. PECULII jure bona amicorum teſtamentis ſibi relicta poſſedit Tiberius, quaſi accepta a patre, & conceſſa ſibi fuiſſent, non tanquam legatarius, aut hæres; nam eo titulo, non ſibi, ſed patri acquiſiſſet. V. *Caſaubonum. Peculium*, ut prodit Ulpian. Digeſt. XV. I. 5. §. 4. *Tubero definit, quod ſervus domini permiſſu, ſeparatum a rationibus dominicis habet, deducto inde, ſi quid domino debetur.* Iſidorus vero V. 25. *quod pater, vel dominus, filium ſuum, vel ſervum pro ſuo tractare arbitrio patitur.*

19. REFERRET ACCEPTA peculio i. in peculium adſcriberet. *Acceptum* referre eſt ſcribere ſe *accepiſſe* i. in *acceptorum* paginam referre. Tracta eſt a ratiocinationibus metaphora. Duæ enim partes rationum ſunt: prior *accepti* eſt, & poſterior *expenſi.* Cicer. Verr. II. 76. *Nunc ad ſociorum tabulas accepti & expenſi revertemur.* Hinc pecuniam, quam *acceperant*, in caput hoc, aut illud, i. huic, aut illi nomini, peculio, hæreditatibus.... *referre* dicebantur. Cicer. Phil. II. 16. *Ego enim amplius HS ducenties acceptum hæreditatibus retuli.* Budæus in Pandect. p. 178. & 203.

20. AD MAJESTATEM EJUS AUGENDAM. Tacit. Ann. I. 3. 5. *Nero ſolus e privignis erat: illuc cuncta vergere: filius, collega imperii, conſors tribunitia poteſtatis aſſumitur, omniſque per exercitus oſtentatur, non obſcuris, ut antea, matris artibus, ſed palam hortatu.*

21. ABDICARI qui dicatur filius, dixi ſupr. Aug. 65. 5. §. 16.

22. SEPONI quid ſit, dixi ſupr. Aug. 65. 5. §. 17.

CAPUT XVI.

ARG. *Poteſtatem tribunitiam iterum accipit, in Germaniam rurſus mittitur, & Illyrios deficientes in ditionem redigit Tiberius Nero Cæſar.*

Data rurſus [1] poteſtas tribunitia in quinquennium [2]: delegatus pacandæ Germaniæ 1
ſtatus: Parthorum legati [3], mandatis Auguſto Romæ redditis, eum quoque adire

DATA RURSUS poſtulante Auguſto. Tacit. Ann. I. 10. 10. *Auguſtus, paucis ante annis, cum Tiberio tribunitiam poteſtatem a patribus rurſum poſtularet. Multum quidem eo cum domi, tum in ſenatu recuſante.* Paterc. II. 103. 2.

2. IN QUINQUENNIUM. Dio tamen in decennium LV. p. 556. E. *Τὸν δὲ Τιβέριον καὶ ἐποιήσατο, καὶ ἐπὶ τοὺς Κελτοὺς ἔπεμψε, τὴν ἐξουσίαν αὐτῷ τὴν δημαρχικὴν ἐς δέκα ἔτη δούς. Tiberium adoptavit, & tribunitia poteſtate ad annos decem data, in Germaniam miſit.* Sed

2 adire in provinciam [4] juſſi. Sed nuntiata Illyrici [5] defectione, tranſiit ad curam [6] novi belli: quod graviſſimum [7] omnium externorum bellorum poſt Punica, per XV legiones, paremque auxiliorum copiam, triennio [8] geſſit, in magnis omnium rerum
3 difficultatibus, ſummaque frugum inopia. Et quamquam ſæpius revocaretur [9], tamen perſeveravit: metuens, ne vicinus & prævalens hoſtis inſtaret ultro cedentibus.
4 Ac perſeverantiæ grande pretium tulit: toto Illyrico, quod inter Italiam, regnumque Noricum [10], & Thraciam [11], & Macedoniam [12], interque Danubium [13] flumen, & ſinum maris Adriatici [14] patet [15] perdomito & in ditionem redacto.

ex Suetonio videtur corrigendus *Caſaubono.*

3. PARTHORUM LEGATI venerunt Romam anno ab U. C. 756. ut docet *Ryckius* ad hunc Taciti locum Ann. II. 2. 1. *Venere in Urbem legati a primoribus Parthi.*

4. PROVINCIAM Germaniam.

5. ILLYRICI occidentalis, de quo multa *Laz. Comm. R. R.* 1. 7.

6. CURAM i. adminiſtrationem. Juſtin. XIII. 4. 5. *Rerum cura Meleagro & Perdicca aſſignatur.*

7. GRAVISSIMUM.... *Tantus hujus belli fuit metus, ut ſtabilem illum, & firmatum tantorum bellorum experientia Cæſaris Auguſti animum quateret atque terreret. Habiti itaque delectus, revocati undique omnes veterani, viri, feminaeque ex cenſu libertinum coacta dare militem. Audita in ſenatu vox principis: decimo die, ni caveretur: poſſe hoſtem in Urbis Romanæ venire conſpectum.* Paterc. II. 110. 6. 111. 1.

8. TRIENNIO, exarſit enim æſtate anni ab U. C. 759. ſive M. Æmilio Lepido, & L. Arruntio conſulibus (quos conſules fuiſſe an. 758. ſtatuit Pigh. Ann. III. p. 534.) & profligatum, ac demum confectum eſt anno ab U. C. 762. ſive 761. Faſt. Capitol. & Pigh. p. 537. quia Q. Sulpitio Camerino, & C. Poppæo Sabino conſulibus. V. *Ruben. de gemma Auguſtæa p.* 217.

9. QUAMQUAM REVOCARETUR.... Unde forte nata ſuſpicio Auguſti, de qua Dio LV. p. 569. B. Μαθὼν οὖν τοῦτο ὁ Αὔγουστος, καὶ ὑποπτεύσας ἐς τὸν Τιβέριον, ὡς δυνηθέντα μὲν ἂν διὰ ταχέων αὐτοὺς κρατῆσαι, τρίβοντα δὲ ἐξεπίτηδες, ἵν' ὡς ἐπὶ πλεῖστον ἐν τοῖς ὅπλοις ἐπὶ τῇ τοῦ πολέμου προφάσει ᾖ. *De quo Auguſtus certior factus, ſuſpectum habuit Tiberium, quaſi is quum poſſet hoſtem parvo temporis ſpatio in poteſtatem redigere, bellum conſulto traheret, quo diutius ejus ſpecie in armis eſſet.*

10. NORICI contermini ſunt Rhætis & Vindelicis. Plin. III. 20. *Juxta Carnos, quondam Tauriſci appellati, nunc Norici: his contermini Rhæti & Vindelici.* Strab. IV. p. 142. Μετὰ δὲ τούτους οἱ ἐγγὺς ἤδη τοῦ Ἀδριατικοῦ μυχοῦ, καὶ τῶν κατὰ Ἀκυληίαν τόπων οἰκοῦντι, Νωρικῶν τέ τινες καὶ Κάρνοι: τῶν δὲ Νωρικῶν εἰσι καὶ οἱ Ταυρίσκοι. Πάντας δ' ἔπαυσε τῶν ἀνέδην καταδρομῶν Τιβέριος, καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Δροῦσος θερείᾳ μιᾷ. *Poſt hos,* Vindelicos, *vicini jam Adriatici ſinus intimo, & locis ad Aquileiam habitant Noricorum quidam & Carni: Noricorum ſunt etiam Taurici. Horum omnium crebris incurſionibus finem impoſuit Tiberius, & ejus frater Druſus unica æſtate.* De hac expeditione etiam Paterc. II. 109. 3. *Ipſe a Carnunto, qui locus Norici regni proximus ab hac parte erat, exercitum, qui in Illyrico merebat, ducere in Marcomannos orſus eſt.* Norici loca, & flumina deſcribit *Cluver. de Vindel. & Noric. c.* 5. De illis etiam *Reinec. Hiſt. Jul.* II. *p.* 373.

11. THRACIAM V. Cæſ. 44. 5. §. 25.

12. MACEDONIAM V. Cæſ. 35. 1. 1. & Curt. 3. 1. 24. §. 121.

13. DANUBIUS dicitur ſuperiori parte, qua Germaniam, & vetuſtiſſimum Illyricum præterfluit. Iſter vero inferiori, qua Getas, & alias Thracias, Scythicaſque gentes alluit. Strab. VII. p. 211. Καὶ γὰρ τοῦ ποταμοῦ τὰ μὲν ἄνω, καὶ πρὸς ταῖς πηγαῖς μέρη, μέχρι τῶν καταρακτῶν, Δανούβιον προσηγόρευον, ἃ μάλιστα διὰ τῶν Δακῶν φέρεται: τὰ δὲ κάτω μέχρι τοῦ Πόντου τὰ περὶ τοὺς Γέτας, καλοῦσιν Ἴστρον. *Etenim fluminis ſuperiores partes quæ verſus fontes ſunt ad cataractas uſque Danubium dixerunt: quæ maxime per Dacos feruntur: inferiores ad Pontum uſque, quibus Getæ ſunt vicini, Iſtrum appellant.* Plin. IV. 12. *Ortus in Germania jugis, ac per immenſas lapſus gentes, Danubii nomine: unde primum Illyricum alluit, Iſter appellatus.* Plura *Cluver. de Vindel. & Noric. c.* 6.

* 14. MARI ADRIATICO *nomen dedit Adria Illyrico mari proxima.* Juſtin. XX. 1. 9. Strab. V. p. 148. Τὴν Ἀδρίαν ἐπιφανῆ γενέσθαι πόλιν φασὶν, ἀφ' ἧς καὶ τοὔνομα τῷ κόλπῳ γενέσθαι τῷ Ἀδρίᾳ, μικρὰν μετάθεσιν λαβόν. *Adriam ferunt illuſtrem fuiſſe urbem, unde & ſinui Adriatico nomen exigua mutatione literarum factum ſit.* Plutarchus & Livius ſupr. Cæſ. 34. 2. §. 11. Euſtath. in Dionyſ. n. 92.

15. PATET i. extenditur. V. Cæſ. 25. 1. 8.

CAPUT XVII.

ARG. *Triumphum ſibi decretum ducere, & varia cognomina, mœſta civitate clade Variana, induere non vult; ſed Urbem prætextatus, & laureatus intrat, tribunal conſcendit, & circum templa deducitur Tiberius Nero Cæſar.*

Cui

Cui gloriæ amplior adhuc ex opportunitate cumulus acceſſit. Nam ſub id fere 1.2
tempus [1] Quintilius Varus [2] cum tribus legionibus in Germania periit: nemine
dubitante, quin victores Germani juncturi ſe Pannoniis [3] ſuerint, niſi debellatum
prius Illyricum eſſet. Quas ob res triumphus ei decretus [4] eſt, multique & magni 3
honores. Cenſuerunt etiam quidam, ut *Pannonicus* [5], alii ut *Invictus* [6], nonnulli ut 4
Pius [7] cognominaretur. Sed de cognomine intercesſit Auguſtus, eo [8] contentum
repromittens [9], quod ſe defuncto ſuſcepturus eſſet. Triumphum [10] ipſe diſtulit, 5
mœſta civitate clade Variana. Nihilominus Urbem prætextatus [11], & laurea coro- 6
natus intravit: poſitumque in Septis tribunal [12] ſenatu adſtante, conſcendit, ac me-
dius

SUB ID FERE TEMPUS. Paterc. II. 117. 1. *Tantum quod ultimam impoſuerat Pannonico ac Dalmatico bello Cæſar manum, cum intra quinque conſummati tanti operis dies, funeſta ex Germania epiſtola: caſu Vari, trucidatarumque legionum trium, totidemque alarum, & ſex cohortium....*

2. QUINTILIUM VARUM... V. ſupr. Aug. 23. 1.

3. JUNCTURI PANNONIIS.... quia *Pannonios* Illyrici finibus comprehendit, & juxta cum noſtro Appian. Illyr. p. 757. Εὖρος δὲ ἐκ Μακεδόνων τε καὶ Θρᾳκῶν τῶν ὀρείων, ἐπὶ Παίονας. *Latitudo ejus*, Illyrii, *ex Macedonia & Thracia montibus ad Pæones uſque.* Et p. 762. *Pæones, natio ingens, circa Iſtrum per longum incolens, ab Japodum populis ſupra Dardanos protenditur. Hi Pæones a Græcis, a Romanis Pannonii appellantur: & ab illis, ut præmiſimus, inter Illyrios annumerati ſunt.*

4. TRIUMPHUS EST DECRETUS. Docet & hoc Dio LV. p. 582. B. Καὶ τὸ τὰ ἐπινίκια πέμψαι, ἄλλας τε τινὰς τιμάς, καὶ ἁψῖδες ἐν τῇ Παννονίᾳ τροπαιοφόροι δύο ἐδόθησαν. *Triumphus decretus, & alii nonnulli honores, & arcus duo triumphales in Pannonia conceſſi.*

5. PANNONICUS, eo more, quo Romani imperatores a populis debellatis nomen accipiebant. Spart. Carac. c. 6. *Datis ad ſenatum, quaſi poſt victoriam, literis, Parthicus appellatus eſt: nam Germanici nomen patre vivo fuerat conſecutus.* Capitol. Ver. c. 7. *Partum eſt ipſi nomen Armenici, Parthici, Medici.* V. & *Beroaldum.*

6. INVICTUS. Et ita Seleucus olim *Nicator* fuit dictus. Appian. Syriac. p. 124. Γενομένῳ δ᾽ αὐτῷ τὰ ἐς πολέμους ἐπιτυχεστάτῳ Νικάτωρ ἐπώνυμον γίνεται. *Et quia victorioſus fuit, Nicator vocatus eſt.* Ammian. XXIII. 6. *Qui poſt multa glorioſe, & fortiter geſta, ſuperato Nicatore Seleuco, cui victoriarum crebritas hoc indiderat cognomentum.*

7. PII plerumque cognominabantur imperatores. Antoninus, qui Adriano in imperium ſucceſſit, primus *Pius* eſt appellatus. Conſtantius & Conſtantinus in veteri inſcriptione dicuntur *Pii.* Εὐσεβεῖς. quia, ut Julian. Novell. 113. *ſolius imperatoris eſt ſerenitas, pietas, manſuetudo.* Leo Imperator apud Euagr. II. 9. Δ᾽ εὐχῆς μὲν ἦν τῇ ἐμῇ εὐσεβείᾳ. *In votis erat meæ pietati.* Plura *Buleng. de Imperat.* I. 27. & *Spanhem. de præſt. num. diſſert.* VIII. *p.* 720....

8. EO.... Auguſti n. cognomento. Hoc enim Tiberius poſt obitum Auguſti erat ſuſcepturus, quod ſpecioſius, & venerabilius cognomento Pannonici, Invicti, Pii. *Beroaldus.*

9. REPROMITTERE lectis eſt nuda pollicitatione, nec ſatiſdato *promittere.* Ut *repromiſſio* & *ſatiſdatio* inter ſe opponantur. *Torrentius.*

10. TRIUMPHOS variis de cauſis qui *diſtulerint*, denarrat *Alex. Gen.* VI. 6. Sibi decretum egit tamen Tiberius *infr.* 20. 1. §. 1.

11. PRÆTEXTA non omni tempore inter triumphales fuit veſtes. Tacit. Ann. XII. 41. 3. *Et ludicro circenſium, quod acquirendis vulgi ſtudiis edebatur, Britannicus in prætexta, Nero triumphalium veſte tranſvecti ſunt. Spectaret populus hunc decore imperatorio; illum puerili habitu, ac perinde fortunam utriuſque præſumeret.* Plutarch. in Mar. 412. E. Μετὰ δὲ τὴν πομπὴν ὁ Μάριος σύγκλητον ἤθροισεν ἐν Καπιτωλίῳ καὶ παρῆλθε μὲν, εἴτε λαθὼν αὐτόν, εἴτε τῇ τύχῃ χρώμενος ἀγροικότερον ἐν τῇ θριαμβικῇ κατασκευῇ: ταχὺ δὲ τὴν βουλὴν ἀχθεσθεῖσαν αἰσθόμενος, ἐξανέστη, καὶ μεταλαβὼν τὴν περιπόρφυρον, αὖθις ἦλθεν.... *Peracto triumpho indixit ſenatum Marius in Capitolium, atque ſive ſui oblitus, ſive fortuna elatus, inſolentius adfuit triumphalium veſte. Mox vero ſenatum id ægre ferre ſentiens abiit, aſſumptaque ſtatim prætexta reverſus eſt.* Bayf. R. V. c. 10. Noſt. Claud. 17. 5. Ponitur tamen interdum pro honore, dignitate, faſtigio generaliter, & nonnunquam triumphantibus etiam tribuitur. Val. Max. V. 5. 1. *Itaque clariſſimorum cognominum alterum ſumpſit, alterum dedit; triumphique prætextam hujus excepit, illius tradidit* Scipio Africanus. VII. 1. 1. *Specioſiſſimi triumphi prætextam largita fati indulgentia Metello Macedonico. V. Gravium, Bud. in Pandect. p.* 252. *Pollet. For. Rom.* III. 6. *Mod. in Liv.* XXXI. II.

12. POSITUM IN SEPTIS TRIBUNAL.... Dio LVI. p. 572. E. Ὁ Τιβέριος ἐς τὴν Ῥώμην ἀνεκομίσθη: καὶ αὐτῷ καὶ ὁ Αὔγουστος ἐς τὸ προάστειον ἀπαντήσας, ἦλθέ τε μετ᾽ αὐτοῦ ἐς τὰ Σέπτα, κἀνταῦθα ἀπὸ βήματος τὸν δῆμον ἠσπάσατο, καὶ μετὰ τοῦτο τά τε ἄλλα τὰ προσήκοντα ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἐποίησε, καὶ θέας ἐπινικίους διὰ τῶν ὑπάτων. *Tiberius Romam venit: ei in ſuburbana obviam progreſſus Auguſtus, cum eo in Septa venit, & de tribunali populum ſalutavit, aliaque quæ victoria impetrata fieri receptum erat, peregit, ſpectacula triumphalia conſulum opera. Septa* V. ſupr. Aug. 43. 1.

dius [13] inter duos conſules cum Auguſto ſimul ſedit: unde, populo conſalutato, circum templa deductus eſt.

13. MEDII inter conſules ſedebant principes. Boeth. conſol. phil. II. 3. *Cum in circo duorum medius conſulum circumfuſæ multitudinis exſpectationem triumphali largitione ſatiaſti.* Tacit. Hiſt. II. 59. 5. *Vitellius Valentem & Cacinam pro concione laudatos curuli ſua circumpoſuit.* Noſt. *Claud.* 23. 6. Plura *Chiment. de hon. biſel. c.* 15. *Tiraq. de jur. primig. praf. n.* 117.

CAPUT XVIII.

ARG. *Omnia de conſilii ſententia agit, curam ſolito exactiorem præſtat, & certum vitæ tenet ordinem Tiberius Nero Cæſar.*

1 Proximo anno repetita Germania [1], cum animadverteret, Varianam cladem temeritate, & negligentia ducis [2] accidiſſe, nihil non de conſilii [3] ſententia egit.
2 Semper alias [4] ſui arbitrii [5], contentuſque ſe uno, tunc præter conſuetudinem cum
3 pluribus de ratione belli communicavit. Curam quoque ſolito exactiorem [6] præſti-
4 tit. Trajecturus Rhenum, commeatum omnem ad certam formulam adſtrictum [7] non ante tranſmiſit, quam conſiſtens apud ripam exploraſſet vehiculorum onera: ne
5 qua deportarentur, niſi conceſſa aut neceſſaria. Trans Rhenum vero eum vitæ ordinem [8] tenuit, ut ſedens [9] in ceſpite [10] nudo [11] cibum caperet: ſæpe ſine tentorio pernoctaret: præcepta ſequentis diei omnia, & ſi quid ſubiti muneris injungendum eſſet, per libellos [12] daret: addita monitione, ut de quo quiſque dubitaret, ſe, nec alio

GERMANIA inter Rhenum & Albim ſita. Hanc enim Auguſti & Tiberii auſpiciis Romanorum cladibus debellatam fuiſſe docet *Cluver. Introd. Geogr.* III. 7.

2. TEMERITATE ET NEGLIGENTIA DUCIS cladem accidiſſe Varianam docet etiam Paterc. II. 120. 5. *Ex quo apparet, Varum ſane gravem, & bonæ voluntatis virum, magis imperatoris defectum conſilio, quam virtute deſtitutum militum, ſe magnificentiſſimumque perdidiſſe exercitum.*

3. CONSILII I. conſiliariorum. Cicer. Verr. II. 30. *Cauſam ſeſe dimiſſo, atque ablegato conſilio, defenſurum negavit.* Frontin. I. 8. 8. *Spoliatus conſiliis, amicos poſtea parare non potuit.* Noſt. *Domit.* 12. 6: 8. 3. *Aug.* 35. 4.

4. ALIAS I. alioqui, aliter. V. ſupr. Aug. 94. 14. §. 52.

5. SUI ARBITRII I. ſuum *arbitrium* ſequens, ſuo *arbitrio* ſtans, ex ſui animi ſenſu ſua agens. *Sui judicii.* Nep. 25. 10. I. *Ille autem ſui judicii, quid ſe facere par eſſet, intuebatur.* Αὐτογνώμων & ἰδιογνώμων Græcis, de quibus *Bud. comm. L. G. p.* 431. 432. Contra *alieni arbitrii* infr. Claud. 2. 4. *alieno arbitrio agere* Senec. Contr. II. II.

6. EXACTIOREM I. accuratiorem. Gell. I. 3. *Theophraſtus, anquiſitius quidem ſuper hac re ipſa, & exactius, preſſiuſque quam Cicero diſſerit.*

7. COMMEATUM AD FORMULAM ADSTRINGERE I. unicuique, quantum impedimentorum numerum habere liceat pro ordinis ſui ratione, præſcribere.

8. ORDINEM I. conſuetudinem. V. infr. 72. 7. §. 22.

9. SEDENTEM cibum ſumpſiſſe in caſtris Tiberium tanquam inſolitum notat noſter, licet imitatus fuerit Catonem Uticenſem, de quo Plutarch. Catone. p. 792. C. *Λουσάμενος δὲ μετὰ πολλῶν ἐδείπνει καθήμενος, οὐ γὰρ κατεκλίθη πλὴν καθεύδων. Lotus inter frequentes cœnavit, ſedens: neque enim niſi ſomni cauſa decubuit.* Accubuiſſe enim etiam in caſtris cœnantes, ætate Julii Cæſaris & circa, hinc colligit *Schel. Polyb. c.* 10.

10. CESPITE I. ſedili ex *ceſpite* facto. Quid *ceſpes*, dixi *ſupr. Aug.* 24. 4. §. 26. Ex *ceſpitibus* menſas & toros fecerunt veteres. Tibul. II. 5. 99.

At ſibi quiſque dapes, & feſtas exſtruet alte
Ceſpitibus menſas, ceſpitibuſque torum.

Lucan. IV. 194.

Pax erat, & caſtris miles permiſtus utriſque
Errabat, duro concordes ceſpite menſas
Inſtituunt.

11. NUDO I. frigido. Virg. Ecl. I. 15.

Spem gregis, ah, ſilice in nuda connixa reliquit.

Prop. IV. I. 7.

Tarpeiuſque pater nuda de rupe tonabat.

Ubi V. *Paſſeratium.*

12. PER LIBELLOS *præcepta ſequentis diei dabant* etiam in Urbe, qui diligentius curam aliquam publice adminiſtrabant. Frontinus de aquæductibus: *Tam amplum numerum utriuſque familiæ, ſolitum ambitione, aut negligentia præpoſitorum in privata opera diduci, revocare ad aliquam diſciplinam, & publica miniſteria inſtituimus, ut pridie quid eſſet actum dictaremus, & quid quaque die egiſſet, actis comprehenderetur.* Caſaubonus.

13. IN-

alio interprete [13], quacunque vel [14] noctis hora [15] uteretur.

13. Interprete, ne quis ambigua ſcriptura ſe-ipſum excuſaret. *Interpres* enim eſt, qui ambigua & obſcura exponit. Plaut. Pœn. I. 3. 34.

Nam iſti quidem hercle orationi Oedipo
Opus eſt conjectore, qui Sphyngi interpres fuit.

De *interprete* plura qui voluerit, evolvat *Borremanſ. V. L. c.* 11.

14. Vel i. etiam. Teren. Andr. III. 2. 9.

Vel hoc quis non credat, qui norit....

Ubi Donatus. *Vel conjunctio pro etiam poſita, ut apud Virg. Æn.* XI. 259.

Vel Priamo miſeranda domus..

Noſt. *Galb.* 9. 2.

15. Quacunque noctis hora, etiamſi foret media *nox*: idque tempus, quo ipſe dormiret. Sunt enim quædam *horæ*, quibus principem adire, nec debemus, nec poſſumus.

CAPUT XIX.

ARG. *Diſciplinam exigit, & prælia, oſtento monitus, conſtantius init Tiberius Nero Cæſar.*

Diſciplinam acerrime exegit [1], animadverſionum & ignominiarum [2] generibus ex 1
antiquitate [3] repetitis [4]: atque etiam legato legionis [5], quod paucos milites
cum liberto ſuo trans ripam venatum miſiſſet [6], ignominia notato [7]. Prælia, quam- 2
vis minimum fortunæ caſibuſque permitteret [8], aliquanto conſtantius inibat, quoties
lucubrante [9] ſe ſubito, ac nullo propellente, decideret lumen [10] & exſtingueretur [11]:
confidens,

* Exigere verbum eſt interdum poteſtatis & præpoſitorum negotio, ut rite fiat. Senec. Contr. IV. 25. *Niſi ſi, ut omnia ſpectaret meretrix, diligenter exegit.*

2. Ignominias militares varii generis denarravit noſter *ſupr. Aug.* 24. 3. 4. 5.

*3. Antiquiora, & a ſimpliciſſima principii ratione quæ propius abſunt, debent cenſeri præſtantiora. *Antiquitas* enim, ut Cicer. L. L. II. 11. *proxime accedit ad deos.* Et τὸ παλαιὸν φυσικώτερον. *Res antiqua magis ad naturam accedunt.* Jamblich. in Nicom. Arithm. p. 80. Hinc priora ſecula aurea poetis & oratoribus, inſculptumque Romæ in veteri marmore. CANDIDA FULVO NOBILIOR AURO FELIX ANTIQUITAS. Plura *Tennul. in Jamblich. p.* 156.

4. Repetitis i. longo intervallo relatis, a longiſſimis retrorſum temporibus *petitis*. *Repetere* eſt retrorſus *petere*: ut cum alte *repetitam* dicimus orationem, quam a principiis rerum exordimur. Cicer. de Orat. III. 24. *Quorſum igitur hæc ſpectat tam alte repetita oratio?* Noſt. *Claud.* 21. 1. *Ner.* 2. 1. *Rhet.* 1. 6. V. *Bud. in Pandect. p.* 121.

5. Legato legionis, qui vicario nomine *legioni* præerat. Cæſ. B. G. I. 52. 1. *Cæſar ſingulis legionibus ſingulos legatos, & quæſtorem præfecit.* VII. 45. 8. *Legatiſque, quos ſingulis legionibus præfecerat, quid fieri vellet, oſtendit.* De illis etiam *Laz. Comm. R. R.* 11. 6.

6. Venatum miſiſſet. Macer. Digeſt. XLIX. 16. 12. §. 1. *Paternus quoque ſcripſit, debere eum, qui ſe meminerit armato præeſſe, parciſſime commeatum dare, equum militarem extra provinciam duci non permittere, ad opus privatum, piſcatum, venatum militem non mittere: nam in diſciplina Auguſti ita cavetur.* Torrentius

7. Ignominia notato i. *ignominioſe* exauctorato, cum *ignominia* dimiſſo. *Sabellicus.* V. *ſupr. Caſ.* 69. 3. §. 8.

8. Minimum fortunæ caſibuſque permiſit Tiberius, quod, qui ipſe bellis ab ipſo geſtis interfuit, teſtatur Paterc. II. 97. 4. *Moles deinde ejus belli tranſlata in Neronem eſt, quod is ſua, & virtute, & fortuna adminiſtravit, peragratuſque victor omnes partes Germaniæ, ſine ullo detrimento commiſſi exercitus, quod præcipue huic duci ſemper curæ fuit, ſic perdomuit eam...* II. 115. 5. *Nihil in hoc tanto bello, nihil in Germania, aut videre majus, aut mirari magis potui, quam quod imperatori nunquam adeo ulla opportuna viſa eſt victoriæ occaſio, quam damno amiſſi penſaret militis, ſemperque viſum eſt glorioſum, quod eſſet tutiſſimum, & ante conſcientiæ quam famæ conſultum; nec unquam conſilia ducis judicio exercitus, ſed exercitus providentia ducis rectus eſt.* V. *Caſaubonum.*

* 9. Lucubrante i. noctu ad lucernam vigilante. V. ſupr. Aug. 78. 2. §. 7.

10. Ex lumine omina captabant veteres. Virg. Georg. I. 390.

Nec nocturna quidem carpentes penſa puellæ
Neſcivere hyemem: teſta cum ardente viderent
Scintillare oleum, & putres concreſcere fungos.

Apul. Metam. II. p. 119. *Cum ecce jam veſpera lucernam intuens, Pamphile, quam largus, inquit, imber aderit craſtino. Et percontanti marito, qui comperiſſet iſtud, reſpondit ſibi lucernam prædicere.* Plura *Buleng. de prod. c.* 12.

* 11. Exſtinguerctur. Veteres enim non *exſtinguebant* lucernas, ſed ſinebant langueſcere. Petron. c. 23. *Lucernæ humore defectæ tenue & extremum lumen ſpargebant.* Prop. IV. 9. 15.

Sed neque ſuppletis conſtabat flamma lucernis.

Paull. Silent. Anth. VII. 52. 1.

confidens, ut ajebat, oſtento, ſibi ac majoribus ſuis in omni ducatu [12] expertiſſi-
3 mo [13]. Sed re proſpere geſta, non multum abfuit, quin ab Bructero [14] quodam occideretur: cui inter proximos verſanti, & trepidatione detecto tormentis [15] expreſſa confeſſio eſt cogitati facinoris.

——— Ὁ τρίτος ἄρχεται ἤδη
Λύχνος ὑποκλάζειν ἦκα μαραινόμενος.
——— *Tertius incipit jam*
Lychnus exſtingui ſenſim tabeſcens.

Cauſas denarrat *Plutarch.* Q. R. 74. Διὰ τί λύχνον οὐκ ἐσβέννυσαν, ἀλλὰ αὐτὸν ὑφ' ἑαυτοῦ περιεώρων μαραινόμενον; πότερον ὡς συγγενῆ, καὶ ἀδελφικὸν σεβόμενοι τοῦ ἀσβέστου καὶ ἀθανάτου πυρὸς; ἢ καὶ τοῦτο συμβόλαιόν ἐστι τοῦ μὴ δεῖν τὸ ἔμψυχον, ἂν μὴ βλάπτῃ, διαφθείρειν, μηδὲ ἀναιρεῖν, ὡς ζώου τοῦ πυρὸς ἐοικότος; καὶ γὰρ τροφῆς δεῖται, καὶ αὐτοκίνητόν ἐστι, καὶ σβεννύμενον φωνὴν ἀφίησιν, ὥσπερ φονευόμενον. ἢ διδάσκει τὸ ἔθος ἡμᾶς, ὅτι δεῖ μήτε πῦρ, μήτε ὕδωρ, μήτε ἄλλο τι τῶν ἀναγκαίων αὐτοὺς ἄδην ἔχοντας διαφθείρειν, ἀλλὰ ἐᾶν χρῆσθαι τοὺς δεομένους, καὶ ἀπολείπειν ἑτέροις, ὅταν αὐτοὶ μηκέτι χρείαν ἔχωμεν. *Cur lucernam non exſtinguebant, ſed ultro conſumi, atque exſtingui ſinebant? an venerabantur eam, ut cognatam, & germanam ignis perennis, & inexſtinguibilis? an eo ſignificabant, animata, niſi noceant, interficienda non eſſe: quaſi animalis ſimilis ſit ignis, quod & alimento indiget, & per ſe movetur, &, cum exſtinguitur, vocem emittit, velut ſi occidatur? aut hic mos docet nos, neque ignem, neque aquam, neque ullam rem neceſſariam, cujus copia nobis ſuppetit, perdere nos debere, ſed aliis relinquenda eſſe, quibus uſus eſt iis, ubi nos non amplius indigemus?*

12. In omni ducatu i. quoties *ducerent* exercitum. Capitol. Pertin. c. 5. *Petenti ſignum prima die tribuno dedit, militemus: exprobrans utique ſegnitiem temporum ſuperiorum, quod quidem etiam ante in omnibus ducatibus dederat.* * *Ducatus* pro imperio, pro publica adminiſtratione. Spartian. Peſcen. Nigr. c. 4. *Ducatum mox dabo.* Juſtin. ix. 6. 8. *Adverſarium inſuper ducatu honoratum cerneret.* Liv. Epit. 96. *Octavo ducatus ſui anno.* Imo *cæli ducatum* dixit Manil. v. 363. Gloſſæ: *Ducatus*, ἡγεμονία. *Ducatus latronum*, ἀρχὴ λῃστείας. Noſt. *Ner.* 19. 2.

13. Expertissimum valde probatum vulgo dicimus. Ita *pharmacum expertum* dicit Scribonius Largus præfat. ad C. Julium Calliſtum: *Non ſolum quas, compoſitiones, deſideraſti, verum etiam ſi quas aliae expertas in præſenti habui, in hunc locum contuli.* Liv. xxi. 1. *Haud ignotas belli artes, ſed expertas primo Punico bello.* V. & *Voſſ. de vit. ſerm.* 1. 33.

14. Bructeri populi Germaniæ ad flumen Amiſiam. Tacit. Annal. 1. 60. 5. *Ductum inde agmen ad ultimos Bructerorum: quantumque Amiſiam & Lupiam amnes inter, vaſtatum.*

15. Tormentis ſcelera confiteri & olim cogebantur rei. Curt. vi. 11. 31. *Illi rurſus tormentis admotis, ut hoc quoque crimen confiteretur, expreſſere.* iv. 10. 32. *Videſne in te Tyriote locum mendacio non eſſe? tormenta jam hic erunt.* Noſt. *Galb.* 10. 8.

CAPUT XX.

ARG. *In Urbem redux dilatum triumphum agit, ſeque præſidenti patri ad genua ſubmittit, Batonem ingentibus præmiis donat, prandium & congiarium populo dat, & Concordiæ ædem, Polluciſque & Caſtoris dedicat Tiberius Nero Cæſar.*

1 A Germania in Urbem poſt biennium regreſſus, triumphum [1], quem diſtulerat, egit; proſequentibus etiam legatis [2], quibus triumphalia ornamenta [3] impetrarat: ac prius quam in Capitolium flecteret, deſcendit e curru, ſeque præſidenti pa-
2 tri [4] ad genua ſummiſit. Batonem [5] Pannonium [6] ducem ingentibus donatum præmiis

Triumphum, *quem diſtulerat, egiſſe* Tiberium reducem tradit etiam Paterc. ii. 121. 2. *In Urbem reverſus, jam pridem debitum, ſed continuatione bellorum dilatum, ex Pannoniis Dalmatiſque egit triumphum.* Egit autem illum Germanico & C. Fontejo conſulibus, qui conſules fuerunt anno ab U. C. 764. ut produnt *Faſti Capitolini*, & ex illis *Pigh. Ann.* iii. *p.* 541.

2. Legatis, inter quos fuit L. Domitius, Neronis Cæſaris avus. Noſt. infr. Ner. 4. 1.

3. Triumphalia ornamenta quæ fuerint dixi *ſupr. Aug.* 38. 1. §. 5. Hæc abſtuliſſe videtur Lepidus quidam, de quo Paterc. ii. 115. 2. *Initio æſtatis Lepidus, educto hibernis exercitu, per gentes integras, immuneſque adhuc clade belli, & eo feroces, ac truces, tendens ad Tiberium imperatorem, & cum difficultate locorum, & cum vi hoſtium luctatus, magna cum clade obſiſtentium, excisis agris, exuſtis ædificiis, cæſis viris, lætus victoria, prædaque onuſtus, pervenit ad Cæſarem, & ob ea, quæ ſi propriis geſſiſſet auſpiciis, triumphare debuerat, ornamentis triumphalibus, conſentiente cum judicio principum voluntate ſenatus, donatus eſt.*

4. Patri Auguſto, quem ex hoc triumpho gaudium inſignite magnum percepiſſe dicit Ovid. de Pont. ii. 1. 57....60.

Te

Digitized by Google

miis [7] Ravennam [8] tranſtulit [9]: gratiam referens, quod ſe quondam exercitu iniquitate loci circumcluſum paſſus eſſet evadere. Prandium dein populo mille menſis, & 3
congiarium [10] tricenos nummos [11] viritim dedit. Dedicavit & Concordiæ ædem [12]: 4
item Pollucis & Caſtoris [13], ſuo fratriſque nomine, de manubiis.

Te quoque victorem Tarpejas ſcandere in arces
Læta coronatis Roma videbit equis.
Maturoſque Pater nati ſpectabis honores,
Gaudia percipiens, quæ dedit ipſe ſuis.

5. BATONE duce hoc bellum fuiſſe ſuſcitatum docet Dio LV. p. 568. B. Ἐπάγοντος αὐτοὺς ὅτι μάλιστα Βάτωνος τοῦ Δυσιδιάτου, τὸ μὲν πρῶτον ὀλίγοι τινὲς ἐπανέστησαν. *Batone quodam Dyſidiato eos maxime concitante primo pauci quidam rebellavere.* Qui deſperato ſe rem tenere poſſe pacem per internuntios petiit, & quum non perſuaderet ſuis, ut idem facerent, eos deſeruit: neque ulli poſtea, quamvis a multis accitus, auxilium tulit. Ὁ Βάτων, ἀπογνοὺς τὴν ἐπικράτησιν διεκηρυκεύσατο πρὸς αὐτόν: καὶ ἐπειδὴ μὴ ἔπειθε καὶ τοὺς ἄλλους σπείσασθαι, ἐγκατέλιπεν αὐτούς: καὶ ὁ μὲν οὐκέτ' οὐδ' ἄλλῳ τινί, καίπερ πολλῶν αὐτὸν ἐπικαλουμένων, ἐβοήθησεν. Dio LVI. *p.* 580. *B.* Imo ſub idem tempus, miſſo ad Tiberium Sceva filio, traditurum ſe ſuoſque ei pollicitus eſt, ſi impunitas detur. Καὶ τούτῳ Σκευᾶν τὸν υἱὸν πρὸς Τιβέριον πέμψας, παραδώσειν οἱ καὶ ἑαυτὸν, καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ πάντας ὑπέσχετο, ἂν τῆς ἀδείας τύχῃ. *Idem ibidem p.* 581. *E.*

6. PANNONIÆ regem Batonem dicit noſter, & juxta cum illo Sextus Rufus. *Batone Pannoniorum rege ſubacto, in ditionem noſtram Pannoniæ venerunt.* Erroris ergo, dum Dalmatiæ regem illum facit LV. p. 568. B. Dionem recte inſimulat *Scalig. in Euſeb. p.* 165. V. *Pannones* ſupr. Aug. 20. 3. §. 12.

7. DONATUM PRÆMIIS, imo in ejus gratiam multis vitam, & veniam dedit Tiberius. Ovid. de Pont. II. I. 45.

Maxima pars hominum vitam, veniamque tulerunt:
In quibus & belli ſumma, caputque Bato.

8. RAVENNAM deſcripſi ſupr. Aug. 20. 3. §. 13.

9. TRANSTULERIT ex Pannonia, an ex Urbe Ravennam domum dimittendum incertum eſt. *Sabellicus.*

10. CONGIARIUM quid V. ſupr. Cæſ. 27. 2. §. 13.

11. NUMMUS quid V. ſupr. Aug. 40. 4. §. 18.

12. CONCORDIÆ ÆDES, τό τε Ὁμονόειον τῷ δὲ ἑξῆς ἔτει ὑπὸ τοῦ Τιβερίου καθιερώθη, καὶ αὐτῷ τό τε ἐκείνου ὄνομα, καὶ τὸ τοῦ Δρούσου τοῦ ἀδελφοῦ καὶ τεθνηκότος ἐπεγράφη Μάρκου δὲ Αἰμιλίου μετὰ Στατιλίου Ταύρου ὑπατεύσαντος. *Anno ſequenti Concordiæ ædes ſacrata eſt a Tiberio: qui illi ſuum, & fratris Druſi jam vita functi nomen inſcripſit M. Æmilio Lepido, Statilio Tauro conſulibus.* Dio LVI. 586. B. Hi conſules fuerunt anno ab U. C. 763. ut tradunt Faſti Capitolini, & Pigh. Ann. III. *p.* 539. Illam ſibi reficiendam jam ſumpſerat ſe II. & Cn. Calpurnio Piſone conſulibus id eſt, ut ex faſtis Capitolinis Pigh. Ann. III. *p.* 526. anno ab U. C. 746. Dio LV. p. 553. C. Τιβέριος ἐν τῇ νουμηνίᾳ, ἐν ᾗ ὑπατεύειν μετὰ Γναίου Πείσωνος ἤρξατο, τὸ Ὁμονόειον αὐτὸς ἑαυτῷ ἐπισκευάσαι προστάξας, ὅπως τό τε ἴδιον καὶ τὸ τοῦ Δρούσου ὄνομα αὐτῷ ἐπιγράψῃ. Hanc Liviam reſtituiſſe, & Tiberium dedicaſſe dicit Ovid. Faſt. I. 647.

Inde triumphatæ libaſti munera gentis;
Templaque feciſti, quam colis ipſe, Deæ.
Hæc tua conſtituit genetrix, & rebus, & ara.

Hanc Furium Camillum voviſſe, & ad ipſum Capitolii adſcenſum circa annum U. C. 387. poſitam, forum, & comitium reſpexiſſe putat *Rycq. de Capit. c.* 42. dicente Plutarch. Camil. p. 151. E. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ συνελθόντες, ἐψηφίσαντο τῆς μὲν Ὁμονοίας ἱερὸν, ὥσπερ ηὔξατο ὁ Κάμιλλος, εἰς τὴν ἀγορὰν καὶ εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἄποπτον, ἐπὶ τοῖς γεγενημένοις ἱδρύσασθαι. Huic ſuum, & fratris nomen inſcripſit Tiberius, mutuam, quæ inter illos erat, benevolentiam publice hac re declaraturus, ut docet *Perizon. Anim. Hiſtor. c.* 3. De ejus ſitu multa Nardin. Rom. Vet. v. 6. & veſtigia exhibet Donat. de Urb. Rom. II, 14.

13. POLLUCIS ET CASTORIS ædem M. Æmilio Lepido & L. Arruntio conſulibus I. anno ab U. C. 758. *Pigh. Ann.* III. *p.* 534. dedicavit Tiberius. Dio LV. p. 567. A. Καὶ ὅτι τὸ Διοσκούρειον ὁ Τιβέριος καθιερώσας, οὐ τὸ ἑαυτοῦ μόνον ὄνομα αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐκείνου ἐπέγραψε. *Idque etiam quod Tiberius in dedicatione ædis Caſtoris & Pollucis non ſolum ſuum, ſed illius,* Druſi, *quoque nomen ei inſcripſit.* Inſcripſit vero, ut docet modo laudatus vir clariſſimus, ut ſe mutuo amore, & concordia alteros fuiſſe *Caſtores* populo perſuaderet.

CAPUT XXI.

ARG. *In Illyricum proficiſcitur, ex itinere revocatus ſpirantem adhuc Auguſtum reperit, & diſquiritur, quare ab Auguſto adoptatus ſit Tiberius Nero Cæſar.*

Ac

1 Ac non multo poſt lege per conſules lata [1], ut provincias [2] cum Auguſto commu-
niter adminiſtraret; ſimulque cenſum ageret [3], condito [4] luſtro [5] in Illyricum
2 profectus eſt. Et ſtatim ex itinere revocatus, jam quidem affectum [6], ſed tamen
3 ſpirantem [7] adhuc Auguſtum reperit; fuitque una ſecreto per totum diem. Scio
vulgo perſuaſum, quaſi egreſſo poſt ſecretum ſermonem [8] Tiberio, vox Auguſti
per cubicularios excepta [9] ſit: *miſerum populum Romanum, qui ſub tam lentis maxillis*
4 *erit* [10]. Ne illud quidem ignoro, aliquos tradidiſſe, Auguſtum palam, nec diſſi-
mulanter morum ejus diritatem [11] adeo improbaſſe, ut nonnunquam remiſſiores [12] hi-
larioreſque ſermones ſuperveniente eo abrumperet: ſed expugnatum [13] precibus uxo-
ris [14] adoptionem non abnuiſſe: vel etiam ambitione tactum [15], ut tali ſucceſſore de-
5 ſiderabilior [16] ipſe quandoque fieret. Adduci tamen nequeo, quin exiſtimem, cir-
cum-

LEGE PER CONSULES LATA, quo ſenatum demeretur, & Tiberii inde creſceret auctoritas. Patrem imitatur filius apud Tacit. Ann. I. 7. 3. *Tiberius cuncta per conſules incipiebat, tanquam vetere Republica.*

2. PROVINCIAS, quas in *provinciarum* diviſione, de qua ſupr. Aug. 47. I. ſibi ſervaverat Auguſtus. De illarum communi adminiſtratione Paterc. II. 121. I. *Senatus populuſque Romanus, poſtulante patre ejus, ut æquum ei jus in omnibus provinciis exercitibuſque eſſet, quum decreto complexus eſſet: etenim abſurdum erat, non eſſe ſub illo, quæ ab illo vindicabantur, & qui ad opem ferendam primus erat, ad vindicandum honorem non judicari parem....*

3. CENSUM AGERE quid, dixi ſupr. Aug. 27. 8. §. 32.

4. CONDERE luſtrum quid fuerit, dixi ſupr. Aug. 97. 2. §. 2.

5. LUSTRUM quid fuerit, dixi ſupr. Aug. 27. 7. §. 28.

6. AFFECTUM I. periculoſe ægrotantem, & prope depoſitum. Gell. III. 16. *Affecta ea proprie dicebantur, quæ non ad finem progreſſa deductave erant.* Plaut. Rud. II. 4. 5.

—— accipiam hoſpitio, ſi nox venerit,
Item ut affectam.

Prop. II. 21. I.

Jupiter affectæ tandem miſerere puellæ.

Ubi V. *Paſſeratium*. Noſt. *Claud.* 25. 5.

7. SPIRANTEM I. nondum plane mortuum. V. Curt. IV. 6. 20. §. 89.

8. SECRETUM SERMONEM, quem deſcribit Paterc. ſupr. Aug. 99. 6. §. 19.

9. EXCEPTA I. audita. Plaut. Amph. IV. 4. 26.

Quid memeret, hinc excipiam.

10. SUB LENTIS MAXILLIS ESSE I. longo cruciatu vexari prius quam conficiaris, uti beſtia aliqua ſæva dentibus prehenſum lacerat. *Lentus* tardus eſt & flexibilis ut monui ad Curt. III. 5. 13. §. 41. Tiberii *lentitudinem* obſervat etiam Sejanus apud Tacit. Annal. IV. 71. 4. *Gnarus lentum in meditando, ubi prorupiſſet, triſtibus dictis atrocia facta conjungere.* Quamvis Plutarch. Apophth. p. 207. E. prodat Auguſtum dixiſſe *Romanis* ſe imperii ſui hæredem relicturum, qui nunquam bis una de re conſultaverit, & Tiberium innuiſſe: Ῥωμαίοις δὲ τῆς ἀρχῆς ἔλεγεν ἀπολείψειν διάδοχον, ὃς οὐδέποτε περὶ τοῦ αὐτοῦ πράγματος δὶς ἐβουλεύσατο, Τιβέριον λέγων. Unde Aurel. Victor. Epit. 2. 5. *Repentinis reſponſionibus, aut conſiliis melior, quam meditatis.* Ejus *lentitudo* comitem ſævitiam habuit apud noſt. infr. 57. I. Ubi illam malignam & contumacem interpretatur *Terentius*, quia & talem ſignificat. Horat. Sat. I. 9. 64.

Et prenſare manu lentiſſima brachia.

I. quæ omnino ſequi nollent. Cicer. ad Attic. I. II. *Nihil ego illa impudentius, aſtutius, lentius vidi.*

11. DIRITATEM, quam *acerbitatem* & *inſolentiam* vocat Auguſtus ſupr. 51. 2. V. Tacitum §. 15. Valde *triſtem* fuiſſe monet Plin. XXVIII. 2. *Quod etiam Tiberium Cæſarem, triſtiſſimum (ut conſtat) hominum: in vehiculo exegiſſe tradunt.* Serv. Æn. II. 519. *Mens dira proprie modo; nam dira eſt deorum ira: dirum, deorum ira immiſſum.*

12. REMISSIORES I. minus ſerios. V. Aug. 98. 2. §. 3.

13. EXPUGNATUM I. exoratum. V. Cæſ. I. 3. §. 35.

14. PRECIBUS UXORIS. Plin. Paneg. 7. 5. *An ſenatus populique Romani exercitus, provincias, ſocios tranſmiſſurus uni, ſucceſſorem e ſinu uxoris accipias? ſummæque poteſtatis hæredem tantum intra domum tuam quæras? non per totam civitatem conferas oculos? & hunc tibi proximum, hunc conjunctiſſimum exiſtimes, quem optimum, quem diis ſimillimum inveneris.*

15. AMBITIONE TACTUM ſi quis diceret hæc feciſſe Auguſtum, errare non videretur. Nam & ita Tacit. Ann. I. 10. 9. *Ne Tiberium quidem caritate, aut Reipublicæ cura ſucceſſorem adſcitum: ſed quoniam arrogantiam, ſævitiamque ejus introſpexerit, comparatione deterrima ſibi gloriam quæſiviſſe.* Nec minus Dio LVI. p. 599. E. Τοσοῦτον δ' ἂν τὸ σύμπαν ἀλλήλων διήνεγκαν, ὥστε τινὰς καὶ ἐς τὸν Αὔγουστον ὑποπτεῦσαι, ὅτι ἐξεπίτηδες τὸν Τιβέριον, καίπερ εὖ εἰδὼς, ὁποῖος ἦν, διάδοχον ἀπέδειξεν, ἵνα αὐτὸς ἐνδοξήσῃ. *Tanta profecto fuit inter Auguſtum & Tiberium diſſimilitudo, ut ſuſpectum Auguſtum quidam habuerint, conſulto Tiberium ab Auguſto, ſatis eum, qualis eſſet, cognoſcente, ſucceſſorem*

Digitized by Google

cumſpectiſſimum & prudentiſſimum principem, in tanto præſertim negotio, nihil
temere feciſſe; ſed vitiis Tiberii virtutibuſque perpenſis, potiores duxiſſe virtutes:
præſertim cum & *Reipublicæ cauſa adoptare ſe eum* [17] pro concione juraverat: & epi-
ſtolis aliquot, ut peritiſſimum rei militaris, unicum populi Romani præſidium [18]
proſequatur. Ex quibus in exemplum pauca hinc inde ſubjeci. *Vale, jucundiſſime* 6.7
Tiberi, & feliciter rem gere, ἐμοὶ καὶ ταῖς Μούσαις στρατηγῶν [19]. *Jucundiſſime, & ita* 8
ſim felix [20], *vir fortiſſime, & dux νομιμώτατε* [21] *vale.* Et; *ordinem æſtivorum tuo-* 9
rum [22]? *Ego vero, mi Tiberi, & inter tot rerum difficultates, καὶ τοσαύτην ῥαθυμίαν τῶν*
στρατευομένων [23] *non potuiſſe quemquam prudentius gerere ſe, quam tu geſſeris, exiſtimo. Hi* 10
quoque, qui tecum fuerunt, omnes confitentur verſum illum in te poſſe dici,

Unus homo nobis vigilando [24] reſtituit rem.

Sive, inquit, *quid incidit, de quo ſit cogitandum diligentius, ſive quid ſtomachor* [25] *valde,* 11
medius

ceſſorem ordinatum, quo magis ipſius gloria floreret. V. etiam *Caſaubonum.*

16. DESIDERARE cœperunt Auguſtum Romani ſtatim ab ejus exceſſu. Quem cum narraſſet, ita Dio ibid. D. Καὶ γὰρ φιλεῖ πᾶς τὸ ἀεὶ παρὸν οὐχ οὕτω τι ἐν τῷ παρόντι τῆς εὐδαιμονίας αἰσθάνεσθαι, ὡς καὶ δυστυχήσας ποθεῖν αὐτό. Ὅπερ που καὶ τότε περὶ τὸν Αὔγουστον συνέβη: τὸν γὰρ Τιβέριον μετ' αὐτὸν οὐχ ὁμοίως πειρασθέντες, ἐκεῖνον ἐζήτουν. *Nam mortales non tam rebus ſecundis ſuam felicitatem ſentire ſolent, quam malis conflictati eam deſiderant. Quod idem de Auguſto evenit: Tiberium enim ipſius haud ſimilem experti, illum requirebant.* Princeps bonus, qui deceſſit, tanto eſt *deſiderabilior*, quanto pejor eſt, qui illi ſuccedit. Auguſto melior Nerva apud Plin. Paneg. 10. 6. qui Trajano *terras*, Trajanum *terris reliquit, eo ipſo carus omnibus ac deſiderandus, quod proſpexerat, ne deſideraretur.* Unde oratione hac blanda illum vita jam defunctum non ὀλίγως compellat idem ibidem 89. 1. *Quanto nunc dive Nerva gaudio frueris, cum vides & eſſe optimum & dici, quem tanquam optimum elegiſti? quam lætum tibi, quod comparatus filio tuo vinceris? neque enim alio magis approbatur animi tui magnitudo, quam quod optimus ipſe non timuiſti eligere meliorem.*

17. REIPUBLICÆ CAUSA.... in Tiberii adoptione adjectum fuiſſe dixit Paterc. 15. 2. §. 11.

18. PRÆSIDIA Reipublicæ vocantur viri bellicoſi, militiæ periti. Tacit. Germ. 13. 6. *Hæc dignitas, hæ vires, magno ſemper electorum juvenum globo circumdari, in pace decus, in bello præſidium.* V. Barthium Adv. XXIV. 14. ad Claudian. Bell. Gild. n. 233. Inde *præſidium militum* dicitur Tiberius Patere. II. III. 2. *Itaque, ut præſidium militum, Reſpublica ab Auguſto ducem in bellum popoſcit Tiberium.*

19. Ἐμοὶ καὶ ταῖς Μούσαις στρατηγῶν i. mihi & Muſis i. honori meo & Muſarum militans. Muſis quidem nihil cum Marte. Potuerit tamen Tiberium tunc forte in hibernis agentem ſuo exemplo ad Muſarum commercia provocaſſe. Nam ad Muſas ſic de Auguſto Horat. Od. III. 4. 37.

Vos Cæſarem altum, militia ſimul
Feſſas cohortes abdidit oppidis:
Finire quærentem labores
Pierio recreatis antro.

V. & *Torrentium.*

20. ITA SIM FELIX formula erat jurisjurandi, quam fere exprimebant per *ita*, vel *ut*, Prop. I. 7. 3.

Atque ita ſim felix, primo contendis Homero.

Seneca ἀποκολ. *ita illum amnum & felicem habeam.* V. *Briſſon. de form.* VIII. *p.* 708. *Vechner. Hellen.* II. 13. §. 3. *Schott. in Senec. Contr.* III. 16. *Douz.* & *Paſſerat. in Propertium. Hanſen. de Jurejur. vet. c.* 13.

21. Νομιμώτατος appellat ducem, ut Latini *legitimum*, quidquid in ſuo genere perfectum eſt, ut *legitimos* pugiles, quos catervariis opponit ſupr. Aug. 45. 5. & *legitimum* penem Juven. IX. 43.

An facile & pronum eſt agere intra viſcera penem
Legitimum.

V. *Torrentium.*

22. ORDINEM ÆSTIVORUM TUORUM admirative dicta intelligantur, hoc ſenſu: *quid dicam ordinem æſtivorum tuorum?* Eſt enim oratio abrupta, q. d. vis ut laudem? *Glareanus.* * Non video, quid cauſæ ſit, cur repudiemus lectionem codicis Urſini, & editionis R. Stephani: *Ordinem æſtivorum tuorum ego vero, mi Tiberi, laudo.* Mihi ſane magis arridet quam abruptum hoc dicendi genus, quo minime delectatus eſt Auguſtus, ſi Suetonio fides. *Grævius.*

23. Τοσαύτην ῥαθυμίαν στρατευομένων i. tantam militum ſocordiam. Significat animos legionariorum in præſentis militiæ conditionibus non acquieſcentes ſub extrema Auguſti tempora. Quod ſtatim poſt ejus obitum Pannoniæ & Germaniæ legiones declararunt. *Caſaubonus.*

24. VIGILANDO, ex Enniano carmine immutata eſt dictio. Nam ſicuti de Fabio Maximo dixit Ennius, quod *cunctando reſtituit rem* Romanis i. *non pugnando*, interprete Plin. XXII. 5. ita Auguſtus dixit de Tiberio, quod *vigilando* idem factitaverit. Fabii cunctationem deſcribunt *Polyb.* III. 105. *Liv.* XXII. 12. *Zonar. Ann.* II. *p.* 76. V. & *Beroaldum.*

Digitized by Google

medius fidius [26] *Tiberium meum deſidero: ſuccurritque verſus ille Homericus* [27],

Τούτου δ' ἑσπομένοιο [28], καὶ ἐκ πυρὸς αἰθομένοιο
Ἄμφω νοστήσαιμεν [29], ἐπεὶ περὶ οἶδε νοῆσαι.

12 *Attenuatum te eſſe* [30] *continuatione laborum, cum audio & lego, dii me perdant* [31], *niſi cohorreſcit* [32] *corpus meum: teque rogo, ut parcas tibi: ne, ſi te languere audierimus, &*
13 *ego & mater tua exſpiremus, & de ſumma* [33] *imperii ſui populus Romanus periclitetur. Ni-*
14 *hil intereſt valeam ipſe nec ne, ſi tu non valebis. Deos obſecro* [34], *ut te nobis conſervent, & valere nunc & ſemper patiantur, ſi non populum Romanum peroſi ſunt.*

25. STOMACHOR i. diſplicet, ægre fero. Cicer. Fam. XV. 16. *Si enim ſtomachabere, & moleſte feres, plura dicimus. Stomachum* enim pro indignatione dicit idem ibidem II. 16. *Hoc adſperſi, ut ſcires, me tamen in ſtomacho ſolere ridere.* Noſt. *infr.* 59. 9. Proprie *ſtomachus* eſt fiſtula, per quam cibus deſcendit. Cicer. N. D. II. 54. *Linguam ad radices ejus hærens excipit ſtomachus: quo primum illabuntur ea, quæ accepta ſunt: oris utraque ex parte tonſillas attingens, palato extremo, atque intimo terminatur. Atque is agitatione, & motibus linguæ cum depulſum, & quaſi detruſum cibum accepit, depellit.* Exinde pro ventriculo, ſive ciborum receptaculo ponitur. Cicer. ibid. c. 49. *Eademque hæc avis ſcribitur conchis ſe ſolere complere, eaſque cum ſtomachi calore concoxerit, evomere.* Noſt. *Claud.* 33. *Cal.* 58. 1. *Aug.* 76. 3. V. etiam *Gell.* XVII. 11.

26. MEDIUS FIDIUS jurantis eſſe, dixi ad Curt. X. 6. 22. §. 52.

27. VERSUS ILLE HOMERICUS exſtat Iliad. X. 246. Illo Diomedes caſtra Trojana ſpeculaturus Ulyſſem ſibi poſtulat comitem.

28. Τούτου δ' ἑσπομένοιο.... i. hoc comitante, etiam ex igne ardenti ambo redierimus; nam ille ſcit circumſpicere.

29. Νόστος proprie eſt dulcedo alicujus rei. Gloſſ. Philox. Νόστος, γεῦσις, *ſapor.* Suidas. Νόστος παρὰ τῇ συνηθείᾳ ὁ γλυκασμὸς, ἐπὶ τῶν ἐδεσμάτων. *Noſtos in uſu communi vocatur dulcedo, quæ percipitur in cibis.* Hinc νόστος, reditus. Suidas. Νοστῆσαι, ἐπανελθεῖν. Ratio, reditus in patriam dulcis eſſe ſolet. Suidas. Νόστος, ἡ οἴκαδε ἐπάνοδος, παρὰ τὸ τῆς πατρίδος γλυκύ· οὐδὲν γὰρ γλύκιον ἧς πατρίδος καθ' Ὅμηρον. *Noſtos, reverſio domum, ab ipſa patriæ dulcedine, nihil enim dulcius eſt patria, ut ait Homerus.*

30. ATTENUATUM ESSE i. macilentum eſſe factum. *Attenuare* eſt exilius quid reddere. Plin. XI. 37. *Lingua leonibus ac pardis, omnibuſque generis ejus, etiam felibus, imbricatæ aſperitatis, ac limæ ſimilis, attenuanſque lambendo cutem hominis.* Quid *tenue*, dixi *ſupr. Cæſ.* 46. 3. §. 10.

31. DII ME PERDANT, in adjurationibus recepta erant verba. Plaut. Mil. Glor. III. 2. 20.

Dii me perdant, ſi bibi.

Ciſt. II. 1. 21.

Dii me perdant,
Si illam uxorem duxero mihi unquam, quam deſpondit pater.

Noſt. *infr.* 67. 2. V. *Briſſon. de Form.* VIII. *p.* 713.

32. COHORRESCIT i. frigore quaſi tremit, *horrore* afficitur. Cicer. Attic. V. 21. *Cohorrui primo: etenim erat interitus civitatis. Horror* fere febrium eſt. Celſ. III. 3. *Aliæ,* febres, *protinus a calore incipiunt, aliæ a frigore, aliæ ab horrore. Horrorem voco, ubi totum corpus intremit.* Unde Petron. c. 17. *Tam periculoſo inhorrui frigore, ut tertianæ etiam impetum timerem.*

* 33. SUMMA i. ſalute. Ita damnum, ab hoc vel illo præfecto factum, imperii ſalutem ſpectare dum vult docere Juſtinus, dicit VI. 1. 5. *tanquam non ad unius ſummam imperii detrimentum omne perveniat.* Hanc *ſummam rempublicam* vocat ſupr. Cæſ. 28. 1.

34. DEOS OBSECRO.... de qua ſubſcriptione plura *infr.* 32. 4. §. 6.

CAPUT XXII.

ARG. *Agrippam juvenem tribuni militum opera interimit, & Auguſti exceſſum palam facit Tiberius Nero Cæſar.*

1 Exceſſum Auguſti non prius palam fecit [1] quam Agrippa [2] juvene interempto. Hunc

PALAM FACERE veteri formula dicebantur illi, qui alicujus obitum divulgabant. Liv. I. 41. *Tum demum palam facta, ex comploratione in regia, morte,* ut legendum eſſe pro *orta* putat *Freinſh. in ind. Flor. in complorare.* Senec. de tranq. c. 15. *Cato ille, virtutum viva imago, incumbens gladio, cogitur ſimul de ſe, ac de Republica palam facere,* i. ſuum & Reipublicæ interitum ſimul indicare. Quod Cicer. orat. poſt redit. in ſen. c. 7. *Nondum palam factum erat occidiſſe rempublicam.* Noſt. *Tit.* II. 2. *Ner.* 8. 1. *Cal.* 6. 3.

2. Ἀγρίππαν τὸν μὲν ἐν αὐτίκα πέμψας ἀπέκτεινε, τοῦ Αὐγούστου ὄντα θυγατριδοῦν ἐξ Ἰουλίας καὶ τοῦ Ἀγρίππου. *Tum vero Agrippam occidi juſſit, Auguſti ex Julia*

Hunc tribunus militum [3] cuſtos appoſitus occidit, lectis codicillis [4], quibus ut id 2
faceret, jubebatur. Quos codicillos dubium fuit, Auguſtuſne moriens reliquiſſet [5], 3
quo materiam tumultus poſt ſe ſubduceret: an nomine Auguſti Livia [6], & ea con-
ſcio Tiberio an ignaro, dictaſſet. Tiberius renuntianti tribuno factum eſſe, quod 4
imperaſſet [7], *neque imperaſſe ſe* [8], *& redditurum eum ſenatui rationem* reſpondit: invidiam ſcilicet præſentia vitans. Nam mox ſilentio rem obliteravit [9].

lia nepotem, & Agrippæ filium. Zonar. Ann. II. p. 172. παραχρῆμα, ἀπὸ τῆς Νώλης πέμψας τινὰ, *ſtatim, a Nola miſſo aliquo.* Dio LVII. p. 604. A.

3. TRIBUNUM MILITUM interfeciſſe Agrippam dicit noſter, *centurionem* vero Tacit. Ann. I. 6. I. *Primum facinus novi principatus fuit, Poſtumi Agrippæ cædes: quem ignarum, inermumque quamvis firmatus animo centurio ægre confecit:* & Dio. Ὅτι ὁ ἑκατόνταρχος ὁ τὴν φρουρὰν αὐτοῦ ἔχων νεωτεροποιοῦντά τι ἀπέσφαξεν αὐτογνωμονήσας. *Centurionem, cujus cuſtodiæ mandatus fuerat, novas res agitanti ſuopte conſilio necem intuliſſe.* A centurione, ſed tribuni juſſu, fuiſſe occiſum putat Lipſ. in Tacit. p. 4. Nec abludit a vero. Ipſi enim dicuntur feciſſe, qui quid per alios faciunt. Ita *Cn. Octavium legatum in Syria, in gymnaſio occiſum, per Lyſiam, tutorem Antiochi pueri*, dicit Obſeq. c. 74. ſed uſum miniſterio Leptinis cujuſdam. Appian. Syriac. p. 117. Καί τις ἐν Λαοδικείᾳ Λεπτίνης, τὴν ὄψιν οὐκ ἐνεγκὼν, Γνάϊον Ὀκτάουιον τὸν τῶν δὴ τῶν πρέσβεων ἡγεμόνα, ἀλειφόμενον τῷ γυμνασίῳ, διεχειρίσατο: καὶ τὸν μὲν Ὀκτάουιον ἔθαπτεν ὁ Λυσίας. *Leptines quidam, qui tunc erat Laodiceæ, Cn. Octavium legationis principem, dum ungitur in gymnaſio, confodit: & Octavium Lyſias ſepelit.*

4. CODICILLIS I. epiſtolis. Cicer. Frat. II. 10. *Epiſtolam hanc continuo efflagitarunt codicilli tui.* Noſt. Cal. c. 55. n. 3. Erant alias tabellæ cera illitæ, in quibus pungendo, ſtylo impreſſo, ſcribebant. Plures ligneæ tabellæ glutino jungebantur, item ut junguntur hodie noſtrates libri, ut illos deſcribit Manut. Quæſ. Epiſt. II. I. Hoſce *ad tribunum miſerat Salluſtius Criſpus.* Tacit. Ann. I. 6. 6. Ita enim receptum, quo magis cautum militibus eſſet, cædem mandari per libellum, ſcilicet ne Imperator auctoritatem poſſet defugere. Herodian. III. II. 19. Ὁ δὲ Σατουρνῖνος γραμματεῖον ᾔτησε τοῦ φόνου φέρον τὰς ἐντολάς. Ἔθος γὰρ τοῦτο τυραννικὸν ἦν τοῖς ἐπιπέμπουσιν ἐπὶ φόνον ἄκριτον, ἐντέλλεσθαι τοῦτο διὰ γραμμάτων, ἵνα μὴ γυμνὸν ᾖ ἀναπολόγητον. *Saturninus libellum petiit demandatæ ſibi cædis. Quippe mos tyrannis, quum aliquem indemnatum occidi jubent, per literas hoc injungere, ne, ſi cædes perpetretur, minime ſit obſignata.* V. *Lipſ. in Tacit. Ann. p. 5. Buleng. de imp.* III. 13.

5. AUGUSTUSNE RELIQUISSET. Tacit. Ann. I. 6. 2. *Nihil de ea re Tiberius apud ſenatum diſſeruit: patris juſſa ſimulabat, quibus præſcripſiſſet tribuno cuſtodiæ appoſito, ne cunctaretur Agrippam morte afficere, quandocumque ipſe ſupremum diem expleviſſet.* Fuiſſe, qui eum ab Auguſto ſub mortem interfectum eſſe commenti fuerint, dicit Dio. Ὅτι ὁ Αὔγουστος αὐτὸν ὑπὸ τὴν τελευτὴν ἀπεχρήσατο.

6. LIVIAM, *novercalibus odiis, ſuſpecti & inviſi juvenis cædem feſtinaviſſe* dicit Tacitus, & fuiſſe, qui Liviæ, non Tiberii mandato cæſum eſſe commenti fuerint. Dio. Ὡς ἡ Λιουία, ἀλλ᾽ οὐκ ἐκεῖνος ἀποθανεῖν ἐκέλευσε.

7. FACTUM QUOD IMPERASTI, formula erat ſollennis, qua ſive tribunus, ſive centurio, juſſus aliquid exſequi, id *factum* eſſe, quod juſſus erat, Imperatori renuntiabat. Tacitus. *Nuntianti centurioni, ut mos militiæ, factum eſſe quod imperaſſet.* Noſter *Claud.* 29. 6. V. *Caſaubonum, Lipſ. in Tacit. p. 4. Muret. V. L.* XI. 3. *Scriver. Mart.* IX. 15.

8. NON IMPERASSE SE Agrippæ cædem dicit etiam apud Tacitum Tiberius, ut & apud Dionem. Καὶ ἔλεγε μὲν μὴ ἐκ τῆς αὐτοῦ προστάξεως τοῦτο γεγονέναι, ἐπηπείλει τε τῷ δράσαντι: οὐ μὴν καὶ τιμωρίαν τινὰ αὐτοῦ ἐποιήσατο. *Et dixit ſe jubente hoc non eſſe factum, minatus etiam ei eſt, qui feciſſet: non tamen ultus eſt.*

9. OBLITERARE *eſt obſcura facere, & oblivionem ducere. Accius Agamemnone. Inimicitias Pelopidarum exſtinctas jam, atque obliteratas memoria renovare.* Non. II. 601. Catul. 64. 232.

Hæc vigeant mandata, nec ulla obliteret ætas.

Noſt. *infr.* 52. 4. *Cal.* 10. 5. *Ner.* 40. 9.

CAPUT XXIII.

ARG. *Senatum cogit, & alloquitur, & Auguſti teſtamentum per libertum recitat Tiberius Nero Cæſar.*

Jure autem tribunitiæ [1] poteſtatis coacto ſenatu, inchoataque allocutione [2] dere- 1
pente velut impar dolori congemuit; utque non ſolum vox, ſed & ſpiritus deficeret,

TRIBUNI plebis etiam jus habuerunt cogendi ſenatus. Gell. XIV. 8. *Nam & tribunis plebis ſenatus habendi jus erat.* Non tamen quoties vellent. Ideo Auguſto jam tribunitia poteſtate prædito alio decreto patrum opus fuit, ut quoties vellet, ſenatum jure cogere poſſet. Dio LIV. p. 522. D. Ἐπὶ δὲ τούτοις ὑπὸ μὲν τῶν εὐφρονούντων ἐπῃνεῖτο, ὥστε καὶ τὴν βουλὴν ἀθροίζειν ὁσάκις ἂν ἐθελήσῃ, λαβεῖν. *Propter*

hæc

2 ceret, optavit: ac perlegendum librum [3] Druſo filio tradidit. Illatum deinde Auguſti teſtamentum, non admiſſis [4] ſignatoribus [5] niſi ſenatorii ordinis [6], cæteris ex-
3 tra curiam ſigna agnoſcentibus [7], recitavit per libertum [8]. Teſtamenti initium fuit: *Quoniam ſiniſtra [9] fortuna Cajum & Lucium filios mihi eripuit, Tiberius Cæſar mihi ex*
4 *parte dimidia [10] & ſextante hæres eſto.* Quo & ipſo aucta eſt ſuſpicio opinantium, ſucceſſorem adſcitum eum neceſſitate magis, quam judicio; quando ita præfari non abſtinuerit.

hæc ii, qui ſane mentis erant, Auguſtum laudaverunt, adeo ut ſenatum, quoties vellet, convocandi licentiam ei darent. V. *Caſaubonum.* Hac poteſtate præditus ſenatum coegit Tiberius. Tacit. Ann. I. 7. 3. *Ne edictum quidem, quo patres in curiam vocabat, niſi tribunitiæ poteſtatis præſcriptione poſuit ſub Auguſto accepta.*

2. ALLOCUTIONE i. ſermone, quem de conſolatione mortis Auguſti conceperat. *Alloqui* enim quempiam dicebantur, qui ad eum mœrentem accedebant; verbiſque dolorem illius minuebant. Docet hoc Varr. L. L. v. 7. *Allocutum mulieres ire ajunt, cum eunt ad aliquam locutum, conſolandi cauſa.* Senec. Troad. n. 619.

Alios parentes alloqui in luctu decet.

Acceptum hoc a Græcis videtur. Παραμυθεῖσθαι, enim, aut παρηγορεῖν, verbum verbo, eſt *alloqui.* V. *Victor. V. L.* VIII. 23. *Muret. V. L.* II. 4. *Voſſ. Inſtit. Orat.* IV. 8. 2.

3. LIBRUM, ex quo alloqueretur ſenatum. Imitatus eſt Auguſtum *ſupra Aug.* 84. 5.

4. ADMISSIS, ut antequam teſtamentum aperiretur, ſigna ſua agnoſcerent. Paull. Sentent. IV. 6. *Tabulæ teſtamenti aperiuntur hoc modo, ut maxima pars eorum adhibeantur, qui ſignaverint teſtamentum: ita ut agnitis ſignis, rupto lino, aperiatur & recitetur.* Kirchm. de anul. c. 6. & Briſſon. Form. VII. p. 590.

5. SIGNATORIBUS i. amicis: qui ad teſtamenti tabulas *ſignandas* vocati fuerant. Receptum enim olim fuit amicos advocare, qui rei geſtæ teſtimonium perhiberent, & tabulas ſuo anulo confirmarent. Plin. Epiſt. I. 9. *Ille me ad ſignandum teſtamentum, ille in advocationem, ille in conſilium rogavit.* Hi dicebantur *teſtes claſſici.* Feſtus. *Claſſici teſtes dicebantur, qui ſignandis teſtamentis adhibebantur.* Kirchm. de anul. c. 5. V. etiam ſupr. Jul. 83. I. §. 2.

6. SENATORII ORDINIS cum omnes non eſſent, hinc omnes in curiam admiſſos noluit, ut ficta hac ſenatoriæ majeſtatis obſervantia ſenatum demereretur, donec auctoritati ſuæ cavit. Quod & obſervat *Babelonius.*

7. AGNOSCERE & *cognoſcere* ſigna jubebantur, qui tabulas ſignaverant, num ſua eſſent, & integra, & illibata. Cicer. Cat. III. 5. *Tabellas proferri juſſimus, quæ a quoque dicebantur datæ. Primum oſtendimus Cethego: ſignum cognovit.* Plaut. Bacch. IV. 6. §. 19.

Cedo tabellas. CH. Noſce ſignum. NI. Novi.

V. etiam *Victor. V. L.* XIV. 4.

8. PER LIBERTOS recitaſſe veteres teſtamenta, docui ſupr. Aug. 102. 2. §. 9.

9. SINISTRA i. inimica, noxia, contraria. Quod ductum ab avibus, quæ *ſiniſtra* infauſtæ ſunt. Virg. Georg. I. 445.

Arboribus, ſatiſque notus, pecorique ſiniſter.

Ubi Servius: *ſiniſter* i. *noxius.* Virg. Æn. XI. 347.

Cujus ob auſpicium infauſtum, moreſque ſiniſtros.

Ubi Servius: *ſiniſtros* i. *contrarios.*

10. EX PARTE DIMIDIA.... i. beſſe. V. ſupr. Aug. 102. 3. §. 11.

CAPUT XXIV.

ARG. *Principatum recuſat, ſed tandem recipit, & ſe quandoque depoſiturum ſpem facit Tiberius Nero Cæſar.*

1 Principatum, quamvis neque occupare confeſtim, neque agere [1] dubitaſſet, & ſtatione militum [2], hoc eſt, vi & ſpecie [3] dominationis aſſumpta, diu tamen recuſavit [4] impudentiſſimo animo: nunc adhortantes amicos increpans, ut ignaros, quanta

AGERE *principatum* i. *principis* exercere functiones. Tacit. Ann. I. 7. 5. *Sed defuncto Auguſto ſignum prætoriis cohortibus, ut Imperator dederat: excubiæ, arma, cætera aulæ: miles in forum, miles in curiam comitabatur: literas ad exercitus, tanquam adepto magiſtratu miſit.* Eadem narrat Dio LVII. p. 602. Dicitur vero *agere principatum*, ut *agere conſulatum, regnum.*

2. STATIO MILITUM quid ſit, dixi ſupr. Cæſ. 32. I. §. 4. Hanc ad corporis cuſtodiam intelligit *Torrentius.* Et hoc certe manifeſtiſſimum dominationis fuit indicium. * *Milites* enim hi ſunt prætoriani. Tacit. Ann. XI. 33. 2. *Ergo Narciſſus non aliam ſpem incolumitatis Cæſaris affirmat, quam ſi jus militum uno illo die in aliquem libertorum transferret.*

3. VI ET SPECIE. Vis conſiſtit in ipſo regnandi actu: *ſpecies* in externo apparatu.

4. RECUSAVIT propter ætatem, annos jam ſex &

Digitized by Google

quanta bellua eſſet imperium [5]: nunc precantem ſenatum, & procumbentem ſibi ad genua, ambiguis [6] reſponſis & callida [7] cunctatione ſuſpendens [8]; ut quidam patientiam rumperent, atque unus in tumultu proclamaret, *aut agat* [9], *aut deſiſtat* [10]: alter coram exprobraret, *cæteros quod polliciti ſint, tarde præſtare: ſed ipſum quod præſtet, tarde polliceri* [11]. Tandem quaſi coactus, & querens *miſeram & oneroſam injungi ſibi ſervitutem* [12], recepit imperium: nec tamen aliter quam ut depoſiturum ſe quandoque ſpem faceret. Ipſius verba ſunt hæc [13]: *Dum veniam ad id tempus, quo vobis æquum poſſit videri, dare vos aliquam ſenectuti meæ requiem.* 2

& quinquaginta natus, viſuſque imbecillitatem, quippe in tenebris plurimum, minimum interdiu videbat. Διά τε τὴν ἡλικίαν, ἓξ γὰρ καὶ πεντήκοντα ἔτη ἐγεγόνει, καὶ δι᾽ ἀμβλυωπίαν. πλεῖστα γὰρ τὰ σκότους βλέπων, ἐλάχιστα τῆς ἡμέρας ἑώρα. Dio LVII. *p.* 603. *A.* Quam *varie de magnitudine imperii diſſeruerit*, legere eſt apud Tacit. Ann. I. II. 2. 3. 4. *Solam D. Auguſti mentem tantæ molis capacem: ſe in partem curarum ab illo vocatum, experiendo didiciſſe, quam arduum, quam ſubjectum fortunæ regendi cuncta onus: proinde in civitate tot illuſtribus viris ſubnixa, non ad unum omnia deferrent: plures facilius munia reipublicæ ſociatis laboribus exſecuturos.*

5. QUANTA BELLUA ESSET IMPERIUM. Et ita apud Vopiſc. c. 10. Saturninus, *quum eum animarent, vel ad vitam, vel ad imperium, qui induerunt purpuram, in hæc verba diſſeruit. Neſcitis, amici, quid mali ſit imperare. Gladii & tela noſtris cervicibus impendent, imminent haſtæ undique, undique ſpicula: ipſi cuſtodes timentur, ipſi comites formidantur: non cibus pro voluptate, non iter pro auctoritate, non bella pro judicio, non arma pro ſtudio.* Adde hiſtoriam de Dionyſio Siculo, & Damocle, quam denarrat Cicer. Tuſc. Quæſt. V. 21.

6. AMBIGUIS I. quibus neque affirmaret, neque negaret, ſe imperium recepturum. Unde *ambiguus imperandi* Tacito dicitur Ann. I. 7. 3. Qui de eodem I. II. 5. *Plus in oratione tali* (V. §. 4.) *dignitatis, quam fidei erat: Tiberioque etiam in rebus, quas non occuleret, ſeu natura, ſive aſſuetudine, ſuſpenſa ſemper & obſcura verba: tunc vero nitenti, ut ſenſus ſuos penitus abderet, in incertum & ambiguum magis implicabantur.*

7. CALLIDA. Aurel. Vict. Epit. 2. 6. *Delatum a patribus principatum (quod quidem aſtu fecerat) ficte abnuere, quid ſinguli dicerent, vel ſentirent atrociter explorans: quæ res bonos quoſque peſſum dedit.*

8. SUSPENDENS I. *ſuſpenſos* tenens, incertos reddens. Plin. Epiſt. II. 20. *Niſi ut diu miſeram exſpectatione ſuſpendat.*

9. AGAT n. principatum I. aperte profiteatur ſe recipere principatum, quem jam re vera occupaverat *ſupr.* §. 1.

10. DESISTAT I. deſinat agere principem.

11. CÆTEROS, QUOD POLLICITI SINT.... Satis urbane, nec ſine felle dictum, quaſi diceret: quum alii ſero præſtare ſoleant, quæ promiſerint, hic, quæ præſtat (nam dudum principem agebat) cunctanter pollicetur. V. *Sabellicum.* Huic hoc Ciceronis ſimile eſt Fin. II. 25. *Cæteri exiſtimantur dicere melius quam facere: hi mihi videntur facere melius quam dicere.*

12. MISERAM, ET ONEROSAM SERVITUTEM non ſine ratione *imperium* vocat Tiberius. *Multa enim cura ſummo imperio ineſt, multi ingentes labores*, ut in ſua ad populum oratione dicit C. Cotta conſul apud Salluſtium in Fragmentis *p.* 467. Unde Ἀντίγονος πρός τινα μακαρίζουσαν αὐτὸν γραῦν, εἰ ᾔδεις, ἔφη, ὦ μῆτερ, ὅσων κακῶν μεστόν ἐστι τουτὶ τὸ ῥάκος, δείξας τὸ διάδημα, οὐκ ἂν ἐπὶ κοπρίας κείμενον αὐτὸ ἐβάστασας. *Antigonus ad vetulam quandam, quæ felicitatem ejus extollebat: ſi noſſes, dixit, o mater, quantis malis hic panniculus eſſet plenus, oſtenſo diademate, ne in ſterquilinio quidem jacentem tolleres.* Stob. Serm. 47. p. 344. Idem, ſive hic Antigonus, ſive alius, quiſquis fuerit, *rex ſubtilis judicii, quem ferunt traditum ſibi diadema, priuſquam capiti imponeret, retentum diu conſideraſſe, ac dixiſſe: o nobilem magis quam felicem pannum, quem ſi quis penitus cognoſcat, quam multis ſollicitudinibus, & periculis, & miſeriis ſit refertus, ne humi quidem jacentem tollere vellet.* Val. Max. VII. 2. ext. 5.

13. IPSIUS VERBA SUNT HÆC.... Illa hæc fuiſſe dicit Dio LVII. p. 607. B. Εὔχετό τε, ὁσάκις τοιοῦτόν τι ἄρα πίνοι, τοσοῦτον καὶ ζῆσαι καὶ ἄρξαι χρόνον, ὅσον ἂν τῷ δημοσίῳ συμφέρῃ. *Et quoties caſus ita tuliſſet, precari ſolitus eſt tantum ſibi vitæ & imperii tempus, quantum reipublicæ conduceret.*

CAPUT XXV.

ARG. *Imminentia diſcrimina metuit, Agrippa ſervum domini ultionem parantem in poteſtatem redigit, Scribonium Libonem res novas molientem coarguit, & ſeditiones militum in Illyrico & Germania exortas componit Tiberius Nero Cæſar.*

1 Cunctandi cauſa erat metus, undique imminentium diſcriminum: ut ſæpe *lupum ſe*
2 *auribus tenere* [1] diceret. Nam & ſervus Agrippæ, Clemens [2] nomine, non contemnendam manum in ultionem domini compararat: & L. Scribonius Libo [3] vir nobilis [4] res novas [5] clam moliebatur: & duplex ſeditio militum in Illyrico [6] & in Ger-
3 mania [7] exorta eſt. Flagitabant ambo exercitus multa extra ordinem [8]: ante omnia, ut æquarentur ſtipendio prætorianis [9]. Germaniciani [10] quidem etiam principem [11] detrectabant non a ſe datum: ſummaque vi Germanicum, qui tum iis præerat, ad
4 capeſſendam Rempublicam perurgebant, quamquam obfirmate reſiſtentem [12]. Quem maxime caſum [13] timens, partes ſibi, quas ſenatui liberet [14], tuendas in Republica

LUPUM SE AURIBUS TENERE 1. in eo eſſe ſtatu, quo ſine periculo Rempublicam nec recipere, nec deponere auderet. Ita & Terent. Phorm. III. 2. 21.

> AN. *Imo, id quod aiunt, auribus teneo lupum,*
> *Nam neque quomodo a me amittam, invenio:*
> *neque uti retineam, ſcio.*

Ubi Donatus. Græcum proverbium. Τῶν ὤτων ἔχω τὸν λύκον, οὔτ' ἔχειν, οὔτ' ἀφεῖναι δύναμαι. Legitur apud Ariſtæn. Epiſt. II. 3. Dicitur in illos, qui ejuſmodi negotio involvuntur; quod neque relinquere ſit integrum, neque tolerari poſſit. Natum inde certe, quod ut lepus auribus, quippe prælongis, commodiſſime *tenetur*: ita *lupus*, quod aures habet pro corpore breviores, *teneri* iis non poteſt, neque rurſum citra ſummum periculum e manibus dimitti, bellua tam mordax. V. *Eraſm. Adag. p.* 578. *Pier. Hierogl.* XI. 13. *Tiraquel. in Alex. Gen.* V. 15.

2. Κλήμης τις, δοῦλός τε τοῦ Ἀγρίππου γεγονὼς, καὶ προσεοικὼς αὐτῷ, ἐν τῷ αὐτῷ ἔτει ἐπλάσατο αὐτὸς ἐκεῖνος εἶναι, καὶ ἐς τὴν Γαλατίαν ἐλθὼν, πολλοὺς μὲν ἐνταῦθα, πολλοὺς δὲ καὶ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ ὕστερον προσεποιήσατο· καὶ τέλος καὶ ἐπὶ τὴν Ῥώμην ὥρμησεν, ὡς καὶ τὴν παππῴαν μοναρχίαν ἀποληψόμενος. *Clemens quidam, ſervus Agrippæ, nec abſimilis ei eodem anno,* n. Siſenna Statilio Tauro, L. Scribonio Libone Conſulibus I. anno ab U. C. ut docent Faſti Capitolini, & Pigh. Ann. III. p. 544. 768. *Agrippam ſe eſſe finxit, & in Galliam profectus, multos ibi, multos etiam in Italia ſibi adjunxit: denique Romam quoque avitum imperium recuperaturus contendit.* Dio LVII. p. 613. C. Zonar. Ann. II. p. 173. Tacit. Ann. II. 39. & 40.

3. L. SCRIBONIUS LIBO *Druſus e familia Scriboniorum ſub idem tempus* (V. §. 2.) *defertur moliri res novas.* Tacit. Ann. II. 27. 1.

4. VIR NOBILIS, quem νεανίσκον εὐπατρίδην, *adoleſcentem patricium* vocat Dio LVII. *p.* 612. C. & qui habuit *proavum Pompejum, amitam Scriboniam, quæ quondam Auguſti conjunx fuerat, conſobrinos Cæſares, plenam imaginibus domum,* ut prodit Tacitus.

5. RES NOVAS, ad quas *Firmius Catus ſenator ex intima Libonis amicitia,* illum *improvidum & facilem inanibus, ad Chaldæorum promiſſa, magorum ſacra, ſomniorum etiam interpretes, impulit.* Tacitus. Quas quia molitus eſt, ſtoliditatis illum arguit Senec. Epiſt. 70. *Scribonia, gravis femina, amita Druſi Libonis fuit, adoleſcentis tam ſtolidi, quam nobilis, majora ſperantis, quam aut illo ſeculo quiſquam ſperare poterat, aut ipſe ullo.*

6. IN ILLYRICO *ſeditionis exortæ* auctor fuit *Percennius quidam, dux olim theatralium operarum, dein gregarius miles, procax lingua, & miſcere cœtus hiſtrionali ſtudio doctus.* Tacit. Ann. I. 16. 5. qui ſeditioſam ejus orationem refert *ibid. c.* 17.

7. GERMANICÆ *legiones iiſdem ferme diebus turbatæ, quanto plures, tanto violentius. Nec unus hæc, ut Pannonicas inter legiones Percennius, nec apud trepidas militum aures alios validiores exercitus reſpicientium, ſed multa ſeditionis ora, voceſque.* Tacit. Ann. I. 31. 1. & 5.

8. EXTRA ORDINEM. Paterc. II. 125. 1. 2. *Exercitus, qui in Germania militabat. Simulque legiones, quæ in Illyrico erant, rabie quadam, & confundendi omnia cupiditate, novum ducem, novum ſtatum, novam quærebant rempublicam. Quin etiam auſi ſunt minari, daturos ſenatui, daturos principi leges: modum ſtipendii, finem militiæ ſibi ipſi conſtituere conati ſunt.*

9. UT ÆQUARENTUR STIPENDIO PRÆTORIANIS. Dio LVII. p. 604. C. Τό τε σύμπαν, ὥσθ' ὑπὲρ ἑκκαίδεκα ἔτη στρατεύεσθαι οὐδένα, καὶ δραχμὴν ἡμερησίαν φέρειν, τά τε ἆθλα εὐθὺς αὐτοῦ ἐν τῷ στρατοπέδῳ λαμβάνειν ἠξίουν. *Summa fuit, ut miſſionem militiæ a ſedecim annis, ſtipendiique in ſingulos dies denarium, præmia ſtatim in ipſis caſtris perſolvi ſibi poſcerent.* Eadem *Tacit. Ann.* I. 26. 1.

10. GERMANICIANI 1. milites exercitus, qui in *Germania* militabat, ut Oth. 8. 1. Veſp. 6. 4. * Ita *urbaniciani* dicebantur, qui in urbe. Spartian. Get. c. 6. *Ventum denique eſt uſque ad ſeditionem urbanicianorum militum.*

11. PRINCIPEM Tiberium, quem detrectaſſe docuit jam *Paterc.* §. 8. & dicit noſt. *Cal.* 1. 2.

12. OBFIRMATE RESISTENTEM. Tacit. Ann. I. 35. 4. *Fuſus in Germanicum omnibus; & ſi vellet imperium, promptos oſtentavere. Tum vero quaſi ſcelere contaminaretur, præceps tribunali deſiluit. Oppoſuerunt abeunti arma, minitantes, ni regrederetur. At ille moriturum potius, quam fidem exueret, clamitans, ferrum a latere diripuit, elatumque deferebat in pectus, ni proximi prenſam dextram vi attinuiſſent.* V. & *Dion.* LVII. 603. *A.* & *Zonar. Ann.* II. *p.* 172.

13. QUEM CASUM, quo n. Germanicus militum precibus expugnatus Rempublicam capeſſeret. Tacit. Ann.

ea depopoſcit: quando univerſæ ſufficere ſolus nemo poſſet, niſi cum altero, vel
etiam cum pluribus. Simulavit & valetudinem, quo æquiore animo Germanicus 5
celerem ſucceſſionem, vel certe ſocietatem principatus opperiretur. Compoſitis ſe- 6
ditionibus [15], Clementem quoque fraude [16] deceptum, redegit in poteſtatem. Li-
bonem, ne quid in novitate acerbius fieret [17], ſecundo demum anno in ſenatu coar- 7
guit [18], medio temporis ſpatio tantum cavere contentus [19]. Nam & inter pontifi- 8
ces ſacrificanti ſimul, pro ſeceſpita [20] plumbeum [21] cultrum ſubjiciendum [22] cura-
vit: & ſecretum [23] petenti non niſi adhibito Druſo filio dedit: dextramque obam-
bulantis, veluti incumbens, quoad peragere tur ſermo, continuit [24].

Ann. I. 7. 6. *Nuſquam cunctabundus, niſi cum in ſenatu loqueretur. Cauſa præcipua ex formidine, ne Germanicus, in cujus manu tot legiones, immenſa ſociorum auxilia, mirus apud populum favor, habere imperium, quam exſpectare mallet.*

14. PARTES, QUAS SENATUI LIBERET.... Et ita de Tiberio Tacit. Ann. I. 12. I. *Inter quæ ſenatu ad infimas obteſtationes procumbente dixit forte Tiberius: ſe, ut non toti Reipublicæ parem, ita quæcunque pars ſibi mandaretur, ejus tutelam ſuſcepturum.* Quæ etiam, & quidem diſtinctius Dio. Ἔπειτα δὲ κοινωνούς τε τινὰς καὶ συνάρχοντας, ὅτι γε καὶ πάντων καθάπαξ, ὥσπερ ἐν ὀλιγαρχίᾳ, ἀλλ' ἐς τρία μέρη νείμας αὐτὴν, ᾔτει: καὶ τὸ μὲν αὐτὸς ἔχειν ἠξίου, τῶν δὲ ἑτέρων ἄλλοις παραχωρεῖν. Ἦν δὲ ταῦτα ἓν μὲν, ἥ τε Ῥώμη καὶ ἡ ἄλλη Ἰταλία: ἕτερον δὲ τὰ στρατόπεδα: καὶ ἕτερον οἱ λοιποὶ ὑπήκοοι. *Poſtea ſocios imperii quoſdam & collegas petiit, non quidem cum quibus omnia regeret, quod fit, ubi rerum poteſtas in paucorum devenit manus, ſed diviſo imperio in tres partes, unam ſibi ſumere volebat, reliquas aliis relinquebat. Cæterum partes iſtæ, prima Romam & Italiam complectebatur, altera exercitus, tertia cæteros ſubjectos.*

15. COMPOSUIT SEDITIONEM Illyriorum Druſus Tiberii filius, Germanorum Germanicus, ut pluribus docent Dio & Tacitus.

16. FRAUDE hac *decepit* Clementem Tiberius. *Negotium dedit Salluſtio Criſpo: ille e clientibus duos (quidam milites fuiſſe tradunt) delegit, atque hortatus eſt, ſimulata conſcientia adeant, offerant pecuniam, fidem, atque pericula polliceantur. Exſequuti ſunt, ut juſſum erat: dein ſpeculati noctem incuſtoditam, accepta idonea manu, vinctum clauſo ore in palatium traxere. Percunctanti Tiberio, quomodo Agrippa factus eſſet? reſpondiſſe fertur, quomodo tu Cæſar. Ut ederet ſocios, ſubigi non potuit. Nec Tiberius pœnam ejus palam auſus, in ſecreta palatii parte interfici juſſit, corpuſque clam auferri.* Tacit. Ann. II. 40. 3--6. Dio LVII. p. 613. C.

17. IN NOVITATE ACERBIUS FIERET I. in initio imperii crudelius quid faceret. Illo enim ſibi ſubjectis clementiam ſolent approbare imperatores & reges.

18. IN SENATU COARGUIT. Aliter tamen Dio LVII. 612. D. Τέως μὲν ἔῤῥωτο, οὐκ ἔκρινε, νοσήσαντα δὲ ἐπὶ θάνατον ἐν τῷ σκιμποδίῳ κατασέγῳ ἐς τὴν γερουσίαν ἐσεκόμισεν· καὶ ἐπειδὴ ἀναβολῆς τινὸς γενομένης ἑαυτὸν προαπεχρήσατο, καὶ τελευτήσαντα ἔκρινε. *Quamdiu is firma fuit valetudine, non vocavit in jus: at morbo letali correptum, in lectica operta, in ſenatum inferri juſſit: quumque is dilato judicio, ſibi ipſi conſcita morte damnationem prævertiſſet, etiam defunctum reum peregit.* Eadem memoriæ prodiderunt Senec. Epiſt. 70. & ſatis prolixe Tacit. Ann. II. 28.... 31.

19. CAVERE CONTENTUS. Imo illum *ornavit prætura, convictibus adhibuit, non vultu alienatus, non verbis commotior, cunctaque ejus dicta, factaque cum prohibere poſſet, ſcire malebat.* Tacit. Ann. II. 28. 3.

20. SECESPITAM *eſſe Antiſtius Labeo ait cultrum ferreum, oblongum, manubrio rotundo, eburneo, ſolido, vincto ad capulum auro, argentoque, fixum clavis æneis, ære Cyprio, quo flamines, flaminicæ virgines, pontificeſque ad ſacrificia utuntur.* Feſtus.

21. PLUMBEUM, ne ab eo per ſimulationem ſacrificii violari poſſet. *Plumbeus* enim culter obtuſior eſt, habetque aciem hebetiorem. *Beroaldus.*

22. SUBJICIENDUM ſ. ſupponendum, ejus loco ponendum, ut ſupr. Cæſ. 48. 2. infr. Cal. 26. 9. *Subjicere* eſt falſum pro vero ſubſtituere. Nep. 6. 4. 2. *Alterum pari magnitudine, ut diſcerni non poſſet, ſignatum ſubjecit.*

23. SECRETUM n. *colloquium*, quod addit Tacit. Ann. III. 40. 3. I. ut *ſecreto* nemine præſente cum illo loqueretur. Plin. Epiſt. I. 5. *Illuc me perſecutus ſecretum petit.* Noſt. *Cal.* 23. 4.

24. CONTINUIT *dextram*, ne inter colloquendum, ambulandumque ab illo feriretur. *Beroaldus.*

CAPUT XXVI.

ARG. *Civilem, paulloque minus quam privatum ſe agit, honores paucos, & modicos recipit, & tres tantum conſulatus gerit Tiberius Nero Cæſar.*

Verum

1 Verum liberatus metu [1], civilem ſe admodum inter initia [2] ac paullo minus quam [3]
2 privatum egit. Ex plurimis maximiſque honoribus, præter paucos & modi-
3 cos non recepit. Natalem ſuum plebejis [4] incurrentem [5] circenſibus, vix unius bi-
4 gæ [6] adjectione honorari paſſus eſt. Templa, flamines, ſacerdotes decerni ſibi pro-
hibuit: etiam ſtatuas, atque imagines [7], niſi permittente ſe poni: permiſitque ea
ſola conditione, ne inter ſimulacra deorum, ſed inter ornamenta ædium [8] poneren-
5 tur. Interceſſit & quo minus in acta ſua juraretur [9]: & ne menſis September Tibe-
6 rius [10]: October Livius [11] vocarentur. Prænomen quoque *imperatoris* [12], cognomenque

LIBERATUS METU. Dio LVII. p. 606. B. Ὡς δὲ οὐδὲν ἔτι νεώτερον ἐγγίγνετο, ἀλλὰ ἀσφαλῶς πάντα τὰ τῶν Ῥωμαίων ἐς τὴν ἡγεμονίαν αὐτοῦ συνεφρόνει: τότε ἀρχὴν οὐδὲν ἔτι εἰρωνευόμενος ὑπεδέξατο. *Poſtquam nullus jam motus annuntiabatur, ſed omnis tuto res Romana in principatum ipſius conſentiebat: ita demum miſſa diſſimulatione imperium occepit.*

2. INTER INITIA, μέχρι γε καὶ ὁ Γερμανικὸς ἔζη: μετὰ γὰρ τοῦτο συχνὰ αὐτῶν μετέβαλεν, εἴτ᾽ οὖν φρονῶν μὲν οὕτως ἀπὸ πρώτης, ὡς ὕστερον διέδειξε, πλαττόμενος δὲ ἐς ὅσον ἐκεῖνος ἐβίω, ἐπειδήπερ ἐφεδρεύοντα αὐτὸν τῇ ἡγεμονίᾳ ἑώρα: εἴτε καὶ πεφυκὼς μὲν εὖ, ἐξοκείλας δ᾽ ἐπὶ τῷ ἀνταγωνιστοῦ ἐστερῆσθαι. *Quamdiu vixit Germanicus: nam poſtea plurimum immutatus eſt, ſive, quod eum animum ab initio gerens, qualem poſtea oſtendit, ita ſe compoſuerit, quamdiu ille viveret, quem principatui imminentem videbat: ſive, quod ab egregia natura adverſario, ſublato, a recta via deflexerit.* Dio LVII. p. 610. E. 611. A.

* 3. PAULLO MINUS QUAM i. fere, propemodum. Nove hoc a Suetonio dictum eſſe fruſtra dicunt Eraſmus & Torrentius. Nam ita etiam Petron. c. 67. *Qui amicos lædit, paullo minus quam parricida.* Senec. Contr. I. 3. *Quanto minus quam in templum reſiluit?* Noſter omittit τὸ *quam* Ner. 40. 1.

4. PLEBEJIS, qui ſunt *ludi*, *quos exactis regibus pro libertate plebis fecerunt: aut pro reconciliatione plebis cum patribus poſt ſeceſſionem in Aventinum.* Aſcon. in Cicer. p. 57.

5. INCURRENTEM i. ut eodem tempore, quo ludi ipſi, ipſius natalis celebraretur. *Sabellicus.* Celebrabantur vero plebeji circenſes Novembri menſe. Videtur hoc docere Cicer. Verr. procem. c. 10. *Cum his plebejos eſſe conjunctos: ſecundum quos, aut nulli, aut pauci dies ad agendum futuri ſunt.* Et Tiberii natalis incidebat in a. d. 16. Kal. Decemb. ſupr. 5. 2.

* 6. BIGA Varronis tempore non erat in uſu. V. illum L. L. IX. 1, Nec apud Ciceronem invenitur. Sequiori ſeculo illo n. uſi ſunt Plin. XXXV. 11. *Eutychides pinxit bigam regis cum victoria.* Caſſiod. Varr. III. 51. *Biga quaſi lunæ, quadriga ſolis imitatione reperta eſt.* Serv. Æn. II. 272. *Bigis ſecundum artem dixit, quæ exigit, ut quæ de pluribus conſtant, plurali tantum dicantur, ut bigas, quadrigas, mappas. Sed hæc plerunque confundit auctoritas, ut Horatius, ne ſordida* mappa. Item Statius Theb. I. 338.

Rorifera gelidum tenuaverat aera biga.

Bigis, aut quadrigis peragebatur aurigatio, quæ etiam inter formas exercitiorum in circenſibus ſollennium. Docet hoc noſt. Domit. 4. 1. Vix unam reliquis adjeciſſe laudi datur, ut & Veratio L. F. Pal. Severiano equiti Romano in vetere apud Gruterum inſcriptione, quam ad hunc locum adfert D. Grævius. *Huic cum & populus in ſpectaculis aſſidue bigas ſtatui poſtulaſſet, & ſplendidiſſimus ordo merito decreviſſet, pro inſita modeſtia ſua unius bigæ honore contentus, alterius ſumptus reipublicæ remiſit.* Quamvis, ut natali ſuo quidquam præter conſuetudinem fieret, non permiſerit, ſcribat Dio LVII. p. 607. B. Καὶ οὕτω γε διὰ πάντων ὁμοίως δημοτικὸς ἦν, ὥστε ὅτι ἐν τοῖς γενεθλίοις αὐτοῦ γίγνεσθαί τι παρὰ τὸ καθεστηκὸς ἐπέτρεπεν.

7. STATUAS ATQUE IMAGINES, tanquam diverſa, diſtinguit etiam Cicer. pro Arc. c. 12. *Cum ſtatuas & imagines, non animorum ſimulacra, ſed corporum, ſtudioſe multi ſummi homines reliquerent.* Illas eſſe æneas, aut lapideas, has cereas, aut pictas putant *Beroaldus* & *Laz. Comm. R. R.* IX. 19.

8. INTRA ORNAMENTA ÆDIUM i. in templorum columnis, ut illis tantum eſſent *ornamento*, non propter aras, ubi dii coluntur.

9. IN ACTA JURARE i. jurejurando dato polliceri ſe rata omnia habiturum, quæ Imperator feciſſet, tuliſſet. Tacit. Ann. XIII. 11. 1. *Claudio Nerone, L. Antiſtio conſulibus cum in acta principum jurarent magiſtratus, in ſua acta collegam Antiſtium jurare prohibuit.* In *acta ſua jurari* noluiſſe Tiberium docent etiam Dio. LVII. *p.* 607. *C.* Tacit. Ann. I. 72. 2. & noſt. *infr.* 67. 4. V. & *Buleng. de Imperat.* II. 14. *Hanſen. de Jurejur. vet. c.* 17.

10. SEPTEMBER TIBERIUS. Dio LVII. p. 614. F. & Zonar. Ann. II. p. 173. Τῷ δέ γε Τιβερίῳ τῆς βουλῆς ἐγκειμένης, καὶ τὸν γοῦν μῆνα τὸν Νοέμβριον, ἐν ᾧ τῇ ἕκτῃ ἐπὶ δέκα ἐγεγέννητο, Τιβέριον καλεῖσθαι ἀξιούσης: καὶ τί, ἔφη, ποιήσετε, ἂν δεκατρεῖς Καίσαρες γένωνται. *Quum inſtaret Tiberio ſenatus, ac menſem Novembrem, cujus ſexto & decimo die natus fuerat, cuperet ab eo Tiberium nominare: quid, inquit, facietis, ſi tredecim Cæſares fiant?* Ex Dione pro *September*, *November* legendum eſſe vult *Caſaubonus*.

11. LIVIUS, vel a matre *Livia*, vel propter gentem *Liviam*: unde maternum Tiberio genus. *Beroaldus.*

12. PRÆ-

menque *patris patriæ* [13], & civicam in veſtibulo coronam [14] recuſavit [15] ac ne *Augu-ſti* [16] quidem nomen, quamquam hæreditarium [17], ullis niſi ad reges ac dynaſtas [18] epiſtolis addidit. Nec ampſius quam omnino tres conſulatus, unum paucis diebus [19], 7
alterum tribus menſibus, tertium abſens uſque in Idus Majas geſſit.

12. Prænomen Imperatoris V. Cæſ. 76. 2. §. 8.

13. Cognomen patris patriæ V. Cæſ. 76. 2. §. 9. Quare recuſaverit, docet not. 67. 4. & 6.

* 14. Corona civica quæ fuerit, dixi ſupr. Cæſ. 2. 2. §. 19. Hæc inter præcipua ornamenta Principalis domus fuit, & in veſtibulo ædium Palatinarum ponebatur. Ovid. Faſt. 1. 614.

Protegas & veſtras querna corona fores.

Idem de lauru mox laudandus. Moris hujus cauſam tradit Senec. de Clem. 1. 26. *Felicitas illa, multis ſalutem dare, & ad vitam ab ipſa morte revocare, & mereri clementia civicam. Nullum ornamentum Principis faſtigio dignius pulcriuſque eſt, quam illa corona ob cives ſervatos. Non hoſtilia arma detracta victis, non currus barbarorum ſanguine cruenti, non parta bello ſpolia. Hæc divina potentia eſt, gregatim ac publice ſervare: multos autem occidere, & indiſcretos, incendii ac ruinæ potentia eſt.* Illa ponebatur in veſtibulo ædium Palatinarum. Dio LIII. p. 507. A. Καὶ γὰρ τὸ, τε τὰς δάφνας πρὸ τῶν βασιλείων αὐτοῦ προτίθεσθαι, καὶ τὸ τὸν στέφανον τὸν δρύινον ὑπὲρ αὐτῶν ἀρτᾶσθαι, τότε οἱ, ὡς καὶ ἀεὶ τούς τε πολεμίους νικῶντι, καὶ τοὺς πολίτας σώζοντι, ἐψηφίσθη. *Nempe ut ante ipſius domum in palatio lauri ponerentur, ac ſuper eas corona quernæ ſuſpenderentur: nimirum quod perpetuus hoſtium victor, ac civium eſſet ſervator.* Unde Ovid. Metam. 1. 562.

Poſtibus Auguſtis eadem fidiſſima cuſtos
Ante fores ſtabis; mediamque tuebere quercum.

Hæc quaſi propria facta Imperatorum. Plin. XVI. 4. *Dedit hanc coronam Auguſtus Agrippæ; ſed civicam a genere humano accepit ipſe.* V. & *Stuck. A. C. II. 30. Buleng. de triumph. c. 13. Paſchal. de Coron.* VII. 9.

* 15. Recusavit in hac ædium ſuarum parte hanc coronam Tiberius, ne ſe Auguſto æquare videretur, ut docet *Paſchal. de Coron.* VII. 10. Claudio modeſtior, qui illam *in faſtigio Palatinæ domus fixit* infr. 17. 4.

16. Τὸ τοῦ Αὐγούστου οὐκ ἐπέθετο μὲν, (οὐδὲ γὰρ ψηφισθῆναι ποτὲ εἴασε) λεγόμενον δ' ἀκούων, καὶ γραφόμενον ἀναγινώσκων, ἔφερε. *Auguſti nomen non quidem uſurpabat, (neque enim id ſibi unquam decerni conceſſit) audiens tamen, aut ſcriptum legens, ferebat.* Dio LVII. p. 607. A.

17. Hæreditarium qui nomen Auguſti Tiberio fuerit, dixi ſupr. Aug. 102. 3. §. 14.

18. Dynastæ ſunt reguli, & certi loci, tractuſque domini. Tales ferme hodie Comites, Barones, alii. Gradus ita exprimunt Cicer. Philip. XI. 12. *Si cæteri reges, tetrarchæ, dynaſtæque feciſſent.* Hirt. Bell. Alex. 65. 5. *Reges, tyrannos, dynaſtas provinciæ.... dimiſit.* Et Nep. 17. 7. 3. *Cum maxima munera ei ab regibus, & dynaſtis, civitatibuſque conferrentur.* Quem *dynaſtem* vocat Nep. 14. 2. 2. *Erat eo tempore Thyus dynaſtes Paphlagoniæ*, regem vocat ibid. 3. 4. *In primis, quod nobilis rex in poteſtatem inopinanti venerat.* Unde & idem rex Paphlagoniæ dicitur Athen. IV. p. 144. F. Θεόπομπος τοῦ Παφλαγόνων φησὶ βασιλέα Θῦν.... V. quoque *Boecler. Indic. in Nepotem* & *Caſaub. Exerc. in Baron.* 2. 10. & *Tiraq. in Alex. Gen.* IV. 23.

19. Paucis diebus conſulatum geſſit tertium Tiberius cum Germanico anno ab. U. C. 770. Illi ſuffectum fuiſſe L. Sejum Tuberonem docet *Pigh. Ann.* III. *p.* 547. & ex *Pighio Ryck. in Tacit. Ann.* II. 53. 1. ex inſcriptione aræ marmoreæ antiqua non procul Augubio reperta.

CERERI. AVGVST
MATRI. AGR
L. PENNIVS. PRIMVS
MAG. PAGI
BENNIA. PRIMIGENIA
MAGISTRA. FECER
GERMANIC. CÆSARE. II
L. SEIO. TVBERONE. COSS
DIES. SACRIFICII. XIII. K. MAI.

Paucis diebus, ludibrio ampliſſimam poteſtatem ut haberent, mali, pluribus autem ad honorem illum capeſſendum ut aditus foret, boni imperatores aliquot inſequentes, conſulatum geſſerunt.

CAPUT XXVII.

ARG. *Adulationes valde averſatur Tiberius Nero Cæſar.*

Adulationes adeo averſatus eſt, ut neminem ſenatorum [1] aut officii aut negotii cauſa ad lecticam ſuam admiſerit: conſularem [2] vero ſatisfacientem [3] ſibi, ac per 1
genua

Neminem senatorum, nec equitum ex primariis quemquam, ut addit Dio LVII. p. 609. A. Εἴτε ποτὲ ἐπὶ τοῦ δίφρου ἐκομίζετο, οὐδένα οἱ παρακολουθεῖν οὐχ ὅπως βουλευτὴν, ἀλλ' οὐδ' ἱππέα τῶν πρώτων, εἴα. *Si quando lectica geſtaretur, comitari ſe non modo ſenatorem, ſed ne primariorum quidem equitum ullum ſinebat.*

2. Consularem Q. Haterium, qui *ſuſpicacem animum*

genua [4] orare conantem, ita ſuffugerit [5], ut caderet ſupinus: atque etiam ſi quid in ſermone, vel in continua oratione blandius de ſe diceretur, non dubitaret inter-
2 pellare, ac reprehendere, & commutare continuo. *Dominus* [6] appellatus a quodam
3 denuntiavit, ne ſe amplius contumeliæ cauſa nominaret. Alium dicentem *ſacras* [7] *ejus occupationes*, & rurſus alium *auctore eo ſenatum ſe adiiſſe*, verba mutare, & pro *auctore* [8], *ſuaſorem*, pro *ſacris*, *laborioſas* [9] dicere coegit.

nimum perſtrinxit, cum dixiſſet: quousque patieris Cæſar non adeſſe caput Reipublicæ? Tacit. Ann. I. 13. 4. Quonam anno ſub Auguſto conſulatum geſſerit incognitum ſibi eſſe fatetur *Pigh. Annal.* II. *p.* 544.

3. SATISFACIENTEM I. deprecantem. V. Cæſ. 73. 4. §. 15. De Haterii *ſatisfactione* Tacit. Ann. I. 13. 6. *Conſtat Haterium, cum deprecandi cauſa palatium introiſſet, ambulantiſque Tiberii genua advolveretur, prope a militibus interfectum, quia Tiberius caſu, an manibus ejus impeditus, prociderat. Neque tamen periculo talis viri mitigatus eſt, donec Haterius Auguſtam oraret, eiuſque curatiſſimis precibus protegeretur.*

4. PER GENUA quare veteres oraverint, dixi ad Curt. VIII. 10. 35. §. 86.

5. SUFFUGERIT I. retro fugerit, nolens ab illo per genua adorari.

6. DOMINI appellationem quare exhorruerint boni principes, docui ſupr. Aug. 53. I. §. I.

7. SACRAS res ſuas appellari merito noluit Tiberius. Poſteriores vero Cæſares, non ſolum cætera ſua omnia, domus, cubicula, ſcrinia, lectos, comitatum, ſed & *ſacrum* ſtabulum dici voluere. V. *Torrentium.*

8. AUCTORIS vocabulo ſic uſi ſunt Cicero & alii, libera tum Republica, ut etiam ſenatui *auctores* ſe fuiſſe dictitent, ac ſæpe eadem de re utrumque verbum, tam *auctoris*, quam *ſuaſoris* conjungant. *Auctor* enim dicitur, cujus conſilium ſecuti ſumus, neque quidquam a *ſuaſore* differt, quam quod hujus conſilium non ſemper ſequimur. Tum vero in *auctoris* nomine dignitas ac poteſtas conſideratur, cum aut patres *auctores* fiunt, ut ſæpe de ſenatu Livius, aut tutor pro pupillo, aut pro uxore maritus, quorum nempe ſine auctoritate nihil gerere illi poſſunt. V. *Torrentium.*

9. LABORIOSUM quid dicatur, dixi ad Cæſ. 43. I. §. 2.

CAPUT XXVIII.

ARG. *Adverſus convicia, malos rumores, famoſa carmina, firmus, & patiens eſt Tiberius Nero Cæſar.*

1 Sed & adverſus convicia maloſque rumores & famoſa de ſe ac ſuis carmina firmus ac patiens [1], ſubinde jactabat, *in civitate libera* [2] *linguam mentemque liberas* [3] *eſſe*
2 *debere.* Et quondam ſenatu cognitionem de ejuſmodi criminibus ac reis flagitante: *non tantum*, inquit, *otii habemus, ut implicare nos pluribus negotiis debeamus. Si hanc feneſtram aperueritis* [4], *nihil alud agi ſinetis: omnium inimicitiæ* [5] *hoc prætextu ad vos de-*
3 *ferentur.* Exſtat & ſermo ejus in ſenatu percivilis: *Siquidem locutus aliter fuerit, dabo*

FIRMUS AC PATIENS. Ejus tamen *patientiam* adverſus hæc mala *firmavit* Auguſtus *ſupr.* 51. 4.

2. CIVITAS LIBERA dicitur Roma Symm. Epiſt. I. 17. *patria libertatis* Sidon. Epiſt. I. 6. Julian. Orat. I. Τῷ μετέχειν ἅπαντας ἤδη τοῦ πολιτεύματος, καὶ τοῖς ἐκείνων ἡμῖν καταδεδειχθεῖσιν ἔθεσι καὶ νόμοις χρῆσθαι πολῖται γεγόνασι. *Cives ſunt, eo quod omnes civitate donati jam ſint, & iiſdem nobiſcum legibus, & moribus utantur* V. etiam *Buleng. de imp. Rom.* II. 5.

3. LINGUÆ LIBERTATEM non debent negare etiam illi, quibus omnia in omnes licent. L. Junius Brutus ædilis apud Dionyſ. VII. p. 431. Τίνος γὰρ ἂν ἔτι γενοίμεθα κύριοι τῶν ἄλλων, εἰ μηδὲ τοῦ λέγειν ἐσόμεθα. *Cujus enim alius rei poteſtatem habemus, ſi ne loquendi quidem facultas nobis detur?* Theſſali apud Liv. XXXIX. 25. *Quid, ſi vox libera non eſt, liberum eſt?*

4. FENESTRAM APERUERITIS I. anſam, occaſionem dederitis rumores illos cognoſcendo. Terent. Heaut. III. I. 72.

Quantam feneſtram ad nequitiam pateferis.

Feneſtra non tantum ſignificat operculum vitreum, quo lumen admittitur, ſed etiam foramen, cui vitrum inſeritur, & quodvis in janua, vel pariete oſtiolum pervium. Caj. Digeſt. VIII. 2. 6. *Veluti ſi ædes tuæ ædibus meis ſerviant, ne altius tollantur, ne luminibus mearum ædium officiatur: & ego per ſtatutum tempus feneſtras meas perfixas habuero, vel obſtruxero.* Plaut. Rud. I. I. 5.

Ita omnes de tecto deturbavit tegulas,
Illuſtriores fecit, feneſtraſque indidit.

Eodem modo loquuntur Plin. Epiſt. I. 18. *Atque adeo illa actio mihi aures hominum, illa januam famæ patefecit.* Cicer. Fam. XVII. 10. *In omnibus novis conjun-*

bo operam, ut rationem factorum meorum dictorumque reddam: ſi perſeveraverit, invicem eum odero [6].

conjunctionibus intereſt, qualis primus aditus ſit, & qua commendatione quaſi amicitiæ fores aperiantur. * Clem. Alex. Pæd. III. 8. Πλατείας ἀναπετάσῃ κλισιάδας τοῖς ἐς ἡδυπάθειαν φερομένοις. *Fores nimis aperiret iis, qui toto impetu feruntur ad voluptatem.*

5. OMNIUM INIMICITIÆ.... I. quivis *inimices* ſuos ad vos eſt *delaturus*.

6. INVICEM EUM ODERO. Urbanius Auguſtus obſervante *Torrentio* apud noſt. *ſupr.* 51. 3.

CAPUT XXIX.

ARG. *Singulos, & univerſos humaniter compellat, & veneratur Tiberius Nero Cæſar.*

Atque hæc eo notabiliora erant, quod ipſe in appellandis venerandiſque [1] ſingu- 1
lis, & univerſis, prope exceſſerat humanitatis modum. Diſſentiens in curia 2
a Q. Haterio [2], *Ignoſcas*, inquit, *rogo, ſi quid adverſus te liberius, ſicut ſenator* [3], *dixero.* Et inde omnes alloquens, *Dixi & nunc & ſæpe alias P. C. bonum & ſaluta-* 3
rem [4] *principem, quem vos tanta & tam libera poteſtate inſtruxiſtis* [5], *ſenatui ſervire* [6] *debere, & univerſis civibus ſæpe, & plerumque etiam ſingulis: neque id dixiſſe me pœnitet, & bonos & æquos & faventes vos habui dominos* [7], *& adhuc habeo.*

VENERANDIS I. colendis, honore illis habendo. Nam & hoc ſignificat *venerari*. Cicer. N. D. I. 17. *Habet venerationem juſtam, quidquid excellit.* Noſt. Aug. 18. 1. Claud. 12. 4. Alias ſacrorum eſt, & eſt precari, adorare. Varr. R. R. I. I. *Adveneror Minervam & Venerem, quarum unius procuratio oliveti, alterius hortorum.* Noſt. Vitel. 2. 7.

2. Q. HATERIUM *oratorem ſuis temporibus celeberrimum*, ut illum vocat *Senec. Epiſt.* 40. putat hunc fuiſſe *Beroaldus*, de quo Hieronym. adv. error. Joan. Hieroſolom. *Q. Haterius, qui ingenium in numerato habebat, ut ſine monitore tacere non poſſet: de quo egregie Cæſar Auguſtus, Quintus, inquit, noſter ſufflaminandus.* Quem *familia ſenatoria, eloquentia, quoad vixit, celebrata* fuiſſe dicit *Tacit. Ann.* IV. 61. 2. Hujus ſæpius meminit *Seneca* pater.

3. SENATOREM ſe, qui imperator eſſet, ut ſuam illis civilitatem approbaret, dicit Tiberius.

4. SALUTAREM I. ſuis utilem, *ſalutem* curantem. Ipſe Jupiter *ſalutaris* ea de re cognominabatur. Cicer. Fin. III. 20. *Atque etiam Jovem cum ſalutarem dicimus, hoc intelligi volumus, ſalutem hominum in ejus eſſe tutela.* Principum certe, & regum eſt ſibi ſubjectorum *ſalutem* curare. *Nihil enim aliud eſt imperium, ut ſapientes definiunt, niſi cura ſalutis alienæ.* Marcellin. XXXIX. 2. Imo *finis imperii juſti obedientium commodum, & ſalus eſt*, ut animo reputaſſe Julianum dicit idem XXV. 3. Unde *Reipublicæ præfuturos* monet Cicer. Offic. I. 25. *duo Platonis præcepta omnino teneant: unum, ut utilitatem civium ſic tueantur, ut quæcunque agunt, ad eam referant, obliti commodorum ſuorum: alterum, ut totum corpus reipublicæ curent: ne dum partem aliquam tuentur, reliquas deſerant. Ut enim tutela, ſic procuratio reipublicæ ad utilitatem eorum, qui commiſſi ſunt, non ad eorum, quibus commiſſa eſt, gerenda eſt.*

5. POTESTATE INSTRUXISTIS I. *poteſtatem* dediſtis.

6. SERVIRE. Recte. Nam, ut pulcre Senec. Epiſt. 90. *Illo ſeculo, quod aureum perhibent, officium erat imperare, non regnum.* Unde δουλείαν ſuum vocat regnum Antigonus apud Ælian. V. H. II. 20. Ὁ Ἀντίγονος ἐκεῖνος ὁρῶν τὸν υἱὸν τοῖς ὑπηκόοις χρώμενον βιαιότερόν τε, καὶ θρασύτερον: οὐκ οἶσθα, εἶπεν, ὦ παῖ, τὴν βασιλείαν ἡμῶν ἔνδοξον εἶναι δουλείαν. *Hic Antigonus, quum cerneret filium ſuum ſe violentiorem, & immodeſtiorem gerere erga ſubjectos: annon, inquit, noviſti fili, noſtrum regnum nobilem eſſe ſervitutem? Servitutem* regiam eleganter explicat, hunc locum laudans, Lipſ. Monit. Polit. II. 7. *Pulchra voce, & quam ſine numine conceptam non reor, aut emiſſam. Quid verba facimus in inſtruendo principe? ecce hic compendium. Serviat, id eſt, audiat, obſequaturque ſenatui, & bonis conſiliariis, ſerviat ſingulis, in juſtitia adminiſtranda, injuria arcenda. Sine iſtis non eſt princeps, ſed tyrannus.*

7. VOS HABUI DOMINOS dum dicit Tiberius, excedit humanitatis modum, qui paullo poſt tanquam ſervis ipſe tanquam *dominus* illis *dominari* cœpit. *Beroaldus.*

CAPUT XXX.

ARG. *Libertatis ſpeciem quandam inducit, & ſenatus majeſtatem priſtinam conſervat Tiberius Nero Cæſar.*

1 Quin etiam ſpeciem libertatis [1] quandam induxit, conſervatis ſenatui ac magiſtratibus [2] & majeſtate priſtina & poteſtate: neque tam parvum [3] quicquam, neque tam magnum publici, privatique negotii fuit, de quo non ad P. C. referretur.
2 De vectigalibus [4] ac monopoliis [5], de exſtruendis reficiendiſve operibus, etiam
3 de legendo vel exauctorando milite, ac legionum & auxiliorum deſcriptione [6]. Denique quibus imperium prorogari, aut extraordinaria bella mandari, quid & qua forma regum literis reſcribi placeret.
4 Præfectum [7] alæ [8], de vi & rapinis reum, cau-
5 ſam in ſenatu [9] dicere coegit. Nunquam curiam niſi ſolus intravit: lectica [10] quondam introlatus æger, comites a ſe removit [11].

Speciem libertatis. Et ita Tacit. Ann. III. 60. 1. *Sed Tiberius vim principatus ſibi firmans, imaginem antiquitatis ſenatui prabebat, poſtulata provinciarum ad diſquiſitionem patrum mittendo.* Unde de illo Dio LVII. 607. A. Τὸ δ' ὅλον Καῖσαρ πρόκριτός τε τῆς γερουσίας, κατὰ τὸ ἀρχαῖον, καὶ ὑφ' ἑαυτοῦ ὠνομάζετο, καὶ πολλάκις γε ἔλεγεν, ὅτι δεσπότης μὲν τῶν δούλων, αὐτοκράτωρ δὲ τῶν στρατιωτῶν, τῶν δὲ λοιπῶν πρόκριτός εἰμι. *Omnino Cæſaris, & principis ſenatus, more antiquo, nomen ipſe ſibi tribuebat, & ſæpius dicebat: dominus ſum ſervorum, imperator militum, princeps cæterorum.*

2. Magistratus ſunt, *qui per imperia potentiores ſunt, quam privati. Quæ vox duabus ſignificationibus notatur; nam aut perſonam ipſam demonſtrat, ut cum dicimus, magiſtratus juſſit: aut honorem, ut cum dicimus, Titio magiſtratus datus eſt.* Feſtus. Dicitur de uno in ſingulari, ut apud Græcos ἀρχων. Unde pluralis, quando de pluribus, ſive collegio ſermo, uſitatus. Cicer. L. L. III. 1. *Ut enim magiſtratibus leges: ita populo præſunt magiſtratus.* c. 2. *Magiſtratibus igitur opus eſt: ſine quorum prudentia, ac diligentia eſſe civitas non poteſt.*

3. Neque tam parvum.... Et ita de Tiberio Dio LVII. 606. B. Ἀυτὸς μὲν καθ' ἑαυτὸν ἢ τι, ἢ ὀλίγον τι ἔπραττε, πάντα δὲ δὴ καὶ τὰ σμικρότατα ἐς τὴν γερουσίαν ἐσέφερε. *Suo arbitrio aut nihil, aut perpauca agebat, de rebus etiam minutiſſimis ad ſenatum referebat.*

* 4. Vectigalia non ſine populo victis gentibus impoſuiſſe ſcribunt *Manut. de Senat. Rem. c.* 10. & *Buleng. de Vectigal. c.* 92. ſed ſenatui hanc facultatem competiiſſe exiſtimat *Burmann. de Vectigal. c.* 7. Et recte. Docet hoc Polyb. VI. 11. Καὶ μὴν ἡ σύγκλητος πρῶτον μὲν ἔχει τὴν τοῦ ταμιείου κυρίαν: καὶ γὰρ τῆς εἰσόδου πάσης αὕτη κρατεῖ, καὶ τῆς ἐξόδου παραπλησίως. *Et primo quidem ſenatus habet curam ærarii: nam & introituum & expenſarum plenum penes eum eſt arbitrium.* Et poſtquam plura ſenatus munera & jura enarraſſet, addit ibidem. Πάντα ταῦτα χειρίζεται διὰ τῆς συγκλήτου. πρὸς δὲ τὸν δῆμον καθάπαξ οὐδέν ἐστι τῶν προειρημένων. *Omnia hæc per ſenatum adminiſtrantur. Populi in his, quæ diximus, nullæ omnino ſunt partes.* c. 15. iterum agens de vectigalibus dicit. Ἔχει περὶ πάντων τῶν προειρημένων τὴν κυρίαν τὸ συνέδριον. *Habet prædictorum omnium poteſtatem ſenatus.* Imo verſo jam reipublicæ ſtatu, & ad Imperatores delata rei ſumma, ſenatui ſpecies hujus poteſtatis in ludibrium relicta eſt. De Nerone Tacit. Ann. XIII. 49. 4. *Cur, ſi rempublicam egere libertate ſenatoria crederet, tam levia conſectaretur? quin de bello aut pace, de vectigalibus aut legibus, quibuſque aliis Romana continentur, ſuaderet diſſuaderetve?* De Tiberio noſter.

5. Monopolium, μονοπώλιον, dicitur, quum penes aliquem ſolum poteſtas eſt alicujus rei emendæ, & vendendæ. In *monopoliis* abolendis laboravit ſenatus Romanus. Plin. VIII. 37. *Magnum fraus & ibi lucrum monopolio invenit, de nulla re crebrioribus Sctis, nulloque non principe adito querimoniis provincialibus.* V. & *Codic.* IV. 59. Hoc *verbo*, utpote *peregrino*, priuſquam *veniam poſtulaſſet, in ſenatu* non *eſſe uſum* Tiberium narrat noſt. *infr.* 71. 2.

6. Descriptione 1. per civitates limitaneas hoſtium terræ proximas collocatione. Hoc enim & *deſcribere* ſignificat. Terent. Eun. prol. n. 7.

Et eaſdem deſcribendo male.

Ubi *deſcribere* eſt perſonas, actus, ſcenas diſponere. Cicer. de Senect. c. 17. *A quo illa eſſent dimenſa, atque deſcripta.*

7. Præfectus alæ quis fuerit, dictum Aug. 38. 2. §. 11.

8. Alæ quid in re militari olim, dictum Aug. 38. 2. §. 12.

9. In senatu, cum militiæ jure, ſi non ad eum, ſub quo militabat, at certe ad principem ſpectaret cognitio. Modeſt. Digeſt. XLIX. 16. 3. *Deſertorem auditum ad ſuum ducem cum elogio præſes mittet: præterquam ſi quid gravius ille deſertor in ea provincia, in qua repertus eſt, admiſerit. Ibi enim eum plecti pœna debere, ubi facinus admiſſum eſt, divi Severus & Antoninus reſcripſerunt.* Juven. XVI. 15.

Legibus antiquis caſtrorum, & more Camilli
Servato, miles ne vallum litiget extra,
Et procul a ſignis.

V. *Torrentium.*

10. Lectica in aditu curiæ nemini temere uſurpata, niſi cogeret ſontica, 1. vel animi, vel corporis ægritudo nimia. Ideo Tacitus de Libone Druſo Ann. II. 29. 2. *Die ſenatus metu, & ægritudine feſſus, ſive, ut tradidere quidam, ſimulato morbo, lectica delatus ad fores curiæ, innixuſque fratri, & manus, ac ſupplices voces ad Tiberium tendens, immote ejus vultu excipitur.* Hiſtoriam narrat Dio. LVII. p. 614. C. Οὕτω γὰρ τοι κακῶς ἔκειτο, ὥστ' ἐν σκιμποδίῳ

καδίῳ κατακείμενος ἐς τὸ συνέδριον ἐσκομισθῆναι: νομιζόμενον γάρ πω καὶ τοῖς ἀνδράσιν, ἥν ποτέ τις αὐτῶν ἀσθενῶς ἔχων ἐκεῖσε ἴοι, κατακείμενον αὐτὸν ἐσφέρεσθαι. *Qui & ipſe tunc adeo male affecto erat corpore, ut in lectica contecta in curiam illatus fuerit: conceſſum enim etiam erat viris, ut, qui per valetudinem non poſſent, lectica jacentes adveherentur.* V. *Caſaubonum.*

11. COMITES REMOVIT, quos tamen, ut qui ſella, aut lectica veherentur, non principes ſolum, ſed & alii, haberent, moris fuit. Juven. VII. 141.

Reſpicis hæc primum qui litigat, an tibi ſervi
Octo, decem comites.

V. *Caſaubonum.*

CAPUT XXXI.

ARG. *Adverſus ſententiam ſuam quid decerni ne quidem queritur, cætera per magiſtratus, & jure ordinario agi ſinit, conſulibuſque aſſurgit, & de via decedit Tiberius Nero Cæſar.*

Quædam adverſus ſententiam ſuam decerni [1] ne queſtus quidem eſt. Negante eo, 1. 2
deſtinatos [2] magiſtratus abeſſe oportere, ut præſentes honori acquieſcerent [3],
prætor deſignatus liberam legationem [4] impetravit. Iterum cenſente [5], ut 3
Trebianis [6] legatam in opus novi theatri [7] pecuniam ad munitionem viæ transferre
concederetur, obtinere non potuit, quin rata voluntas [8] legatoris [9] eſſet. Cum ſe- 4
natuſconſultum per diſceſſionem [10] forte [11] fieret, tranſeuntem eum in alteram par-
tem, in qua pauciores erant, ſecutus eſt nemo. Cætera quoque non niſi per magi- 5
ſtratus & jure ordinario [12] agebantur: tanta conſulum auctoritate, ut legati ex A-
frica [13] adierint eos, querentes trahi [14] ſe a Cæſare, ad quem miſſi forent. Nec mi- 6
rum, cum palam eſſet, ipſum quoque eiſdem & aſſurgere [15], & decedere via [16].

DECERNI dicuntur, quæ Sěto fiunt. Donat. And. I. 3. 14: 5. 3. *Decernere eſt de magnis rebus certam proferre ſententiam: unde etiam ſenatus decretum.* Tertull. Apolog. c. 5. *Vetus erat decretum, ne qui deus ab imperatore conſecraretur, niſi a ſenatu probatus.*

2. DESTINATOS I. electos V. Cæſ. I. I. §. 9.

3. ACQUIESCERENT I. cum quadam animi voluptate fruerentur, illo ſibi oblato ſe oblectarent. Senec. Epiſt. 24. *Ut meliora tibi proponas, & acquieſcas ſpei blandæ.* Noſt. *Tib.* 56. I. *Cal.* 51. 5. *Vitel.* 14. 7. *Tit.* 7. 6.

4. LIBERA LEGATIO, de qua ſupr. 12. I. §. 3.

5. CENSENTE, pro *cenſens*, Græce poſitum eſſe, non Latine, dicit *Eraſmus.*

6. TREBIA locus fuit non multum diſtans ab Urbe Roma. Colligimus ex Liv. II. 39. ſcribente, Volſcos Romanis ademiſſe plura oppida prope Urbem, inter quæ *Trebiam* enumerat. V. *M. Donatum.*

7. IN OPUS NOVI THEATRI, quia ſæpe ſub conditione legabatur, veluti, *ſi navis ex Aſia venerit, ſi in Capitolium adſcenderit, ſi Titius conſul factus fuerit.* V. *Briſſon. de Form.* VII. *p.* 660.

8. RATA VOLUNTAS. Et recte. Nam, ut in XII. tabulis, *Uti paterfamilias ſuper pecunia tutelave legaſſit rei ſuæ, ita jus eſto.* V. *Torrentium.*

9. LEGATOREM pro teſtatore a noſtro dici, idque alio in auctore vix legi, adeoque notandum eſſe monet *Guther. de jur. Man.* III. 27.

10. PER DISCESSIONEM fiebat Sctum hoc modo. Conſules in ſenatu ſenatores ſententiam rogabant. Cum omnes rogaſſent, obſervabant ſententias aliquas inſigniores, ex quibus quæ ipſis optima viſa fuiſſet, pronuntiabant, ut in eam fieret *diſceſſio* I. auctor illius ſententiæ loco, in quo ſedebat, *diſcederet*, & in aliam partem iret, quo & concedebant, quicunque huic aſſentiebantur. *Diſceſſionem*, docente Plin. Epiſt. VIII. 14. *ita fieri jubebat lex: qui hæc ſentitis, in hanc partem: qui alia omnia, in illam partem ite, qua ſentitis.* Hunc morem Sčti faciendi tradit etiam Dio XLI. p. 153. B. Διεψηφίσαντο δὲ ἐπὶ τούτοις οὐ κατ' ἄνδρα (μὴ καί τι δι' αἰδῶ ἢ καὶ φόβον τινὰ παρὰ τὰ δοκοῦντα σφίσιν ἀποφήνωνται) ἀλλ' ἐπὶ τά δε καὶ ἐπ' ἐκεῖνα τοῦ βουλευτηρίου μεταστάντες γιγνόμενοι. *Quum ſententiæ eſſent ferendæ, eæ non a ſingulis pronuntiatæ ſunt (metuebant enim, ne quis verecundia, aut timore compulſus, ſecus, quam ſentiret, diceret) ſed in diverſas curiæ partes diſceſſum eſt.* Cicer. Fam. I. 2. *Bibulo aſſenſum eſt de tribus legatis, frequentes ierunt in alia omnia. Proxima erat Hortenſii ſententia, quum Lupus, tribunus plebis, quod ipſe de Pompeio retuliſſet, intendere cœpit, ante ſe oportere diſceſſionem facere, quam conſules.* De tali Sčto etiam Gell. *N. A.* III. 18. *Alex. Gen.* IV. II. *Briſſon. de Form.* II. *p.* 183. 184. *Bud. Annot. in Pandect. p.* 57. *Laz. Comm. R.R.* III. 9. *Manut. de Senat. c.* 10.

11. FORTE, ita ut errent Tubero, & ex Tuberone Atejus Capito, qui dicunt apud Gell. XIV. 7. *nullum Sctum fieri poſſe non diſceſſione facta: quia in omnibus Sctis, etiam in iis, quæ per relationem fierent, diſceſſio eſſet neceſſaria.* Quod & obſervaſſe video *Schildium.*

12. JURE ORDINARIO I. *per magiſtratus*, ut noſter explicat

explicat & fuſius dicam ad *Claud.* 15. 2. §. 11.

13. LEGATI EX AFRICA.... Verba Tacit. Ann. III. 35. 1. *Proximi ſenatus die, Tiberius per literas caſtigatis oblique patribus, quod cuncta curarum ad principem rejicerent, M. Lepidum, & Junium Blæſum nominavit, ex quis proconſul Africæ legeretur*, an huc pertineant, dubitat *Caſaubonus*.

14. TRAHI I. fruſtrationibus differri, de die in diem duci. Cicer. Attic. x. 6. *Neceſſe eſt enim, aut pelli iſtum ab Hiſpania, aut trahi id bellum. Et, Sin trahitur bellum, quid exſpectem?* Noſt. *ſupr. Aug.* 16. 1. *infr. Oth.* 9. 1.

15. ASSURREXISSE conſulibus Tiberium, doc etiam Dio LVII. p. 609. A. Τούς τε ἀεὶ ἄρχοντας ὡς δημοκρατίᾳ ἐτίμα, καὶ τοῖς ὑπάτοις καὶ ὑπανίστατο. *M giſtratus ſemper, quaſi in populari viveret imperio; h norabat, & conſulibus aſſurgebat.* Etiam ſolitum e ſe Claudium Dio *infr.* 12. 5. §. 21. Serv. Georg. 1 98. *Aſſurgit, cedit, tractum eſt a ſedentibus, qui honorem alicujus aſſurgere conſueverunt.*

16. DECEDERE VIA quid, dicam *infr. Ner.* 4. §. 9.

CAPUT XXXII.

ARG. *Civilitatem ſuam ſenatui, defunctis, perſonis minoribus, & provinciis approbare pergit Tiberius Ne Cæſar.*

1 Corripuit conſulares [1] exercitibus præpoſitos, quod non de rebus geſtis ſenatui ſcriberent [2]: quodque de tribuendis quibuſdam militaribus donis [3] ad ſe refer-
2 rent: quaſi non omnium tribuendorum ipſi jus haberent. Prætorem collaudavit, quod honore inito [4], conſuetudinem antiquam retuliſſet de majoribus ſuis [5] pro con-
3 cione memorandi. Quorundam illuſtrium exſequias uſque ad rogum [6] frequenta-
4 vit. Parem moderationem minoribus quoque perſonis & rebus exhibuit. Cum Rhodiorum magiſtratus, quod literas publicas ſine ſubſcriptione [7] ad ſe dederant, evocaſſet,

CONSULARIBUS olim exercitus committebantur. Tacit. Agric. 8. 2. *Brevi Britannia conſularem Petilium Cerialem accepit.* Noſt. *Domit.* 6. 3. "Erant Imperatoris legati ante inventos magiſtros militum. Illis milites tam pacis, quam belli tempore obtemperabant. Appellabantur *conſulares*, quia *conſularibus inſignibus utebantur*, ut tradit Ulpian. l. 2. de his qui not. infam. *Pancirol. Notit. dignit. imp. orient. c.* 31. *Buleng. de Imper. Rom.* IV. 36.

2. DE REBUS GESTIS SENATUI SCRIBERE jam Agrippa neglexerat apud Dion. LIV. 538. D. Οὔτε ἔγραψεν ἀρχὴν ἐς τὸ συνέδριον ὑπὲρ τῶν πραχθέντων οὐδέν. Ἀφ' οὗ δὴ καὶ οἱ μετὰ ταῦτα νόμῳ τινὶ τῷ ἐκείνου τρόπῳ χρώμενοι, οὐδ' αὐτοὶ τῷ κοινῷ ἔτ' ἐπέστελλον. *Neque initio quidquam de his rebus geſtis ad ſenatum perſcripſit. Cujus exemplum pro lege quadam acceptum poſteriores imitati, ne ipſi quidem ſenatum per literas de re geſta certiorem fecerunt.* Libera vero Republica, ut *de rebus geſtis ſenatui ſcriberent* provinciarum præſides, mos fuit perpetuo ſervatus, ſed eadem exſtincta ſublatus. V. & *Caſaubonum*.

3. MILITARIA DONA V. ſupr. Aug. 8. 2. §. 6.

4. INITO HONORE, moris erat, ut qui conſulatum ſuſcepiſſet, quaſi aliquam gratiam referret populo, cumque pro Roſtris benigne appellaret. Εἰωθότων δὲ τῶν ὑπατείαν λαβόντων, δεῖν ἀνθομολογεῖσθαί τινα χάριν, καὶ προσαγορεύειν φιλοφρόνως τὸν δῆμον ἀπὸ τοῦ βήματος. *Plutarch. Æmil. p.* 260. B.

5. DE MAJORIBUS SUIS *pro concione memorabant* illa oratione, quam poſt initum honorem novos magiſtratus habuiſſe diximus §. 4. Cicer. Fin. II. 22. *Quid enim mereri velis jam, cum magiſtratum inieris, & in concionem adſcenderis, eſt enim tibi edicendum, quæ ſis obſervaturus in jure dicendo: & fortaſſe etiam, ſi tibi erit viſum, aliquid de majoribus tuis, & de teipſo dices, more majorum.*

6. USQUE AD ROGUM quod exſequias quorumdam frequentaret Tiberius, civile, δημοτικὸν in illo habitum, quia in virorum illuſtrium funeribus, ad laudationem, quæ in foro fiebat, tantum venire videntur ſoliti, nec intereſſe officio, cum e Roſtris extra Urbem ad buſtum efferrentur. Ita tamen & ejus filius Druſus. Dio LVII. 611. E. Ὁ δὲ δὴ Δροῦσος τὰ μὲν τῇ ὑπατείᾳ προσήκοντα ἐξ ἴσου τῷ συνάρχοντι, ὥσπερ τις ἰδιώτης, ἐξετέλεσε· καὶ κληρονόμος γε ὑπό τινος καταλειφθεὶς, τὸ σῶμα αὐτοῦ συνεξήνεγκε. *At Druſus, quæ ei cum collega conſulatus erant communia munera, ut privatus, obivit & hæres a quodam dictus, exſequias uſque ad rogum eum aliis frequentavit.* Ita illud συνεκφέρειν explicandum cenſet *Caſaubonus* & ex *Caſaubono Kirchm. Fun. Rom.* III. 9. Exſequias frequentare eſt funus ſequi: quod *funus exſequi* dicit Gell. x. 15. Romanorum *inertem luxuriam* ſic taxat Senec. N. Q. III. 18. *Quotuſquiſque funus domeſticum ad rogum proſequitur? Fratrum, propinquorumque extrema hora deſeritur: ad mortem nulli concurritur.*

7. SUBSCRIPTIO hæc quænam fuerit, docet Dio LVII. p. 608. E. Ἐπειδὴ ποτὲ οἱ Ῥοδίων ἄρχοντες ἐπεστάλκασί τι αὐτῷ, οὐχ ὑπέγραψαν τῇ ἐπιστολῇ τοῦτο δὴ τὸ νομιζόμενον, εὐχὰς αὐτῷ ποιούμενοι· μετεπέμψατο μὲν σπουδῇ, ὡς καὶ κακόν τι δράσων, ἐλθόντας δὲ οὐδὲν δεινὸν εἰργάσατο, ἀλλ' ὑπογράψαντας τὸ ἐνδέον ἀπέπεμψε. *Quum aliquando Rhodiorum magiſtratus, data ad eum epiſtola,*

Digitized by Google

caſſet, ne verbo quidem inſectatus, ac tantummodo juſſos ſubſcribere remiſit. Diogenes grammaticus diſputare [8] ſabbatis [9] Rhodi ſolitus, venientem eum, ut ſe extra ordinem [10] audiret, non admiſerat: ac per ſervulum ſuum in ſeptimum diem diſtulerat. Hunc Romæ ſalutandi ſui cauſa pro foribus adſtantem, nihil amplius, quam ut poſt ſeptimum annum rediret [11], admonuit. Præſidibus [12] onerandas tributo provincias ſuadentibus, reſcripſit, *Boni paſtoris* [13] *eſſe tondere pecus, non deglubere* [14].

5

6

epiſtola, non ſubſcripſiſſent epiſtolæ illud conſuetum, quo vota ipſi facerent: celeriter eos excitos, quaſi male mulctaturus, quum id, quod deerat, adjeciſſent, indemnes dimiſerit. Interdum hanc *ſubſcribebant* formulam. Ἔῤῥωσο Ἀιλῖνε τιμιώτατε, καὶ ποθεινότατε ἡμῖν. *Vale Aniline honoratiſſime, & nobis cariſſime.* Euſeb. Hiſt. Eccleſ. x. 5. & 7. Interdum & hanc. *Divinitas te ſervet per multos annos parens Kariſſime Auguſtorum.* Hnjus exempla plurima collegit *Briſſon. Form.* III. *p.* 325. Plinius hanc *ſubſcripſit* epiſtolæ Trajano factæ Epiſt. x. 1. *Fortem te, & hilarem Imperator optime, & privatim, & publice opto.* Ipſe Auguſtus ad Tiberium *ſupr.* 21. 14.

8. DISPUTARE I. declamare, quod certis diebus ſolebant veteres. Ita qui *quotidie præcepta eloquentiæ tradebat, declamabat nonniſi nundinis* Marcus Antonius Gnipho apud noſtr. *Illuſtr. Gramm. c.* 7. Juven. VII. 160.

Nil ſalit Arcadico juveni, cujus mihi ſexta
Quaque die miſerum dirus caput Hannibal implet.

V. *Caſaubonum*, & ex *Caſaubono Babelonium*, *Grang. in Juvenalem.*

9. SABBATI nomen Judæorum, qui jam tum per orbem ſparſi erant, imitatione multi retinuerunt. Joſephus jam ſua ætate adeo increbruiſſe ſeptimi diei obſervationem, ex Judaico ritu, ut neget urbem ullam, aut Græcorum, aut barbarorum, vel gentem omnino ullam poſſe reperiri, quæ ceſſationem ab opere diei ſeptimi in ſuos mores non recepiſſet, teſtatur ſcribens contra Apion. II. 1081. B. οὐδ' ἔστιν οὐ πόλις Ἑλλήνων οὐδ' ἡτισοῦν, οὐδὲ βάρβαρος, οὐδὲ ἓν ἔθνος, ἔνθα μὴ τὸ τῆς ἑβδομάδος ἣν ἀργοῦμεν ἡμεῖς, τὸ ἔθος οὐ διαπεφοίτηκεν. Clem. Alexandr. Strom. v. p. 600. C. Ἀλλὰ καὶ τὴν ἑβδόμην ἱερὰν οὐ μόνον οἱ Ἑβραῖοι, ἀλλὰ καὶ οἱ Ἕλληνες ἴσασι. *Quinetiam ſeptimum diem eſſe ſacrum, non ſolum Hebræi, verum etiam Græci ſciunt.* Imo ſeptimo die feriæ pueris in ſcholis concedi ſolitæ. Lucian. Pſeudolog. p. 440. Ὁ δὲ Ἑβδόμην, ὅτι ὥσπερ οἱ παῖδες ἐν ταῖς ἑβδόμαις, κἀκεῖνος ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἔπαιζε. *Rurſus alius Hebdomam, quod perinde atque pueri ſeptimis diebus, ille etiam in concionibus luderet.* Plura *Caſaubonus.*

10. EXTRA ORDINEM I. hora, vel die, quibus diſputare non ſoleret: certe alio, quam Sabbati, die. V. infr. Dom. 8. 1. §. 4.

11. PRÆ FORIBUS ADSTANTEM..... Huc ſimile eſt, quod de Polemone & Antonino Imperatore narrat Philoſtr. de vit. Soph. p. 533. A. Ἦρξε πάσης ὁμοῦ Ἀσίας ὁ Ἀντωνῖνος, καὶ κατέλυσεν ἐν τῇ τοῦ Πολέμωνος οἰκίᾳ ὡς ἀρίστῃ τῶν κατὰ τὴν Σμύρναν, καὶ ἀρίστου ἀνδρός. Νύκτωρ δὲ ἐξ ἀποδημίας ἥκων ὁ Πολέμων, ἐβόα ἐπὶ θύραις, ὡς δεινὰ πάσχοι, τῶν ἑαυτοῦ εἰργόμενος: εἶτα συνηνάγκασε τὸν Ἀντωνῖνον ἐς ἑτέραν οἰκίαν μετασκευάσασθαι. *Imperavit ſimul Aſiæ Antoninus, & domi Polemonis deſedit, quippe quæ Smyrnenſium optima, & optimi viri eſſet. Polemon vero noctu a peregrinatione rediens, apud fores exclamat, quod gravia pateretur, rebus ſuis inhibitus: & Antoninum in aliam domum migrare coegit.*

12. PRÆSIDI Ægypti Æmilio Recto, majorem conſtitutæ pecuniæ ſummam ex Ægypto mittenti hoc reſcripſiſſe dicunt Tiberium Dio LVII. p. 608. D. & Zonar. Ann. II. p. 172. Ἀιμυλίῳ γοῦν Ῥήκτῳ χρήματα ποτὲ αὐτῷ πλείω παρὰ τὸ τεταγμένον ἐκ τῆς Αἰγύπτου, ἧς ἦρχε, πέμψαντι ἀντεπέστειλε....

* 13. BONI epitheton Regibus ſolebat attibui, quo monerentur, quid maxime ab iis exſpectandum eſſet illis ſubjectis. Homer. Iliad. III. 189.

Ἀμφότερον, βασιλεύς τ' ἀγαθὸς, κρατερός τ' αἰχμητής.

Utrumque, Rex bonus, fortiſque pugnator.

Et Capys Ennio *optimus* dicitur. Virg. Æneid. I. 189.

Bonus, quæ deinde cadis onerarat Aceſtes.

Hujus dicti occaſionem Tiberio dediſſe putat *Caſaubonus* Batonis Dalmatæ a Tiberio interrogati, cur rebellaſſet, reſponſum, quod adfert Dio LV. 570. E. LVI. 582. A. Τοῦ δὲ δὴ Βάτωνος, ὃς πολλὰ τοὺς Ῥωμαίους, ἀποστήσας τοὺς Δαλμάτας, ἐκάκωσε, καθ' ὁμολογίαν ποτὲ τῷ Τιβερίῳ προσκεχωρηκότος, καὶ τῇ ὑστεραίᾳ ἐπὶ βήματος αὐτῷ καθημένῳ προσαχθέντος, ὁ μὲν Τιβέριος ἠρώτησεν αὐτὸν, τί ὑμῖν ἔδοξε καὶ ἀποστῆναι, καὶ τοσοῦτον ἡμῖν χρόνον ἀντιπολεμῆσαι, ὁ δ' ἔφη, ὅτι ὑμεῖς τούτων αἴτιοι ἐστὲ, ἐπὶ γὰρ τὰς ἀγέλας ὑμῶν φύλακας οὐ κύνας, οὐδὲ νομέας, ἀλλὰ λύκους πέμπετε. *Quum Bato, qui concitatis ad rebellionem Dalmatis, multum incommodi Romanis exhibuerat, tandem aliquando per tranſactionem Tiberio ſe dediſſet, ac poſtridie ad eum in tribunali ſedentem adductus eſſet, interrogavit Tiberius, quid ita deficere, ac tantum temporis contra me bellum gerere ſtatuiſtis? Vos, dixit ille, in culpa eſtis ipſi, qui ad veſtros greges non canes, aut paſtores, ſed lupos mittitis.* Certe ad lupos tyranni comparantur. Max. Tyr. diſſert. 40. p. 307. Καμβύσης, δ' ἦν καὶ αὖθις Ξέρξης ἐκ ποιμένων ἀγαθῶν πονηροὶ λύκοι, κείροντες τὴν ἀγέλην. *Cambyſes etiam & deinde Xerxes de bonis paſtoribus facti ſceleſti lupi, attondentes gregem.*

14. TONDERE, NON DEGLUBERE I. tributa quidem capere a ſuis, ſed nimiis non exhaurire ſuos. *Tondent*, qui ita ſpoliant, ut ſortem relinquant, unde

res

Digitized by Google

res poſſit creſcere. *Glubunt*, qui nihil reliqui faciunt. Nam lana *detonſa* renaſcitur. Cute detracta nihil eſt, quod deinde poſtis auferre. A ruſticis, qui *deglubere* vocant ſiliquam, aut folliculum excutere, & granum ſua tunica nudare, tractum eſſe vult Eraſm. in Adag. p. 80. Bene autem, Marcil. in Veſp. 18. 5. arbitro, Tiberii dictum præ quam Suetonius exprimunt Dio LVII. 608. D. & Zonar. Ann. II. p. 172. Ὅτι, inquiunt, κείρεσθαί μου τὰ πρόβατα, ἀλλ' οὐκ ἀποξύρεσθαι βούλομαι. *Tonderi oviculas meas non ſtrictim, ſed per pectinem volo.* Ad duplex *tonſus*, ſive *tonſura* genus luſit. Tiberius, unum *ſtrictim*, alterum *per pectinem*. Illud novacula fieri ſolitum: hoc autem forfice. Plaut. Capt. II. 2. 18.

> *Sed utrum, ſtrictimne attonſurum dicam eſſe, an per pectinem,*
> *Neſcio.*

Ita *plebeculam paſcere* vult Veſpaſianus infr. 18. 5. & non nimios ſumptus facere impendendos *grandioribus columnis in Capitolium perducendis.* Propter illos ſane plebeculam *tondere* ſatis non fuiſſet. Tiberii hoc proverbium etiam inter ſua retulit Apoſtol. XIX. 18.

CAPUT XXXIII.

ARG. *Principem paullatim exerit, ſenatus conſtitutiones quaſdam reſcindit: magiſtratibus conſiliarius aſſidet, judices legum.... admonet, & labantia corrigenda ſuſcipit Tiberius Nero Cæſar.*

1 Paullatim principem exeruit [1], præſtititque: etſi varium [2] diu, commodiorem tamen ſæpius, & ad utilitates publicas proniorem. Ac primo eatenus [3] interve-
2 niebat, ne quid perperam fieret. Itaque & conſtitutiones quaſdam ſenatus reſcidit:
& magiſtratibus pro tribunali cognoſcentibus [4] plerumque ſe offerebat conſiliarium [5],
3 aſſidebatque miſtim [6], vel ex adverſo in parte primori [7]. Et ſi quem reorum elabi [8]
gratia

PRINCIPEM EXERUIT I. τὰ τοῦ αὐτοκράτορος fecit, pro *principe* ſe geſſit, ſe imperare oſtendit, *exhibuit*, ut noſt. Vitell. 17. 2. *Cum auriganti Cajo miniſtratorem exhiberet.* * *Exerere* enim eſt etiam in apertum dare, promere, videndum præbere. Plin. Epiſt. VIII. 7. 2. *Sumam perſonam magiſtri: exeramque in librum tuum jus....* Proprie brachium extra togam *exerebatur*. Senec. Controv. V. 6. *Apud patres noſtros, qui forenſia ſtipendia auſpicabantur, nefas putabatur, brachium extra togam exerere.* Illo enim tempore juventus, cum reliqui in exercitatione, ludoque campeſtri, itemque caſtrenſi, ac militari nudi exercerentur, ſolis ſubligaculis ſuccincti, tunicata exereebatur, ob modeſtiam ſcilicet, ac pudicitiam, ne nuda epheborum corpora ſpectatorum oculis vorarentur, & brachium eodem anno toga cohibebat, eo ſcilicet *ætatis tempore, quod ipſum ſua ſponte infirmum, aliorum libidine infeſtum eſt*, ut ait *Cicer. pro Cæl. c.* 4. Quem latius hac de re diſſerentem V. *ſupr. Aug.* 8. 2. §. 3. De quo plura *Ferrar. R. V.* I. 17. & 8.

2. VARIUM I. benignum nunc & clementem, nunc ſævum & immitem. *Sabellicus.* Talis Domitianus infr. 3. 3.

3. EATENUS I. haſtenus. Cicer. L. L. I. 4. *Sed hoc civile, quod vocant, eatenus, exercuerunt....*

4. COGNOSCENTIBUS I. judicantibus. V. *Claud.* 15. 2. §. 8.

5. CONSILIARIUS eſt, qui in *conſilium* adhibetur. Paull. Digeſt. I. 22. 5. *Conſiliario eo tempore, quo aſſidet, negotia tractare in ſuum quidem auditorium nullo modo conceſſum eſt: in alienum autem non prohibetur.* *Conſeſſorem* dicit Cicer. Fin. II. 19. *A. Varius, qui eſt habitus judex durior, dicere conſeſſori ſolebat...* *Aſſeſſorem* Paull. Digeſt. I. 22. I. *Omne officium aſſeſſoris, quo juris ſtudioſi partibus ſuis funguntur, in his fere cauſis conſtat... in cognitionibus, poſtulationibus, libellis edictis, decretis, epiſtolis.* V. *Briſſon. Select. Ant.* III. 10. *Chiment. de hon. biſel. c.* 17. *Pollet. F. R.* III. 13. *Noodt de Juriſd. & imper.* I. II.

6. MISTIM I. quocunque loco, non captato honoratiore. Quandoque enim moderationis, & æqualitatis laude non erubeſcebant principes minus digniore loco ſedere, ut eum honorem præcipue haberent conſulibus, & antiquæ Reipublicæ imaginem retinerent. Tiberius ſane quo rebus agendis foret intentior, judicii, juſtitiæque fidem promptius ſpecularetur, ac litigantium poſtulatis vindex, & inſpector adeſſet, non ſemper loco honeſtiſſimo, qui erat in forma ſemirotunda medius, aſſidebat. V. *Chiment. de hon. biſel. c.* 16.

7. IN PARTE PRIMORI I. in tribunalis cornu, interprete Tacit. Ann. I. 75. I. *Nec patrum cognitionibus ſatiatus; judiciis aſſidebat in cornu tribunalis, ne prætorem curuli depelleret; multaque eo coram, adverſus ambitum, & potentium preces conſtituta. Sed dum veritati conſulitur, libertas corrumpebatur.* Si formam tribunalis ſpectamus, idem eſt in cornu, ac *in parte primori* ex adverſo magiſtratus. Addo Dion. LVII. 606. E. Ἐδίκαζε μὲν οὖν, ὥσπερ εἶπον· ἐπεφοίτα δὲ καὶ ἐπὶ τὰ τῶν ἀρχόντων δικαστήρια, καὶ παρακαλούμενος ὑπ' αὐτῶν, καὶ ἀπαράκλητος· καὶ ἐκείνους μὲν ἐν τῇ ἑαυτῶν χώρᾳ καθῆσθαι εἴα, αὐτὸς δὲ ἐπὶ τοῦ βάθρου τοῦ καταντικρὺς σφῶν κειμένου καθίζων, ἔλεγεν ὅσα ἐδόκει αὐτῷ· ὡς πάρεδρος. *Jus, quo dixi, modo dabat, magiſtratuum quoque judicia, vel vocatus ab iis, vel non vocatus accede-*

gratia, rumor eſſet, ſubitus aderat, judiceſque aut e plano [9], aut e quæſitoris [10] tribunali, legum & religionis [11] & noxæ de qua cognoſcerent, admonebat: atque etiam ſi qua in publicis moribus deſidia aut mala conſuetudine labarent, corrigenda ſuſcepit.

accedebat: eos, magiſtratus, ſuo quemque loco ſedere ſinens, ipſe in ſubſelliis e regione poſitis conſidens, quid ſentiret, primo loco dicebat. V. *Caſaubonum* & *Chiment. de Hon. Biſel. c.* 16.

8. Elabi i. judicii ſeveritatem, cum condemnandus eſſet, effugere. Cicer. de Seneƈt. c. 12. *Ille cum eſſet conſul in Gallia, exoratus in convivio a ſcorto eſt: ut ſecuri feriret aliquem eorum, qui in vinculis eſſent damnati rei capitalis. Hic Tito fratre ſuo cenſore elapſus eſt.* Proprie *elabitur* anguis lubricus, murenave, aut anguilla manu prehenſa, dum *lapſu* fugit. Quod docet etiam Vall. Eleg. v. 59.

9. E. E plano n. ſolo, ſoli planitie, ubi populus ſtabat, χαμόθεν, cum ſedetur inferius, nec adſcenditur. *E plano* judicat judex, aut magiſtratus, qui ſine forma, (quod ajunt) ac ſtrepitu judicii, non editiore loco ſedens, ſed in via, ac tranſitu, aut inter deambulandum, de levioribus negotiis, his maxime, quæ voluntariæ juriſdiƈtionis ſunt, decernit, ac ſtatuit. *Plana* clivoſis, & ſublimibus opponuntur. Ulpian. Digeſt. xiii. 6. 5. §. 7. *Si tibi commodavi, ut & in machina operaretur: ceterum ſi, ut de plano opus faceret.* Et *de plano cognoſcere*, & *pro tribunali* contraria ſunt. Paull. Digeſt. xlviii. 18. 18. §. 10. *Cuſtodiæ non ſolum pro tribunali, ſed & de plano audiri poſſunt, atque damnari.* Gradus namque ad tribunalis faſtigium, ubi ſella poſita. Hinc *adſcendere curulem* dicuntur magiſtratus apud Plin. Paneg. 59. 2. Et Lucan. v. 16.

Lentulus e celſa ſublimis ſede profatur.

& *deſcendere e tribunal*, ubi jus dixerint, etiam noſt. infr. Claud. 15. 11. Rationem docet nos Caſſiod. Var. vi. 3. *Tribunal tuum ideo tam excelſum factum eſſe noveris, ut locatus ibi nihil humile, abjeƈtumque cogitares.* V. quoque *Torrentium*, *Chiment. de Biſell. c.* 15. *Pollet. For. Rom.* 1. 5. *Siccam. de centumv. jud. c.* 3.

10. Quæsitores *proprie dicuntur criminalium quæſtionum, ut Virg.* vi. 432.

Quæſitor Minos urnam movet.

Aſcon. in Cicer. p. 55. Talis erat in C. Rabirium Julius Cæſar *ſupr.* 12. 1. §. 9.

11. Religionis, quia, ſe cum veritate, & legum obſervatione judicium diſpoſituros, jurabant judices. Et hoc eſt *in leges jurare* Aſcon. in Cicer. p. 48. *His perfeƈtis jurabant in leges judices, ut obſtricti religione judicarent.* Cod. iii. 1. 14. *Cui non eſt cognitum antiquos judices non aliter judicialem calculum accepiſſe, niſi prius juramentum præſtitiſſent, omnimodo ſe cum veritate, & legum obſervatione judicium eſſe diſpoſituros?* Ipſe Tiberius *rupta taciturnitate proclamavit, ſe quoque in ea cauſa laturum ſententiam palam & juratum.* V. *Caſaubonum.*

CAPUT XXXIV.

ARG. *Ludorum, munerumque impenſas corripit, ſupelleƈtili modum adhibet, macelli annonam temperat, cœnis pridiana obſonia apponit, & oſcula quotidiana, ſtrenarumque commercium ediƈto prohibet Tiberius Nero Cæſar.*

Ludorum ac munerum impenſas corripuit [1], mercedibus [2] ſcenicorum reciſis [3], 1
paribuſque gladiatorum [4] ad certum numerum redaƈtis. Corinthiorum vaſo- 2
rum [5] pretia in immenſum exarſiſſe [6], treſque mullos [7] xxx millibus nummûm [8] veniſſe

Corripuit, pro contraxit, imminuit, nove diƈtum eſſe dicit *Torrentius*, ut *corripere viam* Virg. Æn. i. 422.

Corripuere viam interea, qua ſemita monſtrat.

& *ſpatia* v. 316.

——— ſignoque repente

Corripiunt ſpatia audito.

Ita *temperavit ſcenicas donationes* M. Antonius Philoſophus, *jubens ut quinos aureos ſcenici acciperent: ita tamen, ut nullus editor decem aureos egrederetur* apud Capitol. c. 11. *Scenicis nunquam aurum, nunquam argentum, vix pecuniam* i. nummum æreum. (V. *infr. Ner.* 44. 4.) *donavit* Alexander Severus: *pretioſas veſtes, quas Heliogabalus dederat, etiam ſuſtulit* apud *Lamprid. c.* 33.

2. Mercedis *ſcenicas donationes* vocavit Capitol. §. 1. *Lucar* dicitur *merces* illa Tertull. adv. Gnoſt. c. 8. *Ipſe clauſula legis & Prophetarum, nec Propheſes, ſed angelus divinus contumelioſa cæde truncatur in puellæ ſaltricæ lucar. Præmium* noſt. *ſupr. Aug.* 45. 4. §. 17.

3. Recidere i. minuere, ſupervacua tollere. Tacit. Ann. iii. 53. 5. *Quid enim primum prohibere, & priſcum ad morem recidere aggrediar?* Noſt. *Cal.* 44. 2: 55. 5. Hoc ſignatum ejus rei verbum eſſe monet *Gronov. Obſ.* 11. 22.

4. Paria gladiatorum V. ſupr. Cæſ. 10. 4. §. 24.

5. Corinthia vasa V. ſupr. Aug. 70. 4. §. 17.

veniſſe graviter conqueſtus [9], adhibendum ſupellectili modum cenſuit: annonamque macelli [10], ſenatus arbitratu quotannis temperandam [11]; dato [12] ædilibus negotio [13], popinas [14], ganeaſque [15] uſque eo inhibendi, ut ne opera quidem piſtoria [16] proponi

6. EXARSISSE i. excreviſſe. Plin. XXXIV. 2. *Cum ad infinitum operum pretia hæc creverint.* *Excandeſacere* ſimili verbo utitur Varr. R. R. III. 2. *Cœnæ collegiorum excandefaciebant annonam macelli.* Beroaldus.

7. MULLIS *ex reliqua nobilitate, & gratia maxima eſt, & copia, ſicut magnitudo modica: binaſque libras ponderis raro admodum exſuperant: barba gemina inſigniuntur inferiori labro.* Plin. IX. 17. Unde *barbati* dicuntur Varr. R. R. III. 17. *Celerius voluntate Hortenſii ex equili educeres rhedarias, ut tibi haberes mulas, quam e piſcina barbatum mullum.* Et vernacula lingua *barbi*, & *barbones.* Quanta cura aluerint *mullos* gulæ proceres, docet Varro. *Majorem curam ſibi haberet* Q. Hortenſius, *ne ejus eſurirent mulli, quam ego habeo, ne mei in Roſea eſuriant aſini.* Quo faſtu *mullum* emerint ventres delicatiores, curatius narrat. *Senec. N. Q.* III. 18. De *mullo* etiam *Beroaldus*, & multo plura *Nonnus de re cib.* III. 27.

8. XXX MILLIBUS NUMMUM i. ſeptingentis & quinquaginta philippicis. Pretio ſane majori, illo, quo Aſinius Celer ſuum mercatus, cum tamen hoc quaſi ſummum ponat Plin. IX. 17. *Aſinius Celer hoc piſce prodigus, Cajo principe, unum mercatus octo millibus nummûm* i. Lipſ. Admir. IV. 7. ducentis philippicis. Plurium pretia denarrat Meurſ. de luxu Roman. c. 14. V. Gronov. ſupr. Aug. 40. 4. §. 18.

9. GRAVITER CONQUESTUS, nec ſine ratione, cum ipſe *mullum ſibi miſſum in macellum deferri, & venire juſſerit, dicens: amici, omnia me fallunt, niſi iſtum mullum aut Apicius emerit, aut P. Octavius.* Senec. Epiſt. 85. qui hæc addit. *Ultra ſpem illi conjectura proceſſit. Licitati ſunt: vicit Octavius, & ingentem conſecutus eſt inter ſuos gloriam, cum HS quinque millibus* i. centum viginti quinque Philippicis, ut docent Lipſius, Meurſius, Nonnus, *emiſſet piſcem, quem Cæſar vendiderat, ne Apicius quidem emerat.*

10. ANNONA MACELLI comprehendebat omnis generis carnes, non ſolum quadrupedum, ſed avium etiam, atque piſcium, ut dictum Cæſ. 26.6. §. 31. *Annonam in macello* dicit Cicer. de Divin. II. 27. *Si Epicuri de voluptate liber roſus eſſet, putarem annonam in macello cariorem fore.* V. & *Laz. Com. R. R.* II. 15.

11. QUOTANNIS TEMPERANDAM. i. certum pretium rebus, quanti vendi debeant, præſcribendum. Non enim liberum fuit negotiatoribus, res ſuas tanti æſtimare, quanti vellent, ſed quantum magiſtratus cenſuerant: eaque cenſio, ſive æſtimatio, annona fori de iis rebus dicebatur, quæ ad annonam pertinebant. Donat. in Phorm. I. 2. 29. *Sciſti uti foro. Secundum illos negotiatores, qui ante locum commercii non proſcribunt* (ita pro *præſcribunt* mavult legere *Ravard. Var.* III. 17.) i. publice legendum proponunt, *quanti vendant, quæ advehunt, ſed ſecundum annonam fori, quam deprehenderint, conſilium divendendis, aut non vendendis mercibus ſumunt.* Feſtus. *Cenſores dicti, quod rem ſuam quiſque tanti æſtimare ſolitus ſit, quantum illi cenſuerint.*

12. DATO extra ordinem, ut obſervat *Torrentius.* Reipublicæ enim tempore annonam macelli cenſores temperabant, ab eo ſic dicti, ut docuit *Feſtus ſupr.* §. 11. Exemplo ſunt apud Plin. XIV. 14. *P. Licinius Craſſus, & L. Julius Cæſar cenſores,* qui *anno U. C.* 675. *edixerunt, ne quis vinum Græcum, Amineumque octonis æris ſingula quadrantalia venderet.*

13. ÆDILIBUS NEGOTIO: quod negat Tacit. Ann. III. 55. I. *Auditis Cæſaris literis, remiſſa ædilibus talis cura; luxuſque menſæ, a fine Actiaci belli ad ea arma, quis Ser. Galba Rempublicam adeptus eſt, per annos centum profuſis ſumptibus exerciti, paullatim exolevere.* Alias *negotium* hoc fuiſſe *datum ædilibus*, docet Dionyſ. A. R. VI. p. 411. Ἐπιτέτραπται δὲ αὐτοῖς πολλὰ, καὶ μεγάλα, καὶ σχεδὸν ἐοίκασί πως κατὰ τὰ πλεῖστα τοῖς παρ' Ἕλλησιν ἀγορανόμοις. *Commiſſa vero eis ſunt multa ac magna res: ſuntque maxima ex parte ſimiles iis, qui apud Græcos* ἀγορανόμοι *vocantur.* Apul. Mileſ. I. p. 113. *Et fiſcas, & virgas, & habitum prorſus magiſtratui congruentem in te video. Annonam curamus, ait, ædilem gerimus: &, ſi quid obſonare cupis, utique commodabimus.* Unde Plaut. Capt. IV. 2. 43.

—— *edictiones ædilitias hic habet quidem;*
Mirumque adeo eſt, ni hunc fecere ſibi Ætoli agoranomum.

De hoc *ædilium negotio* etiam *Beroaldus* ad *h. l.* & *Apul. p.* 158. *Stuck. A. C.* II. 12.

14. POPINA locus eſt, ubi cibi calidi venduntur, aut ubi publica obſonia, & delicatiores cibi, aſſari, apparari, atque etiam comedi conſueverunt. Nam in illis helluabantur: unde *uncta* dicitur Horat. Epiſt. I. 14. 21.

—— *fornix tibi & uncta popina*
Incutiunt urbis deſiderium.

quia cibaria *unctiora* in illa vendebantur. Adrianus Imperator Floro poetæ apud Spartian. c. 16.

Ego nolo Florus eſſe,
Ambulare per tabernas,
Latitare per popinas.

Harum cura ædilibus data. Mart. V. 81. 4.

Arcana modo raptus e popina.
Ædilem rogat udus aleator.

Unde *loca ædilem metuentia* dicuntur Senec. V. B. c. 7. Sed illis illarum *coercitionem ademit* Claudius *infr.* 38. 5. V. *Stuck. A. C.* II. 11. *Brod. Miſc.* V. 13.

15. GANEÆ veteribus dicebantur loca illa, in quibus

proponi venalia ſinerent. Et ut parcimoniam publicam exemplo quoque juvaret, 3
ſollennibus ipſe cœnis [17] pridiana ſæpe, ac ſemeſa [18] obſonia appoſuit, dimidiatumque [19] aprum: affirmans, *Omnia eadem habere quæ totum* [20]. Quotidiana [21] oſcula 4
prohibuit [22] edicto [23]: item ſtrenarum commercium [24], ne ultra Kalendas Januarias

bus homines vino, & epulis, & veneri, deſidiæque operam dabant, recentioribus Latinis *tabernæ*. V. Spartianum *ſupr.* §. 14. Illud purum putum Græcum eſt. Dicunt Græci γάνειον. Γάνος & γάνειον idem, ut δάνος & δάνειον. Γάνεια autem vocabant hi loca voluptaria, in quibus lætæ vitæ homines ventri & libidini vacabant. Γάνος enim lætitiam, & gaudium etiam vocabant, & γάνυμαι, gaudeo. Noſt. *Ner.* 27. 4. *Cal.* II. I. V. *Salmaſ. in Spartian. Adrian. c.* 16. *Scalig. Exerc. Exot.* 317. §. 2.

16. PISTORIA dicit etiam Plin. XVIII. II. *Butyro panem ſubigunt gentes etiam pacatæ, ad operis piſtorii genera tranſeunte cura.* Sunt vero facta a *piſtoribus*, quos vocabant dulciarios. Apul. Mileſ. x. p. 244. *Illorum alter piſtor dulciarius, qui panes & mellita concinnabat edulia.* Quæ *dulcia de melliteis* vocat Apic. I. 14. Lamprid. Heliogab. c. 32. *Habuit etiam iſtam conſuetudinem, ut cœnas ſibi exhiberet tales.... alia de dulciis, alia de opere lactario. Dulces operum figuras* Martialis laudatus ſupr. Aug. 4. 5. §. 25.

17. SOLLENNES COENAS vocat cum privatas, tum publicas, quæ recepto civitatis more communi lætitia celebrabantur, quales recenſet nonnullas Horat. Sat. II. 2. 60.

——— *licebit*
Ille repotia, natales, alioſve dierum
Feſtos albatus celebret.

Adde Saturnalia, Hilaria, Apollinaria. *Torrentius.* Tales enim ſolebant exhiberi diebus maxime feſtis. Ita *ſollenne convivium* dicit noſt. Vitell. II. 4. *Sollenne vero eſt, quod omnibus annis præſtari debet.* Feſtus. Hinc paſſim *ſollennes dies, ludi, ſacra*, de quibus, ut præcipuis, & maxime feſtis, quia anniverſarii illi dies erant quaſi præcipui totius anni dies, & illis nonnulla præcipue feſto modo ſolebant agere, aliquando ſimpliciter *ſollenne* dicitur, etiam noſt. *Ner.* 28. 3: 2. I. *Aug.* 53. 7. *Veſp.* 2. 3. Et æque de illo, quod eſt uſitatum, & longo uſu continuatum. Ita *ſollenne miniſterium* Liv. I. 7. *ſollennia verba* Liv. XXXVIII. 48. *ſollennes actiones* Pompon. de orig. jur. §. 6. Noſt. *Aug.* 44. 6: 56. 3. V. eruditiſſimum, contra *Sanctium* de hac voce diſputantem, *Perizonium p.* 633. 634. & *Rabir. de Auction. orig. Ant. Rom. Græv. Tom.* III. *p.* 34.

18. PRIDIANA AC SEMESA. Ita Alexandri Severi *mater eo filium coegerat, ut illata quamvis permodica, ſi menſæ, prandioque ſupereſſent, quamvis ſemeſa, alteri convivio reponerentur.* Aurel. Victor. Epit. 24. 5. Obſonium *pridianum* eſt ſuperioris diei etiam inſr. Cal. 58. 5. Vitel. 13. 6.

19. DIMIDIATUM I. *in partes duas pares diviſum* interprete Gell. III. 14. Non immerito autem exclamat Juven. I. 140.

——— *quanta eſt gula, quæ ſibi totos*
Ponis apros, animal propter convivia natum!

Ubi Scholiaſtes. *Apud antiquos munificentia videbatur apparatior, ſi in convivio aper integer eſſet exhibitus.* Plin. VIII. 51. refert *ſolidum aprum Romanorum primum in epulis appoſuiſſe P. Servilium Rullum, patrem ejus Rulli, qui Ciceronis conſulatu legem agrariam promulgavit,* & addit: *nunc quotidiana rei eſt, & hoc annales notarunt, horum ſcilicet ad emendationem morum; quibus notata quidem cœna, ſed in principio bini ternique pariter mandebantur apri.* Caranus Macedo ſingulis etiam convivis integrum aprum appoſuit apud Athen. IV. p. 130. B. Ἐρυμάνθιοι τῷ ὄντι σύαγροι, κατὰ πινάκων τετραγώνων χρυσομίτρων· σιγύναις ἀργυραῖς διαπεπερονημένοι περιεφέροντο ἑκάστῳ. *Apri Erimanthei cuique circumferebantur, in quadratis lancibus auro præcinctis, argenteis jaculis transfixi.* V. & *Nonn. de re cib.* II. 8.

20. OMNIA EADEM HABERE, QUÆ TOTUM, ex intima philoſophia eſt promptum: & profecto videtur Tiberius ingenioſe ad ciborum ſapores referre ſcholæ Hippocraticæ dogma, de quo medicos differentes audiverat. Hippocratis placitum eſt, omnium in animali partium eam eſſe conſenſionem inter ipſas, ut nulla pars ſit aliarum principium, ſed in ſingulis omnia ineſſe, quæ in una aliqua. Sect. 4. lib. VI. p. 78. Ἐμοὶ δοκέει ἀρχὴ μὲν οὐδεμία εἶναι τοῦ σώματος, ἀλλὰ πάντα ὁμοίως ἀρχὴ καὶ πάντα τελευτή· κύκλου γὰρ γραφέντος ἀρχὴ οὐχ εὑρέθη. Hanc autem partium mutuam affectionem ipſe appellat ὁμοεθνίην, quaſi gentilem quandam cognationem dicas. Ait igitur p. 79. Τοῦ σώματος τὸ σμικρότατον πάντα ἔχει, ὅσα περ καὶ τὸ μέγιστον. *Minima corporis pars eadem omnia habet, quæ & maxima.* Et mox. Ἐν τῷ σμικροτάτῳ πάντα ἔνι τὰ μέρεα. *In minimo partes omnes inſunt.* Quæ fere ſunt Tiberii verba; etſi menſalia. *Caſaubonus.*

21. QUOTIDIANA I. quæ *quotidie* paſſim ab obviis magna moleſtia dabantur. Unde Mart. XI. 98. I.

Effugere non eſt, Baſſe, baſiatores:
Inſtant, morantur, perſequuntur, occurrunt,...

VII. 95. I.

Bruma eſt, & riget horridus December,
Audes tu tamen oſculo nivali
Omnes obvius hinc & hinc tenere,
Et totam, Line, baſiare Romam....

Oſcula hæc *ſalutationes perfunctorias* appellat *Optat. Milevit. contr. Donat.* IV. V. *Kemp. de oſcul.* 16. 2.

22. PROHIBUIT oſcula Tiberius, quia *medio ſui principatu luet irrepſit in Italiam, quodam Perusino e-*

5 rias [25] exerceretur. Conſueverat quadruplam [26] ſtrenam & de manu [27] reddere: ſed offenſus interpellari ſe toto menſe [28] ab iis, qui poteſtatem ſui die feſto [29] non habuiſſent [30], ultra non reddidit [31].

quite Romano queſtorio ſcriba, cum in Aſia apparuiſſet, inde contagionem ejus importante. Erat ſine dolore, ac ſine pernicie vitæ, ſed tanta fœditate, ut quæcunque mors præferenda eſſet. Lichenas appellavere Græco nomine, Latine, quoniam a mento ferè oriebatur, joculari primum laſcivia, mox & uſurpato vocabulo mentagram, occupantem in multis totos utique vultus, oculis tantum immunibus, deſcendentem vero & in colla, pectuſque, ac manus, fœdo cutis furfure. Non fuerat hæc lues apud majores, patreſque noſtros. Nec ſenſere id malum feminæ, aut ſervitia, plebeſque humilis, aut media, ſed proceres veloci tranſitu oſculi maxime, fœdiore multorum, qui perpeti medicinam toleraverant, cicatrice, quam morbo. Plin. XXVI. 1. De illa lue etiam Mart. XI. 98. 4.

Non ulcus acre, puſtulave lucentes,
Nec triſte mentum, ſordidique lichenes.

V. & *Borremanſ. V. L. c.* 15.

23. EDICTI hujus meminit quoque Plinius. *Nec quiſquam id prior Imperatore ipſo ſenſit, magna civitatis ambage, cum edicto ejus excuſantis valetudinem legeretur nomen incognitum.*

24. STRENARUM COMMERCIUM i. *ſtrenas*, & dandi, accipiendique *ſtrenarum* nomine vices. Xenia enim mittebantur, & apophoreta remittebantur. Unde Martialis *ſtrenas* Saturnalitias duobus libris diſtinxit nomine xeniorum, & apophoretorum, ut monet Beroaldus. *Belli commercia* dicit Virg. Æn. X. 532. Ubi Servius. *Commercia, viciſſitudines, facultatem ignoſcendi, vel captivorum redemptionem. Commercium* eſt libera commeandi, contrahendique facultas, ab iis, qui *merces* ultro, citroque convehunt. Ulpian. Digeſt. XLV. 1. 34. *Multum intereſt, utrum ego ſtipuler rem, cujus commercium habere non poſſum....* Noſter utitur hoc vocabulo ſupr. Cæſ. 75. 4. infr. 50. 2. Cal. 36. 2. Claud. 42. 3.

25. ULTRA KALENDAS JANUARIAS, quia *Kalendæ* hæ legitimus erant ſtrenarum dies, ut docui ſupr. Aug. 57. 4. §. 6.

26. QUADRUPLAM i. *quadruplo* majorem, quam ipſe accepiſſet.

27. DE MANU, & non per diſpenſatorem.

28. MENSE Januario.

29. DIE FESTO i. ipſis Kalendis.

30. NON HABUISSENT *poteſtatem ſui* i. non potuiſſent illum adire.

31. ULTRA NON REDDIDIT, imo ipſis Kalendis, ne ſtrenas acciperet, aut redderet, Urbe abfuit. DIO LVII. p. 607. D. Τῦτό τε ἐν ἐποίει ἔξω τῆ ταῖς νυμηνίαις ᾔει, καὶ ἵνα μηδένα τῶν ἀνθρώπων ἄσχολον, περί τε τὰς νέας ἀρχὰς, καὶ περὶ τὴν ἑορτὴν ἔχοντα, ποιῆ, ἢ καὶ ἀργύριον παρ' αὐτῶν λαμβάνῃ, διὰ τὸ πολλὴν μὲν δυσχέρειαν ἐν αὐτῷ, πολλὴν δὲ καὶ ἀνάλωσιν ἐκ τῆς ἀντιδόσεως γίγνεσθαι. *Propterea Kalendis extra Urbem fuit, ne hominibus ob magiſtratus novos, & ferias occupatis negotium præberet, neve ſtrenas ab iis acciperet, quia ea res multa moleſtiæ, multique in rependendo ſumptus eſſet.*

CAPUT XXXV.

ARG. *Matronas proſtratæ pudicitiæ de communi ſententia coercet, equiti Romano jurisjurandi gratiam facit, feminas famoſas exſilio afficit, ſenatori latum clavum adimit, aliumque quæſtura removet Tiberius Nero Cæſar.*

1 Matronas proſtratæ pudicitiæ [1], quibus accuſator publicus [2] deeſſet, ut propin-
2 qui majorum more [3] de communi ſententia coercerent [4], auctor fuit [5]. Equiti

PROSTRATÆ PUDICITIÆ i. adulteras. Juſtinus. V. illum ſupr. Cæſ. 2. 1. §. 11.

2. ACCUSATOR PUBLICUS, quia adulterium *publico* judicio coercebatur. Juſtinian. Inſtit. IV. 18. 4. *Publica judicia hæc ſunt: lex Julia de adulteriis coercendis...* Macer Digeſt. XLVIII. 1. *Publica judicia ſunt, quæ ex legibus judiciorum publicorum veniunt, ut Julia de adulteriis.*

3. MORE MAJORUM, vetus, & uſitata formula. Cicer. Attic. 1. 1. *Sine fuco, ac fallaciis, more majorum.* Veget. III. 4. *Rectius eſt, more majorum in auctores criminum vindicari.* Noſt. Cal. 3. 9. Ner. 49. 2. Domit. 11. 5. 1. *priſco inſtituto.* Tacit. Ann. XIII. 32. 2. *Is priſco inſtituto, propinquis coram, de capite, famaque conjugis cognovit.*

4. COERCEBANT olim propinqui adulteras. Dionyſ. II. p. 95. Ἁμαρτάνουσα δέ τι, δικαστὴν τὸν ἀδικούμενον ἐλάμβανε, καὶ τοῦ μεγέθους τῆς τιμωρίας κύριον· ταῦτα δὲ οἱ συγγενεῖς μετὰ τοῦ ἀνδρὸς ἐδίκαζον· ἐν οἷς ἦν φθορὰ σώματος. *Si qua autem in re deliquiſſet, judicem habebat* maritum *læſum, & pœnæ magnitudinis arbitrum: de his vero cognoſcebant cognati cum viro: in illis erat violata pudicitia.* Liv. XXXIX. 18. *Mulieres damnatas cognatis, aut in quorum manu eſſent, tradebant: ut ipſi in privato animadverterent in eas.* Val. Max. VI. 3. 7. *A quibus cum multæ eſſent damnatæ, in omnes cognati intra domos animadverterunt.* Quale verbum *coercere*, dixi *ſupr. Cæſ.* 12. 1. §. 7. V. *Caton. orat. de*

Digitized by Google

ti Romano jurisjurandi gratiam fecit [6], ut uxorem in ſtupro generi compertam [7]
dimitteret, quam ſe nunquam repudiaturum [8] ante juraverat [9]. Feminæ famoſæ [10], 3
ut ad evitandas legum [11] pœnas [12] jure ac dignitate matronali exſolverentur [13], lenocinium [14] profiteri cœperant: & ex juventute utriuſque ordinis [15] profligatiſſimus

dote fragm. p. 105. *Gell.* x. 23. ex recentioribus *Sigon. de jur. civ.* I. 9. *Lipſ. in Tacit. Ann. p.* 46. *Merul. de L. L. Rom.* 4. 5. *Mod. in Livium*, *Tiraq. Leg. Conn.* I. *Gloſſ.* I. *p.* I. *n.* 13.

5. AUCTOR FUIT, dum majorum morem deſuetudine abolitum in uſum revocavit. Occaſionem revocandi videtur illi præbuiſſe Titidius Labeo, a quo *exactum fuit, cur in uxore* Viſtilia, quam V. *infr.* §. 14. *delicti manifeſta ultionem legis omiſiſſet.* Tacit. Ann. II. 85. 3.

6. JURISJURANDI GRATIAM FECIT I. *jurejurando* non teneri declaravit. *Jusjurandum*, quod turpe, ac contra leges ſit, quale eſt de uxore adultera non repudianda, pro nullo habetur. Hoc vero principum olim erat, ut docent Cujac. ad Novell. 51. Broid. ad Pollet. F. R. IV. 13. *Gratia jurisjurandi* ſolet aut ad delatum & ſuſceptum, aut ad præſtitum referri. Et ille *gratiam jurisjurandi facit*, qui illud remittit, & non exigit, ut Auguſtus *ſupr.* 17. 4. §. 17. Nec minus ille, qui præſtiti religione aliquem liberat. Plaut. Rud. v. 3. 58.

—— jurisjurandi volo
Gratiam facias.

Ita *criminum gratiam facit*, qui illorum pœnam non exigit, ſed remittit apud noſtr. Cal. 15. 10. V. etiam *Revard. Var.* v. 2.

7. IN STUPRO GENERI COMPERTAM I. quam gener *conſtupraſſet*, adulteraſſet. * Ita *captam amore* generi Melini Saſſiam ſcribit Cicer. pro Clu. c. 5. Euridicem Juſtin. VII. 4. 7. Arſinoen Juſtin. XXVII. 3. 7. Auguſti Fulviam. Mart. x. 21. Imo Clematium, *cum ſocrus miſceri ſibi generum, flagrans ejus amore non impetraſſet, occiſum* Ammian. XIV. I. *Stupri compertam* dicit Liv. XXII. 57. *Tum quod duæ Veſtales eo anno, Opimia atque Floronia, ſtupri comperta. Stuprum* pro adulterio etiam Plaut. Amph. III. 2. I.

—— me probri,
Stupri, dedecoris a viro argutam meo.

8. REPUDIARE quid V. ſupr. Cæſ. I. 2. §. 17.

9. JURABANT ANTE ſollennia nuptiarum interdum veteres, ut inducerent ſperatas ad condicendas nuptias, quæ poſtea ſollennibus confirmarentur. Juſtin. XXIV. 2. 9. *Ptolemæus inauditis, ultimiſque exſecrationibus adjurat, ſe ſincera fide matrimonium ſororis petere; nuncupaturumque ſe eam reginam; neque in contumeliam ejus ſe aliam uxorem, alioſve, quam filios ejus liberos habiturum.* Senec. Med. I. 7.

—— quoſque juravit mihi
Deos.

Noſt. Cal. 12. 3. V. *Gronovium in Senecam.*

10. FAMOSÆ I. infames. Cicer. Rep. IV. apud Non. IV. 193. *Atque etiam ſi qua erat famoſa, ei cognati oſculum non ferebant.* Illæ, tanquam legum cenſura indignæ, lege Julia de adulteriis non tenebantur. Poſtea vero obtinuit, ut nihilominus iis etiam legibus, quas quæſita infamia eludere conatæ fuerant, tenerentur. Papinian. Digeſt. XLVIII. 5. 10. §. 2. *Mulier, quæ evitandæ pœnæ adulterii gratia lenocinium fecit, aut operas ſuas ſcenæ locavit, adulterii accuſari, damnarique ſenatuſconſulto poteſt.* V. *Caſaubonum.*

11. LEGUM Juliarum de adulteriis.

12. POENAS, deportationem, ſive exſilium. V. ſupr. Aug. 5. 2. §. 9.

13. UT JURE.... I. ne ſe, ut caſtas decet matronas, præſtare cogerentur. *Jus matronale*, interprete *Sabellico*, intelligitur id, quo uſus ſtolæ, honeſtiorique cultus erat pudicis mulieribus conceſſus; famoſæ vero non *ſtolatæ* in medium, ſed *togatæ* procedere cogebantur. Acron ad Horat. Sat. I. 2. 63. *Matronæ, quæ a maritis ob adulterium repudiabantur, togam accipiebant, remota ſtola, propter ignominiam.* Unde Mart. II. 39.

Coccina famoſæ donas, & ianthina mœchæ,
Vis dare, quæ meruit munera, mitte togam.

& *togata* adultera eſt Mart. VI. 64. 4.

Sed patris ad ſpeculum tonſi, matriſque togatæ
Filius.

14. LENO *eſt, cujus ſunt proſtitutæ.* Senec. de Benef. VII. 4. *Lenocinium profiteri eſt licentiam ſtupri vulgare* Tacit. Ann. II. 85. I. *Eodem anno gravibus ſenatus decretis libido feminarum coercita, cautumque ne quæſtum corpore faceret, cui avus, aut pater, aut maritus eques Romanus fuiſſet. Nam Viſtilia prætoria familia genita, licentiam ſtupri apud ædiles vulgaverat, more inter veteres recepto, qui ſatis pœnarum adverſum impudicas in ipſa profeſſione flagitii credebant. Profitebantur* vero apud *ædiles*, ut modo docuit Tacitus, quibus & fornicum cura fuit: unde Juſtin. XXI. 5. 7. *Apud ædiles adverſus lenones jurgari.* Illi publica ſcorta in tabulis, ut ſic dicam, habebant: &, ſi quam vulgantem ſe extra eum numerum nacti, multabant pecunia. Liv. x. 31. *Eo anno Q. Fabius Gurges conſulis filius ædilis aliquot matronas ad populum ſtupri damnatas pecunia multavit.* Et exſilio. Liv. XXV. 2. *L. Villius Tappulus, & M. Fundanius Fundulus, ædiles plebeji, aliquot matronas apud populum probri accuſarunt: quaſdam ex eis damnatas in exſilium egerunt.* V. etiam *Lipſ. in Tacit. Ann. p.* 54.

15. UTRIUSQUE ORDINIS indicare videntur, etiam ad equites hæc pertinuiſſe, ut & eques equeſtri gradu dejectus, ſi turpi judicio damnaretur, intelligatur, niſi ſi, quod fortaſſe verius eſt, non de ſena-

mus [16] quiſque, quo minus in opera ſcenæ [17] arenæque [18] edenda [19] ſenatuſconſulto [20] tenerentur, famoſi judicii notam ſponte ſubibant [21]: eos eaſque omnes, ne quod refugium in tali fraude cuiquam eſſet, exſilio affecit.
4 Senatori latum clavum ademit [22] quum cognoviſſet ſub Kalendas Julii [23] demigraſſe in hortos, quo vilius
5 poſt diem [24] ædes in Urbe conduceret. Alium & quæſtura removit, quod uxorem pridie ſortitionem [25] ductam poſtridie repudiaſſet.

ſenatoribus, & equitibus; ſed tantum de ſenatoribus, ſignificavit, & utrumque ordinem pro *patricio* ordine, & *plebejo*, dixit Suetonius: cum in ſenatum *plebeji* pariter, & *patricii* legerentur. *Manut. de Senat. Rom. c.* 3.

16. PROFLIGATUS eſt, qui ſua prodige conſumit. Gell. XV. 5. *Qui diligenter locuti ſunt, profligare dixerunt prodigere, & deperdere, profligataſque res quaſi proflictas & perditas appellarunt.* Unde Boeth. conſol. phil. III. proſ. 9. *Qui vero ſolum poſſe deſiderat; profligat opes, deſpicit voluptates.*

17. SCENÆ OPERAM edebant hiſtriones, inde *ſcenici* dicti. V. ſupr. Jul. 84. 6. §. 43.

18. ARENÆ OPERAM edebant gladiatores, inde *arenæ miniſteria* dicti infr. Ner. 12. 3. & illorum *opera*, *opera gladiatoria* ſupr. Aug. 43. 8.

19. EDENDA i. præſtanda. Liv. V. 4. *Annua æra habes, annuam operam ede.* Noſt. Vitel. 10. 3. Tib. 43. 2.

20. SENATUSCONSULTO. V. illud ſupr. Aug. 43. 8. §. 26.

21. FAMOSI JUDICII NOTAM.... i. ſubornabant ſibi accuſatores, ut per judicium infamia notati, impune ſcenæ, & arenæ operam edere poſſent: ſenatoriam enim dignitatem amittere condemnati maluerunt, quam in ſcena non agere, aut pugnare.

22. LATUM CLAVUM ADEMIT i. *ſenatu movit*, ut Tacit. Ann. II. 48. 3. *Prodigos, & ob flagitia egentes.... Q. Vitellium movit ſenatu. Ordine movit ſenatorio* ut noſt. ſupr. Cæſ. 43. 2. *Latus clavus* veſtis dicebatur ſenatoria. Hanc enim in Carac. c. 2. cum dixiſſet Spartianus: *Sub veſte ſenatoria loricam habens cum armatis militibus curiam ingreſſus eſt*, dicit *latum clavum* in Geta c. 6. idem narrans: *Ipſe autem tantum timuit, ut loricam ſub lato habens clavo etiam curiam ſit ingreſſus.* Græci appellant ϛολὴν ϐυλευτικήν. Contra ea alicui *latum clavum tribuere* eſt ſenatorem facere *infr. Claud.* 24. 3. *Veſp.* 4. 6. V. & *Ferrar. R. V.* I. 3. 12. & *ſupr. Cæſ.* 45. 5. §. 24.

23. KALENDIS JULII migrabant ex domibus prius conductis in domos recens conductas. Cicer. Fam. XIII. 2. *Propter opera inſtituta multa multorum, ſubitum eſt ei remigrare Kalendis Quintilis.* Frat. II. 3. *Domus tibi ad lucum Piſonis Liciniana conducta eſt: ſed, ut ſpero, paucis menſibus poſt, Kalendis Quintilis in tuam commigrabis.* Unde Mart. XII. 32. I.

O Juliarum dedecus Kalendarum,
Vidi, Vacerra, ſarcinas tuas, vidi:
Quas non retentas penſione pro bima
Portabat uxor rufa crinibus ſeptem....

V. & *Beroald. Auguſtin. Emend.* IV. 14. *Tiraquel. in Alex.* IV. 20. *Merul. de ſacrif.* 15. 2. *Briſſon. de Form.* VI. *p.* 514. *Schott. in Senec. Contr.* III. 17.

24. POST DIEM i. Kalendas Julii. Sub illud enim tempus magna pars civitatis in villas & ſuburbana loca migrabat, domuſque exinde, exonerata civitate, vilius locari ſolebant. Quem ſordidum quæſtum ſecutus ille, dignus creditus eſt, qui ea ignominia notaretur, ut notat *Sabellicus*.

25. PRIDIE SORTITIONEM, ut *pridie* Kalendas dicimus. Significat eum uxorem dimiſiſſe *poſtridie* quam *ſortitus* eſt provinciam, quam *pridie* duxerat. Nam e *ſortitione* cum ampliſſimas ſperaret divitias, uxoris, ut pauperis, contubernium deſpicere cœpit. *Turneb. Adv.* XIV. 17. V. tamen, ſi placet *Ravard. Conject.* II. 15.

CAPUT XXXVI.

ARG. *Externas ceremonias compeſcit, Judæos in provincias diſtribuit, Mathematicis Urbe expellendis, ſed deprecantibus veniam dat Tiberius Nero Cæſar.*

1 Externas ceremonias, Ægyptios [1] Judaicoſque [2] ritus [3] compeſcuit: coactis [4] qui ſuper-

ÆGYPTIOS, τῆς Ἴσιδος τὸν ναὸν καθεῖλεν, καὶ τὸ ἄγαλμα εἰς τὸν Τύβριν ποταμὸν ἐκέλευσε ἐμβαλεῖν Τιβέριος, ἱερεῖς τε ἀνεσταύρωσε. *Iſidis templum diruit, & ſtatuam in Tiberim mergi juſſit Tiberius, & ſacerdotes in crucem egit.* Joſeph. Ant. Jud. XVIII. 4. qui occaſionem Tiberio præbuiſſe dicit Mundum quendam, qui Paullinam matronam pudiciſſimam, Saturnini uxorem deperiens, cum muneribus corrumpere non poſſet, Ides libertæ opera convenerit Anubidis ſacerdotes, illiſque pecunia corruptis perſuaſerit, ut pro virili voti compotem ſe reddere anniterentur. Sacerdotes, pergit Joſephus, Paullinam ad Anubidis ejus forma capti concubitum vocaverint, Anubidiſque loco Paullinæ Mundum obtulerint, cui illa totam illam noctem obſecuta fuerit, deo ſe gratificari exiſtimans. Die poſt rem patratam tertio Mundus Paullinæ obvius, ſe prætextu Anubidis voluptate expletum eſſe optata illam

ſuperſtitione [1] ea tenebantur, religioſas [6] veſtes cum inſtrumento [7] omni comburere. Judæorum juventutem per ſpeciem ſacramenti [8], in provincias gravioris cœ- 2
li [9] diſtribuit: reliquos gentis ejuſdem, vel ſimilia ſectantes [10] Urbe ſummovit [11],

ſub

lam docuerit. Paullinæ marito rem omnem Tiberio indicante, *Ægyptios ritus* dicto modo compeſcuerit Tiberius.

2. JUDAICOS, de quibus & Tacit. Ann. II. 85. 4. *Actum & de ſacris Ægyptiis, Judaicisque pellendis: factumque patrum conſultum*, de quo §. 9.

3. RITUS i. ceremonias. Paullus Feſti abbreviator. *Ritus eſt mos comprobatus in adminiſtrandis ſacrificiis*. Tacit. Hiſt. V. 5. 1. *Hi ritus quoquo modo inducti, antiquitate defenduntur.*

4. COACTIS.... Civibus n. Romanis; neque enim Judæis ſuam religionem ereptum iviſſe Tiberium puto cum Caſaubono. Ad hoc Tiberii edictum reſpicit Sene. Epiſt. 108. *His inſtinctus abſtinere animalibus cœpi: & anno peracto, non tantum facilis mihi erat conſuetudo, ſed dulcis. Quæris quomodo deſierim? In Tiberii Cæſaris principatum juventæ tempus inciderat: alienigena tum ſacra movebantur: & inter argumenta ſuperſtitionis ponebatur animalium quorundam abſtinentia.*

5. SUPERSTITIOSI erant Ægyptii. Herod. II. p. 128. C. Αἰγύπτιοι θρησκεύουσι περισσῶς τά τε ἄλλα περὶ τὰ ἱρὰ, καὶ δὴ τάδε. Ἐοῦσα δὲ Αἴγυπτος ὅμουρος τῇ Λιβύῃ, οὐ μάλα θηριώδης ἐστί: τὰ δὲ ἐόντα σφι, ἅπαντα ἱρὰ νενόμισται: καὶ τὰ μὲν, σύντροφα αὐτοῖσι ἀνθρώποισι, τὰ δὲ, οὔ. *Ægyptii cum in aliis ad ſacra pertinentibus, tum vero in his ſuperſtitioſe agunt. Ægyptus, quum ſit Libyæ finitima, non tamen admodum beſtiis abundat: quæ vero illic ſunt, ea omnes pro ſacris habentur: quarum aliæ inter homines ipſos aluntur, aliæ non item.* Illorum *ſuperſtitionem* quamvis prolixe narrat Diodor. I. p. 75.... 80. Et inde *ſedes religionum* dicitur Apul. ad Aſclep. p. 90. *Linquetur Ægyptus, terraque, quæ fuit ſedes religionum, viduata numinum præſentia deſtituetur.* Noſt. *Domit.* I. 4. Habebantur vero Judæi. Unde *ſuperſtitioſi* cognomen illis indit Apulej. Flor. p. 542. *Indi ſiti ſuper Ægyptios eruditos, & Judæos ſuperſtitioſos*. Et *ſuperſtitionis pervicaciam* illis tribuit Tacit. Hiſt. II. 4. 5. qui illorum *ſuperſtitionem*, ut arbitratur, fuſe proſequitur Hiſt. V. 4. & 5.

6. RELIGIOSAS i. ſacerdotales, quas, Judæorum quæ fuerunt, deſcribunt Moſes Exod. 28. & 29. Joſeph. Ant. Jud. III. 18. & juſto volumine eruditiſſimus Braunius. Ægyptiorum vero Herod. II. p. 116. Οἱ δὲ ἱρέες ἐσθῆτα φορέουσι λινέην μούνην, καὶ ὑποδήματα βύβλινα: ἄλλην δέ σφι ἐσθῆτα οὐκ ἔξεστι λαβεῖν, οὐδὲ ὑποδήματα ἄλλα. *Sacerdotes veſtem tantummodo lineam, calceos papyraceos geſtant: nec aliam veſtem, aut alios calceos induere eis fas eſt.* Apul. Apol. p. 310. *mundiſſima lini ſeges inter optimas fruges terra exorta, non modo indutui, & amictui, ſanctiſſimis Ægyptiorum ſacerdotibus, ſed opertui quoque in rebus ſacris uſurpatur.* Noſt. Domit. I. 4. Oth. 12. 5.

7. INSTRUMENTO i. apparatu, patinis, lampadibus, candelabro, thuribulo.

8. PER SPECIEM SACRAMENTI n. militaris i. legitimæ militiæ prætextu. *Sacramento* enim duci ſe obligabat miles, ut dixi *ſupr. Cæſ.* 42. I. §. 3.

9. GRAVIORIS COELI i. ubi aer minus eſt ſalubris propter vapores venenatos. Ita *cœli gravitatem* dicit Cicer. Attic. XI. 22. *Quid mihi igitur cenſes? jam enim corpore vix ſuſtineo gravitatem hujus cœli.* i. aeris. Aer enim & *cœlum* dicitur. Lucret. IV. 133.

Conſtituuntur in hoc cœlo, qui dicitur aer.

Unde Serv. Æn. I. 64: V. 18. *Cœlum hoc loco pro aere poſuit, ut Lucretius: In hoc cœlo, qui dicitur aer.* * Ratio eſt, quia *cœlo* ſidereo vicinus eſt aer, nec vulgus inter hujus & illius diſcernit naturam. Junilius, Epiſcopus Africanus in Geneſin: *Poſt irradiatum ſideribus cœlum, poſt impletum volatilibus aerem qui ob viciniam cœli nomen meruit.* Miſſos eſſe in Sardiniam docet Joſeph. Ant. Jud. XVIII. 5. Οἱ δὲ ὕπατοι τετρακισχιλίους ἀνθρώπους ἐξ αὐτῶν στρατολογήσαντες ἔπεμψαν εἰς Σαρδὼ τὴν νῆσον. Joſephum interpretor verbis Taciti idem narrantis Ann. II. 85. 4. *Factum eſt patrum conſultum, ut quatuor millia libertini generis ea ſuperſtitione infecta, quis idonea ætas, in inſulam Sardiniam veherentur, coercendis illic latrociniis, & ſi ob gravitatem cœli interiiſſent, vile damnum.* Hanc *gravioris* eſſe *cœli* modo dixit Tacitus, dicit etiam Strab. V. p. 155. Τῇ δ' ἀρετῇ τῶν τόπων ἀντιτάττεταί τις καὶ μοχθηρία, νοσερὰ ἡ νῆσος τοῦ θέρους, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς εὐκαρποῦσι χωρίοις. *Bonitati ſoli oppoſitum eſt vitium, quod per æſtatem inſula morboſa eſt, præcipue in regionibus feraciſſimis.* Unde Mart. IV. 47. 3.

Nullo fata loco poſſis excludere, cum mors
Venerit, in medio Tibure Sardinia eſt.

10. SIMILIA SECTANTES. i. proſelythos, qui cum Judæi non eſſent nati homines, amplectebantur tamen Judæorum religionem. Talis fuit Fulvia, de qua §. 11.

11. URBE SUMMOVENDI Judæos occaſionem Tiberio datam prodit Joſeph. Ant. XVIII. 5. Ἦν ἀνὴρ Ἰουδαῖος φυγὰς μὲν τῆς αὐτοῦ, κατηγορίᾳ τε παραβάσεως νόμων, καὶ δέει τιμωρίας τῆς ἐπ' αὐτοῖς, πονηρὸς δὲ εἰς τὰ πάντα.... Τούτοις ἐπιφοιτήσασαν Φουλβίαν τῶν ἐν ἀξιώματι γυναικῶν, καὶ νομίμοις προσεληλυθυῖαν τοῖς Ἰουδαϊκοῖς, πείθουσι πορφύραν καὶ χρυσὸν εἰς τὸ ἐν Ἱεροσολύμοις ἱερὸν διαπέμψασθαι, καὶ λαβόντες, ἐπὶ χρείας τοῖς ἰδίοις ἀναλώμασιν αὐτὰ ποιοῦνται. Καὶ ὁ Τιβέριος, ἀποσημαίνει γὰρ πρὸς αὐτὸν φίλος ὢν Σατουρνῖνος τῆς Φουλβίας ἀνὴρ ἐπισκήψει τῆς γυναικὸς, κελεύει πᾶν τὸ Ἰουδαϊκὸν τῆς Ῥώμης ἀπελαθῆναι. *Erat quidam Judæus, qui ne legibus pœnas daret, metu ſolum verterat, vir modis omnibus peſſimus..... Hic cum ſe in diſciplinam dediſſet: Fulvia, mulier nobilis, amplexa legem Judaicam, perſuaſerunt*

ei,

3 ſub pœna perpetuæ ſervitutis, niſi obtemperaſſent. Expulit & mathematicos [12]: ſed deprecantibus, ac ſe artem deſituros [13] promittentibus veniam dedit.

ei, ut purpuram & aurum in Hieroſolomytanum templum mitteret, quæ accepta in proprios uſus verterunt. Id poſtquam Tiberius ex amico ſuo Saturnino, ipſius Fulviæ marito, de injuria conjugi facta queſto cognovit, juſſit univerſos Judæos ex Urbe pelli.

12. EXPULIT MATHEMATICOS, *genus hominum potentibus infidum, ſperantibus fallax*, ut illos deſcribit Tacit. Hiſt. I. 22. 2. qui & hæc addit, *quod in civitate noſtra & vetabitur ſemper, & retinebitur.* Inde tot *facta de mathematicis Italia pellendis ſenatuſconſulta.* Tacit. Ann. II. 32. 5. XII. 52. 3. Imo *pulſi Italia mathematici* a M. Agrippa Dio XLIX. p. 417. C. a Vitellio. Dio LXV. p. 734. B. Tacit. Hiſt. II. 62. 3. noſt. Vitell. 14. 9.

13. DESITUROS I. omiſſuros, relicturos, illi renuntiaturos. Cicer. Fam. VII. I. *Quod ſi tam facilem populum haberem, quam Æſopus habuit, libenter mehercule artem deſinerem.* Gell. XV. 16. *Milo Crotonienſis, quum jam natu grandis artem athleticam deſiiſſet.* V. quoque *Beroaldum* & *Torrentium. Voſſ. de Conſtr. c.* 33.

CAPUT XXXVII.

ARG. *Pacis tuendæ curam habet, theatri licentiam compeſcit, aſyla abolet, libertatem Cyzicenis adimit, externa bella per legatos gerit, reges infeſtos comminationibus reprimit, & per blanditias extractos ad ſe non remittit Tiberius Nero Cæſar.*

1 In primis tuendæ pacis [1] a graſſaturis ac latrociniis ſeditionumque licentia curam
2 habuit. Stationes [2] militum per Italiam ſolito frequentiores [3] diſpoſuit. Romæ
caſtra [4] conſtituit, quibus prætorianæ cohortes, vagæ ante id tempus, & per ho-
3 ſpitia diſperſæ, continerentur. Populares tumultus exortos graviſſime coercuit: &
4 ne orirentur, ſedulo cavit. Cæde in theatro [5] per diſcordiam admiſſa, capita [6] fa-
ctionum, & hiſtriones, propter quos diſſidebatur, relegavit: nec ut revocaret, un-
5 quam ullis populi precibus [7] potuit evinci. Cum Pollentina [8] plebs funus cujuſdam primi-

TUENDÆ PACIS. Huc refert Caſaubonus, quod de Tiberio ſcribit Philo leg. ad Cajum p. 1012. C. Ὁ μηδὲν σπέρμα πολέμου, μήτε κατὰ τὴν Ἑλλάδα, μήτε κατὰ τὴν βάρβαρον ὑποτυφόμενον, ἐάσαντα, τὴν δὲ εἰρήνην, καὶ τὰ τῆς εἰρήνης ἀγαθὰ παρασχόμενος ἄχρι τῆς τοῦ βίου τελευτῆς ἀφθόνῳ καὶ πλουσίῳ χειρὶ καὶ γνώμῃ. *Qui nullum ſemen belli reliquit in tota Græcia & Barbaria, ſed pacem, paciſque bona uſque ad ſuum obitum fovit conſtantiſſime.* Ita de illo Tacit. Ann. II. 64. 2. *Lætiore Tiberio, quia pacem ſapientia firmaverat, quam ſi bellum per acies confeciſſet.*

* 2. STATIONES I. cohortes, quæ per provincias latrones cohiberent. Morem hunc notavi ſupr. Aug. 32. 3. §. 14.

* 3. SOLITO FREQUENTIORES. Recte. Nam jam antea diſpoſuerat Auguſtus 32. 3.

4. CASTRA hæc deſcripſi *ſupr. Aug.* 49. 4. §. 10.

5. IN THEATRO canebatur lyra, vel ſimili inſtrumento. Ad ejus motum ſaltabant. Saltationis auctores quinam fuerint, docuerunt nos Suidas & Zoſimus ſupr. Aug. 45. II. §. 44. Hoc ſpectaculo populus Romanus admodum delectabatur, & alter hunc, alter illum magis laudabat actorem. Hinc contentiones, jurgia, cædes.

6. CAPITA I. principes, qui fuerint ipſi ſpectatores, quos, ut hunc præ illo actore laudarent, ſæpius ſua pecunia emebant ipſi actores.

7. PRECIBUS POPULI, qui illa tempeſtate hiſtrionibus carere non poterat. Unde conqueritur M. Varro de R. R. II. *Romanos manus movere malle in theatro ac circo, quam in ſegetibus ac vineis.* Et in hanc Romanorum inſaniam acerbe ſatis invehitur Juven. Sat. x. 80.

Continet, atque duas tantum res anxius optat,
Panem & circenſes.

VIII. 117.

—— parce & meſſoribus illis,
Qui ſaturant Urbem circo, ſcenæque vacantem.

XI. 53.

Mæſtitia eſt caruiſſe anno circenſibus uno.

III. 223.

Si potes avelli circenſibus.

V. quoque *Alciat. Parerg.* v. 8. & ex illo *Grang. ad Juven.* x. 80.

8. POLLENTIA hæc, cum & plures fuerint cognomines, erit, quæ ſita juxta Alpes, de qua Plin. VIII. 48. *Hiſpania nigri velleris præcipuas habet, & Pollentia juxta Alpes*, ut emendandum Plinium quidem cenſet Salmaſ. Exercit. Plin. p. 224. *a. B.* & Colum. VII. 2. *Sunt enim ſuapte natura pretio commendabiles*, colores, *pullus, atque fuſcus, quos præbent in Italia Pollentia, in Bætica Corduba.* Hodie vocatur *Polenza*, ſive *Polenzo*, ut docent Cluver. Ital. I. 10. 20. & Pinedo in Stephanum. Ratio, quæ,

Digitized by Google

primipilaris [9] non prius ex foro [10] miſiſſet, quam extorta pecunia [11] per vim hæredibus ad gladiatorium munus: cohortem ab Urbe, & aliam a Cottii regno [12], diſſimulata itineris cauſa, detectis repente [13] armis, concinentibuſque ſignis, per diverſas portas in oppidum immiſit: ac partem majorem plebis, ac decurionum in perpetua vincula [14] conjecit. Abolevit [15] & jus, moremque aſylorum [16], quæ uſ- 6
quam

quæ, ut hoc admittamus, ſuadet, eſt, quia cohortem alteram in hoc oppidum immiſſam, ex Cottii regno ad Alpes ſito. V. §. 12. revocatam fuiſſe dicit noſter. Obſervarunt hoc quoque *Beroaldus* & *Torrentius*.

9. PRIMIPILUS centurio *primus* fuit inter decem centuriones triariorum. Liv. VII. 41. *P. Salonius primus centurio erat, quem nunc primipilum appellant.* VIII. 8. *Duo primipili ex utraque acie inter triarios erant.* Ubi & omnem aciei inſtruendæ rationem tradit. Dionyſ. A. R. IX. p. 567. Μάρκος Φλαβολήιος εἷς τῶν ταγμάτων τῇ λαμπροτάτῃ ἀρχῇ κεκοσμημένος, ἣ τὰς ἑξήκοντα ἑκατονταρχίας ἕπεσθαί τε, καὶ τὸ κελευόμενον ὑπηρετεῖν κελεύει νόμος. Τούτους Ῥωμαῖοι τοὺς ἡγεμόνας τῇ πατρίῳ γλώττῃ πριμοπίλους καλοῦσι. *M. Flavoleius in una legionum ſplendidiſſimo ornatus imperio, cujus ductum, & juſſa ſexaginta centuriones ſequi lex jubet. Hos duces patrio ſermone primipilos Romani nominant.* Veget. II. 8. *Ex primo principe legionis promovebatur centurio primi pili, qui non ſolum aquilæ præerat, verum etiam quatuor centurias, hoc eſt, quadringentos milites in prima acie gubernabat. Hic tanquam caput totius legionis merita conſequebatur & commoda.* *Primipilus* fuit Cornelius, de quo Valer. infr. §. 14. Hinc *primipilaris*, qui primipilus fuit. Plin. Epiſt. X. 10. *Nymphidium Lupum primipilarem commilitonem habui, cum ipſe tribunus eſſem, ille præfectus.* V. *Manut. Quæſ. Epiſt.* II. 3. *Coraſ. Miſc. Jur.* V. 4. *Lipſ. Mil. Rom.* II. 8.

10. EX FORO, per quod deducebantur funera. Dionyſ. A. R. IV. p. 243. Δείσας ὁ Ταρκύνιος, μὴ διὰ τῆς ἀγορᾶς ὁ νεκρὸς φέροιτο, ὡς ἔτι Ῥωμαίοις ἔθος, τόντε βασιλικὸν κόσμον ἔχων, καὶ τἄλλα ὅσα νόμος ἐπὶ ταῖς ταφαῖς. *Veritus Tarquinius, ne ſi per forum funus duceretur, ut fert Romanorum conſuetudo, cum regia pompa, & ceteris ſollennibus ceremoniis, quæ in funere obſervari ſolent.* Dio LVII. p. 611. A. Sed illum exhibemus *infr.* 57. 3. §. 11. Et LXI. p. 692. E. Sed illum V. *infr. Ner.* 33. 6. §. 13. Plura *Kirchm. de fun.* II. 18.

11. EXTORTA PECUNIA. Non enim ſemper hæredes ultro dabant, ſed a plebe poſcebatur interdum. Cicer. Fam. IX. 8. *Iſti munus flagitare ne populus quidem ſolet, niſi concitatus.* Hunc morem obſervatum quoque V. apud *Meurſ. de fun. c.* 33. *Kirchm. de fun.* IV. 9.

12. COTTII regno i. regione *Cottio* ſubjecta, quam *Cottius* habet. Plaut. Amph. II. 2. 201. *Per ſupremi regis regnum juro.* Κοττίου γῆν vocat Strab. III. p. 124. ubi aliud hiſce deſcribit. Πάλιν δ' ἐντεῦθεν ἐπὶ τοὺς ἑτέρους ὅρους τῶν Οὐοκοντίων πρὸς τὴν Κοττίου μίλια ἑκατὸν ἑνὸς δέοντα, ἐπ' Ἐβρόδουνον πόλιν, ut legendum eſſe vult in commentariis Caſaubonus: ἐπ' ἄλλους τοσούτους διὰ Βριγαντίου κώμης, ἐκ Σκιγγομάγου, καὶ τῆς τῶν Ἄλπεων ὑπερθέσεως, ἐπὶ Ὤκελον, τὰ ὅρια τῆς Κοττίου γῆς. *Inde ad alteros Vocontiorum terminos, & ad Cottium milliaria novem & nonaginta ad Ebrodunum urbem: hinc totidem per Brigantium vicum a Scingomago, & Alpium altos tranſitus, uſque ad Ocelum, qui eſt terræ Cottiæ finis.* Hinc Alpes *Cottiæ* dicuntur Marcellin. XV. 10. *In his Alpibus Cottiis, quarum initium eſt a Seguſione oppido, præcelſum erigitur jugum, nulli fere ſine diſcrimine penetrabile.* Hoc *in provinciæ formam Cottio defuncto redegit* Nero apud Aurel. Vict. Cæſ. 5. 2. & noſtr. 18. 2. De illo, & ejus oppidis V. & *Cluver. Ital.* I. 12.

13. DETECTIS REPENTE, quia antea veſtibus illa texerant. Et ita olim tria Auſonum oppida eadem hora capta ſunt: cum milites Romani tectis veſte gladiis ſub lucem apertis portis urbes illas ingreſſi ex improviſo trucidare cœpiſſent. *Beroaldus.*

14. PERPETUA VINCULA jure civili damnantur. Ulpian. Digeſt. XLVIII. 19. 8. §. 9. *Solent præſides in carcere continendos damnare, ut in vinculis contineantur; ſed id eos facere non oportet, nam ejuſmodi pœnæ interdictæ ſunt. Carcer enim ad continendos homines, non ad puniendos haberi debet.* Calliſtr. ibid. 35. *Mandatis principalibus, quæ præſidibus dantur, cavetur, ut quis perpetuis vinculis damnetur.* Exempla tamen ad *perpetua vincula* damnatorum prodiderunt auctores. Val. Max. VI. 1. 10. *C. Peſcennius triumvir capitalis Cornelium, quod.... cum ingenuo adoleſcentulo ſtupri commercium habuiſſet, publicis vinculis oneravit.... Itaque Cornelius in carcere mori coactus eſt.* VI. 3. 3. *Publicatis bonis ejus,* C. Vettieni, *ipſum æternis vinculis puniendum cenſuit: effecitque, ut quem honeſte ſpiritum profundere in acie noluerat, turpiter in catenis conſumeret.* V. *Pollet. For. Rom.* V. 14.

15. ABOLEVISSE aſyla Tiberium incaute aſſerit Suetonius: idque liquet fide veterum nummorum, in quibus non obſcura ejuſdem juris mentio, cum ſub eodem Cæſare, tum poſt Tiberiana tempora. Illos longa ſerie adfert Spanhem. de numiſm. diſſ. 9. p. 779. 780. Accuratius vero, & ex hiſtoriæ fide Tacitus, qui *modum præſcriptum* docet Ann. III. 63. 5. *Factaque ſenatuſconſulta, quis multo cum honore, modus tamen præſcribebatur.* Male faciendi anſam perditis hominibus quia præſtabant aſylorum impunitates, ideo vel illa *aboleverit*, vel illis *modum præſcripſerit* Tiberius. Tacit. Ann. III. 60. 2. *Crebreſcebat Græcas per urbes licentia, atque impunitas aſyla ſtatuendi: complebantur templa peſſimis ſervitiorum:*

 eodem

7 quam erant. Cyzicenis [17] in cives Romanos violentius quædam auſis [18], publice li-
8 bertatem [19] ademit, quam Mithridatico [20] bello meruerant. Hoſtiles motus, nulla
poſtea expeditione ſuſcepta, per legatos [21] compeſcuit: ne per eos quidem, niſi
9 cunctanter & neceſſario [22]. Reges infeſtos ſuſpectoſque comminationibus magis &
10 querelis quam vi repreſſit. Quoſdam per blanditias [23] atque promiſſa extractos ad ſe
non

eodem ſubſidio obærati adverſum creditores, ſuſpectique capitalium criminum receptabantur. Nec ullum ſatis validum imperium erat coercendis ſeditionibus populi, flagitia hominum, ut ceremonias deum protegentis.

16. *Aſylum, hoc eſt, templum miſericordiæ, unde nullus poſſet abduci, ſibi primi Athenis, conlocarunt Herculis, poſtquam e terris migravit, nepotes, timentis inſidias eorum, quos avus affixerat.* Serv. Æn. VIII. 342. *Ad Athenienſium imitationem ſuum fecit*, ut addit Servius, *Romulus*, unde Virgilius:

Hinc lucum ingentem, quem Romulus acer aſylum
Retulit....

De illo Plutarch. Romul. p. 22. D. Dionyſ. II. p. 88. aliique plures. *Aſylum* etiam *in Rhoeteo littore fuit Ajacis, ſicut in Sigæo Achillis*, ut tradit Serv. Æn. VI. 505. Multarum civitatum *aſyla* denarrat *Tacit. Ann.* III. 61. 62. 63. Deus ipſe in Iſraele *aſyla* eſſe voluit. De *aſylis*, illorumque inventoribus etiam agunt *Polyd. Virg. de invent. rer.* III. 12. *Hippol. a collibus increm. Urb. c.* 18. *Coraſ. Miſc.* V. 23. *Marſham. Can. Chron. ſec.* 13. *p.* 354.... *Berthald. de ara c.* 14. *Donat. Urb. Rom.* II. 10.

17. Ἡ Κύζικος ἐςὶ νῆσος ἐν τῇ Προποντίδι, συναπτομένη γεφύραις δυσὶ πρὸς ἤπειρον, ἀρετῇ κρατίστη. μεγέθει δὲ ὅσον πεντακοσίων σταδίων τὴν περίμετρον: ἔχει δὲ ὁμώνυμον πόλιν πρὸς αὐταῖς ταῖς γεφύραις, καὶ λιμένας δύο κλειστοὺς, καὶ νεωσοίκους πλείους τῶν διακοσίων: τῆς δὲ πόλεως τὸ μὲν ἔστιν ἐν ἐπιπέδῳ. τὸ δὲ πρὸς ὄρει. *Inſula in Propontide eſt Cyzicus, duobus pontibus continenti adjuncta, virtute præſtans admodum, ambitu ad quingenta ſtadia: urbem ejuſdem nominis habet ad ipſos pontes, duoſque portus qui claudi poſſunt, & navalia ducentis plura: pars urbis in plano eſt, alia monti adjacet.* Strab. XII. p. 396. Paucis illam deſcribit Flor. III. 5. 15. *Cyzicum nobilis civitas, arce, mœnibus, portu, turribuſque marmoreis, Aſiaticæ plagæ littora illuſtrat.*

18. In cives Romanos violentius quid auſos libertatem amiſiſſe dicit etiam Tacitus, alteramque amiſſæ libertatis cauſam addit Ann. IV. 36. 2. *Objecta publice Cyzicenis incuria ceremoniarum D. Auguſti additis violentiæ criminibus adverſum cives Romanos.* Utramque explicat Dio LVII. p. 619. D. Καὶ Κυζικηνῶν ἡ ἐλευθερία αὖθις, ὅτι τε Ῥωμαίους τινὰς ἔδησαν, καὶ ὅτι καὶ τὸ ἡρῷον, ὃ τῷ Αὐγούστῳ ποιεῖν ἤρξαντο, οὐκ ἐξετέλεσαν, ἀφῃρέθη. *Cyzicenis præterea libertas iterum adempta, quod Romanos quoſdam in vincula duxiſſent, & inchoatum Auguſto, velut heroi, fanum non perfeciſſent.*

19. Libertatem Cyzicenis jam ademerat Auguſtus *ſupr.* 47. 2. §. 6. ſed reſtituerat M. Druſo Libone & Calpurnio Piſone conſulibus. Καὶ Κυζικηνοῖς τὴν ἐλευθερίαν ἀπέδωκε. Dio LIV. p. 537. D. Conſules hos anno ab U. C. 738. ſiſtit vult Pigh. Ann. III. p. 520. Tempore Strabonis adhuc fuere *liberi* Cyziceni. Ita enim ille XII. p. 396. Ῥωμαῖοι δ' ἐτίμησαν τὴν πόλιν, καὶ ἔστιν ἐλευθέρα μέχρι νῦν, καὶ χώραν ἔχει πολλὴν, τὴν μὲν ἐκ παλαιοῦ, τὴν δὲ τῶν Ῥωμαίων προσθέντων. *Romani honorem habuerunt urbi, eſtque etiamnum libera, multumque habet agri, partim antiquitus, partim dono Romanorum.* Iterum ademit Tiberius ſe IV. & Druſo filio II. conſulibus. *Dio* 1. anno ab U. C. 773. Pigh. Ann. III. *p.* 551. V. *Dionem* §. 18.

20. Mithridates, quem V. *ſupr. Cæſ.* 4. 5. §. 25. *urbem Aſiæ clariſſimam Cyzicenorum, obſedit magna multitudine, & oppugnavit vehementiſſime.* Cicer. pro Manil. c. 18. *Belli totius impetus ad Cyzicenorum mœnia conſtitit, eamque urbem ſibi Mithridates Aſiæ januam fore putavit, qua effracta, & revulſa tota pateret provincia.* pro Muren. c. 15. *Ut Cyzico capto totam Aſiam invaderet.* Eutrop. VI. 6. Quomodo obſidionem ſuſtinuerint, docet Plutarch. in Lucul. p. 497. C. Κυζικηνοὺς δὲ Μιθριδάτης δέκα μὲν ἐκ γῆς στρατοπέδοις περιλαβὼν, ταῖς δὲ ναυσὶν ἐκ θαλάσσης τὸν ἀπὸ τῆς ἠπείρου διείργοντα τὴν πόλιν εὔριπον ἐμφράξας, ἑκατέρωθεν ἐπολιόρκει. Τὰ μὲν ἄλλα διακειμένους πρὸς τὸν κίνδυνον εὐθαρσῶς, καὶ πᾶν ἕνεκα Ῥωμαίων ἐγνωκότας ἐνδέχεσθαι δυσχερές.... *At Cyzicenos Mithridates denis ex terra caſtris cinctos, claſſe per æquor, freto, quod a continente ſummovet urbem, obturato, utrimque obſedit. Subibant illi quidem cætera forti animo periculum, & erant ad omnia acerba pro populo Romano perpetienda obfirmati.* V. *Strab.* XII. *p.* 396. *Flor.* III. 5. 16. *Liv. Epit.* 95. *Aurel. Vict. de vir illuſtr. c.* 74. *Frontin.* IV. 5. §. 21. *Obſeq. c.* 121. Hæc accidiſſe M. Terentio Varrone Lucullo, & C. Caſſio Varo conſulibus, ſive anno ab U. C. 680. docet *Pigh. Ann.* III. *p.* 306.

21. Per legatos. Et hoc dicit Eutrop. VII. 8. *Nam nuſquam ipſe pugnavit, bella per legatos ſuos geſſit.*

22. Necessario. *Nihil* enim *æque Tiberium anxium habebat, quam ne compoſita turbarentur.* Tacit. Ann. II. 65. 1.

23. Per blanditias evocaſſe reges Tiberium dicit quoque Eutropius, & ex Eutropio Euſeb. Chron. ad a. 2036. in quo triennii metachroniſmum obſervat Scalig. p. 169. *Quoſdam reges ad ſe per blanditias evocatos, nunquam remiſit, in quibus Archelaum Cappadocem: cujus etiam regnum in provinciæ formam redegit, & maximam civitatem appellari ſuo nomine*

non remiſit; ut Maraboduum Germanum [24], Thraſcypolim [25] Thracem, Archelaum Cappadocem [26], cujus etiam regnum in formam provinciæ redegit [27].

mino juſſit, quæ nunc Cæſarea dicitur, cum Mazaca antea vocaretur. Elicuiſſe Archelaum matris literis, quæ non diſſimulatis filii offenſionibus, clementiam offerebat, ſi ad precandum veniret, dicit Tacit. Ann. II. 42. 3.

24. MARABODUUM GERMANUM, quem *Suevorum regem*, & a Tiberio *callide circumventum* fuiſſe dicit Aurel. Victor. Epit. 2. 8.

25. THRASCYPOLIM, quem *Rheſcuporim* vocat Tacit. Ann. II. 64. & 65. Ῥασκύπορις Dio LIV. p. 545. C. *Rhaſcupolim* Paterc. II. 129. 1. *Qua ille prudentia Rhaſcupolim, interemptorem fratris ſui filii Cotys, conſortiſque ejuſdem imperii evocavit? ſingulari in eo negotio uſus opera Flacci Pomponii, conſularis viri, nati ad omnia, quæ recte facienda ſunt.* De illo plura Tacitus.

26. ARCHELAUM CAPPADOCEM, de quo Dio LVII. p. 614. A. Τὸν δὲ δὴ Ἀρχέλαον τὸν τῆς Καππαδοκίας βασιλέα δι' ὀργῆς σχὼν, ὅτι αὐτοῦ μὲν ἐς τὴν Ῥόδον ἐλθόντος ἠμέλησε, τὸν δὲ δὴ Γάϊον ἐς τὴν Ἀσίαν ἐλθόντα ἐθεράπευσε, μετεπέμψατο, ὡς καὶ νεωτερίζοντά τι, καὶ τῇ τῆς γερουσίας ψήφῳ παρέδωκε.... *Cæterum Cappadociæ regem Archelaum infenſus ei* (V. ſupr. 8. 1. §. 2.) *quia Rhodi ſe neglexiſſet, at Caium in Aſiam venientem officioſe coluiſſet, inſimulatum quaſi novis rebus ſtuduiſſet, evocavit Romam, ac ſenatus judicio tradidit.*

27. IN PROVINCIÆ FORMAM REDIGI quænam regio dicatur, dixi ſupr. Cæſ. 25. 1. §. 10. Cappadociam *in provinciæ formam* Germanici opera *redegit* Tiberius. Docent hoc Germanici res geſtas narrantes Dio & Tacitus. Hic Ann. II. 56. 4. *At Cappadoces in formam provinciæ redacti Q. Veranium legatum* (quem V. *infr. Veſpaſ.* 8. 10.) *accepere.* Ille LVII. p. 614. D. Κἀν τούτῳ καὶ ἡ Καππαδοκία τῶν τε Ῥωμαίων ἐγένετο· καὶ ἱππεῖ ἐπετράπη. *Ac inde Cappadocia quoque Romanorum juris facta eſt, & equiti regenda data.* Eutropius VII. 8. Sed illum V. *ſupr.* §. 23. Noſt. *Cal.* 1. 4.

CAPUT XXXVIII.

ARG. *Per biennium pedem porta non effert, & quotannis profectionem in provincias parat, ſed in illas non abit, & per jocum Callippides vocatur Tiberius Nero Cæſar.*

Biennio continuo poſt adeptum imperium pedem porta non extulit [1]: ſequenti tem- 1
pore, præter quam in propinqua oppida, & cum longiſſime, Antio [2] tenus nuſ-
quam abfuit: idque perraro, & paucos dies: quamvis provincias quoque & exerci-
tus reviſurum ſe ſæpe pronuntiaſſet: & prope quotannis profectionem præpararet [3],
vehiculis comprehenſis [4], commeatibus per municipia & colonias diſpoſitis. Ad 2
extremum vota pro itu & reditu [5] ſuo ſuſcipi [6] paſſus, ut vulgo jam per jocum *Cal-
lippides* [7] vocaretur: quem curſitare, ac ne cubiti quidem menſuram progredi pro-
verbio Græco notatum eſt.

PEDEM PORTA NON EXTULIT, ut Socrates apud Cicer. Attic. VIII. 2. *qui cum triginta tyranni eſſent, pedem porta non extulit:* & Bibulus apud eundem VI. 8. *qui, dum unus hoſpes* (vel *hoſtis*, ut legit *Lipſ. V. L.* 3. 15.) *in Syria fuit, pedem porta non plus extulit, quam domo ſua.*

2. ANTIUM deſcripſi ſupr. Aug. 58. 2. §. 4.

3. PROFECTIONEM PRÆPARARET. Unde Tacit. Ann. I. 47. 4. *Cæterum ut jam jamque iturus legit comites, conquiſivit impedimenta, adornavit naves: mox hyemem, aut negotia varie cauſatus, primo prudentes, dein vulgum, diutiſſime provincias feſellit.* III. 47. 3. *Nunc quia non metu ducatur, iturum, ut præſentia ſpectaret, componeretque.* IV. 4. 3. *Exin vetus, & ſæpe ſimulatum proficiſcendi in provincias conſilium refertur.* V. *Caſaubonum.*

4. COMPREHENSIS i. ad portandum contractis. Liv. XXVI. 7. *Naves in flumine Vulturno comprehenſas ſubigi ad id, quod jam ante præſidii cauſa fecerat, caſtellum, juſſit.* Noſt. *Cal.* 39. 1.

5. VOTA PRO ITU ET REDITU imperatorum ſuſcipiebantur. Tacit. Ann. III. 47. 4. *Decrevere patres vota pro reditu ejus.* Senec. de Benef. III. 27. *Rufus vir ordinis ſenatorii inter coenam optaverat, ne Cæſar ſalvus rediret ex ea peregrinatione, quam parabat: adjecerat, idem omnes, & tauros, & vitulos optare.* Noſt. *Cal.* 14. 2. V. etiam *Tomaſ. de donar.* c. 24. *Briſſon. de Form.* II. p. 101. *Stuck. A. C.* I. 29.

6. VOTA SUSCIPERE quid ſit V. ſupr. Aug. 97. 2. §. 7.

7. Καλλιππίδης olim proverbio dicebatur qui in moliendis negotiis, cum multa ſe facturum minaretur, nihil tamen conficeret, aut, ut ait Terent. Eun. V. 3. 4. qui *ſe moveret, ſed nihil promoveret.* Cicer. Attic. XIII. 12. *Biennium præteriit, cum ille Καλλιππίδης aſſiduo curſu cubitum nullum proceſſerit.* Quibus verbis Cicero notat M. Varronis tarditatem, qui cum magnas quaſdam ſpes oſtenderet, re nihil

unquam abſolveret. Videtur proverbium tranſlatum a *Callippide* tragoedo, de quo Plutarch. Apoph. Lacon. p. 212. E. Καί ποτε Καλλιππίδης ὁ τῶν τραγῳδιῶν ὑποκριτὴς ὄνομα καὶ δόξαν ἔχων ἐν τοῖς Ἕλλησι, καὶ σπουδαζόμενος ὑπὸ πάντων, πρῶτον μὲν ἀπήντησεν αὐτῷ, καὶ προσεῖπεν, ἔπειτα σοβαρῶς εἰς τοὺς συμπεριπατοῦντας ἐμβαλὼν ἑαυτόν, ἐπεδείκνυτο, νομίζων ἐκεῖνον ἄρξαι τινὸς φιλοφρονήσεως, τέλος δὲ εἶπεν· οὐκ ἐπιγινώσκεις με ὦ βασιλεῦ, οὐδ' ἤκουσας ὅστις εἰμί. Ὁ δ' Ἀγησίλαος, ἀποβλέψας εἰς αὐτόν, ἀλλ' οὐ τύ ἐσσι Καλλιππίδας ὁ δεικηλίκτας; οὕτω δὲ Λακεδαιμόνιοι τοὺς μίμους καλοῦσι. *Et cum aliquando Callippides tragœdiarum hiſtrio, celebris apud Græcos fama, & cui omnes multum tribuerent, primum ei occurriſſet, atque ſalutaſſet, deinde proterve in comitatum ſe ingeſſiſſet, atque oſtentaret, ratus futurum, ut ille prior aliquid comitatis inciperet exhibere: tandem cum diceret: non agnoſcit me rex, nec qui ſim audiſti. Ageſilaus contemplatus hominem: annon tu es, inquit, Callippides ille dicelicta? nam ſic appellant Lacedæmonii mimos.* De hoc proverbio etiam agunt *Bercaldus*, *Eraſm. Adag. p.* 682. *Calder. Obſerv.* III. 2.

CAPUT XXXIX.[1]

ARG. *Filiis orbatus Campaniam petit, Romam non redit, & multis ſaxis fortuito ſuperne delabentibus præter ſpem evadit Tiberius Nero Cæſar.*

1 Sed orbatus utroque filio, quorum Germanicus [1] in Syria, Druſus [2] Romæ obierat, ſeceſſum Campaniæ [3] petiit [4]: conſtanti opinione & ſermone omnium,
quaſi neque rediturus [5] unquam, & cito mortem etiam obiturus; quod paullo mi-
2 nus utrumque evenit. Nam neque Romam amplius rediit [6]: ſed & paucos poſt dies
juxta Terracinam [7] in prætorio [8], cui ſpeluncæ [9] nomen erat, incœnante [10] eo,
complura

GERMANICUS, filius adoptivus, *ſupr.* 15. 2. §. 13. Ejus interitum V. *infr. Cal.* 1. 4. §. 22. & 23.

2. DRUSUS, filius Tiberii ex Agrippina, *ſupr.* 7. 4. Φαρμάκῳ ἀπώλετο. Ὁ γὰρ Σηιανὸς ἐπί τε τῇ ἰσχύϊ, καὶ ἐπὶ τῷ ἀξιώματι ὑπερφρονῶν, τά τε ἄλλα ὑπέρογκος ἦν καὶ τέλος καὶ ἐπὶ τὸν Δροῦσον ἐπήρθη, καὶ ποτὲ πὺξ αὐτὸν ἔπαισεν. Φοβηθεὶς τε ἐκ τούτου καὶ ἐκεῖνον, καὶ τὸν Τιβέριον, καὶ ἅμα προσδοκήσας, ἂν τὸν ἐμποδὼν ἐκποδὼν ποιήσηται, καὶ τὸν γέροντα ῥᾷστα μεταχειριεῖσθαι, φάρμακόν τε αὐτῷ διά τε τῶν ἐν τῇ θεραπείᾳ αὐτοῦ ὄντων, καὶ διὰ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, ἣν τινὲς Ἰουλίαν, ἕτεροι δὲ Λιβίαν γράφουσι, ἔδωκε: καὶ γὰρ καὶ ἐμοίχευεν αὐτήν. *Veneno exſtinctus eſt. Nam Sejanus potentia, ac auctoritate exturgeſcens, homo alioquin faſtuoſus, etiam Druſum aggreſſus jam erat, eique pugnum aliquando impegerat. Inde Druſum juxta ac Tiberium timens, ſimulque exiſtimans, ſi juvenem ſuſtuliſſet, facile in ſua manu ſe ſenem habiturum, venenum Druſo per famulos, uxoremque ejus, quam nonnulli Juliam, alii Liviam dictam fuiſſe ſcribunt, cum qua adulterii conſuetudinem ipſe habebat, dedit.* Dio LVII. p. 618. A. Zonar. Ann. II. p. 174. *Id Druſo datum per Lygdum ſpadonem*, ut, illo *paullatim inrepente, fortuitus morbus adſimularetur*, dicit Tacit. Ann. IV. 8. 1. Noſt. *infr.* 62. 1. §. 3. Datum eſt illi Tiberio IV & Druſo II conſulibus, ſive anno ab U. C. 773. V. *Pigh. Ann.* III. *p.* 551.

3. SECESSUM CAMPANIÆ, quem deſcribit quoque Tacit. IV. 57. *Inter quæ diu meditato, prolatoque ſæpius conſilio, tandem Cæſar in Campaniam ſpecie dedicandi templum apud Capuam Jovi, apud Nolam Auguſto; ſed certus procul Urbe degere.* Noſt. *infr.* 40. 1. Tacitus *abſceſſus cauſas* plures adfert *ibid.* §. 2. 3. 4.

4. PETIIT Cn. Lentulo Gætulico, C. Calviſio Sabino conſulibus: ut docet Dio LVIII. *p.* 620. ſive anno ab U. C. 778. ut calculum ponit *Pigh. Ann.* III. *p.* 555.

5. NEQUE REDITURUS.... Tacit. Ann. III. 58. 1. *Ferebant periti cæleſtium, iis motibus ſiderum exceſſiſſe Roma Tiberium, ut reditus illi negaretur. Unde exitii cauſa multis fuit, properum finem vitæ conjectantibus, vulgantibusque. Neque enim tam incredibilem cauſam providebant, ut undecim per annos libens patria careret.*

6. NEQUE ROMAM AMPLIUS REDIIT, quamquam ſubinde venturum ſe polliceretur. Dio LVIII. p. 620. Ἀπεκεκινήκει δὲ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ἐκ τῆς Ῥώμης, καὶ οὐκέτι τὸ παράπαν ἐς τὴν πόλιν ἀνεκομίσθη, καίτοι μέλλων τι ἀεὶ καὶ ἐπαγγελλόμενος. *Et propinquo rure, aut littore, & ſæpe mœnia Urbis adſidens, extremam ſenectam compleverit.* Tacit. Ann. IV. 58. 4. Noſt. *infr.* 72. 1.

7. Ταρακίνα ἐστὶ δ' ἑκατὸν σταδίους τοῦ Κιρκαίου ἐστί, Τραχινὴ καλουμένη πρότερον ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος. *Deinde a Circeo ſtadiis centum eſt Taracina, prius Trachina, i. aſpera, ab accidente vocata.* Strab. V. p. 161. Antea *Anxur vocabatur, quæ nunc Tarracina dicitur Volſcinæ gentis.* Feſtus. Plin. III. 5. Liv. IV. 59. De illa plura *Cluver. Ital. ant.* III. 7. 12. *Merul. Coſmog.* II. 4. 22. *p.* 828. *Leand. Ital. p.* 204.

8. PRÆTORIUM quid ſit, dixi *ſupr. Aug.* 72. 6. §. 31. Hoc *villam* vocat Tacit. Ann. IV. 59. 2. *Veſcebantur in villa, cui vocabulum Spelunca, inter mare Amyclanum* (quod hodie *Il mare de Spelunga* audit teſte *Merula p.* 829.) *Fundanoſque montes.*

9. SPELUNCÆ *nomen erat* illi villæ a re, quia impoſita, vel adjuncta nativæ *ſpeluncæ*. Tacitus. *Villæ nativo in ſpecu.* Id ſecutos in poſitura villæ Romanos, docet Senecæ locus de villa Vatiæ Epiſt. 55. *Speluncæ ſunt duæ magni operis, laxo atque pares, manufactæ:*

complura & ingentia ſaxa fortuito ſuperne [11] delapſa ſunt, multisque convivarum, & miniſtrorum eliſis [12], præter ſpem evaſit [13].

nuſacta: quarum altera ſolem non recipit, altera uſque in occidentem tenet. V. *Lipſ. in Tacit. Ann. p.* 95. Juxta Terracinam vero multas eſſe *ſpeluncas*, & in illis magnas & ſumptuoſas ædes prodit Strabo. Ἀνοιγεῖ τ' ἐντεῦθεν σπήλαια ὑπερμεγέθη, κατοικίας μεγάλας, καὶ πολυτελῶς διῃρημένα.

10. INCOENANTE *i. intus cœnante*, quo utitur noſter pro ἐνδειπνῶν, ut pro ἐνίμεια, vel ἐνίμονθαι Columella *impaſci* R. R. II. 18. Sic *inſervare* Stat. Theb. VIII. 194.

—— *& Elyſias dedit inſervare volucres.*

V. 935.

Fata patent homini, piget inſervare.

X. 856.

—— *gemit inſervante noverca*

Liber.

Et *inſtare* noſt. *inſr.* 72. 9.

11. SUPERNE *i.* quoad ſuperiorem ſui partem; Horat. Od. II. 20. 10.

—— *& album mutor in alitem*

Superne.

Spelunca os dicet *Tacit.* §. 12.

12. MULTIS ELISIS. Tacitus. *Ejus os, lapſis repente ſaxis, obruit quoſdam miniſtros.* Quid *elidere* dixi ſupr. Jul. 39. II. §. 49.

13. EVASERIT quomodo Tiberius, prodidit Tacitus. *Hinc metus in omnes & fuga eorum, qui convivium celebrabant. Sejanus genu, vultuque, & manibus ſuper Cæſarem ſuſpenſus, oppoſuit ſeſe incidentibus: atque habitu tali repertus eſt a militibus, qui ſubſidio venerant.*

CAPUT XL.

ARG. *Campaniam peragrat, Capreas ſe confert, & populi obteſtatione revocatus, omnibus ſui adeundi in continente poteſtatem facit Tiberius Nero Cæſar.*

Peragrata Campania [1] cum Capuæ [2] Capitolium [3], Nolæ [4] templum Auguſti, 1
quam cauſam profectionis prætenderat, dedicaſſet, Capreas [3] ſe contulit [6]: præcipue delectatus inſula, quod uno parvoque littore adiretur, ſepta undique præru-
ptis [7] immenſæ altitudinis rupibus, & profundo maris. Statimque revocante aſſi- 2
dua obteſtatione populo, propter cladem, qua apud Fidenas [8], ſupra XX [9] hominum

CAMPANIA. V. illam ſupr. Aug. 72. 5. §. 22.

2. CAPUAM V. ſupr. Cæſ. 81. 2. 3. & 11.

3. CAPITOLII, quia celeberrima religio, non Romæ ſolum, in principe illa orbis Urbe, ſed ejus etiam exemplo per omnes provincias diis *Capitolinis* arces munitiſſimæ extructæ ſunt hoc nomine. Capuæ poſitum quod fuit, Annibali loca urbis ſuæ illuſtriora monſtrantes monſtraſſe Campanos dicit Sil. Ital. XI. 270.

—— *monſtrant Capitolia celſa,*

Stellateſque docent campos.

Ejus meminit noſt. inſr. Cal. 57. 3. & Beneventi, in quo Orbilio grammatico ſtatua poſita fuit, *Capitolium* excitatum fuiſſe dicit Gramm. 9. 7. V. *Beroaldum, Cuper. in Lactant. c.* 19. *Rycq. de Capit. c.* 47. & *Tiraq. in Alex. Gen.* VI. 11.

4. NOLÆ templum Auguſto dedicavit Tiberius, quia illic diem ſupremum obierat *ſupr. Aug.* 99. 16.

5. CAPREAS Campaniæ inſulam eſſe dixi *ſupr. Aug.* 72. 6. §. 36. Eo conceſſit Tiberius exemplo Auguſti *ſupr.* 98. 2. ſperans forte omen, ſimile illi, quod ibi obvenit Auguſto *ſupr.* 92. 5. Et inde *Tiberii Capreæ* dicuntur Sidon. carm. V. 322.

Poſt Capreas Tiberi, poſt turpia numina Caji.

VII. 104.

Quæ quondam regina fui: Capreaſque Tiberi,

Et caligas Caji, Claudi cenſura ſecuta eſt.

Has *inſedit Tiberius duodecim villarum nominibus*, Tacit. Ann. IV. 67. 4. quibus duodecim deorum nomina fuiſſe, quia *villa, quæ vocabatur Jovis*, meminit noſt. *inſr.* 65. 6. cenſet Lipſ. in Tacit. Ann. p. 96. *Ejus ſolitudinem, quoniam importuoſum circa mare, & vix modicis navigiis pauca ſubſidia; neque appulerit quiſquam, niſi gnaro cuſtode, Tiberio placuiſſe maxime credit* Tacit. Ann. IV. 68. 2.

6. SE CONTULIT ultro, non ejectus, ut perperam ſcribit Zoſim. I. 6. Εἰς ἔσχατον ὠμότητος ἐκτραπείς, ἀφόρητός τε δόξας εἶναι τοῖς ὑπηκόοις, ἀπεδίωκετο, καὶ ἔν τινι νήσῳ κρυπτόμενος ἐτελεύτησεν. *Quum extremam ad crudelitatem deflexiſſet, ac ſubditis viſus eſſet intolerabilis, ejectus, & in inſula quadam abditus, vivendi finem fecit.*

7. PRÆRUPTARUM RUPIUM altitudinem erectæ capræ ſpeciem referre, & inſulæ nomen indidiſſe putat *Lacerd. in Virg. Æn.* VII. 735.

8. FIDENÆ urbs fuit Sabinorum, ab Urbe Roma diſtans quadraginta ſtadiis, magna, & populoſa. Φιδηναίων πόλις, ἀπὸ τετταράκοντα σταδίων τῆς Ῥώμης κειμένη, μεγάλη τε καὶ πολυανθρωπος οὖσα τότε. Dionyſ. A. R. II. p. 116. 117: III. p. 167. Ἣν δὲ Ἀλβανῶν ἀποικίας κατὰ τὸν αὐτὸν ὠκισθεῖσα Νωμεντῷ τε καὶ Κρυστομερίᾳ χρόνον, τριῶν ἀδελφῶν τῆς ἀποικίας ἡγησαμένων,

num [10] millia, gladiatorio munere, amphitheatri ruina [11] perierant, tranſiit in continentem, poteſtatemque omnibus adeundi ſui fecit: tanto magis quod ab Urbe egrediens, ne quis ſe interpellaret, edixerat [12], ac toto itinere adeuntes ſummoverat.

μερίαν ὧν ὁ πρεσβύτατος τὴν Φιδήνην ἔκτισεν. *Erat Albanorum colonia eodem ſempore quo Nomentum & Cruſtumirium condita, tribus fratribus colonias deducentibus, quorum maximus natu Fidenas condidit*, ad Tiberim ſitas. Οἱ δὲ πολλοὶ εἰς τὸν Τίβεριν ποταμόν· ἔκειτο δὲ παρὰ τὴν Φιδήνην· ῥίψαντες ἑαυτοὺς, ὡς διανηξόμενοι τὸ ῥεῦμα, διεφθάρησαν. *Sed plerique in Tiberim: nam juxta Fidenas fluit, ſe projicientes, flumen tranaturi, interierunt. Caſtellum Jubileum* hodie vocari dicunt *Cluver. Ital. ant.* II. 9. 1. *Merul. Coſmog.* II. 4. 24. *Kircher. Lat.* IV. 3. 2. De illa etiam *Leand. Ital. p.* 161.

9. Supra xx millia hac ruina periiſſe ſcribit etiam Oroſ. VII. 4. *Hujus tamen imperii anno duodecimo* (I. M. Aſinio Agrippa, Coſſo Cornelio Lentulo conſulibus, ſive anno ab U. C. 778. *Pigh. Ann.* III. *p.* 554.) *nova & incredibilis clades apud Fidenatium urbem accidit. Amphitheatri cavea populo gladiatorium munus ſpectante collapſa eſt, & pluſquam viginti millia hominum occidit.* Tacitus vero Ann. IV. 63. 1. *quinquaginta hominum millia eo caſu debilitata, vel obtrita fuiſſe* dicit, latius ſumens, debilitatos, non ſolum obtritos, ut Tacitum explicat *Lipſ. p.* 95.

10. Hominum, non Fidenatium; ſed peregrinorum, qui ludorum cauſa eo convenerant. Nam Fidenæ ea tempeſtate pæne vacuæ incolis fuerunt. Horat. Epiſt. I. 11. 7.

Scis, Lebedus quam ſit Gabiis deſertior, atque Fidenis vicus.

Juven. x. 100.

An Fidenarum, Gabiorumque eſſe poteſtas?

Caſaubonus.

11. Amphitheatri ruinam deſcribit Tacit. Ann. IV. 62. 1. *M. Licinio, L. Calpurnio conſulibus* (I. anno ab U. C. 779. *Pigh. Ann.* III. *p.* 556. Diſſentit enim ab Oroſio Tacitus) *ingentium bellorum cladem æquavit malum improviſum. Ejus initium ſimul & finis extitit. Nam cœpto apud Fidenam amphitheatro, Atilius quidam libertini generis, quo ſpectaculum gladiatorum celebraret, neque fundamenta per ſolidum ſubdidit, neque firmis nexibus ligneam compagem ſuperſtruxit: ut qui non abundantia pecuniæ, nec municipali ambitione, ſed in ſordida merce id negotium quæſiviſſet. Affluxere avidi talium..... virile ac muliebre ſexus, omnis ætas, ob propinquitatem loci effuſius: unde gravior peſtis fuit, conferta mole, dein convulſa, dum ruit intus, aut in exteriora effunditur: immenſamque vim mortalium ſpectaculo intentos, aut qui circum adſtabant, præceps trahit, atque operit.*

12. Edixerat I. *tanquam edicto monuerat, dedicatis per Campaniam templis, ne quis quietem ejus irrumperet, concurſuſque oppidanorum diſpoſito milite prohiberentur.* Tacit. Ann. IV. 67. I.

CAPUT XLI.

ARG. *In inſulam regreditur, & Reipublicæ curam omnem abjicit Tiberius Nero Cæſar.*

1 Regreſſus in inſulam, Reipublicæ quidem curam uſque adeo abjecit, ut poſtea non decurias [1] equitum unquam ſuppleverit [2]: non tribunos militum præfectoſque [3], non provinciarum præſides ullos mutaverit [4]: Hiſpaniam, & Syriam [5] per aliquot annos

Decurias I. claſſes, ordines. V. illas ſupr. Aug. 29. 9. §. 27.

2. Supplerit I. in demortuorum locum ſubſtituerit alios. Nullus enim ordo eſt tam numeroſus, quin is cito exhauſtus intereat, ſi nullus unquam in locum pereuntium ſubſtituatur. *Beroaldus.*

3. Præfectos intelligi opinatur *Torrentius* eos, qui exercitibus, rebuſque bellicis præerant: ſiquidem ingenti ſocordia, ut *Eutropius ſupr.* 37. 8. §. 21. dixit, *nunquam ipſe pugnavit, ſed bella per legatos geſſit*, quales fuere Junius Blæſus, C. Silius, A. Cæcina, alii.

4.... Non mutavit Tiberius, imo *imperia continuavit, ac pleroſque ad finem vitæ in iiſdem exercitibus, aut juriſdictionibus habuit.* Tacit Ann. I. 80. 2. Joſeph. Ant. Jud. XVIII. 8. Ἡγεμόσι τε ἢ ἐπιτρόποις ὑπ' αὐτοῦ σταλεῖσιν οὐδαμῶς ἦν διαδοχὴ, ὁπότε μὴ φθαῖεν τετελευτηκότες. *Præſidibus provinciarum vel procuratoribus ſucceſſorem non mittebat niſi mortuis. Cauſæ varia traduntur*, pergit Tacitus, *alii tædio novæ curæ, ſemel placita pro æternis ſervaviſſe: quidam invidia, ne plures fruerentur. Sunt qui exiſtiment, ut callidum ejus ingenium, ita anxium judicium.* Affert & hanc Joſephus. Ut parceret ſibi ſubjectis. Cum enim natura omnis magiſtratus ad avaritiam ſit pronior, externum, cui nullus certus ſit præſtitutus terminus, eo magis ad rapinam ſollicitare homines. Itaque ſi diutius eo fruantur, exſatiatos lucris ſegniores ad rapiendum fieri. Quod ſi ſucceſſor immineat, non ſuffecturos eorum aviditati provinciales, dum deceſſor tanto magis ſpoliat, quanto minus temporis ad hoc faciendum ſibi patet reliquum. Et, ſi mavis Græcum Græco ſermone loquentem audire, αἰτίας προτιθεὶς τῶν ὑποτελῶν, φύσει μὲν γὰρ εἶναι πάσαις ἀρχαῖς τὸ πλεονεκτεῖν· τὰς δὲ μὴ πατρίους, ἀλλ' εἰς ὀλίγον καὶ ἄδηλον ὁπότε ἀφαιρεθεῖεν, καὶ μᾶλλον ἐξοτρύνειν

Digitized by Google

annos ſine conſularibus legatis [6] habuerit [7]: Armeniam a Parthis [8] occupari, Mœſiam [9] a Dacis [10] Sarmatiſque [11], Gallias a Germanis vaſtari neglexerit: magno dedecore imperii, nec minori diſcrimine.

ἐξοτρύνειν ἐπὶ κλοπαῖς τοὺς ἔχοντας. Εἰ μὲν γὰρ ἐφεστήκασιν εἰς πλεῖον αὐτοῖς, ἅλις τῶν κλοπῶν ἕξειν ὑπὸ τοῦ πολλοῦ τῶν κεκερδημένων ἀμβλυτέρας τὸ λοιπὸν αὐταῖς χρωμένους. Διαδοχῆς δ' ἐπιπαραγινομένης ἐκ τοῦ ὀξέος, οὐδαμῶς ἂν ἀρκεῖσθαι τοὺς ἄλλα τοῖς ἄρχουσι προκειμένους, ἀναστροφῆς αὐτοῖς διδομένης καιρῶν, ἐν οἷς πλήρεις οἱ προειληφότες γενόμενοι, ὑποδιδοῖεν τῆς σπουδῆς τῆς ἐπὶ τῷ λαμβάνειν διὰ τὸ πρὶν ἐν καιρῷ γενέσθαι μεταστῆναι. Apud quem morem hunc ſuum Tiberius illuſtrat exemplo vulnerati a vulnere ſuo muſcas cruore ſaturas, ne ab aliis, ſed famelicis vexaretur, abigi nolentis. Hoc vero, quia prolixius, non addo. V. ſupr. Aug. 23. 2. §. 9. & 10.

5. Hispania et Syria, quia hæ, excepta Bætica, inter Cæſaris provincias numerabantur. Dio LIII. p. 503. D. Ἡ Βαιτικὴ.... τῷ τε δήμῳ καὶ τῇ γερουσίᾳ εἶναι ἐνεμήθη: τῷ δὲ δὴ Καίσαρος ἥ τε λοιπὴ Ἰβηρία, ἥ τε περὶ Ταῤῥάκωνα, καὶ ἡ Λυσιτανία.... *Hiſpania Batica..... populo & ſenatui ſcripta ſunt: Cæſari autem Hiſpania quod reliquum erat, ut Tarraconenſis & Luſitania....*

6. Consularibus legatis. Hos deſcripſi ſupr. Aug. 88. 3. §. 4.

7. Habuerit i. rexerit. Flor. IV. 2. 22. *Siciliam & Sardiniam, annona pignora, per legatos habet.* Tacit. Ann. I. I. I. *Urbem Romam a principio reges habuere.* Plura, & alia exempla ad *Florum* collegit Grævius.

8. Armeniam a Parthis.... Aurelius Victor Epit. 2. 9. *Reſolutis militiæ artibus, Armenia per Parthos, Mœſia a Dacis, Pannonia a Sarmatis, Gallia a finitimis gentibus direpta ſunt.*

9. Moesia *provincia quæ appellatur, jungitur Pannoniæ, ad Pontum uſque cum Danubio decurrens.* Plin. III. 26. Unde *Pannoniam & Mœſiam* jungit noſt. *Oth.* 9. 4. *Vit.* 15. 1. & *Mœſiaci exercitus* meminit *Veſp.* 6. 4.

10. Dacis. V. illos ſupr. Aug. 21. 2. §. 11.

11. Sarmatæ, *Græcis Sauromatæ dicti.* Plin. IV. 12. *Mæotidis flexum ambiunt.* Mel. II. 1. *Ultimi ultra Pontum ſunt, vicini Amazonum.* Juven. ſchol. II. 1. Sunt Europæi & Aſiatici, ut illos diſtinguit Strab. II. *p.* 88. Europæos intellexerit noſter, qui hodie dicuntur eſſe Poloni.

CAPUT XLII.

ARG. *Cuncta vitia ſimul profundit, & propter nimiam vini aviditatem, quam & in aliis laudabat, varia nomina induit Tiberius Nero Cæſar.*

Cæterum ſecreti licentiam nactus, & quaſi civitatis oculis remotus, cuncta ſimul 1
vitia male diu diſſimulata [1], tandem profudit [2]: de quibus ſingulatim ab exordio referam. In caſtris tyro etiam tum, propter nimiam vini aviditatem [3], pro Ti- 2
berio *Biberius* [4]: pro Claudio *Caldius* [5]: pro Nerone *Mero* vocabatur. Poſtea princeps 3

Male dissimulata i. quæ vix, ægre, potuit tegere. V. *ſupr. Aug.* 17. 1. §. 3.

2. Profudit *cuncta.* Dio LVII. p. 615. D. Τιβέριος δὲ ἐπεὶ τὸ ἐφεδρεῦον οὐκέτ' εἶχεν, ἐς πᾶν τοὐναντίον τῶν πρόσθεν εἰργασμένων αὐτῷ, πολλῶν ὄντων καὶ καλῶν, περιέστη. *Tiberius, ubi jam nemo eſſet, qui principatui imminens, vitam ejus obſervaret, quum antehac plurima egregie feciſſet, tum in contraria omnia mutatus eſt,* ad illa omnia adjutorem, & adminiſtrum habuit promptiſſimum L. Ælium Sejanum. Συνήρατο δὲ αὐτῷ καὶ συγκατειργάσατο πάντα προθυμότατα Λούκιος Αἴλιος Σεϊανός. Dio LVII. p. 616. *B.* Tacit. Ann. IV. 1. 1. *C. Aſinio, C. Antiſtio conſulibus,* ſive anno ab U. C. 775. ut docet *Plin.* XXXIII. 2. & juxta cum illo *Pigh. Ann.* III. *p.* 553. *nonus Tiberio annus erat compoſita Republica florentis domus: (nam Germanici mortem inter proſpera ducebat) cum repente turbare fortuna cœpit, ſævire ipſe, aut ſævientibus vires præbere. Initium & cauſa penes Ælium Sejanum.*

3. Nimiam vini aviditatem in Tiberio etiam notavit Plin. XIV. 22. *Ipſi juventa ad merum pronior fuerat. Nec alio magis Druſus Cæſar regeneraſſe* i. repræſentaſſe *patrem Tiberium ferebatur.* Et ob illam hæc cognomina illi indita eſſe obſervavit etiam Aurelius Victor Epit. 2. 2. *Iſte, qui Claudius Nero dicebatur, eleganter a jocularibus, Caldius Biberius Mero ob vinolentiam nominatus eſt.*

4. Pro Tiberio Biberius *agnominatio eſt, ex vicinia quadam prædicti nominis ducta.* Quintil. Inſtit. Orat. IX. 3.

5. Caldius fuit dictus Tiberius ob *calidas*, quas ille, & veteres, amabant potiones. Plin. XXVIII. 4. *Notandum nullum aliud animal præter hominem calidos potus ſequi, ideoque non eſſe naturales.* Mart. VIII. 63. 4.

Caldam poſcis aquam, ſed nondum frigida venit;
Alget adhuc nudo clauſa culina foco.

Caldum dicebant pro calido. Unde Quintil. Inſt. Orat. I. 6. *Sed Auguſtus quoque in epiſtolis ad C. Cæſarem ſcriptis emendat, quod is calidum dicere quam*

ceps in ipſa publicorum morum correctione [6] cum Pomponio Flacco [7], & L. Piſo-
ne [8] noctem [9] continuumque biduum epulando potandoque conſumpſit: quorum al-
teri Syriam provinciam, alteri præfecturam [10] Urbis confeſtim detulit [11], codicil-
4 lis [12] quoque *jucundiſſimos*, *& omnium horarum amicos* [13] profeſſus. Seſtio Gallo li-
bidinoſo ac prodigo ſeni, olim ab Auguſto ignominia notato, & a ſe ante paucos
dies apud ſenatum increpito, cœnam ea lege condixit [14], ne quid ex conſuetudine
5 immutaret aut demeret, utque nudis puellis miniſtrantibus [15] cœnaretur. Ignotiſſi-
mum

caldam malit: non quia illud non ſit Latinum, ſed quia ſit odioſum, &, ut ipſe Græco verbo ſignificavit, περιεργον. Plura *Lipſ. Elect.* I. 4. *Stuck. A. C.* III. 6. *Urſin. tricl. p.* 334. *Du Freſne Gloſſar.* I. *p.* 683. & qui de *calida* potu integros commentarios prodiderunt, *Pierus Caſſianus*, *Joſephus Caſtalio*, *Johannes Freinshemius.*

6. CORRIGENDIS *civitatis moribus quinto quoque anno cenſores creari ſolitos* dicit Aſcon. in Cicer. *p.* 20. Poſtquam vero creari cenſores deſiiſſent, ei curæ imperatores ipſi initio præfuerunt, aut alios, qui præeſſent, creaverunt, apud quos de moribus judicium ageretur. Tiberius hanc curam in ſe ſuſcepit ſupr. 33. 3. ſuſcepit etiam Domitianus infr. 8. 6.

7. POMPONIUS FLACCUS Mœſiæ præſes. Tacit. Ann. II. 66. 4. *Pomponium Flaccum, veterem ſtipendiis.... Mœſiæ præfecit*, & poſtea Syriæ. Tacit. Ann. VI. 27. 3. *Exin Flacco Pomponio Syriæ proprætore defuncto.* Apud quem vitioſe *proprætore* legi, cum *proconſul* fuerit, dicit *Pigh. Ann.* III. *p.* 556. V. tamen *Noriſ. Cenot. Piſan.* II. 16. §. 13. eumque mortuum aſſerit in provincia anno ab U. C. 784. quamvis Lipſ. in Senec. Epiſt. II. a. 786. defunctum velit. *Flacci* hujus meminit Joſeph. Ant. XVIII. 8. Ὡς Φλάκκον τὸν ὑπατικὸν ἱστορῶν φίλος ἐπὶ Ῥώμης τὰ μάλιστα αὐτῷ γεγονότα τρίτιον, Συρίαν δὲ ἐν τῷ τότε ταῖσιν. *Quare ad Flaccum virum conſularem, & tum Syriæ præſidem ſe contulit, cum quo Romæ amicitiam contraxerat.* Mox noſter.

8. L. PISO, *Urbis cuſtos, ebrius, ex quo ſemel factus eſt, fuit: majorem partem noctis in convivio exigebat: uſque in horam ſextam fere dormiebat: hoc erat ejus matutinum. Officium tamen ſuum, quo tutela Urbis continebatur, diligentiſſime adminiſtravit. Huic & divus Auguſtus dedit ſecreta mandata, cum illum præponeret Thraciæ, quam perdomuit: & Tiberius proficiſcens in Campaniam, cum multis in Urbe & ſuſpecta relinqueret & inviſa.* Senec. Epiſt. 83.

9. NOCTES duas dicit Plin. XIV. 22. *Eaque commendatione credidere L. Piſonem urbis Romæ curæ ab eo delectum, quod biduo duabuſque noctibus perpotationem continuaſſet apud ipſum, jam principem.*

10. PRÆFECTURAM URBIS V. ſupr. Aug. 37. I. 7.

11. DETULISSE his nebulonibus hos honores Tiberium M. Licinio Craſſo, L. Calpurnio Piſone conſulibus, ſive anno ab U. C. 779. putat *Pigh. Ann.* III. *p.* 556. Similem honorem ſimilem ob cauſam ſenatori *detulit* Caligula infr. 18. 5.

12. CODICILLI quales tabellæ fuerint, dixi *ſupr.* 22. I. §. 4. His honores a principe deferebantur. Tacit. Orat. 7. 3. *Tum mihi ſupra tribunatus, & præturas, & conſulatus adſcendere videor, tum abire; quod ſi non in alio oritur, nec in codicillis datur, nec cum gratia venit.* Arrian. Diſſert. III. 7. Καῖσάρ μοι κωδικίλλους ἔπεμψε. *Cæſar miſit ad me codicillos*, ut eſſem judex. I. 10. Πρὶν ἐλθεῖν εἰς τὴν Ῥώμην, ἀπήντησαν αὐτῷ κωδικίλλοι παρὰ Καίσαρος. *Priuſquam Romam veniret, occurrerunt ei tabellæ a Cæſare.* Unde Lampr. Alex. c. 49. *Pontificatus, & quindecimviratus, & auguratus codicillares fecit*, i. tribuit eos ipſe per *codicillos*: cum antea cooptari a collegis, partim a plebe ſolerent. * Hinc *codicillorum inſignia auferre* Cod. XII. I. 12. eſt honore exſuere, dignitate privare. Noſt. *Cal.* 18. 5. *Claud.* 29. 3. V. *Lipſ. in Tacit. Ann. p.* 150. *Euleng. de imperio Rom.* II. II. *Savar. in Sidon. Epiſt.* I. II.

13. OMNIUM HORARUM AMICUS eſt, qui ſeriis pariter ac jocis eſt accommodatus, qui cum lætis lætus, cum triſtibus eſt triſtis. Talis fuit Aſinius Pollio, de quo Quintil. Inſtit. Orat. VI. 4. *Illa potius urbana eſſe dixerim, quæ ſunt generis ejuſdem, quæ ridicula dicuntur, & tamen ridicula non ſunt: ut de Pollione Aſinio, ſeriis, jociſque pariter accommodato dictum eſt, eſſe eum omnium horarum.* Talis fuit Geminus Servilius, quem deſcribit carmine prolixiori Ennius apud Gell. N. A. XII. 4. V. quoque *Eraſm. Adag. p.* 639.

14. COENAM CONDICIT, qui prior, & ultro denuntiat, ſe apud alterum *cœnaturum*. Plaut. Men. I. 2. 15.

Hodie ducam ſcortum, atque ad cœnam aliquo
condicam foras.

Abſolute utitur Cicer. Fam. I. 9. *Craſſus cum mihi condixiſſet, cœnavit apud me in mei generi Craſſipedis hortis.* Inde *cœna condicta* eſt exigua, ſubita, & quæ ſemetipſos offerentibus apponitur *infr. Claud.* 21. 9. ubi Claudio *ſportula* vocatur. *Condicere eſt dicendo denuntiare.* Feſtus. Unde *ſtatus condictus dies* eſt in XII. tabulis, apud Plaut. Curc. I. I. 5. & Gell. N. A. XVI. 4.

15. PUELLÆ MINISTRABANT menſis in ſumptuoſis epulis. Themiſt. Orat. 2. p. 56. Κατακλινεὶς δ' ἐπὶ στιβάδος ἐστρωμένης τάπησι καὶ πορφύρᾳ, καὶ τράπεζαν παραθέμενος Σικελικήν, πίνει τὸ ὕδωρ, καὶ ἐνοχλεῖται, κόρης αὐτῷ τῆς Κορινθίας, ἢ παιδὸς Ἰωνικοῦ διακονουμένου. *In lectulo tapetibus ac purpura conſtrato recumbens, ac Siculam ſibi menſam apponens, puella aliqua Corinthia,*
aut

mum quæſturæ candidatum [16] nobiliſſimis antepoſuit, ob epotam in convivio, pro-
pinante ſe [17], vini amphoram [18]. Aſellio Sabino HS ducenta donavit pro dialo- 6
go, in quo boleti [19], & ficedulæ [20], & oſtreæ [21], & turdi [22] certamen induxe-
rat. Novum denique officium inſtituit a voluptatibus [23], præpoſito equite Roma- 7
no T. Cæſonio Priſco.

aut puero Ionico miniſtrantibus, bibat abunde, & genio indulgeat. Virg. Æneid. I. 707.

> *Quinquaginta intus famulæ, quibus ordine longo*
> *Cura penum ſtruere, & flammis adolere penates.*
> *Centum aliæ, totidemque pares ætate miniſtri,*
> *Qui dapibus menſas onerent, & pocula ponant.*

V. *Buleng. de imperat. Rom.* II. 33. *Colv. in Apul.* p. 36. *Salmuth in Panciroll. de Reb. deperd. & inv.* p. 169. *Ciaccon. de triclin.* p. 68. 69. *Tomaſ. de teſſer. hoſpital.* c. 18. *Lacerd. in Virgilium.*

* 16. CANDIDATUM hunc ego fuiſſe ſuſpicor Novellum Torquatum Mediolanenſem, de quo Plin. XIV. 22. ſcribit: *cum ad proconſulatum uſque e prætura honoribus geſtis productum eſſe, tribus congiis, unde & cognomen illi fuit, epotis uno impetu, ſpectante miraculi gratia Tiberio Claudio principe.* Donat. Dilucid. in Capitol. p. 909.

17. SE PROPINANTE i. poculum porrigente, & ad bibendum præbente; moris enim fuit inter potandum, ut convivæ prægustatum poculum alter alteri porrigeret. Homer. Iliad. IX. 224.

> Πλησάμενος δ' οἴνοιο δέπας, δείδεκτ' Ἀχιλῆα.
> *Implenſque vino poculum, Achillem excepit.*

Προπίνειν Græcis dicitur. Athen. X. p. 434. A. *Ἀλέξανδρος γοῦν αἰτήσας ποτὲ ποτήριον δίχουν, καὶ πιὼν προύπιε τῷ Πρωτέᾳ. Alexander igitur poculum, quod duos congios capiebat, cum popoſciſſet, Proteæ id prabibit.* Juven. V. 127.

> —— *quando propinat*
> *Virro tibi, ſumitque tuis contacta labellis*
> *Pocula?*

V. etiam Athen. XI. p. 498. C. D. *Urſin. de tricl.* p. 330. *Stuck. A. C.* III. 10. *Britann. in Juvenalem.*

18. AMPHORA, quæ Romanis *quadrantal*, octoginta pendebat aquæ libras, & duodequinquaginta ſextarios tenebat. Feſtus. *Quadrantal vocabant antiqui amphoram, quod vas pedis quadrati octo & quadraginta capiat ſextarios.* V. *Salmaſ. Exerc. Plin.* p. 163. b. *B. Rader. in Mart.* I. 25. 2. *Bud. de aſſe* V. p. 550. *Rob. Cenal. de pond. ac menſ. rat. A. R. Græv.* tom. XI. p. 1457. *Baccium de conv. vet.* III. 8.

19. BOLETI inter fungos primum locum obtinent. *Optimus iis eſt cibus.* Plin. XXII. 22. Imo *gulæ* ſunt *noviſſima irriſamenta* eidem XVI. 8. Deliciæ erant magnatum. Docet hoc Juvenalis *Claud.* 44. 5. §. 11. & quidem pretioſiores. Mart. XIII. 47.

> *Argentum atque aurum facile eſt, lænamque, togamque*
> *Mittere, boletos mittere difficile eſt.*

V. quoque *Bercaldum. Nom. de re cib.* I. 27. *Bruyer. de Re cibar.* IX. 21.

20. FICEDULÆ recenſentur inter aves tum ſaluberrimas: nec mirum, ſaluberrimo enim utuntur alimento. Mart. XIII. 48.

> *Cum me ficus alat, cum paſcar dulcibus uvis,*
> *Cur potius nomen non dedit uva mihi?*

Unde etiam autumno ſunt longe ſuaviores & obeſiores, ubi ficus ſunt maturæ, & illo tempore capiuntur. Athen. II. p. 65. B. Συκαλὶς καλεῖται, ὅτι ἁλίσκεται ὅταν ἀκμάζῃ τὰ σῦκα. Ut ſupplendum hunc locum putat Casaub. Anim. II. 24. *Συκαλὶς vocatur* ficedula, *quia capitur, cum fici ſunt maturi.* Deliciæ erant hominum gulæ natorum,

> —— *qui radere tubera terræ,*
> *Boletum condire, & eodem jure natantes*
> *Mergere ficedulas didicerant nebulone parente.*

Juven. Sat. XIV. 7. & quibus non ſolis clunibus, ut reliqua avitia, ſed totæ placebant. Gell. N. A. XV. 8. *Præfecti popinæ.... negant ullam avem, præter ficedulam, totam comeſſe oportere. Cæterarum avium, atque altilium, niſi tantum apponatur, ut a cluniculis inferiori parte ſaturi fiant, convivium putant inopia ſordere, ſuperiorem partem avium, atque altilium, qui edunt, eos palatum non habere.* De his deliciis agunt etiam *Bochart. Hieroz.* II. 1. 14. *Buleng. de conv.* II. 8. *Nonn. de re cib.* II. 31. *Caſtell. de eſu carn.* IV. 16. *Kobierzyck. de lux. Roman.* II. 11.

21. OSTREIS inter teſtacea palmam adjudicavit vetuſtas. Senec. Epiſt. 108. *Oſtrea non cibi, ſed oblectamenta ſunt, ad edendum ſaturos cogentia: quod gratiſſimum eſt edacibus, & ſe, ultra quam capiunt, farcientibus, facile deſcenſura, facile reditura.* Illorum tanta erat cura apud veteres, ut vivaria illis exſtruxerint. Plin. IX. 54. *Oſtrearum vivaria primus omnium Sergius Orata invenit in Bajano ætate L. Craſſi oratoris, ante Marſicum bellum.* V. *Nonn. de re cib.* III. 37. *Buleng. de conv.* II. 31. & 38.

22. TURDOS etiam inter maximas delicias reponebant veteres. Ariſtoph. Schol. in Pace. p. 661. *Αἱ κίχλαι εἶδος στρουθῶν, δοκοῦσι δὲ πρὸς τρυφὴν ἐκ τῶν ἄλλων στρουθῶν περισπούδαστοι εἶναι μᾶλλον. Turdi, genus avicularum, quæ præ cæteris ad delitias maxime exquiruntur.* Horat. Epiſt. I. 15. 40.

> —— *cum ſit obeſo*
> *Nil melius turdo.*

Mart. XIII. 92.

> *Inter aves turdus, ſi quis me judice certet.*

Ideoque magna cura alebant, ut pluribus docet Varr. R. R. III. 5. Luculli luxum in vivario *turdos* alentis egregie contudit Pompejus aliquando ægrotans a medico, ut *turdo* veſceretur, monitus, hoc dicto: *ἀλλ', εἰ μὴ Λούκουλλος ἐτρύφα, Πομπήϊος οὐκ ἂν ἔζησεν: ergo niſi Lucullus luxurioſe viveret, non viveret Pompejus?* ut narrat Plutarch. Apoph. p. 204. B. Lu-

B. Lucull. p. 518. F. aliiſque in locis. V. ſi lubet, etiam *Bochart. Hierez.* II. I. 14. *Nonn. de re cib.* II. 30. *Buleng. de conv.* II. 9.

23. A VOLUPTATIBUS dicitur *voluptatum* arbiter eo modo, quo *a pedibus*. Hic imperatoris *voluptates* curabat. Huic in cibo, potu, venere, ſi aliquod novæ *voluptatis* genus reperiſſet, præmia inſtituit imperator. Talis Neroni fuit Petronius apud Tacit. Ann. XVI. 18. 3. *Dein revolutus ad vitia, ſeu vitiorum imitationem, inter paucos familiarium Neroni aſſumptus eſt, elegantiæ arbiter, dum nihil amœnum, & molle aſſluentia putat, niſi quod ei Petronius approbaviſſet. Unde invidia Tigellini, quaſi adverſus æmulum, & ſcientia voluptatum potiorem.* V. *Buleng. de venat.* c. 11. *Argol. in Onuphr. de lud. circ.* I. 14.

CAPUT XLIII.

ARG. *Libidinum ſedem ſellariam excogitat, cubicula laſcivis picturis adornat, & in ſylvis locos venereos comminiſcitur Tiberius Nero Cæſar.*

1 Seceſſu vero Capreenſi etiam ſellariam excogitavit, ſedem [1] arcanarum libidinum: in quam undique conquiſiti [2] puellarum, & exoletorum greges, monſtroſique [3] concubitus repertores, quos *ſpintrias* [4] appellabat, triplici ſerie connexi [5], in-
2 vicem inceſtarent [6] ſe coram ipſo, ut adſpectu deficientes [7] libidines excitaret. Cubicula plurifariam diſpoſita tabellis [8] ac ſigillis [9] laſciviſſimarum picturarum [10] & figurarum

1. SELLARIAM SEDEM vocat *ſellarium*, & in plurali *ſellaria*, ſive locum a Tiberio excogitatum, ubi ſeſe mutuo in *ſellis* conſtupiabant. De illorum a Tiberio inventione Tacit. Ann. VI. I. 4. *Tuncque primum ignota ante vocabula reperta ſunt, ſellariorum, & ſpintriarum ex fœditate loci, ac multiplici patientia.* In talibus *ſellariis domus aureæ Neronis diſpoſita* ſigna dicit Plin. XXXIV. 8. De libidine ſub Tiberio in illis Romanorum Juven. X. 92.

> *Viſne. . . . . tutor haberi*
> *Principis Auguſta Caprearum in rupe ſedentis*
> *Cum rege Chaldæo?*

Ubi Schol. *Sedentis ſignificat & diu turpiter vixiſſe Capreis Tiberium, qui Sejanum velut tutorem habuiſſet.* Vide ſis *Torrentium. Scheffer. de re veh.* II. 4. *Chiment. de hon. Biſ.* c. 24. & ex illo *Almelov. in Juven.* III. 136.

2. UNDIQUE CONQUISITI quomodo fuerint hi greges, docet Tacitus. *Præpoſiti ſervi, qui quærerent, pertraherent, dona in promptos, minas adverſum abnuentes, & ſi retinerent propinquus, aut parens, vim, raptus, ſuaque ipſi libita, velut in captos exercebant.* Qui & addit id factum *Cn. Domitio, & Camillo Scriboniano conſulibus* I. anno ab U. C. 784. V. *Faſtes Capitolinos*, & *Pigh. Ann.* III. *p.* 560.

3. MONSTROSI I. turpes, fœdi, utpote qui contra naturam. Lucan. I. 564.

> *Monſtroſique hominum partus.*

Noſt. *Cal.* 16. I.

4. SPINTRIÆ dicuntur, qui muliebria patiuntur. A patientia nominatos oſtendit Tacitus verbis §. I. laudatis. Nam *loci fœditatem* ad *ſellaria*, *multiplicem patientiam* ad *ſpintrias* referre licet. Ita Vitellium, quem *ſpintriæ cognomine notatum* dicit noſt. *infr.* 3. 5. πιτορωνικὸν vocat *Dio* I. proſtitutum, & ſtuprum paſſum LXV. p. 735. D. Π*άντα μὲν τοι ὁ* Βιτέλλιος πολλοῖς παρεῖχεν. Ὁρῶντες γὰρ ἄνδρα σεμνὸν προσποιοῦντα ἐν ταῖς δημοσίαις προόδοις, ὃν ᾔδεσαν πιτορωνικόν. *Vitellius etiam pleriſque riſum excitabat. Quum enim viderent eum gravitatem vultu præferentem, quoties publice prodiret, quem proſtitutum, & ſtuprum paſſum cognoverant.* Noſt. *Cal.* 16. I. V. *Turneb. Adv.* V. I. *Salden. Ot. Theol.* I. 7. 22. &, qui multa, ſed fœdiora, quam ut hiſce inſeri debeant, de *ſpintriis*, adfert, *Mag. Miſc.* II. 4.

5. TRIPLICI SERIE CONNEXOS dixit, ut Mart. XII. 43. 8.

> *Sunt illic Veneris novæ figuræ:*
> *Quales perditus audeat fututor:*
> *Præſtent, & taceant quid exoleti:*
> *Quo ſymplegmate quinque copulentur;*
> *Qua plures teneantur a catena.*

V. *Clementem Alexandrinum* §. 9.

6. INCESTARENT INVICEM I. mutuis ſtupris polluerent. *Inceſtare, coitu inquinare, polluere.* Gloſſ. Cyr. *Inceſto*, μολύνω, μιαίνω. Plaut. Pœn. V. 2. 135.

> ——— *earum hic alteram efflictim perit,*
> *Neque eam inceſtavit unquam.*

Lactantius Theb. II. 280. *Ceſtum cingulum dicitur Veneris, quo utitur ad honeſtas nuptias. Ad turpes nuptias Venus dicitur non venire. Ideo inceſtum dicitur, quod ſacrato iſto Veneris cingulo non fuerit vinctum.* Dicitur tamen Ictis *inceſtum* committere qui ex his, quas legibus, aut moribus prohibemur uxores ducere, aliquam duxerit. Ita *Canopum inceſtum* dicit Prop. III. 9. 39. ob regum Ægyptiorum cum ſororibus *inceſtum*. Noſt. *Ner.* 5. 7. *Cal.* 36. 5.

7. DEFICIENTES; ſenex enim merito in Venerem frigeſcebat Tiberius: & quamvis libido accenſa flagraret in animo, tamen *deficiebat*, & exſtincta frigebat in corpore. *Beroaldus.*

8. TABELLIS *laſciviſſimarum picturarum*, de quibus Clem. Alexand. προτρεπτικῷ πρὸς Ἕλληνας p. 40. B. Ἀπορρίψαντες δὲ τὴν αἰδῶ καὶ τὸν φόβον, οἴκοι τοὺς τῶν

gurarum [11] adornavit: libriſque Elephantidis [12] inſtruxit: ne cui in opera edenda exemplar impetratæ ſchemæ [13] deeſſet. In ſylvis quoque ac nemoribus paſſim Venereos 3
locos commentus eſt, proſtanteſque [14] per antra & cavas rupes, ex utriuſque ſexus pube [15], Paniſcorum [16] & Nympharum [17] habitu: palamque jam, & vulgato nomine inſulæ abutentes, *Caprineum* [18] dictabant.

τῶν δαιμόνων ἐγγράφοντες τοῖς ἀσχηματισμοῖς. Πινακίοις γοῦν τισι καταγράφοις μετεωρότερον ἀνακειμένοις προσεσχηκότες ἀσελγείᾳ τοὺς θαλάμους κεκοσμήκασι, τὴν ἀκολασίαν εὐσέβειαν νομίζοντες: κἀπὶ τοῦ σκίμποδος κατακείμενοι, παρ' αὐτὰς ἔτι τὰς περιπλοκὰς ἀφορῶσιν εἰς τὴν Ἀφροδίτην ἐκείνην, τὴν γυμνὴν, τὴν ἐπὶ τῇ συμπλοκῇ δεδεμένην. *Omni pudore, & metu depoſito, domi depingunt turpes dæmonum in Venerem pruritus & titillationes. Pictis enim quibuſdam tabellis in alto ſuſpenſis mentem adhibentes, thalamos ornarunt impudicitia, intemperantiam exiſtimantes pietatem: & in cubili decumbentes in ipſis amplexibus Venerem illam nudam conſpiciunt, quæ vincta eſt propter complexus.* Et Prop. II. 5. 19.

Quæ manus obſcœnas depinxit prima tabellas,
Et poſuit caſta turpia viſa domo:
Illa puellarum ingenuos corrupit ocellos,
Nequitiæque ſuæ noluit eſſe rudes.
Non iſtis olim variabant tecta figuris,
Quum paries nullo crimine pictus erat.

Unde *libidines in tabellis pingi* dicunt Plin. XXXV. 10. Noſt. vit. Horat. n. 11. V. & *Caſaubonum. Vect in Herodian. p.* 82. 83. *Broukh. in Propertium.*

9. SIGILLA ſunt icunculæ intra humanam ſtaturam. Mart. XIV. 171.

Gloria tam parvi non eſt obſcura ſigilli.

178.

Sum fragilis, ſed tu (moneo) ne ſperne ſigillum.

V. *Long. de anul. c.* 1.

* 10. PICTURIS cubicula adornare in frequenti uſu fuit Romanis. Lactant. de Mort. perſecut. c. 5. *Impoſito pede ſuper dorſum ejus, illud eſſe verum dicebat, exprobrans ei cum riſu, non quod in tabulis, aut parietibus Romani pingerent.* Id primum inſtitutum eſt Auguſti ætate, docente Plin. XXXV. 10. *Cuper. & Columb. in Lactantium. Broukh. in Prop.* II. 5. 25.

11. FIGURAS pictas dicit auctor Priap. 3. 4. & intelligit συνουσιασμῶν σχήματα, varios coeundi modos.

Si pictas opus edat ad figuras.

12. ELEPHANTIS poetria fuit Græca, quæ libris ſuis varios coeundi modos expreſſit. Ejus meminit Mart. XII. 43. 4.

Quales nec Didymi ſciunt puellæ,
Nec molles Elephantidos libelli.

& auctor Priap. 3. 2.

Obſcœnis rigidæ deo tabellas
Ducens ex Elephantidos libellis
Dat donum Lalage.

Et illos apud eundem deſcripſit Philenis 63. 17.

Quæ ut tot figuras, quot Philenis enarrat,
Non invenit, pruriginoſa diſcedit.

V. §. 13.

13. SCHEMÆ pro *ſchematis* dixerunt veteres. Priſcian. VI. p. 679. *Neutra ejuſdem terminationis Græca ſunt, & addito tis faciunt genitivum, ut hoc peripetaſmatis, hoc poema, hujus poematis. Hæc tamen antiquiſſimi ſecundum primam declinationem ſæpe protulerunt, & generis feminini, ut Plaut. Amph. prol. n.* 117.

Quod ego huc proceſſi ſic cum ſervili ſchema.

Perſ. IV. 2. 2.

Theatrum lepida cum decorat ſchema.

Idem docent *Voſſ. Inſtit. Orat.* V. 1. *Anal.* II. 15. *Dauſq. Orthog.* I. *p.* 99. V. quoque *Turneb. Adv.* XIV. 17: XXIX. 19. *Rhodig. Ant. Lect.* XIV. 4. Significat hoc loco concubitus formam, ut apud Clement. Alexand. l. l. D. Ἤδη δὲ ἀναφανδὸν τῆς ἀκολασίας ὅλης τὰ σχήματα ἀνάγραπτα πανηγυρεῖ θεώμενοι οὐκ αἰσχύνεσθε.... ἐπ' ἔτι ἐγγραφόμενοι τὰ Φιλαινίδος σχήματα, ὡς τὰ Ἡρακλέους ἀθλήματα. *Jam vero totius libidinis & impudicitiæ figuras aperte deſcriptas publice intueri non erubeſcitis.... figuras, geſtuſque Philænidis æque depingentes, atque certamina Herculis.* Et hæc verba: Ἀστυάνασσα Ἑλένης θεράπαινα, ἥτις πρώτη ἐξεῦρεν Ἀφροδίτην, καὶ ἀκόλαστα σχήματα, in Græcorum commentariis ſe legiſſe monet *Caſaubonus.*

14. PROSTANTES i. corpora proſternentes. Juven. I. 46.

Cum populum gregibus comitum premit hic ſpoliator
Pupilli proſtantis.

Stabant enim frequentius ante ſtabulum meretrices. Nonius v. 8. *Proſtibulum, quod ante ſtabulum ſtet quæſtus diurni & nocturni cauſa.* Horat. Sat. I. 2. 30.

Contra, alius nullum, niſi olenti in fornice ſtantem.

Noſt. Cal. 41. 2.

15. EX UTRIUSQUE SEXUS PUBE i. pueros & puellas jam *puberes*, adeoque imperatæ nequitiæ pares, cui demum a *pubertate* pares ſumus. V. *Macrob. ſupr.* 6. 6. §. 19.

16. PANISCUS parvus eſt *Pan*. De *Paniſcis* his Clemens Alexandrinus. C. Ὅσαι δὲ ἂν καὶ ἄλλαι ὑμῶν εἰκόνες; Πανίσκοι τινὲς, καὶ γυμναὶ κόραι καὶ Σάτυροι μεθύοντες, καὶ μορίων ἐντάσεις, ταῖς γραφαῖς ἀπογυμνούμεναι, ἀπὸ τῆς ἀκρασίας ἐλεγχόμεναι. *Cujuſmodi autem ſunt aliæ quoque veſtræ imagines? Paniſci quidam, & nudæ puellæ, & ebrii ſatyri, & membrorum erectiones, quæ picturis nudantur, quæ ab ipſa intemperantia arguuntur.*

17. NYMPHARUM i. dearum ſylveſtrium, quales erant *Oreades*, quæ præfectæ ſylvis a δρῦς, δρυός. *Hamadryades*, διὰ τὸ ἅμα ταῖς δρυσὶ γενέσθαι.

18. CAPRINEUM, quia Paniſcorum habitu delectatum

ctatum fuiſſe modo dixit. Pan autem pingitur *caprina* facie, & hircinis cruribus. Herod. II. p. 121. B. Γράφουσι δὲ δὴ καὶ γλύφουσι οἱ ζωγράφοι, καὶ οἱ ἀγαλματοποιοὶ τοῦ Πανὸς, κατάπερ Ἕλληνες, τὤγαλμα αἰγοπρόσωπον καὶ τραγοσκελέα. *Panos autem ſimulacrum, & pictores pingunt, & ſtatuarii ſcalpunt, quemadmodum Græci, caprina facie, hirciniſque cruribus.* Lucian. Θεῶν ἐκκλησ. p. 710. Ὁ μὲν, κέρατα ἔχων, καὶ τὰ ἐξ ἡμισείας ἐς τὸ κάτω αἰγὶ ἐοικὼς, καὶ γένειον βαθὺ καθειμένος, ὀλίγον τράγου διαφέρων ἐστίν. *Hic quidem cornutus, dimidiaque corporis inferioris parte capram referens, barbaque promiſſa, parum ab hirco differt.* V. tamen, ſi hæc tibi non placent, *Torrentium*, & *Rutgerſ. V. L.* VI. 7. *Voſſ. de Idolol.* III. 62. *Cantoclar. in Julian. Cæſar. p.* 39. *Edit. Lipſ.*

CAPUT XLIV.

ARG. *Pueros inguini ſuo admovet, tabulam Parrhaſii laſciviorem in cubiculo dedicat, & in ſacrificando miniſtrum conſtuprat Tiberius Nero Cæſar.*

1 Majore adhuc & turpiore infamia flagravit: vix ut referri audirive, nedum credi
2 fas ſit. Quaſi pueros primæ teneritudinis, quos piſciculos vocabat, inſtitueret, ut natanti ſibi [1] inter femina verſarentur, ac luderent: lingua morſuque ſenſim appetentes [2], atque etiam quaſi infantes firmiores, necdum tamen lacte depulſos [3], inguini [4] ceu papillæ [5] admoveret [6]: pronior ſane ad id genus libidinis, & natura [7],
3 & ætate [8]. Quare Parrhaſii [9] quoque tabulam, in qua Meleagro Atalanta ore morigeratur, legatam ſibi ſub conditione, ut ſi argumento [10] offenderetur, decies pro ea

NATANTI SIBI n. in piſcina, quæ delicatæ *natationis* cauſa parabatur. Ita *piſcinis unguento nobili, aut croco infectis natavit* Heliogabalus apud *Lamprid. c.* 19. *Beroaldus.*

2. APPETENTES i. apprehendere ejus genitalia cupientes. Catul. 2. 3.

Quoi primum digitum dare appetenti.

3. NONDUM LACTE DEPULSOS i. mammam adhuc ſugentes, adhuc lactentes. *Depelli* dicuntur agni, qui a lacte removentur. Virgil. Ecl. VII. 15.

Depulſos a lacte domi quæ clauderet agnos.

I. 22.

——— *quo ſæpe ſolemus*
Paſtores ovium teneros depellere fœtus.

Ubi Servius: *depellere, id eſt, a lacte removere.*

4. INGUINI i. parti, qua vir erat. Tibul. IV. 15. 43.

Et inquietus inguina adrigat tumor.

Alias ſignificat ipſum locum, in quo partes genitales. Horat. I. 8. 4.

Obſcœnoque ruber porrectus ab inguine palus.

Noſt. *Ner.* 29. I. *Domit.* 17. 2.

5. PAPILLÆ *capita mammarum ſunt, quas infantes comprehendunt.* Iſidor. Orig. XI. I. Serv. Æn. XI. 803. Noſt. *Oth.* II. 4. *Ner.* 34. 7. *Papilla* inguen dicitur. Lucillius.

Inguen ne exiſtat papulæ, tama, ne boa noxit.

Inguen ſtantis *papillæ* ἀπεσμάσθαι. Inguina *papillarum* exſtantia habere, ὑπερμαζᾷν, τοὺς μεγάλους μαστοὺς ἔχειν. V. *Rigalt. not. prior. in Phædr.* III. 10. I.

6. ADMOVEBANTUR qui inguini, dicebantur illud fellare i. intra os recipere, & proinde ut mammillam exſugere. Non. II. 344. *Fellare, exſugere. Varr. Alanio. Tum eum, ad quem veniunt in hoſpitium, lac humanum fellaſſe.* Beroaldus.

7. NATURALIA vitia mollire poſſumus, penitus exſtirpare non poſſumus. Scribit Maternus, quod Venus cum luna facit libidinoſa cupiditate præpoſteros. *Beroaldus.*

8. ÆTATE, quoniam ſenior erat &, qui ſenex eſt, facilius hanc infandam libidinem, quæ viribus non indiget, exercere poteſt quam coitum. Nam, ut inquit Juven. X. 204.

——— *coitus jam longa oblivio; vel ſi*
Coneris, jacet exiguus cum ramice nervus.

Et ad coitum ipſum requiruntur lumbi valentes & vegeti, quales non ſunt ſenum, ut de ſe fatetur Eumolpus Petronianus c. 100. *Omnibus* ille *lumborum ſolutorum ſe eſſe dixerat.* Unde Catul. 16. 10.

Non dico pueris, ſed his piloſis,
Qui duros nequeunt movere lumbos.

Illam vero & ſenex exercere poteſt. Mart. IV. 50.

Quid me, Thai, ſenem ſubinde dicis?
Nemo eſt, Thai, ſenex ad irrumandum.

V. etiam *Beroaldum.*

9. PARRHASIUS pictor fuit Epheſius. Docet hoc carmen, quod operibus ſuis abſolutis inſcribebat, quod prodidit Athen. XII. p. 543.

Ἁβροδίαιτος, ἀνὴρ ἀρετήν τε σέβων τάδε γράψε
Παῤῥάσιος, κλεινῆς πατρίδος ἐξ Ἐφέσου.
Οὐδὲ πατρὸς λαθόμην Εὐήνορος, ὅς γ᾽ ἀνέφυσε
Γνήσιον Ἑλλήνων, πρῶτα φέροντα τέχνης.
Delicatus vir, atque virtutis cultor hoc pinxit
Parrhaſius, cui patria eſt inclyta Epheſus.
Tacere quoque parentem nolim meum Euenorem, qui me genuit
Natura vere Græcum, & pictorum omnium principem.

De ejus operibus multa Plin. XXXV. 10.

* 10. ARGUMENTUM eſt forma ipſa. Cicer. Verr. IV.

ea HS [11] acciperet: non modo prætulit, ſed & in cubiculo dedicavit [12]. Fertur 4
etiam in ſacrificando quondam captus facie miniſtri acerram [13] præferentis, nequiſſe abſtinere, quin pæne vixdum re divina peracta, ibidem ſtatim ſeductum [14] conſtupraret, ſimulque fratrem ejus tibicinem: atque utrique mox, quod mutuo flagitium [15] exprobrarant, crura fregiſſe.

IV. 56. *Ex ebore diligentiſſime perfecta argumenta erant in valvis.* Auſon. Epiſt. præfix. Eidyll. VI. *Hanc ego imaginem ſpecie & argumento miratus ſum.* Junius de Pictur. III. 1.

11. Decies HS V. infr. Oth. 5. 4. §. 11.

12. Dedicavit i. ſuſpendit, ut infr. 70. 5. Suſpendere in cubiculo ſuo picturas laſciviores ſolitus eſt Tiberius. Plin. XXXV. 10. *Parrhaſius pinxit & Archigallum: quam picturam amavit Tiberius princeps: atque, ut auctor eſt Decius Eculeo, ſexaginta ſeſtertiis æſtimatam, cubiculo ſuo incluſit.*

13. Acerram i. arculam thurariam, ut interpretatur Feſtus. *Acerram alii dicunt arculam eſſe thurariam, ſcilicet, ubi thus reponebant.* Gloſſ. Cyril. *Acerra, λιβανωτρίς. Virg. Æn.* V. 545.

Farre pio, & plena ſupplex veneratur acerra.

θυμιατήριον. Noſt. *Galb.* 8. 2. Vocatur etiam thuribulum. Gloſſ. opt. *Λιβανωτρὶς, acerra, thuribulum.* Cicer. Verr. IV. 21. *Num etiam de L. Papirio thuribulum emiſiſti?* V. & *Merul. de ſacrif.* 7. 1. *De la Chauſſe Inſign. Pont. Max.... tab.* 8. & 9. *Cuper. Apoth. Homer. p.* 74. *Berthald. de Ara c.* 1. §. 3.

14. Seducere eſt in locum ab arbitris remotum colloquii cauſa aliquem *ducere*, ut ex *Plauto* & *Cicerone* ante annos quadraginta, & ſi quid amplius, *Præfat. ad Fundamenta Chriſtianæ Religionis in Gymnaſii Zutphanienſis uſum ſcripta p.* 3. docui. Noſt. *Galb.* 22. 4. *Claud.* 37. 2. *Cal.* 56. 2.

15. Flagitium i. ſtuprum. Iſid. V. 26. *Flagitium a flagitando corruptelam libidinis.* Non. IV. 215. *Flagitium veteres vitium, quod virgini infertur, dici voluerunt.* Unde Feſtus. *Inter cutem flagitatores dicebant mares, qui ſtuprum paſſi aliquando eſſent.* Frequentius *Plautus.* Noſt. Claud. 26. 8. V. *Paſſerat. in Propert. p.* 393. *ac Voſſ. Inſtit. Orat.* IV. 8. 3.

CAPUT XLV.

ARG. *Malloniam oris ſtuprum recuſantem delatoribus objicit, & ab hiſtrionibus in publicis ludis notatur Tiberius Nero Cæſar.*

Feminarum quoque, & quidem illuſtrium, capitibus quantopere ſolitus ſit illudere, 1
evidentiſſime apparuit Malloniæ cujuſdam exitu: quam perductam [1], nec quidquam amplius pati conſtantiſſime recuſantem [2] delatoribus objecit [3]: ac ne ream quidem interpellare deſiit, *Ecquid pœniteret* [4]? donec ea, relicto judicio, domum ſe abripuit, ferroque tranſegit, obſcœnitate oris hirſuto, atque olido [5] ſeni clare exprobrata. Unde nota [6] in Atellanico [7] exodio [8] proximis ludis aſſenſu maxi- 2
mo

Perducere dicuntur lenones, cum aliquam, aut aliquem, ſtupratori conciliant. Juſtin. IX. 6. 6. *Nam perductum*, Pauſaniam, *in convivium, ſolutumque mero Attalus, non ſua tantum, verum & convivarum libidini, velut ſcortum vile ſubjecerat.* Eo alludit Plaut. Moſt. III. 2. 158.

Apage iſtum a me perductorem: nihil moror ductarier.

Cicer. Verr. I. 12. *Lenonum, aleatorum, perductorum nulla mentio fiat.* Ubi Aſconius *perductores* a lenonibus diſtinguit, quod *lenones ſunt ſcortorum: perductores etiam invitarum perſonarum, & in quibus ſtupra exercita legibus vindicantur.* Noſt. Veſp. 22. 5.

2. Nec quidquam amplius.... i. quæ parata erat pati omnia, n. quæ feminarum ſunt, i. legitimum concubitum; ſed non hanc téterrimam fellationis libidinem. *Beroaldus.*

3. Delatoribus objecit i. accuſatores immiſit, ſubornavit, qui eam impudicitiæ, & forte adulterii accuſarent.

4. Ecquid poeniteret. n. quod ſibi irrumare volenti ore morigerari recuſaſſet. *Beroaldus.*

5. Olido i. male *olenti*, fœtenti. Juven. XI. 170.

——— *nudum olido ſtans*
Fornice mancipium quibus abſtinet,

Catul. 42. 13.

Non aſſis facis, olidum lupanar.

6. Nota, quia, *oris obſcœnitate* objecta, infamia *notatus* eſt Tiberius. V. *Turneb. Adv.* XIV. 17.

7. Atellanicum exodium dicit noſter, ut *Atellanicum verſum* Cicer. de Divin. II. 10. & *Atellanicam artem* Macrob. Saturn. I. 10. Differebat vero *Atellana* Latina, ut docent *Salmaſ. Exercit. Plin. p.* 77. *A. Buleng. de theatr.* I. 6. & 10. a Græca Satyrica tantum eo, quod in Satyrica Satyrorum fere

Digitized by Google

mo excepta percrebruit: *Hircum* [9] *vetulum capreis* [10] *naturam* [11] *ligurrire* [12].

re perſonæ inducebantur, aut aliæ æque ridiculæ, in *Atellanis* Oſcæ, ut Maccus. Dicebatur *Atellana* a civitate Campaniæ, ubi actitatæ ſunt plurimæ. *Euanthius de trag. & com. p.* 4. Salibus & jocis erat compoſita, & in ſe non habebat niſi vetuſtam elegantiam. *Donat. de trag. & com. p* 2. V de *Atellanis* quoque *Scalig. Poet.* I. 7. Poetam *Atellanæ* V. *infr. Cal.* 27. 9.

8. EXODIA & ἔξοδοι dicuntur modi tibicinum, quibus receptui canebatur. Suidas. Ἐξόδιοι νόμοι, αὐλήματα, ut Suidam emendat Kuſterus, δι' ὧν ἐξῄεσαν οἱ χοροί, καὶ οἱ αὐληταί. Heſychius. Ἀλλ' ἄναξ, ἐξόδιον ἡμῖν κιθαρῳδεῖ, τὸ καλλίκαλον καὶ τὸ νῦν. In Atellanis fabulis vocabantur diverbia, quod tragœdiis ſcena egreſſis ad recreandum ſpectatorem e priſtina modeſtia ſubjiciebantur. Juven. VI. 71.

Urbicus exodio riſum movet Atellanæ.

Præter argumentum inſerebantur fabulis. De illis Schol. Juven. Sat. III. 175. *Exodiarius apud veteres in fine ludorum intrabat, quod ridiculus foret; ut, quidquid lacrymarum atque triſtitia coegiſſent ex tragicis affectibus, hujus ſpectaculi riſus detergeret.* Liv. VII. 2. *Poſtquam lege hac fabularum ab riſu, ac ſoluto joco res avocabatur, & ludus in artem paullatim verterat, juventus hiſtrionibus fabellarum actu relicto, ipſa inter ſe more antiquo ridicula intexta verſibus jactitare cœpit, quæ inde exodia poſtea appellata, conſertaque fabellis potiſſimum Atellanis ſunt: quod genus ludorum ab Oſcis acceptum tenuit juventus.* V. etiam *Turneb. Adv.* III. 17: X. 17: XIV. 17. *Buleng. de Theatr.* I. 9: II. 13. *Valeſ. in Marcell p.* 370. *Salmaſ. in Vopiſc. Aurel. c.* 42. *Voſſ. Inſtitut. Poet.* II. 35. §. 2: III. 9. §. 4.

9. HIRCUS dicebatur, cui os ex fœda, & deteſtabili libidine olebat. Catull. 37. 4.

—— *& putare cæteros hircos.*

Scalig. Conj in Varr. p. 132. & ex illo Voſſ. Lex.

10. CAPREIS dum dicitur, & ad animal, & ad inſulam alluditur. V. *Rutgerſ. V. L.* VI. 7. *Voſſ. Inſtit. Poet.* III. 9. 4. *Scalig. Poet.* I. 7.

11 NATURA eſt ea pars corporis, qua ſexus diſcriminatur. Obſeq c. 113. Cicer. Divin. II. 70. *Mulier duplici natura inventa.* c. 111. *Puella gemina feminea natura.* De virili Capitol. Gord. c. 19. *Quod eſſet natura propenſioris* i. haberet pudendum enormius & improbius, *Priapum, non Priamum ſæpe vocitarunt.* (Quæ etiam Græcis φύσις dicitur.)

12. LIGURRIRE i. lingere. Fœdam hanc libidinem taxat Senec. de Benef IV. 31. *Quid tu, cum Mamercum Scaurum conſulem faceres, ignorabas ancillarum ſuarum menſtruum ore illum hiante exceptare?* Talem *cunnilingum* vocat Mart. IV. 42. 10.

Quod notum eſt, quod & ipſe non negabis,
Dixi te, Coracine, cunnilingum.

Et *obſcœnitatis in feminas reus* dicitur *infr. Claud.* 15. 13. Proprie *ligurrire* quid ſit, docet ad Terent. Eun. V. 4, 14.

Quæ, cum amatore ſuo quum cœnant, ligurriunt.

Donatus. *Ligurrire dicitur, qui eleganter & more ſuum multo faſtidio ſuaviora quæque deguſtat:* poſtquam ad II. 2. 4.

—— *itidem patria qui abligurrierat bona.*

dixerat. *Abligurrierat* i. *ſuavibus eſcis conſumpſerat. Nam* ἀπὸ τοῦ λιγυροῦ *eſt ligurrire: &* λιγυρὸν *Græci ſuave appellant.*

CAPUT XLVI.

ARG. *Peregrinationum, & expeditionum comites non ſalario, ſed cibariis tantum pecunia parcus ſuſtentat Tiberius Nero Cæſar.*

1 Pecuniæ parcus [1] ac tenax, [2] comites [2] peregrinationum expeditionumque nunquam ſala-

PECUNIÆ PARCUM fuiſſe Tiberium Dio quoque affirmat LVIII. p. 631. B. Καὶ γὰρ τὰ χρήματα δι' ἀκρίβειας ἢ δεῖπνα μᾶλλον ἐποιεῖτο. *Erat pecunia, quam cœnis intentior Tiberius* Sed negat LVII. p. 608. C. Ἐλάχιστα γὰρ ἐς αὐτὸν δαπανῶν, πλεῖστα ἐς τὸ κοινὸν ἀνήλισκε: πάντα μὲν ὡς εἰπεῖν τὰ δημόσια ἔργα, τὰ μὲν ἀνοικοδομῶν, τὰ δὲ ἐπικοσμῶν: πολλὰ δὲ καὶ πόλεσι καὶ ἰδιώταις ἐπαρκῶν. *Minimos vero ſumptus pro ſe, plurimos pro Republica faciebat, omnia propemodum publica opera aut reficiens, aut exornans, multa quoque civitatibus, & privatis hominibus ſuppeditans.* Negat quoque Tacit. Ann. I. 75. 2: *Reſiſtentibus ærarii prætoribus, ſubvenit Cæſar, pretiumque ædium Aureliæ tribuit, eroganda per honeſta pecunia cupiens: quam virtutem diu retinuit, cum cæteras exueret* III. 18. 2. *M. Piſonem ignominia exemit, conceſſitque ei paterna bona, ſatis firmus, ut ſæpe memoravi, adverſum pecuniam.* V *Caſaubonum.*

2. COMITES Auguſti dicebantur, qui Auguſtum in omnibus proceſſibus, ut vocabant, & expeditionibus bellicis *comitarentur.* Vetus ſaxum Mediolani.

C. SENTIO
SEVERO
QVADRATO
C. V. COS.
AMICO. ET
COM. AVG. N.

Amici quoque dicebantur Auguſti, quod in interiorem familiaritatem principis admiſſi, & in contubernium

ſalario [3], cibariis tantum ſuſtentavit: una modo liberalitate ex indulgentia vitrici proſecutus, cum tribus claſſibus [4] factis pro dignitate cujuſque primæ [5] ſexcenta ſeſtertia [6], ſecundæ quadringenta diſtribuit, ducenta tertiæ, quam non amicorum, ſed Græcorum [7] appellabat.

tubernium adſciti omnibus ejuſdem conſiliis intereſſent. V. *Spartianum ſupr. Cæſ.* 52. 4. §. 10. & *familiares*. Spartian. Adrian. c. 3. *Ad bellum Dacicum Trajanum in familiaribus proſecutus eſt.* V. *Salmaſ. in Spartian. Adrian. c.* 18.

3. SALARIUM i. ſtipendium. Plin. XXXIV. 3. *Nec pudet tribunorum militarium ſalariis emere.* Proprie tamen tribunorum militarium & ducum erat annona, forte quod nihil *ſale* victui magis erat neceſſarium. Unde Plin. XXXI. 7. *Vocabulum hoc honoribus etiam militiaque interponitur, ſalariis inde dictis.* Vopiſc. Aurelian. c. 9. *Nam illi Romam venienti ſalaria ſui ordinis ſunt decreta.* Quæ qualia fuerint, idem docet, quum ſtatim ſubjicit fuiſſe *panes militares mundos ſedecim, panes militares caſtrenſes quadraginta, vini menſalis ſextarios quadraginta, porcellum dimidium, gallinaceos duos.* V. *Turneb. Adv.* XVIII. 22. *Putean. de ſtipend. mil. c.* 2. *Sagitt. Or. Jenenſ. diſſ.* 9.

4. CLASSIBUS i. ordinibus. Veteres in varias *claſſes* & ordines amicos dividebant. Senec. de Benef. VI. 34. *Apud nos primi omnium C. Gracchus, & mox L. Druſus inſtituerunt ſegregare turbam ſuam, & alios in ſecretum recipere, alios cum pluribus, alios univerſos. Habuerunt itaque iſti amicos primos, habuerunt & ſecundos.* Nec minus ipſi imperatores. Lamprid. in Alex. c. 20. *Moderationis tantæ fuit, ut amicos non ſolum primi, ac ſecundi loci, ſed etiam inferioris ægrotantes viſeret.* Euſeb. de vit. Conſtantin. IV. 1. Κωμίτων δ' οἱ μὲν πρώτου τάγματος ἠξιοῦντο· οἱ δὲ δευτέρου· οἱ δὲ τρίτου. *Jam comitum alios in primo ordine collocavit, alios in ſecundo, alios in tertio.* Comites vero principis & amicos eoſdem fuiſſe dictum §. 2. V. etiam *Salmaſ. Spartian. Adrian. c.* 18. *Pollion. Tyran. c.* 12. *Lipſ. in Tacit. Ann. p.* 105.

5. PRIMÆ claſſi, quæ *primæ admiſſionis* dicitur Senec. de Clem. I. 10. *Et totam cohortem primæ admiſſionis ex adverſariorum caſtris conſcripſit.*

6. SEXCENTA SESTERTIA i. quindecim millia coronatorum.

7. GRÆCI ſemper in principum virorum comitatu fuere, iique ut plurimum literati & philoſophi. Cicer. Mil. c. 10. *Obviam fit ei Clodius expeditus, in equo, nulla rheda, nullis impedimentis, nullis Græcis comitibus, ut ſolebat.* in Piſon. c. 18. *Atque hoc quidem etiam iſti tui dicunt voluptarii, Græci: quos utinam ita audires, ut erant audiendi.* Tales etiam in comitatu Tiberii infr. 56. 1. & dicuntur fuiſſe Zeno, Seleucus Grammaticus, Theodorus Gadareus Rhetoricæ præceptor. Hos quotidie poſitis *quæſtionibus exploriebatur* infr. 70. 7. Hos non amicorum, ſed *Græcorum* eſſe dixit, quia *Græcos* & illorum linguam contemnebat Tiberius, ut dicam infr. 71. 1. §. 1. Interim V. de hoc loco concertantes *Turneb. Adv.* XIV. 17. *Caſaubonum, Boxhornium, Grævium ad hunc locum.*

CAPUT XLVII.

ARG. *Opera nulla facit, ſpectacula non edit, & paucorum ſenatorum inopiam ſuſtentat Tiberius Nero Cæſar.*

Princeps neque opera [1] ulla magnifica fecit. Nam & quæ ſola ſuſceperat, Augu- 1
ſti templum [2], reſtitutionemque Pompejani [3] theatri, imperfecta [4] poſt tot annos reliquit: neque ſpectacula omnino edidit: & iis, quæ ab aliquo ederentur, rariſſime interfuit, ne quid expoſceretur [5], utique poſtquam comœdum [6] Actium coactus

OPERA magna *ſuo, ſuorumque nomine exſtruxiſſe,* Tiberio dum adulatur, dicit *Paterc.* II. 130. 1. negat noſter, collapſa vero refeciſſe, & jam facta exornaſſe admiſit *Dio ſupr.* 46. 1. §. 1.

2. AUGUSTO TEMPLUM etiam in Urbe poſitum fuiſſe docuit nos *Aurelius Victor ſupr. Aug.* 52. 1. §. 5.

3. POMPEJI *theatrum incenſum* fuiſſe ad a. 2037. dicit *Euſebius*. V. illud *ſupr. Aug.* 31. 10. §. 46.

4. IMPERFECTA, *ſemiperfecta abſolviſſe* Caligulam dicit noſt. infr. 21. 1. *perfeciſſe*, ſed non dedicaſſe Tiberium tradit Tacit. Ann. VI. 45. 3. *Ne publice quidem niſi duo opera ſtruxit, templum Auguſto, & ſcenam Pompejani theatri: eaque perfecta contemptu ambitionis, an per ſenectutem, haud dedicavit.* V. quoque Dion. *infr. Claud.* 21. 2. §. 2.

5. EXPOSCERE ſpectaculorum tempore ab imperatoribus interdum quædam ſolebat populus. Ita Tanuſia T. Vinio marito proſcripto illorum tempore ab Auguſto veniam impetravit *ſupr. Aug.* 27. 3. §. 9. & a Tiberio Actius libertatem.

6. COMOEDUM i. hiſtrionem, actorem *comœdiarum*. Talis fuit Roſcius, de quo Horat. Epiſt. II. 1. 82.

Quæ gravis Æſopus, quæ doctus Roſcius egit.

Comœdos ſervorum numero olim habitos eſſe monet

2 actus [7] eſt manumittere. Paucorum ſenatorum inopia ſuſtentata [8], ne pluribus opem ferret [9], negavit ſe aliis ſubventurum, niſi ſenatui juſtas neceſſitatum cauſas probaſ-
3 ſent [10]. Quo pacto, pleroſque modeſtia & pudore deterruit [11], in quibus Hortalum [12] Q. Hortenſii [13] oratoris nepotem [14], qui permodica re familiari, auctore [15] Auguſto, quatuor liberos [16] tulerat [17].

net *Beroaldus*, & docet African. Digeſt. xxi. 1. 34. *Cum ejuſdem generis plures res ſimul veneant, veluti comœdi, vel chorus: referre ait, in univerſes, an in ſingulos pretium conſtituatur.*

7. Coactus forte populi precibus, licet hoc ſe neſcire fateatur *Glareanus*.

8. Senatorum inopiam sustentare i. ſenatoribus, qui cenſum. V. illum Aug. 41. 4. i. tot bona, ſine quibus ſenatores eſſe non poterant, non habentibus liberalitate ſuccurrere, & illorum *cenſum explere*, ut loquitur de Tiberio Paterc. ii. 129. 3. *Quoties ſenatorum cenſum quam libenter explevit, ut neque luxuriam invitaret, neque honeſtam paupertatem pateretur dignitate deſtitui? Senatorum cenſus juvare* dicet *Tacit.* §. 12.

9. Ne pluribus opem ferret. Paullo fuſius Senec. de Benef. ii. 7. *Tiberius Cæſar rogatus a Nepote Marco Allio prætorio, ut æri alieno ejus ſuccurreret, edere illum ſibi nomina creditorum juſſit. Hoc non eſt donare, ſed creditores convocare. Cum edita eſſent, ſcripſit, Nepoti juſſiſſe ſe pecuniam ſolvi: adjecta contumelioſa admonitione effecit, ut nec æs alienum haberet, nec beneficium. Liberavit illum a creditoribus, ſibi non obligavit. Aliquid Tiberius ſecutus eſt: puto noluit plures eſſe, qui idem rogaturi concurrerent. Iſta fortaſſe efficax ratio fuerit, ad hominum improbas cupiditates pudore reprimendas.*

10. Senatui causas probassent. Idem tradit Tacit. Ann. i. 78. 3. *Propertio Celeri prætorio, veniam ordinis ob paupertatem petenti, decies ſeſtertium largitus eſt, ſatis comperto paternas ei anguſtias eſſe. Tentantes eadem alios probare cauſam ſenatui juſſit; cupidine ſeveritatis in his etiam, quæ rite faceret, acerbus. Unde cæteri ſilentium & paupertatem confeſſioni & beneficio præpoſuere.* Quorum verbum ſit *probare*, dixi *ſupr. Aug.* 8. 3. §. 13.

11. Deterruit Hortalum non a petendo, ſed a probando illud ipſum, quod conceſſerat Tiberius. Narrat enim Tacit. Ann. ii. 38. 6. Tiberium, oratione acerbiori in *pauperes liberis ſuis pecunias petentes* habita, *Hortalo reſpondiſſe, ſi patribus videretur, ſe daturum liberis ejus ducena ſeſtertia ſingulis, qui ſexus virilis eſſent.* Et his hæc ſubjicit n. 7. *Siluit Hortalus, pavore, an avitæ nobilitatis etiam inter anguſtias fortunæ retinens. Neque miſeratus eſt poſthac Tiberius, quamvis domus Hortenſii pudendam ad inopiam dilaberetur.*

12. Hortalum, de quo Tacit. Ann. ii. 37. 1. *Cenſus quorundam ſenatorum juvit: quo magis mirum fuit, quod preces M. Hortali nobilis juvenis, in paupertate manifeſta, ſuperbius accepiſſet.*

13. Q. Hortensius *orator* fuit diſertiſſimus. Quintil. Inſtit. xi. 3. *Plurimum Q. Hortenſium valuiſſe: cujus rei fides eſt, quod ejus ſcripta tantum intra famam ſunt, qui diu princeps oratorum, aliquando æmulus Ciceronis exiſtimatus eſt, noviſſime, quoad vixit, ſecundus.* Illum laudat quoque *Aſcon. in Cicer. p.* 27.

14. Nepotem ex filio, ut putat *Lipſ. Tacit. Ann. p.* 43. quia Hortalus Hortenſiæ gentis eſt cognomen. Unde & hic Hortenſius vocatur, ſi non Val. Max. iii. 5. 4. hæc prodenti: *Jam & Q. quidem Hortenſii, qui in maximo & ingenuorum civium* (& *ingeniorum*, & *civium* legit Lipſius) *ampliſſimorum proventu, ſummum auctoritatis atque eloquentiæ gradum obtinuit, nepos Hortenſius Corbio omnibus ſcortis abjectiorem, & obſcœniorem vitam exegit.* Negat enim eundem eſſe, quia a noſtro inter *modeſtia & pudore deterritos* refertur, *Terrentius*, quamvis hoc aſſerat *Lipſius*. Forte Gell. N. A. xix. 9. qui illum *Catullo, Calvo, Cinnæ, Memmio* poetis æqualem facit.

15. Auctor qui fuerit *Auguſtus* hujus conjugii, docet Tacit. n. 2. *Nepos erat oratoris Hortenſii, inlectus a divo Auguſto liberalitate decies ſeſtertium ducere uxorem, ſuſcipere liberos, ne clariſſima familia exſtingueretur.*

16. Quatuor liberos cum ſuſcepiſſet Hortalus, tanto magis a principe Tiberio foveri merebatur, cum & qui tres liberos habebant, immunitatibus donarentur. *Beroaldus.*

17. Tulerat i. genuerat. Lactant. i. 16. V. illum infr. Claud. 19. 3. Noſt. Cal. 7. 1. Claud. 1. 13: 27. 1. V. Curt. ix. 1. 25. §. 69.

CAPUT XLVIII.

ARG. *Munificentiam publice raro exhibet, montem Cælium Auguſtum appellari jubet, munera parva prætorianis, & Syriacis legionibus largitur, veteranorum miſſiones rariſſimas facit, & ſolam Aſiam liberalitate ſua ſublevat Tiberius Nero Cæſar.*

Publice munificentiam [1] bis omnino [2] exhibuit: propoſito [3] millies HS [4] gratui- 1
to [5] in triennii tempus [6]: & rurſus [7] quibuſdam dominis [8] inſularum [9], quæ in
monte Cælio [10] deflagrarant, pretio [11] reſtituto. Quorum alterum magna difficulta- 2
te nummaria [12] populo auxilium flagitante coactus eſt facere, cum per ſenatuſcon-
ſultum ſanxiſſet, ut fœneratores [13] duas patrimonii partes [14] in ſolo [15] collocarent,
debi-

Munificentiam, πολυδωρίαν V. ſupr. Cæſ. 10. 3. §. 21.

2. Bis omnino, imo & tertia vice munificentiam exhibuit Tiberius. Narrat illam Dio LVIII. p. 638. A. Σέξτου δὲ δὴ Παπινίου μετὰ Κοΐντου Πλαυτίου ὑπατεύσαντος, ὅ τε Τίβερις πολλὰ τῆς πόλεως ἐπέκλυσεν, ὥστε πλευσθῆναι: καὶ πυρὶ πολὺ πλεῖω περί τε τὸν ἱππόδρομον καὶ περὶ τὸν Αὐεντῖνον ἐφθάρη: ὥστε τὸν Τιβέριον δισχιλίας καὶ πεντακοσίας μυριάδας τοῖς ζημιωθεῖσί τι ἀπ' αὐτοῦ δοῦναι. *Sexto Papinio, Q. Plautio conſulibus*, qui erat annus ab U. C. 788. *Faſtis Capitolinis*, & *Pigh. Ann.* III. *p.* 563. *Tiberis multas Urbis partes aqua replevit, ita ut navibus pervia eſſent: incendio longe plura propter circum & Aventinum perierunt: itaque Tiberius millies ſeſtertium iis, qui damnum inde tuliſſent, levandis impendit.* Eandem *munificentiam* laudat, ſed ſolo *igne affectam* fuiſſe *Urbem* dicit *Tacit. Ann.* VI. 45. 1. 2. V. & *Caſaubonum.* De voce ipſa V. ſupr. Aug 20. 1. §. 2.

3. Proponere i. *publice* notum facere, edere, ut *infr. Cal.* 14. 3: 16. 2. *Per menſas diſponere* dixit *Tacit. ſupr. Aug.* 41. 3. §. 4.

4. Millies HS i. vicies quinquies centenis millibus coronatorum. V. *ſupr. Cæſ.* 26. 4, §. 24.

5. Gratuito i. ſine fœnore, ſine uſura. V. ſupr. Cæſ. 27. 2. §. 10.

6. In triennii tempus, quod ad Sergium Galbam, & L. Cornelium Syllam conſules juxta *Pigh. Ann.* III. *p.* 561. anno ab U. C. 785. refert Dio LVIII. p. 634. E. Τό τε πρᾶγμα τὸ κατὰ τὰ δανείσματα ἐμετρίασε, καὶ δισχιλίας καὶ πεντακοσίας τῷ δημοσίῳ δοῦναι, ὥστ' αὐτὰ ὑπ' ἀνδρῶν βουλευτῶν ἀτόκως τοῖς δεομένοις ἐς τρία ἔτη ἐκδανεισθῆναι. *Rem fœnebrem moderatus eſt, & millies HS Reipublicæ largitus eſt, ut ex ea pecunia ſenatores in tres annos ſine uſura, quod opus eſſet, egentibus, mutuo darent.*

7. Et rursus, n. M. Licinio Craſſo, L. Calpurnio Piſone conſulibus, *Tacit. Ann.* IV. 62. 1. qui fuit annus ab U. C. 779. juxta *Faſtos Capitolinos*, & *Pigh. Ann.* III. *p.* 555. calculum.

8. Dominis i. poſſeſſoribus. V. ſupr. Cæſ. 41. 6. §. 30.

9. Insularum, de quibus fuſius ſupr. Cæſ. 41. 6. §. 31.

10. Cælius mons Palatino fuit contiguus. Illum reliquis montibus addiderunt Romulus & Tatius. Dionyſ. A. R. II. p. 113. Οἱ δὲ περὶ τὸν Ῥωμύλον καὶ Τάτιον τήν τε πόλιν εὐθὺς ἐποίουν μείζονα, προσθέντες ἑτέρους αὐτῇ δύο λόφους, τόν τε Κυρίνιον κληθέντα, καὶ τὸν Καίλιον, Ῥωμύλος μὲν τὸ Παλάτιον κατεῖχεν, καὶ τὸ Καίλιον ὄρος: ἐστὶ δὲ τῷ Παλατίῳ προσεχές. *Cæterum Romulus & Tatius cum ſuis Urbem ſtatim auxerunt, additis illi aliis duobus collibus Quirinali & Cælio. Romulus tenebat Palatium, & Cælium: is enim Palatio eſt contiguus.* II. p. 104. Ἀφ' οὗ τις ἡγεμὼν ἐκ Τυρρηνίας ἐλθόντος, ᾧ Καίλιος ὄνομα ἦν, τῶν λόφων τις, ἐν ᾧ καθιδρύθη, Καίλιος εἰς τόδε χρόνου καλεῖται. *A duce quodam ex Etruria profecto, cui nomen Cælius erat, quidam collis, in quo conſedit, ad hoc uſque tempus Cælius vocatur.* Antea fuit dictus *Querquetulanus, quod talis ſylva frequens, fœcunduſque erat.* Tacit. Ann. IV. 65. 1.

11. Pretio restituto, de qua liberalitate Paterc. II. 130. 2. *Qua liberalitate cum alias tum proxime incenſo monte Cælio, omnis ordinis hominum jacturæ, patrimonio occurrit ſuo.* Tacit. Ann. IV. 64. 1. *Nondum ea clades exoleverat, cum ignis violentia Urbem ultra ſolitum affecit, deuſto monte Cælio.:.. ni Cæſar obviam iſſet, tribuendo pecunias ex modo detrimenti. Actæque ei grates apud ſenatum ab illuſtribus; famaque apud populum, quia ſine ambitione, aut proximorum precibus, ignotos etiam, & ultro accitos munificentia juverat.*

12. Difficultate nummaria i. cum magna eſſet *nummorum* penuria, cum grande eſſet æs alienum. Cicer. Verr. II. 28. *Et ſimul oſtendit, ſe in ſumma difficultate eſſe nummaria.* * Difficultas enim eſt paupertas. Aſcon. in Cicer. p. 19. *Difficultatem paupertatem ſignificat. Terentius e contrario* Adelp. III. 4. 56. *Quam vos facillime agitis?* V. Vit. Ter. n. 19. §. 51. De re ipſa Tacit. Ann. VI. 17. 1. *Hinc inopia rei nummariæ, commoto ſimul omnium ære alieno.*

13. Foeneratores i. homines ditiores. Flor. I. 23. 1. *Prima diſcordia ob impotentiam fœneratorum.* Noſt. *Ner.* 30. 6. *Vit.* 14. 3.

14. Duas patrimonii partes.... Et ita hac de re Tacit. Ann. VI. 17. 2. *Ad hoc ſenatus præſcripſerat, duas quiſque fœnoris partes in agris per Italiam collocaret.* Similis locus apud Plin. Epiſt. VI. 19. *Eoſdem patrimonii tertiam partem conferre juſſit in ea, quæ ſolo continerentur.* Ex re vero eſt reipublicæ, ut fœnore imminuto agris pretium accedat. Hoc obtinuit ſenatus apud Plin. l. l. *Scis tu acceſſiſſe pretium agris, præcipue ſuburbanis.* V. ſupr. Aug. 41. 2. §. 3.

15. Res soli dicuntur ædes, agri, fundi, & cæteræ res immobiles *ſolo* conjunctæ. Ulpian. Digeſt. XLIII. 16. 3. §. 15. *Niſi ſi rei ſoli accedebant res mobiles.* Verbum eſſe Ictorum docet Senec. N. Q. II. 1. *Tertia illa pars de agris, terris, arbuſtis, ſatis quærit, & (ut Juriſconſultorum verbo utar) de omnibus quæ ſolo continentur.* Apud Ictos circumferuntur hi duo verſus:

debitores totidem æris alieni ſtatim ſolverent, nec res expediretur [16]: alterum ad
3 mitigandam [17] temporum atrocitatem [18]. Quod tamen beneficium tanti æſtimavit,
4 ut montem Cælium appellatione mutata vocari Auguſtum [19] juſſerit. Militi poſt duplicata [20] ex Auguſti teſtamento [21] legata nihil unquam largitus eſt præterquam ſingula millia denariorum [22] prætorianis, quod Sejano [23] ſe non accommodaſſent [24]: & quædam munera Syriacis [25] legionibus, quod ſolæ nullam Sejani [26] imaginem inter ſigna [27] coluiſſent [28]: atque etiam miſſiones veteranorum [29] rariſſimas fecit [30], ex

Quidquid plantatur, ſeritur, vel ædificatur,
Omne ſolo cedit, radices ſi tamen egit.

V. *Torrentium*, *Calvini Lexicon juridicum. Catan. in Plin. Epiſt.* VI. 19.

16. NEC RES EXPEDIRETUR I. ob difficultatem nummariam diſſolvi non poterant ſtatim a debitoribus duæ partes æris alieni. Phædr. 17. 2.

Non rem expedire, ſed mala videre expetit.

Noſt. Gramm. II. 4.

17. MITIGANDAM I. leniendam, minuendam. *Severitatem acerbam multis condimentis humanitatis mitigare* dicit Cicer. Epiſt. Frat. I. I. Proprie *mitigare* eſt maturum reddere. Cicer. de Repub. IV. apud Non. IV. 293. *Cumque autumno terras ad concipiendas fruges patefecerit, hyeme ad conficiendas compreſſerit, vere ad effundendas relaxarit, æſtate ac maturitate alias mitigaverit, alias torruerit.*

18. TEMPORUM ATROCITATEM I. graviorem, quæ illo tempore acciderat, cladem. Noſt. *Cal.* 6. 4. Quid *atrox* proprie ſit, dixi ad Curt. VIII. I. 50. 134.

19. AUGUSTUM VOCARI montem *Cælium* juſſit Tiberius, non ſenatus, ut vult Tacit. Ann. IV. 64. 4. *Adduntur ſententiæ, ut mons Cælius in poſterum Auguſtus appellaretur: quando cunctis circum flagrantibus, ſola Tiberii effigies, ſita in domo Junii ſenatoris, inviolata manſiſſet.* Vocari vero voluit *Auguſtum* in nominis ſui honorem, quia & ipſe ex adoptione *Auguſtus.*

20. DUPLICAVIT *legata* ad ſeditionem a milite motam comprimendam. Tacit. Ann. I. 36. 4. *Volutatis inter ſe rationibus, placitum, ut epiſtola nomine principis ſcriberentur.... legata, quæ petiverant, exſolvi, duplicarique.*

21. AUGUSTI TESTAMENTO, quod V. *ſupr. Aug.* 102. 4.

22. SINGULA MILLIA DENARIORUM I. ſingulos centenos coronatos. Mille namque denarii quatuor ſeſtertiorum nummorum millibus æquivalent. Novem prætorianorum cohortes fuerint (tot enim Auguſtus circa ſe habuit) & ſingulæ non plures, quam legionariæ, milites habuerint, I. quadringentos & viginti. Sic CCCLXXVIII I. coronatorum M. donativum illud conſtiterit. *Schildius.*

23. SEJANUS *genitus Vulſiniis, patre Sejo Strabone equite Romano.* Tacit. Ann. IV. I. 3. *L. Ælius* dictus Dion. LVII. p. 616. *B.* & *Ælius Sejanus* Tacit. ibid. II. 2. & Paterc. II. 127. 2. mutatoque inflexoque, ut ſolet, patris nomine, alicui ex *Æliis* in adoptionem datus, ut putat *Lipſ. in Tacit. p.* 80. Præfectus fuit prætoriis cohortibus. Tacit. Ann. IV. I. 2. V. & §. 24.

24. NON ACCOMMODASSENT I. Tiberium de medio tollere conanti ſe non applicuiſſent, non adhæſiſſent. Qui Tiberio inſidias compoſuerit Sejanus, & illas indicaverit Antonia, Druſi quæ fuerat uxor, narrat Joseph. Ant. Jud. XVIII. 8. Ἐπιβουλῆς γὰρ μεγάλης συστάσης ἐπ' αὐτὸν ὑπὸ Σηιανοῦ φίλου τε ἀνδρὸς, καὶ δύναμιν ἐν τῷ τότε μεγίστην ἔχοντος, διὰ τὸ τῶν στρατευμάτων εἶναι ἡγεμονίαν αὐτῷ, καὶ τῆς τε βουλῆς οἱ πολλοὶ, καὶ τῶν ἀπελευθέρων προσέθεντο, καὶ τὸ στρατιωτικὸν διέφθαρτο: προὔκοπτέν τε ἡ ἐπιβουλὴ ἐπὶ μέγα, κἂν ἐπέπρακτο Σηιανῷ τὸ ἔργον, μὴ τῆς Ἀντωνίας τόλμῃ χρησαμένης σοφωτέρᾳ τῆς Σηιανοῦ κακουργίας: ἐπεὶ γὰρ μανθάνει τὰ ἐπὶ τῷ Τιβερίῳ συγκείμενα, γράφει πρὸς αὐτὸν τὰ πάντα ἀκριβῶς, καὶ Πάλλαντι ἐπιδοῦσα τὰ γράμματα τῷ πιστοτάτῳ τῶν δούλων αὐτῆς, ἐκπέμπει πρὸς Τιβέριον εἰς τὰς Καπραίας. *Cum enim res novas contra eum moliretur Sejanus amicorum unus, vir valde potens propter præfecturam prætorianorum militum, conſpirantibus multis ſenatoribus, & libertis Cæſaris, & viris militaribus incidit in magnas inſidias, quas perfeciſſet Sejanus, niſi Antonia ſapienter occurriſſet Sejani malitiæ: quam primum enim intellexit inſidias in Tiberium compoſitas, rem totam ei accurate perſcripſit, traditiſque literis Pallanti ſervorum fidiſſimo miſit eum Capreas ad Tiberium.* Xiphil. infr. Veſp. 3. 4. §. 13. Unde Juven. x. 74.

——— *idem populus, ſi Nurtia Tuſco*
Faviſſet, ſi oppreſſa foret ſecura ſenectus
Principis, hac ipſa Sejanum diceret hora
Auguſtum.

25. SYRIACIS I. in *Syria* militantibus.

26. SEJANO ſtatuas & imagines poni permiſit Tiberius. Dio LVII. p. 617. C. Τοῦ δὲ δὴ Σηιανοῦ ζῶντος ἐν τῷ θεάτρῳ χαλκῆν ἔστησε: κἀκ τούτου πολλαὶ μὲν ὑπὸ πολλῶν εἰκόνες αὐτοῦ ἐποιήθησαν. *Sejani etiam vivi ſtatuam æneam in theatro poſuit: inde multæ ejuſdem imagines a multis factæ.* V. & infr. 65. I. §. 2.

27. INTER SIGNA. V. Cal. 14. 5. §. 18.

28. COLI tamen *per theatra & fora effigies ejus*, Sejani, *interque principia legionum ſiverat* antea Tiberius. Tacit. Ann. IV. 2. 4. Non *coluerunt* eas legiones Syriacæ, quia Sejano minus favebant: cujus vel invidebant fortunæ, vel fidem erga imperatorem habebant ſuſpectam. Quod monet quoque *Caſaub. Exercit. contr. Baron.* XV. 21.

29. VE-

ex ſenio mortem, ex morte compendium [31] captans. Ne provincias quidem ulla 5
liberalitate ſublevavit; excepta Aſia [32], disjectis terræ motu [33] civitatibus [34].

29. Veterani in Republica libera dicebantur, poſtquam viginti quinque ſtipendia expleviſſent. Docet hoc Servius Æn. II. 157. *Plerumque ſacramento rogati, qui poſt electionem in Rempublicam jurant: & hi ſunt, qui habent plenam militiam. Nam & viginti quinque annis tenentur.* In oppreſſa ſtipendiorum numerum mutavit Auguſtus, & reduxit in gratiam turbæ militaris ad annos viginti, quibus expletis cenſebantur *veterani*. Suidas. Βετρανὸς παρὰ Ῥωμαίοις ὁ ἀπολυθεὶς τῆς στρατείας: ἐπὶ εἰκοστιάς δὲ ἔτος ἐλάμβανον. Tacit. Ann. I. 78. 3. *Imparem oneri Rempublicam, niſi viceſimo militiæ anno veterani dimitterentur.* Hæc vero in pedeſtri militia obtinuerunt: equites vero dena duntaxat ſtipendia videntur feciſſe. Liv. XXVII. 11. *Illis omnibus adempti equi, qui Cannenſium legionum equites in Sicilia erant, addiderunt acerbitati etiam tempus; ne præterita ſtipendia procederent iis, qui equo publico meruerant, ſed dena ſtipendia equis privatis facerent.* Lipſ. Tacit. Ann. p. 14. V. & Braid. ad Pollet. for. Rom. III. 10. §. 7.

30. Rarissimas fecit *miſſiones* Tiberius, ne daret præmia, quæ ultra militiæ merita militibus honeſte miſſis dabantur. V. *Torrentium*, & *Valtrin. de Re milit.* VI. 7. De præmiis ſupr. Aug. 49. 5. §. 13.

31. Compendium i. lucrum. Plaut. Bacch. 1. 2. 51.

Compendium edepol haud etati optabile.

Calpurn. Ecl. V. 36.

Parce tamen ſextis, nec ſint compendia tanti.

Inde *compendioſum*, utile. Colum. R. R. I. 4. *Quod etſi per partes nonnunquam damnoſum eſt, in ſumma tamen fit compendioſum.* Noſt. Vit. 2. 2. Claud. 29. 2: 20. 4. Cal. 41. 4. Cum pondera pariant in libra, & invicem ſibi oppoſita æquantur velut in parallelo ſitu, quia tunc fit *compenſatio* i. συσταθμία, ſive ponderum æqualitas, dum *penſare* eſt σταθμίζειν, prope *compendium* eſſe, & inde pro lucro accipi docet pluribus *Salmaſ. Exercit. Plin. p.* 708. *b. A-D.*

32. Asiam sublevavit liberalitate propria, & tributo dimiſſo. Oroſ. VII. 4. *Sane Aſiæ civitates illo terræ motu dirutas, tributo dimiſſe, propria etiam liberalitate donavit.* Οἰκίᾳ δαπάνῃ πάλιν ἀνῴκισεν, dicit Phlegon: & addit, ἀνθ' ὧν κολοσσόν τι αὐτῷ κατασκευάσαντες ἀνέθεσαν παρὰ τῷ τῆς Ἀφροδίτης, ὅ ἐστιν ἐν τῇ Ῥωμαίων ἀγορᾷ, καὶ τῶν πόλεων ἑκάστης ἐφεξῆς ἀνδριάντας παρέστησαν. Quæ Phlegontis verba illuſtrat Abrahami Gorlæi nummus argenteus, in cujus ſuperficie vultus Tiberii, in altera effigies *Aſiæ* muliebri ſpecie ſedens, cum his literis CIVITATIBVS ASIÆ RESTITVTIS, quem laudat *Scalig. in Euſebium* p. 168.

33. Disjectis terræ motu, quas *disjectas* anno 2034. dicit in chronico Euſebius, ſed illum biennii metachroniſmum commiſiſſe monet Scalig. p. 168. De hoc *terræ motu* differentem V. Strabonem *ſupr.* 8. 1. §. 3.

34. Civitatibus duodecim, ut Plin. II. 84. *Maximus terræ memoria mortalium exſtitit motus, Tiberii Cæſaris principatu, duodecim urbibus Aſiæ una nocte proſtratis.* Tacit. Ann. II. 47. 1. *Eodem anno* C. Cœlio L. Pomponio conſulibus. Illos V. infr. Cal. I. 2. §. 12. *duodecim celebres Aſiæ urbes collapſæ nocturno motu terræ.* Senec. N. Q. VI. 1. *Aſia duodecim urbes ſimul perdidit.* Tredecim facit Euſebius ad ann. 2035. *Tredecim urbes terræ motu corruerunt. Epheſus, Magneſia, Sardis, Moſthene, Megaebyero; Ceſarea, Philadelphia, Himolus, Themis, Cuma, Myrrhina, Apollonia, Diahircania.* Sed poſteriora quia valde corrupta, ad Tacit. p. 45. Lipſius ad hanc faciem emendanda, cenſet. *Moſthene, Aga, Hierocæſarea, Philadelphia, Tmolus, Temnus, Cumæ, Myrina, Apollonia, Hircana.*

CAPUT XLIX.

ARG. *Lentulum augurem ad faſtidium vitæ agit, Lepidam condemnat, principes nonnullos bonis ſuis ſpoliat, civitatibus immunitates.... adimit, & Vononem regem ſpoliatum occidit Tiberius Nero Cæſar.*

Procedente mox tempore, etiam ad rapinas convertit animum. Sat conſtat Cn. Len- 1.2
tulum augurem, cui cenſus maximus fuerit [1], metu & angore ad faſtidium vitæ ab eo actum, & ut ne quo niſi ipſo hærede moreretur [2]. Condemnatam [3] & ge- 3
neroſiſſi-

1. Census maximus fuerit i. maximum patrimonium habuerit. Habuit autem quater millies ſeſtertium i. centies centena milia, ſive decem milliones Philippicorum, ut ad Senecam Lipſius. Senec. de Benef. II. 27. *Cn. Lentulus augur, divitiarum maximum exemplum, antequam illum libertini pauperem facerent (hic quater millies ſeſtertium ſuum vidit) ingenii fuit tam ſterilis, quam puſilli animi.*

2. Ipso hærede moreretur. Plin. Paneg. 43. 3. *Sitne feracius, & uberius, non ad laudem modo, ſed ad pecuniam principi, ſi hærede illo mori homines velint, quam ſi cogantur.* Noſt. Vit. 14. 6.

3. De condemnatione Lepidæ Tacit. Ann. III. 23. 3. *Dein tormentis ſervorum patefacta ſunt flagitia, itumque in ſententiam Rubellii Blandi, a quo aqua & igni arcebatur. Huic Druſus aſſenſit, quamquam alii mitius cenſuiſſent. Mox Scauro, qui filiam ex ea genuerat, datum, ne bona publicarentur.*

 4. Ge-

neroſiſſimam [4] feminam Lepidam, in gratiam Quirini [5] conſularis [6] prædivitis, & orbi [7], qui dimiſſam eam e matrimonio poſt vigeſimum annum veneni [8] olim in ſe
4 comparati arguebat. Præterea Galliarum, & Hiſpaniarum, Syriæque & Græciæ principes confiſcatos [9] ob tam leve ac tam impudens [10] calumniarum [11] genus, ut quibuſdam non aliud ſit objectum, quam quod partem rei familiaris [12] in pecunia
5 haberent. Plurimis etiam civitatibus & privatis veteres immunitates & jus [13] metal-
6 lorum [14] ac vectigalium adempta [15]. Sed & Vononem [16] regem Parthorum, qui pulſus

4. GENEROSISSIMAM I. illuſtriſſimo *genere* natam. Nep. Them. I. 2. *Pater ejus Neocles generoſus fuit.* Huic *ſuper Æmiliorum decus L. Sylla ac Cn. Pompejus proavi erant.* Tacit. Ann. III. 22. I.

5. QUIRINUS *P. Sulpicius* dicitur Tacit. Ann. III. 48. I. & Dioni LIV. p. 541. C. *Nihil ille*, ut addit Tacit. n. 2. *ad veterem & patriciam Sulpiciorum familiam pertinuit, ortus apud municipium Lanuvium: ſed impiger militia, & acribus miniſteriis conſulatum ſub divo Auguſto eſt adeptus.* Eruditis videtur eſſe ille, quem cum imperio τιμήσων τῶν οὐσιῶν in Syriam & Judæam miſſum ab Auguſto dicunt Lucas c. 2. n. I. & Joſeph. Ant. Jud. XVIII. I. *Quirinus*, an *Quirinius* dictus fuerit, inter ſe diſputant *Lipſ. in Tacit. p. 73. Dauſq. Orthogr. II. p. 102. Ryck. in Tacit. p. 37.*

6. CONSULEM ſuo Auguſto fuiſſe Quirinum modo dixit Tacitus. *Conſulem* quoque appellat Joſephus. Κυρήνιος δὲ τῶν εἰς τὴν βουλὴν συναγομένων ἀνὴρ, τάς τε ἄλλας ἀρχὰς ἐπιτετελεκὼς, καὶ διὰ πασῶν ὁδεύσας, ὕπατος γενέσθαι, τά τε ἄλλα ἀξιώματι μέγας σὺν ὀλίγοις, ἐπὶ Συρίας παρῆν ὑπὸ Καίσαρος, δικαιοδότης τοῦ ἔθνους ἀπεσταλμένος, καὶ τιμητὴς τῶν οὐσιῶν γενησόμενος. *Interea Quirinius ſenator Romanus per omnes honorum gradus ad conſulatum uſque provectus, & in primis clarus, a Cæſare mittitur in Syriam, ut jura populis redderet, & facultates cenſeret.* Fuit, ut docet, Dio conſul cum M. Valerio Meſſala Barbato, ſive anno ab U. C. 741. ut annos ordinant *Faſti Capitolini*, & ex illis *Pigh. Ann.* III. *p.* 522.

7. PRÆDIVITIS ET ORBI. Hunc Reipublicæ ſtatum deplorat Plin. Præf. XIV. *Poſteris laxitas mundi, & rerum amplitudo damno fuit, poſtquam ſenator cenſu legi cœptus, judex fieri cenſu, magiſtratum ducemque nihil magis exornare quam cenſus, poſtquam cœpere orbitas in auctoritate ſumma & potentia eſſe, captatio in quæſtu fertiliſſimo, ac ſola gaudia in poſſidendo.* Et de illo Senec. conſol. ad Marc. c. 19. *In civitate noſtra plus gratiæ orbitas confert, quam eripit. Adeoque ſenectutem ſolitudo, quæ ſolebat deſtruere, ad potentiam ducit, ut quidam odia filiorum ſimulent, & liberos ejurent, & orbitatem manu faciant.*

8. VENENI. De Lepidæ criminibus Tacit. Ann. III. 22. 2. *Lepida defertur ſimulaviſſe partum ex P. Quirinio divite atque orbe. Adjiciebantur adulteria, venena, quæſitumque per Chaldæos in domum Cæſaris.*

9. CONFISCARI dicuntur viri principes, quando fortunis ſpoliantur, & eorum bona publicata ad *fiſcum* deferuntur. Cicer. pro Sext. c. 27. *Ille Cyprius miſer, qui ſemper ſocius, ſemper amicus fuit, vivus (ut ajunt) eſt, & videns, cum victu, ac veſtitu ſuo publicatus.* Beroaldus. V. & Aug. 15. 3. §. 12. Forte inter hos fuit Antiochus Comagenus, de quo noſt. *Cal.* 16. 8.

10. LEVE AC IMPUDENS, quia lex, in quam impegiſſe dicebantur, ſolos obligabat *Italos*, ut docet Tacit. §. 12. & non *Gallos*, *Hiſpanos*....

11. CALUMNIARUM I. criminationum V. ſupr. Cæſ. 20. 10.

12. PARTEM REI FAMILIARIS n. majorem quam pro lege. Hæc enim Romæ fuit vetus, qua amplius quam ſexaginta ſeſtertia in auro, vel argento poſſidere fuit vetitum. Eam temporis tractu abolitam reſtituit Cæſar. Tacit. Annal. VI. 16. I. *Interea magna vis accuſatorum in eos irrupit, qui pecunias fœnore auctitabant, adverſum legem dictatoris Cæſaris, qua de modo credendi, poſſidendique intra Italiam cavetur, omiſſam olim, quia privato uſui bonum publicum poſtponitur.* Illam aperte ſuggerit Dio XLI. p. 171. A. Ἐπειδή τε συχνοὶ πολλὰ χρήματά τε ἔχειν, καὶ πάντα αὐτὰ ἀποκρύπτειν ἐλέγοντο, ἀπηγόρευσε μηδένα πλεῖον πεντακισχιλίων καὶ μυρίων δραχμῶν ἐν ἀργυρίῳ ἢ καὶ χρυσίῳ κεκτῆσθαι. *Et quoniam complures pecuniam multam habere, & occultare dicebantur, edixit ne quis in argento, aurove amplius poſſideret, quam ſexaginta ſeſtertia.* V. quoque *Torrentium*, *Caſaubonum*, *Lipſ. in Tacit. p.* 107.

13. Jus *metallorum* multæ habebant civitates, & potiſſimum Hiſpania, quæ *metallorum* ferax, ingens lucrum ex illis conſequebatur. Plin. XXXIII. 4. *Vicena millia pondo* auri *ad hunc modum annis ſingulis Aſturiam, atque Gallæciam, & Luſitaniam præſtare quidam tradiderunt, ita ut plurimum Aſturia gignat.* Beroaldus.

14. METALLA dicuntur ſæpius pro fodinis, ex quibus effodiuntur. Nep. 2. 2. 2. *Pecunia publica, quæ ex metallis redibat.* 5. I. 3. *Qui magnas pecunias ex metallis fecerat.*

15. ADIMEBANTUR vectigalia illis qui male meriti eſſent de Romanis.

16. VONONES *rex Parthorum* factus eſt Herode interfecto. Joſeph. XVIII. 3. Τοῦτον μὲν δὴ συστάντες ἀποκτιννύουσιν, ὡς μὲν ἔνιοι φασὶν, ἐν σπονδαῖς καὶ τραπέζαις· ὡς δὲ ὁ πλείων κατέχει λόγος, εἰς θήραν προαγαγόντες. Πρεσβεύσαντες δὲ εἰς Ῥώμην, ᾔτουν βασιλέα τῶν ὁμηρευόντων, καὶ πέμπεται Βονώνης προκριθεὶς τῶν ἀδελφῶν· ἐδόκει γὰρ χωρεῖν τὴν τύχην, ἣν αὐτῷ δύο μέγισται τῶν ὑπὸ τὸν ἥλιον ἡγεμονίαι προσέφερον, ἰδία καὶ ἀλλοτρία.

Hunc

Digitized by Google

pulſus [17] a ſuis, quaſi in fidem populi Romani cum ingenti gaza Antiochiam [18] ſe receperat, ſpoliatum perfidia, & occiſum [19].

Hunc, Herodem, *conjurati aliquot interfecerunt, ut quidam tradunt in convivio: ut vero a pluribus fertur, in venatione occiſus eſt. Legatione deinde miſſa Romam, petebant regem ex obſidibus, & miſſus eſt Vonones prælatus fratribus: videbatur enim capax ejus fortunæ, quam ei duo maxima in terris offerebant imperia, externum ſcilicet, & domeſticum.*

17. PEPULERINT quare Parthi Vononem, docet Joſephus. Ταχεῖα δὲ ἀνατροπὴ τοὺς βαρβάρους ὑπῄει, ἅτε καὶ σφαλεροὺς φύσει ὄντας, πρός τε τὴν ἀναξιοπάθειαν. Ἀνδραπόδου γὰρ ἀλλοτρίου πείσεσθαι τὸ προστασσόμενον ἠξίουν, τὴν ὁμηρείαν ἀντὶ δουλείας ὀνομάζοντες, καὶ τῆς ἐπικλήσεως τὴν ἀδοξίαν· οὐ γὰρ ἂν πολέμου δικαίῳ δεδόσθαι τὸν βασιλεύσοντα Πάρθοις, ἀλλὰ ὃ τι παντὶ χεῖρον, εἰρήνης ὕβρει. *Sed brevi pœnitentia ſubiit barbaros, natura mutabiles, & indignitatum impatientiſſimos. Dedignabantur enim facere imperata mancipii, ſic vocantes obſidem,* (*a Phrahate Auguſto datum*, ut addit Tacit. Ann. II. 1. 1.) *& hac appellatione exaggerantes ignominiam: non cum belli jure regem datum Parthis, ſed, quod turpius ſit, per pacis contumeliam.*

18. ANTIOCHIAS ſedecim a patre denominatas condidit Seleucus Nicator, quarum clariſſima nunc exſtat *Antiochia* ſub Libano. Appian. Syriac. p. 124. Πόλεις δὲ ᾤκισεν ἐπὶ τὸ μῆκος τῆς ἀρχῆς ὅλης, ἑκκαίδεκα μὲν Ἀντιοχείας ἐπὶ τῷ πατρί. Εἰσὶν αὐτῶν ἐπιφανέσταται καὶ νῦν.... Ἀντιοχεία ἡ ὑπὸ τῷ Λιβάνῳ ὄρει. De illa & noſt. *Cal.* 1. 3. Unde Joſephus. Παραδίδωσιν αὐτὸν Σιλανῷ τῷ τῆς Συρίας στρατηγῷ. Κἀκεῖνος μὲν κατὰ αἰδῶ τῆς ἐν Ῥώμῃ κομιδῆς ἐν Συρίᾳ παρεφυλάττετο. *Silano Syriæ præſidi ſe dedidit. In reſpectu educationis, quæ illi Romæ contigerat, hominem apud ſe in Syria aſſervavit.* Quia vero Artabanus Parthorum rex petierat, *ne Vonones in Syria haberetur, Pompejopolim Ciliciæ maritimam urbem amotus eſt.* Tacit. Ann. II. 58. 1. & 3.

19. OCCISUM Vononem dicit etiam, ſed ita, ut imperator extra culpam. Tacit. II. 68. 3. *Per idem tempus Vonones corruptis cuſtodibus effugere conatus eſt. Specie venandi, omiſſis maritimis locis, avia ſaltuum petiit: mox pernicitate equi ad amnem Pyramum contendit, cujus pontes accolæ ruperant audita regis fuga; neque vado penetrari poterat. Igitur in ripa fluminis, a Vibio Frontone præfecto equitum vincitur. Mox Remmius Evocatus priori cuſtodiæ regis appoſitus, quaſi per iram gladio eum transfigit: unde major fides, conſcientia ſceleris, & metu judicii mortem Vononi illatam.*

CAPUT L.

ARG. *Druſi fratris epiſtolam prodit, Juliam uxorem commercio hominum frui vetat, & Liviam matrem gravatur Tiberius Nero Cæſar.*

Odium adverſus neceſſitudines [1] in Druſo primum fratre detexit; prodita [2] ejus epiſtola, qua ſecum de cogendo ad reſtituendam libertatem [3] Auguſto agebat: 1
deinde & in reliquis. Juliæ uxori [4] tantum abfuit, ut relegatæ [5], quod minimum 2
eſt, officii aut humanitatis aliquid impertiret, ut ex conſtitutione patris uno oppido clauſam, domo quoque egredi, & commercio hominum frui vetuerit: ſed & peculio conceſſo a patre, præbitiſque [6] annuis [7] fraudavit [8], per ſpeciem publici juris, quod nihil de his Auguſtus teſtamento caviſſet [9]. Matrem Liviam gravatus, velut 3
partes

N[illegible]ITUDINES 1. neceſſitudine junctos. V. ſupr. [illegible]f. 27. 1. §. 1.

2. PRODITA ſ. vitrico Auguſto, & matri Liviæ tradita.

3. RESTITUERE LIBERTATEM cogitaverit Druſus. Colligere hoc eſt ex Tacit. Ann. 1. 33. 3. *Druſi magna apud populum Romanum memoria, credebaturque, ſi rerum potitus foret, libertatem redditurus.* Noſt. Claud. 1. 9. Certe *ſuſpectum cum Auguſtum, revocatumque ex provincia: &, quia cunctaretur, interceptum veneno, nonnullos tradere auſos* dicit noſt. Claud. 1. 10. Quod licet *verum non putet* noſter, Tacitus tamen Ann. II. 82. 3. *non ob aliud interceptum* prodit, *quam quia populum Romanum æquo jure complecti reddita libertate agitaverit.*

4. JULIÆ UXORI. V. illam. ſupr. Aug. 63. 3.

5. RELEGATAM Juliam V. ſupr. Aug. 65. 2. §. 4.

6. PRÆBERI ex mariti bonis certam pecuniæ ſummam ſingulis annis a marito ſtipulari ſolitam eſſe uxorem docet *Ravard. de div. reg. jur.* 28.

7. ANNUA abſolute appellamus alimenta unius *anni*. Plin. Epiſt. x. 32. *ut publici ſervi annua accipiunt.* Juven. VI. 480.

——— *ſunt, quæ tortoribus annua præſtent.*

Noſt. Gramm. 23. 5. V. quoque *Torrentium* & in *Juvenalem Britannicum.*

8. FRAUDAVIT, & ideo Tacit. Ann. 1. 53. 3. *Imperium adeptus, extorrem, infamem, & poſt interfectum Poſtumum Agrippam, omnis ſpei egenam, inopia ac tabe longa peremit.*

9. Ti-

partes ſibi æquas potentiæ [10] vindicantem, & congreſſum ejus aſſiduum vitavit, & longiores, ſecretioreſque ſermones, ne ejus conſiliis [11], quibus tamen interdum &
4 egere, & uti ſolebat, regi videretur. Tulit etiam perindigne actum a ſenatu, ut ti-
5 tulis ſuis quaſi [12] Auguſti, ita & Liviæ filius [13] adjiceretur. Quare non *parentem pa-*
6 *triæ* [14] appellari, non ullum inſignem honorem [15] recipere publice paſſus eſt. Sed & frequenter admonuit, *majoribus, nec femina convenientibus negotiis abſtineret* [16]: præcipue ut animadvertit, incendio juxta ædem Veſtæ [17] & ipſam intervenisse, populumque & milites, quo enixius opem ferrent, adhortatam, ſicut ſub marito ſolita eſſet.

9. TESTAMENTO CAVISSET, tanquam morte defeciſſet liberalitas, ac quaſi nefas eſſet, & juri publico adverſaretur, contra teſtatoris voluntatem facere. *Torrentius.*

10. PARTES ÆQUAS POTENTIÆ i. par jus imperii, quod explicant Dio LVII. p. 609. E. Zonar. Ann. II. p. 178. Τά γε ἄλλα πάντα ὡς καὶ αὐταρχοῦσα διοικεῖν ἐπεχείρει· ἐπεί τε γὰρ τοῦ Αὐγούστου μέγιστον ἠδυνήθη, καὶ τὸν Τιβέριον αὐτὴ αὐτοκράτορα πεποιηκέναι ἔλεγε· καὶ διὰ τοῦτο οὐχ ὅσον ἐξ ἴσου οἱ ἄρχειν, ἀλλὰ καὶ πρεσβεύειν αὐτοῦ ἤθελεν. *Cætera omnia, quaſi ipſa imperium teneret, agere conabatur: etenim Auguſto incolumi plurimum potuerat, ipſaque ſe Tiberio imperium dediſſe ferebat: ideoque non æquata modo poteſtate cum eo regere, ſed priorem ipſo gerere volebat.*

11. CONSILIIS Liviæ & uſus aliquando Auguſtus. Senec. de Clem. I. 9. *Interpellavit tandem illum Livia uxor: &, admittis, inquit, muliebre conſilium.* Verboſiorem de conjuratis compeſcendis, quam habuit, orationem varia prudentia refertam narrat Dio LV. p. 557.... 563. quam paucis adfert etiam Zonar. Ann. II. p. 168.

12. QUASI i. quemadmodum. Terent. Adelph. IV. 7. 21.

Ita vita eſt hominum, quaſi quum ludas teſſeris.

Ubi Donatus. *Rectum erat, ſi diceret, ita vita eſt hominum, quemadmodum ludus eſt teſſerarum. Nota ergo genus locutionis.* Particulæ hujus uſum tradunt quoque *Giſan.* in *ind. Lucret.* & *Popm. de uſu ant. loc.* II. I.

13. LIVIÆ FILIUS. Dio LVII. p. 610. A. Ἄλλοι καὶ τὸν Τιβέριον ἀπ᾽ αὐτῆς ἐπικαλεῖσθαι ἐσηγήσαντο, ὅπως ὥσπερ οἱ Ἕλληνες πατρόθεν, οὕτω καὶ ἐκεῖνος μητρόθεν ὀνομάζηται. *Alii cenſuerunt Tiberium ab illa,* Livia, *nominandum, uti Græci a patre, ſic ille a matre diceretur.* Tacit. Ann. I. 14. I. *Multa patrum & in Auguſtum adulatio: plerique, ut nomini Cæſaris adſcriberetur, Juliæ filius, cenſebant.*

14. PARENTEM PATRIÆ appellandam tamen cenſuerant multi. Dio. Πολλοὶ μὲν μητέρα αὐτὴν τῆς πατρίδος, πολλοὶ δὲ καὶ γονέα προσαγορεύεσθαι γνώμην ἔδωκαν. *Multi matrem eam patriæ, multi genetricem appellandam cenſuerunt.* Tacitus. *Alii parentem, alii matrem patriæ appellandam, cenſebant.* Inde nummi, JVLIA AVGVSTA GENETRIX ORBIS. V. & *Torrentium.*

15. HONOREM exceptis minimis. Dio. Ἀγανακτῶν ἐν ἐπὶ τούτοις, οὔτε τὰ ψηφιζόμενα αὐτῇ, πλὴν ἐλαχίστων, ἐπεκύρου. *Quæ indigne ferens, Tiberius, & decretos illi, exceptis minimis, honores improbavit.*

16. MAJORIBUS.... ABSTINERET. Dio B. & Zonar. Ann. II. p. 173. Καὶ τέλος τῶν μὲν δημοσίων πραγμάτων αὐτὴν ἀπήλλαξε, τὰ δ᾽ οἴκοι διοικεῖν οἱ ἐφῆκε. *Poſtremo ab omnibus actionibus publicis ei remota, curationem rei familiaris mandavit.* Ab illis feminas removet etiam Ulpianus Digeſt. L. 17. 2. *Feminæ ab omnibus officiis civilibus, vel publicis remotæ ſunt: & ideo nec judices eſſe poſſunt, nec magiſtratum gerere, nec poſtulare, nec pro alio intervenire, nec procuratores exiſtere.*

17. ÆDEM VESTÆ poſuit Numa inter Capitolium & Palatium. Dionyſ. II. p. 126. Νομᾶς δὲ τὴν ἀρχὴν παραλαβὼν τὰς μὲν ἰδίας ἐκ ἐκίνησε τῶν φρατριῶν ἑστίας, κοινὴν δὲ κατεστήσατο πάντων μίαν, ἐν τῷ μεταξὺ τοῦ τε Καπιτωλίου καὶ τοῦ Παλατίου χωρίῳ. *At Numa regno potitus propria curiarum templa ſuo loc[illegible] movit: ſed unum templum omnibus commun[illegible], in eo ſpatio, quod eſt medium inter Capitolium & Palatium.*

CAPUT LI.

ARG. *In matris gratiam civitate donatum in decurias allegere non vult, eamque Auguſti de morum ſuorum acerbitate recitantem graviter fert, ægræ adeſſe non curat, defunctam conſecrari prohibet, ejus teſtamentum pro irrito habet, & omnes amicos affligit Tiberius Nero Cæſar.*

Dehinc

Dehinc ad ſimultatem [1] uſque proceſſit, hac, ut ferunt, de cauſa. Inſtanti ſæ- 1
pius, ut civitate donatum in decurias [2] allegeret, negavit alia ſe conditione al-
lecturum, quam ſi pateretur adſcribi albo [3], *extortum id ſibi à matre*. At illa com- 2
mota, veteres quoſdam ad ſe Auguſti codicillos de acerbitate & intolerantia [4] mo-
rum ejus e ſacrario [5] protulit, atque recitavit. Hos & cuſtoditos tamdiu, & expro- 3
bratos tam infeſte, adeo graviter tulit, ut quidam putent inter cauſas ſeceſſus hanc
ei vel præcipuam fuiſſe. Toto quidem triennio [6], quo vivente matre abfuit, ſemel 4
omnino eam, nec amplius quam uno die, ac pauciſſimis vidit horis. Ac mox, neque 5
ægræ adeſſe curavit [7]: defunctamque [8], & dum adventus ſui ſpem facit, complurium
dierum mora, corrupto demum, & tabido [10] corpore funeratam [11] prohibuit con-
ſecrari [12]: quaſi id ipſa mandaſſet. Teſtamentum quoque ejus pro irrito habuit [13]: 6
omneſque

Simultas quid ſit, dictum ſupr. Cæſ. 73. 1. §. 1.

2. Decurias judicum, quia illorum nomina in albo ſcribebantur, intelligit Torrentius. Quæ quid fuerint, dixi *ſupr. Aug.* 29. 9. §. 27.

3. Album erat tabula *albo* colore inducta, in qua alicujus ordinis nomina, vel res geſtæ, ut populo copia fieret, breviter notabantur. Cicer. de Orat. II. 12. *Pontifex Maximus res omnes ſingulorum annorum mandabat literis, efferebatque in album, & proponebat tabulam domi.* Ulpian. Digeſt. L. 3. *Decuriones in albo ita ſcriptos eſſe oportet, ut lege municipali præſcribitur.* Græcis λεύκωμα dicitur, ut docent Salmaſ. de mod. uſur. c. 15. & Tiraquell. in Alex. Gen. II. 8. Judicum *album* erat in quo judicum nomina ſcribebantur ſecundum cujuſque ordinem. Senec. de Benef. III. 7. *Non poteſt ad hæc ſumi judex ex turba ſelectorum, quem cenſus in album, & equeſtris hereditas miſit.* Inde *judicum albo eradi* eſt ab illorum cœtu removeri noſt. infr. Claud. 16. 6. Domit. 8. 10. Erat & *album citharœdorum*, cujus meminit noſt. infr. Ner. 21. 2. V. & *Beroaldum*, *Pollet. For. Rom.* III. 8. *Coraſ. Miſc. jur.* IV. 6. *Siccam. Cent. jud.* I. 4.

4. Intolerantiam paſſive pro *intolerabilitate* dicit. *Tolerans* eſt *tolerabile* Tacit. Ann. XII. 11. 2. *Clementiamque ac juſtitiam quanto ignoratiora barbaris, tanto tolerantiora capeſſeret.* *Intolerans* ad eundem modum *intolerabile* Cicer. de Orat. II. 52. *Sed etiam ſuperioribus invidetur ſæpe vehementer, & eo magis, ſi intolerantius ſe jactant.* Et *intolerantia*, inſolentia, *intolerabilitas* eidem Agrar. II. 13. *Perſpicite, quanta poteſtas permittatur: non privatorum inſaniam, ſed inſolentiam regis eſſe dicetis.* V. & *Bud. in Pandect.* p. 103. *Diritatem morum* dixit ſupr. 21. 4. §. 11.

5. Sacrario i. loco Auguſto conſecrato, ubi ejus imago habebatur. V. ſupr. Aug. 5. 1. §. 7. Eo loci videtur Livia pretioſiora κειμήλια ab Auguſto ſibi relicta habuiſſe. V. *Caſaubonum.*

6. Triennio, ſed non toto. In Campaniam enim anno ab U. C. 778. & quidem ſub ejus finem ſeceſſit, ut dixi *ſupr.* 39. 1. §. 4. Obiit mater anno ab U. C. 781. & quidem ſub ejus initium, ut dicam *infr.* §. 8.

7. Ægræ adesse non curavit. Dio LVIII. p. 621. C. Αὐτὴν ὁ Τιβέριος οὔτε νοσοῦσαν ἐπεσκέψατο. *Eam neque decumbentem morbo inviſit.*

8. Defunctam *Rubellio & Fuſio conſulibus*, ſive anno, ut volunt Faſti Capitolini, & Pigh. Ann. III. p. 557. ab U. C. 781. *quorum utrique Geminus cognomentum erat, Julia Auguſta mortem obiit, ætate extrema.* Tacit. Ann. V. 1. 1. ejuſque anno vel 82. ut prodit Plin. XIV. 6. *Julia Auguſta octoginta & duos annos vitæ Pucino vino retulit acceptos*: vel 86. ut Dio. Ἐν δὲ τῷ αὐτῷ τούτῳ χρόνῳ καὶ ἡ Λιουία μετήλλαξεν, ἓξ καὶ ὀγδοήκοντα ἔτη ζήσασα. *Eodem tempore Livia morti conceſſit, quum vixiſſet annos octoginta ſex.*

9. Adventus i. in Urbem reditus, quaſi ejus affuturi exequiis, quibus tamen non adfuiſſe dicit Dio *ſupr. Aug.* 101. 2. §. 12.

10. Tabido i. *tabe* infecto. *Tabis* ſpecies prolixe deſcribit Celſ. III. 22. Et de illa hæc Feſtus. *Tabem eam, quæ faceret tabeſcere, apud antiquos uſurpatum. Salluſtius quoque frequenter, ut in Catilina, cum ait: uti tabes pleroſque civium animos invaſerat. Et in libro quarto hiſtoriarum: qui quidem mos, ut tabes in urbem conjectus.* Hinc *tabificum* i. in *tabem* ſenſim deducens infr. 73. 3. Proprie *tabes* eſt liquor, & *tabidum*, quod liqueſcit. Unde *tabidam nivem* dicit Liv. XXI. 36. *In levi tantum glacie, tabidaque nive volutabantur jumenta.* Et *humorem tabeſcere* Cicer. N. D. II. 10. *Frigoribus adjectis dureſcit humor, & idem viciſſim mollitur tepefactus, & tabeſcit calore.* Et *tabificos radios ſolis*, nivem liquefacientes Lucret. VI. 737.

Tabificis ſubigit radiis ſol omnia luſtrans.

V. *Giſan. Collect. Lucret. Voſſ. Lex. Becman. Orig.* p. 1071. & quæ ſcripſi ad *Curt.* X. 10. §. 50.

11. Funeratam i. ſepultam. Plin. XXXIII. 10. *Funerari ſe juſſit ſeſtertiis undecim millibus.* Noſter ſæpius.

12. Consecrari i. cœleſtes honores ei decerni. Dio LVIII. p. 621. C. Οὐ μὴν οὐδ' ἐς τιμὴν ἄλλο τι αὐτῇ, πλὴν τῆς δημοσίας ἐκφορᾶς καὶ εἰκόνων, ἑτέρων τε τινῶν οὐδενὸς ἀξίων ἔνειμεν, ἀθανατισθῆναι δὲ αὐτὴν ἄντικρυς ἀπηγόρευσε. *Neque præter funus publicum, imagineſque, ullum ei honorem tribuit, decerni ei religionem cœleſtem*

Digitized by Google

omneſque amicitias & familiaritates, etiam quibus ea funeris [14] ſui curam moriens demandarat, intra breve tempus afflixit; uno ex his equeſtris ordinis viro & in antliam condemnato [15].

leſtem palam prohibuit. Illos tamen a Claudio eſt conſecuta. V. *infr. Claud.* 11. 5.

12. Testamentum pro irrito habuit, & *diu irritum fuit*, ut teſlatur Tacit. Ann. v. 1. 6. Sed *legata ex illo cum fide, ac ſine calumnia repræſentata perſolvit* Caligula apud noſt. *infr.* 16. 7.

13. Funeris ſui curam morientes veteres demandaſſe amicis docui ſupr. Cæſ. 87. 2. §. 4.

14. Antlia eſt inſtrumentum ad hauriendum, ſive aquaria quædam machina, quæ pedum niſu & agitatu aquas per modiolos, atque hauſtra attollebat. Mart. ix. 14. 4.

Curta laboratas antlia tollit aquas.

Hujus ſupplicii meminit Artemid. τῶν ὀνειροκ. 1. 50. Οἶδα δέ τινα, ὃς ἔδοξε τοῦ παντὸς σώματος ἀτρέμα μένοντος, τοὺς πόδας αὐτοῦ μόνους βαδίζειν: καὶ προβαίνειν μὲν μηδὲ βραχὺ, ὅμως δὲ κινεῖσθαι. Συνέβη αὐτῷ εἰς ἀντλίαν καταδικασθῆναι. Καὶ γὰρ τοῖς ἀντλοῦσι συμβέβηκε, διαβαίνειν μὲν ὡς βαδίζουσιν, ἀεὶ δὲ μένειν ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ. Ἔτι καὶ ἄλλος ἔδοξεν ἀπὸ τῶν ποδῶν αὐτοῦ ῥεῖν ὕδωρ: καὶ συνέβη αὐτῷ εἰς ἀντλίαν καταδικασθῆναι ὄντι πανούργῳ. *Novi quendam, qui viſus ſibi reliquo corpore omni immoto, pedibus tantum laborare: nec progredi hilum, moveri tamen. Evenit, ut in antliam damnaretur. Nam exhaurientibus hoc uſu venit, divaricare quidem ut ingredientes ſolent, manere tamen in eodem loco. Item alius, viſus videre a pedibus ſuis defluentem aquam: is quoque in antliam damnatus eſt facinorum cauſa.* V. *Lipſ. Elect.* 11. 15. *Pith. Adv.* 11. 17. *Turneb. Adv.* xiv. 17. *Voſſ. Lex.* in exantlare. *Rigalt. in Artemidorum.* Et, ſi varia amas, *Gaudent. Merul. Gall. Ciſalp.* 11. 1.

CAPUT LII.

ARG. *Filios patria charitate non diligit, Druſi morte non afficitur, Germanico obtrectat, & cauſa mortis eſt Tiberius Nero Cæſar.*

1 Filiorum neque naturalem [1] Druſum, neque adoptivum Germanicum patria chari-
2 tate dilexit. Alterius vitiis infenſus: nam Druſus animi fluxioris [2], remiſſioriſ-
3 que [3] vitæ erat. Itaque ne mortuo quidem perinde affectus eſt [4]: ſed tantum non
ſtatim a funere [5] ad negotiorum conſuetudinem [6] rediit, juſtitio [7] longiore inhibito [8].

Naturalis filius eſt, qui ſanguine & *natura* ſit tuus, non adoptione factus, Oroſ. vii. 4. *Filios ſuos Druſum, & Germanicum, quorum Druſus naturalis, Germanicus adoptivus erat, manifeſtis veneni ſignis perdidit. Naturalem nepotem* Liv. infr. Terent. 3. §. 11. & Noſt. infr. 55. 3. Sic *naturalem patrem* dixit Cicer. ſupr. Aug. 4. 1. §. 2. & Ulpian. Digeſt. 11. 4. 8.

2. Fluxioris i. ad libidinem pronioris. Mart. v. 41. 1.

Spadone cum ſis eviratior fluxo.

Talis enim *voluptate liqueſcit, & fluit mollitia*, ut loquitur Cicer. Tuſc. Quæſt. 11. 22. *Fluxum* proprie eſt, quod *fluit*. Plin. ix. 38. *Quoniam cum fætificavere, fluxos habent ſuccos.*

3. Remiſſioris i. ſolutioris. V. ſupr. Aug. 98. 2. §. 3.

4. Ne mortuo quidem perinde affectus est i. Druſi mortem non ægre tulit, ex obitu Druſi non multum doluit. *Perinde* non multum ſignificare, dixi ſupr. Aug. 80. 3. §. 9.

* 5. A funere i. poſt exſequias celebratas. V. ſupr. Cæſ. 85. 1. §. 1.

6. Ad negotiorum consuetudinem. Dio lvii. p. 618. B. Αἰτίαν μὲν γὰρ ὁ Τιβέριος ἔλαβεν, ὅτι μήτε νοσοῦντος τοῦ Δρούσου, μήτ᾽ ἀποθανόντος, ἔξω τι τῶν συνήθων ἔπραξε, μήτε τοὺς ἄλλους ποιῆσαι ἐπέτρεψεν. *Nec vacavit ſuſpicione Tiberius, quia neque ægrotante, neque mortuo Druſo quidquam præter conſueta egiſſet, aut alios facere ſiviſſet.* Hoc vero *ad munia redire* dicit Tacit. *infr.* §. 8.

7. Justitium eſt, quum *jura ſtabant*, & ſilebant. Gell. N. A. xx. 1. *Juſtitium eſt inter reos quaſi interſtitio quadam, & ceſſatio, quibus diebus nihil cum his agi jure poteſt.* Et tabernæ in foro claudebantur. Liv. ix. 7. *Extemplo, ſine ulla publica auctoritate, conceſſum in omnem formam luctus eſt. Tabernæ circa forum clauſæ, juſtitiumque in foro ſua ſponte cœptum prius, quam indictum.* Gloſſæ optimæ, *juſtitium*, ἀπραξία. Unde *iners* dicitur Solin. c. 1. *Ne inerti juſtitio langueret opera virtutis.* Hoc in luctu publico ob amiſſos viros principes indicebatur. Auctor conſol. ad Liviam de morte Druſi n. 183.

Incerti clauduntque domos, ſtrepitantque per urbem.
Hic illi pavidi clamque palamque dolent.
Jura ſilent, mutaque tacent ſine vindice leges,
Adſpicitur toto purpura nulla foro.

Tacitus de morte Germanici Ann. 11. 82. 4. *Hos vulgi ſermones audita mors adeo incendit, ut ante edictum magiſtratuum, ante ſenatuſconſultum, ſumpto juſtitio deſererentur fora, clauderentur domus,*

paſſim

to [8]. Quin & Ilienſium legatis [9] paullo ſerius conſolantibus [10], quaſi obliterata jam
doloris memoria irridens; *Se quoque*, reſpondit, *vicem eorum dolere, quod egregium*
civem Hectorem amiſiſſent. Germanico uſque adeo obtrectavit, ut & præclara facta 5
ejus pro ſupervacuis elevarit [11]: &glorioſiſſimas victorias, ceu damnoſas [12] Reipu-
blicæ increparit. Quod vero Alexandriam [13] propter immenſam & repentinam fa- 6
mem, inconſulto ſe [14] adiſſet, queſtus eſt in ſenatu. Etiam cauſa mortis fuiſſe ei 7
per Cn. Piſonem [15] legatum Syriæ creditur: quem mox hujus criminis reum [16] pu-
tant quidam mandata prolaturum [17], niſi ea ſecreta [18] obſtarent. Per quæ [19] multi- 8
fariam

poſſim ſilentia & gemitus: nihil compoſitum in oſtentationem; & quamquam neque inſignibus lugentium abſtinerent, altius animis mœrebant. Noſt. Cal. 24. 5. De *juſtitio* quoque agunt *Kirchm. Fun.* IV. 11. *Guther. de jur. man.* III. 29. *Tiraq.* in *Alex.* V. 18. *Fab. Semeſt.* II. 10. *Laz. Comm. R. R.* IV. 7. *Briſſ. Form.* II. *p.* 259.

8. INHIBITO, quod *exutum* dicit Tacit. Ann. III. 7. 1. *Tum exuto juſtitio, reditum ad munia.* Et *remiſſum* Liv. X. 21. *Juſtitium remittitur quod fuerat per dies decem & octo.* III. 5. *Inde Romam reditum eſt: juſtitium remiſſum.*

9. LEGATI etiam ſunt, qui honoris cauſa *legationes* ſuſcipiunt, e. g. qui obitum alicujus dolent. Tales miſit David, qui Annonis Ammanitarum regis ob mortem patris dolorem ſolarentur. Zonar. Ann. I. p. 49. Κατὰ δὲ τὸν τότε χρόνον τέθνηκεν ὁ τῶν Ἀμμανιτῶν βασιλεὺς, φίλος ὢν τῷ Δαβὶδ, ἐπὶ υἱῷ Ἀνὰν, ὃς τὴν πατρικὴν ἀρχὴν διεδέξατο. Ἔπεμψεν οὖν πρὸς Ἀνὰν ὁ Δαβὶδ τοὺς παρηγορήσοντας τὸν ἐπὶ τῷ πατρὶ λυπὸν αὐτοῦ. *Sub id tempus Ammanitarum rex, Davidis amicus, moritur, Annone filio relicto, patrii regni ſucceſſore. Ad eum David legatos mittit, qui luctum ejus ob patris mortem conſolarentur.* V. de his plura apud *Paſchal. Legat. c.* 64. *Sagittar. Ot. Jenenſ. Diſſert.* 17.

10. SERIUS CONSOLANTIBUS. Talia enim ſolatia frigent, & quia ſunt ſupervacanea, ita quoque ſunt ridicula. Nempe quem aut ratio, aut dies, quæ adimit ægritudinem hominibus, jam diu refocillavit, hunc ſane reducere in memoriam ſui luctus abſurdum eſt & ſævum. Ovid. Pont. IV. 11. 17.

Temporis officium ſolatia dicere certi eſt:
Dum dolor in curſu eſt, dum petit æger opem.
At cum longa dies ſedavit vulnera mentis;
Intempeſtive, qui fovet illa, novat.

V. quoque, quos modo laudabam, *Paſchalium* & *Sagittarium.*

11. ELEVARIT i. minuerit, extenuarit, contempſerit. Cicer. de Amic. I. 24. *Suſpiciones & offenſiones in amicitia tum evitare, tum elevare, tum ferre ſapientis eſt.* Catul. 24. 9.

Hæc tu quam lubet, abjice, elevaque.

Prop. II. 24. 44.

Elevat aſſiduos copia longa viros.

i. interprete *Beroaldo*, deprimit, & minus favorabiles, minuſque deſiderabiles facit. Noſt. Cal. 8. 11.

12. DAMNOSAS i. cum *damno* Reipublicæ conjunctas. Prop. IV. 5. 28.

Frange & damnoſa jura pudicitia.

13. ALEXANDRIAM. De hoc Germanici itinere Tacit. Ann. II. 59. 1. *M. Silano, L. Norbano conſulibus Germanicus Ægyptum proficiſcitur, cognoſcendæ antiquitatis, ſed cura provinciæ prætendebatur, levavitque apertis horreis pretia frugum.*

14. INCONSULTO SE *adiſſet, queſtus eſt*; Tacit. Ann. II. 59. 3. *Tiberius cultu habituque ejus lenibus verbis perſtricto, acerrime increpuit, quod contra inſtituta Auguſti, non ſponte principis Alexandriam introiſſet.* Hoc Auguſti inſtitutum V. ſupr. Cæſ. 35. 2. §. 16.

15. PER CN. PISONEM, cujus operam in Germanico de medio tollendo Tiberio præſtitam V. infr. Calig. I. 3. §. 9.

16. REUM fecerunt Piſonem P. Vitellius & Veranius Germanici comites. Tacit. Ann. III. 10. 1. *Poſtera die Fulcinius Trio Piſonem apud conſules poſtulavit. Contra Vitellius, Veranius, cæterique Germanicum comitati tendebant, nullas eſſe partes Trioni, neque ſe accuſatores, ſed rerum indices & teſtes, mandata Germanici perlaturos.* 13. 3. *Multa eloquentia Vitellius objecit.... maxime in comites, & amicos Germanici ſæviſſe: poſtremo ipſum devotionibus & veneno peremiſſe.* Noſt. Vitel. 2. 4.

17. MANDATA PROLATURUM. *Audire* enim *ſe meminit* Tacit. Ann. III. 16. 1. *ex ſenioribus, viſum ſæpius inter manus Piſonis libellum, quem ipſe non vulgaverit, ſed amicos ejus dictitaviſſe, literas Tiberii & mandata in Germanicum contineri: ac deſtinatum promere apud patres, principemque arguere, ni eluſus a Sejano per vana promiſſa foret.*

18. SECRETA n. mandata. Mandata principis ſunt præcepta, ſeu monita, quæ provinciarum rectoribus dantur, aut aliis magiſtratibus, quibus muneris, aut juriſdictionis eorum forma continetur, ad provinciæ adminiſtrationem, morum, & diſciplinæ curam. Horum alia ſunt *commonitoria*, alia *ſecreta* l. fin. C. de *accuſationibus*, quæ *Tacitus* vocat *occulta* Ann. II. 43. 7. *Crediderè quidam data & a Tiberio occulta mandata.* Hoc vult dicere *Suetonius*, quod cum *ſecreta* mandata eſſent, & occulta illa reſolvere, inſignis perfidiæ crimen eſſet, & graviore ſupplicio puniendum, illa obſtitiſſe, & impedimento fuiſſe, ne ea Piſo proderet, & fidem frangeret. V. *Guther. de Offic. Aug. dom.* I. 33. & ad h.

fariam [20] inſcriptum [21], & per noctes creberrime acclamatum eſt: *Redde Germanicum.*
9 Quam ſuſpicionem confirmavit ipſe poſtea, conjuge etiam ac liberis Germanici crudelem in modum afflictis.

l. *Boxhornium.* V. tamen *Gravium ad Gudium Epiſt.* 12.

19. Per quæ pro *quare* apud Suetonium non ſemel invenias. *Torrentius.*

* 20. Multifariam i. multis in locis. Gell. iii. 7. *Cum ſaucius multifariam ibi factus eſſet.* Noſt. Galb. 19. 2. V. ſupr. Aug. 46. 1. §. 6.

21. Inscriptum columnis n. aut etiam ſtatuis Tiberii. De quo in columnis, aut ſtatuis *ſcribendi* more dictum ſupr. Cæſ. 80. 6. §. 21.

CAPUT LIII.

ARG. *Nurum Agrippinam ridet, vocare deſinit, Pandatariam relegat, mori inedia deſtinantem criminoſiſſime inſectatur, & decretum, quo ſibi gratiæ agerentur, quod non laqueo ſtrangulatam in Gemonias abjecerit, interponi patitur Tiberius Nero Cæſar.*

1 Nurum [1] Agrippinam poſt mortem mariti Tiberius quiddam queſtam, manu apprehendit, Græcoque verſu [2], *Si non dominaris*, inquit, *filiola*, *injuriam te*
2 *accipere exiſtimas* [3]? Nec ullo mox ſermone dignatus eſt. Quondam vero inter cœnam porrecta a ſe poma guſtare non auſam, etiam vocare [4] deſiit, ſimulans [5] ſe veneni crimine arceſſi [6], cum præſtructum [7] utrumque conſulto eſſet, ut & ipſe ten-
3 tandi gratia offerret, & illa quaſi certiſſimum exitium caveret. Noviſſime calumniatus, modo ad ſtatuam [8] Auguſti, modo ad exercitus [9] confugere velle, Pandatariam

Nurum, quia Germanico filio ejus adoptivo nupta fuerat. Filiam M. Agrippæ & Juliæ, Auguſti filiæ. Dio lvii. p. 605. C. Noſt. Cal. 7. 1. Paterculus, Tiberio ſemper blande qui palpatur, ii. 103. 4. *Quantis hoc triennium doloribus laceravit animum ejus? quamdiu abſtruſo, quod miſerrimum eſt, pectus ejus flagravit incendio? quod ex nuru, quod ex nepote dolere, indignari, erubeſcere coactus eſt.*

2. Græco versu, cujus auctoris incertum. *Græcum* fuiſſe dicit etiam Tacit. Ann. iv. 52. 5. *Correptamque Græco verſu admonuit: ideo lædi, quia non regnaret.*

3. Si non dominaris.... Hæc ita Græce fuiſſe pronuntiata.

Εἰ μὴ κρατεῖς, τεκνίον, ὑβρίζεσθαι δοκεῖς,

ſuſpicatur Canter. *N. L.* vi. 26. & probare videtur Lipſ. Tacit. Ann. p. 93. Sed Caſaubonus ad hunc modum:

Εἰ μὴ τυραννεῖς, τέκνον, ἀδικεῖσθαι δοκεῖς.

Adſpexerit Tiberius Jaſonis vocem, quam ille in tragœdia quapiam emiſerit, cujus verba apud Ariſtot. Polit. iii. 4. Καὶ διὰ τοῦτ᾽ ἴσως Ἰάσων ἔφη, πεινῆν, ὅτε μὴ τυραννοῖ: ὡς οὐκ ἐπιστάμενος ἰδιώτης εἶναι. *Et ob hoc non injuria Jaſon dixit, eſurire ſe* (*lædi ſe* vertit Tacitus, *injuriam accipere* noſter, quod non valet πεινῆν, ut potius rem, quam quid verbum ſignificet, in vertendo ſpectaverint, ut monet Victor. V. L. iv. 11.) *quia non regnaret: ſcilicet inſcius privatum agere.*

4. Vocare, quamvis non addatur, *ad cœnam, prandiumve*, intelligitur tamen, ut apud Cicer. Fam. ix. 20. *Nos jam ex areis tantum habemus, ut Verrium & Camillum vocare ſæpius audeamus.* Et ita Græci utuntur abſolute ſuo καλεῖν. Epigramm. i. 79. 1.

Ἐκλήθην παρὰ σοῦ τοῦ ῥήτορος.

Vocatus ſum a te rhetore.

V. *Victor. V. L.* v. 17. *Ritterſh. Oppian. Halieut.* iii. 232. & *ex Ritterſh. Vechner. Hellen.* 1. 2. 3. §. 5.

5. Simulans. Tacit. Ann. iv. 54. 4. *Nec tamen Tiberii vox coram ſecuta, ſed obverſus ad matrem; non mirum, ait, ſi quid ſeverius in eam ſtatuiſſet, a qua veneficii inſimularetur.*

6. Arcessi i. accuſari. V. *infr. Claud.* 37. 6. §. 14.

7. Præstructum a Sejano. Tacit. Ann. iv. 54. 1. *Ceterum Sejanus mærentem, & improvidam altius perculit, immiſſis qui per ſpeciem amicitiæ monerent, paratum & venenum, vitandas ſoceri epulas. Atque illa ſimulationum neſcia, cum propter diſcumberet, non vultu, aut ſermone flecti, nullos attingere cibos, donec advertit Tiberius: forte, an quia audiverat: idque quo acrius experiretur, poma, ut erant appoſita, laudans, nurui ſua manu tradidit: aucta ex eo ſuſpicio Agrippinæ, & intacta ore ſervis tranſmiſit.*

8. Ad statuas imperatorum confugiſſe miſeros, dixi ſupr. Auguſt. 17. 12. §. 42. Agrippinam igitur calumniabatur Tiberius, quod iſtiuſmodi conſilia ad concitandam ipſi invidiam cogitabat. Unde Scto poſtea prohibitum fuit, ne quis in alterius injuriam *ad ſtatuas* principum confugeret, imagineſve eorum portaret, qui ſecus faceret, in vincula publice mitteretur. V. *Torrentium.*

9. Ad exercitus, apud quos gratioſa erat Agrippina. Tacit. Ann. i. 69. 3. *Id Tiberii animum altius penetravit. Non enim ſimplices eas curas; nec adverſus*

riam [10] relegavit: conviciantique oculum per centurionem verberibus [11] excuſſit. Rurſus mori inedia [12] deſtinanti, per vim ore diducto [13], infulciri [14] cibum juſſit. 4
Sed & perſeverantem, atque ita abſumptam [15], criminoſiſſime inſectatus eſt [16], cum 5
diem quoque natalem [17] ejus inter nefaſtos [18] referendum ſuaſiſſet. Imputavit [19] 6
etiam, quod non laqueo ſtrangulatam [20] in Gemonias [21] abjecerit: proque tali clementia

ſui externos militem quæri. Nihil relictum imperatoribus, ubi femina manipulos interviſat, ſigna adeat, largitionem tentet. Potiorem jam apud exercitus Agrippinam, quam legatos, quam duces: compreſſam a muliere ſeditionem, cui nomen principis obſiſtere nequiverit. Unde idem Ann. IV. 67. 6. *Ultro ſtruebantur, qui monerent perfugere ad Germaniæ exercitus, vel celeberrimo fori effigiem D. Auguſti amplecti, populumque ac ſenatum auxilio vocare.*

10. PANDATARIAM τὴν πρὸς Καμπανίᾳ νῆσον. Dio ſupr. Aug. 65. 2. §. 4. Strab. infr. 54. 3. §. 17. Tacit. Ann. XIV. 63. 2. *Inſula Pandataria Octaviam clauſit. Meminerant adhuc quidam Agrippinæ a Tiberio pulſæ.* In illam & matrem Juliam relegatam fuiſſe dixi ſupr. Aug. 65. 2. §. 4. Ex illa matris cineres transfert Caligula infr. 15. 2.

11. VERBERIBUS I. flagellis, vel fuſtibus. Nam *verbera* dicuntur pro inſtrumento quoque *verberationi* accommodato longo, & exili, qualia ſunt virga, baculus, fuſtis, lorum, flagellum, ferula, & ſi quid ſimile. Quintil. declamat. 19. *Ignes ex proximo raptos: verberaque, quæ caſus obtulerat, invado.* V. Vall. Eleg. VI. 47. & Beroaldum.

* 12. INEDIA, & fame ſe necaſſe, qui ex malo, quo premebantur, ſe expedire non poterant, docui ſupr. 10. 4. §. 15.

13. DIDUCTO I. divulſo, aperto. Colum. R. R. VI. 2. *Poſt hæc diductis malis, educito linguam.*

14. INFULCIRI I. per vim ingeri. *Infulcire* enim ingerere eſt etiam Senec. Epiſt. 115. *Non deſinit omnibus locis verbum infulcire.* 24. *Quæris, quid huic epiſtolæ infulſerim?*

15. ABSUMPTA eſt Agrippina ἐν ᾧ δ' τε Γάλβας ὁ Σέργιος, ὁ μετὰ ταῦτα αὐταρχήσας, καὶ Λούκιος Κορνήλιος, τὸ τῶν ὑπάτων ὄνομα ἔσχον. *Anno quo Sergius Galba, is qui deinde imperator factus eſt, & L. Cornelius Sylla conſulum nomen haberent.* Dio LVIII. p. 624. B. Quod illos habuiſſe anno ab U. C. 785. putant *Faſti Capitolini* & *Pigh. Ann.* III. *p.* 561. Et quidem quinto decimo Kal. Novembris, ut docebit *Tacit. infr.* §. 23.

16. CRIMINOSISSIME INSECTATUS EST. Tacit. Ann. VI. 25. 2. *Enimvero Tiberius fœdiſſimis criminationibus exarſit, impudicitiam arguens, & Aſinium Gallum adulterum, ejuſque morte ad tædium vitæ compulſam.*

17. NATALEM non celebrari ignominioſum erat. Xiphil. LXVII. p. 759. D. Πάντα τὰ ἐναντιώτατα, ὧν ἐβούλετο, σκηπτόμενος, ἀμίλλας καὶ τὴν ἱπποδρομίαν τὴν τῶν γενεθλίων αὐτοῦ κατέλυσε. *Quum tamen omnia contra quam vellet Titus frater, præ ſe ferret Domitianus: nam circenſes ludos, qui natali die illius ſiebant, ſuſtulit.* Et ea de cauſa *conſulibus abrogavit imperium* Caligula infr. 26. 3.

18. NEFASTI dies erant, quibus prætori *fari* non licebat tria verba ſollennia, *do, dico, addico.* Ovid. Faſt. I. 47.

Ille nefaſtus erit, per quem tria verba ſilentur.

Varr. L. L. V. 7. *Ab hoc nefaſti, quibus diebus ea fari jus non eſt: & ſi fati ſunt, piaculum faciunt:* adeoque atri, & ominoſi, licet hoc neget Gell. N. A. IV. 9. Græcis ἀποφράδες dicuntur. Plutarch. in Camil. p. 138. E. Ἀλλὰ Ῥωμαίοις αὕτη, μία τῶν ἀποφράδων ἐστί. *Romanis hic dies inter nefaſtos unus eſt.* Et μελαίναις, atris, ominoſis junguntur. Dionyſ. A. R. IX. 5. Τὴν δὲ ἡμέραν ἐκείνην ἐν ᾗ τὸ πάθος ἐγένετο, μέλαιναν τε καὶ ἀποφράδα τίθενται. *Diem quoque hujus caſus inter atros, & nefaſtos retulit.* V. &, ſi illorum copia tibi eſt, *Brod. Miſc.* III. 17. *Manut. de vet. dier. ratione. Pellet. F. R.* I. 7. *Thyſ. in Gellium. Guther. de Jur. Pont.* III. 16.

19. IMPUTAVIT I. pro magno beneficio haberi voluit. Tacit. Hiſt. I. 38. 3. *Hoc ſolum erit certamen, quis mihi plurimum imputet.* Plin. XXIX. I. *Q. Stertinius imputavit principibus, quod HS quingenis annuis contentus eſſet.* Noſt. Ner. 36. 5. *Jactare* utitur hac in re Tacit. Ann. VI. 25. 3. *Jactavitque quod non laqueo ſtrangulata, neque in Gemonias projecta foret.*

20. STRANGULATAM I. *ſtringendo* gulam necatam. Cicer. Fam. IX. 22. *Si diximus, ille patrem ſtrangulavit, honorem non præfamur.* Noſter ſæpius. * Et hoc ſupplicii genere afficiebantur mulieres. Noſt. infr. 61. 14. *Strangulationem* mortem femineam vocat Pacat. c. 28. *Alteri manibus ſatellitum gula domi fracta, inuſta feminea mortis infamia.*

21. GEMONIAS n. *ſcalas.* Val. Max. VI. 3. 3. *Corpus contumelia carceris, & deteſtanda Gemoniarum ſcalarum nota fœdavit;* ſive *gradus.* Plin. VIII. 40. *Unius ex his canem nec a carcere abigi potuiſſe, nec a corpore receſſiſſe abjecti in gradibus Gemoniis mæſtos edentem ululatus.* Gradus, vel ſcalæ dicebantur, quantum conjectura ducitur Rhodig. A. L. X. 5. quod ſurrectus fuerit locus, ac gradibus quibuſdam conſcenderetur. Certe ἀναβαθμοὺς appellat Dio LVIII. p. 621. B. Τό τε σῶμα αὐτοῦ κατὰ τῶν ἀναβαθμῶν ἐῤῥίφη, καὶ ἐς τὸν ποταμὸν ἐνεβλήθη. *Corpus* ejus *in ſcalas* Gemonias *projectum, ac poſt in flumen miſſum.* *Gemoniæ* vero, quod *gemitus*, & calamitatum locus eſſet. Fuere in Aventino, ſive regione Urbis decima tertia, ut docent Victor, Onuphrius Panvinius Comm. R. R. I. p. 100. Merul. Coſmog. II. 4. p. 790. juxta Junonis Argivæ templum, quod Camillus ex voto dedicavit Vejis captis, ut addit

mentia [22] interponi decretum paſſus eſt, quo ſibi gratiæ agerentur [23], & Capitolino Jovi donum ex auro [24] ſacraretur.

Marlian. Topogr. v. 4. Sed Capitolio adhæſiſſe volunt *Donat. Urb. Rom.* III. 13. & *Borrich. Urb. Rom. Fac. c.* 15. Illarum frequens mentio apud noſtr. *infr.* 61. 12: 75. 1. *Vitell.* 17. 2. V. præterea *Loenſ. Miſc.* III. 5. *Fab. Semeſt.* II. 9. *Pollet. For. Rom.* v. 14.

* 22. CLEMENTIÆ Tiberii nummum ex Sčto percuſſum exhibet *Spon. Miſc. Erud. Ant. ſect.* 4. *p.* 154.

23. DECRETUM, QUO SIBI GRATIÆ AGERENTUR...: Tacit. Ann. VI. 25. 4. *Acta ob id grates, decretumque, ut quinto decimo Kal. Novembris utriuſque necis die, per omnes annos, donum Jovi ſacraretur.*

* 24. DONUM EX AURO Spon. Miſc. Erud. Ant. Sect. 4. p. 154. interpretatur Clypeum aureum, qui quid fuerit, docebo Cal. 16. 12. §. 33.

CAPUT LIV.

ARG. *Neronem & Druſum nepotes adoptivos P. C. commendat, diemque utriuſque tyrocinii celebrat, ſed mox omnium criminationibus obnoxios reddit, & fame necat Tiberius Nero Cæſar.*

1 Cum ex Germanico tres nepotes, Neronem & Druſum & Cajum; ex Druſo unum Tiberium [1] haberet, deſtitutus morte liberorum [2], maximos natu de Germanici filiis Neronem & Druſum [3] P. C. commendavit [4]: diemque utriuſque tyro-
2 cinii [5] congiario [6] plebi dato, celebravit. Sed ut comperit, ineunte anno [7], pro eorum quoque ſalute [8] publice vota ſuſcepta [9]: egit [10] cum ſenatu, *Non debere talia*

TIBERIUM cognomine *Gemellum.* Joſeph. Ant. XVIII. 8. Υἱὸς δὲ τούτου κατελέλειπτο Τιβέριος ἐπικαλούμενος Γέμελλος.

2. LIBEROS vocat filios tantum, Germanicum, ac Druſum, & illum quidem adoptivum, cum *liberorum* appellatione nepotes etiam, ac pronepotes, quique ex his deſcendunt, latiſſime comprehendantur, adoptivi vero vix pro *liberis* habeantur. V. *Torrentium*, & *Ictos.*

3. NERONEM ET DRUSUM, cum ſolius *Neronis* meminiſſet Tacit. Ann. III. 29. 1. *Per idem tempus Neronem e liberis Germanici jam ingreſſum juventam commendavit patribus*, utrumque commendatum P. C. dicit IV. 8. 6.

4. P. C. COMMENDAVIT HIS VERBIS. *Patres conſcripti, hos, orbatos parente, tradidi patruo ipſorum, precatuſque ſum, quamquam illi eſſet propria ſoboles, ne ſecus quam ſuum ſanguinem foveret, ac tolleret, ſibique & poſteris conformaret. Erepto Druſo preces ad vos converto, diiſque & patria coram obteſtor, Auguſti pronepotes, clariſſimis majoribus genitos, ſuſcipite, regite, veſtram meamque vicem explete. Hi vobis Nero & Druſe parentum loco: ita nati eſtis, ut bona, malaque veſtra ad Rempublicam pertineant.* Tacit. Ann. IV. 8. 6.

5. TYROCINIUM quid fuerit V. ſupr. Aug. 26. 4. §. 18.

6. CONGIARIUM quid ſit, ſupr. Cæſ. 27. 2. §. 13. Tyrocinii die plebi fuiſſe datum, ſupr. Aug. 26. 4. §. 20. dictum.

7. INEUNTE ANNO vota, de quibus infr. §. 9. ſuſcepta ſunt. Tacit. Ann. XVI. 22. 1. *Quin & illa objectabat principio anni vitare Thraſeam ſollenne jusjurandum: nuncupationibus votorum non adeſſe.* Et quidem veteri republica ipſis Kalendis Januariis. Liv. XXI. 63. *C. Flaminium conſcientia ſpretorum, & Capitolium, & ſollennem votorum nuncupationem fugiſſe: ne die initi magiſtratus Jovis optimi maximi templum adiret.* Hinc Tacit. Ann. IV. 70. 1. *Cæſar ſollennia incipientis anni Kalendas Januarias epiſtola precatus.* Ovid. Faſt. I. 175--182. Tibull. IV. I. 121--124. & noſt. infr. Ner. 46. 5. 6. 7. Deinde III. Nonas Januarias eam in rem conſecratus. Plutarch. Cicer. p. 861. C. Τεχθῆναι Κικέρωνα λέγουσιν ἡμέρᾳ τρίτῃ τῶν νέων καλανδῶν, ἐν ᾗ νῦν οἱ ἄρχοντες εὔχονται καὶ θύουσιν ὑπὲρ τοῦ ἡγεμόνος. *Editum ferunt Ciceronem* III. *Nonas Januarias, quo die Magiſtratus nunc vota faciunt pro incolumitate Principis.* Eunapius Maxim. p. 90. Ἡ τρίτη ἦν ἡμέρα τῶν καλανδῶν, ἃς οὕτως Ἰανουαρίας ἡμέρας Ῥωμαῖοι προσονομάζουσι, καὶ προσκυνήσαντες πάντες αὐτῶν ὑπείχοντο τὴν εὐωχίαν. *Tertius illuxerat dies a Kalendis Januariis, quas ita Romani nuncupant, quando omnes feſto gratulantes convivium addicunt.* Nec tamen priſcus ille mos continuo videtur abolitus. Ita enim Impp. Arcadius & Honorius Cod. XII. 49. *Quando votis communibus felix annus aperitur.* Quorum legem de ipſis Kalendis Januariis intelligendam eſſe contendit *Spanhem. in Julian. Orat. p.* 177. *A.* V. quoque *Lipſ. in Tacit. Ann.* XVI. *Excurſ.* D. *Lomej. de Luſtrat. c.* 6. *Lipen. de Stren. c.* 5. §. 29. 30: *Schott. Obſ.* v. 30. *Caſaub. in Spartian. Adrian. c.* 24.

8. PRO SALUTE *eorum*, utpote vel ex hoc ſpecimine populo cariſſimorum. Ea de re indoluit Tiberius.

* 9. VOTA SUSCIPIEBANTUR a populo pro Magiſtratibus. Dio XLIV. p. 243. A. Καὶ προσέτι καὶ εὔχεσθαι ὑπὲρ αὐτοῦ δημοσίᾳ κατ' ἔτος ἕκαστον. *Item, ut quotannis vota pro ſalute ejus publice fierent.* LI. p. 457. B. Τούς τε ἱερέας καὶ τὰς ἱερείας ἐν ταῖς ὑπέρ τε τοῦ δήμου καὶ τῆς βουλῆς εὐχαῖς, καὶ ὑπὲρ ἐκείνου ὁμοίως εὔχεσθαι.

lia præmia tribui niſi expertis, & ætate provectis: atque ex eo, patefacta interiore animi ſui nota [11], omnium criminationibus obnoxios reddidit: variaque fraude inductos, ut & concitarentur ad convicia, & concitati perderentur, accuſavit per literas [12], amariſſime congeſtis etiam probris [13]: & judicatos hoſtes fame [14] necavit [15]:
Neronem [16] in inſula Pontia [17]; Druſum in ima parte Palatii [18]. Putant Neronem 3
ad voluntariam [19] mortem coactum, cum ei carnifex, quaſi ex ſenatus auctoritate
miſſus, laqueos & uncos [20] oſtentaret. Druſo autem adeo alimenta ſubducta, ut to- 4.
mentum [21] e culcita [22] tentaverit mandere [23]: amborum ſic reliquiis diſperſis [24], ut vix quandoque colligi poſſent.

ætat. *Ut ſacerdotes ac ſacra mulieres, quum pro S. P. Q. R. vota conciperent, pro ipſo quoque vota facerent.*

*10. EGIT i. agens dixit. Senec. Contr. I. 2. *Marillius cum deſcripſiſſet* i. deſcribens dixiſſet, *dignationem puellæ magnam fuiſſe.* Ubi plura *Schultingius.*

11. NOTA, quaſi characterem animi dicas. Sic enim & Cicer. Fin. V. 25. *Nomina, tanquam rerum notas, mutaverunt.* Torrentius.

12. ACCUSAVIT PER LITERAS *apud ſenatum*, apud quem ſorores ſuas in inſulas Pontias relegandas *per literas* accuſaſſe Caligulam dicet Dio. infr. §. 17. V. & noſtr. infr. Cal. 7. 4.

13. PROBRIS i. flagitiis, ſceleribus. Catul. 90. 4.

Haud poſſe a turpi mentem inhibere probro.

Prop. IV. 4. 36.

Et valeat probro Veſta pudenda meo.

Inde *probroſam naturam* i. ſceleribus, flagitiis plenam dicit noſt. infr. Cal. 11. 1.

14. FAME, morte miſerrima, atque adeo deteſtabili, ut his etiam, qui judicum ſententia ſic mori cogebantur, defoſſis ſub terra, ut & Virginibus Veſtalibus, cibaria nihilominus apponerentur, ad evitandam ſupplicii diritatem. *Torrentius.*

15. NECAVIT M. Vinicio, C. Caſſio Longino conſulibus, ſive anno ab U. C. 782. *Faſti Capitolini*, & *Pigh. Ann.* III. p. 559.

16. NERONEM *ſucceſſioni proximum.* Tacit. Ann. IV. 59. 4. utpote cui *robur juventæ, vulgi ſtudia.* VI. 46. 1.

17. PONTIA inſula eſt in mari Tyrrheno ſita. Strab. II. p. 84. Νῆσοι δ' εἰσὶν ἐν μὲν τῇ παραλίᾳ τῇ κατὰ τὸ Τυῤῥηνικὸν πέλαγος μέχρι τῆς Λιγυστικῆς συχναί.... πελάγιαι δὲ ἡ Πανδαταρία τε καὶ Ποντία. *Inſulæ ejus ſunt in ora quidem Tyrrheni maris ad Liguriam uſque crebra.... in alto Pandataria & Pontia.* IV. p. 161. Τῶν δὲ σπηλαίων ἐν ὄψει μάλιστα πρόκεινται δύο νῆσοι πελάγιαι, Πανδαταρία τε καὶ Ποντία, μικραὶ μὲν, εὐοικούμεναι δὲ καλῶς, οὐ πολὺ ἀπ' ἀλλήλων διέχουσαι, τῆς ἠπείρου δ' ἐπὶ σ. *In conſpicuo autem maxime a ſpeluncis duæ inſulæ in pelago jacent, Pandataria & Pontia, non magnæ eæ, ſed bene habitatæ, & a ſe non procul disjunctæ, a continente ſtadiis 250.* Hodie *Golfo di Gaeta* dici dicit *Babelonius.* In illam damnati deportabantur. Deportatæ etiam ſunt Caji ſorores. Dio LIX. p. 657. D. Τάς τε ἀδελφὰς, ἐπὶ τῇ συνουσίᾳ αὐτῶν, ἐς τὰς Ποντίας νήσους κατέθετο, πολλὰ περὶ αὐτῶν καὶ ἀσεβῆ, καὶ ἀσελγῆ τῷ συνεδρίῳ γράψας. *Sorores ſuas, quod cum eo,* Lepido, quem V. *infr. Cal.* 24. 9. §. 20. *coiſſent, in Pontias inſulas relegavit: quum multa eas impietatis, ac libidinis apud ſenatum per literas accuſaviſſet.* Ex hac fratris cineres Romam tranſtulit Caligula infr. 15. 2.

18. IMA PARTE PALATII, ubi illum attinuit. V. Tacit. infr. 65. 4. §. 13.

19. VOLUNTARIAM i. ſibi ultro, ne a carnifice tormentis excarnificatus interficeretur, conſciſcendam. Talis *mors ſponte ſumpta* dicitur. Tacit. Ann. IV. 66. 3. Tales *voluntate exſtincti*, & *ſponte finem ſumpſiſſe* dicuntur, ut de Agrippina Tacit. Ann. VI. 25. 1. *Et poſtquam nihil de ſævitia remittebatur, voluntate exſtinctam. Niſi ſi negatis alimentis adſimulatus eſt finis, qui videretur ſponte ſumptus.* Noſt. infr. 66. 3. Cal. 26. 2. Ner. 34. 8. Galb. 3. 11.

20. UNCO trahebantur damnati. De Commodo Antonino Lamprid. c. 19. *Omnes cenſemus unco trahendum. Qui omnes occidit, unco trahatur....* Arnob. adv. gent. II. p. 45. *Cum carnificis unci impendeant credituris.* Jul. Obſeq. de prodig. c. 116. *Lectum ejus populus diripuit, corpus unco traxit, quod diſcrimine civili perſeveraſſet periclitanti patriæ non ſuccurrere.* Etiam in Gemonias. Juven. X. 66.

——— *Sejanus ducitur unco*
Spectandus: gaudent omnes.

Noſt. 61. 12. 75. 1. Vit. 17. 2.

21. TOMENTUM eſt id, quo culcitæ infarciuntur. Fiebat quoque ex gnaphalio herba. Plin. XXVII. 10. *Gnaphalium, cujus foliis albis, mollibuſque pro tomento utuntur.* Nempe γναφάλιον, quia inde fieret γνάφαλον, i. *tomentum.* Hoc, quo edendo vitam ſuſtentavit Druſus, ex arundine conciſa, vel gnaphalii foliis fuiſſe, putat in *Lexico Voſſius.*

22. CULCITA eſt omne ſtragulum, in quo aliquid quieſcendi gratia *inculcatum* eſt. Cicer. Tuſc. III. 19. *Collocemus in culcita plumea.* Paullus Digeſt. XXXIII. 10. 3. *Supellectili legata hæc continentur, menſæ, trapezophora, delphica, ſubſellia, ſcamna, lecti etiam inargentati, culcitæ.*

23. TENTAVERIT MANDERE: imo *mandit*, ut aſſerit Tacit. Ann. VI. 23. 4. *Druſus deinde extinguitur, cum ſe miſerandis alimentis, mandendo e cubili tomento, nonum ad diem detinuiſſet.*

24. DISPERGERE *reliquias* eorum, quos vivos vehementer odiſſent, poſt obitum, mos hominum

fuit ſæviſſimorum. Pyrrhi *reliquias diſperſas* fuiſſe teſtatur etiam Ovid. in Ibin n. 303.

Nec tua, quam Pyrrhi, felicius oſſa quieſcant,
Sparſa per Ambracias quæ jacuere vias.

Alluſit idem Pont. IV. 16. 47.

Ergo ſummotum patria proſcindere, livor,
Deſine, neu cineres ſparge cruente meos.

De Agrippinæ & Druſi *reliquiis* aliter tamen Dio LVIII. p. 635. C. Ὡς καὶ ἐκείνους τεθνεῶτας ἔμαθον, ὑπερήλγησαν διά τε τοῦτο, καὶ ὅτι τὰ ὀστᾶ αὐτῶν μόνοι οὐκ ἐς τὸ βασιλικὸν μνημεῖον κατέθετο, ἀλλὰ καὶ κρυφθῆναι πα κατὰ γῆς ἐκέλευσεν, ὥστε μηδέποτε εὑρεθῆναι. *Poſtquam de eorum quoque cæde reſciverunt, quodque non modo in monumento regio condi eorum reliquias prohibuiſſet, ſed occultari etiam in terram defoſſas juſſiſſet, ne unquam inveniri poſſent, ſummo dolore icti fuerunt.* V. & Caſaubonum.

CAPUT LV.

ARG. *Conſiliariorum pleroſque, & in his Ælium Sejanum ad ſummam provectum potentiam interficit Tiberius Nero Cæſar.*

1 Super veteres amicos [1] ac familiares, viginti ſibi e numero principum civitatis [2]
2 depopoſcerat, velut conſiliarios [3] in negotiis publicis. Horum omnium vix
3 duos aut tres incolumes præſtitit, cæteros alium alia de cauſa perculit [4]. Inter quos cum plurimorum clade [5] Ælium Sejanum [6], quem ad ſummam potentiam [7] non tam benevolentia provexerat, quam ut eſſet, cujus miniſterio, ac fraudibus, liberos Germanici circumveniret [8]: nepotemque ſuum ex Druſo filio [9] naturalem [10] ad ſucceſſionem imperii confirmaret.

Amici principum dicebantur, qui illis a conſiliis erant, illorum conſiliarii. Juſtin. XII. 12. 8. *Sed ex amicis dimiſſi ſenes, Polyperchon, Clitus, Gorgias....* XXXIV. 3. 3. *Cum contari* Antiochum Popilius *videret, conſultationemque ad amicos referre.*

2. Principum civitatis, quos *patricios viros* dicit Oroſ. VII. 4.

3. Velut consiliarios, *conſilii cauſa electos* fuiſſe idem dicit *Oroſius.*

4. Perculit, *necavit*, Oroſius. Nonius II. 642. *Percellere, evertere, percutere. Varro Parmenone: Alius teneram abietem ſolus percellit.* V. infr. Ner. 35. 11. §. 28.

5. Clade plurimorum. Tacit. Ann. VI. 19. 2. *Cunctos qui carcere attinebantur, accuſati ſocietatis cum Seiano necari jubet.* Qui Dioni LVIII. p. 630. B. ſunt συγγενεῖς, οἵ τε ἑταῖροι αὐτοῦ, καὶ οἱ λοιποὶ πάντες, οἵτινες αὐτὸν κολακεύσαντες, καὶ οἱ τὰς τιμὰς αὐτῷ ἐσηγησάμενοι, *ejus propinqui & amici, ac reliqui omnes, qui eum ante adulati fuerant, honoreſque decreverant.* Ita *T. Ollium, honoribus nondum functum, amicitiam Sejani pervertiſſe* dicit Tacit. Ann. XIII. 45. 2. V. & noſtr. 61. 1.

6. Ælium Sejanum cognitis inſidiis, quas Tiberio compoſuiſſe diximus ſupr. 48. 4. §. 24. Tiberius occidit, & ſocios conſilii. Joſeph. Ant. XVIII. 8. Ὁ δὲ μαθὼν τόν τε Σηιανὸν κτείνει, καὶ τοὺς συνεπιβούλους. Modum, quo interfecerit, docet Dio LVIII. 628. B. Καὶ αὐτῷ καὶ ὁ δῆμος προσπίπτων, πολλὰ μὲν ἐπὶ τοῖς ἀπολωλόσιν ὑπ' αὐτοῦ ἐπεβόα, πολλὰ δὲ καὶ ἐπὶ τοῖς ἐλπισθεῖσιν ἐπέσκωπτε: τάς τε εἰκόνας αὐτοῦ πάσας κατέβαλον, καὶ κατέκοψαν, καὶ κατέσυρον, ὡς καὶ αὐτὸν ἐκεῖνον αἰκιζόμενοι. Καὶ οὕτω θεατὴς ὧν πείσεσθαι ἔμελλεν ἐγίγνετο, τότε μὲν γὰρ ἐς τὸ δεσμωτήριον ἐνεβλήθη. Ὕστερον δ' οὐ πολλῷ, ἀλλ' αὐθημερὸν, ἡ γερουσία πλησίον τοῦ οἰκήματος ἐν τῷ Ὁμονοείῳ, ἐπειδὴ τά τε τοῦ δήμου τοιαῦτα ὄντα ᾔσθετο, καὶ τῶν δορυφόρων οὐδένα ἑώρα ἀθροισθεῖσα, θάνατον αὐτοῦ κατεψηφίσατο. Καὶ οὕτω δικαιωθεὶς, κατά τε τῶν ἀναβασμῶν ἐρρίφη, καὶ αὐτὸν ὁ ὅμιλος τρισὶν ὅλαις ἡμέραις ἐλυμήνατο, καὶ μετὰ τοῦτο ἐς τὸν ποταμὸν ἐνέβαλε. *Populus quoque irruens, multo clamore eos, quibus mortem intulerat, exprobravit: ſpes, quas ſibi propoſuerat, ludibrio habuit: omnes ejus ſtatuas dejecit, confregit, raptavit, quaſi ipſum ſic ea contumelia mulctarent. Ita ſpectator eorum, quæ paſſurus eſſet, Seianus fuit, dum in carcerem conjicitur. Nulla interjecta mora, eadem die, prope carcerem, in ædem Concordiæ convenit ſenatus, quum hunc ſenſum populi, prætorios milites nullos adeſſe videret, ac morte eum damnavit. Itaque capite multatus in* ſcalas Gemonias *projectus eſt, eumque totum triduum populus ludibrio habuit, & poſtea in flumen miſit.* Unde Senec. de tranq. c. 11. *Quo die illum*, Sejanum, *ſenatus deduxerat,* tribunitia, ut putabatur, poteſtate donandum, V. infr. 65. 3. §. 8. *populus in in fruſta diviſit: in quem quid congeri poterat, dii homineſque conſulerant; ex eo nihil ſuperfuit: quod carnifex traheret.* Et Juven. X. 66.

——— Sejanus ducitur unco
Spectandus: gaudent omnes: quæ labra? quis illi
Vultus erat?

7. Potuisse multum Sejanum docuit nos Joſephus ſupr. 48. 4. §. 24. *Quo facinore dominationem tantam raptum ieris, expedit* Tacit. Ann. IV. 1. & 2.

8. Circumvenire eſt invidia conflata, & facinore opprimere. Cicer. Verr. IV. 8. *Quid te a cæteris Siciliæ civitatibus circumveniri, atque opprimi dicis? tua*

te

te altera patria, quemadmodum dicere ſolebat, Meſſana circumvenit.

9. NEPOTEM EX DRUSO FILIO, Tiberium ſupr. 45. 1. cui tamen Rempublicam tradere non eſt auſus. Dio LVIII. p. 635. D. Εἶχε μὲν γὰρ καὶ τὸν Τιβέριον τὸν ἔγγονον, ἀλλ' ἐκεῖνον μὲν διά τε τὴν ἡλικίαν (ἔτι γὰρ παιδίον ἦν) καὶ διὰ τὴν ὑποψίαν (οὐ γὰρ ἐπιστεύετο τοῦ Δρούσου παῖς εἶναι) παρεώρα. *Erat ipſi nepos nomine Tiberius; ſed illum & propter ætatem (puer enim erat adhuc, nondum pubertatem ingreſſus,* teſte Tacit. Ann. VI. 46. 1. ἄρτι ἐκ παίδων εἰς μειράκιον ὁ δεύτερος μετιὼν, *vix primam adoleſcentiam miſellus attigerat.* Philo legat ad Cajum p. 995. D.) *& propter ſuſpicionem (quod non credebatur eſſe Druſi filius) neglexit.*

10. NATURALEM i. ſanguine, & *natura* ſuum. V. ſupr. c. 52. 1. §. 2.

CAPUT LVI.

ARG. *Zenonem Cinariam relegat, & Seleucum grammaticum a contubernio remotum ad mortem compellit Tiberius Nero Cæſar.*

Nihilo lenior in convictores [1] Græculos, quibus vel maxime acquieſcebat. Ze- 1. 2
nonem quendam exquiſitius ſermocinantem [2], cum interrogaſſet, *quænam illa tam moleſta dialectos* [3] *eſſet*: & ille reſpondiſſet, *Doridem* [4]: relegavit Cinariam [5],
exiſtimans exprobratum ſibi veterem ſeceſſum, quod Dorice Rhodii [6] loquantur. 3
Item cum ſoleret ex lectione quotidiana quæſtiones ſuper cœnam [7] proponere, comperiſſetque Seleucum grammaticum [8] a miniſtris ſuis perquirere, quos quoque tempore

CONVICTORES appellamus familiares convivas, qui quotidie nobiſcum vivunt. Plin. Epiſt. II. 6. *Convictores, non libertos puto.*

2. EXQUISITIUS SERMOCINANTEM i. doctius loquentem, phraſibus non plebejis utentem. Unde *reconditas & exquiſitas ſententias* jungit Cicer. de Clar. Orat. c. 79. *Ita reconditas, exquiſitaſque ſententias mollis, & pellucens veſtiebat oratio.*

3. DIALECTOS *eſt loquendi genus, quæ plura ſunt Græcis.* Quintil. Inſtit. 1. 5. *Eſt enim illis dialectus* Dorica, Ionica, Attica, Æolica.

4. DORICA dialectus eadem quæ Æolica. Strab. VIII. p. 229. Τὴν δὲ Δωρίδα τῇ Αἰολίδι. Ubi addit. Πάντες γὰρ οἱ ἐκτὸς Ἰσθμοῦ, πλὴν Ἀθηναίων, καὶ Μεγαρέων, καὶ τῶν περὶ τὸν Παρνασσὸν Δωριέων, καὶ νῦν ἔτι Αἰολεῖς καλοῦνται: καὶ τοὺς Δωριέας δὲ ὀλίγους ὄντας, καὶ τραχυτάτην οἰκοῦντας χώραν, εἰκός ἐστι τῷ ἀνεπιμίκτῳ παρατρίψαι τὴν γλῶτταν, καὶ τὰ ἄλλα ἔθη πρὸς τὸ μὴ ὁμογενὲς, ὁμογενεῖς πρότερον ὄντας. *Omnes enim Græci, qui extra Iſthmum degunt, Athenienſibus, Megarenſibus, & Dorienſibus, qui circa Parnaſſum ſunt, exceptis, hodieque Æolenſes dicuntur: ac probabile eſt Dorienſes, cum pauci eſſent, ac ſolum aſperrimum colerent, eo quod aliis non permiſcerentur, linguam ſuam retinuiſſe ad ejus ſocietatem alios quoque cognatos ſuos populos pertraxiſſe.*

5. CINARIAM quam eſſe *Cynaram*, unam ex Sporadibus, ſunt qui putent, inquit *Torrentius.* Certe Sporadibus annumerat *Cynaram* Plin. IV. 12.

6. DORICE RHODIOS *locutos* eſſe dicit etiam Thucyd. VII. p. 525. D. Ῥόδιοι δὲ καὶ Κυθήριοι, Δωριῆς ἀμφότεροι. *Rhodii vero, & Cytherii, Dorienſes utrique.* Unde Philoſtr. Sophiſt. I. p. 500. D. de Æſchine oratore. Καὶ σοφιστῶν φροντιστήριον ἀποφήνας τὴν Ῥόδον, αὐτοῦ διητᾶτο, θύων ἡσυχίᾳ, καὶ Μούσαις καὶ Δωρίοις ἤθεσιν ἐγκαταμιγνὺς Ἀττικά. *Et ſophiſtarum ſcholam præbens Rhodum, illic commoratus eſt, ſacra faciens Quieti, & Muſis, Atticos mores Doricis miſcens.* Plura *Meurſ. Rhod.* II. 3.

7. SUPER COENAM *quæſtiones* literatas proponere ſolebant veteres. Gell. XV. 2. *Is in conviviis juvenum, quæ agitare Athenis hebdomadibus lunæ ſollenne nobis fuit, ſimulatque modus epulis factus, & utiles, delectabileſque ſermones cœperant; tum ſilentio ad audiendum petito, loqui cœptabat.* Ipſe Auguſtus φιλοσοφίας οὐκ ἄκροις χείλεσι γευσάμενος: ἀλλ' ἐπὶ πλεῖον ἑστιαθεὶς, καὶ σχεδόν τι καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἑστιώμενος, τὰ μὲν μνήμαις ἃ ἡ διάνοια προμαθοῦσα τὰ φιλοσοφίας ἀνεπόλει, τὰ δὲ καὶ ταῖς τῶν συνόντων ἀεὶ λογίων συνδιατριβαῖς: κατὰ γάρ τας ἐν δείπνῳ συνουσίας ὁ πλεῖστος χρόνος ἀπενέμετο τοῖς ἀπὸ παιδείας, ἵνα μὴ τὸ σῶμα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡ ψυχὴ τοῖς οἰκείοις ἀνατρέφοιτο: *qui non ſummis labris philoſophiam guſtaverat, ſed plerumque in conviviis, quæ fere quotidiana erant, memoria retractabat, quæ a philoſophis didicerat, aut ex virorum doctorum, quos domi alebat, conſuetudine: nam cœnæ tempus ut plurimum tribuebatur eruditis fabulis, ut non ſolum corpus, verum & anima ſuis reficeretur deliciis.* Philo Legat. ad Cajum p. 1035. C.

8. SELEUCUM GRAMMATICUM Alexandrinum intelligit *Torrentius*, cognomento Homericum, quem Romæ ſophiſtam egiſſe auctor eſt Suidas. Σέλευκος Ἀλεξανδρεὺς γραμματικὸς, ὃς ἐπεκλήθη Ὁμηρικός: ἐσοφίστευσε δὲ ἐν Ῥώμῃ. * Grammatici vero quæſtionibus difficillimis ſeſe exagitare & experiri ſolebant. Cicer. Attic. VII. 3. *Sed quoniam grammaticus es, ſi hoc mihi ζήτημα perſolveris, magna me moleſtia liberaris.* Quintil. Inſt. I. 4. *Grammaticus ſi de ratione loquendi diſſerat, quæſtiones explicet, hiſtorias exponat.* Ita philologiam & συζητήσεις conjungit Cicer. Fam. XVI. 21. *Non eſt enim ſejunctius locus a philologia, & quotidiana συζητήσει.* Huc alluſit Furius Bibaculus apud

pore [9] tractaret auctores, atque ita præparatum venire: primum a contubernio removit [10], deinde etiam ad mortem compulit.

pud Suet. Gramm. 11. 4.

Summum grammaticum, optimum poetam
Omnes ſolvere poſſe quæſtiones.

Hinc grammaticorum alii ἐνστατικοὶ, quia alios propoſitis quæſtionibus fatigabant: alii λυτικοὶ, qui ſolvebant. Euſtath. Iliad. Σ. p. 1226. Ἐκ δὲ τούτου δῆλον, ὡς οὐχ ἁρμόζει ὁ χιτὼν κατὰ τοὺς ἐνστατικοὺς ἐπὶ μόνου τοῦ προσεχῶς ἐπικεχυμένου τῇ σαρκί. Suidas & Athen. XI. p. 493. Σωσίβιος Λάκων γραμματικὸς τῶν ἐπιλυτικῶν καλουμένων. Wouwer. de Polym. c. 10. §. 13. 14. 15.

9. QUOQUE TEMPORE i. quocunque die, & hora.

10. A CONTUBERNIO REMOVIT i. domo interdixit. V. ſupr. 14. 7.

CAPUT LVII.

ARG. *Sævam ac lentam in puero Tiberio naturam perſpicit Theodorus Gadareus: ſcurram.... ad ſupplicium duci imperat, & Pompejo cuidam, fore ut ex Pompejo Pompejanus fieret, affirmat Tiberius Nero Cæſar.*

1 Sæva ac lenta natura [1] ne in puero quidem latuit, quam Theodorus [2] Gadareus [3]
rhetoricæ præceptor [4], & proſpexiſſe primus ſagaciter, & aſſimilaſſe aptiſſime
2 viſus eſt: ſubinde in objurgando [5] appellans eum, πηλὸν [6] αἵματι πεφυραμένον [7]. Sed
aliquanto magis in principe eluxit [8], etiam inter initia, cum adhuc favorem hominum
3 moderationis ſimulatione [9] captaret. Scurram [10] qui prætereunte funere elato [11]
mortuo-

SÆVA AC LENTA NATURA. V. illam ſupr. 21. 1.

2. THEODORUS *Gadareus* ille eſt, de quo Quintil. Inſtit. III. 1. *Theodorus Gadareus, qui ſe dici maluit Rhodium: quem ſtudioſe audiſſe, cum in eam inſulam ſeceſſiſſet, dicitur Tiberius Cæſar.*

3. GADAREUS a *Gadaribus* civitate Syriæ. Strab. XVI. p. 522. Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ καὶ ἡ Γαδαρίς ἐστιν· ἣν καὶ αὐτὴν ἐξιδιάσαντο οἱ Ἰουδαῖοι. Ἐκ δὲ τῶν Γαδάρων καὶ Θεόδωρος, ὁ καθ' ἡμᾶς ῥήτωρ. *Interjacet Gadaris, quam ipſam quoque Judæi ſuam fecerunt. Gadarenſis fuit & Theodorus orator, qui ætate noſtra floruit.*

4. RHETORICÆ PRÆCEPTOR: unde *ars Theodori* dicitur rhetorica Juven. VII. 177.

—— *doceat vel Pollio quanti*
Lautorum pueros, artem ſcindens Theodori.

Et Theodorum, ut *rhetorem* laudat Fortunatian. Rhet. ſchol. 1. p. 53. *Status ubi invenitur? In eo quod probamus, aut in eo ex quo probamus. Secundum Theodorum, in eo ex quo probamus....*

5. IN OBJURGANDO, in quo diſcipulis cognomina dare ſolebant pædagogi. Plaut. Bacch. 1. 2. 28.

LYD. *O præligatum pectus.*

Objurgare vero Tiberium quia auſus eſt Græculus ille, videtur non tantum Rhodi, ubi dum hæſit Tiberius, multorum bellorum fuit dux, conſularis, & tribunitia præditus poteſtate, ſed etiam Romæ illo uſus præceptore. Quod recte collegit Torrentius. Nam & *in puero* procul dubio diſcipulo hanc naturam perſpexit præceptor.

6. Πηλὸν αἵματι πεφυραμένον i. *lutum ſanguine maceratum* quoque Neronem appellat Alexander Ægæus, philoſophus peripateticus, apud Suidam. Ἀλέξανδρος Αἰγαῖος φιλόσοφος περιπατητικὸς, διδάσκαλος Νέρωνος τοῦ βασιλέως ἐκάλει τὸν Νέρωνα πηλὸν αἵματι πεφυραμένον. *Lutum* lentam naturam, *ſanguis* ſævitiam notat. Plus enim quam vel ſordidum, vel ſanguineum denotat, eximie nimirum talem. Latinis enim, ut Auſt. ſacr. c. 2. docet Heinſius, abſtracta pro ſimpliciter concretis poſita, intenduut id quod dicitur. Ita & Mart. XI. 92. 2.

Non vitioſus homo es, Zoile, ſed vitium.

Loca parallela adfert Caſaubonus.

7. Φύραμα eſt maſſa farinæ ſubactæ, & humore maceratæ. Paull. 1. Corinth. 5. 6. Οὐκ οἴδατε ὅτι μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ. *Ignoratis, quod modicum fermenti totam maſſam fermentat?* Et de maſſa figuli dicitur Rom. 9. 21. Ἢ οὐκ ἔχει ἐξουσίαν ὁ κεραμεὺς τοῦ πηλοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ φυράματος ποιῆσαι.... *An non habet poteſtatem figulus in lutum, ut ex eadem maſſa faciat....* A φυρᾶν i. ſubigere, miſcere, macerare. *Heſychius. φυρᾶν, ζυμοῦν, ταράσσειν τὰ ἄλευρα.

8. FLUXIT i. apparuit. Plin. XXX. 11. *Ut in ipſa pictura eruditio eluceat.*

9. MODERATIONIS SIMULATIONE i. dum *ſimulat* ſe colere *modeſtiam*, quæ ut Ambroſ. de offic. 1. *totius vitæ extollit ornatum.* Sed, ut ait Cicer. Off. II. 12. *Ficta omnia celeriter, tanquam floſculi, decidunt, nec ſimulatum quidquam poteſt eſſe diuturnum.* Beroaldus.

10. SCURRA i. hiſtrio, mimus. Prudent. περὶ στεφ. III. 320.

Dum ſcurra ſaltas fabulam.

Inde *ſcurra mimicus* Capitol. Maximin. c. 9. *Quum Maximinus interrogaret amicos, quid mimicus ſcurra dixiſſet.* Et *ſcurra mimarius* eidem Ver. c. 8. *Adduxerat ſecum & fidicinas, ſcurraſque mimarios.* V. *Salmaſ. Pollion. tyran. c.* 24. Tales illuſtrium virorum exſequiis adhiberi ſolitos fuiſſe obſervat *Caſaub. infr. Veſp.* 19. 6. & ex illo *Kirchm. Fun. Rom.* II. 7. ex Dionyſ. A. R. VII. p. 477. Εἶδον δὲ καὶ ἐν ἀνδρῶν ἐπισήμων

mortuo mandarat [12], ut nuntiaret Auguſto, *nondum reddi legata* [13], *quæ plebi* [14] *reliquiſſet*, attractum ad ſe, recipere debitum ducique ad ſupplicium imperavit, & patri [15] ſuo verum referre. Nec multo poſt in ſenatu Pompejo cuidam, equiti Romano, quiddam perneganti [16], dum vincula minatur, affirmavit fore, *ut ex Pompejo Pompejanus fieret* [17]: acerba cavillatione [18] ſimul hominis nomen inceſſens [19], veteremque partium fortunam. 4

κινήμαν ταῖς ἄνω ταῖς ἄλλαις πομπαῖς προηγουμένους τῆς κλίνης τοὺς σατυρικοὺς χοροὺς κινουμένους τὴν σίκιννιν ὄρχησιν, μάλιστα δὲ ἐν ταῖς τῶν εὐδαιμόνων κήδεσιν. *Quin etiam in illuſtrium virorum funeribus præter alias pompas vidi & ſatyricos choros, qui lectulum præcedebant, & ſicinnem ſaltationem ſaltabant: præcipue vero in fortunatorum virorum funeribus.* Noſt. *Veſp.* 19. 6. Hoc tamen loco *ſcurram* non fuiſſe e numero conductorum pro funere; ſed alium quemdam e vulgo, qui cum funus præteriret, efferentibus inopinato obvius factus mortuum inclamaverit, quid Auguſto nuntiari velit, putat Reineſ. V. L. 1. 21. & ex illo Faes ad Gyrald. de Sepult. c. 14. dum id hominum genus in quaſcunque occaſiones lingua nequam promptum, & vel ſine duce eſt factioſum.

11. ELATO i. qui *efferebatur.*

12. MORTUO MANDARAT.... Dio LVII. p. 611. A. Ἐπειδὴ προσελθών τις πρὸς νεκρὸν διὰ τῆς ἀγορᾶς ἐκφερόμενον, καὶ πρὸς τὸ οὖς αὐτοῦ προσκύψας ἐψιθύρισέ τι· καὶ ἐρομένων τῶν ἰδόντων, ὅ τι εἰρήκει, ἐντετάλθαι ἔφη τῷ Αὐγούστῳ, ὅτι οὐδέπω οὐδὲν ἐκεκόμιστο· ἐκεῖνον μὲν γὰρ αὐτίκα ἀπέκτεινεν, ἵνα αὐτάγγελος αὐτῷ (ὥς που καὶ ἐπισκώπτων εἶπε) γένηται. *Quum funus quoddam per forum efferretur, acceſſit quidam, & mortuo in aurem quidquam, inſuſurravit: interrogatusque ab his, qui viderant, quidnam dixiſſet, indicare eum Auguſto juſſiſſe reſpondit, nihil dum ejus nomine accepiſſe: hunc, quo ipſe eum nuntium perferret, (id enim illudens dicebat) ſtatim interfecit.*

13. LEGATA hæc ex Auguſti n. teſtamento hujus facti occaſione *reddidit* Tiberius. Dio. Ἐπὶ μὲν τοῦ Δρούσου τοῦ υἱέος αὐτοῦ, Γαΐου τε Νορβανοῦ ὑπάτων, τῷ δήμῳ τὰ καταλειφθέντα ὑπὸ τοῦ Αὐγούστου ἀπέδωκεν.... Τοὺς δ' ἄλλους οὐκ ἐς μακρὰν ἀπήλλαξε, κατὰ πέντε καὶ ἑξήκοντα (ἑβδομήκοντα legit *Xylander*) δραχμὰς διανείμας. *Druſo Tiberii filio, C. Norbano conſulibus* i. anno ab U. C. 767. ut docet *Pigh. Ann.* III. *p.* 543. *legatum populo ab Auguſto perſolvit.... Ceteris mox ſatisfecit, viritim diviſis ſeptuagenis quinis denariis.*

14. PLEBI. V. *infr.* 76. 3. §. 5.

15. PATRI Auguſto: *verum referre.* Cui atrocitati ſimilem narrat Virg. *Æn.* II. 547.

Cui Pyrrhus: referes ergo hæc, & nuntius ibis
Pelidæ genitori: illi mea triſtia facta,
Degeneremque Neoptolemum narrare memento.
Nunc morere.

Narrat & alteram Sil. Ital. I. 398.

Cui ſævum arridens, narrabis Hamilcaris umbris.

V. *Lacerd. ad Virgilium.*

16. PERNEGANTI i. in *negando*, quod petebat Tiberius, pertinaciter perſeveranti. *Beroaldus.*

17. E POMPEJO POMPEJANUS FIERET i. interficeretur, ut interfecti Julii temporibus fuerant *Pompejus*, & *Pompejanæ* factionis ſectatores. *Beroaldus.*

18. CAVILLATIO proprie eſt Ictorum ejuſmodi, qui, cum *cavere* neſciant ſuis, aliquid confingunt, quo ſe iis *cavere* ſimulent. Unde in Onomaſtico veteri: *cavillo*, σοφίζομαι. Quia autem tales ſuorum ſimplicitati illudunt: inde eſt, quod etiam ad ſcommata, & jocos extenſa ſit ſignificatio. Unde idem Onomaſticon: *cavilla*, σκῶμμα. Feſtus. *Cavillatio eſt jocoſa calumniatio. Cavillum, cavillatio, id eſt, irriſio.* Unde & ad theatra deductum hoc eſt vocabulum. Marcellin. XI. 6. *Ut in theatrali ſcena ſimulacrum quoddam inſigne per aulæum, vel mimicam cavillationem ſubito putares emerſiſſe.* V. *Voſſ. Inſtit. Orat.* IV. 9. 1. *Lex. Etymol.* & *Valeſ. in Marcellin. p.* 406.

19. INCESSENS i. mordaciter petens. Feſtus. *Inceſſere, immittere, ac jactu, vel verbis petere.* Noſt. *Tib.* 11. 8. *Ner.* 35. 7. *Cal.* 25. 8. *Claud.* 8. 3.

CAPUT LVIII.

ARG. *Judicia majeſtatis cogi jubet, &, circa Auguſti ſimulacrum multa capitalia ut eſſent, inſtituit Tiberius Nero Cæſar.*

Sub idem tempus, conſulente [1] prætore [2], an judicia majeſtatis cogi juberet, exercendas [3] eſſe leges reſpondit, & atrociſſime exercuit. Statuæ [4] quidam [5] Auguſti 1 2

1. CONSULENTE i. interrogante. Aurel. Vict. de vir. illuſt. c. 35. *Pyrrhus, cum imperium orbis agerret,... Apollinem de bello conſuluit.* Noſter ſæpius. Ratio eſt, quia *conſules* ſenatores ſententiam in ſenatu rogabant.

2. PRÆTORE *Pompejo Macro.* Tacit. Ann. I. 72. 5. *Tiberius, conſultante Pompeio Macro prætore, an judicia majeſtatis redderentur? exercendas leges eſſe reſpondit.*

3. EXERCENDAS n. ex ſua libidine. *Exercentur a-*

guſti caput [6] dempſerat, ut alterius imponeret. Acta res in ſenatu [7]. Et quia am-
3 bigebatur [8], per tormenta quæſita eſt [9]. Damnato [10] reo, paullatim hoc genus calumniæ eo proceſſit [11], ut hæc quoque capitalia eſſent: circa Auguſti ſimulacrum [12] ſervum cecidiſſe [13]: veſtimenta mutaſſe [14]: nummo [15] vel anulo [16] effigiem impreſſam,

lias leges, quando ſontes ſecundum legum præcepta puniuntur.

4. STATUÆ ita formabantur, ut capita tolli, & alia ſubſtitui poſſent. Docet hoc Plin. XXXV. 2. *Ærei ponuntur clypei, argentea facies ſurdo figurarum diſcrimine, ſtatuarum capita permutantur.* Et narrat Dio LVIII. p. 625. B. ex Sejani ſtatua fumus copioſus cum emerſiſſet, caput ejus, ut poſſet inſpici, quidnam rei eſſet, ſublatum, & aliud illi impoſitum eſſe. Ὅτι ἐξ ἀνδριάντος τινὸς αὐτοῦ καπνὸς πολὺς ἀνέδραμε, ἔπειτα δὲ ἀφαιρεθείσης τῆς κεφαλῆς, ὅπως τὸ γενόμενον ἴδωσιν, ὄφις μέγας ἀνεπήδησεν: ἑτέρας τε εὐθὺς ἀντεπιτεθείσης αὐτῷ....

5. QUIDAM, Granius Marcellus prætor Bithyniæ, de quo Tacit. Ann. I. 74. 4. *Addidit Hiſpo, ſtatuam Marcelli altius quam Cæſarum ſitam: & alia in ſtatua, amputato capite Auguſti, effigiem Tiberii inditam.*

6. CAPUT ſtatuæ *demere....* erat illam μεταῤῥυθμίζειν, in aliam formam, capite & titulo permutatis. Docet hoc Dio LIX. p. 662. A. Οὕτω δὴ ἐπὶ σφόν γε ναὸν ἐν τῷ Παλατίῳ σπουδῇ ᾠκοδομήσατο, καὶ ἄγαλμα ἐς αὐτὸν ἠθέλησε τὸ τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου ἐς τὸ ἑαυτοῦ εἶδος μεταῤῥυθμίσαι. *Ipſe ſibi in Palatio templum properato poſuit. In eo Olympii Jovis ſimulacrum ſuam in effigiem commutatum voluit collocare.* Noſter hanc narrans hiſtoriam infr. Cal. 22. 5. dicit voluiſſe Cajum *capite dempto ſuum imponere.*

7. IN SENATU dum hæc *res ageretur, adeo exarſit* Tiberius, *ut rupta taciturnitate proclamaret, ſe quoque in ea cauſa laturum ſententiam palam & juratum, quo cæteris eadem neceſſitas fieret.* Tacit. n. 5. Exarſiſſe vero ideo videtur, quia Auguſtum, quaſi tyrannum, occulte damnare videbatur Granius. Tyrannos enim illa ignominia afficere ſolebant, ut victorum ſtatuæ mutatis capitibus conſecrarentur. Hieron. in prophetam Habac. c. 4. *Si quando tyrannus detruncatur, imagines quoque ejus deponuntur, & ſtatuæ: & vultu tantummodo commutato, ablatoque capite, ejus, qui vicerit, facies ſuperponitur, ut manente corpore, capitibuſque præciſis, caput aliud commutetur.* Laudat Hieronymum Caſaubonus.

8. AMBIGEBATUR I. dubiis probabatur teſtibus. Accuſavit Granium *Romanus Hiſpo, qui formam vitæ*, ut illam deſcribit Tacit. n. I. *inierat, quam poſtea celebrem miſeriæ temporum & audaciæ hominum fecerunt. Nam egens, ignotus, inquies, dum occultis libellis ſævitiæ principis adrepit, mox clariſſimo cuique periculum faceſſit.*

9. QUÆSITA EST. Alluſum eſt hic ad nomen *quæſtiones. Quæſtiones* dictæ ſunt, quod tormentis veritas creditur exquiri, & extundi ab invitis. V. *Pollet. For. Rom.* IV. 14.

10. DAMNATO, quem dicit *abſolutum crimine majeſtatis* Tacit. n. 7. *Permotus his, quantoque incautius efferbuerat, pœnitentia patiens, tulit abſolvi reum criminibus majeſtatis*; ita ut alius quæſitus fuerit prætextus, quo in Tiberii gratiam damnatum Granium dicit Suetonius. Ut ſcriptores hos conciliare conatur Caſaubonus. Cum tamen majeſtatis crimine damnatum omnino Suetonius voluiſſe videatur Lipſ. in Tacit. p. 29.

11. EO PROCESSIT *genus calumniæ, ut fuerit accuſandi frequens, & pæne publica rabies, quæ omni civili bello gravius togatam civitatem confecit. Excipiebatur ebriorum ſermo, ſimplicitas jocantium. Nihil erat tutum: omnis ſæviendi placebat occaſio. Nec jam reorum exſpectabatur eventus, cum eſſet unus.* Senec. de Benef. III. 26.

12. CIRCA AUGUSTI SIMULACRUM, quia voluit novo numini patri ſuo non minus reverentiæ præſtari, quam cæteris diis, quorum templa, aras, ſtatuas, & effigies perfugium præbuiſſe ſervis, quos inclementes domini perſequerentur, notum eſt. * Arrian. Epict. II. 8. Ἀγάλματος αὐτοῦ τοῦ Διὸς παρόντος οὐκ ἂν τολμήσαις τι τούτων ποιεῖν ὧν ποιεῖς. *Dei ſimulacro præſente non auderes quicquam eorum facere quæ facis.* Caſaubonus.

13. SERVUM CECIDISSE ad ſimulacrum principis capitale erat. Philoſtr. Apoll. I. 11. Οἱ (ἀνδριάντες) καὶ τοῦ Διὸς τοῦ ἐν Ὀλυμπίᾳ φοβερώτεροι τότε, καὶ ἀσυλότεροι ἦσαν, Τιβερίου γε ὄντες: ἐφ' οὗ λέγεταί τις ἀσεβῆσαι δόξαι, τύπτησας τὸν ἑαυτοῦ δοῦλον φέροντα δραχμὴν ἀργυρᾶν νενομισμένην ἐς Τιβέριον. *Statuæ Tiberii illis in locis*, apud Aſpendios, *ſanctiores, & venerabiliores, quam Jovis Olympii ſimulacrum, habebantur: ita ut impietatis damnatus quidam fuerit, quod ſervum ſuum verberaſſet, qui drachmam argenteam Tiberii imagine ſignatam geſtabat.* Plura *Figrell. de ſtat. c.* 35. *Buleng. de imperat.* I. 34. *Calvin. in Senec. de clem. p.* 49. *Durant. V. L.* II. 16.

14. VESTIMENTA MUTASSE ad ſimulacrum principis capitale erat. Id non licebat in deorum conſpectu. Plutarch. Quæſt. Rom. 39. Ἐν ναῷ, καὶ ἱερῷ γυμνοῦν ἑαυτὸν ἀθέμιτον ἦν. *In templo, aut fano nudari ſeſe nefas eſt.* Hinc tranſlatum ad honorem hominum. Val. Max. II. I. 7. *Manifeſtum igitur eſt tantum religionis ſanguini & affinitati, quantum ipſis diis immortalibus tributum: quia inter iſta tam ſancta vincula non magis quam in aliquo ſacrato loco nudare ſe, fas eſſe credebatur.* Unde Xiphil. LVIII. p. 765. A. & Zonar. Ann. II. p. 197. Γυνή τις ὅτι ἀπεδύσατο ἐναντίον εἰκόνος τοῦ Δομετιανοῦ, ἐκρίθη τε καὶ ἀπώλετο: *mulier quædam, quod ſemet exuerat ante ſtatuam Domitiani,*

ſum [17], latrinæ aut lupanari intuliſſe, dictum ullum factumve ejus exiſtimatione aliqua læſiſſe [18]. Periit denique & is, qui honores in colonia ſua eodem die [19] decerni 4
ſibi paſſus eſt, quo decreti & Auguſto olim erant.

mitiari, damnata & interfecta eſt. V. *Caſaubonum, Figrell. de ſtat. c.* 36.

15. NUMMO IMPRESSAM EFFIGIEM... capitale fuiſſe docet infelix caſus juvenis illius ex equeſtri ordine, qui ultimo ſupplicio deſtinatus a Caracalla legitur, quod nummum ſignatum ejus imagine in lupanar intuliſſet, ut obſervat Dio in Excerptis Peireskii, quem adfert *Ampliſſ. Spanhem. Diſſert. de num.* I. *p.* 20.

16. ANULO IMPRESSAM EFFIGIEM.... capitale fuiſſe docent inſidiæ poſitæ Paullo prætorio, qui apud Senec. de Benef. III. 26. *cœnabat in convivio quodam, imaginem Tiberii Cæſaris habens, ectypa, & eminente gemma. Rem ineptiſſimam fecero, ſi nunc verba quæſiero*, inquit Seneca, *quemadmodum dicam illum matellam ſumpſiſſe. Quod factum ſimul & Maro, ex notis illius temporis veſtigatoribus, notavit. At ſervus ejus, cui nectebantur inſidiæ, ei ebrio anulum extraxit, & cum Maro convivas teſtaretur, admotam eſſe imaginem obſcœnis, & jam ſubſcriptionem componeret: oſtendit in manu ſua ſervus anulum.* Ita damnatos eſſe, *qui urinam in eo loco fecerunt, in quo ſtatuæ, aut imagines erant principis*, legitur apud Spartian. Carac. *c.* 5. V. & *Figrell. de ſtat. c.* 36. *Kirchm. de anul. c.* 12. *Gorl. de anul. p.* 17. *Long. de anul. c.* 1. *Savot. de numm. antiq.* I. 2.

17. EFFIGIEM IMPRESSAM principum & clarorum virorum referebant anuli. Val. Max. III. 5. 1. *Inſuper e manu ejus anulum, in quo caput Africani ſculptum erat, detraxerunt.* Cicer. Fin. V. 1. *Cujus imaginem non modo in tabulis noſtri familiares, ſed etiam in poculis, & in anulis habent.* Plin. Epiſt. X. 16. *Dum requiro gemmam, quam ſe habentem imaginem Pacori, & quibus inſignibus ornatus fuiſſet, ſubtractam indicabat.* V. quoque *Caſal. de prof. Rom. rit. c.* 18.

18. EXISTIMATIONE LÆSISSE i. libere de illo locutum eſſe, judicaſſe. *Exiſtimare* pro loqui ponit Macrob. Sat. II. 4. *Venit forte in domum, in qua Cato habitaverat, dein Strabone in adulationem Cæſaris male exiſtimante de pertinacia Catonis* i. λοιδορεῖτος. Ponit & Senec. de Ira III. 22. *Quod homines & periculoſiſſime, & libentiſſime faciunt, ut de rege ſuo male exiſtiment.* V. *Pontan. ad Macrob. p.* 667. *Caſaub. in Auguſt.* 51. 3. *Schulting. in Senec. Contr.* II. 15. *p.* 205.

19. EODEM DIE. Miram hujus principis circa dierum obſervationem ſemper fuiſſe curioſitatem obſervat Caſaubonus. Ejus etiam generis fuit, quod refert Tacit. Ann. VI. 25. 3. *Eodem die defunctam, quo biennio ante Sejanus pœnas luiſſet, memoriaque id prodendum addidit Cæſar.*

CAPUT LIX.

ARG. *Nonnullorum verſiculis propter ſævitiam, & atrocitatem laceratur Tiberius Nero Cæſar.*

Multa præterea, ſpecie gravitatis [1] ac morum corrigendorum, ſed & magis naturæ obtemperans, ita ſæve & atrociter factitavit; ut nonnulli verſiculis [2] 1
quoque & præſentia exprobrarent, & futura denuntiarent mala:

Aſper [3] *& immitis* [4], *breviter vis omnia dicam?* 2
Diſpeream [5], *ſi te mater amare poteſt* [6].

Non

1. SPECIE GRAVITATIS. Julianus in Tiberio Edit. Lipſ. p. 309. C. Τρίτος ἐπεισέδραμεν αὐτοῖς, Τιβέριος σεμνὸς τὰ πρόσωπα, καὶ βλοσυρὸς, σώφρον τι ἅμα καὶ πολεμικὸν βλέπων. *Tertius acceſſit ad ipſos Tiberius, ſevero ac truci vultu, plane ut prudentiam quandam & bellicam virtutem promitteret.*

2. VERSICULIS, quorum incertus erat auctor. Tacit. Ann. I. 72. 6. *Hunc quoque aſperavere carmina, incertis auctoribus vulgata, in ſævitiam, ſuperbiamque ejus, & diſcordem cum matre animum.* Non omnes eodem tempore, tanquam uno, eodemque comprehenſos epigrammate, propoſitos fuiſſe putat *Torrentius.* Primos enim quatuor ad ea tempora, quibus Rhodi egerit, referendos eſſe manifeſtum eſt ex n. 3. qui de eo, qui in patris ſit poteſtate, & proinde ante principatum dici potuerit.

3. ASPER i. durus, difficilis. Cicer. Fin. IV. 28. *Horridiores evadunt, aſperiores, duriores & oratione & moribus.* Unde a moribus duris & difficilibus, infectandiſque patribus, *Aſpero inditum eſt cognomen L. Trebonio tribuno plebis* apud Liv. III. 65. *Minime comis* dicitur Plin. XXXV. 4. *Poſuit Tiberius Cæſar minime comis imperator.*

4. IMMITIS i. crudelis, inhumanus. Plaut. Bacch. III. 4. 1.

Immitiorem nunc utrum credam magis
Sodalemne eſſe an Bacchidem, incertum admodum eſt.

Noſt. *Ner.* 4. 3.

5. DISPEREAM i. emoriar. Erat uſitatum in ex-

3 *Non es eques, quare? non ſunt tibi millia centum* [7]*:*
Omnia ſi quæras, & Rhodos exſilium eſt.
4 *Aurea* [8] *mutaſti* [9] *Saturni ſecula, Cæſar:*
Incolumi nam te ferrea ſemper erunt.
5 *Faſtidit vinum, quia jam ſitit* [10] *iſte cruorem:*
Tam bibit hunc avide, quam bibit ante merum.
6 *Adſpice felicem* [11] *ſibi, non tibi* [12]*, Romule* [13]*, Syllam* [14]*:*
Et Marium [15]*, ſi vis, adſpice, ſed reducem* [16]*.*

Nec

ſecrationibus. Catul. 91. 1.

Lesbia me, diſpeream, niſi amat.

Prop. II. 17. 9.

Diſpeream, ſi quidquam aliud, quam gloria de te Quæritur.

Noſt. Claud. 4. 12. V. *Briſſon. de form.* VIII. *p.* 714.

6. MATER AMARE POTEST. Quæ docent, quam odioſus cunctis mortalibus eſſet Tiberius, utpote quem ob morum diritatem ne *mater*, cujus amor indulgentior eſſe ſolet, *amare* poterat. *Beroaldus.*

7. NON SUNT TIBI MILLIA CENTUM quater nim. i. non eſt tibi equeſter cenſus, quem V. *ſupr. Caſ.* 33. 3. §. 13.

8. AUREA, quæ ſub Auguſto fuerunt, & *Saturnia regna* dicuntur Virg. Ecl. IV. 6.

Jam redit & virgo, redeunt Saturnia regna.

Ad illa alludit Philo legat. ad Cajum p. 994. B. Ὡς τὸν παρὰ ποιηταῖς ἀναγραφέντα Κρονικὸν βίον μηκέτι νομίζεσθαι πλάσμα μύθου. *Ut jam fidem invenires deſcriptum in poetarum fabuloſis commentis Saturnium ſeculum.* Alluſerunt qui ævum illud, quo principatum teneret Commodus, ut nominaretur *ſeculum aureum*, & ut id in omnibus literis ſcriberetur, decreverunt. Dio LXXII. p. 824. E. Καὶ τὸν αἰῶνα τὸν ἐπ' αὐτοῦ χρυσοῦν τε ὀνομάζεσθαι, καὶ ἐς τὰ γράμματα πάντα ὁμοίως ἐσγράφεσθαι ἐψηφίσθη. De variis mundi ætatibus multa *Heſiodus*, *Ovidius*, aliique *mythologi.*

9. MUTASTI crudelitate tua, ut ſua crudelitate regnum Cæſaris aureum fuiſſe oſtenderunt triumviri, Antonius, Octavius, Lepidus. Dio XLVII. p. 336. A. Τὰ δὲ δὴ πράγματα πρός τε τὸ ἐθελημα καὶ πρὸς ἐπιθύμημα τὸ ἑαυτῶν διῆγον, ὥστε χρυσῆν τὴν τοῦ Καίσαρος μοναρχίαν φανῆναι. *Omnia ſuo pro arbitrio ac cupiditate adminiſtrarunt, ut regnum Cæſaris aureum fuiſſe oſtenderint.*

10. SITIT i. vehementer cupit. Cicer. Phil. V. 7. *Aderat L. frater, gladiator Aſiaticus: ſanguinem noſtrum ſitiebat.* Juſtin. I. 8. 13. *Satia te ſanguine, quem ſitiſti, cujusque inſatiabilis ſemper fuiſti.*

11. FELICIS *ſibi cognomen unus hominum ad hoc ævi aſſeruit L. Sylla, civili nempe ſanguine, ac patriæ oppugnatione adoptatum: ſed quibus felicitatis inductus argumentis? quod proſcribere tot millia civium, ac trucidare potuiſſet?* Plin. VII. 43. Aſſeruit hoc ſibi ob ſcelerum ſuorum *felicem* ſucceſſum. Appian. B. C. I. p. 410. Εἰκόνα τε αὐτῷ ἐπίχρυσον ἐπὶ ἵππου πρὸ τῶν ἐμβόλων ἀνέθεσαν καὶ ὑπέγραψαν, ΚΟΡΝΗΛΙΟΥ ΣΥΛΛΑ, ΗΓΕΜΟΝΟΣ ΕΥΤΥΧΟΥΣ. Ὧδε γὰρ αὐτὸν οἱ κόλακες διευτυχοῦντα ἐπὶ τοῖς ἐχθροῖς ὠνόμαζον, καὶ προῆλθεν ἐς βέβαιον ὄνομα ἡ κολακεία. Ἤδη δέ που γραφῇ περιέτυχον ἡγουμένῃ τὸν Σύλλαν Ἐπαφρόδιτον ἐν τῷδε τῷ ψηφίσματι ἀναγραφῆναι· καὶ οὐκ ἀπεικὸς ἐφαίνετό μοι καὶ τόδε, ἐπεὶ καὶ Φαῦστος ἐπωνομάζετο. *Et ſtatuam auratam equeſtrem pro Roſtris ei poſuit hoc titulo, CORNELIO SYLLAE, IMPERATORI FELICI. Sic enim ab adulatoribus vocabatur ob perpetuos rerum contra inimicos geſtarum ſucceſſus, quæ adulatio in cognomen vertit. Inveni etiam commentarios, qui tradant, eum hoc ſenatusconſulto Venuſtum appellatum: quod eo facilius credo, quando & Fauſti cognomen accepit.* V. etiam Plutarch. Syll. p. 473. D.

12. SIBI, NON TIBI, quia Urbem proſcriptorum cæde vaſtavit. V. Plinium §. 11.

13. ROMULE i. Romane. Conditorem Urbis ponit pro quovis Romano. Catul. 29. 5. & 10.

Cinæde Romule, hæc videbis & feres?

Perſ. Sat. I. 87.

——— *an Romule ceves?*

14. SYLLA etiam tunc exſul videri potuit, cum Roma abſens ad exercitus confugit, ut conjicit *Torrentius.* Roma abſuit, & ad exercitus confugit Sylla, cum ad Marium belli Mithridatici ducatum transtuliſſet, & Nolam tribunos, qui exercitum ad Marium ducerent, miſiſſet Sulpicius, tunc enim prævertiſſe Syllam ad exercitum decurrere, & milites, ubi hæc acceperunt, tribunos lapidibus obruiſſe docet Plutarch. in Syll. p. 456. E. Τὴν ἐπὶ Μιθριδάτην στρατείαν εἰς Μάριον μετήνεγκε ὁ Συλπίκιος, καὶ πέμπει χιλιάρχους εὐθὺς εἰς Νῶλαν, παραληψομένους τὸ στράτευμα, καὶ πρὸς τὸν Μάριον ἄξοντας· Φθάσαντος δὲ τοῦ Σύλλα διαφυγεῖν εἰς τὸ στρατόπεδον, καὶ τῶν στρατιωτῶν, ὡς ἐπύθοντο ταῦτα, καταλευσάντων τοὺς χιλιάρχους.

15. MARII felicitatem deſcribit Val. Max. VI. 9. 14. *Ex illo Mario tam humili Arpini, tam ignobili Romæ, tamque faſtidiendo candidato, ille Marius evaſit, qui Africam ſubegit, Jugurtham regem ante currum egit, qui Teutonorum, Cimbrorumque exercitus delevit. Cujus bina tropæa in Urbe ſpectantur, cujus ſeptem in faſtis conſulatus leguntur. Cui poſt exſilium conſulem creari, proſcriptoque facere proſcriptionem contigit. Quid hujus conditione inconſtantius aut mutabilius?*

Nec non Antoni[17] *civilia bella*[18] *moventis:* 7
Nec ſemel infectas[19] *adſpice cæde*[20] *manus.*
Et dic, Roma perit: regnabit ſanguine multo[21], 8
Ad regnum quiſquis venit ab exſilio[22].

Quæ primo quaſi ab impatientibus remediorum[23], ac non tam ex animi ſententia, 9
quam bile[24] & ſtomacho fingerentur, volebat accipi: dicebatque identidem, *Oderint, dum probent*[25]. Deinde vera plane certaque[26] eſſe ipſe fecit fidem[27].

lius? quem ſi inter miſeros poſueris, miſerrimus: inter felices, feliciſſimus reperietur.

16. Reduces *proprie dicuntur, qui pericula evadunt*, ut dicit *Servius* ad Æn. I. 304.

Namque tibi reduces ſocios, claſſemque relatam
Nuntio, & in tutum verſis aquilonibus actum.

additque n. 401.

Ut reduces illi ludunt ſtridentibus alis.

quem explicat *ſcilicet poſt periculum illatum ab aquila.* Marius *redux* ab exſilio crudeliſſimus fuit. Illius enim dignitatem carcer, catenæ, fuga, exſilium horrificaverant. Itaque cum ab Africa rediret, ad nomen tanti viri late concurritur: ſervitia armantur, & facile invenit exercitum miſer imperator, qui urbem Romam ingreſſus, nobiliſſimos ex ſenatu, & conſulares viros interfecit, multos proſcripſit, ipſius Syllæ domo everſa, filios & uxorem in fugam compulit. V. Flor. III. 21. 10.... 17. Eutrop. v. 8. Plutarch. in Mario p. 430. 431. 432. Appian. B. C. I. p. 391.... 395.

17. Antonius *Marcus* ſtatim *civilia bella movit* hoſtis a ſenatu judicatus. Plutarch. Anton. p. 923. A. *Τῶν δ' ἐν τῇ πόλει Κικέρων μέγιστον δυνάμενος, καὶ παροξύνας ἐπὶ τὸν Ἀντώνιον ἅπαντας ἀνθρώπους, τέλος ἔπεισε τὴν βουλὴν ἐκεῖνον ψηφίσασθαι, Καίσαρι δὲ ῥαβδουχίαν πέμψαι, καὶ στρατηγικὰ κόσμια, Πάνσαν δὲ καὶ Ἵρτιον ἀποστέλλειν, ἐξελῶντας Ἀντώνιον τῆς Ἰταλίας. In Urbe Cicero plurimum pollens, omneſque homines concitans in Antonium, tandem ſenatum perpulit, ut hoſtem illum judicaret, Cæſari lictores & inſignia prætoria decerneret, Panſamque & Hirtium mitteret ad pellendum Italia Antonium.*

18. Bella, Mutinenſe & Actiacum. V. ſupr. Aug. 9. 2. §. 5. & 9.

19. Infectas i. fœdatas, pollutas, maculatas. Prop. II. 13. 58.

Hoc erit infectas ſanguine habere manus.

Inficere proprie eſt tingere. Feſtus. *Infectores, qui alienum colorem in lanam conjiciunt.* Catul. 64. 225.

Inde infecta vago ſuſpendam lintea malo.

20. Cæde illorum, quos proſcriptos redux trucidavit. Dio XLVII. p. 335. C. *Ὁ δὲ Ἀντώνιος ὠμῶς καὶ ἀνηλεῶς οὐχ' ὅτι τοὺς ἐκτεθέντας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐπικουρῆσαί τινι αὐτῶν ἐγχειρήσαντας ἔκτεινε· τάς τε κεφαλὰς σφῶν, εἰ καὶ σιτούμενος ἐτύγχανεν, ἐπεσκόπει, καὶ ἐπὶ πλεῖστον τῆς τε ἀνοσιωτάτης καὶ τῆς οἰκτροτάτης αὐτῶν ὄψεως ἐνεπίμπλατο. Sed Antonius crudeliter ac citra omnem miſericordiam, non proſcriptos modo, ſed eos quoque qui opem ferre alicui horum auſi fuiſſent, trucidavit: eorumque inter cibum capiendum capita inſpexit, ac ſe diutiſſime nefario iſto ac miſerrimo ſpectaculo exſatiavit.*

21. Regnabit sanguine multo ad Antonii, Marii, & Syllæ ab exſilio reducum imitationem ipſe Tiberius ab exſilio in patriam redux.

22. Ad regnum ab exsilio *quiſquis venit*, nullum crudelitatis genus omittit, quia qui in *exſilium* pelluntur proceres, eos factione pulſos neceſſe eſt, proindeque multos habere inimicos: quod in Sylla, Mario, & Antonio verum eſt: vel magno rerum præſentium faſtidio, atque odio ceſſiſſe: quod in Tiberio accidit. Deinde certum eſt, τοὺς ἀτυχήσαντας, quod *Ælianus* eleganter ait, ἐξαγριοῦσθαι, atque efferari. Laberius olim vere.

Mens incorrupta miſeria corrumpitur:
Mutat ſe bonitas irritata injuria.

Unde principem *ingenio trucem, & longo exſilio efferatum* Tacit. Hiſt. I. 21. 3. & *trucem Agrippam, & ignominia accenſum* idem Ann. I. 4. 3. Sed interior cauſa eſt, quod qui patiuntur vel *exſilium*, vel aliam calamitatem, ii dum aſſidue cogitant de vindicta inimicorum ſuorum, paullatim habitum induunt hominis crudelis, ſævi, feri: quem animi habitum poſtea rerum potiti, in eos primo, quibus ſunt offenſi, exerunt, deinde in alios: vel quia ipſis ſemel ἀποτεθηριωμένοις ſævitia placet, & pretium eſt: vel quia dum aliquos occidunt, novos ſubinde ſibi hoſtes creant. Ita quotidie ſeges oleſcit exercendæ illius ferinæ naturæ. Adde quod omnes in adverſis iniqua experiuntur hominum judicia, quaſi digniſſimi ſua pœna ſint, ut veriſſime Vellejus ait: inde vilitas & contemptus calamitoſorum apud omnes: inde calamitoſorum adverſum omnes odium, & κότος, ac diu τεθησαυρισμένη ὀργή. Hæc *Caſaubonus.*

23. Impatientibus remediorum i. illis, qui labentis Reipublicæ medicinam ſuam eſſe acerbitatem ignorarent, & ferre non poſſent.

24. Bile i. indignatione, cholera. Horat. Od. I. 13. 4.

Fervens difficili bile tumet jecur.

Sat. II. 3. 140.

——— *juſſit quod ſplendida bilis.*

25. Probent i. *probare* cogantur. Hoc enim naturaliter evenire ſolet, ut quem palam *probare* coguntur, tyrannum odio plus quam Vatiniano ſubjecti perſequantur, *Oderint dum metuant*, ſubinde jactabat Caligula infr. 30. 3. Beroaldus.

26. Va-

26. VERA PLANE CERTAQUE. Duo enim verba idem ſignificantia jungere ſolebant veteres. Horat. Sat. II. 6. 27.

——— *quod mi obſit, clare certumque locuto.*

Liv. I. II. *Ut tua ſigna nobis certa, & clara ſint.* Ubi vide *Gronovium.*

27. FECIT FIDEM factis ſanguinariis & crudelibus.

CAPUT LX.

ARG. *Piſcatori faciem mullo perfricari, & locuſta lacerari imperat, prætorianum ob ſubreptum pavonem capite punit, viæ exploratorem lectica vepribus impedita pæne ad necem verberat Tiberius Nero Cæſar.*

1 In paucis diebus quam [1] Capreas [2] attigit, piſcatori, qui ſibi ſecretum agenti [3], grandem [4] mullum inopinanter obtulerat, perfricari eodem piſce faciem [5] juſſit:
2 territus, quod is a tergo inſulæ [6] per aſpera & devia erepſiſſet [7] ad ſe. Gratulanti autem inter pœnam, quod non & locuſtam [8], quam prægrandem ceperat, obtu-
3 liſſet, locuſta quoque lacerari os imperavit. Militem prætorianum ob ſubreptum e
4 viridario [9] pavonem [10], capite puniit. In quodam itinere lectica, qua vehebatur [11], vepribus impedita, exploratorem viæ primarum cohortium [12] centurionem ſtratum [13] humi pæne ad necem verberavit.

IN PAUCIS DIEBUS QUAM, inſolens eſſe, pro *paucis diebus* ex quo, & non multum diſſimile eſſe Horat Sat. I. 3. 16.

——— *quinque diebus*

Nil erat in loculis.

dicit *Torrentius.* V. ſupr. Cæſ. 35. 3. §. 26.

2. CAPREAS deſcripſi ſupr. Aug. 72. 6. §. 36.

3. SECRETUM AGERE quid ſit, dixi ſupr. 25. 8. §. 23.

4. GRANDES raro inveniuntur mulli, ideoque pretioſiores, & hunc eo gratiorem Tiberio futurum putabat piſcator. *Binas libras ponderis raro admodum exſuperare* dixit Plin. ſupr. 34. 2. §. 7. Trilibrem tamen laudat Horat. Sat. II. 2. 33.

——— *laudas inſane trilibrem*

Mullum, in ſingula quem minuas pulmenta neceſſe eſt.

V. & *Beroaldum.*

* 5. PERFRICARI FACIEM. Julian. Καισαρ. Edit. Lipſ. p. 309. C. Ὀιμώζειν μὲν ἐᾶν ἐν μονῇ νησῖδι (τὰς Καπρείας ἀποττόμενος) τὸν ἄθλιον ἁλιέα ψηχέτω. I. *imo ploret in ſeceſſu inſula* (*Capreas innuebat*) *& miſero piſcatori perfricet faciem.*

6. A TERGO INSULÆ, tanquam aditum, viamque demonſtraſſet, qua inſidiatores furtim obrepere poſſent ad Tiberium contrucidandum. *Beroaldus.*

7. EREPERE altius quid reſpicit. Senec. Epiſt. 53. *Qua putas me paſſum, dum per aſpera erepo.* Benef. V. 12. *Modo ſcabri aliquid, & confragoſi objiciendum eſt, per quod erepant, & ſolicite veſtigium faciant.* V. & *Gronov. in Senec. Phœniſſ. n.* 112.

8. LOCUSTA, Græcis κάραβος, ex eorum genere eſt, quæ *cruſtis intecta*, & *cruſtata* vocat Plin. II. 12: XI. 37. Græci μαλακόστρακα. Ariſt. Hiſt. anim. IV. 2. Τῶν δὲ μαλακοστράκων ἓν μὲν ἐστὶ τὸ γένος τὸ τῶν καράβων. *Cruſta intectorum genus primum locuſta.* At mullus ſquamam habet aſperam quidem, ſed quæ non ita cruſta læderet.

9. VIRIDARIUM eſt locus arboribus, virentibus herbis, & graminibus conſitus. Phædr. II. 6. 14.

Perambulante læta domino viridaria.

Petron. c. 9. *Cujus eadem ratione in viridario frater fui. Sylva viridicata* dicitur Cicer. Epiſt. Fratr. III. I. 2. *Affirmo, mirifica ſuavitate se villam habiturum, piſcina, & ſalientibus addiſis, paleſtra, & ſylva viridicata.*

10. OB PAVONEM *ſubreptum*, ut ob *gallinaceum* Peſcenninus Niger apud Spartian. c. 10. *Ob unius gallinacei direptionem, decem commanipulones, qui raptum ab uno comederant, ſecuri percuti juſſit: & feciſſet, niſi ab omni exercitu prope uſque ad motum ſeditionis eſſet rogatus: & quum peperciſſet, juſſit ut denorum gallinaceorum pretia provinciali redderent decem qui ſimul furto convixerant, addito eo, ut tota in expediſione in commanipulatione nemo focum faceret, ne unquam recens coctum cibum ſumerent, ſed pane, ac frigidis veſcerentur, appoſitis ſpeculatoribus, qui id curarent.*

* 11. VEHEBATUR tanquam equis. Verbum huic rei uſitatum. V. quæ dixi in Cal. 3. 3. §. 8.

12. COHORTES *in una legione debent eſſe decem. Sed prima cohors reliquas, & numero militum, & dignitate præcedit.* Veget. II. 6.

13. STRATOS HUMI verberare olim moris erat. Tacit. Ann. I. 32. 3. *Proſtratos verberibus multant, ſexageni ſingulos, ut numerum centurionum adæquarent.*

C A-

CAPUT LXI.

ARG. *In omne genus crudelitatis erumpit Tiberius Nero Cæſar.*

Mox in omne genus crudelitatis erupit, nunquam deficiente materia [1]: cum pri- 1
mo matris, deinde nepotum [2] & nurus [3], poſtremo Sejani [4] familiares, atque
etiam notos perſequeretur. Poſt cujus interitum vel ſæviſſimus exſtitit: quo maxi- 2
me apparuit non tam ipſum a Sejano concitari ſolitum, quam Sejanum quærenti
occaſiones ſubminiſtraſſe. Etſi commentario [5], quem de vita ſua ſummatim brevi- 3
terque compoſuit, auſus eſt ſcribere, *Sejanum ſe puniſſe, quod comperiſſet furere adver-
ſus Germanici liberos filii ſui*: quorum ipſe alterum ſuſpecto jam, alterum oppreſſo
demum Sejano interemit. Singillatim crudeliter facta ejus exſequi longum eſt: ge- 4
neratim velut exemplaria [6] ſævitiæ enumerare ſat erit. Nullus a pœna hominum 5
ceſſavit dies, ne religioſus quidem ac ſacer [7]. Animadverſum in quoſdam ineunte 6
anno novo [8]: accuſati, damnatique multi cum liberis atque etiam uxoribus ſuis. In- 7
terdictum ne capite damnatos propinqui lugerent [9]: decreta accuſatoribus [10] præci-
pua præmia, nonnunquam & teſtibus. Nemini delatorum fides abrogata [11]. Omne 8
crimen

DEFICIENTE MATERIA, ut *deficiente fabularum contextu*. Petron. c. 20. Noſt. Cal. 45. 1.

2. NEPOTUM adoptivorum, Germanici & Agrippinæ filiorum, Neronis & Druſi, ſupr. 54. 2.

3. NURUS Agrippinæ, Germanici filii adoptivi uxoris ſupr. 53. 1.

4. SEJANI, de quo ſupr. 48. 3. §. 19: 55. 3. §. 6.

5. COMMENTARIUS quid ſit, dixi ſupr. Cæſ. 56. 1. §. 1. Talem reliquit non tantum Cæſar, ſed etiam Auguſtus apud Appian. B. C. IV. p. 653. & noſtr. ſupr. Aug. 85. 3. & Tiberius. Hujus *commentarium* lectitabat Domitianus infr. 20. 2.

6. EXEMPLARIA: i. exempla. Calvin. in Senec. de Clem. p. 12. b.

7. NE RELIGIOSUS AC SACER *dies dum ceſſavit a pœna hominum*, merito extraordinariæ ſævitiæ hoc imputat noſter. *Diebus enim feſtis intercedentibus pœna ex lege differebatur.* Senec. Declam. V. 4. Hanc legem apud Athenienſes viguiſſe docet Xenoph. Ἀπομνημον. IV. p. 816. B. ubi narrat, quanta cum animi fortitudine Socrates mortem oppetierit, eum poſt damnationem per dies triginta in carcere certus de ſua pœna permanſerit, illoſque, ut de Socrate ipſo Senec. Epiſt. 70. *in carcere, & in exſpectatione mortis exegerit*, propterea quod illo menſe Delia feſta peragerentur: lex vero non fineret palam in quemquam animadverti, antequam oraculi conſultores Delo reverterentur. Ὁμολογεῖται γὰρ οὐδένα πω τῶν μνημονευομένων ἀνθρώπων κάλλιον θάνατον ἐνεγκεῖν. Ἀνάγκη μὲν γὰρ ἐγένετο αὐτῷ μετὰ τὴν κρίσιν τριάκοντα ἡμέρας βιῶναι, διὰ τὸ Δήλια μὲν ἐκείνου τοῦ μηνὸς εἶναι, τὸν δὲ νόμον μηδένα ἐᾶν δημοσίᾳ ἀποθνήσκειν, ἕως ἂν ἡ θεωρία ἐκ Δήλου ἐπανέλθῃ. Et hanc ab Athenienſibus, ut alias quam plurimas, accepiſſe Romanos haud improbabiliter tuetur *Fab. Semeſtr.* II. l. 9. V. & *ſupr. Aug.* 57. 7. §. 18.

8. INEUNTE ANNO NOVO nihil triſte, publice, privatimque factum: adeo ut venientium malorum viſum fuerit præſagium, quod illo die Sextum quendam Licinium de ſaxo dejecerat C. Marius. Narrat hoc Plutarch. in Mario p. 432. B. Ὕπατος μὲν οὖν ἀπεδείχθη τὸ ἕβδομον Μάριος, καὶ προσελθὼν αὐταῖς καλάνδαις Ἰανουαρίαις ἔτους ἀρχῇ, Σέξτον τινὰ Λικίνιον κατεκρήμνισεν· ὃ κἀκείνοις καὶ τῇ πόλει τῶν αὖθις ἐδόκει κακῶν γεγονέναι σημεῖον μέγιστον. Animadvertit tamen in Titium Sabinum *ineunte anno novo* Tiberius. Tacit. Ann. IV. 68. 1. *Junio Silano & Silio Nerva conſulibus fœdum anni principium inceſſit, tracto in carcerem illuſtri equite Romano Titio Sabino, ab amicitiam Germanici.* 70. 1. *Sed Cæſar ſollennia incipientis anni Kalendas Januarias epiſtola precatus, vertit in Sabinum, corruptos quoſdam libertorum, & petitum ſe arguens ultionemque haud obſcure poſcebat. Nec mora, quin decerneretur: & trahebatur damnatus: quantum obducta veſte, & adſtrictis faucibus niti poterat, clamitans, ſic inchoari annum, has Sejano victimas cadere.* Unde non immerito exclamat Tacit. 70. 4. *Quem diem vacuum pœna, ubi inter ſacra & vota, quo tempore verbis etiam profanis abſtineri mos eſſet, vincla & laqueus inducantur.*

9. LUGERE eſt *lugubres* veſtes induere. Liv. II. 7. *Matronæ annum, ut parentem, eum*, Junium Brutum, *luxerunt, quod tam acer ultor violatæ pudicitiæ fuiſſet.* Quod eſt *lugubria ſumere* Prop. IV. 12. 67.

——— *nunquam mater lugubria ſumpſi.*

Ita *elugere* eſt decurſo luctus ſpatio veſtes *lugubres* exuere. Cicer. Fam. IX. 20. *Patriam eluxi & gravius & diutius.* Quod *lugubria* exuere dicit Senec. ad Helv. c. 16. *Noſtis quaſdam, quæ amiſſis filiis impoſita lugubria nunquam exuerunt.*

10. ACCUSATORIBUS, qui *n. accuſaſſent* capite damnatum luxiſſe propinquorum aliquem.

11. NEMINI.... FIDES ABROGATA i. omnibus eſt creditum. *Abrogare fidem* alicui, eſt facere, ut illi *fides*

9 crimen pro capitali receptum, etiam paucorum ſimpliciumque verborum [12]. Ob-
jectum eſt poetæ, quod in tragœdia Agamemnonem [13] probris laceſſiſſet: objectum
& hiſtorico [14], quod *Brutum Caſſiumque ultimos Romanorum* [15] *dixiſſet* [16]: animadver-
ſum [17] eſt ſtatim in auctores, ſcriptaque abolita [18], quamvis probarentur aliquot an-
10 te annos, etiam Auguſto audiente recitata [19]. Quibuſdam cuſtodiæ traditis, non
11 modo ſtudendi [20] ſolatium [21] ademptum, ſed etiam ſermonis & colloquii uſus. Ci-
tati

fides non habeatur. Plaut. Trin. IV. 3. 41.

Male fidem ſervando, illis quoque abrogant etiam fidem.

12. SIMPLICIUM VERBORUM, cum *apud veteres facta arguerentur, dicta impune eſſent.* Tacit. Ann. I. 72. 3.

13. AGAMEMNONIS ſub perſona ſe, qui Romanis imperabat, ut *Agamemnon* Græcis, laceſſitum putabat Tiberius. Frequens apud optimos auctores, ut ſub perſonis Homericis alios intelligant. Perſ. Sat. I. 4.

Ne mihi Polydamas, & Trojades Labeonem Prætulerint.

Cicer. Attic. VII. I.

Πουλυδάμας μοι πρῶτος ἐλεγχείην ἀναθήσει.
Polydamas mihi primus probrum objicies.

Et intelligit Catonem Attic. II. I.

Πουλυδάμας μοι πρῶτος ἐλεγχείην ἀναθήσει.
Cato ille noſter, qui mihi unus eſt pro centum millibus.

14. HISTORICO A. Cremutio Cordo. Tacit. Ann. IV. 34. I. *Cornelio Coſſo, Aſinio Agrippa conſulibus Cremutius Cordus poſtulatur novo, ac tunc primum audito crimine, quod editis annalibus, laudatoque M. Bruto, C. Caſſium Romanorum ultimum dixiſſet.*

15. ULTIMUM ROMANORUM Caſſium in planctu ſuper jacente Caſſio prior dixerat Brutus. Plutarch. Brut. p. 1005. A. Καὶ τὸ μὲν σῶμα περικλαύσας, καὶ προσαγορεύσας ἔσχατον ἄνδρα Ῥωμαίων τὸν Κάσσιον, ὡς οὐκ ἔτι τῇ πόλει τηλικούτου φρονήματος ἐγγενέσθαι δυναμένου. *Qui quum corpus Caſſii comploraſſet, & Romanorum ultimum appellaſſet eum, quod exiſtere deinceps par animus non poſſet in Urbe.* Eadem Appian. Bell. Civ. IV. p. 655. Hoc a Græcis acceptum eſſe monet Caſaubonus. Exſtat enim vetus de Cleomede oraculum apud Pauſan. Ἠλιακ. *p.* 187. in hæc verba:

Ὕστατος ἡρώων Κλεομήδης Ἀστυπαλαιεύς,
Ὃν θυσίαις τιμᾶθ' ὡς μηκέτι θνητὸν ἐόντα.
Ultimus heroum Cleomedes Aſtypalenſis,
Quem immortalem ſuperûm dignamini honore.

16. DICTA Cremutii denarrat Dio LVII. p. 619. B. Κρεμούτιος δὲ δὴ Κόρδος αὐτόχειρ ἑαυτοῦ γενέσθαι, ὅτι τῷ Σηιανῷ προσέκρουσεν, ἠναγκάσθη. Οὕτω γὰρ οὐδὲν ἔγκλημα ἐπαίτιον λαβεῖν ἠδυνήθη, ὥστε ἐπὶ τῇ ἱστορίᾳ, ἣν πάλαι ποτὲ περὶ τῶν τῷ Αὐγούστῳ πραχθέντων συνετεθείκει, καὶ ἣν αὐτὸς ἐκεῖνος ἀνεγνώκει, κριθῆναι, ὅτι τόν τε Κάσσιον καὶ τὸν Βροῦτον ἐπῄνεσε, καὶ τοῦ δήμου τῆς τε βουλῆς καθήψατο, τὸν τε Καίσαρα καὶ τὸν Αὔγουστον εἶπε μὲν κακὸν οὐδέν, οὐ μὴν οὐδὲ ὑπερεσέμνυνεν. *Cremutius Cordus manus ſibi ipſi inferre propter offenſum Sejanum coactus fuit. Adeo nihil in eo viro crimini obvium fuit, ut hiſtoriæ cauſa, quam de rebus ab Auguſto geſtis quondam compoſuerat, ac ipſe Auguſtus legerat, poſtulatus ſit, quia Caſſium & Brutum laudaſſet, populum & ſenatum perſtrinxiſſet, Cæſarem & Auguſtum etſi nullo maledicto, non tamen immodicis laudibus affeciſſet.*

17. ANIMADVERSUM EST.... DIO. C. Διὰ ταῦτα αὐτός τε ἀπέθανε. *Ob hoc mortem oppetiit* Cordus. Tacit. Ann. IV. 35. 4. *Egreſſus dein ſenatu, vitam abſtinentia finivit.* Ejus mortem graphice deſcribit Senec. conſol. ad Marciam ejus filiam c. 22. *Uſus balneo, & quo plus virium poneret, in cubiculum ſe quaſi guſtaturus contulit: & dimiſſis pueris, quædam per feneſtram, ut videretur edisse, projecit: a cœna deinde, quaſi jam ſatis in cubiculo ediſſet, abſtinuit: alteroque die, & tertio idem fecit. Quarto, ipſa infirmitate corporis faciebat indicium. Complexus itaque te, cariſſima, inquit, filia, & hoc unum, tota celata vita, iter mortis ingreſſus ſum, & jam medium fere teneo. Revocare me nec debes, nec potes. Atque ita lumen omne præcludi juſſit, & ſe in tenebris condidit.*

18. SCRIPTA ABOLITA, *per ædiles* enim *cremandos libros cenſuere patres.* Tacitus. n. qui in Urbe ſunt inventi, ut per ſingulorum locorum præfectos, qui foris. Τὰ συγγράμματα αὐτοῦ, τότε μὲν ἐν τῇ πόλει εὑρεθέντα, πρὸς τῶν ἀγορανόμων, καὶ τὰ ἔξω πρὸς τῶν ἑκασταχόθι ἀρχόντων ἐκαύθη. Dio. Sic *non in ipſos modo auctores, ſed in libros quoque eorum ſævitum. Delegabant triumviris miniſterium, ut monumenta clariſſimorum ingeniorum in comitio ac foro urerentur*, ut in Agric. 2. I. dicit Tacitus. Cremutii tamen *manſerunt occultati, & editi.* Tacit. Ann. IV. 35. 4. a Marcia n. filia. Dio. Ὕστερον δὲ ἐξεδόθη τε αὖθις (ἄλλοι τε γὰρ καὶ μάλιστα ἡ θυγάτηρ αὐτοῦ Μαρκία συνέκρυψεν αὐτά) καὶ πολὺ ἀξιοσπουδαστότερα ὑπὸ τῆς τοῦ Κόρδου συμφορᾶς ἐγένετο. *Poſtea tamen iterum editi (nam eos cum alii, tum maxime Marcia filia ejus occultaverat) & majori ſtudio ob caſum Cordi ſunt excepti.* Unde laudibus Marciam onerat Senec. conſol. c. I. Illorum meminit & noſter Cal. 16. 2.

19. RECITATA, imo ab illo lecta fuiſſe dicit Dio ſupr. §. 16.

* 20. STUDERE ſimpliciter, pro literis, & optimis diſciplinis *ſtudere*, bonis literis & artibus deditum eſſe, familiare eſt auctoribus, qui poſt Auguſti tempora ſcripſerunt. Plin. Epiſt. II. 8. I. *Studes, an piſcaris....?* Senec. Epiſt. 94. *Non eſt, quod cibum ſtudeas.* Quintil. I. 2. *Domi atque intra privatos parietes ſtudentem continere.* Et ita noſter. *Cellar. Curar. poſt. c. 4. & in Plinium.*

21. So-

tati [22] ad cauſam dicendam [23] partim ſe domi vulneraverunt [24], certi damnationis, ſed ad vexationem ignominiamque vitandam [25]: partim in media curia venenum hauſerunt [26], & tamen colligatis vulneribus [27], ac ſemianimes palpitanteſque in carcerem rapti [28]. Nemo punitorum non & in Gemonias [29] abjectus, uncoque tractus [30]. Viginti [31] uno die abjecti tractique ſunt: inter eos pueri & feminæ [32]. Immaturæ puellæ, quia more tradito [33] nefas eſſet virgines ſtrangulari, vitiatæ prius a car-

*21. SOLATIUM *ac perfugium ſtudia prabent adverſis*, ut pro Arch. c. 7. dicit Cicero ex ſententia Ariſtotelis, qui, ut prodidit Laërt. v. 19. dicere ſolebat, τὴν παιδείαν eſſe ἐν ταῖς ἀτυχίαις καταφυγήν. Hinc Cicer. Fam. VI. 6. *Diſputarem etiam, quanta delectationi tibi in rebus adverſis literæ eſſe deberent.* Et Quint. I. O. Procem. 8. *Credendum eſt doctiſſimis hominibus, qui unicum adverſorum ſolatium literas putaverunt.* Ademptum eruditis viris in pœnam ſtudendi ſolatium. Ulpian. Digeſt. XLVIII. 19. 9. *Moris eſt, advocationibus quoque præſides interdicere. Nonnunquam non advocationibus cui interdicitur, ſed foro. Plus eſt autem foro, quam advocationibus interdicere, ſiquidem huic omnino forenſibus negotiis accommodare ſe non permittatur. Solet autem ita vel juris ſtudioſis interdici, vel advocatis, vel tabellionibus, ſive pragmaticis.*

22. CITATI vice præconis ſupr. II. 8. §. 19.

23. CAUSAM DICERE quid ſit, dixi ad Curt. VII. 1. 20. §. 65.

24. VULNERAVERUNT i. manus ſibi intulerunt. Inter hos Brutidius rhetor videtur fuiſſe. De illo Juven. x. 83.

—— pallidulus mi
Brutidius meus ad Martis fuit obvius aram
Quam timeo, victus ne pœnas exigat Ajax.

Nam *Brutidii* ſimilis exitus & *Ajacis*. Uterque enim ſibi violentas attulerunt manus, ut ad *Juvenalem Grangæus*.

25. AD VEXATIONEM ET IGNOMINIAM VITANDAM i. ne in judicio *vexarentur ignominioſo*, & dedecoroſo ſupplicio. *Beroaldus.* Quod illum potuiſſet docere Dio LVIII. p. 630. D. Οἱ δὲ δὴ πλείους αὐτοὶ ἑαυτοὺς πρὶν ἁλῶναι διεφθείροντο· ἐποίουν δὲ τοῦτο μάλιστα μέν, τοῦ μήτε τὴν ὕβριν, μήτε τὴν αἰκίαν φέρειν. *Reliqui damnationem voluntaria morte prævertebant: hac potiſſimum de cauſa, ne contumeliam & cruciatus paterentur.* Qui & alteram addit cauſam p. 631. A. Ἦν δέ, καὶ ὅπως οἱ παῖδες τῶν οὐσιῶν κληρονομῶσιν. Ὀλίγων γὰρ πάνυ τῶν ἐθελοντηδὸν πρὸ τῆς δίκης τελευτώντων ἐδημεύοντο. Αἱ δ' ἐν πλείσαι τῶν οὐχ οὕτως ἀποθανόντων οὐσίαι ἐδημοσιοῦντο, βραχέος τινὸς ἢ καὶ μηδενὸς τοῖς κατηγορήσασιν αὐτῶν διδομένου. *Tum ob hoc etiam, ut ad liberos ſuos hæreditas perveniret. Paucorum enim, qui ſe ante diem judicii ipſi interfeciſſent, bona publicata ſunt. At qui non illo modo mortui eſſent, eorum bona ut plurimum in fiſcum redigebantur, exigua, aut nulla parte accuſatoribus data.*

26. IN CURIA VENENUM HAUSERUNT, ut Vibulenus Agrippa, de quo Dio LVIII. p. 634. D. Οὐιβουλήϊός τις Ἀγρίππας ἱππεὺς φάρμακον ἐν αὐτῷ τῷ βουλευτηρίῳ ἐκ δακτυλίου ῥοφήσας ἀπέθανε. *Vibulenus Agrippa eques in ipſa curia, hauſto, quod ex anulo depromſerat, veneno mortuus eſt.* Et Tacitus §. 28.

27. COLLIGARI VULNERA illorum, qui ſemet *vulneraverant*, jubebat Tiberius, ut diutius, & ærumnoſius per tormenta viverent. *Beroaldus.*

28. SEMIANIMES.... IN CARCEREM RAPTI: quod de Vibuleno narrat Tacit. Ann. VI. 40. 1. *Q. Plautius, Sextius Papinius conſules ſequuntur. Eo anno Vibulenus Agrippa eques Romanus, cum peroraſſent accuſatores, in ipſa curia depromptum ſinu venenum hauſit: prolapſuſque ac moribundus, feſtinatis lictorum manibus in carcerem raptus eſt, fauceſque jam exanimis laqueo vexatæ.*

29. GEMONIAS V. ſupr. 53. 6. §. 21.

30. TRACTUS in Tiberim. Qui enim ſic *tracti*, iis Tiberis ſepultura. V. Dion. ſupr. 53. 6. §. 21. eundemque ut & Tacit. infr. §. 32.

31. VIGINTI. Sed hunc numerum corruptum dicit: & ∞ i. mille, quod fatuus exſcriptor interpretatus eſt *viginti*, ſubſtituit *Lipſ. Tacit. Ann. p.* 108. putans majorem numerum, qui Taciti verba §. 32. vigilans legerit, admiſſurum.

32. INTER EOS PUERI ET FEMINÆ. Dio LVIII. p. 630. D. Πάντες γὰρ οἱ τὴν τοιαύτην αἰτίαν λαβόντες, οὐχ ὅπως ἱππεῖς, ἀλλὰ καὶ βουλευταί, οὐδ' ὅπως ἄνδρες, ἀλλὰ καὶ γυναῖκες, ἐς τὸ δεσμωτήριον συνεβάλλοντο· καὶ καταψηφισθέντες, οἱ μὲν ἐκεῖ ἐκολάζοντο, οἱ δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ Καπιτωλίου ὑπὸ τῶν δημάρχων, ἢ καὶ τῶν ὑπάτων κατεκρημνίζοντο· καὶ ἔς τε τὴν ἀγορὰν τὰ σώματα αὐτῶν ἁπάντων ἐρρίπτετο, καὶ μετὰ τοῦτο ἐς τὸν ποταμὸν ἐνεβάλλετο. *Omnes enim, qui hujuſmodi criminis judicabantur, non equites modo, ſed ſenatores etiam, non viri tantum, ſed & mulieres, in carcerem una trudebantur, damnatique aut ibi plectebantur, aut a ſaxo Capitolino eos tribuni plebis, vel ipſi etiam conſules præcipitabant: omnium corpora in forum projiciebantur, inde in profluentem mittebantur.* Tacit. Ann. VI. 19. 2. *Jacuit immenſa ſtrages: omnis ſexus, omnis ætas: illuſtres, ignobiles, diſperſi, aut aggregati. Neque propinquis, aut amicis adſiſtere, illacrymare, ne viſere quidem diutius dabatur; ſed circumjecti cuſtodes, & in mœrorem cujuſque intenti, corpora putrefacta adſectabantur, dum in Tiberim traherentur: ubi fluitantia, aut ripis appulſa, non cremare quiſquam, non contingere.*

33. MORE TRADITO, de quo Tacit. Ann. V. 9. 3. *Tradunt temporis ejus auctores, quia triumvirali ſupplicio,* i. laqueo, *affici virginem inauditum habebatur,*

15 a carnifice, dein ſtrangulatæ [34]. Mori volentibus vis adhibita vivendi [35]. Nam mortem adeo leve ſupplicium putabat, ut cum audiſſet, unum ex reis Carnulium
16 nomine, anticipaſſe [36] eam, exclamaverit: *Carnulius me evaſit* [37]. Et in recognoſcendis [38] cuſtodiis [39], precanti cuidam pœnæ maturitatem, reſpondit, *Nondum tecum*
17 *cum in gratiam redii* [40]. Annalibus [41] ſuis vir conſularis inſeruit, frequenti quondam convivio,

a carnifice laqueum juxta compreſſam: exin oblifis faucibus, id ætatis corpora in Gemonias abjecta. Ubi Lipſius. Sed cur hoc inauditum? Id quidem ita ceperim, quaſi non ſimpliciter *virginem* dixerit, ſed impubem, inveſtemque. Lex enim non tam *virginitati* ignotum, cautumque voluit, quam ætati. Ita nec pueros interfici fas fuit, niſi toga ſumpta, & relatos in viros. Hinc apud Dion. XLVII. p. 330. D. triumviri in proſcriptione juſſerunt puerum quendam togam virilem ſumere, ut, quaſi jam vir eſſet, interfici ab ipſis poſſet. Καὶ ἄλλά τι διὰ τοῦτο πολλὰ παρανομηθῆ, καὶ παιδίσκον τινὰ ἐς ἐφήβους ἐσάγαγον, ἵν᾽ ὡς οὐκ ἔτι παῖς ὢν τελευτήσῃ ἀποθάνῃ. Quam cauſam & hic ſubeſſe arbitror, ut compreſſa, devirginataque mulier videretur, & plena annis.

34. VITIATA A CARNIFICE, DEIN STRANGULATA eſt Sejani filia. Dio LVIII. p. 628. C. Τὴν κόρην, ἣν τῷ Κλαυδίου υἱεῖ ἠγγυήκει, προδιαφθαρεῖσαν ὑπὸ τοῦ δημίου: ὡς οὐχ ὅσιον ὂν παρθενευομένην τινὰ ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ἀπολέσθαι. *Filia, quam pactus erat Claudii filio, conſtuprata prius a carnifice, quaſi impium eſſet virginem in carcere perire.*

35. VIM VIVENDI ADHIBERE *mori volentibus*, illoſque *longa morte necare*, ut loquitur Virg. Æn. VIII. 488. ſolebant tyranni. Val. Max. IX. 2. II. ext. *Sicut illi barbari, quos ferunt mactatarum pecudum inteſtinis, & viſceribus egeſtis, homines inſerere, ita ut capitibus tantummodo emineant, atque ut diutius pœnæ ſufficiant, cibo & potione infelicem ſpiritum prorogare: donec intus putrefacti, laniatui ſint animalibus, quæ tabidis corporibus innaſci ſolent.* Talis mors a tyranno in Lucianum martyrem reperta eſt, ut ſcribit Chryſoſt. Orat. 46. Ait enim quæſiviſſe ſupplicii genus ὁμοῦ καὶ δριμυτάτην γενέσθαι, καὶ μακροτάτην, *quod ſimul acerbiſſimum, & longiſſimum eſſet.* Noſt. Cal. 30. I. §. 3. V. *Lacerd. in Virgilium.*

36. ANTICIPASSE I. præoccupaſſe, præveniſſe, priuſquam a Tiberio morti damnaretur. *Beroaldus.*

37. ME EVASIT, dicit Tiberius, tanquam Carnulius ſibi mortem conſciſcens nimis cito cruciatus, & tormenta finiſſet, quæ per lentitudinem, & longam moram ſolitus erat truculentus princeps adhibere his, quos diu mori volebat. *Beroaldus.*

38. RECOGNOSCENDO I. recenſendo commentario carceris, in quo omnia captivorum nomina pariter, & crimina, quæ commiſerant, ſcripta erant. Cicer. Verr. V. 57. *Cedo rationem carceris, quæ diligentiſſime conficitur, quo quiſque die datus in cuſtodiam, quo mortuus, quo necatus ſit.* Unde noxii *annotari* dicebantur, ut dicam infr. Cal. 27. 2. §. 3. & cuſtos carceris commentarienſis, quod in commentarium cuſtodias redigat, & ex illo ſingulis menſibus ad judicem referat. Exſtat lex Impp. Gratiani & Theodoſii A. A. A. cujus hæc ſunt verba. *Niſi intra triceſimum diem ſemper commentarienſis ingeſſerit numerum perſonarum, varietatem delictorum, clauſorum ordinem, ætatemque vinctorum, officium viginti auri libras ærario noſtro jubemus inferre.*

39. CUSTODIIS I. *cuſtoditis*, carcerariis. Plin. XXI. 3. *Eductam cuſtodiam bibere juſſit*, ut legendum eſſe aſſerit Demſter. A. R. X. 29. Paul. Digeſt. XLVIII. 3. 8. *Carceri præpoſitus ſi pretio corruptus ſine vinculis agere cuſtodiam paſſus eſt.* Venulej. ibid. n. 10. *Ne quis receptam cuſtodiam ſine cauſa dimittat.* Noſt. Calig. 27. 2. Ner. 31. 13. Domit. 14. 7. De hac voce contra *Servium* diſputat *Beroald. Ann. in Serv.* §. 29. & ad hunc *locum*. V. & *Broid. Coroll. in Pollet. For. Rom.* V. 14.

40. NONDUM TECUM IN GRATIAM REDII, in quam *rediiſſe* cum illis, quos cito interficeret, videri volebat. Nihil enim melius eſt tempeſtiva morte. Plin. XXVIII. 1. *Quapropter hoc primum quiſque in remediis animi ſui habeat: ex omnibus bonis, quæ homini tribuit natura, nullum melius eſſe tempeſtiva morte: in eaque id optimum, quod illam ſibi quiſque præſtare poterit.* Præſtare vero illam ſibi quiſque poteſt modis, quos de Ira III. 15. monſtrat Seneca. *Quid gemis, demens, quid exſpectas, ut te aut hoſtis aliquis per exitium gentis tuæ vindicet, aut rex a longinquo potens advolet? Quocunque reſpexeris, ibi malorum finis eſt. Vides illum præcipitem locum? illac ad libertatem deſcenditur. Vides illud mare, illud flumen, illum puteum? libertas illic in imo ſedet. Vides illam arborem, brevem, retorridam, infelicem? pendet inde libertas. Vides jugulum tuum, guttur tuum, cor tuum? effugia ſervitutis ſunt.* Uſus eſt etiam hoc loquendi modo apud Dion. LVIII. p. 636. B. Ἐν δ᾽ οὖν τοῖς τότε ἀποθανοῦσι καὶ Γάλλος ἐγένετο· τότε γὰρ αὐτὸν μόλις ποτὲ, ὡς αὐτὸς εἶπε, κατηλλάγη: οὕτω πως, παρὰ τὸ νομιζόμενον, καὶ τὴν ζωὴν τιμωρίαν τισὶ, καὶ τὸν θάνατον εὐεργεσίαν ἐποίει. *Inter eos, qui tum necati ſunt, Aſinius etiam Gallus fuit, cum quo vix tandem (ita enim ipſe,* Tiberius, *dicebat) in gratiam redierat: ita modo quodam inuſitato efficiebat, ut vita nonnullis ſupplicium, mors beneficium eſſet.*

41. ANNALES ſunt res geſtæ per ſingulos *annos* in hiſtorias digeſtæ. Cicer. de Orat. II. 12. *Erat enim hiſtoria nihil aliud, niſi annalium confectio: cujus rei, memoriæque publicæ retinendæ cauſa, ab initio rerum Romanarum uſque ad P. Mucium, pontificem maximum, res omnes ſingulorum annorum mandabat literis*

convivio, cui & ipſe affuerit, interrogatum cum ſubito & clare a quodam nano [42] adſtante menſæ inter copreas [43], cur Paconius [44], majeſtatis reus, tamdiu viveret: ſtatim quandam petulantiam [45] linguæ objurgaſſe, cæterum poſt paucos dies ſcripſiſſe ſenatui, ut de pœna Paconii quam primum ſtatueret.

literis pontifex maximus. Gell. N. A. v. 18. *Nos audire ſoliti ſumus, annales omnino id eſſe, quod hiſtoria ſint; hiſtorias non omnino eſſe id quod annales ſint. Itaque hiſtoria eſt rerum geſtarum expoſitio, vel demonſtratio: annales vero, quum res geſtæ plurium annorum, obſervato cujuſque anni ordine, deinceps componuntur.* Noſt. Gramm. 2. 2. 8. 2.

42. NANOS magnatum menſis inerraſſe docui ſupr. Aug. 83. 3. §. 14.

43. COPREAS i. ſcurras, βωμολόχους, γελωτοποιούς. Dio LXXIII. p. 833. A. Κοπρίας τινὰς, καὶ γελωτοποιοὺς, αἴσχιστα μὲν τὰ εἴδη, αἴσχιω δὲ τὰ ὀνόματα, καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα ἔχοντας. *Scurras & joculatores, quibus facies quidem deformes, ſed nomina & inſtituta vita multo erant turpiſſima.* Fuit vox illa in aulis principum Romanorum jam inde a temporibus triumvirorum in uſu. Dio L. p. 436. D. Καὶ πρὸς τοὺς καλοὺς αὐτοῦ ἑταίρους καὶ τραπεζέας, οὓς αὐτοὶ ἐκεῖνοι κοπρίας ἀπεκάλουν. *Contra egregios eorum ſocios, ac menſarum aſſeclas, quos ipſimet coprias vocant.* Κοπρίας eſt a κόπρος, ſtercus, ut κατὰ λέξιν ſonet ſtercoreus. Gloſſ. Iſidor. *Scurrula, qui incopriat.* Κοπρολόγοι dicuntur Suidæ ex Harpocratione. Ἀγορανόμοι, οἷς ἔμελλε περὶ τῶν αὐλητρίδων, καὶ ψαλτριῶν, καὶ κοπρολόγων. *Agoranomi, quibus cura erant tibicines, pſaltria, & copriæ.* Noſt. Claud. 8. 2. V. *Scalig. in Feſt. ſcurra,* & ex *Scalig. Lipſ. Elect.* 11. 17. *Voſſ. Lex. Buleng. de theatr.* 1. 44. *Turneb. Adv.* XXXII. 31. *Caſaubonum* ad h. l.

44. PACONIUS *Marcus, legatus Silani, Aſiæ proconſulis,* qui *Silanum repetundarum a ſociis poſtulatum* cum *Gellio Poplicola,* ejus *quæſtore* poſtulare inſtitit. Tacit. Ann. III. 66. 1: 67. 1.

45. PETULANTIAM, impudentiam, nani n. V. ſupr. Aug. 56. 1. §. 2.

CAPUT LXII.

ARG. *Indicio de morte filii Druſi exacerbatur, ſævitiam auget, varia cruciatus genera excogitat, &, ſi diutius ſuperfuiſſet, ne reliquis nepotibus parſurus fuiſſet Tiberius Nero Cæſar.*

Auxit intenditque ſævitiam [1], exacerbatus indicio [2] de morte filii ſui Druſi: quem 1
cum morbo & intemperantia periiſſe exiſtimaret, ut tandem veneno [3] interemptum fraude Livillæ [4] uxoris atque Sejani cognovit [5], neque tormentis, neque ſupplicio cujuſquam pepercit: ſoli huic cognitioni adeo per totos dies deditus & intentus, ut Rhodienſem hoſpitem, quem familiaribus literis Romam evocarat, adveniſſe ſibi nuntiatum, torqueri ſine mora juſſerit, quaſi aliquis ex neceſſariis [6] quæſtioni

AUXIT INTENDITQUE SÆVITIAM 1. multo *ſævior* eſt factus. *Intendere* eſt extenſum *tendere.* Serv. Virg. Æn. IV. 506. *Intendit locum ſertis, eſt hypallage. Eſt enim intendit ſerta per locum. Hoc eſt aut a pariete in parietem ligat, quod eſt extenſis ſertis locum replet, quaſi ſerta per locum replet, quaſi ſerta per locum tendit.* Unde *intendi* dicitur arcus, cujus nervus *extenditur.* Serv. Æn. V. 508. *Adducto arcu telum tetendit, hypallage eſt: nam adducitur telum, & arcus intenditur.*

2. INDICIUM fecit Apicata Sejani uxor. Tacit. Ann. IV. 11. 5. *Ordo ſceleris per Apicatam Sejani proditus, tormentis Eudemi, ac Lygdi patefactus eſt.* Dio LVIII. p. 628. C. Ἀπικάτα μαθοῦσα ὅτι τὰ τέκνα αὐτῆς τέθνηκε, καὶ ἰδοῦσα τὰ σώματα ἐν τοῖς ἀναβασμοῖς ὄντα, ἀπεχώρησε, καὶ ἐς βιβλίον γράψασα περὶ τοῦ θανάτου τοῦ Δρούσου, κατά τε τῆς Λιουίλλης τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, δι᾽ ἣν πῃ καὶ αὐτὴ τῷ ἀνδρὶ προσκεκρούκει, ὥστε μηκέτι συνοικεῖν, τὸ μὲν τῷ Τιβερίῳ ἐπέμψεν. *Apicata liberorum ſuorum morte audita, eorumque corpora in ſcalis* Gemoniis *intuita, digreſſa inde, libello quodam inſcripſit de morte Druſi, & contra Livillam uxorem ejus, propter quam extiterant inter Sejanum & ipſam tantæ ſimultates, ut ex eo tempore non amplius tanquam conjuges una degerent: hunc Tiberio miſit.*

3. VENENO ab Eudemo Livillæ medico parato. Tacit. Ann. IV. 3. 6. *Sumitur in conſcientiam Eudemus amicus, ac medicus Liviæ, ſpecie artis frequens ſecretis.* De hoc etiam Plin. XXIX. 1. *Quid venenorum fertilius, aut unde plures teſtamentorum inſidiæ? Jam vero & adulteria etiam in principum domibus, ut Eudemi in Livia Druſi Cæſaris.*

4. LIVILLA, ſive *Livia, ſoror Germanici,* infr. Claud. 1. 13. *ad quam ſe convertit* Sejanus Druſum ejus maritum interempturus. *Hanc, amore incenſus, adulterio pellexit: & poſtquam primi flagitii potitus eſt (neque femina amiſſa pudicitia alia abnuerit) ad conjugii ſpem, conſortium regni, & necem mariti impulit.* Tacit. ibid. n. 3, 4.

5. COGNOSCERE qui dicatur princeps, docebo infr. Claud. 15. 2. §. 10.

6. EX NECESSARIIS, utpote ex quibus de veneno dato

2 ſtioni [7] adeſſet: deinde errore detecto, & occidi, ne divulgaret injuriam. Carnificinæ [8] ejus oſtenditur locus Capreis [9], unde damnatos poſt longa & exquiſita tormenta præcipitari [10] coram ſe in mare jubebat: excipiente claſſiariorum [11] manu, & contis [12] atque remis elidente cadavera, ne cui reſidui ſpiritus quicquam ineſſet.
3 Excogitaverat autem inter genera cruciatus etiam, ut larga meri potione per fallaciam oneratos, repente veretris [13] deligatis, fidicularum [14] ſimul urinæque tormen-
4 to diſtenderet [15]. Quod niſi eum & mors prævenirſſet, & Thraſyllus conſulto, ut ajunt [16], differre quædam ſpe longioris vitæ compuliſſet: plures aliquanto necaturus, ac ne reliquis quidem nepotibus [17] parſurus creditur: cum & Cajum ſuſpectum
5 haberet [18], & Tiberium ut ex adulterio conceptum [19], aſpernaretur. Nec abhorret

dato quærendum eſſet.

7. QUÆSTIONEM *accipimus non tormenta tantum, ſed omnem inquiſitionem, & defenſionem mortis*, inquit *Ulpian. Digeſt.* XXIX. 5. 1. §. 25.

8. CARNIFICINA locus eſt publicus, in quo juſſu magiſtratus homines occiduntur. Liv. II. 23. *Ductum ſe ab creditore non in ſervitium, ſed in ergaſtulum, & carnificinam eſſe.*

9. CAPREIS, de quibus ſupr. Aug. 72. 6. §. 36.

10. PRÆCIPITARI damnatos dum jubet Tiberius, imitatur diriſſimum ſupplicii genus, *præcipitari de ſaxo*, Romanis uſitatum ab ipſis pæne Reipublicæ incunabulis. Ita *præcipitatum* Sp. Caſſium Viſcellinum conſularem Q. Fabio Vibulano, Serv. Cornelio Coſſo conſulibus, ſive, ut tradunt Faſti Capitolini, & Pigh. Ann. I. p. 102. anno ab U. C. 268. dicit Dionyſ. Ant. Rom. VIII. p. 546. Τοῦτο τὸ τέλος τῆς δίκης λαβούσης, ἀγαγόντες οἱ ταμίαι τὸν ἄνδρα ἐπὶ τὸν ὑπερκείμενον τῆς ἀγορᾶς κρημνὸν, ἁπάντων ὁρώντων, ἔρριψαν κατὰ τῆς πέτρας. Αὕτη γὰρ ἦν τοῖς τότε Ῥωμαίοις ἐπιχώριος τῶν ἐπὶ θανάτῳ ἁλόντων ἡ κόλασις. *Quare, quum hujus judicii hic fuiſſet exitus, quæſtores hominem ductum ad rupem foro imminentem, omnibus inſpectantibus, de ſaxo præcipitem dederunt. Hoc enim ſupplicium capite damnatorum tunc Romanis erat vulgare.* Exempla *præcipitatorum* plurima collegerunt *Rycq. de Capit. c.* 4. *Merul. de LL. Roman. c.* 20. §. 8.

11. CLASSIARIORUM I. militum navalium. Hirt. Bell. Alex. c. 20. n. 1. *In his rebus occupato Cæſare, militeſque hortante, remigum magnus numerus, & claſſiariorum ex longis navibus noſtris in molem ſe ejecit.* Noſt. Galb. 12. 3. Veſp. 8. 8. Oth. 8. 3. V. etiam *Scheff. de mil. nav.* II. 3. *Laz. Comm. R. R.* IV. 13.

12. CONTUS eſt pertica longior, in capite ferrum habens, qua *nautæ utuntur ad exploranda loca navibus opportuna.* Donat. Hecyr. I. 2. 2. V. infr. Cal. 32. 4.

13. VERETRUM eſt membrum virile. Gloſſ. Cyril. *Veretrum*, αἰδοῖον. Inde *virile veretrum* dicit Arnob. V. p. 165. *Vos nobis expromitis amputationes virilium veretrorum.* VI. p. 209. *Nuda corpora feminarum, & veretrorum magnitudines publicata.*

14. FIDICULAS tenuiſſimas citharæ chordas, quibus genitalia facillime deligari potuerint, interpretantur *Beroaldus* & *Scalig. in Manil. p.* 309. De illis Val. Max. ſupr. Aug. 27. 6. §. 24. & noſt. Cal. 33. 3. Diſputant vero de illis immane quantum *Gallon. de mart. Cruc. apud Mag. de equul. p.* 150. *Sigon. de judic.* III. 17. *Tiraq. in Alex.* III. 5. *Durant. V. L.* I. 15. *Jun. Nomencl. c.* 10. *Ferrar. Elect.* I. 6. *Cerd. Adv. c.* 71. §. 9. *Laurent. de Torment. c.* 7. *Jungerm. in Magium de Equul. p.* 100. *Minos in Alciat. Emblem. p.* 118.

15. TORMENTO.... DISTENDERET I. inhibita arctiſſimo fidicularum nexu mictuitione majore cruciatu torqueret. *Sabellicus.*

16. UT AJUNT. Inter illos Dio LVIII. p. 638. & Zonar. Ann. II. p. 175. C. Οὐ μέντοι καὶ πάντες οἱ αἰτιαθέντες ἀπώλοντο, διὰ τὸν Θράσυλλον σοφώτατα τὸν Τιβέριον μεταχειρισάμενον. Περὶ μὲν γὰρ αὐτοῦ καὶ πάνυ ἀκριβῶς καὶ τὴν ἡμέραν καὶ τὴν ὥραν, ἐν ᾗ τελευτήσοιτο, εἰπών· ἐκεῖνον δὲ δὴ δέκα ἄλλα ἔτη ψευδῶς βιώσεσθαι ἔφη, ὅπως ὡς καὶ ἐπὶ μακρότερον ζήσων, μὴ ἐπειχθῇ σφᾶς ἀποκτεῖναι. Ὃ καὶ ἐγένετο. Νομίσας γὰρ καὶ μετὰ τοῦτο ἐξεῖναί οἱ πάνθ' ὅσα ἐβούλετο κατὰ σχολὴν πρᾶξαι, οὔτ' ἄλλως ἔσπευσε, καὶ τῆς βουλῆς ἀντειπόντων τι πρὸς τὰς βασάνους τῶν ὑπευθύνων, ἀναβαλομένης τε τὴν καταδίκην σφῶν, οὐκ ὠργίσθη. *Nec tamen omnes hi ſic inſimulati perierunt, idque propter Thraſyllum, qui ſapientiſſime Tiberium circumvenit. Quippe quum diem, & horam mortis præciſe indicaſſet, illum decem adhuc annos victurum affirmavit: ut ſpe longioris vitæ necem eorum non properaret. Quod & factum eſt. Nam exiſtimans fore, ut per otium poſſet omnia, quæ ſtatuiſſet, perficere, nihil feſtinavit: neque offenſus eſt, quum ſenatus judicium diſtuliſſet, quia rei quæſtionibus contradixiſſent.*

17. RELIQUIS NEPOTIBUS, Tiberio naturali ex Druſo filio, ſupr. 54. 1: 55. 3. Cajo adoptivo ex Germanico ſupr. 54. 1.

18. CUM ET CAJUM SUSPECTUM HABERET. Philo legat. ad Cajum p. 995. E. Καὶ ὅτι γε φασί τινες εἰ βραχὺν ἐπεβίω χρόνον Τιβέριος, ὁ μὲν ἂν ἐκ ποδῶν ἐγεγένητο Γάϊος, ὡς ὑπόψιον κεχωρηκὼς ἀνῃρῆσθαι. *Et, ut quidam ajunt, ſi paullo diutius vixiſſet Tiberius, Cajus jam tum ſuſpectus ſublatus fuiſſet e medio.*

19. EX ADULTERIO CONCEPTUM Tiberium non ſine ratione ſuſpicatur Tiberius, cum Livilla ejus mater *adulteros* experta ſit. *Eudemum* ſupr. §. 3. & *Sejanum* ſupr. §. 4. V. Dion. ſupr. 55. 3. §. 9.

20. FA-

ret a vero. Namque identidem *felicem Priamum* [20] *vocabat*, *quod ſuperſtes omnium ſuorum* [21] *exſtitiſſet.*

20. Felicem Priamum dicit etiam chorus apud Senec. Troad. n. 144.

Felix Priamus
Dicite cuncta.

n. 156.

Felix Priamus
Dicimus omnes.

n. 161.

Felix Priamus,
Felix, quiſquis bello moriens
Omnia ſecum conſumpta videt.

Et dicit Tiberius apud Dion. LVIII. p. 636. A. & Suidam in voce Τιβέριος. Πολλάκις δὲ καὶ τὸν Πρίαμον μακαρίσαι, ὅτι ἄρδην μετὰ τῆς πατρίδος καὶ μετὰ τῆς βασιλείας ἀπώλετο. *Priamum quoque crebro beatum dixit, cujus interitus cum exitio patriæ, & regni totius fuiſſet conjunctus.*

21. Superstitem omnium suorum fuiſſe Priamum dicit, ſed infelicem fuiſſe prædicat Cicero Tuſcul. Quæſt. 1. 35. *Priamus quinquaginta honoratus filiis, quibus ſeptem & decem juſta uxore natis: Priamum tanta progenie orbatum, cum in aram confugiſſet, hoſtilis manus interemit. Hic, ſi vivis filiis, incolumi regno occidiſſet.*

Adſtante ope barbarica,
Tectis cælatis, laqueatis,

utrum tandem a bonis, an a malis diſceſſiſſet? Tum profecto videretur a bonis. At certe ei melius evaniſſet, nec tam flebiliter illa canerentur.

Hæc omnia vidi inflammari,
Priamo vi vitam evitari,
Jovis aram ſanguine turpari.

Non *omnium ſuperſtitem* fuiſſe tamen monet *Sabellicus*, ut qui perierit Hecuba, Heleno, Polidoro, Caſſandra, & Polyxena ſuperſtitibus.

CAPUT LXIII.

ARG. *Inviſus, deteſtabilis, prætrepidus, & obnoxius vivit Tiberius Nero Cæſar.*

Quam vero inter hæc non modo inviſus ac deteſtabilis, ſed prætrepidus [1] quoque, 1
atque etiam obnoxius [2] vixerit, multa indicia ſunt. Aruſpices ſecreto ac ſine teſti- 2
bus [3] conſuli [4] vetuit [5]. Vicina vero Urbi [6] oracula [7] etiam disjicere conatus 3
eſt: ſed majeſtate Præneſtinarum [8] ſortium [9] territus deſtitit: cum obſignatas devectaſque

Prætrepidum etiam Neronem dicit noſt. infr. 41. 5. Compoſita cum præpoſitione *præ* ſatis diligenter collegit *Borricht. de var. L. L. ætat. p.* 202. Mos tyrannorum eſt, ut ex conſcientia omnia metuant. Et in illo metu Dionyſium & Alexandrum fuiſſe notum eſt, ut addit *Beroaldus.*

2. Obnoxius quis, docui ſupr. Cæſ. 45. 3. §. 19.

3. Secreto, ac sine testibus, ne aliquid de morte ſua per aruſpicinæ diſciplinam pronuntiarent. Hoc vero ferre non poterant tyranni. Unde & Soranus occiſus eſt, quod factis Nerone ægrotante ſacrificiis, opera filiæ ſuæ magicis artibus uſus eſſe diceretur. Σωρανὸς μὲν ἦν, ὡς καὶ μαγεύματί τινι διὰ τῆς θυγατρὸς κεχρημένος, ἐπειδὴ νοσήσαντος αὐτοῦ θυσίαν τινὰ ἐθύσατο, ἐσφάγη. Xiphil. LXII. p. 714. B. Tacit. Ann. XVI. 30.... 33.

4. Consuli i. interrogari dicebantur tum Icti, ut dixi ſupr. Auguſt. 18. 1. §. 6. tum aruſpices. Virg. Georg. III. 492.

Nec reſponſa poteſt conſultus reddere vates.

Ubi *vates* aruſpex eſt, ut monet *Briſſon. de Form.* 1. *p.* 126. Noſt. Domit. 16. 3.

* 5. Vetuit hoc etiam poſtea Conſtantinus Imperator Cod. IX. 18. 3. & quidem ſub pœna capitis. *Nullus haruſpex, nullus ſacerdos, nullus eorum, qui huic ritui ſolent miniſtrare, ad limen alterius accedat, nec ob alteram cauſam, ſed hujuſmodi hominum amicitia, quamvis vetus, repellatur, concremando illo haruſpice, qui ad domum alienam acceſſerit: & illo in inſulam deportando, poſt ademptionem bonorum, qui eum advocaverit ſuaſionibus vel præmiis.*

6. Vicina Urbi fuere oracula Geryonis, de quo ſupr. 14. 3. §. 20. Fortunæ Antiatinæ, de quo infr. Cal. 57. 6. §. 12. Præneſtinum, de quo §. 8. Tibure etiam oraculum fuiſſe putat *Beroaldus* propter Albuneam unam ex Sibyllis, quæ illic numinis vice culta fuerit. Certe ſortes Tiburtino templo tribuit Stat. Sylv. I. 3. 79.

Quod ni templa darent alias Tirynthia ſortes.

Quamvis haſce non Sibyllæ, ſed ipſi Herculi fuiſſe inſtitutas velint ad Statium *Gevartius* & *Domitius.*

* 7. Oracula i. templa, in quibus *oracula* reddebantur. V. ſupr. 14. 4. §. 21.

8. Prænesten urbem eſſe Latii dixi ſupr. Aug. 72. 5. §. 26. In illa Fortunæ templum erat celebre, in quo ſortibus oracula edebantur. Strab. V. p. 165. Πραίνεστος δ' ἐστὶν ὅπου τὸ τῆς Τύχης ἱερὸν ἐπίσημον χρηστηριάζον. *Apud Præneſte autem fanum eſt, & oraculum Fortunæ celebre.* De illo Stat. Sylv. I. 3. 80.

Et Præneſtinæ poterant migrare ſorores.

Prop. II. 23. 41.

Nam quid Præneſtis dubias, o Cynthia, ſortes...

Noſt. *Domit.* 15. 5.

9. Sortium harum originem deſcribit Cicer. Di-

4 ctaſque Romam non reperiſſet [10] in arca [11], niſi relatas [12] rurſus ad templum. Unum [13] & alterum [14] conſulares oblatis provinciis, non auſus a ſe dimittere [15], uſque eo detinuit [16], donec ſucceſſores poſt aliquot annos præſentibus daret: cum interim manente officii titulo [17], etiam delegaret [18] plurima [19]: aſſidueque illi per legatos [20] & adjutores ſuos exequenda curarent.

vin. II. 41. *Numerium Suffucium Præneſtinorum monumenta declarant, honeſtum hominem, & nobilem, ſomniis crebris, ad extremum etiam minacibus, cum juberetur certo in loco ſilicem cædere, perterritum viſis, irridentibus ſuis civibus, id agere cœpiſſe: itaque perfracto ſaxo ſortes erupiſſe, in robore inſculptas priſcarum literarum notis. Is eſt hodie locus ſeptus religioſe propter Jovis pueri, qui lactens cum Junone Fortunæ in gremio ſedens, mammam appetens, caſtiſſime colitur a matribus. Eodemque tempore, in eo loco, ubi Fortunæ nunc ſit ædes, mel ex olea fluxiſſe dicunt? aruſpicesque dixiſſe, ſumma nobilitate illas ſortes futuras, eorumque juſſu ex illa olea arcam eſſe factam, eaque conditas ſortes, quæ hodie Fortunæ monitu tolluntur.* De *ſortium* harum figura, & illas uſurpandi modo *Kirch. Lat.* IV. 4. 2. De illis etiam, ſed non laudato Cicerone, *Crinit. de hon. diſc.* XXII. 3. etiam *Buleng. de Sort. c.* 1.

* 10. NON REPERISSET, quia evanuerant, ſive, ut Plaut. Caſ. II. 6. 44. ex arca *effugerant*, aut, ut Liv. XXII. 1. *exciderant.* Prodigii vero loco habitum, ſi ſortes extenuatæ, comminutæ, vel exhauſtæ eſſent. Liv. XXI. 62. *Romæ*, aut circa Urbem multa ea hyeme prodigia facta.... *Cære ſortes extenuatas.* Et *Lectiſternium Cære, ubi ſortes attenuatæ erant, imperatum.* XXII. 1. *Augebant metum prodigia ex pluribus ſimul locis nuntiata.... Faleriis ſortes ſua ſponte attenuatas, unamque excidiſſe.* Guther. de Jur. Pont. IV. 12. Simile quid de Serviliorum triente ſacro Plin. XXXIV. 13. *Serviliorum familia habet trientem ſacrum, cui ſumma cum cura magnificentiaque ſacra quotannis faciunt: quem ferunt alias creviſſe, alias decreviſſe videri, & ex eo aut honorem aut diminutionem familiæ ſignificari.*

11. ARCA, quam ex *olea* factam modo dixit Cicero.

12. RELATA exhibet codex *Salmaſianus*, quod *Torrentius* refert ad arcam, qua ſortes continebantur, & apud ſe extare dicit denarium Plætorii Ceſtiani, in cujus parte altera deæ effigies, quam Fortunam arbitratur, altera vero pueri comati, ſub pectore arcam tenentis, cui adſcriptum, SORS.

13. UNUM *conſularem* L. Ælium Lamiam. Tacit. Ann. VI. 27. 2. *Extremo anni mors Ælii Lamiæ funere cenſorio celebrata, qui adminiſtrandæ Suriæ imagine tandem exſolutus, Urbi præfuerat. Genus illi decorum; vivida ſenectus, & non permiſſa provincia dignationem addiderat.* Fuit *conſul* cum M. Servilio anno ab U. C. 755. ex computo *Faſtorum Capit.* & *Pigh. Ann.* III. *p.* 532.

14. ALTERUM *conſularem* L. Arruntium. Tacit. Ann. VI. 27. 3. *Oblitus Arruntium, ne in Hiſpaniam pergeret, decimum jam annum attineri.* Hiſt. II. 65. 4. *Cluvius comitatui principis adjectus, non adempta Hiſpania, quam rexit abſens, exemplo L. Arruntii. Eum Tiberius Cæſar ob metum, Vitellius Cluvium nulla formidine, retinebat.* Hic fuit conſul cum M. Æmilio Lepido anno ab U. C. 758. V. *Pigh. Ann.* III. *p.* 534. *Caſaubonum* & *Ryck. in Tacit. Ann.* XII. 41. 2.

15. NON AUSUS DIMITTERE, timens, ne in provincia quiſque ſua res novas moliretur, & ad rebellionem provinciales concitaret. *Beroaldus.*

16. DETINUERUNT in Urbe Tiberii exemplum ſecuti & alii principes illos, quibus provincias obtulerant. Nero Antejum. Tacit. Ann. XIII. 22. 2. *Syria P. Anteio deſtinata, & variis mox artibus eluſus, ad poſtremum in Urbe retentus eſt.* Vitellius Cluvium. Tacit. §. 14. Domitianus Agricolam. Tacit. Agric. 42. 2. V. & *Caſaubonum.*

17. OFFICII TITULO, quo proconſules, & provinciarum præſides dicebantur.

18. DELEGARE verbum eſt Juriſconſultorum. Unde & *delegati judices.* Et *legati* proprie vocantur ii, quibus proconſules ſuam juriſdictionem mandant. V. §. 20. Quamquam *legati* fere dicuntur, qui ipſi provinciæ præſunt, ut dixi ſupr. Aug. 47. 1. §. 4. V. & *Torrentium.*

19. PLURIMA, quæ n. provinciarum præſidibus ab imperatore committi ſolebant.

20. LEGATOS circum provincias miſſos. *Legati proconſulis nihil proprium habent, niſi a proconſule eis mandata fuerit juriſdictio.* Pompon. Digeſt. I. 16. 13. Unde illos *non oportet principem conſulere, ſed proconſulem ſuum: & is ad conſultationes legatorum debebit reſpondere.* Ulpian. ibid. 6. §. 2. Sed *non debet juriſdictionem mandare legatis, antequam fuerit provinciam ingreſſus. Eſt enim perquam abſurdum, antequam ipſe juriſdictionem nanciſcatur (nec enim prius ei competit, quam in eam provinciam venerit) aliis eam mandare, quam non habet.* Idem ibid. 4. §. 6.

CAPUT LXIV.

ARG. *Nurum, & nepotes, catenatos, & obſuta lectica, loco movet Tiberius Nero Cæſar.*

Nurum

Digitized by Google

Nurum [1] ac nepotes [2] nunquam aliter poſt damnationem [3], quam catenatos, obſutaque [4] lectica, loco movit [5]: prohibitis per militem obviis ac viatoribus reſpicere uſquam, vel conſiſtere.

Nurum, Agrippinam.

2. Nepotes, Neronem & Druſum.

3. Damnationem I. relegationem in inſulas, Pandatariam ſupr. 53. 3. §. 10. & Pontiam ſupr. 54. 2. 12.

4. Obsuta I. *conſuta*, *futuraque* junctis plagulis, cornuve ita clauſa, ut nec intus, nec exterius poſſit aperiri, niſi rupta *futura*. Et hoc voluit Tiberius, ne cuiquam nurus, nepotumque triſtis facies moveret animum, ne quem ipſi ad commiſerationem ſui, & auxilium poſſent implorare. *Scheffer. de Re Vehic.* II. 5.

5. Loco movit I. a *loco* ad *locum* transferri juſſit.

CAPUT LXV.

ARG. *Sejanum ſubvertit, tumultum metuit, ad quaſcunque legiones fugam meditatur, & per novem menſes villa non egreditur Tiberius Nero Cæſar.*

Sejanum res novas molientem, quamvis jam & natalem [1] ejus publice celebrari, & 1
imagines aureas coli [2] paſſim videret: vix tandem & aſtu magis ac dolo [3] quam
principali auctoritate ſubvertit. Nam primo, ut a ſe per ſpeciem honoris dimitte- 2
ret, collegam ſibi aſſumpſit in quinto conſulatu [4], quem longo intervallo [5] abſens
ob id ipſum [6] ſuſceperat. Deinde ſpe affinitatis [7] ac tribunitiæ poteſtatis [8] deceptum, 3
inopi-

Natales principum publice fuiſſe celebratos, dixi ſupr. Aug. 57. 3. §. 2. Ideoque, quia hoc ſummæ erat dignationis, Sejani *natalem* eodem modo, quo principum, celebrari, merito diminutionem ſui accepit Tiberius.

2. Colebantur imagines principum non tantum adoratione & ſupplicationibus. V. infr. Cal. 14. 5. §. 21. ſed etiam ſacrificiis & victimis. De Tiberii & Sejani imaginum *cultu*, cæteriſque honoribus Dio LVIII. p. 623. C. Τούτοις μὲν οἱ ἄνθρωποι ἀπατώμενοι καὶ πιστεύοντες, χαλκοῦς τε αὐτοὺς ἁπανταχοῦ ἐκ τοῦ ἴσου ἵστασαν, κἀν ταῖς γραφαῖς συνέγραφον, δίφρους τε ἐπιχρύσους ἐς τὰ θέατρα ἀμφοῖν ἐσέφερον: καὶ τέλος ἐψηφίσθη, ὑπάτους τε σφᾶς διὰ πέντε ἐτῶν ἅμα ἀποδείκνυσθαι, καὶ ἀπάντησιν, ὁπότε ἐς τὴν Ῥώμην ἐσίοιεν, ἀμφοτέροις ὁμοίως γίγνεσθαι: καὶ τέλος καὶ ταῖς εἰκόσιν αὐτοῦ, ὥσπερ καὶ ταῖς τοῦ Τιβερίου ἔθυον, καὶ τὰ μὲν περὶ τὸν Σεϊανὸν τοιαῦτα ἦν. *Quo credito decepti Romani omnibus locis areas eis ſtatuas conjunctim poſuerunt, in picturis ambos una pingebant, amborum ſellas aureas in theatrum invexerunt: denique decretum eſt, ut ad quinquennium conſules ſimul conſtituerentur: utrique cum Romam intrarent, obviam procederetur: denique ad ſtatuas etiam Sejani, tanquam Tiberii ſolebant, ſacrificarunt.* Et hæc pertinebant ad principalis faſtigii diminutionem. Quod obſervat etiam *Figrel. de ſtat.* c. 31.

3. Astu magis ac dolo, quia non inveniebat, quo modo id tuto poſſet manifeſto peragere. Dio LVIII. p. 624. E. Βουλευόμενος δὲ ὅντινα τρόπον αὐτὸν ἀποκτείνῃ, καὶ οὐχ εὑρίσκων, ὅπως ἀσφαλῶς ἐκ τοῦ φανεροῦ τοῦτο ποιήσῃ, θαυμαστὸν δή τινα τρόπον καὶ αὐτῷ ἐκείνῳ, καὶ τοῖς ἄλλοις, ὥστε τὴν γνώμην αὐτοῦ ἀκριβῶς μαθεῖν, ἐχρήσατο.

4. Quintum consulatum geſſit Tiberius cum Sejano anno ab U. C. 783. V. *Faſtos Capitolinos*, & *Pigh. Ann.* III. *p.* 558.

5. Longo intervallo I. cum diu conſul non fuiſſet, n. per novem annos. Quartum enim conſulatum ſuſceperat cum Druſo filio. Dio LVII. p. 616. D. Illos vero ad annum ab U. C. 773. rejiciunt *Faſti Capitolini* & *Siculi*, & ex illis *Pigh. Ann.* III. *p.* 551.

6. Ob id ipsum, n. *ut a ſe per ſpeciem honoris dimitteret*, & paullatim ſubvertere inciperet. Narrat Dio LVIII. p. 623. B. cum Sejanus indies majora moliri, & ſenatus illi tanquam imperatori animum advertere cœpiſſet, Tiberium alia illum aggreſſum eſſe via, & ſtatim conſulem deſignaviſſe, curarumque ſuarum participem nominaviſſe, ſæpe id repetiiſſe, idemque hoc etiam ad S. P. Q. R. ſcripſiſſe. Ἄλλως τε αὐτὸν μετεποιεῖτο, καὶ ὕπατόν τε αὐτὸν ἀπέδειξε, καὶ κοινωνὸν τῶν φροντίδων ὠνόμαζε, Σεϊανός τε ὁ ἐμὸς, πολλάκις ἐπαναλαμβάνων ἔλεγε: καὶ τοῦτο καὶ γράφων πρός τε τὴν βουλὴν καὶ πρὸς τὸν δῆμον ἐδήλου.

7. Affinitatis I. matrimonii cum aliqua ex neptibus Tiberii ineundi, qua Sejanum a Tiberio lactatum, ex quo ipſi negatæ Liviæ, quam adulteraverat ſupr. 62. I. §. 4. nuptiæ, videre eſt ex ipſa, qua Liviæ nuptias illi negat, epiſtola apud Tacit. Ann. IV. 40. 9. *Ipſe quid intra animum volutaverim, quibus adhuc neceſſitudinibus immiſcere te mihi parem, omittam ad præſens referre.* Unde *gener* Tiberii dicitur, ejus *progener* futurus Tacit. Ann. V. 6. 2. *Et ille quidem, qui collegam & generum adſciverat, ſibi ignoſcit.* VI. 8. 4. *Tuum Cæſar generum, tui conſulatus ſocium, tua officia in Republica capeſſentem colebamus.* Progenerum porro generum quoque dici doceut:

inopinantem criminatus eſt pudenda miſerandaque oratione [9]: cum inter alia P. C. precaretur, *mitterent alterum e conſulibus* [10], *qui ſenem ſe, & ſolum in conſpectum eorum*
4 *cum aliquo militari præſidio perduceret* [11]. Sic quoque diffidens, tumultumque [12] metuens, Druſum nepotem, quem vinculis adhuc Romæ continebat, ſolvi, ſi res
5 poſceret [13], ducemque conſtitui præceperat. Aptatis etiam navibus ad quaſcunque legiones meditabatur fugam, ſpeculabundus [14] ex altiſſima rupe identidem ſigna [15], quæ, ne nuntii morarentur, tolli procul, ut quidque foret factum, mandaverat.
6 Verum & oppreſſa conjuratione Sejani, nihilo ſecurior aut conſtantior, per novem proximos menſes non egreſſus eſt villa, quæ vocatur Jovis [16].

cent Icti de verb. ſign. 1. 136. ut obſervat, cui hæc debemus, *Ryck. in Tacit. Ann.* v. 6. 2.

8. TRIBUNITIÆ POTESTATIS, quam illi Nævii Sertorii Macronis opera ſe offerre fingebat Tiberius. Dio LVIII. 626. D. Ὁς νύκτωρ ἐς τὴν Ῥώμην ὡς καὶ κατ' ἄλλο τι ἐλθὼν, ἀναβὰς ἅμα τῇ ἕῳ ἐς τὸ Παλάτιον, τῷ τε Σηιανῷ μηδέπω ἐς αὐτὸ ἐσεληλυθότι περιέτυχε, καὶ ἰδὼν αὐτὸν ταραττόμενον, ὅτι μηδὲν οἱ ὁ Τιβέριος ἐπεστάλκει, παρεμυθήσατο, εἰπὼν ἰδίᾳ καὶ ἐν ἀπορρήτῳ, ὅτι τὴν ἐξουσίαν αὐτῷ τὴν δημαρχικὴν φέρει. *Is, Macro, noctu Romam venit, tanquam aliud ob negotium, ſub auroram in Palatium aſcendit, quumque in Sejanum nondum eo ingreſſum incidiſſet, triſtemque ob non datas ad ſe a Tiberio literas vidiſſet, conſolatur eum, dicens remotis arbitris: ferre ſe ei tribunitiam poteſtatem.* Quam conſecutus ipſam in imperio ſucceſſionem ſperare potuerat Sejanus. Unde & magna lætitia perfuſum in curiam inſiluiſſe dicit Dio. Καὶ ὁ μὲν περιχαρὴς ἐπὶ τούτῳ γενόμενος, ἐς τὸ βουλευτήριον ἐσεπήδησε.

9. ORATIONE 1. epiſtola, quam *orationem* vocat noſter, quia, ut Dio p. 627. A. ἐν μακρᾷ ἐπιστολῇ, *epiſtola bene longa*, & ut Juven. Sat. x. 17.

——— *verboſa & grandis epiſtola venit*
A Capreis.

10. ALTERUM CONSULEM, Memmium Regulum, cum Fulcinius Trio collega Memmii (hi enim ex Idibus Majis anni ab U. C. 783. Tiberio & Sejano ſucceſſerant, ut ex Tacit. Ann. v. 11. 1. quo horum *diu aucta diſcordia erupiſſe* dicitur, colligit Pigh. Ann. III. *p.* 559.) Sejano faveret, ut monet Dio p. 626. C. Τά τε ἐπεσταλμένα οἱ Μεμμίῳ Ῥηγούλῳ τότε ὑπατεύοντι (ὁ γὰρ συνάρχων αὐτοῦ τὰ τοῦ Σηιανοῦ ἐφρόνει) ἐπεκοίνωσε.

11. QUI SE PERDUCERET, quaſi ne tuto quidem ipſe iter facere poſſet. Dio p. 627. A. Ὡς γὰρ οὐδὲ τὴν ὁδὸν ἀσφαλῶς ποιήσασθαι δυνάμενος, τὸν ἕτερον τῶν ὑπάτων μετεπέμψατο.

12. TUMULTUM, ob ſupplicium Sejani. Dio. Ἀντικρὺς γὰρ ἀποθανεῖν ὁ Τιβέριος οὐ προσέταξεν: οὐχ ὅτι οὐκ ἐβούλετο, ἀλλ' ὅτι ἐφοβήθη μὴ ταραχή τις ἐκ τούτου γένηται. *Neque enim palam eum necari jubebat: non quod hoc nollet, ſed quia verebatur, ne quis inde tumultus exiſteret.*

13. DRUSUM SOLVI, SI RES POSCERET. Tacit. Ann. VI. 23. 4. *Tradidere quidam, deſcriptum fuiſſe Macroni, ſi arma ab Sejano tentarentur, extractum cuſtodia juvenem, Druſum, (nam in Palatio attinebatur) ducem populo imponere.*

14. SPECULABUNDUS pro *ſpeculans*. Quid ſignificent verba in *bundus* deſinentia, docui ad *Curt.* IX. 5. 10. §. 20.

15. SIGNA ſunt faces accenſæ, quibus uſi veteres in *ſigno* dando, mirabili plane induſtria: nam prorſus, prout quidque factum erat, aut novi acciderat, ita ignibus ſublatis ſignificabant, quaſi literis ſcriptis. Artificium hoc cum cura nobis aperuit Polyb. x. 42. 43. & 44. Hoc, quia nimis prolixum, non tranſcripſimus. Aſſectum ſe purgaſſe gloriatur *Caſaubonus*.

16. VILLA, QUÆ VOCATUR JOVIS, una fuit illarum duodecim, quas in inſula Capreis exſtruxit Tiberius. Capreas illum *duodecim villarum nominibus, & molibus inſediſſe* dicit Tacit. Ann. IV. 67. 4. Illis nomina duodecim deorum fuiſſe putat *Lipſ. ad Tacit. Ann. p.* 96. Hanc reliquarum principem, & maximam & *Tiberii principis arcem* Plinio III. 6. vocatam eſſe hariolatur *Cluver. Ital. ant.* IV. 4. 4.

CAPUT LXVI.

ARG. *Variis undique conviciis agitatur, & Artabani Parthi literis laceratur Tiberius Nero Cæſar.*

1 Urebant [1] inſuper anxiam mentem varia undique convicia, nullo non damnatorum omne probri genus coram, vel per libellos in orcheſtra [2] poſitos, inge-
2 rente. Quibus quidem diverſiſſime afficiebatur: modo ut præ pudore ignota & celata

UREBANT 1. ſollicitam, & inquietam habebant, dolori illi erant. Flor. II. 6. 2. *Urebat nobilem populum ablatum mare.* Imitatur Suetonium Ammian. xx. 11. *Super his urebat eius anxiam mentem.*

2. IN ORCHESTRA, ut eſſent magis conſpicui. V. *Torrentium.* Et *Orcheſtram* ſupr. Cæſ. 39. 4. §. 23.

3. PRO

Digitized by Google

lata cuncta cuperet: nonnunquam eadem contemneret, & proferret ultro atque vulgaret [3]. Quin & Artabani [4] Parthorum regis laceratus eſt [5] literis, parricidia [6] & 3
cædes & ignaviam [7] & luxuriam objicientis, monentiſque ut voluntaria morte, maximo juſtiſſimoque civium odio quam primum ſatisfaceret [8].

3. Proferret atque vulgaret, quod etiam notavit Dio lvii. p. 618. C. Ὅτι ζητῶν καθ' ἕκαστον ἀκριβῶς ὅσα τινὲς ἐτύγχανον φλαύρως περὶ αὐτοῦ εἰρηκότες, αὐτὸς ἑαυτὸν πάντα τὰ ἐξ ἀνθρώπων κακὰ ἤκουε: καὶ γὰρ εἰ ἐν ἀπορρήτῳ τις καὶ πρὸς ἕνα διελέχθη τι, καὶ τοῦτο ἐδημοσίευεν, ὥστε καὶ ἐς τὰ κοινὰ ὑπομνήματα ἐγγράφεσθαι: καὶ πολλάκις ἃ μηδ' εἶπέ τις, ὡς εἰρημένα, ἐξ ὧν ἑαυτῷ συνῄδει, προσκατεψεύδετο, ὅπως ὡς δικαιότατα ὀργίζεσθαι νομισθείη. *Inquirens diligenter ſingula, quæ de ſe in malam partem locutus eſſe aliquis diceretur, omnia maledicta ipſe ſibi ingerebat, quæ cuiquam mortalium poſſunt competere: nam ſi vel in occulto quis cum quoquam de eo eſſet locutus, id quoque publicabat, adeo ut etiam in acta publica referretur: multa quoque ipſe affinxit, nunquam a quoquam dicta, ſed quorum ipſe ſibi conſcius eſſet, quo juſtius iraſci putaretur.*

4. Artabanus *Parthorum rex* Vonone pulſo, ut dictum eſt *ſupr.* 49. 6. §. 17. qui rex fuerit factus, docet Joſeph. Ant. Jud. xviii. 3. Παραχρῆμα δ' ἐκάλουν Ἀρτάβανον Μηδίας βασιλεύοντα, γένος Ἀρσακίδην. Πείθεται δ' Ἀρτάβανος, καὶ μετὰ στρατιᾶς ἔπεισιν. Ὑπαντιάζει δ' αὐτῷ Βονώνης, καὶ τὸ μὲν πρῶτον συμφρονήσαντος αὐτῷ τοῦ πλήθους τῶν Πάρθων παραταξάμενος, ἡττηθεὶς φεύγει πρὸς τοὺς ὅρους τῆς Μηδίας Ἀρτάβανος. Καὶ μετ' οὐ πολὺ συναγαγὼν πολλὴν στρατιάν, συμβάλλει τε Βονώνῃ, καὶ νικᾷ, καὶ Βονώνης εἰς Σελεύκειαν ἀφιππάζεται σὺν ὀλίγοις τοῖς περὶ αὐτόν. Κἀκεῖνος μὲν ἐβασίλευσεν ἤδη Πάρθοις. *Et mox vocant Artabanum in Media regnantem, Arſacidam genere. Ille perſuaſus præſto fuit cum exercitu. Cui cum occurriſſet Vonones, primum manente etiam tum in officio vulgo Parthorum, prælio victus Artabanus retro ad Mediæ montes repulſus eſt. Sed paullo poſt inſtauratis copiis Vononem anſum confligere vicit, ita ut cum paucis equitibus in Seleuciam confugeret. Ille igitur hoc modo in Parthis regnavit.*

5. Laceratus est, *ſemper* enim *odium*, *contemtumque Tiberii præ ſe tulit* Artabanus, ut docet noſt. Cal. 15. 5. Unde cum Artabano Vitellii opera fœdus & amicitiam facere conatus eſt Tiberius. Verebatur enim, ne, occupata Armenia, majora damna inferret imperio. Joſeph. Ant. Jud. xviii. 6. Πέμπει δὲ καὶ Τιβέριος ὡς Οὐιτέλλιον γράμματα, κελεύων αὐτῷ πράσσειν φιλίαν πρὸς Ἀρτάβανον τὸν Πάρθων βασιλέα. Ἐφόβει γὰρ αὐτὸν ἐχθρὸς ὤν, καὶ Ἀρμενίαν παρεσπασμένος, μὴ ἐπὶ πλέον κακουργῇ. Noſt. Vit. 2. 10.

6. Parricidia, quia filios, nepotes, & nurum interemiſſet. Lege enim Pompeja de *parricidiis* cavetur, ut is *parricidii* teneatur, non ſolum qui patrem & matrem interfecerit: ſed qui fratrem, ſororem, patruelem... occiderit. *Beroaldus.*

7. Ignaviam i. imbelliam; toto enim imperii ſui tempore bellum non geſſit. Hæc duo jungit Macrob. Sat. ii. 2. *Tunc Pœnus eludens ignaviam imbelliamque militum ejus pretioſe armatorum. Eſt fortitudini contraria, ut juſtitiæ injuſtitia.* Cicer. de Invent. Rhet. ii. 54. Unde *timido* jungitur *ignavus*. Cicer. Tuſc. Quæſt. ii. 23. *Ut fit in prælio, ut ignavus miles, ac timidus, ſimul ac viderit hoſtem, abjecto ſcuto fugiat.* Donatus: *Ignavus eſt, qui vim non poteſt ferre, qui non eſt perſeverans*, ad Terent. Andr. i. 5. 42. Noſt. Cæſ. 7. 1. Cal. 45. 2.

8. Morte satisfaceret. In eam ſententiam legimus in Epiſtolis Phalaridis: σώματος ἀρρωστίαν θεραπεύει τέχνη, ψυχῆς δὲ νόσον ἰατρὸς λύεται θάνατος. *Corporis infirmitatem curat ars: animi morbo medicinam medicus facit mors.* Tacit. Ann. vi. 49. 1. *Iiſdem diebus Sex. Papinius conſulari familia, repentinum & informem exitum delegit, jacto in præceps corpore. Cauſa ad matrem referebatur, quæ pridem repudiata, aſſentationibus atque luxu perpuliſſet juvenem ad ea, quorum effugium non niſi morte inveniret.* Noſt. Ner. 36. 5. V. *Caſaubonum.*

CAPUT LXVII.

ARG. *Malorum ſuorum ſummam profitetur, patriæ appellationem, & ne in acta ſua juraretur obſtinatiſſime recuſat Tiberius Nero Cæſar.*

Poſtremo ſemetipſe pertæſus, talis epiſtolæ [1] principio, tantum non ſummam ma- 1
lorum ſuorum [2] profeſſus eſt. *Quid ſcribam vobis P. C? aut quomodo ſcribam? aut* 2

1. Epistolæ, quam αὐτολεξεὶ narrat Tacit. Ann. vi. 6. 1. & illi hæc præmittit: *Inſigne viſum eſt earum Cæſaris literarum initium. Nam his verbis exorſus eſt.*

2. Malorum suorum summam.... Eleganter Tacit. n. 2. *Adeo facinora, atque flagitia ſua ipſi quoque in ſupplicium verterant. Neque fruſtra præſtantiſſimus ſapientiæ firmare ſolitus eſt, ſi recludantur tyrannorum mentes, poſſe adſpici laniatus, & ictus, quando ut corpora verberibus, ita ſævitia, libidine, malis conſultis animus dilaceretur. Quippe Tiberium non fortuna, non ſolitudines protegebant, quin tormenta pectoris,*

aut quid omnino non ſcribam hoc tempore? Dii me, deæque pejus perdant [3], *quam quotidie*
3 *perire ſentio, ſi ſcio.* Exiſtimant quidam, præſciiſſe hæc cum peritia futurorum [4]:
4 ac multo ante, quanta ſe quandoque acerbitas & infamia maneret, proſpexiſſe. Ideoque ut imperium inierit, & PATRIS PATRIÆ appellationem, & ne in acta
ſua juraretur [5], obſtinatiſſime recuſaſſe: ne mox majore dedecore impar tantis ho-
5 noribus inveniretur. Quod ſane & ex oratione ejus, quam de utraque re habuit,
colligi poteſt: vel cum ait, *Similem ſe ſemper ſui futurum: nec unquam mutaturum* [6]
mores ſuos, quamdiu mentis ſanæ fuiſſet [7]: *ſed exempli cauſa cavendum, ne ſe ſena-*
6 *tus in acta cujuſquam obligaret, qui aliquo caſu mutari poſſet.* Et rurſus: *Si quando autem*, inquit, *de moribus meis, devotoque* [8] *vobis animo dubitaveritis: quod prius quam eveniat, opto ut me ſupremus dies huic mutatæ veſtræ de me opinioni eripiat: nihil honoris adjiciet mihi PATRIS appellatio: vobis autem exprobrabit* [9], *aut temeritatem delati mihi ejus cognominis, aut inconſtantiam contrarii de me judicii.*

ſteris, ſuaſque ipſe pœnas fateretur.

3. Dii me perdant, in adjurationibus recepta eſſe verba, dixi ſupr. 21. 12. §. 31. Hoc loco ſenſum dicit eſſe *Glareanus.* Me dii, deæque, ſi ſcio quid ſcribam, pejus *perdant*, quam utique me perire ſentio. Senex erat cuculus, & ſe perire quotidie ſentiebat, ſed imprecabatur ſibi majorem *perditionem*, ſi quidem ſciret, quid ſcribere deberet.

4. Peritia futurorum, quam *peritiam fatorum* vocat Tacit. Hiſt. I. 22. 4. Erat enim addictus mathematicorum diſciplinis. Joſeph. Ant. Jud. XVIII. 8. Ἦν δὲ καὶ γενεθλιαλογίᾳ Τιβέριος τὰ μάλιστα προσκείμενος. Et ejus divinationis, quæ ex aſtris ducitur, peritiſſimus. Dio LV. p. 555. E. Αὐτός τε γὰρ ἐμπειρότατος τῆς διὰ τῶν ἀστρῶν μαντικῆς ὤν. Imo nemo Cæſarum unquam tantam habuit fidem divinationibus. Joſephus. Τά τε πάντα μαντειῶν ὁπόσα ἐχόμενα πιθανὰ ἡγούμενος ἠγρίμισαν μάλιστα ἀνὴρ ἔτος. *Matheſin tamen ſic ſcire ſibi viſus eſt* Adrianus Cæſar, *ut ſero Kalendis Januariis ſcripſerit, quid ei toto anno poſſet evenire: ita ut eo anno, quo periit, uſque ad illam horam, qua eſt mortuus, ſcripſerit, quid acturus eſſet.* Spartian. c. 16. in Ælio Vero c. 3. Et *matheſeos peritiſſimus* fuit Severus apud eundem c. 3. Et Alexander Severus apud Lamprid. c. 27.

5. In acta jurare, quid ſit V. ſupr. 26. 5. §. 9.

6. Nec unquam mutaturum.... Unde ipſe apud Tacit. Ann. IV. 38. 4. *Deos precatur, ut ſibi ad finem uſque vitæ, quietam, & intelligentem humani, divinique juris mentem duint.*

7. Fuisset i. *futurus* eſſet. V. ſupr. Cæſ. 52. 1. §. 5.

8. Devotus quis, dictum V. ſupr. Cæſ. 67. 4. §. 16.

9. Exprobrabit i. re ipſa indicabit, prodet, coarguet. Non enim ſemper verbis, ſed & rebus fit *exprobratio.* Plin. Epiſt. 1. 25. *Nam mala emptio ſemper ingrata eſt, eo maxime, quod exprobrare ſtultitiam domino videtur.*

CAPUT LXVIII.

ARG. *Qua ſtatura, qua facie fuerit, & qua valetudine fuerit uſus Tiberius Nero Cæſar.*

1.2 Corpore fuit amplo [1] atque robuſto: ſtatura, quæ juſtam [2] excederet [*]. Latus
ab

* Corporis amplitudo majeſtatis augmento olim celebrabatur. Ælian. V. H. 11. 10. Ἰδόντα εἶπεν μὲν ἰδεῖν τὸ πλάτος, ἥλω δὲ τῷ προσώπῳ. *Cum videret eum gravem aſpectu & amplitudine corporis, benignitate autem vultus amabilem.* Fuit vero *corpore amplo* in juvenili, & viridiori ætate, cum *graciliori* fuerit in ſenili. Tacit. Ann. IV. 57. 3. *Erant, qui crederent in ſenectute quoque corporis habitum pudori fuiſſe: quippe illi prægracilis, & incurva proceritas.*

2. Justa ſtatura æſtimatione Romana ſenum pedum circiter fuit. *Modum ſummum adoleſcendi humani corporis ſeptem eſſe pedes* dicit Varro apud Gell. III. 10. Unde *pleroſque definire, nullum poſſe excedere longitudinem pedum ſeptem, quod intra menſuram iſtam Hercules fuerit*, legitur apud Solin. c. 1. Unde hominem ſeptipedem pro maximo dicebant, quod menſura iſta longiſſimi hominis eſſe crederetur. Et Burgundiones, quaſi longiſſimi & proceriſſimi ſeptipedes dicuntur Sidon. Epiſt. VIII. 9. 34.

Hic Burgundio ſeptipes, frequenter
Flexo poplite ſupplicat quietem.

dicitur *commoda* Plaut. Aſin. II. 3. 21.

Truculentis oculis, commoda ſtatura.

& *militaris* Liv. VII. 10. *Corpus alteri magnitudine eximium, verſicolore veſte, pictiſque & auro calatis refulgens*

ab humeris [4] & pectore: cæteris quoque membris uſque ad imos pedes æqualis, &
congruens [5]. Siniſtra manu agiliore ac validiore [6]: articulis ita firmis [7], ut recens 3
& integrum malum digito terebraret [8]: caput pueri, vel etiam adoleſcentis talitro [9]
vulneraret. Colore erat candido, capillo pone occipitium [10] ſummiſſiore [11], ut cer- 4
vicem [12] etiam obtegeret, quod gentile [13] in illo videbatur. Facie honeſta [14]: in 5
qua tamen crebri, & ſubiti [15] tumores [16], cum prægrandibus oculis [17]: & qui, quod
mirum

fulgens armis: media in altero militaris ſtatura. Illa enim in tyronum delectu eſt olim ſervata. Veget. I. 5. *Proceritatem tyronum ſcio ſemper exactam, ita ut ſenos pedes, vel certe quinos, & denas uncias habentes inter alares equites, vel in primis legionum cohortibus probarentur.* Noſt. Ner. 19. 4. Hæc etiam fuit Galb. 21. 1. Ner. 51. 1. V. de hac etiam *Caſaubonum: Stewech. in Vegetium: Jun. de pict.* III. 9. 3.

3. EXCESSERUNT juſtam ſtaturam *Hercules Herodis* dictus juvenis ille apud Philoſt. de vit. ſoph. II. p. 551. B. qui magno Celtæ ſimilis, fuit octo pedum magnitudine: Κελτῷ μεγάλῳ ἴσος, καὶ ἐς ὀκτὼ πόδας τὸ μέγεθος. *Maximinus* apud Capitol. c. 6. qui *magnitudine fuit tanta, ut octo pedes digitis* VI. (ut legit Salmaſius) *videretur egreſſus.* Gabbara ex Arabia advectus apud Plin. VII. 16. quem *D. Claudio principe novem pedum, & totidem unciarum ætas* Plinii *vidit.*

4. LATUS AB HUMERIS, qualis etiam fuit Plato inde dictus. Serv. Æn. VI. 668.

Humeris exſtantem ſuſpicit altis.

Quaſi philoſophum, ac ſi diceret Platonem. Alludit enim Poeta. Nam Plato ab humerorum dictus eſt latitudine. Beroaldus.

* 5. ÆQUALIS ET CONGRUENS ut jungit noſter, ita *congruentiam & æqualitatem* Plin. Epiſt. II. 5. 11. *Etenim ſi avulſum ſtatuæ caput aut membrum aliquod inſpiceres, non tu quidem ex illo poſſes congruentiam æqualitatemque deprehendere.* Cicer. Offic. I. 28. *apta membrorum compoſitio* vocatur. *Pulcritudo corporis apta compoſitione membrorum movet oculos, & delectat hoc ipſo, quod inter ſe omnes partes cum quodam lepore conſentiunt.*

6. AGILIORE ET VALIDIORE *ſiniſtra* quare ſit interdum homo, cauſam eſſe dicit de anim. II. Albertus Magnus, quod *hepar & cor virtutes ſuas mittunt in ſiniſtrum latus.* Contingit etiam aliquando ex conſuetudine, ut quis a puero ſiniſtram ſæpius exerceat quam dextram, quæ conſuetudo in naturam vertitur. *Beroaldus.* Cum alias parte dextra efficaciora ſuapte natura ſint animalia omnia. Ariſtot. de part. anim. IV. 8. Τοῖς γὰρ δεξιοῖς πάντα πέφυκε τὰ ζῶα ἀδρὰ μᾶλλον.

7. ARTICULIS FIRMIORIBUS etiam fuit Marius tyrannus, de quo Pollio. c. 7. *De quo illud addidiſſe ſatis eſt, nullius manus, vel ad feriendum, vel ad impellendum fortiores fuiſſe, quum in digitis nervos videretur habuiſſe, non venas. Nam & carra venientia digito ſalutari repuliſſe dicitur, & fortiſſimos quoſque uno digito ſic afflixiſſe, ut quaſi ligni, vel ferri obtunſioris ictu percuſſi dolerent. Multa duorum digitorum alliſione contrivit.* Milo Crotoniates & Tritanus gladiator, quorum illi *malum tenenti nemo digitum corrigebat,* hic *hoſtem ab eo ex provocatione dimicantem, inermi dextra, uno digito ſuperatum, & poſtremo correptum in caſtra tranſtulit.* Plin. VII. 20. Solin. c. I V. & *Beroaldum.*

8. TEREBRARET i. quaſi *terebra* perforaret. *Terebra perforare* dicit Colum. R. R. IV. 29. *Nam antiqua terebra ſcobem faciebat, perurebatque eam partem, quam perforaverat.*

9. TALITRUM fit medio digito adducto in ſinum pollicis, & cum impetu abducto, ut deſcribit *Scal. in Ariſtot. Hiſt. Anim.* I. 9. Pollio ſupr. §. 7. *duorum digitorum alliſionem* dixit. Græcis κονδυλισμὸν dici, & *talare* eſſe *talo* percutere monet *Salmaſ. Exercit. Plin. p.* 804. *a G.* * Malo tamen cum Gonſalio ad Petronium p. 219. ſtatuere eſſe ipſum *articulum & ſtrictum & acutum,* quo *miſerantis* Gitonis *caput percuſſit* apud Petron. c. 56. Sic enim *talitrum* explicant Gloſſ. vet. Κόνδυλος ποδὸς καὶ χειρός. *Hoc talatrum* L. emendante Gonſalio *talitrum.* Suidam ego addo. Κονδυλίσας, κονδύλοις πλήξας. Ὁ δὲ Ἡρακλῆς παῖδα κονδυλίσας ἀπέκτεινε. Κονδυλίσας, *qui condylis percuſſit. Hercules puerum condylis percuſſum interfecit.* Et Mart. Capell. de Nupt. Phil. I. 17. *Eiſdemque quibus fuerat eblandita ictibus crebris verticem complicatisque in condylos digitis vulnerabat.*

10. PONE OCCIPITIUM, nam, ut Tacit. Ann. IV. 57. 3. *nudus capillo vertex.*

11. SUMMISSIORE i. prolixiore. Talis fere fuit, quæ vocatur Græcis Hectorea coma. Lycoph. n. 1132.

—— νυμφίους ἀρνούμεναι
Τὰς Ἑκτορείους ἠγλαϊσμένας κόμας.
—— *ſponſos recuſantes*
Hectorea ſuperbos coma.

Scholia, Ἑκτόρειος κόμη, ἢ τὰ ὄπισθεν κεκομημένα ἔχουσα, τὰ δὲ ἔμπροσθεν κεκαρμένα. *Caſaubonus.*

12. CERVICEM qui *obtegit capillus,* & diffuſus per illam fluit, illam *flagellare* dicitur. Mart. IV. 41. 7.

—— *Molleſque flagellent*
Colla comæ: tortas non amo, Flacce, comas.

13. GENTILE i. genti Claudiæ familiare. Ita *comam pone verticem ſummittit* Nero infr. 51. 3.

14. HONESTA i. pulcra. Virg. Æn. X. 133.

Dardanius caput ecce puer detectus honeſtum.

* Contra ea *inhoneſtus* eſt deformis, turpis. Terent. Eun. II. 3. 65.

Digitized by Google

mirum eſſet, noctu etiam & in tenebris viderent [18], ſed ad breve [19]: & cum pri-
6 mum a ſomno patuiſſent, demum [20] rurſum hebeſcebant [21]. Incedebat cervice ri-
gida & obſtipa [22], adducto [23] fere vultu, plerumque tacitus: nullo, aut rariſſimo
etiam cum proximis ſermone, eoque tardiſſimo [24]: nec ſine molli quadam digito-
7 rum geſticulatione [25]. Quæ omnia ingrata, atque arrogantiæ [26] plena, & animad-
vertit

Illumne obſecro inhoneſtum hominem.

15. SUBITI i. qui ſubito oriuntur celeriter, & poſt evaneſcunt. V. *Torrentium*, *Gravium*, *Lipſ. in Tacit. Ann. p.* 95.

16. TUMORES. Unde *ulceroſam illi faciem*, *ac plerumque medicaminibus interſtinctam* fuiſſe dicit Tacit. Ann. IV. 57. 5. * Hos toti tergo tranſcribit Julian. Καισαρ. p. 309. Ἐπιστραφέντος δὲ πρὸς τὴν καθέδραν, ὤφθησαν ὠτειλαὶ κατὰ τοῦ νώτου μυρίαι, καυτῆρές τινες, καὶ ξέσματα, καὶ πληγαὶ χαλεπαὶ, καὶ μώλωπες ὑπό τε ἀκολασίας, καὶ ὠμότητος ψῶραί τινες, καὶ λειχῆνες οἷον ἐγκεκαυμέναι. *Hic cum ad ſedem ſuam ſe converteret, ſorte in tergo ejus cicatrices multæ apparuere: ſtigmata, inquam, & ſtriæ, verberumque veſtigia, ac vibices, ex intemperantia, atque crudelitate, lepræ & impetiginis in modum inuſta.*

17. PRÆGRANDES OCULOS tanti feciſſe videtur Homerus, ut ab oculis tantum *grandioribus* digniſſimam Junonis formam deſcripſerit Iliad. I. 551.

Τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα βοῶπις πότνια Ἥρη.

Huic reſpondit poſtea bovinos oculos habens veneranda Juno.

Ab illis etiam laudatur Aſpaſia, quæ καλλίστη τῶν συμπαρθένων, παρὰ τῆς καλλίστης τῶν θεῶν τὸ κάλλος ἀπολαβοῦσα, ὀφθαλμοὺς εἶχε μεγίστους, *ſociarum virginum pulcerrima, a dearum pulcerrima pulcritudine donata, oculos habebat maximos.* Ælian. V. H. XII. 1. Huc facit, quod *minores oculos* inter fœda ætatis declivis incommoda refert Juvenal. VI. 145.

Fiant obſcuri dentes, oculique minores.

Grandibus oculis fuit quoque Domitianus infr. 18. 1. *Mediocres* tamen optimos dicit eſſe Ariſtot. Hiſt. anim. I. 10. Τῶν δ' ὀφθαλμῶν οἱ μὲν μεγάλοι, οἱ δὲ μικροὶ, οἱ δὲ μέσοι: οἱ δὲ μέσοι, βέλτιστοι.

18. NOCTU ET IN TENEBRIS VIDISSE plurimum, interdiu vero minimum dicit Dio LVII. p. 603. A. Πλεῖστον τὸ σκότους βλέπων, ἐλάχιστα τῆς ἡμέρας ἑώρα, vocatque ἀμβλυωπίαν, *viſus imbecillitatem.* Unde Plin. XI. 27. *Ferunt Tiberio Cæſari, nec alii genitorum mortalium, fuiſſe naturam, ut expergefactus noctu paulliſper, haud alio modo, quam luce clara contueretur omnia, paullatim tenebris ſeſe obducentibus.* * Sext. Empir. Pyrrhon. Hypoth. I. 14. 4. Τιβέριος ὁ Καῖσαρ ἐν σκότει ἑώρα. *Tiberius Cæſar in tenebris cernebat.* Quamvis *: aliis, quod videtur negare Plinius, hoc accidiſſe, doceant exempla, quæ adferunt *Caſaubonus & Voſſ. de Idolol.* III. 26.

* 19. AD BREVE ſubaudi tempus i. paullum, *paulliſper* Plinio §. 18. *Breve* Stat. Theb. II. 352. Ἐν ἀκαρεῖ Græci apud Theodoretum Mopſueſtenum in Catena in principium Euang. Johannis, quem ad Statium Barthius laudat. Ἀκαρὲς μὲν γὰρ τὸ μικρὸν λέγεται, ὃ διὰ σμικρότητα οὐκ ἔστι κεῖραι. *Ἀκαρὲς autem tenue & parvum dicitur, quod propter exilitatem ſecare non licet.*

* 20. DEMUM i. poſt. Feſtus. *Demum, quod ſignificat poſt, apud Livium demum legitur.* Sententia eſt, paullo poſt videre deſiiſſe. *Voſſ. de Idolol.* III. 26.

21. HEBESCERE dicuntur oculi, quorum acies retunditur. Feſtus. *Hebes retuſi acuminis*, & caligat. Celſ. VI. 6. *Pupilla diffunditur & dilatatur, aciesque ejus hebeſcit, ac pæne caligat.* Noſt. Ner. 51. 1. Dicitur etiam animus tardus, & minus exercitatus noſt. Claud. 2. 3. Corporum proprie minus acutorum eſſe monui ad Curt. VII. 4. 10. §. 32.

22. OBSTIPA i. immobili, quæ non niſi cum toto corpore convertitur. Horat. Sat. II. 3. 92.

Stes capite obſtipo, multum ſimilis metuenti.

Ubi vetus commentator: *obſtipo i. fixo, immobili.* Perſ. Sat. III. 80.

Obſtipo capite, & figentes lumine terram.

Stipare, ut ad *Perſium* monet *Caſaubonus*, eſt στιβεῖν. Verbum proprie fullonum, qui pedum motatione pannos condenſant, & firmiores efficiunt. Ita autem incedunt rigido, atque immoto collo, partim ſuperbi homines, ut hoc loco Tiberius: partim attoniti, vel qui toti ſunt in alicujus rei contemplatione, ut apud Perſium. *Mobilem* tamen cervicem deſcribit Plin. XI. 37. *Sed quibus cervix, e multis vertebratiſque orbiculatim oſſibus flexilis ad circumſpectum articulorum nodis jungitur.*

23. ADDUCTO i. gravi, ſerio, ſevero. Tacit. Ann. XIV. 4. 5. *Nam pluribus ſermonibus modo familiaritate juvenili Nero, & rurſus adductus, quaſi ſeria conſociaret.* *Adducere vultum* eſt ad gravitatem componere: qui habitus accedit ad triſtitiæ ſpeciem. Senec. Epiſt. 57. *Itaque & vultum adducet ad triſtitiam....* Et *fronte in ſupercilia adductiore venerabilem* fuiſſe Verum prodidit Capitol. *c.* 10. Ita *ſubductum vultum* pro gravi dicit Prop. II. 8. 13.

Nunc volo ſubducto gravior procedere vultu.

Cauſam huic ſignificationi apertam eſſe dicit Lipſ. Tacit. Hiſt. p. 24. a geſtu. Qui enim alacres, comes, fronte etiam fere ſunt exporrecta & diffuſa: qui triſtes, ſeveri, eadem contracta & *adducta*.

24. TARDISSIMO *ſermone*, qui in Tiberio erat vitium. Et illum antiqui reprehenderunt in P. Vinicio, qui tractim dicebat, qui ſingula verba vellebat, tanquam dictaret, non tanquam diceret. Unde quidam feſtiviter: dic, ait, vel nunquam dicas. *Beroaldus.*

25. Di-

vertit Auguſtus in eo, & excuſare tentavit [27] ſæpe apud ſenatum ac populum, profeſſus, *Naturæ vitia* [28] *eſſe*, *non animi* [29]. Valetudine proſperrima uſus eſt, tempore 8
quidem principatus pæne toto prope illæſa: quamvis a trigeſimo ætatis anno [30] arbitratu eam ſuo rexerit ſine adjumento, conſiliove medicorum [31].

25. DIGITORUM GESTICULATIONEM in oratore exigit Quintil. Inſt. Orat. XI. 3. *Et geſtus ille maxime communis, quo medius digitus in pollicem contrahitur explicitis tribus.* Sed illa mollis, & infamis apud priſcos exiſtimabatur, qua digito uno ſcalpebant caput. Senec. Epiſt. 52. *Impudicum & inceſſus oſtendit, & manus mota, & unum interdum reſponſum, & relatus ad caput digitus, & flexus oculorum.* Unde effeminati hominis notam τῷ δακτύλῳ ἄκρῳ τὴν κεφαλὴν κνῆσαι, *ſummo digito caput ſcalpere*, dicit Lucianus. Juven. IX. 133.

Qui digito ſcalpunt uno caput.

Quem imitatus Calvus perſtringit Pompejum apud Senec. Contr. III. 19. ut in Catalectis Scaliger illud ſupplet.

Faſciola qui crura ligat, digito caput uno
Scalpit, quid credas hunc ſibi velle virum?

V. *Beroaldum*: *Lipſ. & N. Fabr. in Senecam*, *Granz. in Juvenalem*, *Paſſerat. in Prop. p.* 352.

26. ARROGANTIAM Tiberii animadvertiſſe etiam Auguſtum monuit jam Tacit. ſupr. 21. 4. §. 15.

27. EXCUSARE TENTASSE Auguſtum Tiberii mores docet nos Tacit. Ann. I. 10. 10. *Etenim Auguſtus, paucis ante annis, cum Tiberio tribunitiam poteſtatem a patribus rurſum poſtularet, quanquam honora oratione, quædam de habitu, cultuque, & inſtitutis ejus jecerat, quæ velut excuſando exprobraret.*

28. NATURÆ vitia vocaſſe videtur Auguſtus, quæ inclinatione quadam, veluti innata conſuetudine coaleſcunt. Horat. I. 3. 35.

——— *denique te ipſum*
Conſule, num qua tibi vitiorum inſeverit olim
Natura, aut etiam conſuetudo mala.

Torrentius. Hæc æquiore animo in Tiberio ferenda eſſe Auguſto videbantur, quia *nulla ſapientia, naturalia corporis aut animi vitia ponuntur: quidquid infixum, & ingenitum eſt, lenitur arte, non vincitur,* ut inquit eleganter Senec. Epiſt. 11.

29. ANIMI *vitia* vocaſſe videtur Auguſtus, quæ depravato fiunt judicio. *Torrentius.*

30. A TRIGESIMO ÆTATIS ANNO qui medico indigerent, eluſiſſe Tiberium, dicit etiam Tacit. Ann. VI. 46. 6. *Sed graveſcente valetudine, nihil e libidinibus omittebat, in patientia firmitudinem ſimulans: ſolitus eludere medicorum artes, atque eos, qui poſt trigeſimum ætatis annum ad internoſcenda corpori ſuo utilia, vel noxia, alieni conſilii indigerent.* De ſexagenariis hoc dixiſſe Tiberium dicit tamen Plutarchus. Εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον p. 794. B. Οὐ γὰρ ὡς Τιβέριος ὁ Καῖσαρ ἔλεγε, τὸ τὴν χεῖρα τῷ ἰατρῷ προτείνειν ὑπὲρ ἑξήκοντα ἔτη γεγονότας, αἰσχρόν ἐστι. *Non recte Tiberius Cæſar dixit, turpe eſſe ei, qui ſexageſimum ætatis annum exceſſerit, manum medico porrigere.* Ex Ὑγιειν. παραγγ. p. 136. D. Ἤκουσα, ποί που Τιβέριόν ποτε Καίσαρα εἰπεῖν, ὡς ἀνὴρ ὑπὲρ ἑξήκοντα γεγονὼς ἔτη, καὶ προτείνων ἰατρῷ χεῖρα, καταγέλαστός ἐστιν. *Audivi, Tiberium aliquando Cæſarem dixiſſe, ridendum eſſe virum eum, qui annum vitæ egreſſus ſexageſimum, manum medico porrigat.*

31. CONSILIO MEDICORUM uti non ſatis eſſe tutum cenſet Plin. XXIX. I. *Itaque hercule in hac artium ſola evenit, ut cuicunque medicum ſe profeſſo ſtatim credatur, cum ſit periculum in nullo mendacio majus. Non tamen illud intuemur, adeo blanda eſt ſperandi pro ſe cuique dulcedo. Nulla præterea lex, quæ puniat inſcitiam capitalem, nullum exemplum vindictæ. Diſcunt periculis noſtris, & experimenta per mortes agunt: medicoque tantum hominem occidiſſe impunitas ſumma eſt.* Hinc Adrianus imperator ἐτελεύτησε, λέγων καὶ βοῶν τὸ δημῶδες· οἱ πολλοὶ ἰατροὶ βασιλέα ἀπώλεσαν: *mortuus eſt dicens & exclamans illud pervulgatum: multi medici regem ſuſtulerunt.* Dio LXIX. p. 797. E. *Et illa infelicis monumenti inſcriptio, turba ſe medicorum periiſſe.* Plin. XXIX. I. qui addit, *millia gentium ſine medicis degere, non tamen ſine medicina: ſicut populus Romanus ultra ſexcenteſimum annum.* V. etiam *Beroaldum.*

CAPUT LXIX.

ARG. *Deos & religiones negligit, tonitrua tamen præter modum expaveſcit Tiberius Nero Cæſar.*

Circa deos ac religiones negligentior: quippe addictus [1] mathematicæ [2]: perſuaſioniſque F

ADDICTUS I. deditus, obnoxius, ejus ſtudio incenſus. Petron. c. 5.

Sedeat redemptus hiſtrionis addictus.

Noſt. Vitel. 2. 14. Claud. 29. 1. Cal. 55. 8. Proprie *addictus* eſt ære alieno obrutus, & creditori, ut apud eum in nervo pro debitis operam præſtet, per prætorem adjudicatus. Liv. VI. 14. *Ne quem veſtrum, inquit, Quirites, donec quidquam in mea re ſupererit, judicatum, addictumve duci patiar.* c. 34. *Itaque quum jam ex re nihil dari poſſet, fama & corpore judicati, atque addicti creditoribus ſatisfaciebant.* Verbum eſſe prætorum quoque dixi ſupr. Cæſ. 50. 3. §. 17. De *addictis* multa *Salmaſ. de mod. uſur. c.* 18. & 19.

 2. Ma-

2 ſioniſque plenus, cuncta fato [3] agi. Tonitrua tamen præter modum expaveſcebat: & turbatiore cælo nunquam non coronam lauream [4] capite geſtavit, quod fulmine [5] afflari [6] negetur id genus frondis.

2. MATHEMATICÆ I. genethliacorum, qui & *mathematici* dicuntur, V. ſupr. Aug. 94. 22. §. 72. diſciplinæ ſiderali, quam ipſum exacte calluiſſe, dictum ſupr. 67. 3. §. 4. & exactiſſimum *mathematicum* Thraſyllum inter ſuos habuit, ut quoque dictum eſt ſupr. 14. 6. §. 31. Iſtius tamen profeſſores Urbe pepulit ſupr. 36. 3. §. 12.

3. FATUM n. mathematicum, *quod ligat & nectit firmiter actiones omnes, eventuſque, ad vim ſiderum, & poſituram ſtellarum*, ut illud definit Lipſ. de Conſtant. I. 18.

4. LAUREA *coronatum* hac de cauſa Tiberium ſcribit quoque Plin. XV. 30. *Tiberium principem tonante cælo coronari ea*, lauru, *ſolitum ferunt contra fulminum metus.*

5. FULMINE non afflari laurum dixit Plin. II. 55. ſupr. Aug. 90. 1. §. 5. & repetit XV. 30. *Manu ſatarum receptarumque in domos ſulmine ſola non icitur.* Cauſam adferunt Pythagoræi, quod arbor Phœbæa ſit, & Apollini ſacra: quæ tota e poeticis deliciis pendet, quaſi ejus dei templa *fulmine* tacta, & ambuſta conflagraſſe, apud hiſtoricos non legamus. Nonnulli plantæ rotunditati id acceptum ferendum nugantur, qua ictus labatur: qui mihi videntur laurum nunquam adſpexiſſe, in acumen potius, ac faſtigium, tum ipſo trunco, tum etiam ramis ſenſim tendentem. Sunt omnino pini omnes rotundæ magis, quibus nec ignis cœleſtis parcit: ſed ne columnis quidem marmoreis, diu, multumque levigatis ac perpolitis. Nec ſane mirum, cum omnia a cœlo decidentia obliquos habeant ictus, non rectos. Quare bene & ſapienter agerent πάνσοφοι quidam, ſi tandem caſſis, & futilibus argumentis hominum mendacia confirmare deſinerent. Paucis enim abhinc annis Romæ de cœlo tacta eſt laurus. *Brod. Miſc.* III. 2.

6. AFFLARI fulmine dicuntur, qui non prorſus feriuntur, ſed ejus fervore, & halitu perſtringuntur. Spartian. Adrian. c. 14. *Fulmen decidens hoſtiam & victimarium ſacrificanti afflavit.* Plura exempla *Freinshem. Ind. in Florum.*

CAPUT LXX.

ARG. *Artes liberales colit, affectatione ſtylum obſcurat, carmen facit, & hiſtoriæ fabularis notitiam curat Tiberius Nero Cæſar.*

1.2 Artes liberales utriuſque generis [1] ſtudioſiſſime coluit. In oratione Latina ſecutus
3 eſt Corvinum Meſſalam [2]: quem ſenem [3] adoleſcens obſervaverat. Sed affectatione [4] & moroſitate [5] nimia obſcurabat ſtylum [6]: ut aliquanto ex tempore quam a
4 cura præſtantior haberetur. Compoſuit & carmen lyricum, cujus eſt titulus, *Con-*
5 *queſtio [7] de L. Cæſaris [8] morte.* Fecit & Græca poemata, imitatus Euphorionem [9],
&

UTRIUSQUE GENERIS I. Latini & Græci. Horat. Od. III. 8. 5.

Docte ſermones utriuſque linguæ.

Noſt. Cal. 3. 2.

2. CORVINUM MESSALAM *Valerium*, ut dicitur ſupr. Aug. 58. 2. Ejus eloquentiam laudant Quintil. Inſt. X. 1. *Meſſala nitidus & candidus, & quodammodo præ ſe ferens in dicendo nobilitatem ſuam.* Tacit. Orat. 18. 3. *Cicerone mitior Corvinus, & dulcior, & in verbis magis elaboratus.* Senec. Contr. II. 12. *Fuit Meſſala exactiſſimi ingenii, in omnes ſtudiorum partes, Latini utique ſermonis diligentiſſimus.* V. *Voſſ. Hiſt. Lat.* I. 18.

3. SENEX fuit Meſſala, mortuus enim *anno ætatis* 77, ut prodit in Euſebii Chronico Hieronymus, qui annus in quem annum a condito mundo inciderit, fuſius diſputat *Scalig. Anim. in Euſeb. p.* 165.

4. AFFECTATIONE, qua *exoletas interdum & reconditas voces aucupabatur* ſupr. Aug. 86. 6.

5. MOROSITATE I. nimis exacto eruditionis ſtudio. Quis *moroſus* V. ſupr. Cæſ. 45. 3. §. 13.

6. OBSCURABAT STYLUM. Unde de illo Tacit. Ann. XIII. 3. 5. *Tiberius artem callebat, qua verba expenderet, tum validus ſenſibus, aut conſulto ambiguus.*

7. CONQUESTIO I. querela. Cicer. ad Herenn. III. 13. *Amplificatio dividitur in cohortationem & conqueſtionem.* * Hanc crocodili lacrymas recte dixeris. Etenim æmulo imperii, cui inhiabat, extincto, altero tantum gradu a ſupremo rei Romanæ faſtigio ſe diſtare lætabatur, quamvis in ſpeciem dolorem ob mortem Lucii præ ſe ferret.

8. L. CÆSARIS Auguſti nepotis, cujus mortem in Auguſti gratiam carmine aliquo deploraſſe Tiberium veriſimile eſt. V. *Turneb. Adv.* XIV. 17. & *Torrentium.*

9. EUPHORION poeta fuit Chalcidenſis. Suidas. 'Εὐφορίων Πολυμνήτου, Χαλκιδεὺς, ἀπὸ Εὐβοίας, μαθητὴς ἐν τοῖς φιλοσόφοις Λακύδου καὶ Πρυτάνιδος: ἐν δὲ τοῖς ποιητικοῖς

& Rhianum [10], & Parthenium [11]: quibus poetis [12] admodum delectatus, ſcripta eorum & imagines [13], publicis bibliothecis inter [14] veteres & præcipuos auctores dedicavit: & ob hoc [15] plerique eruditorum certatim ad eum multa de his ediderunt. Maxime tamen curavit notitiam hiſtoriæ fabularis [16], uſque ad ineptias atque deri- 6
ſum.

ποιητικοῖς Ἀρχεβούλῳ τῷ Θηραίῳ ποιητῇ. *Euphorion Polymneti filius Chalcidenſis ex Eubœa, in philoſophia diſcipulus Lacydis & Prytanidis, in poetica Archebuli Theræi poeta.* De illo Quintil. Inſtit. x. 1. *Quid? Euphorionem tranſibimus? quem niſi probaſſet Virgilius, idem nunquam certe conditorum Chalcidico verſu carminum feciſſet in Bucolicis mentionem.* Illum Parthenio jungit Lucian. πῶς δεῖ ἱστορ. συγγρ. p. 637. Καί τοι ποιητὴς ὢν, παραιτεῖ τὸν Τάνταλον, καὶ τὸν Ἰξίονα, καὶ Τιτυὸν, καὶ τοὺς ἄλλους. Εἰ δὲ Παρθένιος, ἢ Εὐφορίων, ἢ Καλλίμαχος ἔλεγε, πόσοις ἂν οἴει ἔπεσι τὸ ὕδωρ ἄχρι πρὸς τὸ χεῖλος τοῦ Ταντάλου ἤγαγεν. *Qui quamquam eſt poeta, Tantalum, Ixionem, Tityum, aliosque percurrit. At ſi Parthenius, vel Euphorion, vel Callimachus eadem tractaret, quam multis putas verſibus aquam ad labia uſque Tantali adduxiſſet.* Hujus meminit quoque *Athen.* XI. p. 477.

10. RHIANUS poeta fuit Benæus. Suidas. Ῥιανὸς, ὁ καὶ Κρὴς ὢν, Βηναῖος. Βήνη δὲ πόλις Κρήτης. Τινὲς δὲ Κεραίτην. Ἄλλοι δὲ Ἰθωμαῖον τῆς Μεσσήνης αὐτὸν ἱστόρησαν. Οὗτος δὲ ἦν τῆς παλαίστρας πρότερον φύλαξ, καὶ δοῦλος· ὕστερον δὲ παιδευθεὶς ἐγένετο, γραμματικὸς, σύγχρονος Ἐρατοσθένους: ἔγραψεν ἐμμέτρα ποιήματα Ἡρακλειάδα ἐν βιβλίοις τέσσαρσι. *Rhianus, qui Cres erat* ab inſula, *Benæus* ab urbe. *Bene vero urbs Cretæ. Quidam vero Ceraitem. Alii vero ex Ithome. Meſſenes ipſum fuiſſe tradunt. Hic prius palæſtræ fuit cuſtos & ſervus, poſtea literis inſtitutus factus eſt grammaticus, æqualis Erathoſtenis. Scripſit carmine metrico Heracliada* 1. poema de Hercule, *libris quatuor.* Vel *quatuordecim.* Apud Etymologum enim in Ἀσίλλας citatur Ῥιανὸς τῷ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ Ἡρακλείας. V. *Stephanum*: *Voſſium* quoque de *Hiſt. Græc.* 1. 17.

11. PARTHENIUS poeta fuit Nicænus. Suidas. Παρθένιος Ἡρακλείδου, καὶ Εὐδώρας, Ἕρμιππος δὲ Τήθας φησί: Νικαεὺς, ἢ Μυρλεανὸς, ἐλεγειοποιὸς, καὶ μέτρων διαφόρων ποιητής: οὗτος ἐλήφθη ὑπὸ Κίννα λάφυρον· ὅτε Μιθριδάτην Ῥωμαῖοι κατεπολέμησαν: εἶτα ἀφείθη διὰ τὴν παίδευσιν: καὶ ἐβίω μέχρι Τιβερίου τοῦ Καίσαρος: ἔγραψε δὲ ἐλεγείαν εἰς Ἀφροδίτην, Ἀρήτης ἐπικήδειον τῆς γαμετῆς: Ἀρήτης ἐγκώμιον ἐν τρισὶ βιβλίοις, καὶ ἄλλα πολλά. *Parthenius Heraclidis & Eudoræ, ſive Tethæ, ut Hermippus dicit, filius: Nicænus, ſeu Myrleanus, Elegiacorum, & variorum carminum poeta: hic captus eſt a Cinna pro præda, cum Romani Mithridatem debellarunt, poſtea dimiſſus propter eruditionem, ſcripſit elegias in Venerem, Aretes conjugis encomium tribus libris, & alia nonnulla.* Plura de hoc *Voſſ. de Hiſt. Græc.* II. 1.

12. POETIS his *delectatus* eſt Tiberius. α. quia illorum poeſis veteribus fabulis referta fuit, ut *Lucianus* nos docuit §. 9. β. quia tractaverunt amatoria, quod hodieque teſtantur utcunque tituli poematum ab illis editorum, quæ apud Suidam, & alios leguntur. Sane Euphorionis poemata vulgo Romæ ita probata, ut paſſim a parum ſobriis cantarentur. Quare homines, qui mollium id genus ſcriptorum lectione oblectantur, *cantores Euphorionis* appellat Cicer. Tuſcan. Quæſt. III. 19. *O poetam egregium! quamquam ab his cantoribus Euphorionis contemnitur.* V. & *Caſaubonum.*

13. IMAGINES virorum doctorum bibliothecis dedicabant veteres. Plin. XXXV. 2. *Non eſt prætereundum & novitium inventum. Siquidem non ſolum ex auro, argentove, aut certe ex ære in bibliothecis dicantur illi, quorum immortales animæ in iiſdem locis ibi loquuntur: quin imo etiam quæ non ſunt, finguntur, pariuntque deſideria non traditi vultus, ſicut in Homero evenit. Quo majus (ut equidem arbitror) nullum eſt felicitatis ſpecimen, quam ſemper omnes ſcire cupere, qualis fuerit aliquis. Aſinii Pollionis hoc Romæ inventum, qui primus bibliothecam dicando, ingenia hominum rempublicam fecit.* VII. 30. *M. Varronis in bibliotheca, quæ prima in orbe ab Aſinio Pollione ex manubiis publicata Romæ eſt, unius viventis poſita imago eſt; haud minore (ut equidem reor) gloria, principe oratore & cive, ex illa ingeniorum, quæ tunc fuit, multitudine, uni hanc coronam dante, quam cum eidem Magnus Pompejus piratico ex bello navalem dedit.* Exempla cum cura collegerunt viri diligentiſſimi *Lipſ. de biblioth. c.* 10. *Tomaſ. de biblioth. c.* 14. *Figrell. de ſtat. c.* 24. *Jun. de Pictur.* II. 8.

14. INTER particula, quia magnorum virorum imagines per genera diſtinctas habere moris fuit, hac in re utuntur veteres. Sidon. Epiſt. IX. 16.

Cum meis poni ſtatuam perennem
Nerva Trajanus titulis videret,
Inter auctores utriuſque fiam
Bibliotheca.

Scriptorum imagines & ſtatuæ ſeparatæ erant ab aliorum ſimulacris, qui aliis artibus hoc præmium meruiſſent. Ipſi quoque ſcriptores diſtincti generatim fuerunt. Tacit. Ann. II. 83. 4. *Statuarum, locorumve in quis coleretur, haud facile quis numerum inierit. Cum cenſeretur clypeus, auro & magnitudine inſignis, inter auctores eloquentiæ; aſſeruit Tiberius, ſolitum paremque ceteris dicaturum: neque enim eloquentiam fortuna diſcerni, & ſatis illuſtre, ſi veteres inter ſcriptores haberetur.* Caſaubonus.

15. OB HOC, quia videbant illorum laudibus delectari Tiberium. V. *Beroaldum.*

16. HISTORIA FABULARIS eſt, quæ perſequitur res *fabuloſi* temporis, quod Græcis μυθικὸν dicitur. Cenſor: de D. N. c. 21. *Hic, Varro, tria diſcrimina temporum*

ſum [17]. Nam & grammaticos [18], quod genus hominum præcipue, ut diximus [19], appetebat, ejuſmodi fere quæſtionibus experiebatur [20]: *Quæ mater Hecubæ* [21]: *quod*
7 *Achilli nomen* [22] *inter virgines fuiſſet: quid Sirenes cantare ſint ſolitæ* [23]. Et quo primum die [24] poſt exceſſum Auguſti curiam intravit, quaſi pietati [25] ſimul ac religioni ſatisfacturus, Minois exemplo [26], thure quidem ac vino, verum ſine tibicine [27] ſupplicavit [28]: ut ille olim in morte filii [29].

temporum eſſe tradit. Primum, ab hominum principio ad cataclyſmum priorem; quod propter ignorantiam vocatur ἄδηλον. Secundum, a cataclyſmo priore ad olympiadem primam: quod quia in eo multa fabuloſa referuntur, μυθικὸν nominatur. Tertium, a prima olympiade ad nos, quod dicitur ἱστορικὸν, quia res in eo geſta veris hiſtoriis continentur. Hoc intelligi quæſtiones, quæ omnes ex temporis *mythici* hiſtoria, ſubjectæ oſtendunt, ut recte ex illis colligit eruditorum eruditiſſimus Grævius noſter. *Fabulare* fruſtra *mythicum* dubitat appellare Auguſt. de C. D. VI. 5. *Latine, ſi uſus admitteret, genus, quod primum poſuit* Varro, *fabulare appellaremus, ſed fabuloſum dicamus. A fabulis enim mythicon dictum eſt: quoniam μῦθος Græce fabula dicitur.*

17. Derident tales quæſtiones Senec. Epiſt. 88. *Hoc quidem me quærere, utrum major ætate fuerit Homerus an Heſiodus, non magis ad rem pertinet, quam ſcire, an minor Hecuba fuerit, quam Helena; & quare tam male tulerit ætatem. Quid, inquam, annos Patrocli & Achillis inquirere, ad rem exiſtimas pertinere? Quæris, Ulyſſes ubi erraverit, potius, quam efficias, ne nos ſemper erremus?* Bion apud Stob. ſerm. 4. Βίων ἔλεγε τοὺς γραμματικοὺς ζητοῦντας περὶ Ὀδυσσέως πλάνης, μὴ ἐξετάζειν τὴν ἰδίαν· μηδὲ καθορᾶν· ὅτι καὶ ἐν αὐτῷ τούτῳ πλανῶνται, πονοῦντες περὶ τὰ μηδὲν χρήσιμα. *Bion ajebat, Grammaticos de errore Ulyſſis inquirentes, ſuum non inquirere: neque videre, quod in hoc ipſo errarent, in vanis & inutilibus illis laborantes,* Juven. VII. 234.

—— dicat
Nutricem Anchiſæ: nomen, patriamque novercæ
Archemori; dicat, quot Aceſtes vixerit annos:
Quot Siculus Phrygibus vini donaverit urnas.

18. Grammaticos ἱστορικοὺς, qui in fluminum, montium, regionum nominibus occupantur: abſtruſas hiſtorias, aut μυθολογούμενα, aut ποιητικῶς θεολογούμενα explicant: genealogias deorum, ac priſcorum heroum diligenter rimantur. Talis fuit Didymus, de quo Senec. Epiſt. 88. *Quatuor millia librorum Didymus grammaticus ſcripſit: miſer, ſi tam multa ſupervacua legiſſet. In his libris de patria Homeri quæritur: in his de Æneæ matre vera, & alia, quæ erant dediſcenda, ſi ſcires.* V. noſtr. Gramm. c. 4.

19. Ut diximus *ſupr.* 56. 3.

20. Experiebatur i. tentabat, ut videret, quid callerent.

21. Quæ mater Hecubæ fuerit, nemo prodidit. Pater Ciſſeus, an Dymas fuerit, ambigitur. Serv. Æn. VII. 320. *Hecuba ſecundum Euripidem filia Ciſſei fuit, quem Ennius, Pacuvius, & Virgilius ſequuntur. Secundum Homerum filia Dymantis.*

22. Achilli nomen *Pyrrhæ fuiſſe inter virgines* prodiderunt Sidon. carm. 9. 135.

Inde Syriadum datus parenti
Falſe nomina pertuliſſe Pyrrhæ.

& Hygin. Fab. 96. *Nomine mutato, nam virgines Pyrrham nominarunt, quoniam capillis flavis fuit, & Græce rufum pyrrhon dicitur.* * *Cercyſeræ* præterea, *Iſſæ, Aſpeti* & *Promethei.* Ariſtonicus Tarentinus apud Ptolem. Hephæſt. Καιν. Ἱστορ. I. Ὡς Ἀχιλλέα μὲν Ἀριστόνικος ὁ Ταραντῖνος, διατρίβοντα ἐν ταῖς παρθένοις παρὰ Λυκομήδει, Κερκυσέραν καλεῖσθαί φησιν: ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Ἴσσα, καὶ Πύῤῥα, καὶ Ἄσπετος, καὶ Προμηθεύς.

23. Cantare solitas fuiſſe *Sirenas*, dicunt mythologi. Hygin. Fab. 141. *Sirenes Acheloi fluminis & Melpomenes Muſæ filiæ, Proſerpinæ raptu aberrantes, ad Apollinis terram venerunt, ibique Cereris voluntate, quod Proſerpinæ auxilium non tulerant, volaticæ ſunt factæ. His reſponſum erat, tam diu eas victuras quamdiu cantantes eas audiens nemo eſſet prætervectus.* Quid *cecinerint*, ſilent. Ad *cantum* ſuum audiendum, ſed fruſtra vocaſſe Ulyſſem prodit *Homer. Odyſſ.* XII. 182.

24. Et quo primum die, ut præpoſterum hiſtoriæ fabularis uſum oſtendat. Poſtridie hoc factum eſſe, eum Auguſti corpus Nola Urbi illatum eſſet, dicit Dio LVI. *p.* 590. C.

25. Pietati in parentem, quod ſine tibicine ſacrificaret. Atqui in funere tibicines fuiſſe adhibitos, dictum ſupr. Cæſ. 84. 6. §. 42. Merito ergo id tanquam inane reprehenditur. Sanxerat autem Auguſtus, ut ſenatores ingreſſi curiam, antequam conſiderent, thure ac mero ſupplicarent, ſupr. 35. 4. §. 22. Neque ibi quidem ulla tibicinis mentio. V. *Torrentium.*

26. Minois exemplo rem divinam facere eſt, cum neque tibia adhibetur, neque corona capiti imponitur. Plutarch. Ὑγιειν. παραγγ. p. 132. E. Ὁ δὲ Μίνως καὶ τὸν αὐλὸν ἀφεῖλε τῆς θυσίας, καὶ τὸν στέφανον ὑπὸ λύπης. *Minos quidem luctus cauſa tibiam ſacrificio ademit & coronam.*

27. Sine tibicine ſupplicaſſe Tiberium, & juxta cum illo filium ejus Druſum, pulla, & vulgari more parata amictos veſte dicit quoque Dio LVI. p. 590. D. Ὁ δὲ δὴ Τιβέριος καὶ ὁ Δροῦσος ὁ υἱὸς αὐτοῦ φαιὰν, τὸν ἀγοραῖον τρόπον πεποιημένην, εἶχον, καὶ τῷ μὲν λιβανωτῷ καὶ αὐτοὶ ἔθυσαν, τῷ δ' αὐλητῇ οὐκ ἐχρήσαντο. Uterque *ſine tibicine*, quia, ut monet *Beroaldus*, muſica in luctu res eſt importuna.

28. Supplicavit i. ſacrificavit. V. ſupr. Aug. 35. 4. §. 23.

29. Fi-

29. FILII *Androgei*, cujus mortem narrat Diodor. Biblioth. IV. p. 263. Ἀνδρόγεως εἰς τὰς Ἀθήνας κατήντησε, Παναθηναίων συντελουμένων, Αἰγέως βασιλεύοντος. Ἐν δὲ τοῖς ἀγῶσι νικήσας τοὺς ἀθλητὰς ἅπαντας, συνήθης ἐγένετο τοῖς Πάλλαντος παισίν. Ἐνταῦθα ὁ μὲν Αἰγεὺς ὑποπτεύσας τὴν Ἀνδρόγεω φιλίαν, μήποτε ὁ Μίνως βοηθήσας τοῖς υἱοῖς τοῦ Πάλλαντος ἀφέληται τὴν ἀρχὴν, ἐπιβέλευσε τῷ Ἀνδρόγεῳ. Βαδίζοντος ἐν αὐτοῦ εἰς τὰς Θήβας ἐπί τινα θεωρίαν, ἐδολοφόνησεν αὐτὸν διά τινων ἐγχωρίων περὶ Οἰνόην τῆς Ἀττικῆς. *Androgeos, regnante Ægeo, Athenas ad ſollenne feſtum Panathenæorum profectus, cunctos in illorum ludorum certaminibus devicit, Pallantis filiis familiaris factus. Quod cum ſuſpectum haberet Ægeus, ne, Minoe auxilium Pallantis filiis ferente, ipſe regno exſueretur, veritus, inſidias Androgeo poſuit. Dumque Thebas ad ſpectaculum quoddam ſacrum contendit, dolo juvenem popularium opera ad Oenoen Atticæ obtruncavit.*

CAPUT LXXI.

ARG. *Sermone Græco non uſquequaque utitur, & militem Græce interrogatum, Latine reſpondere vult Tiberius Nero Cæſar.*

Sermone Græco, quamquam alioqui promptus & facilis, non tamen uſquequaque 1
uſus eſt [1]. Abſtinuitque maxime in ſenatu: adeo quidem, ut *monopolium* [2] no- 2
minaturus, prius veniam poſtularit, quod ſibi verbo peregrino utendum eſſet: atque etiam cum in quodam decreto patrum *emblema* [3] recitaretur, commutandam cenſuerit vocem, & pro peregrina noſtratem requirendam: aut ſi non reperiretur,
vel pluribus, & per ambitum verborum rem enuntiandam. Militem [4] quoque Græ- 3
ce teſtimonium interrogatum [5], niſi Latine reſpondere vetuit.

NON EST USUS *ſermone Græco* Tiberius ex more *magiſtratuum*, qui, ut *ſermonis Latini honos per omnes gentes venerabilior diffunderetur, ne Græcis quidem unquam niſi Latine reſponſa dabant.* Val. Max. II. 2. 2. Hinc Auguſt. de C. D. XIX. 7. *Opera data eſt, ut imperioſa civitas non ſolum jugum, verum etiam linguam ſuam domitis gentibus per pacem ſocietatis imponeret: per quam non deeſſet, imo & abundaret etiam interpretum copia.* Plin. III. 5. *Tot populorum diſcordes, feraſque linguas, ſermonis commercio contraheret ad colloquia, & humanitatem homini daret.* Unde Latina oratione in ſynodo Nicæa apud epiſcopos Græcos uſus eſt Conſtantinus imperator. Sozom. Hiſtor. Eccl. I. 18. Τοιαῦτα τῇ Ῥωμαίων φωνῇ τοῦ βασιλέως εἰπόντος παρεστώς τις ἡρμήνευε. *Quæ cum imperator Latino ſermone dixiſſet, unus, qui aſtabat, interpretatus eſt.* V. & *Buleng. de imperio* IV. 15. & *Merul. Coſmogr.* II. 4. 17. *p.* 614. *Broid. Coroll. ad Pollet. For. Rom.* V. 15. & noſt. inſr. Claud. 16. 7. §. 14.

2. MONOPOLIUM quid, dixi ſupr. 30. 2. §. 5.

3. EMBLEMA ſigillum eſt, quod operi alteri inſeritur. Dicitur de veſte non minus quam de vaſe. Qua occaſione hujus vocis mentio inciderit, narrat Dio LVII. p. 612. B. Στατιλίου Ταύρου μετὰ Λουκίου Λίβωνος ὑπατεύσαντος ὁ Τιβέριος ἀπεῖπε καὶ χρυσῷ σκεύει μηδένα, πλὴν πρὸς τὰ ἱερὰ, νομίζειν: ἐπεὶ δὲ διηπόρησάν τινες εἰ καὶ τὰ ἀργυρᾶ τὰ χρυσοῦν τι ἔμβλημα ἔχοντα ἀπηγορευμένον σφίσιν εἴη κεκτῆσθαι, βουληθεὶς καὶ περὶ τούτου τὸ δόγμα ποιῆσαι, ἐκώλυσεν ἐς αὐτὸ τοὔνομα τὸ τοῦ ἐμβλήματος, ὡς καὶ Ἑλληνικὸν, ἐμβληθῆναι, καί τοι μὴ ἔχων ὅπως ἐπιχωρίως αὐτὸ ὀνομάσῃ. *Statilio Tauro, L. Libone conſulibus Tiberius edixit, ne quis aureo vaſe, niſi ad ſacra uteretur: dubitantibus nonnullis, an argenteis etiam, quæ aureis emblematis cælata eſſent, interdixiſſet; facturus hac quoque de re edictum, emblematum vocabulum, quia Græcum eſſet, in eo poni prohibuit: quamquam Latinum, quo id interpretaretur, non haberet.* Fruſtra commutandam cenſuit hanc vocem Tiberius, utpote ſatis tritam. Lucilius.

Quam lepide lexeis compoſtæ, ut teſſerulæ omnes
Arte pavimento, atque emblemate vermiculato.

Quem laudat Cicer. Orat. c. 44. de Orat. III. 43. & alludit de clar. c. 79. *Nullum, niſi loco poſitum, & tanquam in vermiculato emblemate, ut ait Lucilius, ſtructum verbum.* Ipſe ſæpius illa utitur Verr. IV. ut c. 21. *Te, cum inſpiciendum*, thuribulum, *popoſciſſes, avulſo emblemate, remiſiſſe.* c. 23. *Quæ probarant, iis cruſtæ, aut emblemata detrahuntur.* Latine Publio Syro *inſertam* hoc carmine,

Frugalitas inſerta eſt rumoris boni.

dici contendit *Scalig. ad Manil. p.* 141. & ex *Scaligero Caſaubonus*, negat *Salmaſ. in Vopiſc. Aurel. c.* 46. *p.* 574. & *Exercit. Plin. p.* 789. *b. D. E. F.*

4. MILITEM, quem centurionem fuiſſe dicit Dio C. Ἑκατοντάρχου Ἑλληνιστὶ ἐν τῷ συνεδρίῳ μαρτυρῆσαί τι ἐθελήσαντος οὐκ ἠνέσχετο. *Centurionem in ſenatu Græce teſtimonium dicturum non tulit.*

5. GRÆCE INTERROGARI magis quam reſpondere quare paſſus ſit Tiberius, quærit *Torrentius.* Sed dixiſſet, ſi ſciviſſet. Facta ejus, ut qui eo in loco multas cauſas Græca lingua dici audierit, multas ipſe interrogaverit, conſentanea non fuiſſe dicit Dio Καίτοι πολλὰς μὲν δίκας ἐν τῇ διαλέκτῳ ταύτῃ καὶ ἐκεῖ λεγομένας ἀκούων, πολλὰς καὶ αὐτὸς ἐπερωτῶν: τοῦτό τε οὖν οὐχ ὁμολογούμενον ἔπραξε.

CAPUT LXXII.

ARG. *Bis ſeceſſus tempore Romam redire conatur, ſed non intrat, in languorem incidit, ſed ex ordine quotidiano nihil prætermittit Tiberius Nero Cæſar.*

1 Bis omnino [1] toto ſeceſſus tempore Romam redire conatus, ſemel triremi uſque ad proximos [2] naumachiæ [3] hortos [4] ſubvectus eſt: diſpoſita ſtatione [5] per ripas Ti-
2 beris, quæ obviam prodeuntes ſummoveret. Iterum Appia [6] uſque ad ſeptimum la-
3 pidem, ſed proſpectis modo, nec aditis urbis mœnibus rediit. Primo incertum
4 qua de cauſa: poſtea oſtento territus. Erat ei in oblectamentis [7] ſerpens [8] draco, quem ex conſuetudine manu ſua [9] cibaturus, cum conſumptum [10] a formicis inve-
5 niſſet, monitus eſt, ut vim multitudinis [11] caveret. Rediens ergo propere Campaniam [12], Aſturæ [13] ſtatim in languorem incidit. Quo paullum levatus Circejos [14] pertendit.

* BIS OMNINO 1. toties & non ſæpius. V. ſupr. Aug. 20. 1. §. 2.

* 2. PROXIMOS, quos *naumachiæ ſubjacentes* vocat Frontin. de Aquæd. 1. *Hanc proprio opere perduxit, & quod naumachiæ cœperat ſupereſſe, hortis ſubjacentibus, & privatorum uſibus conceſſit.*

* 3. NAUMACHIÆ Auguſti, quam ſtatuunt ad templum, & cœnobium monialium SS. Coſmæ & Damiani. *Donat. de Urb. Rom.* III. 21.

* 4. HORTOS, qui fuerunt ipſius Julii Cæſaris, quos ipſe populo teſtamento reliquit ſupr. 83. 5. V. *Nardin. Rom. Vet.* VII. 11.

5. STATIONE 1. excubiis. V. ſupr. Cæſ. 32. 1. §. 4.

6. APPIAM VIAM munivit *Appius Claudius* cenſor. Liv. IX. 29. *Cenſura clara eo anno (M. Valerio Maximo, P. Decio Mure conſulibus* 1. anno ab U. C. 441. V. *Pigh. Ann.* 1. *p.* 362.) *Appii Claudii, & C. Plautii fuit: memoria tamen felicioris ad poſteros nomen Appii, quod viam munivit.* Diodor. XX. p. 773. Μετὰ δὲ ταῦτα τῆς ἀφ' ἑαυτοῦ κληθείσης Ἀππίας ὁδοῦ τὸ πλεῖον μέρος λίθοις στερεοῖς κατέστρωσεν ἀπὸ Ῥώμης μέχρι Καπύης, ὄντος τοῦ διαστήματος σταδίων πλειόνων ἢ χιλίων, καὶ τῶν τόπων τοὺς μὲν ὑπερέχοντας διασκάψας, τοὺς δὲ φαραγγώδεις ἢ κοίλους ἀναλήμμασιν ἀξιολόγοις ἐξισώσας. *Deinde maximam viæ partem, quæ Appiæ nomen ab ipſo refert, Roma Capuam uſque, per ſtadiorum mille amplius intervallum, duro lapide conſtravit: magno ſumptu locis, quæ eminebant, effoſſis, & exæquatis, quæ hiatus, & cavitatem habebant.* Stat. Sylv. II. 2. 12.

Appia longarum teritur regina viarum.

De hac via etiam Strab. infr. Cal. 19. 2. §. 10. & multa Procop. Goth. 1. & qui Procopium explicat, *Lipſ. Magn. Rom.* III. 10. & juxta cum illo *Panvin. Comm. R. R.* 1. *p.* 49. *Merul. Coſmogr.* II. 4. 35. *p.* 745. *Pigh. Ann.* 1. *p.* 262. *Pancirol. de* 14. *reg. p.* 22. *Aring. Rom. Subterr.* III. 10. §. 3--6.

7. IN OBLECTAMENTIS Romani proceres, & feminæ nobiliores habebant dracones. Mart. VII. 71. 7.

Si gelidum collo nectit Gracilla draconem.

8. SERPENS, ad differentiam eorum draconum, qui volatiles eſſe perhibentur. Herod. II. p. 132. A. Ἔστι δὲ χῶρος τῆς Ἀραβίης κατὰ Βυτῶν πόλιν μάλιστα κῃ κείμενος: καὶ ἐς τοῦτο τὸ χωρίον ἦλθον πυνθανόμενος περὶ τῶν πτερωτῶν ὀφίων. *Eſt autem Arabiæ locus, ad Butum urbem fere poſitus: ad quem locum veni, quod audirem volucres eſſe ſerpentes.* B. Λόγος δὲ ἐστι, ἅμα τῷ ἔαρι πτερωτοὺς ὄφις ἐκ τῆς Ἀραβίης πέτεσθαι ἐπ' Αἰγύπτου. *Fertur, ex Arabia ſerpentes alatos ineunte ſtatim vere in Ægyptum volare.* Illi, qui propric dracones in genere ἑρπυστικῷ nominantur, fere veneno carent. Plin. XXIX. 4. *Draco non habet venena.*

9. MANU SUA ut cibarent ſerpentes, eos manſuefecerunt veteres. Lucian. Alexand. p. 751. Ἐνταῦθα ἰδόντες δράκοντας παμμεγέθεις, ἡμέρους πάνυ, καὶ τιθασσοὺς, ὡς καὶ ὑπὸ γυναικῶν τρέφεσθαι, καὶ παιδίοις συγκαθεύδειν, καὶ πατουμένους ἀνέχεσθαι, καὶ θλιβομένους μὴ ἀγανακτεῖν, καὶ γάλα πίνειν ἀπὸ θηλῆς κατὰ ταυτὰ τοῖς βρέφεσι. *Ibi cum immani magnitudine dracones conſpicerent, cicures, ac manſuetos, adeo ut a mulieribus alerentur, & cum pueris cubarent, & ſe conculcari ſuſtinerent, neque ſe premi indigne ferrent, denique infantum more lac e papilla ſugerent.* Philoſtr. Heroic. p. 680. B. Εἶναι δὲ αὐτῷ καὶ χειροήθη δράκοντα, πεντάπηχυν τὸ μῆκος: ὃν ξυμπίνειν τε καὶ ξυνεῖναι τῷ Αἴαντι, καὶ ὁδοῦ ἡγεῖσθαι, καὶ ξυνομαρτεῖν, οἷον κύνα. *Fuiſſe autem ipſi & manſuetum, ac cicurem draconem in ſeptem cubitos porrectum, una cum Ajace, & bibentem, & verſantem, viaſque præeuntem, atque ut canis conſequentem.* Senec. de Ira II. 31. *Aſpice repentes inter pocula, ſinuſque innoxio lapſu dracones.* V. Caſaubonum.

10. CONSUMPTUM, quia ſerpens ubi defectus caſu aliquo fuerit, imperii adeſſe finem oſtendit. V. *Pier. Hierogl.* XV. 13.

11. MULTITUDINIS, cujus infeſtæ ſignum apud aruſpices fuerunt formicæ, etiam Neroni, ut noſt. infr. 46. 2. V. *Pier. Hierogl.* VIII. 7. *Buleng. de prodig. c.* 39. Intellexerit *multitudinem* Romanorum Tiberius, ideoque in Campaniam, ut illam caveret, eſt reverſus; neſcius doceri, ſe ad mortuorum *multitudinem* brevi itarum 1. moriturum.

12. CAMPANIAM, regionis licet nomen, abſque præpoſitione ponit noſter, ut Terent. Adelph. II. 2. 16.

Præterea autem te ajunt proficiſci Cyprum.

Tacit.

tendit. Ac ne quam ſuſpicionem infirmitatis daret, caſtrenſibus [15] ludis non inter- 6
fuit ſolum, ſed etiam miſſum in arenam aprum jaculis deſuper [16] petiit [17]: ſtatimque latere convulſo [18], &, ut exæſtuarat [19], afflatus aura [20], in graviorem recidit morbum. Suſtentavit [21] autem aliquamdiu, quamvis Miſenum [22] uſque devectus, ni- 7
hil ex ordine quotidiano [23] prætermitteret [24], ne convivia quidem, ac cæteras voluptates, partim intemperantia [25], partim diſſimulatione [26]. Nam Chariclem medi- 8
cum [27], quod commeatu abfuturus [28] e convivio egrediens, manum [29] ſibi oſculandi cauſa [30] apprehendiſſet, exiſtimans tentatas [31] ab eo venas [32] ſibi, remanere ac recumbete

Tacit. Ann. II. 59. 1. *Germanicus Ægyptum proficiſcitur.*

13. Asturam V. ſupr. Aug. 97. 6. §. 18.

14. Circejos V. ſupr. Aug. 16. 9. §. 54.

15. Castrensibus i. quos milites illic in ſtatione manentes *caſtrenſi* more edebant, ut putant *Torrentius*, *Argol. in Panvin. de lud. circ. p.* 47. *Nardin. Rom. Vet.* IV. 2. *Borrich. Ant. Urb. Fac. c.* 7. §. 1.

16. Desuper, ἄνωθεν. Cato de R. R. c. 18. *Aut binas pro ſingulis deſuper ponito.* Flor. III. 2. 6. *Deſuper exornata armis hoſtilibus tropæa fixere.* Noſt. Ner. 31. 8. Nota, præpoſitionem etiam jungi præpoſitioni, ut in deſub, deſubito, derepente, deintus, deforis... V. *Salmaſ. in Capitol. Macrin. c.* 11. *Taubm. in Virg. Æn.* VII. 289.

17. Petiit *jaculis*, quibus & feras *petere* ſolitus Commodus imperator. Xiphil. LXXII. p. 822. A. Αὐτὸ γὰρ ἂν οἴκοι ἰδίᾳ, πολλοὺς μὲν ἄνδρας ἐν τῷ δημοσίῳ, πολλὰ δὲ καὶ θηρία πολλάκις ἔφθειρε: καὶ πέντε γοῦν ἵππους ποταμίους ἅμα, καὶ δύο ἐλέφαντας ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ ἡμέρᾳ χωρὶς αὐτὸς ταῖς ἑαυτοῦ χερσὶ κατεχρήσατο: καὶ προσέτι καὶ ῥινοκέρωτας ἀπέκτεινε, καὶ καμηλοπάρδαλιν. *Nam præter ea, quæ faciebat domi, magnum numerum hominum, & belluarum publice ſæpe interfecit: quinque enim equos fluviatiles ſimul, ac duos elephantos variis diebus ſolus ipſe manibus ſuis confecit: præterea rhinocerotes, & camelopardalin occidit.*

18. Convulso i. vehementi motu loco ſuo moto. Plin. XX. 9. *Bibitur & cum oleo ſubfervefactus, vel per ſe elixus, ad convulſa, & rupta intus.*

19. Exæstuarat i. calorem contraxerat, valde calidus erat factus. *Æſtus* eſt calor. Curt. VII. 5. 7. *Creſcente æſtu rurſum deſiderium humoris accenſum eſt.* Noſt. ſupr. Aug. 81. 4.

20. Aura, cujus afflatus pernicioſus eſſe ſolet æſtuantibus, & his maxime, qui prius languebant. Celſ. I. 9. *Minime aut frigus, aut calor tuta ſunt, ubi ſubita inſuetis ſunt. Nam frigus lateris dolores, aliaque vitia excitat.*

21. Sustentavit, abſolute, i. duravit, ſuſtinuit, diſſimulando perpeſſus eſt. *Torrentius.*

22. Misenum promontorium V. ſupr. Aug. 49. 2. §. 2.

23. Ordine quotidiano i. conſuetudine, juxta quam *quotidie* vivere ſolebat. Noſt. ſupr. 18. 5. infr. Veſp. 21. 1.

24. Prætermisit *nihil*, ſperans ſe victurum ad id tempus, quod prædixerat Thraſyllus ſupr. 62. 4. §. 14. Dio LVIII. p. 638. E. Zonar. Ann. II. p. 175. Προσδοκῶν δὲ δὴ τὸν Θρασύλλον πλεῖστον βιώσεσθαι, οὔτε τοῖς ἰατροῖς ἐκοινοῦτό τι, οὔτε τῆς διαίτης μετέβαλλεν.

25. Intemperantia, qua natura ſua ferebatur in voluptates.

26. Dissimulatione morbi, ne n. videretur male habere. Tacit. Ann. VI. 50. 1. *Jam Tiberium corpus, jam vires, nondum diſſimulatio deſerebat: idem animi rigor, ſermone ac vultu intentus, quæſita interdum comitate, quamvis manifeſtam defectionem tegebat.*

27. Charicles medicus, *arte inſignis, non quidem regere valetudines principis ſolitus, conſilii tamen copiam præbere.* Tacit. Ann. VI. 50. 3.

28. Commeatu abfuturus i. inter itineris, quo vagabatur Tiberius, *comites* non amplius futurus, & *ad propria negotia digreſſurus*, ut loquitur Tacit. n. 4. *Commeare* eſt cum aliquo una *meare*, ut *comitare*, quemadmodum antiqui dicebant, *cum alio itare.* V. *Schildium.*

29. Manus oſculabantur, ſed tamen nonniſi potentiorum. Plutarch. Caton. p. 764. C. Ἐπεὶ δὲ τέλος εἶχεν ἡ στρατεία τῷ Κάτωνι, προεπέμφθη οὐκ εὐχαῖς, ὃ κοινόν ἐστιν, οὐδὲ ἐπαίνοις, ἀλλὰ δάκρυσι, καὶ περιβολαῖς ἀπλήστοις, ὑποτιθέντων τὰ ἱμάτια τοῖς ποσὶν ᾗ βαδίζοι, καὶ καταφιλούντων τὰς χεῖρας, ὃ τῶν αὐτοκρατόρων ὀλίγοις μόλις ἐποίουν οἱ τότε Ῥωμαῖοι. *Poſtquam finiit Catonis militia, non votis, neque laudationibus, quod tralaticium eſt, eum dimiſere, ſed cum lacrymis multis, & complexibus, veſtes pedibus ejus ſubſternentes qua incederet, & manus ejus deoſculantes: quæ paucis omnino imperatorum ejus ævi Romani tribuebant.* Tacit. Hiſt. I. 45. 1. *Exoſculari Othonis manum.* Natus mos videtur a blanditiis candidatorum, prenſantium, rogantium, & alienas *manus* oſculantium. Senec. Epiſt. 119. *Alius eorum manus oſculis conterit, quibus deſignatus contingendam manum negaturus eſt.* Noſt. Cal. 56. 4. Domit. 12. 8. V. *Lipſ. Elect.* II. 6. *Buleng. de Imperat.* III. 15. *Luiſin. Parerg.* II. 19. *Barth. in Claud. Rufin.* II. 443.

30. Osculandi causa, *per ſpeciem officii manum complexus.* Tacit. Ann. VI. 50. 4. De his *oſculis* dixi ſupr. 10. 5. §. 10.

31. Tentare i. explorare venas dicuntur medici. Quintil. Inſtit. Orat. XI. 3. *Ut ſi ægrum tentantis venas medici ſimilitudine oſtendas.* Senec. Benef. VI. 16.

9 bere hortatus eſt, cœnamque protraxit [33]. Nec abſtinuit conſuetudine, quin tunc quoque inſtans [34] in medio triclinio [35], adſtante lictore [36], ſingulos valere [37] dicentes appellaret.

16. *Itaque medico, ſi nihil amplius quam manum tangit, nihil amplius debeo.*

32. VENAS i. *venarum* pulſum. Tacit. Ann. VI. 50. 4. *Pulſum venarum attigit* Charicles. *Arteriarum pulſum* dicit Plin. XI. 37. *Arteriarum pulſus in cacumine maxime membrorum evidens.*

33. COENAM PROTRAXIT. Tacitus. *Tiberius, incertum an offenſus, tantoque magis iram premens, inſtaurari epulas jubet, diſcumbitque ultra ſolitum; quaſi honori abeuntis amici tribueret.*

34. INSTANS i. ſtans, ut dictum ſupr. 30. 2. §. 10. Ita vero excipere, & dimittere convivas ſolebant & ipſi imperatores. Spartian. Adrian. c. 22. *Ad convivium venientes ſenatores ſtans excepit.*

35. TRICLINIO i. cœnaculo, ut dixi ſupr. Cæſ. 45. 6. §. 25. Magis vero ex more fuiſſe, ut princeps ſalutantes ad januam cubiculi exciperet & dimitteret, ex Dione alicubi hoc notante obſervat *Caſaubonus.*

36. ASTITIT LICTOR, ut vel principali majeſtati conſuleretur, vel ei ſenex, & infirmus inniteretur. *Caſaubonus.*

* 37. VALE etiam poſt cœnam dicebatur. Macrob. Sat. II. 4. *Exceptus eſt a quodam* Auguſtus *cœna ſatis parca, & quaſi quotidiana. Poſt epulum inops ac ſine ullo apparatu diſcedens, vale dicenti hoc tantum inſuſurravit....* Et in digreſſu uſitatum erat. Serv. Æn. XI. 97. *Cum mortuo vale dicitur, non etymologia conſideranda eſt, ſed conſuetudo, quod nullis vale dicimus, niſi a quibus recedimus.* Plaut. Rud. II. 2. 17.

——— PIS. *Huc profecto nullus venit.*
Vale. TRA. *Valete.*

CAPUT LXXIII.

ARG. *Capreas repetere deſtinat, ſed retentus, in villa Lucullana, incertum quo mortis genere obit Tiberius Nero Cæſar.*

1 Interim cum in actis [1] ſenatus legiſſet, *dimiſſos ac ne auditos quidem quoſdam reos*, de quibus ſtrictim [2], & nihil aliud quam nominatos ab indice ſcripſerat: pro contempto ſe habitum fremens [3], repetere Capreas quoquo modo deſtinavit, non temere quicquam, niſi ex tuto [4] auſurus [5].
2 Sed & tempeſtatibus & ingraveſcente vi morbi retentus, paullo poſt obiit in villa Lucullana [6], octavo & ſeptuageſimo ætatis anno [7], tertio & vigeſimo imperii [8], decimo ſeptimo Kalend. Apriles [9], Cn. Acerronio

ACTIS Roma ad ſe miſſis.

2. STRICTIM i. breviter, conciſe, Cicer. N. D. III. 8. *Quibus de quæſtionibus tu ſtrictim, noſtri multa ſolent dicere.*

3. FREMENS i. indignans. *Fremitus* eſt levis quidam ſuſurrus cum indignatione, & tacita ira. Virg. Æn. VI. 175.

Ergo omnes magno circum clamore fremebant.

Antiqui aquæ ſonitum, fremitum dicebant teſte Serv. Æn. II. 229.

4. EX TUTO loco, quem putabat fore Capreas inſulam præruptis undique rupibus, ut ait *Babelonius*, tutam.

5. AUSURUS in ſenatum, a quo ſe pro contempto habitum indignabatur.

6. LUCULLANAM *villam* dicit noſter, ut *Lucullana opera* Symm. Epiſt. VI. 71. *Quadam Lucullanis operibus æquanda feciſſe.* Fuit vero illa, *cui L. Lucullus quondam dominus*, ut Tacit. Ann. VI. 50. 2. De illa Plutarch. Lucull. p. 518. C. Τὰ δ' ἐν τοῖς παραλίοις, καὶ περὶ Νέαν πόλιν ἔργα, λόφους ἀνακρεμάννυντος αὐτοῦ μεγάλοις ὀρύγμασι, καὶ τροχοὺς θαλάσσης, καὶ διαδρομὰς ἰχθυοτρόφους τοῖς οἰκητηρίοις περιελίσσοντος, καὶ διαίτας ἐναλίους κτίζοντος, ὁ Στωϊκὸς Τουβέρων θεασάμενος, Ξέρξην αὐτὸν ἐκ τηβέννου προσηγόρευσεν. *Opificia ejus maritima, & ad Neapolim, ubi tumulos ſuſpendit foſſuris, euripis, & rivis piſculentis ædificia ſua circumjecit, diætas marinas ſtruxit, quum Tubero Stoicus (Magnum Pompejum* dixiſſe dicunt Paterc. II. 33. 4. & Plin. IX. 54.) *contemplatus eſſet, appellavit eum Xerxem togatum.* Hæc poſtea Tiberii fuit. Phædr. VI. 6. 7.

Cæſar Tiberius quum petens Neapolim,
In Miſenenſem villam veniſſet ſuam,
Quæ monte ſummo poſita Luculli manu,
Proſpectat Siculum, & reſpicit Tuſcum mare.

Ἐν τῷ Παλατίῳ obiiſſe Tiberium, ſed perperam, ſcribit *Malala Chronog.* X. 312.

7. OCTAVO ET SEPTUAGESIMO ÆTATIS ANNO Tiberium obiiſſe dicit & Tacit. Ann. VI. 50. 9. Et recte. M. Æmilio Lepido & L. Munatio Planco conſulibus illum natum dixit noſter, ſupr. 5. 2. 1. anno ab U. C. ex *Faſtis Capitolinis*, & *Pighio* 711. a. d. 16. Kalendas Decembres, & denatum dicit hoc numero Cn. Acerronio Proculo, Cn. Pontio Nigro conſulibus a. d. 17. Kalendas Aprilis. v. §. 10. Victor tamen poſt ſeptuageſimum octavum annum, & menſem quartum. A quibus toto anno diverſus abit Dio, qui p. 639. B. dicit illum vixiſſe ἑπτὰ καὶ ἑβδομή-

cerronio Proculo, Cn. Pontio Nigro conſulibus [10]. Sunt qui putent venenum [11] 3
ei a Cajo datum [12] lentum [13] atque tabificum [14]. Alii in remiſſione [15] fortuitæ fe- 4
bris cibum deſideranti negatum [16]: nonulli pulvinum [17] injectum, cum extractum [18]
ſibi deficienti anulum mox reſipiſcens [19] requiſiſſet. Seneca eum ſcribit [20], *intelle-* 5
cta defectione [21], *exemptum* [22] *anulum quaſi alicui traditurum parumper tenuiſſe: dein rur-*
ſus aptaſſe digito, & compreſſa [23] *ſiniſtra manu jacuiſſe diu immobilem, ſubito vocatis mi-*
niſtris, ac nemine reſpondente, conſurrexiſſe, nec procul a lectulo deficientibus viribus con-
cidiſſe.

ἑβδομήκοντα ἔτη, καὶ μῆνας τέσσαρας, καὶ ἡμέρας ἐννέα, V. & *Lipſ. in Tacit. p.* 112.

8. TERTIO ET VIGESIMO IMPERII ANNO obiiſſe Tiberium dicunt etiam Philo legat: ad Cajum p. 1012. C. Τρία πρὸς τοῖς εἴκοσιν ἔτη γῆς καὶ θαλάττης ἀναψάμενον τὸ κράτος. *Qui*, Tiberius, *per viginti tres annos terra mariſque potitur imperio.* p. 1033. E. Ἐν γοῦν τρισὶν καὶ εἴκοσιν ἔτεσιν, οἷς αὐτοκράτωρ ἐγένετο. *Certe per viginti tres annos, in quibus imperavit.* Euſeb. p. 157. *Romanorum tertius regnavit Tiberius annos tres & viginti.* Tacit. de Orat. 17. 3. *Adjice Tiberii tres & viginti annos.* Sed Joſeph. Ant. Jud. XVIII. 8. Τιβέριος θνήσκει, σχὼν αὐτὸς τὴν ἀρχὴν ἡμέρας τρεῖς, καὶ πέντε μῆνας, πρὸς ἐνιαυτοῖν δυοῖν καὶ εἴκοσιν. *Tiberius obiit, cum imperaſſet annis viginti duobus, menſibus quinque, diebus tredecim.* Dio LVIII. p. 639. & Zonar. Ann. II. p. 176. Ἀφ' οὗ ἔτη μὲν δύο καὶ εἴκοσι, μῆνας δὲ ἑπτὰ καὶ ἡμέρας ἑπτὰ ἐμονάρχησεν. *Imperavit annos duos & viginti, menſes ſeptem, & dies ſeptem.*

9. SEPTIMO DECIMO KALENDAS APRILIS obiiſſe Tiberium dicit etiam Tacit. Ann. VI. 50. 6. *Decimo ſeptimo Kalendas Aprilis interclusa anima creditus eſt mortalitatem explevisse.* Sed ſeptimo Dio. Μετήλλαξε τῇ ἕκτῃ εἰκοστῇ τοῦ Μαρτίου ἡμέρᾳ.

10. CN. ACERRONIO PROCULO, C. PONTIO NIGRO CONSULIBUS (horum poſterior *Nigrinus* dicitur *Dion. p.* 638. *B.* & *Faſtorum Capitolinorum auctori,* I. anno ab U. C. 789. ut volunt *Faſti*, & *Pigh. Ann.* III. *p.* 564.

11. VENENUM, de quo Oroſ. VII. 4. *Hic ambiguis ſignis veneni obiit.*

12. A CAJO DATUM ex opinione quorundam dicit noſt. infr. Cal. 12. 4.

13. LENTUM, quod mortem in diem profert, quo ſenſim homo corrumpitur, *tardum* infr. Ner. 33. 7.

14. TABIFICUM I. in *tabem* ſenſim deducens. V. ſupr. 51. 5. §. 10.

15. REMISSIO & acceſſio in morbis contraria ſunt. Per acceſſionem augeſcit febris, per *remiſſionem* relenteſcit. *Beroaldus.*

16. NEGATUM *cibum*, utpote damnum allaturum. Dio p. 639. A. Zonar. Ann. II. p. 175. Δείσας ὁ Γάϊος μὴ καὶ ἀληθῶς ἀναρρωσθῇ, οὔτε ἐμφαγεῖν τι αἰτήσαντι αὐτῷ, ὡς καὶ βλαβερὸν ἐσόμενον, ἔδωκε. *Ideo ille*, Cajus, *metuens, ne vere valetudinem recuperaret, cibum petenti, ſcilicet damnum laturo, ſi obtuliſſet, negavit.*

17. PULVINUM *injectum* Tiberio fuiſſe dicit noſter etiam Cal. 12. 4. Sed *multam veſtem* Tacit. II. 8. Quaſi cui calefactione opus eſſet. Καὶ ἱμάτια πολλὰ καὶ παχέα, ὡς καὶ θερμασίας τινὸς δεομένῳ προσέβαλε· καὶ οὕτως ἀπέπνιξεν αὐτόν. Dio, Zonaras. Ita ſororem & patruum *projectos in humum, & veſte multa, gravique opertos necat* Rhadamiſtus apud Tacit. Ann. XII. 47. 8.

18. EXTRACTUM a Caligula dicit noſt. *infr.* 12. 4. *Extrahi* morientibus anulos ſolitos diſcimus a Plinio, qui XXXIII. 1. *Gravatis ſomno*, inquit, aut *morientibus religione quadam anuli detrahuntur.* Atque hæc eſt cauſa, cur *Spartianus c.* 26. anuli ſpontaneum de digito lapſum inter ſigna mortis Adriano imperatori oblata retulerit. *Signa mortis*, inquit, *hæc habuit: anulus, in quo imago ipſius ſculpta erat, ſponte de digito delapſus eſt.* Forte autem ideo *detrahebantur*, ne in pollinctorum manus pervenirent. *Kirchm. Fun. Rom.* I. 5. *anul. c.* 22. *Meurſ. Fun. c.* 2. *Moreſt. Pomp. Fer.* I. 4.

19. RESIPISCENS I. a defectione reſpirans, ſe colligens. Terent. Andr. IV. 2. 15.

Reſipiſco.

Ubi Donatus. *Spiritum revocat ſenſui.* Noſt. Ner. 42. 2.

* 20. SCRIBIT in uno librorum, qui interciderunt.

21. DEFECTIONE I. cum ſe *deficere*, morique intelligeret. Poteſt etiam referri ad *defectionem* familiarium, qui moriente Tiberio velut *defecerant*, deſtituerantque principem. *Beroaldus.*

22. EXIMERE anulum morientes, & uni ex amicis, ſi quis carior inter extrema oſcula præſens adeſſet, tradere ſolebant. Plaut. Curc. V. 2. 30.

Miles, quæſo ut mihi dicas, unde illunc habeas anulum.

n. 37.

Pater meus habuit Periphanes. PL. Periphanes?
TH. Is, priusquam moritur, mihi dedit tanquam ſuo.

Dio LIII. p. 517. C. Ὁ δ' Αὔγουστος ἑνδέκατον μετὰ Καλπουρνίου Πίσωνος ἄρξας, ἠῤῥώστησεν αὖθις, ὥστε μηδεμίαν ἐλπίδα σωτηρίας σχεῖν.... τῷ δ' Ἀγρίππᾳ τὸν δακτύλιον ἐνεχείρισε. *Auguſtus undecimum conſul cum Calpurnio Piſone, adeo gravi morbo decubuit, ut nulla ſpes ſalutis adeſſet.... Agrippæ anulum tradidit.* V. *Kirchm. de anul. c.* 22. *Briſſ. Form.* VII. *p.* 626.

23. COMPRESSA, ne ſibi extrahi poſſet anulus.

CAPUT LXXIV.

ARG. *Futuram mortem evidentibus prodigiis docetur Tiberius Nero Cæſar.*

1 Supremo natali ſuo Apollinem Temenitem [1] & amplitudinis, & artis eximiæ [2] advectum Syracuſis [3], ut in bibliotheca novi templi [4] poneretur, viderat per quie-
2 tem affirmantem ſibi, *non poſſe ſe ab ipſo dedicari* [5]. Et ante paucos, quam obiret,
3 dies, turris Phari [6] terræ motu Capreis concidit. Ac Miſeni cinis e favilla [7] & carbonibus ad calefaciendum triclinium illatus exſtinctus, & jamdiu frigidus exarſit repente [8] prima veſpera, atque in multam noctem pertinaciter luxit.

Τέμενος, τόπος Σικελίας ὑπὸ τὰς Ἐπιπολὰς, πρὸς ταῖς Συρακούσαις. *Temenus, locus Siciliæ ſub Epipolis juxta Syracuſas.* Stephanus. Inde *fons Temeniſis in Syracuſano ponitur agro.* Plin. III. 8. & forte *ſignum Apollinis, qui Temenites vocatur*, quod in quarta Syracuſarum urbe, i. quarta urbis parte fuiſſe dicit Cicer. Verr. IV. 53. V. *Beroaldum* & *Turneb. Adv.* VIII. 12.

2. AMPLITUDINIS ET ARTIS EXIMIÆ, *pulcerrimum & maximum.* Cicero.

3. SYRACUSIS, quas deſcripſit Cicero ſupr. Aug. 72. 4. §. 14.

4. NOVI TEMPLI, Apollinis Palatini, quod V. ſupr. Aug. 29. 3. §. 11. quod *novum* dicitur, quia quum incendio, de quo Dio LV. p. 553. *E.* conflagraſſet, ſuis ſedibus repoſitum fuerit. V. *Torrentium.*

5. DEDICARI i. erigi. Plura ſupr. Aug. 31. 8. §. 43.

6. PHARUS *colonia eſt a Cæſare dictatore deducta.* Solin. c. 32. *Alexandriæ ponte jungitur.* Plin. v. 31. XIII. 11. In illa *eſt turris, magna altitudine, mirificis operibus exſtructa, quæ nomen ab inſula accepit.* Cæſ. B. C. III. 112. 1. *nocturnis ignibus curſum navium regens.* Plin. v. 31. XXXVI. 12. Solin. c. 32. Hanc fecit Soſtratus Gnidius. Plin. XXXVI. 12. *Magnificatur & alia turris, a rege facta in inſula Pharo, portum obtinente Alexandriæ, quam conſtitiſſe* 800 *talentis tradunt: magno animo, ne quid omittamus, Ptolemæi regis, quod in ea permiſerit Soſtrati Gnidii architecti ſtructuræ ipſius nomen inſcribi.* Ἐπίγραμμα. ΣΩΣΤΡΑΤΟΣ ΚΝΙΔΙΟΣ ΔΕΞΙΦΑΝΟΥΣ ΘΕΟΙΣ ΣΩΤΗΡΣΙΝ ΥΠΕΡ ΤΩΝ ΠΛΩΙΖΟΜΕΝΩΝ. *Soſtratus Gnidius Dexiphanis filius, diis ſervatoribus, pro navigantibus.* Strab. XVII. p. 544. Inde *Pharos* vulgo appellant quaſlibet turres, quæ portibus imminentes, noctu igne prælato, naves in tutas ſtationes dirigunt. Herodian. IV. 2. 15. Φρυκτωρίοις, ἃ τοῖς λιμέσιν ἐπικείμενα, νύκτωρ διὰ τοῦ πυρὸς ἐς ἀσφαλεῖς διαγωγὰς τὰς ναῦς χειραγωγεῖ· Φάρους δὲ αὐτὰ οἱ πολλοὶ καλοῦσι. Unde *tales compluribus locis flagrare, ut Puteolis, ac Ravennæ* dicit Plin. XXXVI. 12. Talis fuit etiam Capreis. Papin. Sylv. III. 5. 100.

Teleboumque domos, trepidis ubi dulcia nautis
Lumina noctivagæ tollit Pharus æmula lunæ.

Talem excitarunt Claud. infr. 20. 7. Cal. infr. 46. 2. * Hanc turrim f. g. dicit Juven. XII. 76.

Tyrrhenamque Pharon, porrectaque brachia rurſum.

Noſt. m. g. infr. Claud. 20. 7. & Strab. XVII. p. 546. Ἔστι μετὰ τὸν ἔκπλουν ἡ νῆσος, καὶ ὁ πύργος ὁ Φάρος. Ad illum alludit Tertull. de Pœnit. c. 12. *Quid ergo ultra iſtis duobus humanæ ſalutis quaſi pharis.* Ut in codice Mſc. ſe inveniſſe ad Tertullianum monet Pamelius. Quem tamen refellit, & apud Latinos in feminino tantum inveniri, quia emendatiores libri apud Suetonium habeant Alexandrinæ, putat Voſſ. Anal. I. 32.

7. FAVILLAM viventem, & calentem, qualis una cum carbonibus inferri ſolet, intelligit *Torrentius.* Ita autem triclinia, quoniam in iis camini non erant, calefaciebant veteres, ut addit *Caſaubonus.* * Inferebant ignem foris accenſum fornacula in cubiculum aut triclinium. Erat ea facta ex ære, ferro, teſta, pro copia aut arbitrio cujuſque. Pro hoc more Plutarc. Symp. VI. 7. Ὁ σοφὸς Ἀνάχαρσις ἐπῄνει τὴν ἀνθρακιὰν, ὅτι τὸν καπνὸν ἔξω καταλιπόντες, οἴκαδε πῦρ κομίζουσι. *Anacharſis ille ſapiens laudabat ignem qui ex carbonibus, quod fumum foris relinquentes, ipſum purum in domum inferrent.* Apopht. Alex. p. 180. E. Ἐν χειμῶνι καὶ ψύχει τῶν φίλων τινὸς ἑστιῶντος αὐτὸν, ἐσχάραν δὲ μικρὰν καὶ πῦρ ὀλίγον εἰσενέγκαντος ἢ ξύλα, ἢ λιβανωτὸν εἰσενεγκεῖν ἐκέλευσεν. *Hyeme & frigore exceptus convivio ab amico quodam, cum is focum parvum & ignem exiguum intuliſſet, aut ligna eum aut thus inferre juſſit.* Plura *Grapald. de part. æd.* II. 4. §. 4. *Bred. Anthol.* III. 24. XIV. 6. *Manut. in Cicer. Fam.* VII. 10. *Lipſ. Epiſt. Cent. ad Belg.* III. 75. *Mazzon. in Dantem* I. 41. *Ferrar. Elect.* I. 9.

8. EXARSIT REPENTE. Hoc genus divinationis igniſpicium nobis dicitur. Græcis πυρομαντία. Illud Amphiaraus inveniſſe dicitur. V. *Beroaldum* & *Buleng. de Divin.* III. 11.

C A-

CAPUT LXXV.

ARG. *Mortuus, cui uncum, & Gemonias minabatur populus, per milites Romam deportatur, & publico funere crematur Tiberius Nero Caſar.*

Morte ejus ita lætatus [1] eſt populus, ut ad primum nuntium [2] diſcurrentes, pars 1
Tiberium in Tiberim clamitarent: pars *terram matrem* [3], *deoſque manes* [4] *orarent*,
ne mortuo ſedem ullam niſi inter impios [5] *darent:* alii uncum, & Gemonias cadaveri mi-
narentur, exacerbati ſuper memoriam priſtinæ crudelitatis, etiam recenti atrocita-
te [6]. Nam cum Senatuſconſulto [7] cautum eſſet, ut pœna damnatorum in decimum 2
ſemper diem differretur [8], forte accidit, ut quorundam ſupplicii dies is eſſet, quo
nuntiatum de Tiberio [9] erat. Hos implorantes hominum fidem [10], quia abſente [11] 3
adhuc Cajo, nemo exſtabat qui adiri, interpellarique poſſet, cuſtodes, ne quid ad-
verſus conſtitutum [12] facerent, ſtrangulaverunt, abjeceruntque in Gemonias. Cre- 4
vit igitur invidia: quaſi, etiam poſt mortem tyranni [13] ſævitia permanente. Cor-
pus ut moveri [14] a Miſeno [15] cœpit, conclamantibus pleriſque, *Atellam* [16] *potius* [17]
defe-

LÆTATUM eſſe populum Romanum valde Tiberii morte audita prodit etiam Joſeph. Ant. Jud. XVIII. 8. Ῥωμαῖοι μὲν δὴ πίστει τῆς Τιβερίου τελευτῆς, εὐφραίνονται μὲν τῷ ἀγαθῷ τῆς ἀγγελίας.

2. AD PRIMUM NUNTIUM non auſus eſt, quæ narrabantur, admittere populus Romanus. Joſephus. Οὐ μὴν πιστεύειν γε θάρσος ἦν αὐτοῖς, οὐ τῷ μὴ βούλεσθαι, πρὸ πολλῶν γὰρ ἂν ἐτίμησαν χρημάτων τὸ ἐπαληθεῦσαι τὸν λόγον: δέει δὲ μὴ ψευδοῦς τῆς ἀγγελίας γενομένης προεξαναστάντες, ἐπίδηλοι ὦσι τῷ αὐτῶν χάρματος, εἶτ' ἀπόλλοιντο διαβολῆς αὐτῶν γενομένης. *Non tamen audebant credere: non quod verum eſſe nuntium non cuperent, quod jam dudum magno redemiſſent libenter: ſed quod vererentur, ne tentati falſis nuntiis, intempeſtive gaudium ſuum detegerent, delatorum opera in certiſſimam perniciem incurrerent.* V. & rumores primos de Caligulæ cæde infr. 60. 2. §. 2.

3. TERRA MATER quare dicatur, dixit Plinius ſupr. Cæſ. 7. 2. §. 23.

4. DII MANES ſunt genii inferorum. *Manes* ſunt mortui. Hos vocaverunt *manes* exemplo Arcadum, qui Italiam tenuere. Nam & illi χρηστοὺς nominabant i. *manes* & bonos, qui vivis exceſſerant. Notat Plutarch. Quæſt. Græc. 5. ubi explicat, quinam dicerentur apud Lacedæmonios & Arcades χρηστοὶ, in columna federis, quod inter ambos illos populos conventum eſt, inter alia ſcriptum fuiſſe, Μεσσηνίους ἐκβαλεῖν ἐκ τῆς χώρας, καὶ μὴ ἐξεῖναι χρηστοὺς ποιεῖν, *& non licere manes facere.* Quod ait Ariſtotelem interpretari, μὴ ἀποκτεινύναι, *non licere interficere.* Salmaſ. Exercit. Plinian. p. 293. a. D.

5. NE MORTUO SEDEM NISI INTER IMPIOS erat formula imprecantium quibus male vellent poſt mortem. Tertull. de teſtimon. anim. c. 4. *Quid? quod ut ſentienti maledicis, cujus memoriam alicujus offenſa morſu facis. Terram gravem imprecaris, & cineri penes inferos tormentum.*

6. ATROCITATE i. crudelitate. V. Curt. VIII. I. 50. 134. Noſter ſæpius.

7. SENATUSCONSULTO facto, cum Tiberius in quarto ſuo conſulatu Druſum II conſulem collegam haberet. Ἐπεὶ δὲ ὁ Τιβέριος τὴν ὕπατον ἀρχὴν ἦρξε μετὰ τοῦ Δρούσου.... δόγμα τι παραδοθῆναι ἐκέλευσε. Dio LVII. p. 617. A.

8. IN DECIMUM DIEM DIFFERRETUR. Dio. Μήτ' ἀποθνήσκειν ἐντὸς δέκα ἡμερῶν τὸν καταψηφισθέντα ὑπ' αὐτῶν, μήτε τὸ γράμμα τὸ ἐπ' αὐτῷ γινόμενον ἐς τὸ δημόσιον ἐντὸς τοῦ αὐτοῦ χρόνου ἀποτίθεσθαι: ὅπως καὶ ἀποδημῶν προπυνθάνηται τὰ δόξαντα σφίσι, καὶ ἐπιδιακρίνῃ. *Ne quis ab illis damnatus intra decimum diem necaretur, neve ſententia contra eum lata ante id tempus publicaretur: quo videlicet abſens etiam de eorum ſententia cognoſcere, & judicium ferre poſſet.* Idem Tacit. Ann. III. 51. 3. Nec aliud ſenſit Senec. de tranq. anim. c. 14. *Credisne, illum decem medios uſque ad supplicium dies ſine ulla ſollicitudine exegiſſe?* V. quoque *Lipſ.* & *Ryck. in Tacitum: Cujac. Obſ.* V. 9. XX. 32. *Savar. in Sidon. Epiſt.* I. 7. *Pollet. For. Rom.* V. 18.

9. TIBERIO i. *Tiberii* morte.

10. FIDEM i. auxilium populi adverſus vim & injuriam *implorabant* veteres. Liv. IV. 14. *Fidem plebis Romanæ implorare, & opprimi ſe conſenſu patrum dicere, quod plebi benigne feciſſet: orare, ut opem ſibi ultime in diſcrimine ferrent.* Exempla more ſuo collegit Briſſon. Form. VIII. p. 718.

11. ABSENTE ab Urbe; aderat enim Tiberio morienti *ſupr.* 73. 3.

12. CONSTITUTUM, quo decimo die de damnatis ſupplicium ſumendum erat.

* 13. TYRANNUM primæva ſimplicitate regem ſignificaſſe monui Curt. IV. 5. 19. §. 81. A qua quando deflexerit, non ita triviale. Schol. Sophoclis ad Oed. Tyr. annotavit reges omnes Trojanis antiquiores *tyrannos* vocatos; vocem iſtam Homeri temporibus ignotam prorſus fuiſſe. Circa Archilochi tempora vocis uſum ad Græcos perveniſſe vult Hippias Sophiſta. V. *Langban. in Dionyſ. Longin.* c. 17.

14. Mo-

deferendum, & in amphitheatro [18] *ſemiuſtulandum* [19], Romam per milites deportatum eſt, crematumque publico funere [20].

14. Moveri i. apportari, ut infr. Cal. 13. 2.

15. A Miseno. Nomen proprium cum præpoſitione, qua delectatur noſter. Ita enim & infr. Cal. 13. 2: 51. 3. Miſenum V. ſupr. Aug. 49. 2. §. 2.

16. Atellam Campaniæ eſſe civitatem dixi *ſupr.* 45. 2. §. 8. Eo Tiberii corpus deferri voluerunt plerique, quod nuſquam propius eſſet theatrum, ubi ſumma populi voluptate traduci poſſet cadaver ejus, velut hominis ſontis, ignique publice adjudicati. V. *Gruterum.*

17. Potius quam Romam, quam tam cupide deſeruerat, a & qua tam pertinaciter abſtinuerat.

18. Amphitheatrum quid fuerit, dixi *ſupr. Aug.* 29. 13. §. 46. In illo ſupplicia a ſontibus eſſe ſumpta, quoque dixi *ſupr. Aug.* 45. 11. §. 42. Dicit & noſt. *infr. Cal.* 27. 9.

19. Semiustulari i. leviter *uri.* V. Curt. vi. 6. 32. §. 68. Solebant amburi, & leviter tantum curari mendici, qui a veſpillonibus raptim in Eſquiliis cremabantur, ut monet *Caſaubonus. Semiamburere* dicit noſt. *Cal.* 59. 2.

20. Publico funere i. *publice* per præconem indicto, quo ditiores, ac primores civitatis ſepeliebantur. Gell. N. A. xv. 4. *Baſſum morte obita publico funere ſepultum eſſe.* Hoc Latini dicunt, *publico funere honorare.* Noſt. *Vit.* 3. 2. Græci δημοσίᾳ ταφῇ τιμᾶν. Dio lviii. p. 633. D. Τόν τε Πείσωνα, τὸν πολίαρχον, τελευτήσαντα δημοσίᾳ ταφῇ ἐτίμησεν. *L. Piſonem, Urbis præfectum, defunctum publico funere decoravit.* Et δημοσίᾳ θάπτειν. Dio xlviii. p. 376. Σφαῖρον ὁ Καῖσαρ παιδαγωγόν τε, καὶ ἐξελεύθερον αὐτοῦ γενόμενον, δημοσίᾳ ἔθαψε. *Sphærum Cæſar pædagogum, & libertum ſuum, publico ſepelivit.* V. & *Kirchm. Fun.* 1. 4. & *Oiſel. in Gellium.*

CAPUT LXXVI.

ARG. *Denarrantur hæredes quos inſtituerat, & legata, quæ dederat teſtamento Tiberius Nero Cæſar.*

1 Teſtamentum duplex ante biennium fecerat: alterum ſua, alterum liberti manu,
2 ſed eodem exemplo: obſignaveratque etiam humillimorum [1] ſignis. Eo teſtamento hæredes æquis partibus [2] reliquit, Cajum ex Germanico, & Tiberium ex Druſo nepotes: ſubſtituitque [3] invicem. Dedit & legata plerisque: inter quos virginibus
3 Veſtalibus; ſed & militibus univerſis [4], plebique [5] Romanæ viritim, atque etiam ſeparatim vicorum magiſtris [6].

Humillimorum i. viliſſimorum, abjectiſſimorum, ut fuſius dixi ad Curt. vii. 4. 6. §. 13. Teſtamento obſignando (V. ſupr. Aug. 33. 3. §. 9.) adhiberi non poſſunt, ſervi, mulieres, impuberes, ſurdi, furioſi, neque hi, quibus bonis interdictum eſt, neque hi, quos leges jubent improbos, & inteſtabiles eſſe. V. *Beroaldum.*

2. Æquis partibus i. utrumque ex dimidia bonorum *parte.*

3. Substituti quinam hæredes, docui jam *ſupr. Cæſ.* 83. 4. §. 23. Ibidem narravi, *ſubſtitutionis* formulam fuiſſe hanc, *ſi ille hæres non erit, ille hæres eſto.*


4. Militibus universis, qui quinam fuerint, docet Dio lix. p. 641. A. Τοῖς τε γὰρ ἀστικοῖς, καὶ τοῖς νυκτοφύλαξι, τοῖς τε ἔξω τῆς Ἰταλίας ἐν τῷ καταλόγῳ οὖσι, εἴτε τι ἄλλο στράτευμα πολιτικὸν ἐν τοῖς μικροτέροις τείχεσιν ἦν, τὰ καταλειφθέντα διέλυσε. *Urbanis militibus, tum legionibus extra Italiam, & urbanis aliis militibus, qui in oppidis minoribus erant, quod relictum erat, ſolvit.*

5. Plebi i. populo, ut hæc vocabula apud optimos ſcriptores, *Tacitum* præſertim, *Suetonium, Plinios,* & alios confunduntur. Ita & *plebem* pro populo uſurpat noſt. *infr. Ner.* 57. 2. V. Caſaub. *ſupr. Aug.* 102. 4. §. 19. Dio populo diviſum ſcribit HS quadringenties quinquagies lix. p. 640. E. Τῷ δήμῳ τάς τε πέντε καὶ εἴκοσι καὶ ἑκατὸν καὶ χιλίας μυριάδας. Quæ Budæi æſtimatione fuerint undecies centena & viginti quinque millia coronatorum. Videtur ea ſumma utrumque legatum comprehendi, & quod populo viritim datum, & quod vicomagiſtris relictum. Hæc *Caſaubonus.*

6. Vicorum magistri quinam fuerint, dictum *ſupr. Aug.* 30. 1. §. 4. Legatum hoc in propriam *vicomagiſtrorum* utilitatem non ceſſit. Fuerunt enim adminiſtratores, & ejuſmodi, ſimiliumque largitionum diviſores, ut indicat Aſcon. in Cicer. p. 51. Tantundem ergo valet, ac ſi noſter ſcripſiſſet, *tribubus.* V. & *ſupr. Aug.* 102. 4. §. 19.

Digitized by Google

Digitized by Google



NAPOLI

Digitized by Google



CAJUS CÆSAR CALIGULA.

CAPUT I.

ARG. *Honores gerit, in Germaniam miſſus exercitum compeſcit, hoſte victo triumphat, Cappadociam in provinciæ formam redigit, & Antiochiæ obit Germanicus.*

Germanicus [2] C. Cæſaris pater, Druſi, & minoris [3] Antoniæ filius, a Tiberio 1
patruo adoptatus, quæſturam [4] quinquennio ante quam per leges [5] liceret, & poſt

CALIGULÆ *vitam continentem Tranquilli librum qui legerat, eum feris objici juſſit* Commodus imperator: *quia eundem diem natalis habuerat quem & Caligula.* Lamprid. c. 10.

2. GERMANICI cognomen Druſo, rebus in *Germania* bene geſtis, decrevit ſenatus, ejuſque poſteris. V. Claud. 1. 8.

3. MINORIS 1. junioris. Duæ enim Antonio ex Octavia Auguſti ſorore filiæ. Plutarch. Anton. p. 955. E. Ἀπολειπομένων δὲ τῶν Ἀντωνίου καὶ Ὀκταβίας δυοῖν θυγατέρων, τὴν μὲν Δομίτιος Ἀηνόβαρβος ἔλαβε, τὴν δὲ σωφροσύνῃ καὶ κάλλει περιβόητον Ἀντωνίαν Δροῦσος, ὁ Λιβίας υἱὸς, πρόγονος δὲ Καίσαρος: ἐκ τούτων ἐγένετο Γερμανικὸς καὶ Κλαύδιος. *Duarum, quæ ſupererant Antonii & Octaviæ filiarum, alteram in matrimonio habuit Domitius Ænobarbus, alteram caſtitate, & forma celebrem Antoniam Druſus, Liviæ filius, privignus Cæſaris: ex his procreati Germanicus & Claudius.* Noſt. Claud. 1. 13. Hanc tamen Domitio in matrimonium datam dicit Tacit. Ann. IV. 44. 2: XII. 64. 4. Sed hæc diſcutienda criticis relinquimus.

4. QUÆSTURAM geſſit Germanicus Q. Cæcilio Metello Cretico, A. Licinio Nerva Silano conſulibus, ſive anno ab U. C. 759. ex computo Pigh. Ann. III. p. 536. Dio LV. p. 569. B. Καικιλίου Μετέλλου καὶ Λικινίου Σιλανοῦ ὑπάτων ὁ Αὔγουστος πέμπει τὸν Γερμανικὸν καίτοι ταμιεύοντα. Quis fuerit annus *quæſturæ* petendæ conſtitutus, dudum quæſiverunt, ſed nondum invenerunt viri eruditiſſimi, Manut. de Leg. Rom. c. 6. Sigon. de Jur. civ. Rom. II. 2. Gruch. de comit. 1. 3. Lipſ. de magiſtrat. c. 5. & in Tacit. p. 66. Donat. & Caſaub. ad hunc locum, aliis illum plane tollentibus, aliis vigeſimum ſeptimum ætatis annum illi attribuentibus. Tenebroſus enim hic eſt locus, & in quo, cum nihil, aut parum expreſſi ſit, luſtrarunt eum per ancipites conjecturas.

2 poſt eam, conſulatum [6] ſtatim [7] geſſit. Miſſuſque ad exercitum in Germaniam, ex-
ceſſu Auguſti nuntiato, legiones univerſas imperatorem Tiberium [8] pertinaciſſime [9]
recuſantes, & ſibi ſummam Reipublicæ [10] deferentes, incertum pietate an conſtan-
3 tia majore, compeſcuit [11]: atque hoſte mox devicto triumphavit [12]. Conſul de-
inde iterum creatus [13], ac prius quam honorem [14] iniret, ad componendum orien-
tis [15] ſtatum expulſus [16], cum Armeniæ regem deviciſſet [17], Cappadociam [18] in pro-
vinciæ

ras. Quas cognoſcere ſi tantus amor eſt, conſulito illarum auctores.

5. Leges annales 1. cuique magiſtratui ætatis *annum*, quo illum petere fas erat, definientes. Cicer. Phil. v. 17. Sed illum me laudaſſe memini ſupr. Aug. 26. 1. §. 1. De illis etiam Arnob. II. p. 91. *In poteſtatibus obeundis leges conſervatis annarias?* Ovid. Faſt. v. 65.

——— *finitaque certis*
Legibus eſt atas, unde petatur honos.

6. Consulatum geſſit Germanicus cum C. Fontejo Capitone anno ab U. C. 764. ut docent Faſti Capitolini, & Pigh. Ann. III. p. 540. De illo Dio LVI. p. 587. A. Γερμανικὸς δὲ μετὰ τοῦτο τὴν ὕπατον ἀρχὴν μηδὲ στρατηγήσας ἐδέξατο, καὶ δι' ὅλου αὐτοῦ τοῦ ἔτους, οὐ πρὸς τὴν ἀξίωσιν, ἀλλ' ὥς που καὶ ἄλλοι τινὲς ἔτι καὶ τότε ἦρχον, ἴσχε, καὶ αὐτὸς μὲν οὐδὲν ἄξιον μνήμης ἔπραξε, πλὴν ὅτι καὶ τότε ὑπερεδίκησεν, ἐπεί γε ὁ συνάρχων αὐτοῦ Γάϊος Καπίτων καὶ πάνυ τι ἄλλως ἠριθμεῖτο. *Poſt hac conſulatum Germanicus, nondum pratura functus, accepit, ac toto anno geſſit, non dignitatis cauſa, ſed quia idem etiamnum ab aliis quibuſdam fiebat: nulla re memorabili peracta, niſi quod patrocinio nonnullos defenderit, quum ipſius collega C. Capito obiter tantum numeraretur.*

7. Statim non poſt quæſturam geſtam anno ab U. C. 764. §. 6. ſed quia medios magiſtratus, ædilitatem & præturam, ut docuit Dio §. 6. non geſſerit.

8. Tiberium *recuſarunt* legiones, quia *Tiberio* longe præſtantiorem viderunt Germanicum, πολὺ τοῦ Τιβερίου κρείττω ὁρῶντες ὄντα. Dio LVII. *p.* 604. *E.*

9. Pertinacissime, ita ut Tiberio non recte dixerint, τόν τε Τιβέριον ἐκακηγόρησαν. Dio.

10. Summam reipublicæ *detulerunt* legiones Germanico, 1. Germanicum imperatorem appellaverunt, τὸν Γερμανικὸν αὐτοκράτορα ἐπεκάλεσαν.

11. Compescuit; quomodo vero, docent Dio LVII. p. 605. A. Zonar. Ann. II. p. 172. Γράμματα δὲ οὖν τινὰ, ὡς καὶ παρὰ τοῦ Τιβερίου πεμφθέντα συνθεὶς, τήν τε δωρεὰν τὴν ὑπὸ τοῦ Αὐγούστου καταλειφθεῖσαν σφίσι διπλῆν, ὡς καὶ παρ' ἐκείνου δέδωκε, καὶ τοὺς ἔξω τῆς ἡλικίας ἀφῆκε: καὶ γὰρ ἐκ τοῦ ἀστικοῦ ὄχλου ὡς ὁ Αὔγουστος μετὰ τὴν τοῦ Οὐάρου συμφορὰν προσκατέλεξεν, οἱ πλείους αὐτῶν ἦσαν. Τότε μὲν οὖν οὕτω στασιάζοντες ἐπαύσαντο. *Literis tamen compoſitis, quaſi Tiberius eas miſiſſet, legatum ei ab Auguſto relictum duplicatum exſolvit, quaſi ejus juſſu, & veteranos dimiſit: quorum maxima pars ex urbana conſtabat multitudine, quam Auguſtus poſt Varianam cladem conſcripſerat. Ad hunc modum ea tunc ſeditio reſedit.*

12. Triumphum Germanici deſcribunt Tacit. Ann. II. 41. 2. *C. Cælio*, qui *Cacilius* Dioni, & Faſtis Capitolinis, *L. Pomponio conſulibus.* 1. anno ab U. C. 769. ut docent Faſti, & ex illis Pigh. Ann. III. p. 546. *Germanicus Caſar a. d. 7. Kalendas Junias triumphavit de Cheruſcis, Cattiſque, & Angrivariis, quaque alia nationes uſque ad Albim colunt: vecta ſpolia, captivi, ſimulacra montium, fluminum, praliorum.* & Strab. VII. p. 202. Ἔτισαν δὲ δίκας ἅπαντες, καὶ παρέσχον τῷ νεωτέρῳ Γερμανικῷ λαμπρότατον θρίαμβον, ἐν ᾧ ἐθριαμβεύθη τῶν ἐπιφανεστάτων ἀνδρῶν σώματα καὶ γυναικῶν.... *Pœnas tamen univerſi dederunt, ac Germanico juniori pulcerrimam triumphandi materiam, in quo is illuſtriſſimos viros ac feminas duxit...*

13. Consul iterum creatus eſt Germanicus cum Tiberio tertium conſule. Tacit. Ann. II. 53. 1. *Sequens annus Tiberium tertio, Germanicum iterum conſules habuit.* Hos ad annum ab U. C. 770. transferunt Faſti Capitolini, & Pigh. Ann. III. p. 547.

14. Honorem hunc *iniit Germanicus apud urbem Achaja Nicopolim, quo venerat per oram Illyricam.* Tacitus.

15. Orientis, ut docet etiam Joſeph. Ant. Jud. XVIII. 3. Ἐτελεύτησεν δὲ καὶ ὁ τῆς Κομμαγηνῆς Ἀντίοχος, διέστη δὲ τὸ πλῆθος πρὸς τοὺς γνωρίμους· καὶ πρεσβεύουσιν ἀφ' ἑκατέρου μέρους, οἱ μὲν δυνατοὶ, μεταβάλλειν τὸ σχῆμα τῆς πολιτείας εἰς ἐπαρχίαν ἀξιοῦντες, τὸ πλῆθος δὲ βασιλεύεσθαι κατὰ τὰ πάτρια: καὶ ψηφίζεται ἡ σύγκλητος Γερμανικὸν πέμπειν διορθώσοντα τὰ κατὰ τὴν ἀνατολήν. *Antiochus Commagena rex quoque mortuus eſt, & contentio nata eſt inter plebejos & nobiles: & ab utraque parte legati miſſi ſunt, his regnum in provincie formam redigi poſtulantibus, plebe contra cupiente ſub rege, ut ante, vivere: quapropter Germanicus ex Sčto ad res orientis componendas miſſus eſt.*

16. Expulsus quare dicatur Germanicus, docet Tacit. Ann. II. 5. 1. *Tiberio haud ingratum accidit turbari res orientis, ut ea ſpecie Germanicum ſuetis legionibus abſtraheret, noviſque provinciis impoſitum, dolo ſimul & caſibus objectaret.*

17. Devicit quem, ſodes, regem? Auctoritate tota res perfecta, & Armeniis ipſis volentibus, non armis. Nuſquam tunc bellum cum Armeniis, aut ſuſpicio belli. Tacit. Ann. II. 56. 2. *Regem Armenii illa tempeſtate non habebant, amoto Venone: ſed favor nationis inclinabat in Zenonem, Polemonis regis Pontici filium, quod is prima ab infantia, inſtituta, & cultum Armeniorum amulatus, venatu, epulis & qua alia barbari celebrant, proceres, plebemque devinxerat. Igitur Germanicus in urbe Artaxata, approban-*
bus

Digitized by Google

vinciæ formam redegiſſet, annum ætatis agens quartum & trigeſimum, diutino morbo Antiochiæ [19] obiit [20], non ſine veneni [21] ſuſpicione. Nam præter livores [22], qui 4
toto corpore erant, & ſpumas, quæ per os [23] fluebant, cremati quoque cor inter oſſa incorruptum repertum eſt: cujus ea natura exiſtimatur, ut tinctum veneno [24] igne confici nequeat.

bus nobilibus, circumfuſa multitudine, inſigne regum capiti ejus impoſuit: cæteri venerantes regem, Artaxiam conſalutavere, quod illi vocabulum indiderant ex nomine urbis. 64. 1. *Nuntiate regem Artaxiam Armeniis a Germanico datum.* Unde & apud noſtrum *dediſſet* legit Lipſ. in Tacit. p. 48. Elect. 11. 17. *diademate vinxiſſet* Dorleans in Tacit. p. 273. D. Putat ita fuiſſe ſcriptum, ſed literis compendioſis, & hoc exſcriptorem fefelliſſe.

18. CAPPADOCIAM deſcripſi ad Curt. III. 1. 24. §. 127.

19. ANTIOCHIAM deſcripſi ſupr. Tib. 49. 6. §. 18.

20. OBIIT Germanicus Marco Junio Silano, Lucio Norbano conſulibus. Dio LVII. p. 615. A. 1. anno ab U. C. 771. Pigh. Ann. III. p. 549.

21. VENENI a Cneo Piſone & uxore ejus Plancina dati. Joſeph. Ant. Jud. XVIII. 3. Ἀπέθανε φαρμάκῳ ὑπὸ Πείσωνος. *Veneno ſublatus eſt opera Piſonis.* Tacit. Ann. II. 69. 3. *Sævam vim morbi augebat perſuaſio veneni a Piſone accepti.* Dio LVII. p. 615. D. Zonar. Ann. II. p. 173. Ἀπέθανε δὲ ἐν Ἀντιοχείᾳ ὑπό τε τοῦ Πείσωνος, καὶ ὑπὸ τῆς Πλαγκίνης ἐπιβουλευθείς. Ὀστᾶ γὰρ ἀνθρώπων ἐν τῇ οἰκίᾳ, ἐν ᾗ ᾤκει κατορωρυγμένα, καὶ ἐλάσμοι μολίβδινοι ἀρὰς τινὰς μετὰ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ ἔχοντες, ζῶντος ἔτ᾽ εὑρέθη. Quæ Latine leguntur ad hunc modum apud Tacitum. *Reperiebantur ſolo, ac parietibus erutæ humanorum corporum reliquiæ, carmina, & devotiones, & nomen Germanici plumbeis tabulis inſculptum, ſemuſti cineres, ac tabo obliti, aliaque maleficia, quis creditur animas numinibus infernis ſacrari.* Noſt. infr. 2. 1.

22. LIVORE *ſi decoloratum eſt corpus mortui, ſignificat eum veneno necatum.* Cicer. ad Herenn. II. 5. *Livor* eſt color illorum, qui plagam acceperunt ſine acie ferri. Refert colorem plumbi. Hinc *brachia catenis livere* dicuntur Prop. IV. 7. 65. & *livida geſtare armis brachia* Horat. Od. 1. 8. 10. Et uvæ maturescentes, quia illum referunt colorem, *livere* dicuntur. Horat. Od. II. 5. 10.

—— jam tibi lividos
Diſtinguet autumnus racemos.

Juven. II. 81.

Uvaque conſpecta livorem ducit ab uva.

23. OS i. faciem. Virg. Æn. I. 573.

Os humeroſque Deo ſimilis.

Noſt. Ner. 21. 6. Domit. 18. 2.

24. TINCTUM VENENO cor *igne confici* non poſſe dicit etiam Plin. XI. 37. *Negatur cremari poſſe in iis, qui cardiaco morbo obierint? negatur & veneno interemptis. Certe exſtat oratio Vitellii, qua reum Piſonem ejus ſceleris coarguit, hoc uſus argumento: palamque teſtatus, non potuiſſe ob venenum cor Germanici Cæſaris cremari.*

CAPUT II.

ARG. *Germanicum de medio tollit, & capitis damnatur Cn. Piſo.*

1 Obiit autem, ut opinio fuit, fraude Tiberii [1], miniſterio & opera Cn. Piſonis.
2 Qui ſub idem tempus Syriæ præpoſitus [2], nec diſſimulans offendendum ſibi aut patrem, aut filium, quaſi plane ita neceſſe eſſet, etiam ægrum Germanicum graviſſimis verborum ac rerum acerbitatibus [3], nullo adhibito modo, affecit: propter quæ, ut Romam rediit, pæne diſcerptus a populo [4], a ſenatu capitis damnatus eſt [5].

UT OPINIO EST, FRAUDE TIBERII. Tacit. Ann. II. 43. 6. *Nec dubium habebat* Piſo, *ſe delectum, qui Syriæ imponeretur, ad ſpes Germanici coercendas. Credidere quidam data & a Tiberio occulta mandata, & Plancinam haud dubie Auguſta monuit muliebri æmulatione Agrippinam inſectandi.*

2. SYRIÆ PRÆPOSITUS eſt Piſo remoto Silano. Tacit. n. 3. *Tiberius removerat Syria Creticum Silanum per affinitatem connexum Germanico; quia Silani filia Neroni vetuſtiſſime liberorum ejus pacta erat: præfeceratque Cn. Piſonem ingenio violentum, & obſequii ignarum.*

3. ACERBITATIBUS, de quibus queritur ipſe Germanicus amicis ultionem mandans apud Tacit. Ann. II. 71. 3. *Referatis patri ac fratri, quibus acerbitatibus dilaceratus, quibus inſidiis circumventus, miſerrimam vitam peſſima morte finierim.*

4. PÆNE DISCERPTUS A POPULO. Tacit. Ann. III. 14. 5. *Simul populi ante curiam voces audiebantur; non temperaturos manibus, ſi patrum ſententias evaſiſſet: effigieſque Piſonis traxerant in Gemonias, ac divellebant, ni juſſu principis protectæ, repoſitæque forent. Igitur inditus lectica, & a tribuno prætoriæ cohortis deductus eſt: vario rumore, cuſtos ſalutis, an*

 mortis

mortis exactor ſequeretur.

5. DAMNATUS EST, cum *genere morbi ſe defendere* conaretur Piſo apud Plin. XI. 37. ſed, ut apparet, fruſtra; ſeipſum enim interfecit. Dio LVII. p. 615. D. Zonar. Ann. II. p. 173. Ὁ δὲ Πείσων ἐπὶ τῷ φόνῳ τοῦ Γερμανικοῦ εἰς τὸ βουλευτήριον ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Τιβερίου εἰσαχθεὶς διακειρόμενος τὴν ὑποψίαν τὴν ἐπὶ τῇ φθορᾷ τοῦ Γερμανικοῦ, καὶ ἀναβολὴν αἰτήσας, ἑαυτὸν κατεχρήσατο. *Piſo ob necem Germanici in ſenatum ab ipſo Tiberio adductus ſuſpicionem necis Germanici abolere cupiente, mora petita, ſemetipſum interfecit.* Relatus domum, ut addit Tacit. Ann. III. 15. 5. *tanquam defenſionem meditaretur, pauca conſcripſit, obſignavitque, & liberto tradidit. Tum ſolita curando corpori exſecutus eſt. Dein multam poſt noctem, egreſſa cubiculo uxore, operiri fores juſſit, & cœpta luce, perfoſſo jugulo, jacente humi gladio repertus eſt.*

CAPUT III.

ARG. *A corporis, animique virtutibus deſcribitur, hoſtem cominus percutit, cauſas erat, domi foriſque civilis eſt, Piſoni amicitiam renuntiat, & domeſticis, ſi quid ſibi accideret, ultionem mandat Germanicus.*

1 Omnes Germanico corporis animique [1] virtutes, & quantas nemini cuiquam [2], con-
2 tigiſſe ſatis conſtat. Formam & fortitudinem [3] egregiam, ingenium [4] in utro-
que eloquentiæ doctrinæque genere præcellens: benevolentiam [5] ſingularem: con-
3 ciliandæque hominum gratiæ, ac promerendi amoris mirum & efficax ſtudium. For-
mæ minus congruebat gracilitas crurum [6]: ſed ea quoque paullatim repleta [7] aſſi-
4. 5 dua equi vectatione [8] poſt cibum. Hoſtem cominus ſæpe percuſſit [9]. Oravit [10] cau-
ſas

CORPORIS ANIMIQUE, quibus ornatus fuit Germanicus, *virtutes*, denarrant Dio LVII. p. 615. C. Zonar. Ann. II. p. 173. Κάλλιστος μὲν γὰρ τὸ σῶμα, ἄριστος δὲ καὶ τὴν ψυχὴν ἔφυ· παιδείᾳ τε ἅμα καὶ ῥώμῃ διέπρεπε πρᾳότατός τε καὶ σωφρονέστατος ἦν. *Fuit enim & corporis forma, & animi bonis, inſtitutioneque juxta, & robore, clementia, & modeſtia praſtantiſſimus.* Laudat Joſeph. Ant. Jud. XVIII. 8. Εὐνοίᾳ τε τοῦ δήμου τιμωρούμενος διὰ τὴν Γερμανικοῦ τοῦ πατρὸς ἀρετήν. Ἐπὶ μέγιστον γὰρ δὴ οὗτος ἦλθεν παρὰ τοῖς πολίταις τιμῆς, εὐσταθείᾳ τρόπου, καὶ δεξιότητι τοῦ ὁμιλοῦ ἀνεπαχθὴς ὤν, καὶ τὴν ἀξίωσιν κτώμενος τοῦ ζηλοῦσθαι ἴσος πᾶσιν εἶναι. *Adhac gratioſus apud populum* Caligula *propter Germanici patris virtutes. Ille enim apud omnes in maximo honore habitus eſt, quod eſſet modeſtiſſimis moribus, comis in alloquiis, & nemini ſe praferens.* Et Alexandri M. *virtutibus* comparat Tacit. Ann. II. 73. 2. 3. 4. V. & *Caſaubonum.*

2. NEMINI CUIQUAM interdum elegantiæ cauſa, non neceſſario ſimul ponuntur. Plaut. Perſ. IV. 4. 96.

——— *nemo quiſquam acceptior.*

Terent. Hec. I. I. 10.

Nam nemo illorum quiquam, ſcite, ad te venit.

Ubi Donatus: *Παρέλκει tertium. Nam abundat quiſquam.* V. & *Popm. A. L.* II. 13. *in Caton. R. R. p.* 219.

3. FORTITUDO, *eſt affectio animi, legi ſumma in perpetiendis rebus obtemperans, vel conſervatio ſtabilis judicii in eis rebus, qua formidoloſa videntur, ſubeundis, & repellendis: vel ſcientia rerum formidoloſarum, contrariarumque, aut omnino negligendarum, conſervans earum rerum ſtabile judicium.* Cicer. Tuſcul. Quæſt. IV. 24. Qui brevius illam definit de Inv. Rhet. II. 54. *Fortitudo eſt conſiderata periculorum ſuſceptio, & laborum perpeſſio. Ejus partes, magnificentia, fidentia, patientia, perſeverantia.*

4. INGENII *nomine appellantur docilitas & memoria: quas virtutes qui habent ingenioſi vocantur.* Cicer. Fin. V. 13.

5. BENEVOLENTIAM cum *pietate* comparat Cicer. Fam. I. 9. *Intellexi te perſpicere meam in te pietatem: quid enim dicam benevolentiam, cum illud graviſſimum & ſanctiſſimum nomen pietatis, levius mihi meritis erga me tuis eſſe videatur.*

6. GRACILITAS CRURUM, quæ *crurum tenuitas* Phædr. I. 13. 6. *ariditas* Ovid. Art. III. 272. inter præcipua, quæ bonam corrumperent formam, olim eſt habita: fuitque hic habitus urbanorum dicteriis ſemper obnoxius. Senec. de Conſtant. c. 16. *In capitis mei levitatem jocatus eſt, & in oculorum valetudinem, & in crurum gracilitatem, & in ſtaturam.* Hoc vitio deformes ſunt Nero infr. 51. I. Domitianus infr. 18. I. Caligula infr. 50. I. V. & *Caſaubonum.* & *Jun. Pict.* III. 9. 34.

*7. REPLETA, quia *plenus* pinguem dicit & craſſum, ut docui ſupr. Cæſ. 45. I. §. 5.

8. VEHI dicitur etiam de illis, qui feruntur *equis.* Paterc. II. 114. *Soles ſemper equo vectus eſt.* Cicer. Divin. II. 68. *Equus, in quo vehebar, mecum una demerſus, rurſus apparuit.* Noſt. 43. 2. Claud. 28. 3. Ner. 9. 4: 28. 5. Tib. 6. 6. Domit. 19. 2. *Equitationem ſtomacho & coxis utiliſſimam* dicit Plin. XXVIII. 4. In hunc finem ſe a prandio *paulliſper equitaſſe* dicit Sidonius infr. Cal. 38. 9. §. 20. Sanguis enim, & alimenti vis, ut monet Torrentius, ad crura defluit, præſertim ſi ſtapiis, de quibus multa Licet. de Lucern. VI. 30. & quarum uſus tunc ignotus, non utaris. De *vectationis* facultatibus diſputat *Mercur. Gymn.* VI. 8. V. etiam *Scheffer. R. V.* I. I.

9. PERCUSSIT I. occidit. Aurel. Vict. V. I. 6. §. 9.

Fuinus

ſas etiam triumphalis [10]: atque inter cætera ſtudiorum monumenta reliquit & comœdias [12] Græcas. Domi foriſque civilis [13]: libera, ac federata oppida ſine lictoribus 6
adibat. Sicubi clarorum virorum ſepulcra [14] cognoſceret, inferias [15] manibus dabat. 7
Cæſorum clade Variana veteres ac diſperſas reliquias [16] uno tumulo humaturus, col- 8
ligere ſua manu, & comportare primus aggreſſus eſt [17]. Obtrectatoribus etiam, qua- 9
leſcumque & quantacumque de cauſa nactus eſſet, lenis adeo, & innoxius, ut Piſoni decreta [18] ſua reſcindenti, clientelas [19] diu vexanti, non prius [20] ſuccenſere [21] in animum induxerit, quam veneficiis quoque & devotionibus [22] impugnari ſe comperiſſet: ac ne tunc quidem ultra progreſſus, quam ut & amicitiam ei more majorum [23] renuntiaret, mandaretque domeſticis ultionem [24] ſi quid ſibi accideret [25].

Filium tredecim annorum, quod in prælio hoſtem percuſſiſſet, prætexta & bulla donavit. Noſt. Cæſ. 83. 4. & aliis in locis. His omnibus, & aliis *percutere* φονεύειν valere, ut οἱ φονεῖς, *percuſſores* ſignificant, credit *Ruben. Elect.* II. 19.

10. ORAVIT I. egit, dixit. Inde *oratores. Oraſſe cauſas* Germanicum docet Ovid. Faſt. I. 21.

Quæ ſit enim culti facundia ſenſimus oris,
Civica pro trepidis cum tulit arma reis.

11. TRIUMPHALIS dicitur non tantum is, qui *triumphavit*; ſed & qui *triumphalia* ornamenta eſt conſecutus. *Triumphale* enim *nomen* Mucianus apud Tacit. Hiſt. II. 77. 2. dicit fuiſſe *domui* Veſpaſiani, cum tamen non niſi *triumphalia ornamenta* conſecutum Veſpaſianum dicat noſt. infr. 4. 3. A *triumpho* ad orientis ſtatum componendum a Tiberio expulſus *triumphalis* cauſas forte non oraverit Germanicus: orare tamen potuit ex bello Dalmatico ante conſulatum primum *triumphalia* ornamenta nactus. Dio LVI. p. 582. B. Τῷ Γερμανικῷ αἱ τε νικητήριοι τιμαὶ ἐδόθησαν, καὶ ὡς ἐστρατηγηκώς. *Germanico triumphalia ornamenta data ſunt, & honores prætorii.* Certe conſulem cauſas oraſſe prodidit Dio V. illum ſupr. I. 1. §. 6. V. quoque *Caſaubonum.*

12. COMOEDIAS, quia & in poetica floruit. Ovid. Faſt. I. 23.

Scimus & ad noſtras cum ſe tulit impetus artes,
Ingenii currant flumina quanta tui.

Huic etiam Germanico Faſtorum libros dedicavit: cui omnia alia quadrant, quæ in Faſtis leguntur. *Beroaldus.*

13. DOMI FORISQUE CIVILIS. Joſephus idem, ſed aliis verbis ſupr. §. 1.

14. CLARORUM VIRORUM.... non enim tantum propinqui propinquis hæc faciebant; ſed etiam amici amicis, & maxime viris illuſtribus, quorum memoriam ſanctam haberent, quorumque virtutes admirarentur, ut obſervant *Meurſ. de Fun. c.* 30. & *Guther. de jur. man.* II. 12.

15. INFERIAS, *ſacrificia, quæ diis manibus inferebant.* Feſtus. *Inferiæ*, καταχθόνια, ἐναγίσματα veteribus *gloſſis*. Χοαὶ, αἱ ἐπὶ τῶν νεκρῶν σπονδαί Cyrillo. Ἐναγίσματα ὁλοκαυτώματα Heſychio. Conſtabant liquoribus præcipue ac victimis, ut fuſe docet Kirchm. Fun. Rom. IV. 2. V. etiam de illis *Guther. de jur. man.* II. 11. *Stuck. A. C.* I. 25. *Tomaſ. de donar. c.* 35. *Noriſ. Cenot. Piſan. Differt.* III. 5. *Ferret. Muſ. Lap.* II. 10.

16. VETERES, AC DISPERSAS RELIQUIAS.... Tacit. Ann. I. 62. I. *Igitur Romanus qui aderat exercitus, ſextum poſt cladis annum, trium legionum oſſa, nullo noſcente, alienas reliquias, an ſuorum humo tegeret, omnes ut conjunctos, ut conſanguineos, aucta in hoſtem ira, mœſti ſimul & infenſi condebant.*

17. PRIMUS AGGRESSUS EST. Tacit. n. 2. *Primum extruendo tumulo ceſpitem Cæſar poſuit, gratiſſimo munere in defunctos, & præſentibus doloris ſocius. Quod Tiberio haud probatum, ſive cuncta Germanici in deterius trahenti, ſive exercitum imagine cæſorum, inſepultorumque tardatum ad prælia, & formidoloſiorem hoſtium credebat: neque imperatorem, auguratu, & vetuſtiſſimis ceremoniis præditum, attrectare feralia debuiſſe.*

18. DECRETA ad componendum orientis ſtatum. Tacit. Ann. 69. I. *At Germanicus Ægypto remeans, cuncta, quæ apud legiones, aut urbes juſſerat, abolita, vel in contrarium verſa, cognoſcit.*

19. CLIENTELAS has ſibi beneficiis in Syria comparaviſſe Germanicum putat *Beroaldus.*

20. NON PRIUS: imo *prius* teſte Tacito, qui pergit numero modo laudato: *Hinc graves in Piſonem contumeliæ.*

21. SUCCENSERE *dicimus eum, qui quum amare debeat, læſus iraſcitur.* Donat. Phorm. II. 3. 14. Noſt. Veſp. 15. 2.

22. DEVOVERE verbum eſt magicæ artis proprium, quæ incantationibus, deprecationibus, diris, herbis, faſcinationibus animum ejus, ac mentem, quem *devovet*, ita præpedit, & extra ſe ponit, ut ſui officii meminiſſe non amplius poſſit. *Devotiones* gloſſæ interpretantur ἐπῳδὰς. *Salmaſ. Exercit. Plin. p.* 766. *b.* F. 768. *a.* C. Piſonis *devotiones* retulerunt *Dio*, *Zonaras*, *Tacitus* ſupr. I. 4. §. 21.

23. MORE MAJORUM, quem deſcripſi ſupr. Aug. 66. 3. §. 13.

24. ULTIONEM ſuis mandare ſolebant veteres. Flor. I. 9. I. *Quibus ultionem ſui moriens matrona mandaverat.* Tacit. Ann. II. 71. 6. *Vindicabitis vos, ſi me potius quam fortunam meam fovebatis.* n. 8. *Juravere amici, dextram morientis contingentes, ſpiritum ante quam ultionem amiſſuros.* Noſt. infr. Veſp. 6. 8.

25. ACCIDERET humanitus I. moreretur. V. ſupr. Cæſ. 86. 3. §. 11.

CAPUT IV.

ARG. *Virtutum ſuarum fructum uberrimum, a ſuis dilectus, vulgo favorabilis, fert Germanicus Cæſar.*

1 Quarum virtutum fructum [1] uberrimum [2] tulit, ſic probatus & dilectus a ſuis, ut Auguſtus (omitto enim neceſſitudines [3] reliquas) diu cunctatus, an ſibi ſucceſſorem deſtinaret, adoptandum Tiberio dederit [4]. 2 Sic vulgo favorabilis [5] ut plurimi tradant, quoties aliquo adveniret, vel ſicunde diſcederet, præ turba occurrentium [6], proſequentiumve [7] nonnunquam eum diſcrimen vitæ [8] adiiſſe: 3 e Germania vero poſt compreſſam [9] ſeditionem revertenti prætorianas cohortes univerſas prodiſſe obviam, quamvis pronuntiatum eſſet, ut duæ tantummodo exirent: 4 populi autem Romani ſexum [10], ætatem [11], ordinem [12] omnem uſque ad viceſimum lapidem effudiſſe ſe.

FRUCTUM *tulit* i. præmium accepit. Nep. 25. 5. 1. *Quo facto, tulit pietatis fructum.* Papin. Sylv. I. 4. 37.

Quæ tibi ſolicitus perſolvit præmia morum
Urbis amor? quæ ſum patrumque equitumque notavi
Lumina, & ignara plebis lugere potentes.

2. UBER quid, dixi ad Curt. V. 1. 12. §. 42.

3. NECESSITUDINES quænam V. ſupr. Cæſ. 27. 1. §. 1.

* 4. ADOPTANDUM TIBERIO DEDERIT, precibus uxoris evictus. Quod addit Tacit. Ann. V. 57. 5.

5. FAVORABILIS i. *favoris* plenus, gratioſus, impetrabilis. Plin. XX. 8. *Adjiciunt magi, ſucco intybi cum oleo perunctos favorabiliores fieri, &, quæ velint, facilius impetrare.* Noſt. Ner. 57. 5: 7. 1.

6. OCCURRENTIUM aliquo advenienti.

7. PROSEQUENTIUM ſicunde, vel ex aliquo loco diſcedentium. V. quæ de hoc more diximus ſupr. *Cæſ.* 71. 2. §. 11.

8. DISCRIMEN VITÆ i. periculum, ne a turba eliceretur.

9. COMPRESSAM ſupr. I. 2.

10. SEXUM *omnem* i. viros & feminas. *Sexum utrumque* ſupr. Aug. 31. 5: 101. 3.

11. ÆTATEM *omnem* i. pueros & ſenes.

12. ORDINEM *omnem* i. patricios, equites, & plebem.

CAPUT V.

ARG. *A Romanis & Barbaris defunctus lugetur Germanicus Cæſar.*

1 Tamen longe majora & firmiora de eo judicia in morte ac poſt mortem extitere. 2 Quo defunctus eſt die, lapidata ſunt templa [1], ſubverſæ Deum aræ, Lares [2] a quibuſdam familiares [3] in publicum abjecti [4], partus conjugum [5] expoſiti [6]. Quin

LAPIDARE TEMPLA i. deos lapidibus impetere, ut recte exponit vir plurimæ lectionis J. G. Grævius Lect. Heliod. c. 16. præ nimia impatientia, vindictæ loco, ſolebant veteres. Tacit. Hiſt. I. 55. 2. *Primani, quintanique turbidi adeo, ut quidam ſaxa in Galbæ imagines jecerint.* V. *Caſaubonum, Gutber. de jur. man.* II. 15. & *Kirchm. de Fun.* II. 12. *Moreſt. Pomp. Fer.* 11. 36. 2. Putabant enim pro diis non eſſe amplius colendos, qui Germanicum mori permiſiſſent. Quod addunt *Beroaldus* & *Torrentius.*

* 2. LARES deſcripſi ſupr. Aug. 31. 6. §. 33.

* 3. FAMILIARES dicebantur Lares, qui domibus præerant. Cicer. pro Quint. c. 27. *Domino a familia ſua manus illata eſſe ante ſuos Lares familiares.* Plaut. Aul. prol. n. 2.

Ego Lar ſum familiaris.

Græcis Κατοικίδιοι θεοί. Herald. Adv. I. 7. Tiraq. in Alexandr. Gen. VI. 4.

4. IN PUBLICUM ABJECTOS fuiſſe in publico luctu lares mirum non eſt, cum ab antiquis ſæpius ſpretos, & contemptos dicat Tertullian. Apologet. c. 13. *Domeſticos deos, quos lares dicitis, domeſtica poteſtate tractatis, pignerando, venditando, demutando aliquando in cacabulum de Saturno, aliquando in trullam de Minerva, ut quiſque contritus atque contuſus eſt, dum diu colitur.* V. & *Beroaldum* & *Buleng. de Magia* I. 30.

5. PARTUS CONJUGUM i. liberos recens natos in publico luctu expoſuiſſe veteres ex hoc loco obſervat quoque *Barthol. de puerp. p.* 81.

6. EXPOSITI i. nudi abjecti interprete noſtr. Claud. 27. 3. *Exponebant* ad incertum mortis & vitæ caſum pueros, quos natos tollere nolebant, veteres. Mos ſane antiquus. De Romulo & Remo gemellis Strab. V. p. 158. Εἶτα φθορὰν φωράσας, διδύμων αὐτῇ παίδων γενομένων, τὴν μὲν εἷρξεν ἀντὶ τοῦ κτεῖναι χαριζό-

Quin & barbaros ferunt, quibus inteſtinum [7], quibusque adverſus nos bellum eſſet [8], velut in domeſtico communique mœrore conſenſiſſe ad inducias *. Regulos quoſdam barbam poſuiſſe [9], & uxorum capita [10] raſiſſe, ad indicium maximi luctus. Regum etiam regem [11] & exercitatione venandi [12] & convictu [13] megiſtanum [14] abſtinuiſſe, quod apud Parthos juſtitii [15] inſtar [16] eſt.

μιζόμενος τῷ ἀδελφῷ, τοὺς δ' ἐξέθηκε πρὸς τὸν Τίβεριν κατά τι πάτριον. *Deinde cum corruptam deprehendiſſet, vita in fratris gratiam donatam incluſis, gemellos autem quos pepererat, morem quendam patrium ſecutus ad Tiberim expoſuit.* De Oedipo Diodor. IV. p. 266. Ἐπιλαθόμενος τοῦ χρησμοῦ ἐγέννησεν υἱὸν, καὶ ἐξέθηκε τὸ βρέφος. *Ille oraculi non memor filium genuerat, & infantem expoſuit.* Hinc multi comicorum de *expoſititiis* loci, quos colligere ſuperſedeo. Noſt. Claud. 27. 3. Gramm. 7. 1: 21. 1. * Illos vero multis exagitat & impietatis inſimulat *Lactant.* VI. 20.

7. Inteſtinum i. domeſticum. Cicer. Catil. II. 13. *Bellum inteſtinum, ac domeſticum, poſt hominum memoriam crudeliſſimum. Inteſtinus* eſt internus. Gloſſæ. Ἐμφύλιος, *inteſtinus, internus.*

8. Induciæ ſunt conventio, per quam bello manente ad tempus bellicis actibus abſtinendum eſt. De *induciis* multa Gell. I. 25. *Grot. de jur. bell. ac pac.* III. 21. I.

9. Barbam ponere in gravi luctu ſolebant Barbari. Hæc cauſa eſt, cur Priamus in illa calamitatum, & malorum Iliade faciem cute tenus raſam habuiſſe legatur. Unde etiam Πριαμῶσαι proverbialiter pro *abradi* uſurpatum fuit. Heſychius. Πριαμώσομαι, ξυρήσομαι, ἐπειδὴ τὸ τραγικὸν τοῦ Πριάμου πρόσωπον ξυρίας ἐστίν. V. *Kirchm. de Fun.* II. 14. *Bochart. Hieroz.* I. 2. 45. *Hotoman. de Barba* §. 16.

10. Capita mulierum *radere* i. *radenda* tonſori dare eſt præter naturæ legem. In gravi luctu *radere* tamen ſolebant Barbari. Eurip. Alceſtid. n. 426.

> Πένθος γυναικὸς τῆσδε κοινοῦσθαι λέγω,
> Κουρᾷ ξυρήκει καὶ μελαμπέπλῳ στολῇ.
> *Jubeo communem eſſe luctum hujus mulieris,*
> *Cæſarie raſa, & nigra veſte.*

Accius Amphith. apud Non. II. 850.

> ——— *ſed quanam hæc eſt*
> *Mulier funeſta veſte, tonſu lugubri?*

Prop. III. II. 18.

> *Uxorum poſitis ſtat pia turba comis.*

V. *Meurſ. de Fun.* c. 46. *Kirchm. de Fun. Rom.* II. 13. *Jun. de com.* c. 2. *Broukh. in Propertium.*

11. Regum rex olim vocabatur rex Parthorum. Plutarch. Lucull. p. 500. C. Κάθηται Τιγράνης, βασιλεὺς βασιλέων, ἔχων δύναμιν, ᾗ Πάρθους τε περικόπτει τῆς Ἀσίας, καὶ πόλεις Ἑλληνίδας εἰς Μηδίαν ἀνακομίζει, καὶ Συρίας κρατεῖ καὶ Παλαιστίνης, καὶ τοὺς ἀπὸ Σελεύκου βασιλεῖς ἀποκτιννύει, θυγατέρας δ' αὐτῶν ἄγει καὶ γυναῖκας ἀνασπάστους. *Sedet otioſus rex regum Tigranes tanta ſubnixus potentia, qua Parthis extorquet Aſiam, civitates Græcas in Mediam deportat, Syriam obtinet & Palæſtinam, reges Seleuci ſucceſſores tollit, eorum filias & conjuges ſedibus extractas abducit.* Rationem videtur addere Plutarch. p. 505. C. Βασιλεῖς δὲ πολλοὶ μὲν ἦσαν οἱ θεραπεύοντες αὐτὸν, τέσσαρες δὲ οὓς ἂν περὶ αὐτὸν εἶχεν, ὥσπερ ὀπαδοὺς ἢ δορυφόρους, ἱππότῃ μὲν ἐλαύνοντι πεζοὺς παραθέοντας ἐν χιτωνίσκοις: καθημένῳ δὲ καὶ χρηματίζοντι παρεστῶτας ἐπηλλαγμέναις δὲ ἀλλήλων ταῖς χερσίν. *Reges ſerviebant ei multi, quatuor habebat in comitatu ſuo, apparitorum, vel ſatellitum loco: hi, ſi equo incederet, pedibus juxta in tunicis currebant: in ſolio ſedenti, & reſponſa gentibus danti apparebant complicatis inter ſe manibus.* V. quoque *Beroaldum*, *Briſſon. de regn. Perſar.* p. 3. *Rader. in Martial.* VI. 3. I. *Tiraquell. in Alex.* I. 28. * Fuit vero Artabanus. Qui quanti Germanicum fecerit, docet *Tacit. Ann.* II. 58. I.

12. Venando ſe *exercere* ſolebant Parthorum reges. Xenoph. Κύρου παιδ. I. p. 5. D. Καὶ βασιλεὺς, ὥσπερ καὶ ἐν πολέμῳ ἡγεμὼν αὐτοῖς ἐστι: καὶ αὐτός τε θηρᾷ, καὶ τῶν ἄλλων ἐπιμελεῖται, ὅπως ἂν θηρῶσιν, ὅτι ἀληθεστάτη δοκεῖ αὕτη ἡ μελέτη τῶν πολέμου εἶναι. *Et rex quemadmodum in bello ſe ducem iis præſtat, & ipſe tum venatur, tum, ut alii venentur, diligentiam adhibet, quod hæc eis veriſſima videtur meditatio rerum bellicarum.* Unde Vononem, gentis licet Arſacidarum, apud Auguſtum, cui a Phrahate obſes fuerat datus, educatum, ut externum aſpernantur Parthi apud Tacit. Ann. II. 2. 5. quod *diverſus eſſet a majorum inſtitutis, raro venatu, ſegni equorum cura.*

* 13. Convictu i. converſatione, qua abſtinuiſſe vel apud barbaros mœroris ſignum fuiſſe teſtatur noſter. Cicer. Fam. V. 14. *Sin autem lacrymis ac triſtitiæ te tradidiſti.... gratia contendimus & rogando, ut iſtis te moleſtiis laxes, & ad convictum noſtrum redeas....* Tacit. Ann. III. 3. I. *Tiberius atque Auguſta, cum Germanici cineres Romam deferrentur, publice abſtinuere.* Senec. Polyb. c. 36. *C. Cæſar, amiſſa ſorore Druſilla, conſpectum converſationemque civium ſuorum profugit.* Plura *Noriſ. Cenot. Piſan. Diſſert.* III. 2.

14. Megiſtanum i. regni procerum. Heſychius. Μεγιστᾶνες, οἱ ἐν ὑπεροχῇ ὄντες. Suidas. Μεγιστᾶνες, οἱ τῆς βασιλείας περίβλεπτοι ἐπιξένιοι. Tales in aula Herodis Marc. 6. 21. Ἡρώδης τοῖς γενεσίοις αὐτοῦ δεῖπνον ἐποίει τοῖς μεγιστᾶσιν αὐτοῦ. *Herodes in natalitiis ſuis cœnam faciebat proceribus ſuis.* & Aſſyriorum. Jon. 3. 7. Καὶ ἐκηρύχθη, καὶ ἐῤῥέθη ἐν τῇ Νινευὴ παρὰ τοῦ βασιλέως καὶ παρὰ τῶν μεγιστάνων αὐτοῦ. Hoc vocabulo utuntur etiam Latini. Tacit. Ann. XV. 27. 5. *Megiſtanas Armenios, qui primi a nobis defecerant, pellit ſedibus.* Senec. Epiſt. 21. *Omnes illos megiſtanas, & ſatrapas, & regem ipſum, ex quo Idomenei titulus petebatur, oblivio alta ſuppreſſit.* V. *Reineſ. V. L.* III 17.

Digitized by Google

17. *Briſſon. de regn. Perſar.* 1. p. 134. &, ſi variate nent, *Barth. Adverſ.* LVII. 9.

15. Justitium quid ſit V. ſupr. Tib. 52. 3. §. 6.
16. Instar V. ſupr. Jul. 61. 1. §. 6.

CAPUT VI.

ARG. *A Romanis etiam per feſtos Decembris dies defunctus lugetur Germanicus Cæſar.*

1 Romæ equidem, cum ad primam famam valetudinis attonita & mœſta civitas ſequentes nuntios opperiretur, & repente jam veſperi incertis auctoribus convaluiſſe [1] tandem percrebruiſſet: paſſim cum luminibus & victimis [2] in Capitolium [3] concurſum eſt, ac pæne revulſæ [4] templi fores, ne quid geſtientes [5] vota reddere [6]
2 moraretur. Expergefactus [7] e ſomno Tiberius eſt gratulantium vocibus, atque undique concinentium [8],

Salva Roma [9], *ſalva patria*, *ſalvus eſt Germanicus.*

3 Et ut demum fato functum palam factum [10] eſt, non ſolatiis ullis, non edictis [11] inhiberi luctus publicus potuit, duravitque etiam per feſtos Decembris menſis dies [12].
4 Auxit gloriam deſideriumque defuncti & atrocitas inſequentium temporum [13] cunctis

Connvaluisse Germanicum percrebruit; nec mirum: nam *recreatum, votaque pro ejus incolumitate ſoluta* fuiſſe ab Antiochenſibus etiam Piſo acceperat apud Tacit. Ann. II. 69. 2.

2. Victimas etiam Antiochenſes pro Germanici incolumitate jam obtulerant. Tacitus. *Admotas hoſtias, ſacrificalem apparatum, feſtam Antiochenſium plebem per lictores proturbat* Piſo.

3. In Capitolium, ut Jovi ſacrum facerent.

4. Revulsæ i. a victimas oblaturis per vim recluſæ.

5. Gestientes i. cupientes. Donat. Ter. Eun. III. 5. 7. *Geſtire proprie eſt ſenſum corporis geſtu indicare, quod magis brutorum eſt animalium.* Virg. Georg. I. 387.

Et ſtudio incaſſum videas geſtire lavandi.

Ubi Servius. *Geſtire eſt lætitiam ſuam corporis habitu ſignificare; nam ut homines verbis lætitiam ſuam exprimunt, ita aves corporis geſticulatione.*

6. Reddi quare vota dicantur, docui ad Curt. III. 7. 3. §. 11.

* 7. Expergefactus magna & contenta gratulantium voce, qua acclamationes olim ſemper fuiſſe pronuntiatas docet Ferrar. de acclam. & plauſ. I. 16. Ita certe acclamatum Pertinaci apud Aurel. Victor. 18. 6. *Ob hujus laudem ingeminatis ad vocis uſque defectum plauſibus acclamatum eſt....* Hinc plauſores & præcones dicuntur *rauci* a Sidonio Epiſt. IX. 3. *Licet prædicationes tuas raucus plauſor audierim.* I. 3. *Ille ſtertentum oblatratorum aures rauci voce præconis everberat.*

* 8. Concinentium i. ad rythmum, & modos muſicos voces de more accommodantium. Ita populi acclamationes *concentum* appellat Plin. Paneg. 2. 6. *Populus Romanus quanto paullo ante concentu Principem formoſum alium, hunc fortiſſimum perſonat.* Et *cantica* Epiſt. II. 14. *Plauſus tantum, ac ſola cymbala & tympana illis canticis deſunt.* Illiſque *certos modos*, quos *modulatos* vocat noſt. Ner. 20. 5. tribuit Tacit. Annal. XVI. 4. 4. *Plebs urbis, hiſtrionum geſtus juvare ſolita perſonabat certis modis.* Et acclamare εὐρύθμως ἐκβοᾷν dicit Xiphil. LXXIII. p. 831. A. Ὅσα τε εἰώθεσαν ἐν τοῖς θεάτροις εὐρύθμως πως ἐκβοᾷν.... *Tum omnia, quæ in theatris dicere conſueverant concinnis quibuſdam clamoribus....* Et φωνὰς ἐμμελῶς ἀφιέναι Ariſtæn. Epiſt. I. 26. Ὁ δὲ δῆμος φωνὰς ἀμοιβαίας ἀφίησιν ἐμμελῶς. *Populus interea voces alternas melodice reſpondet.* V. *Ferrar. de acclam. & plauſ.* I. 17.

9. Salva Roma.... Verſus eſt integer trochaicus, ut monet *Torrentius.*

10. Palam facere quorum formula fuerit, monui ſupr. Tib. 22. 1. §. 1.

11. Edicti Tiberiani meminit Tacit. Ann. III. 6. 1. *Ut premeret vulgi ſermones, monuit edicto: Multos illuſtrium Romanorum ob Rempublicam obiiſſe, neminem tam flagranti deſiderio celebratum.... Principes mortales, Rempublicam æternam eſſe. Proin repeterent ſollennia: & quia ludorum Megalenſium ſpectaculum ſuberat, etiam voluptates reſumerent.* 7. 1. *Tum exuto juſtitio, reditum ad munia.* Hinc tempus, quo pertinaciter populus Romanus interitum Germanici luxerit, colligit Schildius. Putat enim ante menſem Decembrem obiiſſe, & lugendi circa Nonas Aprilis, in quas Megalenſium incidit ſpectaculum, finem populum feciſſe.

12. Festos mensis Decembris dies i. Saturnalia, quibus jus luxuriæ publice fuiſſe datum, dixi ſupr. Aug. 71. 4. §. 12. quibuſque in vulgaribus funeribus luctui finem eſſe factum ex hoc populi Romani facto docet Kirchm. Fun. IV. 12. Populi enim luctum in funere Germanici tantum fuiſſe, ut etiam *per feſtos menſis Decembris dies* duraverit, non dixiſſet hiſtoricus, niſi in vulgaribus propter Saturnalia luctui finis fieri eſſet ſolitus.

13. Atro-

Digitized by Google

ctis nec temere opinantibus, reverentia [14] ejus ac metu repreſſam Tiberii ſævitiam, quæ mox eruperit.

13. ATROCITATEM TEMPORUM V. ſupr. Tib. 48. 2. §. 18.

14. REVERENTIA Germanici *repreſſam*... dicit Tacitus quoque Ann. VI. 51. 5. *Morum quoque tempora illi diverſa: egregium vita famaque quoad privatus, vel in imperiis ſub Auguſto fuit: occultum, ac ſubdolum fingendis virtutibus, donec Germanicus ac Druſus ſuperfuere.... poſtremo in ſcelera ſimul ac dedecora prorupit, poſtquam remoto pudore, & metu, ſuo tantum ingenio utebatur.* V. & Dionem ſupr. Tiber. 42. 1. §. 2. Unde Sidon. Epiſt. II. 3. Sic *invidiam Tiberianam preſſit univerſitatis amore Germanicus.*

CAPUT VII.

ARG. *Agrippinam in matrimonio habet, & ex ea novem liberos tollit Germanicus Cæſar.*

Habuit in matrimonio Agrippinam M. Agrippæ & Juliæ filiam, & ex ea novem 1
liberos tulit: quorum duo infantes adhuc rapti [1], unus jam puerascens [2], inſigni feſtivitate [3], cujus effigiem [4] habitu Cupidinis [5] in æde Capitolinæ [6] Veneris Livia dedicavit; Auguſtus in cubiculo [7] poſitam, quotieſcunque introiret, exoſculabatur [8]. Cæteri [9] ſuperſtites patri fuerunt: tres ſexus feminini, Agrippina, Dru- 2
ſilla,

RAPI dicuntur infantes, qui cadunt ætate tenera. Virg. Æn. VI. 428.

Quos dulcis vitæ exſortes, & ab ubere raptos.

Vetus inſcriptio: *In primo ætatis flore raptus.* Altera non procul a circo.

Rapta ſinu matris jacet hic miſerabilis infans.

* Et quidem εὐφημίας χάριν velut non exſpiraſſent, ſed amoris deſiderio a diis *abrepti* eſſent. Græcis ἀ-λόμενοι. V. *Lacerdam*, *Raineſ. inſcript. Claſſ.* XII. 7.

2. PUERASCERE dicuntur, qui exacta infantia *pueritiam* inchoant. A quo *repueraſcere* i. *in puerilem* ætatem reverti. Quod fere de ſenibus dicitur, qui ætatis vitio deſipere incipiunt. Cicer. ſupr. Tib. 6. 1. §. 6.

3. FESTIVITATE i. jucunditate, & lætitia quadam in dictis. Terent. Eunuch. V. 8. 18.

An mei patris feſtivitatem!

Ubi Donatus. *Lætitiam: ut, feſtivus dies eſt. Feſtivitas eſt in dictis.* Unde hujus *pueritiam amabilem* vocat noſtr. infr. 8. 6. Talis Senecæ filius fuit Marcus, quem Conſol. ad Helv. c. 16. dicit fuiſſe *blandiſſimum puerum, ad cujus conſpectum nulla poterit durare triſtitia: nihil tam magnum, nihil tam recens in cujuſquam pectore fuerit, quod non circumfuſus ille permulſerit, cujus non lacrymas illius hilaritas ſuppreſſerit, cujus non contractum ſolicitudine animum illius argutia ſolverint, quem non in jocos vocaverit illa laſcivia, quem non in ſe converterit, & abduxerit infixum cogitationibus, illa neminem ſatiatura garrulitas?*

4. EFFIGIEM liberis defunctis ponere ſolebant parentes. Plin. Epiſt. IV. 7. *Placuit ei*, Regulo, *lugere filium: luget, ut nemo. Placuit ſtatus ejus & imagines quam plurimas facere, hoc omnibus officinis agit. illum coloribus, illum argento, illum auro, ebore, marmore effingit.* V. & Figrell. *de ſtat. Rom. c.* 10.

5. CUPIDINIS habitu effigiem liberis ponere ſolebant parentes. Docet hoc incerti cujuſdam epigramma.

Phryne volantem & arte factum bene amorem
Mercedem pro liberis poſuit Theſpiadibus.

Cupidinis habitus liberorum & amoris pretium ac monumentum erat. V. & *Tomaſin. de donar. c.* 20. Sub *Cupidinis* imagine Germanici filium in Gemma Tiberiana, quam explicat, expreſſum fuiſſe putat *Ruben. p.* 207. * *Cupidinis*, aliorumque deorum habitu plurimos expreſſos invenies apud *Spon. Miſc. Erud. Ant. ſect.* 1. *art.* 4. *ad tab.* 12.

6. CAPITOLINÆ, quia Veneri in hoc monte ædes poſita fuit. Quam eandem atque Erycinæ Veneris fuiſſe aſſerit *Ryck. de Capit. c.* 41. * ſed non liquido explicari poſſe ſcribit *Nardin. Rom. Vet.* V. 16. Noſt. Galb. 18. 5.

7. IN CUBICULIS ſuis effigiem cariſſimorum, ut conſpectu eorum, licet abeſſent, tamen fruerentur, habebant veteres. Hygin. Fab. 104. *Laodamia amiſſo conjuge dolorem pati non potuit. Itaque fecit ſimulacrum æreum ſimile Proteſilai conjugis, & in thalamis poſuit ſub ſimulatione ſacrorum, & eum colere cœpit.* V. *Barth. Ad.* IV. 22. *Faes ad Gyrald. de Sepult. c.* 1. Inde *cubiculares* imagines, quarum meminit noſt. ſupr. Aug. 7. 2. §. 10.

8. EXOSCULABANTUR propinqui ſtatuas conſecratas. Dio LXXIV. p. 842. A. Καὶ μετὰ τοῦτο τὸ εἴδωλον ὅ τε Σεβῆρος, καὶ οἱ συγγενεῖς τοῦ Περτίνακος ἐφίλησαν. *Poſt Severus & propinqui Pertinacis ejus ſimulacrum oſculati ſunt.* Quippe illud in deorum ſimulacris fieri probaverit locus ille Cicer. Verr. IV. 43. *Rictum ejus*, Herculis, *ac mentum paullo ſit attritius, quod in precibus & gratulationibus non ſolum id venerari, verum etiam oſculari ſolent.* V. Figrell. *de ſtat. Rom. c.* 32. *Van Dale de Conſecrat. Ethn. p.* 635.

9. CÆTERI ſex. Tacit. Ann. II. 71. 7. *Oſtendi-*

3 filla, Livilla [10], continuo triennio [11] natæ; totidem mares, Nero & Druſus & C. Cæſar [12]. Neronem, & Druſum ſenatus, Tiberio criminante, hoſtes judicavit [13].

te populo Romane divi Auguſti neptem, eandemque conjugem meam: numerate ſex liberes.

* 10. LIVILLA, quæ hoc nomine dicitur etiam Dion. LIX. p. 657. D. *Julia* vocatur Tacit. Ann. VI. 15. 4. *Huic Druſillam, Vinicio Juliam, Germanico genitas conjungit.* & in inſcriptione, quam exhibet Grævius Præf. ad VII. Antiq. Rom. tomum.

PRIMA. AUGUSTI. ET. AUGUSTÆ. L.
NUTRIX. IULIÆ. GERMAN. FILIÆ.

Caji ſorores omnes, ut ſe ex Auguſti ſanguine genus trahere teſtatum facerent, *Juliæ*, fuerunt vocatæ. Pater enim Germanicus a Tiberio juſſu Auguſti in Juliam familiam adoptatus, dici cœpit C. Julius Cæſar Germanicus, atque ita cum ipſe, tum ejus liberi omnes erant & Julii & Cæſares. Hinc *Julia Agrippina Germanico genita* apud Tacit. Ann. XII. 1. 3. & *Julia Druſilla Germanici filia* apud Gruter. Inſcript. 4. p. 1022. V. *Clar. Perizon. Anim. Hiſtoric. c.* 3.

11. CONTINUO TRIENNIO. In hanc ſententiam Plin. VII. 13. *Item alii, aliæque feminas tantum generant, aut mares: plerumque & alternant: ſicut Gracchorum mater duodecies, & Agrippina Germanici novies.* Alternabat itaque Agrippina in partu, ut tres feminas continenter pareret, mox totidem mares. *Beroaldus.*

* 12. CÆSARIS nomen ſoli poſtremo tribuitur, quamvis revera omnibus eſſet commune. V. *Perizon.* §. 10.

* 13. HOSTES JUDICAVIT, ut narrat noſt. ſupr. Tib. 54. 1.

CAPUT VIII.

ARG. *Antii naſcitur Cajus Cæſar Caligula.*

1 Cajus Cæſar natus eſt pridie Kal. Septembres, patre ſuo & C. Fontejo Capitone
2 conſulibus [1]. Ubi natus ſit, incertum diverſitas tradentium facit. Cn. Len-
3 tulus Gætulicus [2] Tiburi [3] genitum ſcribit. Plinius Secundus [4] in Treveris [5] vico Ambiatino [6], ſupra Confluentes [7]: addit etiam pro argumento aras [8] ibi oſtendi inſcriptas [9], OB AGRIPPINÆ PUERPERIUM [10]. Verſiculi, imperante mox co,

PATRE SUO ET C. FONTEJO CAPITONE CONSULIBUS 1. anno ab U. C. 764. V. ſupr. 1. 1. §. 6.

2. CN. LENTULI GÆTULICI hiſtoriæ & poemata laudantur a priſcis. Hiſtoria a noſtro. Poemata a Sidon. carm. 9. 256.

Non Gætulicus hic tibi legetur.

Martial. præf. 1. *Sic ſcribit Catullus, ſic Marſus, ſic Pedo, ſic Gætulicus.* De *Gætulico* judicia V. apud *Beroaldum, Torrentium, Savar. in Sidonium, Lipſ. in Tacit. Ann. p.* 94. *Voſſ. de Hiſt. Lat.* 1. 25.

3. TIBUR V. ſupr. Aug. 72. 5. §. 26.

4. PLINIUS SECUNDUS, quem hoc teſtimonium haud dubie in hiſtoria Germanica ſcriptum reliquiſſe putat *Cluver. Germ. Ant.* II. 14. *p.* 53.

5. TREVERI Mediomatricis ab ſeptemtrionibus juncti, longe lateque Rhenum inter Moſamque flumina incoluerunt. Strab. IV. p. 134. Μετὰ δὲ τοὺς Μεδιοματρικοὺς, καὶ Τριβόκχους, παροικοῦσι τὸν Ῥῆνον Τρηούϊροι. *Infra Mediomatrices & Triboccos ad Rhenum incolunt Treveri.* De illis plura *Cluver. Germ. ant.* II. 14.

6. VICUS AMBIATINUS in Rheni fuit ripa, forte circa opidulum nunc *Capelle*, inter Baudobrigam, & Confluentes. *Cluver. ibid. p.* 53. & 60.

7. CONFLUENTES Rheni ac Moſellæ; ad quos tunc caſtra Romanorum; nunc oppidum dicitur, vitiato vocabulo Latino, *Coblenz.* Cluver. ibid. p. 53. & Torrentius. * Ammian. XVI. 3. *Apud Confluentes, locum ita cognominatum, ubi amnis Moſella confunditur Rheno.*

8. ARAS ponebant, & templa erigebant veteres ob puerperia. Tacit. Ann. XV. 23. 1. *Nero natam ſibi ex Poppæa filiam ultra mortale gaudium accepit, appellavitque Auguſtam. Locus puerperio colonia Antium fuit, ubi ipſe generatus erat.... Additæ ſupplicationes; templumque Fœcunditati.* V. & *Barthol. de puerp. p.* 139.

9. INSCRIBI titulis, qui cauſam, ob quam poſitæ eſſent, continebant, aræ ſolebant. Hinc *ara adoptionis* apud Tacit. Ann. 1. 14. 2. quæ n. *adoptionis* ergo poſita fuerat. Liv. XXVIII. 46. *Propter Junonis Laciniæ templum æſtatem Annibal egit: ibique aram condidit, dedicavitque, cum ingenti rerum ab ſe geſtarum titulo, Punicis, Græciſque literis inſculpto.* V. & *Merul. de ſacrif. c.* 7. §. 3.

10. OB AGRIPPINÆ PUERPERIUM; ad impetrandam enim partus facilitatem Junoni vota ſolvebantur. Prop. IV. 1. 95.

Idem ego quum Cinara traheret Lucina dolores,
Et facerent uteri pondera lenta moram:
Junoni votum facite impetrabile, dixi.
Illa parit.

Accedebant huic & aliæ deæ, quæ parturientibus præerant, & a quibus mulieres auxilium exſpectabant.

Digitized by Google

ro, divulgati apud hibernas legiones [11] procreatum indicant.

In caſtris natus [12], patriis nutritus in armis,
Jam deſignati principis omen erat.

Ego in actis [13] Antii [14] ipſum invenio editum. Gætulicum refellit Plinius, quaſi 5.6
mentitum per adulationem, ut ad laudes juvenis, glorioſique principis [15] aliquid
etiam ex urbe Herculi ſacra ſumeret: abuſumque audentius mendacio, quod ante
annum fere natus Germanico filius Tiburi fuerat, appellatus & ipſe C. Cæſar: de
cujus amabili pueritia immaturoque obitu ſupra diximus. Plinium arguit ratio tem- 7
porum. Nam qui res Auguſti memoriæ mandarunt, Germanicum exacto conſula-
tu [16] in Galliam miſſum conſentiunt, jam nato Cajo. Nec Plinii opinionem inſcri- 8
ptio aræ quicquam adjuverit, cum Agrippina bis in ea regione filias enixa ſit: &
qualiſcunque partus, ſine ullo ſexus diſcrimine, *puerperium* vocetur: quod antiqui
etiam puellas *puerας* [17], ſicut & pueros *puellos* dictitarent. Exſtat & Auguſti epiſto- 9
la ante paucos quam obiret menſes, ad Agrippinam neptem ita ſcripta de Cajo hoc
(neque enim quiſquam jam alius infans nomine pari tunc ſupererat) *Puerum Cajum
xv. Kal. Junii, ſi dii volent, ut ducerent Talarius, & Aſellius, heri cum his conſtitui.
Mitto præterea cum eo ex ſervis meis medicum, quem ſcripſi Germanico, ſi vellet, ut re-
tineret. Valebis mea Agrippina, & dabis operam, ut valens pervenias ad Germanicum
tuum.* Abunde arbitror patere, non potuiſſe ibi naſci Cajum, quo prope bimulus 10
demum perductus ab Urbe ſit [18]. Verſiculorum quoque fidem eadem hæc elevant [19]: 11
&

bant. Et huc ſpectare hoc Suetonianum putat *Tomaſ. de Donar. c. 14.*

11. HIBERNAM LEGIONEM dicit etiam Cicer. Attic. IV. 17. *Hibernam legionem eligendi optio delata.* Nempe ut præeſſet *hibernis* legionis, cujuſcumque vellet.

12. IN CASTRIS NATUM eſſe Caligulam produnt etiam Tacit. Ann. I. 41. 4. *Jam infans in caſtris genitus, in contubernio legionum educatus.* Aurel. Victor. Epit. c. 3. §. 2. *Quia natus in exercitu (unde cognomentum calceamento militari quæſiverat) legionibus carus, acceptuſque habebatur* Caligula. Athen. IV p. 148. D. *Καὶ Γάϊος δὲ ὁ αὐτοκράτωρ, ὁ Καλλίγουλα προσαγορευθεὶς διὰ τὸ ἐν στρατοπέδῳ γεννηθῆναι. Cajus vero imperator cognominatus Caligula, quia in exercitu & caſtris natus fuiſſet.*

* 13. IN ACTIS. Sed Suetoni, quid ſi nomen tibi imponit, & de alio quopiam Cajo filio pariter Germanici *acta* ſenſerunt? Non enim Caligulæ cognomen diſcriminis cauſa, opinor, apponi potuit *actis*, quoniam profeſſio apud *acta* nato ſtatim puero fieri ſolita: cognomen autem illud poſtea in caſtris illi datum, a veſte. *Lipſ. Tacit. Annal.* I. *Excurſ. L.*

14. ANTIUM deſcripſi ſupr. Aug. 58. 2. §. 4.

15. GLORIOSI PRINCIPIS, qui Hercules Romanus videri, ac dici voluerit. Ita *Hercules Romanus eſt appellatus Commodus* apud *Lamprid. c.* 8. *Dion.* LXXII. *p.* 824. *E.*

16. EXACTO CONSULATU.... non igitur in caſtris naſci potuit, quia pater toto illo anno fuit in Urbe. Sed ambigo, natum eo anno Cajum eſſe. Video enim diſſentire alios in numero annorum, quos dicitur vixiſſe. Et quid ſi paullo ante natus ſit, cum pater in Germania eſſet? quid ſi paullo poſt. Deinde quæritur, quando natus ſit Caligula, non quando ſatus. Nonne ipſo patre conſule naſci potuit in caſtris? Nec enim opus credo eam ad rem præſentia patris. Nam Germanicum conſtat ex Dione ſtatim a clade Variana continenter in Germania manſiſſe, ad hunc uſque conſulatum. Suſpicari autem probabiliter poſſum, uxorem, quæ tumida, & vicina partui, relictam ab eo in Germania, donec uterum poſuiſſet. Nam circumduci in longo itinere feminas, ut priſci dicebant, incientes, non ex more, non ex uſu. Potuit ergo naſci in caſtris, & tamen in conſulatu patris. *Lipſ. Tacit. Annal.* I. *Excurſ. L.*

17. PUELLAS PUERAS, ſicut *pueros puellos dictitarunt* veteres. Priſcian. VI. p. 697. *Pueri femininum pueram dicebant antiquiſſimi. Unde & puerpera, quæ puerum, vel pueram parit.* Donat. Terent. Andr. III. 2. 10. *Omnis, quæ peperit, puerpera. Et apud veteres puer puellus, puera puella.* Non. II. 674. *Puera pro puella. Varro væ victis, περὶ ὀψωνιῶν. Properate vivere pueræ, quas ſinit ætatula ludere, eſſe, amare & Veneris tenere bigas. De vit. P. R.* II. *Sic in privatis domibus pueri liberi, & pueræ miniſtrabant.* V. *Beroaldum, Torrentium. Voſſ. de Anal.* II. 5.

18. QUO BIMULUS PERDUCTUS SIT. Sed quid obſtat Agrippinam peperiſſe in Germania, rediiſſe in Urbem mariti ſui conſulatu: deinde ipſam, & infantem in Germaniam revertiſſe. *Lipſius.*

19. VERSICULORUM FIDEM ELEVANT. Sed illi, Ca-

 ligula

12 & eo facilius, quod hi ſine auctore ſint. Sequenda igitur eſt quæ ſola actorum [20] reſtat, & publici inſtrumenti auctoritas: præſertim cum Cajus Antium, omnibus ſemper locis atque ſeceſſibus prælatum [21], non aliter quam natale ſolum dilexerit [22]: tradaturque etiam ſedem ac domicilium imperii tædio Urbis transferre eo deſtinaſſe.

ligula principe, ſtatim ſunt divulgati. An vulgus ejus ævi neſciit imperatoris ſui ſolum genitale? tam impudenti mendacio ludere jus fuit? *Lipſius.*

20. ACTORUM AUCTORITAS. Sed an Plinio & Tacito cura non fuit inſpiciundi illa? logi: non copia? nugæ. Quid ſi acta de alio quopiam Cajo filio pariter Germanici, ſenſerint? Non enim Caligulæ cognomen diſcriminis cauſa, opinor, apponi potuit actis: quoniam profeſſio apud acta nato ſtatim puero fieri ſolita: cognomen autem illud poſtea in caſtris illi datum. *Lipſius.*

21. PUBLICI INSTRUMENTI. V. illud infr. Veſp. 8. 12. §. 41.

22. SECESSIBUS PRÆLATUM *Antium* non probat Cajum *Antii* editum fuiſſe, niſi quis eodem argumento Tiberium Capreis genitum dicat, Tibure, aut Lanuvii Auguſtum. *Lipſius: l. l.* * Hujus tamen argumenta nec Caſaubono, nec Torrentio perſuadent, ut auctori noſtro abjudicent, harum rerum diligenti in primis, & optima fide. Et Pagi Critic. Hiſtor-Chronol. ad Annal. Baron. ad a. D. Jeſu 12. eiſdem neglectis contendit Cajum in Germania genitum eſſe, ſed Antii in Italia natum. Quare *Antium* ſelegerint principes Romani, docuit Strabo ſupr. Aug. 58. 2. §. 3.

23. NATALE SOLUM DILIGERE ſolemus. Cicer. LL. II. 1. *Ego vero, cum licet plures dies abeſſe, & amœnitatem, & ſalubritatem hanc ſequor: raro autem licet. Sed nimirum me alia quoque cauſa delectat, quæ te non attingit ita: quia, ſi verum dicimus, hæc eſt mea, & hujus fratris mei patria.* Plura Gruterus.

CAPUT IX.

ARG. *Caligulæ cognomen trahit, & tumultuantes poſt exceſſum Auguſti milites conſpectu ſuo flectit Cajus Cæſar Caligula.*

1 Caligulæ [1] cognomen caſtrenſi joco traxit [2]: quia manipulario [3] habitu inter mi-
2 lites educabatur. Apud quos quantum præterea per hanc nutrimentorum conſuetudinem

CALIGULA, parva *caliga*. *Caliga* calceamentum fuit militare. Dio LVII. p. 605. C. Ὁν Γάϊον Καλιγόλαν, ὅτι ἐν τῷ στρατοπέδῳ τὸ πλεῖστον τραφεὶς, τοῖς στρατιωτικοῖς ὑποδήμασιν ἀντὶ τῶν ἀστικῶν ἐχρῆτο, προσωνόμαζον. *Cui Caligula cognomen dederant, quod plerumque in exercitu educatus, militari pro urbico pedum tegmine uteretur.* Tacit. Ann. I. 41. 2. *Quem militari vocabulo Caligulam appellabant, quia plerumque ad concilianda vulgi ſtudia eo tegmine pedum induebatur.* Aurel. Vict. ſupr. 8. 4. §. 12. Illo utebantur milites gregarii, manipulares, & ob vilitatem militiæ infimum ordinem qui tenebant. Senec. de Beneſ. V. 16. *Ingratus C. Marius, ad conſulatum a caliga perductus* i. a gregario milite, & ab infimo militiæ ordine ad ſummam Reipublicæ dignitatem aſcendit. De Brev. vet. c. 17. *Marium caliga dimiſit? conſulatus exercet* i. deſiit gregarius eſſe miles, & ad conſulatum pervenit, tamen in eo ſuas moleſtias, eaſque graves incurrit. Et *in caliga juventam inopem toleraſſe* P. Ventidium dicit Plin. VII. 43. V. *Nigron. de Calig.* 3. 2. & *Lipſ. in Tacit. Ann. p.* 24. Illi inde *caligati* dicebantur. Theodoſius & Valentinianus Cod. V. 4. 21. *A caligato milite uſque ad protectoris perſonam ſine aliqua ſollennitate matrimoniorum liberam cum ingenuis duntaxat mulieribus contrahendi conjugii permittimus facultatem.* Noſt. ſupr. Aug. 25. 3. infr. Vitell. 7. 6. Plura *Nigron. de Calig.* 3. 3. *Torrentius ad Auguſtum. Licet. de Lucern.* VI. 28. Ad mediam tibiam aſcendiſſe volunt *Salmaſ. in Poll. Gall. c.* 16. *p.* 233. *Valtrin. de milit.* III. 13. *Caſtal. Obſ.* II. 4. *Ruben. de R. V.* II. I. negat *Nigron. de calig.* 4. 6. & ex ſolearum genere fuiſſe probat *ibid.* 2. §. 21. 25. V. *Gellium ſupr. Tiber.* 13. 1. §. 3. Supra genua aſcendiſſe putant *Laz. Comm. R. R.* VIII. 13. & ex illo *Dilher. Diſp. Acad. tom.* 1. *diſp.* 3. §. 6. Sed hos refellunt *Salmaſius* l. l. *Nigron. de calig.* 1. §. 2. 3.

2. CASTRENSI JOCO TRAXIT i. milites jlocalariter ludentes a caliga calceamento formarunt Caligulæ cognomentum. Docet hoc Auſon. monoſt. n. 4.

—— a quo
Cajus: cognomen Caliga cui caſtra dederant.

Tetraſt. 4. 1.

Poſt hunc caſtrenſis Caliga cognomine Cæſar.

Sidonius ſupr. Tib. 40. 1. §. 5. & Tacitus ſupr. §. 1. Etenim *jocos* & ſcommata militaria in id genus rebus efficaciſſima eſſe nullus ignorat. Namque & olim Regillianus imperator eſt ſalutatus ex nominis declinatu militariter formato. Pollio trig. tyr. c. 10. *Militari joco regna promeruit. Nam quum milites quidam cum eo cœnarent, aſtitit Valerianus tribunus, qui diceret, Regilliani nomen unde credimus dictum? Alius continuo, credimus quod a regno. Tum is, qui aderat ſcholaſticus, cœpit quaſi grammaticaliter*

Digitized by Google

ſuetudinem amore & gratia valuerit [4], maxime cognitum eſt, cum poſt exceſſum Auguſti tumultuantes & in furorem uſque præcipites ſolus haud dubie conſpectu ſuo [5] flexit. Non enim prius deſtiterunt, quam ablegari eum ob ſeditionis pericu- 3
lum [6] & in proximam civitatem [7] demandari animadvertiſſent. Tunc demum ad 4
pœnitentiam verſi, repreſſo ac retento vehiculo, invidiam, quæ ſibi fieret, deprecati ſunt [8].

ter declinare & dicere, rex, regis, regi, regillianus. Milites, ut eſt hominum genus pronum ad ea quæ cogitant, dixerunt, ergo poteſt rex eſſe? item alius, ergo poteſt nos regere? item alius, Deus tibi regis nomen impoſuit. V. quoque *Beroaldum.*

3. Manipulario i. gregali. Tacit. Ann. I. 69. 4. *Tanquam parum ambitioſe filium ducis gregali habitu circumferat, Cæſaremque Caligulam appellari velit. Manipulares* gregarios eſſe milites dixi Curt. x. 4. 3. §. 6. Quare illo educatus fuerit inter milites, docuit Tacit. ſupr. §. 1.

4. Amore, et gratia valuisse apud milites monuit quoque Aurel. Vict. ſupr. 8. 4. §. 12.

5. Conspectu suo i. præſentia ſua. Ita Mallii gravitatem commendat Claudian. conſul. n. 246.

—— rigidi ſed plena pudoris
Elucet gravitas faſtu jucunda modeſto:
Quæ non ſeditio, quæ non inſania vulgi
* *Te viſo lenita cadat.*

V. & *Barth. Adverſ.* XXII. 2. & *in Claudianum.*

6. Ablegatum ob seditionis periculum Caligulam fuiſſe docet quoque Tacit. Ann. I. 40. 2. *Cur filium parvulum, cur gravidam conjugem, inter furentes, & omnis juris humani violatores haberet? illos ſaltem avo, & Reipublica redderet.... Poſtremo uterum ejus & communem filium multo cum fletu complexus, ut abiret, perpulit.*

7. In proximam civitatem, Treverorum nimirum. Tacit. ibid. 41. 5. *Sed nihil æque flexit, quam invidia in Treveros. Orant, obſiſtunt, rediret, maneret.*

8. Invidiam deprecati sunt. Tacitus. *Orant, obſiſtunt, rediret, maneret: pars Agrippinæ occurſantes, plurimi ad Germanicum regreſſi.*

CAPUT X.

ARG. *Patrem comitatur, reverſus in proaviæ contubernio manet, illamque defunctam pro Roſtris laudat, togam ſumit, barbam ponit, ſuorum caſum obliterat, & magni in avum obſequii eſt Cajus Cæſar Caligula.*

Comitatus eſt patrem & in Syriaca expeditione. Unde reverſus primum in ma- 1. 2
tris [1], deinde ea relegata [2], in Liviæ Auguſtæ proaviæ [3] ſuæ contubernio
manſit [4]. Quam defunctam prætextatus [5] etiam tum [6] pro Roſtris [7] laudavit [8]. 3
Tranſiitque ad Antoniam aviam [9], & inde vigeſimo ætatis anno accitus Capreas a 4
Tiberio [10], uno atque eodem die togam [11] ſumpſit: barbamque poſuit [12], ſine ullo hono-

* In matris contubernio, ut ille apud Senec. Marc. c. 24. *Pupillus relictus, ſub tutorum cura ad decimum quartum annum fuit, ſub matris tutela ſemper.* Et apud Horat. Epiſt. I. 1. 22.

—— Ut piger annus
Pupillis, quos dura premit cuſtodia matrum:

2. Relegatam Agrippinam Caligulæ matrem V. ſupr. Tib. 53. 3. §. 10.

3. Proavia Caji dicitur Livia etiam infr. 23. 3. fuit enim Druſi avi ejus mater.

* 4. In Contubernio.... mansit i. in eadem domo cum matre, proavia habitavit. Quid proprie *contubernium* fuerit, dixi ſupr. Cæſ. 2. 1. §. 6. Inde cohabitationem ſignificat. V. Cæſ. 49. 1. §. 2. Eſt etiam feminarum. Cicer. Ver. v. 40. *Ubi illud contubernium muliebris militiæ in delicatiſſimo illo littore?*

* 5. Prætextatus i. *prætextam* adhuc gerens. V. Cæſ. 1. 1. §. 13.

* 6. Etiam tum prætextatus contra iſtorum temporum morem. Agebat enim annum ætatis decimum ſeptimum. Prætextæ vero ponendæ annus reipublicæ temporibus fuit ætatis annus decimus quintus expletus & decimus ſextus initus, ut ſtatuit *Noriſ. Cenot. Piſan.* II. 4. Imo licet ſtatuatur annus ſeptimus decimus completus & octavus decimus incipiens, ut voluit *Rykius* a nobis allatus ſupr. Aug. 8. 2. §. 3. tamen ſub Cæſaribus fuerit annus quartus decimus inceptus. Solito tardius prætextam ponere voluit Cajum Tiberius, ut illum a foro procul detineret, ne toga celeriter data, præcocem eidem gratiam apud populum conciliaret, ſibique imperii ſimul ac vitæ inſidiatorem maturaret.

* 7. Rostra deſcripſi ſupr. Cæſ. 6. 1. §. 6. & in illis defunctos eſſe laudatos dixi ſupr. Aug. 101. 7. §. 32.

8. Laudatas etiam poſt mortem eſſe mulieres docui ſupr. Cæſ. 6. 1. §. 5.

honore [13], qualis contigerat tyrocinio [14] fratrum ejus. Hic omnibus inſidiis tenta-
5 tus [15] elicientium, cogentiumque ſe ad querelas, nullam unquam occaſionem dedit,
6 perinde obliterato ſuorum caſu [16], ac ſi nihil cuiquam accidiſſet. Quæ vero ipſe
7 pateretur, incredibili diſſimulatione tranſmittens [17]. Tantique in avum [18], & qui
juxta erant obſequii [19], ut non immerito ſit dictum [20], *Nec ſervum meliorem* [21] *ullum, nec deteriorem dominum* [22] *fuiſſe.*

9. AVIAM, quia Druſi fuit uxor.

10. ACCITUM CAPREAS A TIBERIO Cajum dicit noſter, ſed *diſcedenti Capreas avo comitem* fuiſſe Tacit. Ann. VI. 20. 1.

11. TOGA quale veſtimentum fuerit, dictum ſupr. Cæſ. 9. 5. §. 22.

12. BARBAM POSUIT *primam*, ut Ner. infr. 12. 12. *Barbam ponit*, cui *barba* reſecatur, ut Ovid. Triſt. IV. 10. 58.

Barba reſecta mihi biſve ſemelve fuit.

Barbam quando *ponere* cœperint, & quoto ætatis anno *poſuerint* Romani, dicam infr. Ner. 12. 12. §. 44. Ille, quo *barbam ponebant*, dies, ſollennis habebatur. Mart. III. 6.

Lux tibi poſt Idus numeratur tertia Majas,
Marcelline tuis bis celebranda ſacris.
Imputat æthereos ortus hæc prima parentis,
Libat florentes has tibi prima genas.

Dio infr. Ner. 12. 12. §. 35. Et eodem munera ab amicis miſſa. Juven. III. 186.

Ille metit barbam, crinem hic deponit amati,
Plena domus libis genialibus.

Apollonidas Anthol. I. 26. 3.

Ἡδὺ παρειῶν πρῶτον θέρος ἤματι τούτῳ
Κείρεο, καὶ γενύων ἠιθέους ἕλικας,
Γάϊε· τὸν δὲ πατὴρ χειρὶ δέξεται εὐκτὸν ἴουλον
Λεύκιος, αὐξομένου πουλὺν ἐς ἠέλιον.
Δωρεῦνται χρυσέοισιν, ἐγὼ δ' ἱλαροῖς ἐλέγοισιν·
Οὐ γὰρ δὴ πλούτου Μοῦσα χερειοτέρη.

Dulce maxillarum ver die hoc
Detonde, & genarum juveniles cincinnos,
Gai: tuam vero pater accipiet manu amabilem lanuginem
Lucius, creſcentis ad multum tempus.
Divites munifici ſunt aureis, ego vero jucundis elegis:
Non enim divitiis Muſa inferior.

V. quoque *Ouzel. in Minuc. p.* 104. *Lipſ. Ann. Tacit. p.* 163.

13. HONORE, de quo ſupr. Aug. 26. 4. §. 19.

14. TYROCINIUM V. ſupr. Aug. 26. 4. §. 18.

15. INSIDIIS TENTATUS ab iiſdem ſcilicet, qui Neronem ac Druſum ejus fratres ad convicia concitaverant, ut concitati perderentur, ſupr. Tib. 54. 2. Torrentius.

16. OBLITERATO SUORUM CASU. Tacit. Ann. VI. 20. 1. *Immanem animum ſubdola modeſtia tegens, non damnatione matris, non exſilio fratrum rupta voce.* Quid *obliterare*, dixi ſupr. Tib. 22. 4. §. 9.

17. DISSIMULATIONE TRANSMITTERE debemus potentiorum injurias. Senec. de Ira II. 33. *Potentiorum injuriæ hilari vultu, non patienter tantum ferendæ ſunt. Facient iterum, ſi ſe feciſſe crediderint. Hoc habent peſſimum animi magna fortuna inſolentes, quos læſerunt & oderunt. Notiſſima vox eſt ejus, qui in cultu regum conſenuerat, cum illum quidam interrogaret: quomodo rariſſimam rem in aula conſecutus eſſet, ſenectutem? injurias, inquit, accipiendo, & gratias agendo.* Hanc artem a Livia proavia didicerat Cajus. Tacit. Ann. VI. 45. 8. *Nam & ſi commotus ingenio, ſimulationum tamen falſa in ſinu aviæ perdidicerat.* Ita legit *Caſaubonus* & *aviam* ex more ſcriptorum Romanorum, qui cognationum appellationes laxe & libere uſurpant, intelligit *proaviam*, in cujus contubernio educatum fuiſſe dixit noſt. ſupr. n. 2. Liviam vero omnium artium iſtius generis peritiſſimam fuiſſe, notum etiam illis, qui nondum ære lavantur.

18. AVUM Tiberium, cujus nepos fuit adoptivus.

19. OBSEQUII, quod *amicos parit.* Terent. Andr. I. I. 41. Eſt vero *obſequium*, obſecundatio, aſſenſus, & indulgentia ad cujuſlibet arbitrium, atque voluntatem, nulla honeſtatis ratione habita, ut illud ad *Terentium* deſcribit *Willichius*. Caji *obſequium* docet Macro apud Philon. de legat. ad Cajum p. 997. C. Ἃ παντὶ σθένει κατὰ τὸ παρῆκον ὁ Μάκρων ἐθεράπευε, τὰς μὲν ὑπονοίας τοῦ Τιβερίου, καὶ εἰ εἰς μάλιστα ἐδόκει τὴν διάνοιαν ἑλκῦσθαι, διὰ τὸ ἄληκτον ἐπὶ τοῦ υἱωνοῦ φόβον ἐξαιρῶν· εὔνουν γὰρ καὶ πειθαρχικὸν ἀπέφαινε τὸν Γάϊον. *Quibus rebus omni conatu Macro medebatur, quoad fieri poterat, ſuſpiciones eximens Tiberio, ne metu de nepote ulceraretur ejus animus: ajebat enim Cajum obſequentem illi, & benevolum.*

20. DICTUM a Paſſieno oratore. Tacit. Ann. VI. 20. 2. *Unde mox ſcitum Paſſieni oratoris dictum percrebruit....*

21. NON SERVUM MELIOREM, quia nimis humiliter ſervivit.

22. NON DOMINUM DETERIOREM, quia nimis impotenter eſt dominatus.

C A-

CAPUT XI.

ARG. *Naturam ſævam & probroſam non inhibet, ſed ſuo indicio prodit Cajus Cæſar Caligula.*

Naturam tamen ſævam atque probroſam [1] ne tunc quidem inhibere poterat: quin 1
& animadverſionibus pœniſque ad ſupplicium datorum cupidiſſime intereſſet:
& ganeas [2] atque adulteria [3] capillamento [4] celatus [5] & veſte longa [6] noctibus obiret:
ac ſcenicas ſaltandi canendique artes ſtudioſiſſime appeteret. Facile id ſane Tiberio 2
patiente, ſi per has manſueſieri [7] poſſet ferum ejus ingenium. Quod ſagaciſſimus [8]
ſenex ita prorſus perſpexerat, ut aliquoties prædicaret, *Exitio ſuo, omniumque Ca-
jum vivere* [9], *& ſe natricem* [10] (ſerpentis id genus) *populo Romano, Phaëtontem* [11] *orbi
terrarum educare.*

PROBROSUM 1. ſceleribus plenum. V. ſupr. Tib. 54. 2. §. 13.

2. GANEAS V. ſupr. Tib. 34. 2. §. 15.

3. ADULTERIA, pro locis, in quibus *adulteria* agitarentur, nove dici notat *Torrentius*.

4. CAPILLAMENTUM eſt coma adſcititia, ex alienis *capillis* conſuta. Tertull. de cult. femin. c. 7. *Affigitis neſcio quas enormitates ſutilium capillamentorum, nunc in galeri modum, quaſi in vaginam capitis, & operculum verticis, nunc in cervicem retro ſuggeſtum.* Petron. c. 70. *Sevocatumque me non minus decoro exornavit capillamento.* Hinc Firmic. VIII. 7. *Appoſitis alienis crinibus fictam pulcritudinem mentiuntur.* Clem. Alex. Pædag. III. II. Ἀλλοτρίας καὶ ἐς προσθέσεις τριχῶν τέλεον ἐκβλητέον. *Alienorum autem capillorum appoſitiones ſunt omnino reiiciendæ.* *Crinis ſuppoſititius* dicitur Scholiaſt. Juven. VI. 120. *Crine ſuppoſititio rotundo, muliebri capitis tegumento, in modum galeæ facto, quo utebantur meretrices.* Ἡ κόμη περίθετος Dioni §. 5. *galerus* noſt. Ner. 26. 2. & *galericulum* noſt. Oth. 12. 3. V. quoque *Wouwer.* in *Petronium*, *Jun. de coma c.* 7. *Soler. de pil. ſect.* 3. *Voſſ. de vit. ſerm.* II. 15. *Turneb. Adverſ.* I. 17. *Tiraq.* in III. *Leg. Connub. Gloſſ.* I. *p.* 3. *n.* 27. *Menag. jur. civil. c.* 39.

5. CELARE capillamento, ne agnoſcerentur, ſe ſolebant veteres. Ita apud Juven. III. 120. Meſſalina

> ——— *nigrum flavo crinem abſcondente galero,*
> *Intravit calidum veteri centone lupanar.*

Nero apud Dion. LXI. p. 693. D. Καὶ ἐδόκει μέν πως λανθάνειν, καὶ γὰρ ἐσθῆσι ποικίλαις, καὶ κόμαις περιθέτοις ἄλλο τι ἄλλοτε ἐχρῆτο, noſtrum infr. 26. 2. Otho infr. 12. 3.

6. VESTEM LONGAM, ut ſtolam mulier ſolet, ad pedes demiſſam, ne agnoſceretur, geſſiſſe Caligulam cenſet *Turneb. Adv.* I. 17.

7. MANSUEFIERI, quia muſica animos mitigat, & omnem detrahit ferociam. Unde Pythagoras animi perturbationes lyra componere ſolitus erat. *Beroaldus.*

8. SAGIRE quid ſit, monui ſupr. Aug. 96. 2. §. 5. *Sagaciſſimus* fuit Tiberius, unde *providus futurorum* dicitur Tacit. Ann. VI. 46. 4. φρονήσει βαθείᾳ χρώμενος, καὶ τῶν καθ' αὑτὸν ἁπάντων δεινότατος ὢν ἀφανῆ ἐνθύμια συνιδεῖν, *callidus, & in noſcitandis occultis hominum voluntatibus perſpicaciſſimus*, Philoni legat. ad Cajum p. 997. A. Unde & *præſagium* aliquod illius de Ser. Galba adfert Tacit. ibid. 20. 3. & *C. Cæſari forte orto ſermone L. Syllam irridenti, omnia Syllæ vitia, & nullam ejuſdem virtutem habiturum prædixit: ſimul crebris cum lacrymis minorem ex nepotibus complexus, truci alterius vultu; occides hunc tu, inquit, & te alius.* Idem ibid. 46. 5. Quod vaticinium hoc modo narrat Dio LVIII. p. 635. E. Ὅτι τὸν Τιβέριον καὶ ὀλίγον χρόνον βιώσεσθαι, καὶ ὑπ' αὐτοῦ ἐκείνου φονευθήσεσθαι σαφῶς ἠπίστατο· ἠγνόει μὲν γὰρ οὐδὲν οὐδὲ τῶν κατὰ τὸν Γάϊον· ἀλλὰ καὶ εἶπέ ποτε αὐτῷ διαφερομένῳ πρὸς τὸν Τιβέριον, ὅτι σύ τε τοῦτον ἀποκτενεῖς, καὶ σὲ ἄλλοι. *Quod Tiberium haud diu victurum, ac ab ipſo Cajo interemptum iri compertum habebat: nihil enim eorum, quæ etiam Cajo eſſent eventura, ignorabat: & quodam tempore ei cum Tiberio litiganti, tu quidem, inquit, hunc occides, te vero alii.*

9. EXITIO SUO, OMNIUMQUE CAJUM VIVERE. Senec. Polyb. c. 36. *Non poſſum tamen, cum omnes circumiverim Cæſares, quibus fortuna fratres & ſorores eripuit, hunc præterire ex omni Cæſarum numero excerpendum: quem rerum natura in exitium, opprobriumque humani generis edidit, a quo imperium everſum funditus.* Quare ſi diutius vixiſſet, illum de medio ſuſtuliſſet Tiberius, ut docuit Philo ſupr. Tib. 62. 5. §. 18. Imo ter, non ſemel eum Tiberio ſævienti, & ad necem poſcenti eripuit ſuis deprecationibus Macro. Τρὶς οὐχ ἅπαξ ἀπεσώθης ἂν ὑπ' αὐτῷ Τιβερίου φονῶντος, εἰ μὴ δι' ἐμὲ καὶ τὰς ἐμὰς παρηγορίας. Idem ibid. p. 1000. *B.* Καὶ ὀργῇ φασί ποτε, εἰ βραχὺν ἐπεβίω μὲν ἂν ἐκ ποδῶν ἐγεγόνει Γάϊος.

10. NATRICEM I. hominem noxium, peſtiferum. Eandem cum boa faciunt gloſſæ. *Natrix, boa*, ἔχεως εἶδος. Boa ſerpens aquatilis. *Salmaſ. Exerc. Plin. p.* 61. *a. C.*

11. PHAETON ſolis currum male regendo exuſſit orbem terrarum: ita dicebat Tiberius Cajum orbem terrarum incenſurum, & exuſturum. V. *Beroaldum* & *Mythologos.* Unde *utraſque Agrippinas Cajum & Domitium Neronem principes, totidem faces generis humani genuiſſe* dicit Plin. VII. 8.

CAPUT XII.

ARG. *Juniam Claudillam uxorem ducit, augur deſtinatur, ad pontificatum traducitur, ad ſpem ſucceſſionis admovetur, Enniam Næviam ad ſtuprum ſolicitat, & veneno Tiberium aggreditur Cajus Cæſar Caligula.*

1 Non ita multo poſt Juniam Claudillam [1] M. Silani [2] nobiliſſimi viri [3] filiam duxit
2 uxorem. Deinde augur [4] in locum fratris ſui Druſi deſtinatus, prius quam inauguraretur [5], ad pontificatum traductus eſt [6], inſigni teſtimonio pietatis, atque indolis: cum deſerta [7], deſolataque [8] reliquis ſubſidiis aula [9], Sejano vero tunc ſuſpe-
3 cto, mox & oppreſſo, ad ſpem ſucceſſionis paullatim admoveretur. Quam quo ma-

JUNIAM CLAUDILLAM, quam *Claudiam* vocat Tacit. Annal. VI. 20. 1. *Claudiam M. Silani filiam conjugio accepit.*

2. M. SILANI, qui conſul fuit ſub Tiberio, cum L. Norbano Flacco Balbo. Plin. II. 87. *M. Junio Silano, L. Balbo conſulibus a. d. 8. Idus Julias, Thia* inſula enata eſt. Hos conſules fuiſſe anno ab U. C. 771. dicunt Faſti Capitolini, & Pigh. Ann. III. p. 548. Et proconſul Africæ. Tacit. Hiſt. IV. 48. 3. *Mox C. Cæſar, turbidus animi, ac M. Silanum obtinentem Africam metuens, ablatam proconſuli legionem, miſſo in eam rem legato tradidit. Silanorum* ſtemma ponit *Lipſ. in Tacit. Ann. p.* 144.

3. NOBILISSIMI VIRI. Philo legat. ad Cajum p. 1000. E. Πενθερὸς ἐγεγόνητο αὐτῷ Μάρκος Σιλανὸς, μεγὰς φρονήματος ἀνὴρ, καὶ γένει λαμπρός. *Fuerat ei ſocer M. Silanus, vir magnanimus, & illuſtri natus familia.* Hunc tanto in honore propter *nobilitatem* generis habuerat Tiberius, ut nunquam ferre ſententiam de cauſa, in qua facta ab eo fuiſſet provocatio, voluerit: verum ei omnes hujuſmodi cauſas remiſerit. Ὁ μὲν γὰρ Τιβέριος οὕτως αὐτὸν ἐτίμησεν ὑπὸ τῆς εὐγενείας, ὥστε μήτε ἔκκλητον ποτὲ ἀπ' αὐτοῦ δικάσαι ἐθελῆσαι, ἀλλ' ἐκείνῳ πάντα αὖθις τὰ τοιαῦτα ἐγχειρίσαι. Dio LIX. *p.* 646. *A.*

4. AUGURES, illorumque inſtitutionem memoriæ prodidit Dionyſ. II. p. 125. Ἀπέδωκε δὲ τετάρτην ἱερουργιῶν διάταξιν τοῖς ἐξηγουμένοις τὰ θεόπεμπτα σημεῖα, καὶ διαιροῦσι τίνων ἐπὶ πραγμάτων, ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ: οὓς ἀφ' ἑνὸς εἴδους τῆς τέχνης, τῶν θεωρημάτων, Ῥωμαῖοι καλοῦσιν αὔγουρας, ἡμεῖς δ' ἂν εἴποιμεν οἰωνοπόλους, ἁπάσης τῆς μαντικῆς παρ' αὐτοῖς ὄντας ἐπιστήμονας, τῆς τε περὶ τὰ οὐράνια, καὶ τὰ μετάρσια, καὶ τὰ ἐπίγεια. Numa *quartum ſacrorum miniſteriorum ordinem aſſignavit illis, qui ſigna divinitus miſſa interpretantur, quique dignoſcunt ac declarant, ad quas res, privatas, an publicas ea ſpectent: quos Romani ab una ſpecie artis ipſorum, nimirum ab avium obſervatione vocant augures, nos vero diceremus* οἰωνοπόλους, *omnis divinationis, qua ipſi utuntur, peritos, tam ejus, quæ in ſignis cœleſtibus, & ſublimibus, quam ejus, quæ in terreſtribus verſatur.*

5. INAUGURANTUR, qui in ſacerdotum, & in ſpecie *augurum* numerum adſcribuntur, & cooptantur. Cicer. Phil. II. 43. *Quid igitur ceſſas? cur non inaugurare? ſume diem: vide, qui te inauguret.* Guther. de Jur. pont. I. 25. Gruch. de Comit. II. 4. Laurent. Var. ſacror. gentil. c. I. Struv. Ant. Rom. c. 12. p. 561.

6. AD PONTIFICATUM TRADUCTUS EST, utpote ſacerdotium augurum ſacerdotio honoratius. Summum inter ſacerdotes locum tenere *pontifices* dicit Dionyſ. A. R. I. p. 30. Ἐν ᾗ προθύσαντες ἱερὰ τὰ κατὰ τοὺς νόμους οἱ καλούμενοι ποντίφικες, ἱερέων οἱ διαφανέστατοι. *Hoc die ſacrificio rite peracto, illi qui pontifices vocantur, qui ſummum inter ſacerdotes locum tenent.* De *pontificum* præſtantia, & dignitate Cicer. pro Dom. ad pontif. c. I. *Cum multa divinitus, pontifices, a majoribus noſtris inventa, atque inſtituta ſunt: tum nihil præclarius, quam quod vos eoſdem, & religionibus deorum immortalium, & ſummæ reipublicæ præeſſe voluerunt: ut ampliſſimi, & clariſſimi cives rempublicam bene gerendo, pontifices religiones ſapienter interpretando, rempublicam conſervarent.* Et bene multis *Dionyſ. A. R. II. p.* 132.

7. DESERTA. Ita Senec. Marc. c. 15. *D. Auguſtus amiſſis liberis, nepotibus, exhauſta Cæſarum turba, adoptione deſertam domum fulſit.*

8. DESOLATA I. orbata, nudata. *Deſolatus* ſiquidem eſt μονωθεὶς, *ſolus* relictus. Virg. Æneid. XI. 367.

——— *ingentes & deſolavimus agros.*

Ubi Servius: *Vel dum occiduntur agricultores, vel dum coguntur ad militiam.* n. 870.

——— *deſolatique manipli.*

Virgilio ſunt infrequentia ſigna interprete Servio.... *Deſerti ſigniferi, quod nimii diſcriminis: nam hoc ubique dux præcipit, ut frequentes circa ſigna ſint milites.* Plin. Epiſt. IV. 21. *Cui nunc unus ex tribus liberis ſupereſt, domumque pluribus adminiculis paullo ante fundatam deſolatus fulcit, ac ſuſtinet.* V. Gronov. *Obſerv.* IV. 21. *Bernart. ad Papin. Theb.* X. 180.

9. SUBSIDIA AULÆ vocat liberos, ut *adminicula domus* Plinius, & *munimenta imperii* Tacit Hiſt. IV. 52. 5. *Non legiones, non claſſes, perinde firma imperii munimenta, quam numerum liberorum.* Superabat vero ex omnibus domus imperatoriæ maſculis, cum Tiberio, Druſi filio, ſed adhuc puero, ſolus Cajus. V. quoque *Buleng. de imper.* III. 18. *Lipſ. in Tacit. Ann. p.* 3.

10. Ex

Digitized by Google

magis confirmaret, amiſſa Junia ex partu [10], Enniam Næviam [11] Macronis [12] uxorem, qui tum prætoriis cohortibus [13] præerat, ſolicitavit ad ſtuprum [14], pollicitus & matrimonium ſuum, ſi potitus imperio fuiſſet: deque ea re & jurejurando [15] & chirographo cavit. Per hanc [16] inſinuatus Macroni [17] veneno Tiberium aggreſſus 4
eſt, ut quidam opinantur: ſpirantique adhuc detrahi anulum, &, quoniam ſuſpicionem retinentis dabat, pulvinum juſſit injici, atque etiam fauces manu ſua oppreſſit [18], liberto [19], qui ob atrocitatem facinoris exclamaverat, confeſtim in crucem
acto. Nec abhorret a veritate, quum ſint quidam auctores, ipſum poſtea, etſi non 5
de perfecto, at certe de cogitato quondam parricidio profeſſum. Gloriatum enim 6
eſſe aſſidue in commemoranda ſua pietate [20], *ad ulciſcendam necem matris & fratrum introiſſe ſe cum pugione cubiculum Tiberii dormientis: & miſericordia correptum, abjecto ferro*

10. Ex partu *amiſiſſe Juniam* dicit Caligulam noſter, unde immaturo fato abſumptam dicit Philo de legat. ad Cajum p. 1000. E. Ὠκυμόρου τῆς θυγατρὸς ἀποθανούσης. *Domo exegiſſe* Dio LIX. p. 646. B. Τήν τε θυγατέρα αὐτοῦ ἐκβαλών.

11. Enniam Næviam, quam *Enniam Thraſyllam* vocat Dio LVIII. p. 639. A. Ὅτι ἐς ἔρωτα αὐτὸν τῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς Ἐννίας Θρασύλλης προηγάγετο. *Quod enim*, Caligulam, *in amorem uxoris ſuæ Enniæ Thraſyllæ pellexerat*. Sed tantum *Enniam* Tacitus *infr.* §. 14.

12. Macronis, quem Nævium Sertorium *Maçronem* vocat Dio LVIII. p. 626. C. Ναιβίου Σερτωρίου Μάκρωνος.

13. Prætoriis cohortibus præfecerat Macronem loco Sejani, quem Macronis opera ſubvertere conabatur, Tiberius. Αὐτὸν τῶν σωματοφυλάκων κρύφα ἀντικαταστήσας, καὶ πάνθ' ὅσα ἐχρῆν πραχθῆναι, προδιδάξας. Dio. * Hujus *præfecturæ vim antea modicam intendiſſe* dicit Tacit. Aug. 49. 4. §. 12. 1. auxiſſe aſſumpta aliarum quoque rerum cura. Sejanum enim, quem *viderat collegam patris regendis prætoriis cohortibus*, deinde *Urbis*, non *militiæ* tantum *munia obeuntem* vidit M. Terentius apud eundem Ann. VI. 8. 3. Et cum aliquamdiu prætoriis cohortibus cum patre præfuerat, σύμβουλον καὶ ὑπηρέτην πρὸς πάντα feciſſe prodit Dio LVII. p. 616. D. Imo potentiam maximam propter illam prætorianorum militum præfecturam habuiſſe narrat Joſeph. Ant. XVIII. 8. Δύναμιν ἐν τῷ τότε μεγίστην ἔχοντος διὰ τὸ τῶν στρατευμάτων εἶναι ἡγεμονίαν αὐτῷ. Nec mirum. Salus enim imperatorum, qui plerique in tyrannos deſciverant, & ſecuritas unice ſita erat in voluntate & fide militum prætorianorum: inter hos autem plurimum poterant ipſorum præfecti, quibus ea de cauſa ſe committebant. Herodian. V. 1. §. 3. Αὐτοῖς ὁ βασιλεὺς τοῖς ἐπάρχουσι τῶν στρατοπέδων πεπίστευται. Hinc factum, ut præfecti hi deinceps curaverint & adminiſtraverint omnia ad aulam, & ad totam Urbem pertinentia: & in illorum gratiam ſe inſinuaverint, qui ſucceſſionem in imperium, ut Caligula, meditarentur. V. etiam Clariſſ. Perizon. Diſſert. de prætorio 11. 43. & Huber. comm. Reſp. c. 13.

14. Solicitavit ad stuprum, imo Caligulam in amorem uxoris pellexit Macro ſi fides Dioni §. 11. &, ſi Tacito habenda eſt Ann. VI. 45. 7. illam immiſit, ut Caligulam amore illiceret. *Impuleratque poſt mortem Claudiæ, uxorem ſuam Enniam immittendo, amore juvenem illicere, pactoque matrimonii vincire, nihil abnuentem, dum dominationis apiſceretur.*

15. Jurejurando ſponſalia firmare ſolebant veteres. Homer. Iliad. XIV. 271.

Ἄγρει νῦν μοι ὄμοσσον ἀάατον Στυγὸς ὕδωρ·
Ἦ μὲν ἐμοὶ δώσειν Χαρίτων μίαν ὁπλοτεράων,
Πασιθέην.
Age nunc mihi jura inviolabilem Stygis aquam:
Certe te mihi daturam eſſe Gratiarum unam juniorum,
Paſitheam.

Exempla ex ſacris & prophanis collegit *Alard. ad Valer. Flacc.* VII. 497.

16. Per hanc Enniam. Philo de legat. ad Cajum p. 997. E. Ἀλλὰ καὶ ἡ Μάκρωνος γυνὴ διὰ συγκεκρυμμένην αἰτίαν, ἣ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἤλειφε καὶ συνεκρότει τὸν ἄνδρα μηδὲν ἀνιέναι σπουδῆς καὶ βοηθείας τῆς ὑπὲρ τοῦ νεανίσκου. Δεινὸν δὲ γυνὴ γνώμην ἀνδρὸς παραλῦσαι καὶ παραγαγεῖν καὶ μάλιστα μαχλάς. *Sed & uxor Macronis propter quiddam tectum ſilentio: quæ quotidie maritum incitabat, ne ullam occaſionem favoris, & juvandi juvenis prætermitteret. Eſt autem ad impellendum virum efficax potiſſimum impudica mulier.*

17. Insinuatus Macroni, 1. apud *Macronem* in gratia poſitus. Plaut. Ciſt. I. 1. 91.

Quo is homo inſinuavit pacto ſe ad te?

n. 94.

Inde in amicitiam inſinuavit cum matre, & mecum ſimul
Blanditiis, muneribus, donis.

Noſt. Oth. 2. 4. Gramm. 21. 2. Horat. 3. Quid proprie ſit *inſinuare*, dixi ad Curt. V. 3. 2. §. 9.

18. Fauces manu sua oppressit 1. compreſſis manu *faucibus* ſtrangulavit. *Sabellicus.*

19. Liberto Tiberii. *Libertos* etiam in crucem fuiſſe actos Aſiatici nos docet interitus apud Tacit.

ferro receſſiſſe: nec illum, quamquam ſenſiſſet, aut inquirere quicquam, aut exſequi [21] *auſum.*

Hiſt. IV. 11. 7. *Aſiaticus* (*enim is libertus*) *malam potentiam ſervili ſupplicio expiavit.*

20. PIETATIS officio videtur functus Caligula, dum tentavit ulciſci necem matris & fratrum. V. *ſupr. Aug.* 10. 1. §. 1.

21. EXSEQUI I. punire V. ſupr. Cæſ. 67. 1. §. 3.

CAPUT XIII.

ARG. *Imperium adipiſcitur, populum Romanum voti compotem facit, a Miſeno movet, denſo & læto obviorum agmine incedit, & ſidus.... appellatur Cajus Cæſar Caligula.*

1 Sic imperium adeptus [1] populum Romanum, vel, dicam [2] hominum genus [3], voti compotem fecit, exoptatiſſimus princeps maximæ parti provincialium ac militum, qui infantem plerique cognoverant: ſed & univerſæ plebi urbanæ ob me-
2 moriam Germanici patris [4] miſerationemque prope afflictæ [5] domus. Itaque ut a Miſeno [6] movit [7] quamvis lugentis habitu, & funus Tiberii [8] proſequens: tamen inter altaria [9] & victimas, ardenteſque tædas [10] denſiſſimo & lætiſſimo obviorum agmine inceſſit

IMPERIUM ADEPTUS, a Tiberio moribundo ſibi traditum. Joſeph. Ant. Jud. XVIII. 8. Καὶ πρὸς δὲ συντεταραγμένος τῇ παρὰ δόξαν τῆς ἀρχῆς εἰς ὃν οὐκ ἤθελεν περιόδῳ, ἄκων τε καὶ μὴ βουλόμενος, φησὶ γοῦν πρὸς τὸν Γάϊον: ὦ παῖ, καίπερ μοι συγγενεστέρου Τιβερίου, ἢ κατὰ σὲ ὄντος, δόξῃ τε τῇ ἐμαυτοῦ, καὶ τῶν ὁμοψήφων ἐπ' αὐτῇ τῶν θεῶν, σοὶ φέρων ἐγχειρίζω τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν. *Itaque quamvis turbatus inopinata principatus ſui ſucceſſione, invitus & nolens ſic Cajum alloquitur: fili, etiamſi Tiberius propiore conſanguinitate me contingat, tamen tum meum de te judicium, tum vero deorum immortalium ſuffragium ſecutus, tibi in manus trado Romanum imperium.*

2. VEL DICAM formula eſt correctionis, qua etiam utitur Cicer. Attic. IX. 6. *Unum illud extimeſcebam, ne quid turpiter facerem, vel dicam, jam effeciſſem.*

3. HOMINUM GENUS dum dicitur populus Romanus, magnitudine Romana totus orbis involvitur, ut ei nihil accidere poſſit, quin univerſos contingat. Flor. præf. n. 2. *Non unius populi, ſed generis humani facta diſcant.* IV. 3. 8. *Cum Romana dominationis, id eſt, humani generis converſione, penitus intremuit.* Noſt. infr. Galb. 9. 7. V. *Freinshemium.*

4. OB MEMORIAM GERMANICI PATRIS apud populum gratioſum fuiſſe Caligulam dixit quoque *Joſephus* ſupr. 3. 1. §. 1.

5. AFFLICTÆ I. ſubverſæ, quia ſolus ex Germanici ſupererat liberis. Noſt. Veſp. 8. 2. Quid proprie *affligere* ſit, dixi ſupr. Aug. 66. 2. §. 5.

6. MISENUM V. ſupr. Aug. 49. 2. §. 2.

7. MOVERE.... quis dicatur V. ſupr. Cæſ. 60. 1. §. 6.

8. FUNUS TIBERII quomodo *proſecutus* fuerit Cajus, docet Joſeph. Ant. Jud. XVIII. 8. Γάϊος δὲ εἰς Ῥώμην παρῆν, ἄγων τοῦ Τιβερίου τὸ σῶμα, ταφάς τε αὐτοῦ ποιεῖται πολυτελεῖς νόμοις τοῖς πατρίοις. *Cajus Romam reverſus, Tiberii ſimul corpus referens, more patrio funus celebravit ſumptuoſiſſime.*

9. ALTARIA ut exſtruerentur, & *victimæ* ut cæderentur, quoties e longinquo imperatori adventanti ſenatus populuſque Romanus feſta fronde coronatus obviam procedebat, moris fuit. Appian. B. C. V. p. 715. Τὰ δὲ μὲν ἔπραξαν, καὶ διακριθέντες ἀλλήλων, Καῖσαρ καὶ Ἀντώνιος ὥδευον ἐς Ῥώμην. Πυθόμενοι δὲ ἥ τε πόλις καὶ ἡ Ἰταλία, ἐπαιάνιζον αὐτίκα ἅπαντες ὡς ἐπὶ εἰρήνῃ.... Ὥστε παροδεύουσιν αὐτοῖς, οἷα σωτῆρσιν, ἐγίγνοντο θυσίαι. *His tranſactis diſceſſerunt Cæſar & Antonius ad Urbem terreſtri itinere. Ad ejus pacis nuntium, Urbs & Italia feſtis conclamationibus perſtrepuit.... Quapropter tranſeuntibus illis ſacra faciebant ut ſervatoribus.* De *altaribus* & *victimis* Caligulæ poſitis & cæſis Philo legat. ad Cajum 994. A. Οὐδὲν γὰρ ἦν ἰδεῖν ἕτερον κατὰ πόλεις ἢ βωμούς, ἱερεῖα, θυσίας, λευχειμονοῦντας, ἐστεφανωμένους, φαιδρούς, εὐμένειαν ἐξ ἱλαρᾶς τῆς ὄψεως προφαίνοντας.... *Erat igitur videre nihil aliud per ſingulas urbes, quam altaria, victimas, ſacrificia, candidatos, coronatos, hilares, blandoſque vultus omnium.* Fluxit hic mos ab Ægyptiis, a quibus Veſpaſianum hoc modo exceptum etiam eſſe narrat Philoſtr. de vit. Apollon. V. 9. Προσιόντι τῷ αὐτοκράτορι, τὰ μὲν ἱερὰ πρὸ πυλῶν ἀπήντα, καὶ τὰ τῆς Αἰγύπτου τέλη, καὶ οἱ νόμοι, καθ' οὓς Αἴγυπτος τέτακται. *Venienti imperatori ſacra ad portas obviam proceſſere, myſteria, & leges, quibus Ægyptus regitur.* Et Græcis. Juſtin. XXIV. 3. 4. *Prægreſſa virum* Arſinoe, *diem feſtum Urbi in adventum ejus indicit: domos, templa, cæteraque omnia exornari jubet: aras ubique hoſtiaſque diſponi.* Originem rei docet Cicero: nam primitus diis hic honos exhibitus, cum transferrentur illorum imagines. Sic enim ille Verr. IV. 35. *Quid hoc tota Sicilia eſt clarius, quam omnes Segeſtanas matronas, & virgines conveniſſe, cum Diana exportaretur ex oppido? unxiſſe unguentis? compleſſe coronis & floribus? thure, odoribuſque incenſis uſque ad agri fines proſecutas eſſe?* Noſt. ſupr.

Digitized by Google

inceſſit ſuper fauſta nomina [11], *ſidus* [12] *&* *pullum* [13] *&* *puppum* [14] *&* *alumnum* [15] appellantium.

ſupr. Aug. 98. 3. infr. Galb. 18. 2. Ner. 25. 5. De hoc more etiam agunt *Lipſ. in Tacit. Hiſtor. p.* 18. *Buleng. de imper. Rom.* III. 8. *Berthald. de ara c.* 30. & ad hunc locum *Caſaubonus.*

10. TÆDAS i. faces, quas ex lignis pingiiiſſimis, & facile flammam concipientibus faciebant, ut dicam Ner. 38. 2. §. 8. Prop. II. 23. 40.

Quum videt accenſis devotam currere tædis.

His incenſis imperatoribus ire obviam ſolebant veteres. Ita Caracallæ Alexandriam properanti obvios fuiſſe Alexandrinos prodidit Herodian. IV. 8. 19. Δᾳδουχίαις τε καὶ ἀνθέων βολαῖς ἐτίμων τὸν βασιλέα. *Tædas præferentes, & flores ſpargentes imperatorem honorabant.* Severo Romam intranti Romanos Dio LXXV. p. 839. C. Ἥ τε γὰρ πόλις πᾶσα ἄνθεσί τε καὶ δάφναις ἐστεφάνωτο, καὶ ἱματίοις ποικίλοις ἐκεκόσμητο, φωτί τε καὶ θυμιάμασιν ἔλαμπε. *Nam Urbs tota floribus & laureis coronabatur, & variis veſtibus ornabatur, lumine & ſuffitibus ſplendebat.* Juliano Ammian. XXI. 10. *Eumque ſuburbanis propinquantem amplis nimiumque protentis, militaris, & omnis generis turba cum lumine multo, & floribus, votiſque fauſtis Auguſtum appellans, & dominum, duxit in regiam.* V. *Caſaubonum.*

11. FAUSTA NOMINA ſunt Pater, Princeps, Magnus, Pius, Felix, Victor, Auguſtus, & ſimilia. Senec. de Clem. I. 14. *Hoc quod Parenti, etiam Principi faciendum eſt: quem appellavimus patrem patriæ, non adulatione vana adducti. Cætera enim cognomina honori data ſunt. Magnos, & Felices, & Auguſtos diximus, & ambitioſæ majeſtati quidquid potuimus titulorum congeſſimus.* V. *Torrentium, Lipſ. in Tacit. Ann. p.* 21. *Fabr. Semeſtr.* I. 14.

12. SIDUS appellabant Cajum ob iuuſtatem, aut etiam oris venuſtatem. Hor. Od. III. 9. 21.

Quamquam ſidere pulcrior
Ille eſt.

Sat. I. 7. 24.

Solem Aſiæ Brutum appellat, ſtellaſque ſalubres
Appellat comites.

Torrentius & Cuper. Lactant. præf. p. 6.

13. PULLUS blandientium eſt, maxime in amoribus. Feſtus. *Pullus Jovis dicebatur Q. Fabius, cui Eburno cognomen erat propter candorem, quod ejus natis fulmine icta erat. Antiqui autem puerum, quem quis amabat, pullum ejus dicebant.* Plaut. Caſin. I. 1. 50.

Meus pullus, paſſer, mea columba, mi lepus.

Beroaldus.

14. PUPPUS eorundem eſt blandientium. Veteres enim pueros *puppos*, & puellas *puppas* dixerunt. Varro apud Nonium II. 675.

Ac mammam lactis ſugentem paſcere puppum.

Mart. IV. 15. 1.

Dicis ſe vetulam, cum ſit Cærelia puppa,
Puppam ſe dicis Gellia, cum ſit anus.

Hinc diminutivum *puppulus* apud Senec. Epiſt. 12. *Puppulus & jam delicioſum meum factus eſt.* Et Catull. 56. 5.

Deprendi modo puppulum puellæ
Truſantem.

15. ALUMNUM utpote in caſtris educatum. *Alumnos*, quos educaverunt, vocant nutrices illis blandientes. Plaut. Moſt. I. 4. 12.

Ocellus meus, tuus ſum alumnus.

De *alumni* ſignificatione paſſiva tantum, & activa ſimul paſſivaque quinam inter ſe decertent, monui ad Curt. III. 6. 1. §. 5.

CAPUT XIV.

ARG. *Urbem ingreditur, Tiberii voluntatem irritam facit, jus arbitriumque omnium rerum in ſe recipit, vota pro reditu ſuſcipiuntur, dum in proximas Campaniæ inſulas trajicit, in valetudinem adverſam incidit & defletur, & ab Artabano Parthorum rege magni fit Cajus Cæſar Caligula.*

Ingreſſoque Urbem, ſtatim conſenſu ſenatus [1], & irrumpentis in curiam turbæ [2], 1
irrita Tiberii voluntate [3], qui teſtamento alterum nepotem [4] ſuum prætextatum adhuc

1. CONSENSU SENATUS irritam Tiberii voluntatem feciſſe Cajum docet quoque Dio LIX. p. 640. B. Ὁ δὲ δὴ Γάϊος τὰς διαθήκας αὐτοῦ ἐς τὸ συνέδριον διὰ τοῦ Μάκρωνος ἐσπέμψας, ἀκύρους ὑπό τε τῶν ὑπάτων, καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων τῶν προπαρεσκευασμένων ἐποίησε. *Sed Cajus teſtamentum per Macronem in ſenatum miſit, idque conſulum, reliquorumque ante ad hoc præparatorum ſententiis irritum fecit.*

2. IN CURIAM TURBA hæc tumultuans admiſſa non fuit, ſed dum patres deliberarunt, ad fores curiæ manſit, & mox factum decretum applauſu, & magnis acclamationibus excepit. *Caſaubonus.*

3. IRRITA VOLUNTATE, quia videbatur eſſe ὡς παραφρονήσαντος, ὅτι παιδίῳ, ᾧ μηδὲ ἐσελθεῖν ἐς τὸ βουλευτήριον ἐξῆν, ἄρχειν σφᾶς ἐπιτρέψε: *tanquam ab homine mentis inope conditum, qui imperium puero, cui ne in curiam eſſet per ætatem aditus, commiſiſſet.* Dio C. Unde Philo de legat. ad Cajum p. 995. E. Συναγαγὼν τοὺς ἐν τέλει, Βούλομαι μὲν, ἔφη, τὸν γένει μὲν ἀνεψιὸν, εὐνοίᾳ δὲ ἀδελφὸν, ἑπόμενος καὶ τῇ τοῦ τετελευτηκότος Τιβερίου γνώμῃ, κοινοπραγεῖν τῆς αὐτοκρατοῦς ἐξουσίας: ὁρᾶτε δὲ καὶ αὐτοὶ νήπιον ἔτι ὄντα κομιδῇ, καὶ χρῄ-

adhuc cohæredem [5] ei dederat, jus arbitriumque [6] omnium rerum illi permiſſum eſt, tanta publica lætitia, ut tribus proximis menſibus, ac ne totis quidem, ſupra cen-
2 tum [7] ſexaginta millia victimarum cæſa tradantur. Cum deinde paucos poſt dies in proximas Campaniæ inſulas trajeciſſet, vota pro reditu ſuſcepta ſunt; ne minimam quidem occaſionem quoquam omittente in teſtificanda ſolicitudine [8], & cura de in-
3 columitate ejus. Ut vero in adverſam valetudinem [9] incidit, pernoctantibus cunctis circa Palatium [10], non defuerunt, qui depugnaturos ſe armis [11] pro ſalute ægri, qui-
4 que capita ſua titulo [12] propoſito [13] voverent [14]. Acceſſit ad immenſum civium amo-
5 rem, notabilis etiam exterorum favor. Namque Artabanus Parthorum rex, odium ſemper

ζοντα ἐπιστάτου, καὶ διδασκάλου, καὶ παιδαγωγοῦ. *Convocatis optimatibus, vellem, inquit, hunc cognatione patruelem, benevolentia fratrem, juxta extremam Tiberii voluntatem, in imperii ſocietatem aſſumere: ſed ipſi videtis eum admodum puerum eſſe, & opus habere curatoribus, & pædagogis, & præceptoribus.*

4. Alterum nepotem, Tiberium, Druſi filium.

5. Cohæredem bonorum & imperii. Utrique enim imperium communicatum tradit Philo D. Τὸν γὰρ ἀνεψιὸν καὶ κοινωνὸν ἀπολειφθέντα τῆς ἀρχῆς κτείνει. *Suum enim patruelem, & imperii cohæredem occidit.* Quamvis Tiberio nepoti imperium reliquiſſe Tiberium dicat Dio LIX. p. 640. B. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ καὶ τῷ Τιβερίῳ τῷ ἐγγόνῳ τὴν αὐταρχίαν κατέλιπεν. Sed Cajo Rempublicam commiſiſſe Joſephus, quem V. ſupr. 13. 1. §. 1.

6. Jus arbitriumque ſeparat noſter, ut *judicium* & *arbitrium* Cicer. Q. Roſc. Com. 4. *Aliud eſt judicium, aliud arbitrium. Judicium eſt pecuniæ certæ: arbitrium incertæ. Ad judicium hoc modo venimus, ut totam litem aut obtineamus, aut amittamus: ad arbitrium hoc modo adimus, ut neque nihil, neque tantum, quantum poſtulavimus, conſequamur.* Ita judicem diverſum eſſe ab arbitro docet *Popm. Diff. verb.* 1. *p.* 27. V. & *Curt.* VI. 1. 19. §. 42.

7. Supra centum *ſexaginta millia victimarum* eſſe *cæſa* non miraberis mi lector, ſi perpenderis Philonem allatum ſupr. 13. 2. §. 8.

8. Solicitudo *eſt in metu malorum, ut* cura *in ſpe bonorum*, ut loquitur Donat. ad Terent. Phorm. II. 4. 1.

Quanta me cura & ſolicitudine afficit
Gnatus.

9. In adversam valetudinem qui inciderit Cajus, docet Philo legat. ad illum p. 994. C. Τῷ δὲ ὀγδόῳ κατασκήπτει βαρεῖα νόσος τῷ Γαΐῳ, τὴν πρὸ μικροῦ δίαιταν ὅτε ἔζη Τιβέριος, εὐκολωτέραν, καὶ διὰ τοῦτο ὑγιεινοτέραν οὖσαν, εἰς πολυτέλειαν μεθαρμοσαμένῳ. Πολὺς γὰρ ἄκρατος, καὶ ὀψοφαγία, καὶ ἐπὶ πλήρεσι τοῖς ὄγκοις ἀπλήρωτοι ἐπιθυμίαι, θερμολουσίαι τε ἄκαιροι, καὶ ἔμετοι, καὶ εὐθὺς πάλιν οἰνοφλυγίαι, καὶ ἔφεδροι γαστριμαργίαι, λαγνεῖαι διὰ παίδων καὶ γυναικῶν, καὶ ὅσα ἄλλα καθαιρετικὰ ψυχῆς καὶ σώματος, καὶ τῶν ἐν ἑκατέρῳ δεσμῶν συνετίθετο. *Octavo autem* menſe *gravis morbus Cajum invaſit, quia frugaliorem victus rationem, & ſalubriorem, qua uſus ſub Tiberio fuerat, in luxum mutavit. Multum enim abſumebatur meri, cupediarumque, & pleno ventre non ſatiabatur concupiſcentia: accedebant eo balnea parum tempeſtiva, tum vomitus, rurſumque compotationes, & voluptates ventris, ac eorum, quæ ſub ventre ſunt, volutationeſque cum feminis ac pueris, & quidquid vel animo, vel corpori noxium conjunctionem eorum conatur dirimere.*

* 10. Pernoctare circa Palatium, ire redire viam multoties, & oculis atque auribus haurire velle, an ægroti valetudo in melius eat, character eſt hominis de ejus ſalute anxii. Stat. Sylv. I. 4. 117.

——— *quis omni*
Luce mihi, quis nocte timor? dum poſtibus hærens
Aſſiduus, nunc aure vigil, nunc lumine, cuncta
Auguror.

11. Depugnaturos se armis, quia mortem morte redimi, & ſi vitam aliorum, ægrotorum loco projeciſſent, ægrotos periculo eripi poſſe putabant veteres. Juven. XII. 115.

Alter enim, ſi concedas mactare, vovebit
De grege ſervorum magna aut pulcerrima quæque
Corpora, vel pueris, & frontibus ancillarum
Imponet vittas, &, ſi qua eſt nubilis illi
Iphigeneia domi, dabit hanc altaribus.

Noſt. Ner. 36. 3. Ob eandem cauſam pro ſalute principis committebantur gladiatores. Horum armis pro Caji ſalute ſe depugnaturum promiſerat Atanius Secundus. Dio LIX. p. 645. E. Ἀτάνιος δέ τις Σεκοῦνδος, ἱππεύς τε ὢν καὶ μονομαχήσειν ἐπαγγειλάμενος, ἄν γε ὁ Γάιος σωθῇ. V. *Caſaubonum*, *Chimentel. de hon. biſel. c.* 35.

12. Titulus quis hic, num verbenæ, & infulæ? fortaſſe etiam ſcriptum elogium? *Tomaſin. de donar. c.* 19.

13. Proposito publice, ut nemo ejus voti reos eſſe ignoraret. Hoc ſignificat *proponere*, ut dixi ſupr. Tib. 48. 1. §. 2.

14. Voverent. Hinc *principibus devoti* dicimur illis ſubjecti. Quem loquendi modum fluxiſſe a facto S. Pacuvii docet Dio LIII. p. 510. C. Χαριζομένων δ' αὐτῷ καθ' ὑπερβολὴν ἄλλων ἄλλα, Σέξτος τις Πακούβιος, ὡς δ' ἕτεροι λέγουσιν, Ἀπούδιος, πάντας ἐξενίκησεν. Ἐν γὰρ τῷ συνεδρίῳ ἑαυτόν τέ οἱ τὸν τῶν Ἰβήρων τρόπον καθωσίωσε, καὶ τοῖς ἄλλοις συνεβούλευε τοῦτο ποιῆσαι.... Ἀφ' οὗπερ καὶ νῦν προστρεπόμενοι τὸν κρατοῦντα, λέγειν εἰώθαμεν, ὅτι σοὶ καθωσιώμεθα. *Quum aliis alii*

medi-

Digitized by Google

ſemper contemptumque Tiberii præ ſe ferens, amicitiam ejus ultro petiit: venitque ad colloquium legati conſularis [15], & tranſgreſſus Euphratem [16], aquilas & ſigna Romana [17] Cæſarumque [18] imagines [19] adoravit [20].

modis immodice ei gratularentur, Sextus quidam Pacuvius, quem alii Apudium nominant, omnium ſtudia ſuperavit, more Hiſpanorum in ſenatu Cæſari ſe devovens, idemque ut facerent, aliis ſuadens.... Unde & nunc qui imperatorem compellant, ſe ei dicunt devotos. Hinc Symm. Epiſt. III. 62. *Devotione, qua ſoleo.* V. etiam *Buleng. de imper. Rom.* I. 33.

15. LEGATUS CONSULARIS quis fuerit dictus, docuit nos Dio ſupr. Aug. 47. 1. 4. *Legatus* hic fuit Vitellius, cujus opera Artabani amicitiam petiit Tiberius. Joſeph. Ant. Jud. XVIII. 6. Ταῦτα ἀκούσας ὁ Τιβέριος ἠξίου φιλίαν αὐτῷ γενέσθαι πρὸς τὸν Ἀρτάβανον.... ἐπὶ τὸν Εὐφράτην παρῆσαν ὅ τε Ἀρτάβανος, καὶ ὁ Οὐιτέλλιος: καὶ ζεύξεως τῷ ποταμῷ γενομένης, κατὰ τὸ μεσαίτατον τῆς γεφύρας ἀλλήλους ὑπηντίαζον μετὰ φυλακῆς ἑκάτερος τῆς περὶ αὐτόν. *His auditis Tiberius petiit amicitiam Artabani.... convenerunt ad Euphratem Artabanus & Vitellius, & in medio pontis facti ſibi occurrerunt cum ſuo quiſque ſatellitio.* Ad colloquium hoc a Vitellio coactum fuiſſe Artabanum dicit Dio LIX. p. 661. C. Ὁ Βιτέλλιος ὁ Λούκιος τὸν Ἀρτάβανον κατέπληξέ τε ἀπαντήσας αὐτῷ ἐξαπιναίως περὶ τὸν Εὐφράτην ἤδη ὄντι, καὶ ἐς τε λόγους αὐτὸν ὑπηγάγετο. *L. Vitellius Artabanum obviam ei repente ad Euphratem factus, ita exterruerat, ut in colloquium veniret.* Sed *ſummis artibus pellectum* noſt. Vit. 2. 7.

16. EUPHRATEM deſcripſi ad Curt. III. I. 10. §. 49.

17. SIGNA ROMANA in legione tot, quot cohortes, id eſt, decem. *Signa* non aliud olim, quam oblongæ haſtæ, quibus in ſummo breve tranſverſim appoſitum lignum, tantum non ad formam crucis. In medio titulus COH. VI.... pro numero. Tertullian. Apolog. c. 16. *Omnes illi imaginum ſuggeſtus in ſignis, monilia crucium ſunt. Supara illa vexillorum & labarorum ſtolæ crucium ſunt.* Lipſ. in Tacit. Ann. p. 178.

18. CÆSARUM Auguſti & Caji. Dio LIX. p. 661. C. Καὶ ἔθυσε ταῖς τοῦ Αὐγούστου τοῦ τε Γαΐου εἰκόσιν ἠνάγκασε. *Ac ſacrificare cum Auguſti & Caji ſtatuis coegerat.*

19. IMAGINES Cæſarum fuerunt ex auro, argentove illorum, ut quiſquê imperabat, ſimulacra. Ab Auguſto fuere. Iſidor. XVIII. 3. *Pilam in ſigna conſtituiſſe fertur Auguſtus, propter nationes ſibi in cuncto orbe ſubjectas, ut magis figuram orbis oſtenderet. Pilam* appellat rotundas illas imagines, quas innexas a ſummo ad medium videbis in ſignis. Ideo *imaginum ſuggeſtus* dixit Tertull. §. 17. & Tacit. Ann. XV. 29. 4. *Hinc agmina legionum ſtetere fulgentibus aquilis, ſigniſque, & ſimulacris deum in modum templi.* Talis *imago* fuit imago Galbæ, de qua Tacit. Hiſt. I. 41. I. *Vexillarius comitantis Galbam cohortis dereptam Galbæ imaginem ſolo afflixit.* Talis Conſtantini, de qua Euſeb. de vita ejus I. 25. Τὸ δ᾽ ὄρθιον δόρυ τὴν τοῦ θεοφιλοῦς βασιλέως εἰκόνα χρυσῆν μέχρι στέρνων, τῶν τε αὐτοῦ παίδων ὁμοίως ἔφερε. *Erectum vero haſtile imaginem pii imperatoris auream pectore tenus expreſſam, atque una filiorum ejus habebat.* V. etiam *Lipſ. in Tacit. Ann. p.* 178. *de Mil. Rom.* IV. 5. *Stewech. in Veges. p.* 122. *Buleng. de imperat.* II. 12. *Hoeping. de inſignium priſco & novo jure c.* 17. §. 7.

20. ADORAVIT, quia caſtrorum dii erant ſigna militaria & aquilæ. Tacit. Ann. II. 17. 2. *Interea pulcerrimum augurium octo aquilæ petere ſylvas, & intrare viſæ, imperatorem advertere. exclamat, irent, ſequerentur Romanas aves, propria legionum numina.* I. 39. 5. *Planco maxime, quem dignitas fuga impediverat: neque aliud periclitanti ſubſidium quam caſtra primæ legionis. Illic ſigna & aquilam complexus, religione ſeſe tutabatur.* Quin & per aquilas & ſigna militaria non ſecus ac per deos jurabant. Liv. XXVI. 48. *Stare hinc legionarios milites, hinc claſſicos, per omnes deos paratos jurare magis quæ velint, quam quæ ſciant vera eſſe: & obſtringere perjurio non ſe ſolum ſuumque caput, ſed ſigna militaria & aquilas, ſacramentique religionem.* Noſt. Vitel. II. 7. V. *Cuper. Obſ.* IV. 19. *Lipſ. in Tacit. Ann. p.* 37. *Buleng. de imper.* II. 12. *Valerin. de mil.* III. 9. *Figrel. de ſtat. c.* 31. *Kemp. de ojcul. diſſ.* 9. §. 22. *Roa ſingul.* I. I. I. *Stewech. in Veget.* II. 6. *Ferrar. Elect.* I. 4.

CAPUT XV.

ARG. *Hominum ſtudia incendit, Tiberium pro concione laudat, matris, fratriſque cineres ex Pandataria, & Pontia inſulis Romam ſubvectos Mauſoleo infert, illiſque inferias inſtituit, Septembrem Germanicum appellat, Antoniæ aviæ honores congerit, patruum Claudium collegam in conſulatu aſſumit, Tiberium fratrem adoptat, civibus ſacramentorum, & conſulibus relationum formulam præſcribit, criminum gratiam facit, & commentarios de matris, fratrumque cauſis, deque ſua ſalute cremat Cajus Cæſar Caligula.*

Digitized by Google

1.2 Incendebat & ipſe ſtudia hominum omni genere popularitatis [1]. Tiberio cum plurimis lacrymis pro concione laudato, funeratoque ampliſſime [2], confeſtim Pandatariam [3] & Pontias [4], ad transferendos matris fratriſque [5] cineres feſtinavit, tempeſtate turbida, quo magis pietas emineret: adiitque venerabundus, ac per ſemet [6]
3 in urnas [7] condidit. Nec minore ſcena [8] Oſtiam [9], præfixo in biremis puppe vexillo, & inde Romam Tiberi ſubvectos, per ſplendidiſſimum [10] quemque equeſtris ordinis, medio ac frequenti die [11] duobus ferculis [12] Mauſoleo [13] intulit [14]: inferiaſque his annua [15] religione publice inſtituit [16]: & eo amplius matri circenſes [17], carpentumque

POPULARITATIS i. humanitatis. Plin. Epiſt. VI. 31. *Dixit cauſam Claudius Ariſto, homo innoxiæ popularitatis. Popularis* Donat. Phorm. I. I. I. *eſt populo amatus, & popularis humilis.* V. illum Ner. 43. I. §. 6.

2. FUNERATO AMPLISSIME i. *amplo funere elato*, ut de Eumene Nep. 4. 4. & de Claudio noſt. infr. Ner. 9. I. de Cercopitheco noſt. infr. 30. 6.

3. PANDATARIA inſula ubi ſita, docui ſupr. Aug. 65. 2. §. 4.

4. PONTIA inſula ubi ſita, dixi ſupr. Tib. 54. 2. §. 14.

5. FRATRIS Neronis. V. ſupr. Tib. 54. 2.

6. PER SEMET *condidit.* Dio LIX. p. 642. A. Τά τε ὀστᾶ τά τε τῆς μητρὸς, καὶ τῶν ἀδελφῶν (ſatius fuiſſet dixiſſe τοῦ ἀδελφοῦ, ut noſter n. 2.) τῶν ἀποθανόντων αὐτός τε πλεύσας, καὶ αὐτὸς αὐτοχειρίᾳ ἀνελόμενος ἐκόμισε. *Oſſa matris & fratrum defunctorum, ipſe eo nave advectus, ſua manu legit.*

7. URNA vas erat, in quo reliquiæ cadaveris combuſti ſervabantur. Prop. III. 10. 13.

Neve aliquid de te flendum referatur in urna.

Tacit. Ann. III. I. 6. *Poſtquam duobus cum liberis feralem urnam tenens, egreſſa navi, defixit oculos.* De *urnarum* varia materia, & nominibus *Kirchm. Fun. Rom.* III. 8. *Lacerd. in Virg. Æn.* XI. 212.

8. SCENA i. ſpecie, apparatu, pompa. Tacit. Ann. XIV. 7. 6. *Ipſe audito, veniſſe miſſu Agrippinæ nuntium Agerinum, ſcenam ultro criminis parat.* V. & *Torrentium* & *Richard. in Petron.* p. 130. Similem *ſcenam* in funere Demetrii exhibet Plutarch. p. 915. B. Ἔσχε μέν τοι καὶ τὰ περὶ τὴν ταφὴν αὐτοῦ τραγικήν τινα καὶ θεατρικὴν διάθεσιν. Ὁ γὰρ υἱὸς Ἀντίγονος, ὡς ᾔσθετο τὰ λείψανα κομιζόμενα, πάσαις ἀναχθεὶς ταῖς ναυσὶν, ἐπὶ νήσων ἀπήντησε. Καὶ δεξάμενος εἰς τὴν μεγίστην τῶν ναυαρχίδων, ἔθετο τὴν ὑδρίαν χρυσήλατον οὖσαν. Αἱ δὲ πόλεις, αἷς προσέσχον, τοῦτο μὲν στεφάνους ἐπέφερον τῇ ὑδρίᾳ, τοῦτο δὲ ἄνδρας ἐν σχήματι πενθίμῳ συνθάψοντας καὶ συμπαραπέμψοντας ἀπέστελλον. *At habuit & funus Demetrii tragicam, theatralemque ſpeciem. Nam filius ejus Antigonus, ubi reliquias patris cognovit afferri, totam claſſem ſolvit, eique apud inſulas occurrit obviam. Ubi eas accepit, impoſuit urnam, quæ ex ſolido auro erat, in navem prætoriam. Civitates, ad quas appulerunt, hinc coronas ingeſſerunt urnæ, hinc viros cultu lugubri miſerunt ad exſequias decorandas & proſequendas.*

* 9. OSTIAM V. deſcriptam ſupr. Tib. 10. 5. §. 18.

10. PER SPLENDIDISSIMUM *quemque equeſtris ordinis* i. non per unum, aut duos, ſed plures fercula hæc geſtari, ut eo pompatiores eſſent exſequiæ, juſſit Cajus.

11. MEDIO AC FREQUENTI DIE i. hora *diei frequenti.* Id tempus Græci vocant πλήθουσαν ἀγοράν, quod Paullus Sentent. IV. finit a ſecunda ad decimam horam. Dio Chryſoſtomus in ſecunda de gloria πλήθουσαν ἀγορὰν circa decimam conſtituit, & manifeſto ſeparat a meridie. Verum nihil obſtat, etſi pars ea dici *frequentiſſima*, quin & *medius dies* poſſit dici *frequens.* Horam vero elegit *frequentem*, ut matris, fratriſque honori conſuleret Cajus. *Caſaubonus.*

12. FERCULIS deportati ſunt peregre defunctorum cineres, ſi fuiſſent in auctoritate ſumma conſtituti. Super illis urnæ, quibus cineres includebantur, collocabantur, & in illis geſtabantur, ſepulcroque inferebantur. Voluit ſine dubio divinis pæne honoribus afficere matrem, fratremque Cajus, per imitationem *ferculorum*, quibus in Circenſi pompa dii circumferebantur, licet hæc ad *fercula* triumphalia referat ipſe Dio LIX. p. 642. A. Τό τε ἱμάτιον τὸ περιπόρφυρον ἐνδὺς, καὶ ῥαβδούχοις τισὶν, ὥσπερ ἐν ἐπινικίοις κοσμηθείς. *Prætextam amictus, ac lictoribus ornatus, tanquam in triumpho quodam.* Nam & illi, qui pompam ducebant circenſem, ſplendidiſſime veſtiti, *fercula*, & thenſas comitabantur. V. *Scheff. de re vehic.* II. 3.

13. MAUSOLEO, Auguſti ſepulcro. Dio. Καὶ ἐς τὸ τοῦ Αὐγούστου μνῆμα κατέθετο. *Et in Auguſti ſepulcro condidit.* Auguſti *Mauſoleum* V. ſupr. Aug. 101. 9. §. 41.

14. INFERRI ſepulcro dicebantur cadavera, quæ ſepeliebantur. Ulpian. Digeſt. XI. 7. 10. *Si venditor fundi exceperit locum ſepulcri ad hoc, ut ipſe, poſterique ejus illo inferrentur: ſi via uti prohibeatur, ut mortuum ſuum inferret, agere poteſt.* XLVII. 12. 3. §. 3. *Si quis in hereditarium ſepulcrum inferat, quamvis heres, tamen poteſt ſepulcri violati teneri, ſi forte contra voluntatem teſtatoris intulit.*

* 15. ANNUAS inferias, quæ anniverſariæ parentationes fuerint, defunctis fuiſſe datas ex hoc loco probat *Ferret. Muſ. Lap.* II. *mem.* 10.

16. PUBLICE INSTITUIT. Inferiæ enim vel erant privatæ ſingulorum, vel *publicæ* aut deorum, aut principum. Principum *publicæ* inferiæ Tatii regis primæ

pentumque [18] quo in pompa [19] traduceretur. At in memoriam patris Septembrem 4
menſem *Germanicum* [20] appellavit. Poſt hæc, Antoniæ aviæ quicquid unquam Li- 5
via Auguſta honorum cepiſſet [21], uno ſenatuſconſulto [22] congeſſit. Patruum Clau- 6
dium equitem Romanum ad id tempus [23] collegam ſibi in conſulatu [24] aſſumpſit. Fra- 7
trem [25] Tiberium die virilis togæ adoptavit [26], appellavitque Principem juventu-
tis [27]. De ſororibus auctor fuit, ut omnibus ſacramentis adjiceretur [28]: neque 8
me

primæ fuerunt. Dionyſ. A. R. II. p. 115. Θάπτεται δὲ ἐν Ῥώμῃ κοσμηθεὶς ἐντίμῳ ταφῇ, καὶ χοὰς αὐτῷ καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἡ πόλις ἐπιτελεῖ δημοσίας. *Sepultus eſt* Tatius *Romæ honorato funere, & quotannis civitas publice ejus manibus fert inferias.* Noſt. Claud. 11. 6. Ner. 11. 4. V. *Guther. de jur. man.* II. 2.

17. Circenses V. ſupr. Cæſ. 39. 1. §. 7.

18. Carpentum, & ejus uſum V. ſupr. Tib. 2. 8. §. 49.

19. In pompa qui traductæ fuerint imagines, docui ſupr. Cæſ. 38. 4. §. 23: 76. 2. §. 19.

20. Germanicum Septembrem dixit quoque Domitianus de cognomine, quod ſibi induerat ex expeditione *Germanica*, unde *Germanicas Kalendas* dicit Mart. IX. 2. 4.

Germanicarum magna lux Kalendarum.

21. Honores cepit Livia α. nomen Auguſtæ ab Auguſto marito ſupr. Aug. 102. 3. §. 14. β. ſacerdotium Auguſti. Ovid. Pont. IV. 9. 107.

Stant pariter natuſque pius, conjuxque ſacerdos.

Paterc. II. 75. 8. *Quam poſtea conjugem Auguſti vidimus, quam tranſgreſſi ad deos ſacerdotem, ac filiam.* Spanhem. de num. diſſ. 7. p. 609.

22. Uno senatusconsulto *Antoniæ aviæ congeſſiſſe* hos Liviæ honores Cajum, teſtis eſt Dio LIX. p. 641. E. Ἔς τε τὴν μητέρα, καὶ ἐς τὰς ἀδελφὰς, τήν τε τηθὴν τὴν Ἀντωνίαν πλεῖστα ὅσα εὐσεβῶς ποιήσας: ταύτην τε γὰρ Αὐγούσταν εὐθὺς καὶ ἱέρειαν τοῦ Αὐγούστου ἀποδείξας. *In matrem, ſorores, aviamque Antoniam permulta pietate uſus eſt: nam hanc Auguſtam ſtatim, & ſacerdotem Auguſti fecit.* Idem antiquum lapidem, & juxta cum illo præclarum Antoniæ nummum docere teſtatur idem, quem modo laudabam, vir longe celeberrimus.

23. Equitem ad id tempus i. qui ad id uſque tempus in *equeſtri* ordine vixerat interprete Dione LIX. p. 644. C. Οὗτος ἐν τε τοῖς ἱππεῦσι μέχρι τότε ἐξεταζόμενος.

24. Collegam in consulatu patruum quando *aſſumpſerit* Cajus docet Dio. Ἐψηφίσθη μὲν οὖν καὶ παραχρῆμα αὐτὸν ὑπατεῦσαι, καταλυθέντων τοῦ τε Πρόκλου καὶ τοῦ Νιγρίνου τῶν τότε ἀρχόντων: καὶ μετὰ τοῦτο κατ' ἔτος ὑπατεύειν. Οὐ μὴν καὶ προσεδέξατο αὐτὰ, ἀλλ' ἐπειδὰν ἐκεῖνοι τὸν ἑξάμηνον, ἐς ὃν ἀπεδεδείχατο, διῆξαν, εἶτα δὴ καὶ αὐτὸς ὑπάτευσε, τὸν Κλαύδιον τὸν θεῖον προσλαβών. *Confeſtim ei conſulatus, abrogatus Proculo & Nigrino,* quos V. ſupr. Tib. 73. 2. §. 10. *decretus eſt, uſque eum deinceps quotannis gereret. Neque vero eos recepit, ſed quum ſex menſibus, ad hoc tempus conſulatum acceperant, conſules fuiſſent, ipſe deinde conſulatum iniit, collega aſſumpto Claudio patruo.*

25. Fratrem Caligulæ, licet neget Peſchwitz. in Fam. Aug. §. 81. congrue Suetonius vocat Tiberium Tiberii Imperatoris ex Druſo naturali ejus filio nepotem etiam 23. 6: 29. 3. quia Caligula Tiberii per patrem ſuum adoptivum, illius filium, Cæſarem Germanicum, fuit nepos, atque illi ita inter ſe *fratres* patrueles. Fratrum enim filii non tantum *fratres* patrueles vocantur, ut vocari docui Cæſ. 29. 2. §. 8. Sed etiam ſolo *fratris* vocabulo deſignantur. Cicer. Attic. 11. 7. de filio ſuo: *Cicero tibi mandat, ut Ariſtodemo idem de ſe reſpondeas, quod de fratre ſuo, ſororis tuæ filio reſpondiſti* i. fratre patrueli, Q. Ciceronis, & Pomponiæ Attici ſororis filio. Plura *Celeb. Perizon. Adim. Hiſt. c.* 3.

26. Adoptavit. Dio LIX. p. 645. C. Τὸν δὲ δὴ Τιβέριον, καίπερ ἔς τε τοὺς ἐφήβους ἐγγραφέντα, καὶ τῆς νεότητος προκριθέντα, καὶ τέλος ἐσποιηθέντα, ἀνεχρήσατο. *At Tiberium, qui jam ex ephebis exceſſerat, ac princeps juventutis creatus fuerat, quemque adoptaverat, interfecit.* De hujus *adoptione* etiam Philo de legat. ad Cajum. p. 996. A. Ἐγὼ δὲ, ἔφη, παιδαγωγοὺς, καὶ διδασκάλους, καὶ ἐπιτρόπους ὑπερβαλὼν, ἐμαυτὸν ἤδη γράφω πατέρα, υἱὸν δὲ ἐκεῖνον. Τούτοις καὶ τοὺς παρόντας ἀπατήσας καὶ τὸ μειράκιον: δέλεαρ γὰρ ἦν ἡ θέσις οὐκ ἐλπιζομένης ἡγεμονίας, ἀλλ' ἀφαιρέσεως, ἣν εἶχεν ἤδη. *Equidem, inquit, plus quam pædagogum, vel curatorem, vel præceptorem ei me fore profiteor, & me patrem, illum filium appellari jubeo. Poſt deceptos his verbis, qui aderant, una cum adoleſcentulo, quod hæc ei adoptio non tam daret ſperatum imperium, quam jam ante datum adimeret.* Qui, quare Tiberium *adoptaverit* Cajus, ne n. ſub patria poteſtate dum eſſet, pro poteſtate tanquam imperator quid gerere poſſe videretur, addit *B.* Ἡ γὰρ υἱοῦ παντελὴς ἐξουσία, κατὰ τοὺς τῶν Ῥωμαίων νόμους ἀνάκειται πατρὶ, δίχα τοῦ καὶ ἀνυπεύθυνον ἀρχὴν εἶναι τὴν αὐτοκράτορα, μηδενὸς ἐπὶ τοῖς ὁπωσοῦν πεπραγμένοις λόγον ἀπαιτεῖν τολμῶντος ἢ δυναμένου.

27. Principem juventutis, τῆς νεότητος προκριθέντα Dio §. 26. Quinam *principes juventutis* fuerint dicti, dixi ad Curt. VI. 9. 21. §. 36.

28. Omnibus sacramentis adjiceretur. Quod explicat Dio LIX. p. 641. E. Τό τε τάς τε εὐχὰς τὰς κατ' ἔτος ὑπὸ τῶν ἀρχόντων, καὶ ὑπὸ τῶν ἱερέων, ὑπέρ τε ἑαυτοῦ, καὶ ὑπὲρ τοῦ δήμου ποιουμένας, καὶ τοὺς ὅρκους τοὺς ἐς τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ, φέρεσθαι καὶ ὑπὲρ ἐκείνων ὁμοίως. *Ut vota, quæ quotannis magiſtratus, & pontifices pro ipſius, & publica ſalute nuncupabant, ac jusjurandum, quod in ejus imperium præſtabatur, ad eas etiam ſpectarent.* Et multo planius Xiphil. LXXIV. p. 840. E. Ἠρῶ

ME LIBEROSQUE MEOS CHARIORES HABEO [29], QUAM CAJUM ET SORORES EJUS. Item relationibus [30] conſulum, QUOD BONUM FELIXQUE SIT [31] C. CÆSARI SORO-
9 RIBUSQUE EJUS. Pari popularitate damnatos relegatoſque reſtituit: criminumque,
10 ſi qua reſidua ex priore tempore manebant, omnium gratiam fecit [32]. Commentarios ad matris fratrumque [33] ſuorum cauſas pertinentes, ne cui poſtmodum delatori aut teſti maneret ullus metus, convectos in forum [34], & ante clare obteſtatus deos,
11 neque legiſſe neque attigiſſe quicquam, concremavit [35]. Libellum [36] de ſalute ſua [37] oblatum non recepit, contendens, *nihil ſibi admiſſum, cur cuiquam inviſus eſſet:* negavitque ſe delatoribus aures habere.

E. Ἡρῷον Περτίνακι κατεσκεύασε, τό τε ὄνομα αὐτοῦ ἐπί τε ταῖς εὐχαῖς ἁπάσαις, καὶ ἐπὶ τοῖς ὅρκοις ἅπασι προσέταξεν ἐπιλέγεσθαι. *Monumentum Pertinaci fecit, ejuſque nomen in votis, & ſacramentis omnibus juſſit uſurpari.* Plura Caſaubonus, *Lipſ. in Tacit. Ann. p.* 186. *Buleng. de imper.* II. 14.

29. CHARIORES HABEO. Sed hoc in futuro exprimit tempore Dio LIX. p. 646. D. Καὶ ὅτι καὶ σφῶν αὐτῶν, καὶ τῶν τέκνων, καὶ ἐκεῖνον, καὶ τὰς ἀδελφὰς αὐτοῦ προτιμήσουσιν ὤμνυσαν. *Juratumque ab omnibus, ſe Cajum, ejuſque ſorores, ſeipſis, & liberis ſuis antehabituros.*

30. RELATIONIS jus ſolorum fuit conſulum. Polyb. VI. 10. Οὗτοι τὰ κατεπείγοντα τῶν διαβουλίων ἀναδιδόασιν: οὗτοι τὸν ὅλον χειρισμὸν τῶν δογμάτων ἐπιτελοῦσι. *Iidem de iis, quæ deliberanda incumbunt, referendi jus habent, ipſique univerſam decretorum ſenatus rationem gubernant.* Et ipſe imperator, ſi conſul non eſſet, *relationis jus*, niſi a conſulibus datum, non habebat. Quod Auguſto fuiſſe datum, memoriæ prodidit Dio LIII. p. 518. E. Καὶ διὰ ταῦτα ἡ γερουσία δήμαρχόν τε αὐτὸν διὰ βίου εἶναι ἐψηφίσατο, καὶ χρηματίζειν αὐτῷ περὶ ἑνὸς ὅτου ἂν ἐθελήσῃ καθ' ἑκάστην βουλὴν, κἂν μὴ ὑπατεύσῃ, ἔδωκε. *Ea propter ſenatus decrevit, ut tribunus perpetuus eſſet, & referre poſſet de una aliqua re, de qua viſum ei eſſet, quoties ſenatus haberetur, licet conſul non eſſet.* Poſtea ampliato principum honore, inventa ſunt ad ſimilitudinem decreti hujus jura ſecundæ, tertiæ, quartæ, quintæ *relationis* i. ut quoque ſenatu poſſent de duabus, tribus, quatuor, quinque rebus, quas vellent, cunque, etiam non conſules, facere *relationem.* V. quoque *Lipſ. in Tacit. Ann.* XIV. *p.* 176. *Buleng. de imperat.* I. 15. *Caſaub. ſupr. in Cæſ.* 20. 4.

* 31. QUOD BONUM FELIXQUE SIT præfari ſollenne erat in relationibus conſulum. Liv. XLII. 30. *Patres, quod fauſtum felixque populo Romano eſſet, centuriatis comitiis primo quoque die ferre ad populum conſules juſſerunt.* Briſſon. de Form. II. p. 164.

32. CRIMINUM GRATIAM FECIT i. delictorum veniam conceſſit, pœnas *criminibus* debitas donavit. V. ſupr. Tib. 35. 2. §. 6.

33. MATRIS, FRATRUMQUE, quibus *patrem* addit Dio LIX. p. 642. E. Καὶ τοῖς συνοῦσιν ἐπί τε τὸν πατέρα, καὶ τὴν μητέρα, τούς τε ἀδελφοὺς αὐτοῦ. *Ut horum etiam, qui contra patrem, matrem, fratreſque ſuos conſpiraſſent.*

34. IN FORO, ut melius mimum hunc ageret, palam has chartas concremavit Cajus. Nam, quæ ad multorum ſecuritatem fiunt, ea publice fieri ſolita. Sic *in foro* veterum fiſci debitorum tabulas optimos principes concremaſſe legimus. Auſon. Paneg. ſupr. Aug. 32. 3. §. 20. Spartian. Adrian. c. 7. *Ex reliquis ingentes ſummas remiſit, ſyngraphis in foro divi Trajani, quo magis ſecuritas omnibus roboraretur, incenſis.* V. quoque *Caſaubonum.*

35. CONCREMAVIT: imo *concremare* ſimulavit. Dio. Τήν τε ὀργὴν ἀφεὶς (ὡς ἔλεγε) καὶ τὰ γράμματα αὐτῶν καταφλέξας, παμπληθεῖς ἐξ αὐτῶν ἀπέκτεινε. Διέφθειρε μὲν γὰρ ὡς ἀληθῶς γράμματά τινα, οὐ μέντοι κἀκεῖνα τὰ αὐτόχειρα τὸν ἀκριβῆ ἔλεγχον ἔχοντα, ἀλλὰ ἀντίγραφα αὐτῶν ποιήσας. *Iram (ut ipſe ajebat) remiſiſſet, & literas eorum cremaſſet, complures ipſorum occidit. Nam reapſe literas quaſdam aboleverat, non tamen illorum manu exaratas, quæ quibus liquido convinci poſſent, continebant, ſed quas ex illis deſcribi curaverat.* Noſt. infr. 30. 4.

36. LIBELLIS principes præſentes veteres ſolebant adire V. ſupr. Cæſ. 81. 9. §. 41.

37. DE SALUTE SUA i. quæ ad *ſalutem ſuam* attinerent. Videtur aliquis Cajo obtuliſſe libellum, in quo continebantur inſidiæ, quas quidam ad illum opprimendum paraverant.

CAPUT XVI.

ARG. *Spintrias Urbe ſummovet, Labieni.... ſcripta legi permittit, imperii rationes publicat, liberam juriſdictionem magiſtratibus concedit, equites Romanos recognoſcit, judicum decuriam ad priores addit, ſuffragia populo reddere tentat, legata ex teſtamentis Tiberii & Liviæ perſolvit, auctionum centeſimam remittit, incendiorum damna ſupplet, nonnullis regna reſtituit, & vectigaliorum fructum adjicit, libertinæ.... quod de ſcelere patroni reticuiſſet, octoginta donat, & variis honoribus afficitur Cajus Cæſar Caligula.*

Spintrias

Digitized by Google

Spintrias [1] monſtroſarum libidinum ægre, ne profundo mergeret [2], exoratus, Ur- 1
be ſummovit [3]. Titi Labieni [4], Cordi Cremutii [5], Caſſii Severi [6] ſcripta ſena- 2
tuſconſultis abolita requiri, & eſſe in manibus lectitarique permiſit [7]: quando maxi-
me ſua intereſſet [8], ut facta quæque poſteris tradantur. Rationes imperii [9] ab Au- 3
guſto proponi ſolitas, ſed a Tiberio intermiſſas [10] publicavit [11]. Magiſtratibus libe- 4
ram juriſdictionem [12], & ſine ſui appellatione conceſſit. Equites Romanos ſevere 5
curioſeque [13], nec ſine moderatione [14] recognovit: palam adempto equo [15], qui-
bus aut probri aliquid aut ignominiæ ineſſet: eorum, qui minore culpa tenerentur, nominibus modo in recitatione præteritis [16]. Ut levior labor judicantibus foret, 6
ad quatuor priores quintam decuriam addidit. Tentavit & comitiorum more [17] 7
revo-

Spintriæ quinam fuerint dicti, dixi ſupr. Tib. 43. 1. §. 4.

2. Profundo mergere corpore infames fere ſolebant etiam Germani. Tacit. Germ. 12. 2. *Diſtinctio pœnarum ex delicto: proditores, & transfugas arboribus ſuſpendunt: ignavos, & imbelles, & corpore infames, cœno, ac palude, injecta inſuper crate, mergunt.* De quo loco inter ſe contendunt *Lipſius* ad illum, & *Cluver. Germ.* 1. 15.

* 3. Summovit i. juſſit excedere. Plin. Epiſt. III. 2. 11. *Quum eſſent philoſophi ab Urbe ſummoti.* Noſt. Claud. 23. 4. Qui enim relegabantur, patria *ſummoveri* dicebantur. Ovid. de Pont. III. 4. 41.

Nec mea ſcripta legis, qui ſum ſummotus ad Iſtrum.

4. T. Labienus declamator fuit, & hiſtoricus. Deſcribit illum Seneca Contr. V. prooemio. *Calor orationis antiquæ, vigor novæ. Cultus inter noſtrum ac prius ſeculum medium, ut illum poſſet utraque pars ſibi vindicare. Libertas tanta, ut libertatis nomen excederet: &, quia paſſim ordines hominesque laniabat, Rabienus vocaretur. Animus per vitia ingens, & ad ſimilitudinem ingenii ſui violentus, & qui Pompeianos ſpiritus nondum in tanta pace poſuiſſet. In hunc primum excogitata eſt nova pœna. Effectum eſt enim per inimicos, ut omnes ejus libri incenderentur.* Nepotem fuiſſe *Labieni*, qui bello civili a Cæſare ad Pompejum transfugit, putat ad Senecam *N. Faber.* Sed hoc plane incertum eſſe dicit *Voſſ. de Hiſt. Lat.* 1. 24.

* 5. Cordus Cremutius quis fuerit, dixi ſupr. Aug. 35. 2. §. 12. De ejus quid ſit factum ſcriptis ſupr. Tib. 61. 9. §. 18.

6. Cassius Severus, quem oratorem fuiſſe dixit Plinius ſupr. Aug. 56. 10. §. 20. Hiſtorias ſcripſit infr. Vit. 2. 2. quibus *viros, feminasque illuſtres procacibus ſcriptis diffamaverat, ut ejus libidine commotus Auguſtus cognitionem de famoſis libellis ſpecie legis tractaverit.* Tacit. Ann. 1. 72. 4. *Qui ſordidæ originis, maleficæ vitæ, ſed orandi validus, per immodicas inimicitias, ut judicio jurati ſenatus Cretam amoveretur, effecerat: atque illic eadem actitando, recentia, veteraque odia advertit, bonisque exutus, interdicto igni atque aqua, ſaxo Seriphio conſenuit.* Idem ibid. IV. 21. 4. De *Caſſio* etiam *Voſſ. Hiſt. Lat.* 1. 21. & ad hunc locum *Torrentius.*

7. Lectitari permisit fato, quo *Vejentonis libros exuri juſſit Nero, qui tamen conquiſiti, lectitatique, donec cum periculo parabantur: mox licentia habendi oblivionem attulit.* Tacit. Ann. XIV. 50. 2.

8. Sua interesset, quaſi ita ſe geſſurus, ut nullius judicium ſubterfugeret, quin cum prioribus compararetur. *Torrentius.*

9. Rationes imperii V. ſupr. Aug. 102. 7. §. 45.

10. A Tiberio intermissas, non toto ejus principatu, ſed ſeceſſus tempore. Dio LIX. p. 646. E. Τούς τε λογισμοὺς τῶν δημοσίων χρημάτων μὴ ἐκτεθειμένους ἐν τῷ χρόνῳ, ἐν ᾧ ὁ Τιβέριος ἐξεδήμησε, πάντας κατὰ τὸν Αὔγουστον προέγραψε. *Rationes publicarum pecuniarum jam inde a ſeceſſione Tiberii non vulgatas, exemplo Auguſti, omnes publicavit.*

11. Publicavit i. in *publicum* edidit. V. ſupr. Cæſ. c. 20. n. 1. §. 5.

12. Libera jurisdictio dicitur, cum is, qui eam habet, non impeditur majore aliqua poteſtate, quo minus agat pro imperio, & lege agi jubeat, ut illam definiunt *Bud. in Pandect. p.* 273. *Polles. For. Rom.* III. 11. & ad hunc locum *Beroaldus.*

13. Severe et curiose, *palam adempto equo, quibus aut probri aliquid, aut ignominiæ ineſſet. Curioſum* V. ſupr. Aug. 27. 4. §. 13.

14. Non sine moderatione, *nominibus eorum, qui minore culpa tenerentur, modo in recitatione præteritis.* Quo facto equis quidem privabantur, ſed ſine nota publica infamiæ. V. ſupr. Aug. 39. 1. *Torrentius.*

* 15. Ademptio equi equitum, qui male rem geſſerant, erat pœna, quia cui *equus* publicus *adimebatur*, ex equeſtri ordine removebatur, & illius ordinis dignitatem amittebat. Græv. Antiq. Roman. Tom. 1. præfat. * * * 2.

16. Præterita dicuntur nomina, quæ ſupprimuntur, non recitantur. Sicut *præteritus* dicitur petitor magiſtratus, qui prætermiſſus eſt, neque aſſecutus magiſtratum. Cicer. pro Planc. c. 3. *Nunc tantum diſputo de jure populi: qui & poteſt, & ſolet nonnunquam dignos præterire: nec, ſi a populo præteritus eſt, quem non oportuit, a judicibus condemnandus eſt, qui præteritus non eſt.* Beroaldus.

17. Comitiorum more, qui amiſſa libertate varius fuit. Julius Cæſar jus creandorum magiſtratuum, cruda adhuc ſervitute, cum populo diviſit ſupr.

Digitized by Google

8 revocato [18], ſuffragia [19] populo reddere. Legata ex teſtamento Tiberii, quamquam abolito, ſed & Juliæ Auguſtæ, quod Tiberius ſuppreſſerat [20], cum fide, ac ſi-
9 ne calumnia [21] repræſentata perſolvit [22]. Centeſimam auctionum [23] Italiæ remiſit.
10 Multis incendiorum damna ſupplevit [24]: ac ſi quibus regna reſtituit, adjecit & fru-
ctum omnem vectigaliorum [25], & redituum [26] medii temporis, ut Antiocho [27] Co-
11 mageno [28], HS millies [29] confiſcatum [30]. Quoque magis nullius non boni exempli fau-
tor

ſupr. 41. 2. §. 13. 14. Auguſtus comitiorum jus reduxit priſtinum, quod quale fuerit, docui ſupr. 40. 4. §. 12. Tiberius conſulum renuntiationem ſibi ſumpſit, aliorum magiſtratuum ſenatui permiſit, commendatione principis interpoſita. Dio LVIII. p. 633. E. Οἱ δ' ἄλλοι, ὥς που τῷ Τιβερίῳ ἔδοξε. Τοὺς μὲν γὰρ ἐπὶ μακρότερον, τοὺς δὲ ἐπὶ βραχύτερον ᾑρεῖτο.... Καὶ περὶ μὲν τοὺς ὑπάτους ταῦτα διὰ πάσης, ὡς εἰπεῖν, τῆς ἡγεμονίας αὐτοῦ ἐγίγνετο. Τῶν δὲ δὴ καὶ τὰς ἄλλας ἀρχὰς αἰτούντων ἐξελέγετο ὅσους ἤθελε, καὶ σφᾶς ἐς τὸ συνέδριον ἐσέπεμπε, τοὺς μὲν συνιστὰς αὐτῷ, (ὥσπερ ὑπὸ πάντων ᾑροῦντο) τοὺς δὲ ἐπί τε τοῖς δικαιώμασι, καὶ ἐπὶ τῇ ὁμολογίᾳ, τῷ τε κλήρῳ ποιούμενος: καὶ μετὰ τοῦτο ἔς τε τὸν δῆμον, καὶ ἐς τὸ πλῆθος οἱ προσήκοντες ἑκατέρῳ, τῆς ἀρχαίας ὁσίας ἕνεκα, καθάπερ καὶ νῦν, ὥστε ἐν εἰκόνι δοκεῖν γίγνεσθαι, ἐσιόντες ἀπεδείκνυντο. *Cæteri, prout Tiberio viſum. Quoſdam enim ad longius, alios ad brevius temporis ſpatium deſignabat.... Et toto quidem fere imperii ejus tempore conſulibus hæc evenerunt. Eorum vero, qui cæteros magiſtratus peterent, electos, quos vellet in ſenatum miſit, alios ei commendans, iique omnium ſuffragia auferebant, alios & meritis ſuis, & judicio ſenatus, & ſorti permittens: tum ad populum, plebemque hi ſuis quiſque cum neceſſariis, pro more veteri, ceu dicis cauſa, ſicuti nunc etiam, ut imago quædam priſcorum exhiberi videatur, prodeuntes deſignabantur.* V. & *Lipſ. in Tacit. Ann. p.* 12.

18. Revocavit Auguſti, omiſit Tiberii inſtitutum Cajus. Dio LIX. p. 647. A. Ὅτι τὰς ἀρχαιρεσίας τῷ τε δήμῳ καὶ τῷ πλήθει ἀπέδωκε, λύσας ὅσα περὶ αὐτῶν ὁ Τιβέριος ὥρισε. *Comitia quoque populo plebique reddidit, abrogatis Tiberii ea de re conſtitutionibus.*

19. Suffragia i. *ſuffragiorum* jus. V. ſupr. Cæſ. 41. 2. §. 13.

20. Quod Tiberius suppresserat. Dio LIX. p. 640. D. Ταῦτ' οὖν ὁ Τιβέριος ἔπαθεν, ὅπερ τὴν μητέρα ἐπεποιήκει: πλὴν καθόσον αὐτὸς μὲν, οὐδὲν οὐδενὶ ἐκ τῶν ἐκείνης διαθηκῶν ἀπήλλαξε. *Ita Tiberio ea evenerunt, quæ ipſe matri ſuæ fecerat: niſi quod is nemini quidquam legatorum ejus teſtamento dedit.* * *Supprimere* dicit, quod *pro irrito habere* dixit ſupr. Tib. 51. 6. ne legata ſolveret.

21. Calumnia i. exceptione objecta. Thryphon. Digeſt. IV. 4. 37. §. 1. *In quibus jure mariti ſine calumnia vir accuſare mulierem adulterii poteſt.*

22. Persolvit, ut magnanimitatis gloriam ſibi apud vulgus pararet. Dio E. Πρὸς δὲ τὰ καταλειφθέντα ἀπ' αὐτῆς πάντα, ὡς καὶ παρ' ἑαυτοῦ δὴ τοῖς τε ἄλλοις ἀποδοὺς, μεγαλοψυχίας τινὰ δόξαν παρὰ τοῖς πολλοῖς ἐκτήσατο. *Cæterum legata omnia, quaſi de ſuo, omnibus perſolvens, magnanimitatis apud vulgus opinionem ſibi paravit.*

23. Centesimam auctionum i. *centeſimum* rerum in *auctione* venditarum, qui fiſco numerabatur, nummum. *Centeſima vectigal* vocat Tacit. Ann. II. 42. 7. *Fructibus ejus levari poſſe centeſimæ vectigal.* Et τέλος τῆς ἑκατοστῆς Dio LIX. p. 647. A. Καὶ τὸ τέλος τῆς ἑκατοστῆς κατέλυσε. Onus hoc impoſitum Urbi, & Italiæ ab Auguſto poſt bella civilia. Tacit. Ann. I. 78. 2. *Centeſimam rerum venalium poſt bella civilia inſtitutam deprecante populo, edixit Tiberius, militare ærarium eo præſidio niti.* Forte M. Æmylio Lepido, D. Arruntio conſulibus, quibus ærarium militare ab Auguſto inſtitutum eſſe dixit Dio ſupr. Aug. 49. 6. §. 18.

24. Incendiorum damna supplesse Cajum teſtatur etiam Dio p. 646. E. Καὶ ἔμπρησμά τινα μετὰ τῶν στρατιωτῶν κατασβέσας, ἐπήρκεσε τοῖς ζημιωθεῖσι. *Incendium quoque auxilio militum reſtinxit, & damnum paſſis opem tulit.*

25. Vectigalia ſunt reditus publici, quamvis & interdum pro reditibus privatis accipiantur. Cicer. Parad. 6. 3. Sed V. illum ſupr. Auguſt. 46. 1. §. 4. 5.

26. Reditus ſunt vectigalia privata. Nepos ſupr. Tib. 49. 5. §. 14. Horum dicit *fructum*. Non quod *fructus* & *reditus* diverſam ſignificent rem. Certe Ciceroni ſæpius idem ſunt. Sic *diſcrimen periculi* Liv. VIII. 24. *Quid in tanto diſcrimine periculi cunctaretur? aſſentationis adulatio.* Juſtin. XXXI. 6. 3. *Omnia variis aſſentationum adulationibus corrumpebantur.*

27. Antiocho, cujus pater *Antiochus* fuerit unus ex regibus confiſcatis, de quibus ſupr. Tib. 49. 4. §. 9. Ita de illo Dio LIX. p. 645. D. Ὁ γὰρ Ἀντιόχῳ τε τῷ Ἀντιόχου τὴν Κομμαγηνὴν, ἣν ὁ πατὴρ αὐτοῦ εἶχε, καὶ προσέτι καὶ τὰ παραθαλάττια τῆς Κιλικίας δούς. *Qui enim Antiocho Antiochi filio Commagenem, quam pater ejus habuerat, adjectis Ciliciæ maritimis dabat.*

28. Ἡ Κομμαγηνὴ μικρά τις ἐστίν: ἔχει δ' ἐρυμνὴν πόλιν Σαμόσατα, ἐν ᾗ τὸ βασίλειον ὑπῆρχε: νῦν δ' ἐπαρχία γέγονε. Χώρα δὲ περίκειται σφόδρα εὐδαίμων, ὀλίγη δέ. Ἐνταῦθα δὲ νῦν ἐστὶ τὸ ζεῦγμα τοῦ Εὐφράτου, κατὰ τοῦτο δὲ Σελεύκεια ἵδρυται φρούριον τῆς Μεσοποταμίας, προσωρισμένον ὑπὸ Πομπηΐου τῇ Κομμαγηνῇ. *Commagena perparva eſt regio, & urbem habet natura munitam Samoſata regni caput, nunc provincia facta eſt. Circumjacet regio, ut parva, ita admodum felix. Hoc in loco nunc eſt Euphratis pons, apud quem ſita eſt Seleucia Meſo-*

Digitized by Google

tor videretur, mulieri libertinæ octoginta [31] donavit, quod excruciata graviſſimis tormentis de ſcelere patroni reticuiſſet. Quas ob res inter reliquos honores decretus 12
eſt ei clypeus [32] aureus [33]: quem quotannis certo die collegia ſacerdotum in Capitolium [34] ferrent, ſenatu proſequente: nobilibuſque pueris, ac puellis [35] carmine modulato, laudes virtutum ejus canentibus. Decretum autem, ut dies, quo cœpiſſet 13
imperium, *Palilia* [36] vocaretur, velut argumentum rurſus conditæ Urbis [17].

Meſopotomiæ caſtellum, Commagenæ a Pompejo adjectum. Strab. xvi. p. 516. Noſt. Veſp. 8. 9.

29. HS MILLIES quid nobis V. ſupr. Cæſ. 26. 4. §. 24.

30. CONFISCARE quid ſit dixi ſupr. Aug. 15. 3. §. 13.

31. OCTOGINTA HS I. duo millia coronatorum. *Glareanus.*

32. CLYPEUS erat diſcus quidam magnus ex metallo, in quo ſculptæ erant heroum imagines, actioneſque memorandæ. Vocatur *clypeata* imago. Macrob. Sat. II. 3. *Cum in ea provincia, quam Q. Cicero frater rexerat, vidiſſet clypeatam imaginem ejus, ingentibus lineamentis uſque ad pectus ex more pictam (erat autem Quintus ipſe ſtaturæ parvæ) ait: frater meus dimidius major eſt quam totus.* Imago illa inſtar *clypei* militaris rotunda fuerit. Plin. xxxv. 3. *Scutis, qualibus ad Trojam pugnatum eſt, continebantur imagines, unde & nomen habuere clypeorum, non, ut perverſa grammaticorum ſubtilitas voluit, a cluendo, Origo plena virtutis, faciem reddi in ſcuto cujuſque, qui fuerit uſus illo.* Talem viris illuſtribus ponebant veteres. Capitol. Anton. Pio c. 5. *Clypeum Adriano magnificentiſſimum poſuit.* Noſt. Domit. 23. 2. V. quoque *Tomaſin. de donar. c. 20. Rycq. de Capitol. c. 15. Buleng. de imper. II. 12. Lipſ. in Tacit. Ann. p. 53.* & ex Lipſio *Rea Sing. I. 7. 21.* Græcis & ὅπλον, & θώραξ, & δίσκος vocabatur, ut pluribus docent *Salmaſ. Poll. Claud. c. 3. Spon. Miſcel. Erud. Antiq. ſect.* IV. p. 153. qui & ejus effigiem exhibet *p.* 152.

33. AUREUS talis eſſe ſolebat clypeus. Plin. xxxv. 3. *Pœni ex auro factitavere, & clypeos, & imagines, ſecumque in caſtris tulere. Certe captis eis talem Aſdrubalis invenit Q. Marcius.* Quem tamen argenteum fuiſſe dicit Liv. xxv. 39. *Prædam ingentem partam: in ea fuiſſe clypeum argenteum pondo centum triginta octo cum imagine Barcini Aſdrubalis.* Treb. Poll. in Claud. c. 3. *Illi clypeus aureus, vel, ut grammatici loquuntur, clypeum aureum, ſenatus totius judicio in Romana curia collocatum eſt, ut etiam nunc videtur, expreſſa thorace vultus ejus,* ut hunc locum diſtinguit illuſtris Salmaſius. Ex *argento* tamen, imo & ex *ære* fieri ſolebat. Plin. xxxv. 3. *Decuerit patres argenteos eſſe clypeos, qui pro æreis aliquot jam luſtra aſſignabantur.*

33. IN CAPITOLIUM, *ſupra cujus fores uſque ad incendium primum fuit clypeus* Aſdrubalis. Plinius. Alias in curia collocabatur §. 33.

* 34. PUERIS, AC PUELLIS patrimis nimirum, ac matrimis. Nam his carmina illa canenda committebantur. Vopiſc. in Aurelian. c. 19. *Patrimis, matrimiſque pueris carmen indicite.* Van Dale Diſſert. VII. p. 581.

35. PALES *dea pabuli, quam alii Veſtam, alii matrem deum vocant. Huic ſacra ſolvuntur* XI. *Kalendas Majas die, quæ Palilia vocantur.* Serv. Georg. III. I. Quia illo Urbis fundamenta a Romulo jacta fuerunt. Dionyſ. A. R. I. p. 75. Ταύτην ἔτι καὶ εἰς ἐμὲ τὴν ἡμέραν Ῥωμαίων ἡ πόλις ἑορτῶν οὐδεμιᾶς ἥττονα τιθεμένη, καθ' ἕκαστον ἔτος ἄγει, καλοῦσα Παρίλια. *Quem diem, ſi ullum alium, Romana civitas noſtro quoque tempore ſingulis annis feſtum celebrat, vocatque Parilia.* Plutarch. Romul. p. 23. F. Ὅτι μὲν οὖν ἡ κτίσις ἡμέρᾳ γένοιτο τῇ πρὸ ἕνδεκα καλανδῶν Μαΐων, ὁμολογεῖται, καὶ τὴν ἡμέραν ταύτην ἑορτάζουσι Ῥωμαῖοι, γενέθλιον τῆς πατρίδος ὀνομάζοντες. *Conditam Urbem in confeſſo eſt undecimo Kalendas Majas, quem habent feſtum Romani, & patriæ natalem appellant.* Prop. IV. 4. 73.

Urbi feſtus erat, dixere Palilia patres:
Hic primus cœpit mœnibus eſſe dies.

37. RURSUS CONDITÆ URBIS. Quod honotis erat ſummi. Unde & Auguſtum & Camillum, quaſi & ipſos Urbis conditores, *Romulum* voluerunt appellare Romani. V. ſupr. Aug. 7. 4. §. 19.

CAPUT XVII.

ARG. *Conſulatus gerit, populo congiarium, ſenatui & equeſtri ordini epulum bis dat, & Saturnalibus diem adjicit Cajus Cæſar Caligula.*

Conſulatus quatuor geſſit: primum ex Kalendis [1] Julii per duos menſes [2]: ſecun- 1
dum

Ex KAL. JULII, in quas iſtius anni conſules fuiſſe Proculum & Nigrinum Dio dixit ſupr. 15. 6. §. 24.

2. PER DUOS MENSES, quibus duodecim dies addit Dio LIX. p. 645. C. Ταῦθ' οὕτως ἐν τῇ ὑπατείᾳ ἔπραξε, δύο τε μῆνας καὶ ἡμέρας δώδεκα αὐτὴν σχών. *Hæc in conſulatu egit, quem geſſit per duos menſes, ac dies duodecim.*

3. Se-

dum [3] ex Kalendis Januariis per triginta dies [4]: tertium [5] uſque in Idus Januarii [6]:
2 quartum [7] uſque in VII Idus eaſdem. Ex omnibus duos noviſſimos [8] conjunxit [9].
3 Tertium autem Lugduni [10] iniit ſolus [11]: non, ut quidam opinantur, ſuperbia negligentiave, ſed quod defunctum ſub Kalendarum diem collegam reſciſſe [12] abſens non
4 potuerat. Congiarium [13] populo bis dedit trecenos HS. toties abundantiſſimum epu-
5 lum [14] ſenatui equeſtrique ordini, etiam conjugibus ac liberis utrorumque. Poſteriore epulo forenſia [15] inſuper viris, pueris ac feminis [16] faſcias [17] purpuræ [18], ac con-

3. SECUNDUM CONSULATUM geſſit cum L. Apronio Cæſiano, anno uno interpoſito poſt primum, anno ab U. C. 791. ut volunt *Faſti Capitolini*, & *Siculi*, & ex illis *Pigh. Ann.* III. *p.* 567. V. & *Pagi Diſſ. Hypat. p.* 200.

4. PER TRIGINTA DIES. Dio LIX. p. 649. C. Τριάκοντα δὲ δὴ ἡμέρας ἦρξε, καίτοι Λουκίῳ Ἀπρωνίῳ τῷ συνάρχοντι ἓξ μῆνας ἐπιτρέψας. *Geſtoque per triginta dies magiſtratu, ac ſex menſibus L. Apronio collega conceſſis, abiit conſulatu.*

5. TERTIUM *conſulatum* geſſit Cajus anno ab U. C. 792. *Faſti Capitolini*, & *Pigh. Ann.* III. *p.* 568.

6. IN IDUS JANUARII, diem duodecimum dicit Dio p. 659. C. Μέχρι δ' ὁ Γάϊος δωδεκάτῃ ἡμέρᾳ τὴν ἀρχὴν ἀπειπὼν ἠγγέλθη. *Donec nuntiatum eſt, die duodecima Cajum magiſtratu ſe abdicaſſe.*

7. QUARTUM *conſulatum* geſſit cum Cn. Sentio Saturnino anno ab U. C. 793. *Faſti Capitolini* & *Pigh. Ann.* III. *p.* 570.

* 8. DUOS NOVISSIMOS. *Tres noviſſimos* legendum eſſe monent *Pagi Diſſert. Hypat. Prolog.* §. 15. *Critico-Hiſtor-Chronol. in Annal. Baron. ad a. D. Jeſu* 39. *Noriſ. Epiſt. Conſ. Ant. Rom. Tom.* XI. *p.* 412. & *Grav. in Suetonium.* V. illos.

9. CONJUNCTI duo conſulatus dicuntur, ſi uterque Kal. Januariis ineatur. Hic enim dies ineundo magiſtratui ſollennis erat, ut dictum ſupr. Cæſ. 76. 5. §. 34. Cum ergo primum conſulatum hoc die inire non potuerit, nondum mortuo Tiberio, ideo duos primos conſulatus non *conjunxit*. V. *Torrentium* & *Babelonium.*

10. Τὸ Λούγδουνον ἐκτισμένον ὑπὸ λόφῳ κατὰ τὴν συμβολὴν τοῦ τε Ἄραρος ποταμοῦ καὶ τοῦ Ῥοδανοῦ. *Lugdunum ſub colle conditum, ubi Arar in Rhodanum incidit.* Strab. IV. p. 132. Conditores deſcribit Dio XLVI. p. 323. E. Ἐκέλευσαν αὐτοῖς τοὺς ἐκ Οὐιέννης τῆς Ναρβωνησίας ὑπὸ τῶν Ἀλλοβρίγων ποτὲ ἐκπεσόντας, καὶ ἐς τὸ μεταξὺ τοῦ τε Ῥοδανοῦ καὶ τοῦ Ἄραρος, ᾗ συμμίγνυνται ἀλλήλοις, ἱδρυθέντας συνοικίσαι: καὶ οὕτως ἐκεῖνοι ὑπομείναντες τὸ Λουγούδουνον μὲν ὀνομασθὲν, νῦν δὲ Λούγδουνον καλούμενον ἔκτισαν. *Juſſi ſunt, qui quondam Vienna, quod eſt provincia Narbonenſis oppidum, ab Allobrogibus expulſi, ad confluentes Rhodani Ararìſque fluviorum conſederant, urbem condere: itaque illi ſubſiſtentes Lugudunum vocatum, nunc vero Lugdunum dictum condiderunt.* Sed illud *Munacium Plancum*, *Ciceronis diſcipulum, oratorem inſignem, quum Galliam comatam regeret, condidiſſe* dicit Euſeb. Chron. p. 115. De nomine diſputantes adito *Turneb. Adv.* XX. 15. *Scalig. in Euſeb. p.* 154. *Savar. in Sidon. Epiſt.* 1. 8. *Merul. Coſmog.* II. 3. 24.

11. SOLUS, quod defunctum ſub Kalendarum diem collegam reſciſſe abſens non potuerat. Dio LIX. p. 659. A. Συνάρχοντα γὰρ, οὔτοι καὶ ἐπιτηδεύσας (ὥσπερ οἴονταί τινες) ἀλλὰ τοῦ μὲν προαποδεδειγμένου τελευτήσαντος, ἑτέρου δὲ μηκέτι δι' ὀλίγου οὕτως ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ ἀντικαταστῆναι δυνηθέντος, οὐκ ἔσχε. *Collegam enim non habebat, non quidem (ſicut putant quidam) quod data opera id ab eo factum: ſed illo, qui deſignatus erat, mortuo, tam brevi ſpatio in concione alius ab eo ſubrogari non potuerat.*

12. RESCIRE *verbum obſervavimus vim habere propriam quandam, non ex communi ſignificatione caeterorum verborum, quibus eadem præpoſitio,* re, *imponitur: neque, ut reſcribere, relegere, reſtituere dicimus; itidem reſcire. Nam qui factum aliquod occultius, aut inopinatum, inſperatumque cognoſcit, is dicitur proprie reſcire. Cur autem in hoc uno verbo* re *particula hujus ſententiæ vim habeat, equidem adhuc quæro.* Gell. N. A. II. 19. Donat. Hec. II. 1. 11. *Reſciſcere eſt, quum quod de induſtria celatur, vix argumentorum vi agnoſcitur.* V. tamen & *Vall. Eleg.* VI. 23.

13. CONGIARIA quid fuerint, dixi ſupr. Cæſ. 27. 2. §. 13. Illa, dum inaugurarentur, ſolebant dare principes. Docet nos hunc morem Herodian. V. 5. §. 17. Διὰ τὰς συνήθεις τῷ δήμῳ νομὰς ἐπὶ τῇ τῆς βασιλείας διαδοχῇ. *Diviſo congiario in populum, ut mos eſt imperium ſuſcipientibus.* Et ex illo Septimius Severus, imperii initio, in templo Jovis ſacrificiis peractis in palatium reverſus *congiarium* plebi dedit apud eundem II. 14. §. 10. Διατρίψας οὖν ὀλίγον χρόνον ὁ Σεβῆρος ἐν τῇ Ῥώμῃ, καὶ νομὰς ἐπιδοὺς τῷ δήμῳ, μεγαλοφρόνως τε ἐπιτελέσας. *Igitur Severus paucos in Urbe dies moratus, dato plebi uberrimo congiario*... Nero *viceſimo ætatis anno ut conſulatum iniret, atque interim deſignatus, proconſulare imperium extra urbem haberet, ac princeps juventutis appellaretur. Additum nomine ejus donativum militi, congiarium plebi.* Tacit. Ann. XII. 41. 2. V. & *Stuck. A. C.* I. 21.

14. EPULUM.... de quorum alterutro forte Dio LIX. p. 653. D. Καὶ χρήματά τε διὰ τοῦτο αὐτοῖς ἔδωκε, καὶ μετὰ τοῦτο αὐτός γε ἐπὶ τῆς γεφύρας, ὥσπερ ἐν νήσῳ τινὶ, καὶ ἐκεῖνοι ἐν ἑτέροις πλοίοις περιορμοῦντες, τό τε λοιπὸν τῆς ἡμέρας, καὶ τὴν νύκτα πᾶσαν εἱστιάθησαν. *Congiario deinde illis dato, poſt ipſe in ponte, tanquam in inſula aliqua, reliqui in aliis navibus ſtationem habentes, diei reliquum, & totam noctem epulati ſunt.*

15. FORENSIA veſtimenta quænam V. ſupr. Aug. 73.

Digitized by Google

conchylii [19] diſtribuit. Et ut lætitiam publicam in perpetuum quoque augeret, adjecit diem Saturnalibus [20], appellavitque *Juvenalem*. 6

73. 4. §. 14.

16. VIRIS, PUERIS, ET FEMINIS. Et ita veſtimenta diſtinguit Ulpian. Digeſt. XXXIV. 2. 23. §. 4. *Veſtimenta omnia, aut virilia ſunt, aut puerilia, aut muliebria, aut communia, aut familiarica.*

17. FASCIAS I. inſtitas, quæ aſſui veſtibus e panno ſolebant. Propterea feminis dantur & pueris, quos ſcimus fuiſſe prætextatos. *Caſaubonus.*

18. PURPURA qua occaſione ſit inventa, docet Pollux I. 4. §. 2. Τύριοι λέγουσιν, ὡς Ἡρακλῆς ἠράσθη νύμφης ἐπιχωρίας. Τύρος δ' ἦν τῇ νύμφῃ τοὔνομα. Εἵπετο ἄρα τῷ Ἡρακλεῖ καὶ κύων, κατὰ τὸν παλαιὸν νόμον· ὤσθα δὲ, ὅτι τοῖς ἥρωσι συνείποντο μέχρι τῆς ἐκκλησίας οἱ κύνες. Ὁ τοίνυν Ἡρακλέους κύων κατὰ πέτρας ἑρπύσασαν πορφύραν θεασάμενος, προεχούσης αὐτῇ τῆς σαρκὸς, ὑδακὼν ὁ μὲν, τὴν σάρκα ποιεῖται τροφὴν, ὁ δὲ λίθος ἄρα τὰ χείλη τοῦ κυνὸς αἱμάξας ἐφοίνιξεν. Ὡς δὲ ἧκεν ὁ ἥρως παρὰ τὴν κόρην, αὕτη θεασαμένη τὰ χείλη τοῦ κυνὸς ἀνθοῦντα ἀήθει βαφῇ, οὐκ ἔφη προσήκεσθαι τὸν λοιπὸν τὸν Ἡρακλέα, εἰ μὴ αὐτῇ κομίσειεν ἐσθῆτα τῶν τοῦ κυνὸς χειλῶν εὐανθεστέραν. Ὁ μὲν τοίνυν Ἡρακλῆς ἐξεῦρέ τε τὸ ζῶον, καὶ τὸν λίθον ἀνελέξατο, καὶ τὸ δῶρον ἐκόμισεν τῇ κόρῃ, πρῶτος γενόμενος εὑρετὴς τῷ Τυρίῳ λόγῳ τῆς Φοινίσσης βαφῆς. I. interpretibus Polit. Miſc. c. 12. & Bayſ. R. V. c. 3. *Tyrii ferunt Herculem captum amore nymphæ, cui Tyrus nomen fuit. Sectabatur autem Herculem canis, antiquo more, quo dominum canes uſque etiam ad concionem comitabantur. Quare canis hic Herculeus per ſcopulum adrepentem purpuram conſpicatus, ipſius prominentem carunculam mordicus arripuit, & pro cibo uſus eſt, cruoreque labra canis colore puniceo infecit. Ut vero heros rediit ad puellam, illa conſpicata labra canis inſueta tinctura infecta, negavit ſibi quidquam poſthac cum illo fore, niſi ad ſe afferret veſtem canis illius labris ſplendidiorem. Sic itaque Hercules animante inventa, collectoque cruore, munus puellæ detulit, primus, ut Tyrii dictitant, inventor Punicæ tincturæ.* Docent etiam *Nazianz. adv. Julian. Or.* III. & *Nonnus Dionyſ.* XL. 280.

19. CONCHYLIUM quid ſit, dictum ſupr. Cæſ. 43. 5. §. 15. Illud a purpura diſtinguit etiam Plin. IX. 36. *Quapropter excuſata & purpura ſit inſania. Sed unde conchyliis pretia? queis virus grave in fuco, color auſterus in glauco, & iraſcenti ſimilis mari?* De purpura quidem haud mirandum dicit, tantopere ab omnibus expeti, tantoque in honore ac pretio haberi, cujus tam inſignis & eximius color. De *conchyliis* miratur, quod pretioſa & illa eſſent, cum tam male olerent, nec gratum colorem haberent. Differebant *conchylia* a purpuris. α. Tingendi temperamento. Plinius. *Concharum ad purpuras & conchylia eadem quidem eſt materia, ſed diſtat temperamento.* Pelagio & buccino purpura tingebatur: at *conchylium* ſolo pelagio I. ſolo purpuræ *conchylio.* Nam purpuræ pelagiæ dicebantur: atque inde *conchylium* appellatum, quod ſolo & mero purpuræ *conchylio* tingeretur, ſine admixtione buccini. Nam *conchylium* eſt *concha* purpuræ. β. Quod lotium tingendis *conchyliis* admiſcebatur, purpuræ non item. Hinc *grave virus* in *conchyliis* notabat ſupra Plinius. γ. Colore. In purpura eſt abundantiſſimus, & ſaturatus; in *conchylio* dilutus & pallidus, & ad cæruleum magis accedens, quam ad purpureum. Plin. IX. 39. *In conchyliata veſte cætera eadem ſine buccino: præterque jus temperatur aqua, & pro indiviſo humani potus excremento: dimidia & medicamina adduntur. Sic gignitur laudatus ille pallor ſaturitate fraudata, tantoque dilutior, quanto magis vellera eſuriunt.* Salmaſ. in Tertull. de pall. p. 187. 188.

20. SATURNALIA *apud majores noſtros die uno finiebantur, qui erat ad quartum decimum Kalendas Januarias. Sed poſtquam C. Cæſar huic menſi duos addidit dies, ſexto decimo cœpta celebrari. Ea re factum eſt, ut, cum vulgus ignoraret certum Saturnaliorum diem, nonnullique a C. Cæſare inſerto die, & alii vetere more celebrarent, plures dies Saturnalia numerarentur. In triduum* enim *propagata* ſunt *primum ex adjectis a Cæſare huic menſi diebus; deinde ex edicto Auguſti, quo trium dierum ferias Saturnalibus addixit.* Macrob. Sat. I. 10. Per quinque dies agi juſſiſſe Cajum prodidit Dio LIX. p. 644. B. Τά τε Κρόνια ἐπὶ πέντε ἡμέρας ἑορτάζεσθαι ἐκέλευσε.

CAPUT XVIII.

ARG. *Munera gladiatoria edit, ſpectaculis, ſed non ſemper præſidet, ſcenicos ludos facit, miſſilia ſpargit, & circenſes, plurimos, præcipuos, ſubitos committit Cajus Cæſar Caligula.*

Munera gladiatoria [1] partim in amphitheatro [2] Tauri [3], partim in Septis [4] aliquot edidit, quibus inſeruit catervas [5] Afrorum Campanorumque pugilum [6], ex utraque 21

MUNUS GLADIATORIUM deſcripſi ſupr. Cæſ. 10. 4. §. 22.

2. AMPHITHEATRUM qua forma fuerit factum, docui ſupr. Aug. 29. 13. §. 46.

3. TAURI amphitheatrum V. ſupr. Aug. 29. 13. §. 45.

4. SEPTA, & illorum in ſcenicis ludis uſum V. ſupr. Aug. 43. I. §. 12.

5. CA-

2 utraque regione electiſſimorum. Neque ſpectaculis ſemper ipſe præſedit, ſed inter-
3 dum aut magiſtratibus, aut amicis præſidendi munus injunxit. Scenicos ludos & aſſidue, & varii generis, ac multifariam fecit: quondam etiam & nocturnos [7], ac-
4 cenſis tota Urbe luminibus. Sparſit [8] & miſſilia [9] variarum rerum [10], & panaria [11]
5 cum obſonio viritim diviſit. Qua epulatione [12] equiti Romano contra ſe hilarius [13] avi-

5. CATERVAS i. vel *catervatim* aſſumptos, vel ad differentiam eorum, qui ordinarii, & legitimi appellantur ſupr. Aug. 45. 5. §. 22. 24. V. & *Torrentium*. *Catervæ* apud Gallos erant, quod legiones apud Romanos, phalanges apud Macedonas. Veget. III. 2. *Denique Macedones, Græci, Dardani, phalanges habuerunt, & in una phalange armatorum octo millia cenſuerunt. Galli, atque Celtiberi, pluresque barbaricæ nationes, catervis utebantur in prælio, in quibus erant ſena millia armatorum. Romani legiones habent, in quibus ſinguli ſena millia, interdum amplius, militare conſueverunt.*

6. AFRI ET CAMPANI PUGILES poſt Græcos maxime laudabantur, ut obſervat *Torrentius*.

7. NOCTU, & ad lumen in ſcena ludos edere ſolebant veteres. Tacit. Ann. XIV. 15. 4. *Poſtremo ipſe ſcenam inſcendit, multa cura tentans citharam, & præmeditans, aſſiſtentibus facibus*, ut ad *Tacitum* legit *Lipſius*. n. 5. *Hi dies, ac noctes plauſibus perſonare.* c. 20. n. 8. *Noctes quoque dedecori adjectas.* Noſt. Domit. 4. 2.

8. SPARSIT i. diviſit. Significantiſſimo verbo uſus eſt. Talia enim *ſpargebantur* inter populares. Et ideo *ſparſio* eleganti vocabulo nuncupata eſt a Papinio laudante miſſilia, quæ in populum Romanum *ſparſit* Domitianus imperator, Sylv. I. 6. 66.

Dives ſparſio quos agit tumultus?

Noſt. Galb. 22. 2. Domit. 4. 14. V. etiam *Gevartium ad Papinium*, & *Beroaldum ad hunc locum*.

9. MISSILIA dicebantur munera, quæ a principibus populo ſpargebantur. Jaciebantur vero ex loco edito. Κατὰ κορυφὴν illa projecit Auguſtus apud Dionem XLIX. p. 417. C. Ἄνωθεν Titus apud Xiphilin. LXVI. p. 757. D. Σφαίρια γὰρ ξύλινα μικρὰ ἄνωθεν ἐς τὸ θέατρον ἐρρίπτει, σύμβολον ἔχοντα: τὸ μὲν ἐδωδίμου τινὸς, τὸ δὲ ἐσθῆτος, τὸ δὲ ἀργυρῶν σκευῶν, ἄλλο χρυσῶν, ἵππων, ὑποζυγίων, βοσκημάτων, ἀνδραπόδων. Ἃ ἁρπάσαντάς τινας ἔδει πρὸς τοὺς δοτῆρας αὐτῶν ἀπενεγκεῖν, καὶ λαβεῖν τὸ ἐπιγεγραμμένον. *Parvos globos ligneos de ſuperiore loco jaciebat* Titus *in theatrum, qui teſſeram continebant alicujus eſculenti, veſtiſve, aut vaſis argentei, aut aurei, equorum, jumentorum, pecudum, mancipiorum. Quos globos qui rapuiſſet, attuliſſetque ad diſpenſatores Titi, quod inſcriptum erat, conſequebatur.* Vel ex altiſſimis turribus ad id exſtructis. Heliogabalus apud Herodian. V. 6. §. 21. Μετὰ δὲ τὸ καταγαγεῖν αὐτὸν, καὶ ἱδρύσαι ἐν τῷ νεῷ, τάς τε προειρημένας θυσίας καὶ πανηγύρεις ἐπιτελῶν, πύργους τε μεγίστους καὶ ὑψηλοτάτους κατασκευάσας, ἀνιὼν τε ἐπ' αὐτοὺς, ἐρρίπτει τοῖς ὄχλοις ἐκπώματά τε χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ, ἐσθῆτάς τε καὶ ὀθόνας παντοδαπάς: ζῶά τε πάντα, ὅσα ἥμερα, ὅσα ἀτίθασσα. *Ubi autem deduxerat, atque in templo conſtituerat, ſacris jam, celebritatibuſque, quas diximus, peractis, maximas, altiſſimaſque turres ad ipſum exſtructas conſcendebat, inde in plebem miſſilia ſparſurus, aurea videlicet, argenteaque pocula, veſteſque, & lintea omne genus: beſtias præterea cicures, & non cicures omnes.* Vel ex baſilica, quæ foro imminebat, ex qua Caligulam ſua miſiſſe dicit Joſeph. Ant. Jud. XIX. 1. Καὶ ὑπὲρ τῆς βασιλικῆς ἑστάμενος, καὶ δῆμα χρυσίου, καὶ ἀργυρίου χρήματα διαρριπτεῖται ἄνω κατὰ κεφαλῆς παρών: ὑψηλοῦ δὲ ἐπὶ τὸ στῖφος εἰς τὴν ἀγορὰν φέρον. & noſt. infr. 37. 2. V. quoque *Buleng. de theatr.* I. 33. & *Taſſin. de lud. ſecul. Rom. c.* 9. §. 4.

10. VARIARUM RERUM, quas deſcribit Joſephus. Πολλῆς δὲ ὀπώρας ἐπιχεομένης τοῖς θεαταῖς, καὶ πολλῶν ὀρνίων, ὁπόσα τοῖς σπανίως τίμια τοῖς κτωμένοις. *Sparſis deinde in ſpectatores miſſilibus, quæ pomis conſtabant, & avibus, propter raritatem gratis.* Res & alias ſpectatoribus miſſas attulerunt jam Dio & Herodianus §. 9. adferet & noſt. Ner. 11. 7.

11. PANARIA dicuntur vaſa, quibus ex vimine factis *panes* repoſiti referebantur. Varr. L. L. IV. 22. *Hinc panarium, ubi id ſervabant: ſicut granarium, ubi granum frumenti condebant.* Plin. Epiſt. I. 6. *Proinde cum venabere, licebit auctore me, ut panarium, & laguneulam, ſic etiam pugillares feras.* Noſt. Domit. 4. 13.

* 12. EPULATIONEM ſive prandium ludis & muneribus populo dabant, qui illa edebant Imperatores. Dio XXXVII. p. 50. D. Καὶ ὁ δῆμος ἀπαυστὶ μέχρι τότε τὰς ὁπλομαχίας θεώμενος, ἐξανέστη τε μεταξὺ τοῦ ἔργου, καὶ ἄριστον εἵλετο. Καὶ τοῦτ' ἐκεῖθεν ἀρξάμενον, καὶ νῦν ὁσάκις ἂν ὁ τὸ κράτος ἔχων ἀγωνοθετῇ γίνεται. *Populus etiam, qui ante hæc tempora ludos gladiatorios nulla intercedente requie totos ſpectaverat, tum primum inter actionem ſurrexit, pranſuſque eſt. Iſque mos tum,* anno ab U. C. 693. Piſone & Meſſala conſulibus, *captus hodieque, quoties Imperator ludos exhibet, obſervatur.* Sidon. Epiſt. I. 11. *Poſtridie juſſit Auguſtus, ut epulo ſuo ludis circenſibus intereſſemus.* Noſt. Domit. 4. 13. & ad illum Statius §. 62. nec non Xiphil. 4. 2. §. 4. V. etiam *Fabr. Sem.* I. 6. *Savar. in Sidonium & Taſſin. de lud. ſecul. Roman. c.* 9. §. 7. *Buleng. de Circo c.* 40.

13. HILARIUS. Ita Plin. Epiſt. I. 15. 4. *Potes apparatius cœnare apud multos: nuſquam hilarius*, quod *libentius* dicunt Cicer. Fam. IX. 19. *Quid noſter Pætus! at ille adjurans, nuſquam ſe unquam libentius.* Cato R. R. c. 157. *Si voles in convivio multum bibere, cœnareque lubenter.*

14. PAR-

avidiuſque veſcenti, partes [14] ſuas miſit [15]: ſed & ſenatori ob eandem cauſam codi-
cillos, quibus prætorem eum extra ordinem deſignabat. Edidit & circenſes [16] pluri- 6
mos a mane uſque ad veſperam, interjecta [17] modo Africanarum [18] venatione [19], mo-
do Trojæ [20] decurſione [21]: & quoſdam præcipuos, minio [22] & chryſocolla [23] conſtra-
to

14. Partes, *μερίδες*, dicuntur ciborum *κλάσματα*, quæ ſingulis diſtribuebantur convivis, portiones. Phædr. I. 5. 6.

Sic eſt locutus partibus factis leo.

Petron. c. 33. *Ego quidem pæne projeci partem meam.* Noſt. Domit. II. 2. V. quoque *Piccart. Pericul. Crit. c.* 19. *Rigalt. ad Phædrum*: *Buleng. de Conv.* I. 2.

15. Mittere partes amicis etiam abſentibus de cœna ſua ſolebant veteres. Cicer. Attic. v. I. *Cui tamen Quintus de menſa miſit.* Spartian. Caracal. c. 3. *Poſt hoc fratrem patruelem Afrum, cui pridie partes de cœna miſerat, juſſit occidi.* Dio LXXVIII. p. 831. C. *Ἑστίᾳ τε ἡμᾶς σωφρόνως· καὶ ὁπότε μὴ τοῦτο ποιοίη, διέπεμπεν ἄλλοις ἄλλα καὶ τὰ εὐτελέστατα.* *Epulis* Pertinax *nos frugaliter excipiebat. Quod ſi id non faceret, alia ad alios mittebat, etiam viliſſimi pretii.* Quæ adfert Capitol. Pertin. c. 12. *Amicis ſi quando de prandio ſuo mittere voluit, miſit offulas binas, aut omaſi partem, aliquando lumbos gallinaceos.* V. quoque *Urſin. de tricl. p.* 284. *Stuck. A. C.* III. 2. & 26. *Buleng. de conv.* II. 2. *Laurent. Polym.* I. 44.

16. Circenses V. ſupr. Cæſ. 39. I. §. 7.

17. Interjicere circenſibus venationes ſolebant veteres. Dio XXXIX. p. 107. E. *Κἀν ταῖς αὐταῖς ἡμέραις ὁ Πομπήϊος τὸ θέατρον καθιέρωσε, καὶ ἐν τι ἐκείνῳ θέαν, καὶ μουσικῆς, καὶ ἀγῶνος γυμνικοῦ· κἀν τῷ ἱπποδρόμῳ καὶ ἵππων ἁμίλλαν, καὶ θηρίων πολλῶν, καὶ παντοδαπῶν σφαγὰς ἐποίησε.* *Iiſdem diebus Pompejus theatrum dedicavit, & in eodem & ſpectacula muſica, & ludos gymnicos exhibuit: atque in circo equorum certamen, multarumque, & varii generis belluarum venationes præbuit.* Cum enim populus varietate gauderet, per interludia, aut urſum, aut par gladiatorum poſtulabat. Horat. Epiſt. II. I. 185.

Si diſcordet eques media inter carmina, poſcunt
Aut urſum, aut pugilem.

Noſt. Claud. 21. 5. Tit. 7. II. V. *Bulengerum*, exempla qui collegit plurima, *de venat. c.* 9.

18. Africanas in ludis exhibebant veteres. Cœl. ad Cicer. Fam. VIII. 7. *Curio me tractat liberaliter, & mihi ſuo munere negotium impoſuit: nam ſi mihi non dediſſet eas, quæ ad ludos ei advectæ erant Africanæ, potuit ſuperſedere: nunc quando dare eſt neceſſe, velim tibi curæ ſit, quod a te ſemper petii, ut aliquid iſtinc beſtiarum habeamus.* Plin. Epiſt. VI. 34. *Vellem Africanæ, quas coemeras plurimas, ad præfinitum diem occurriſſent.* Noſt. Claud. 21. 7. *Λιβυκὰ θηρία* exhibuiſſe Caligulam dicit Dio LIX. p. 650. B. *Θέαν τῷ δήμῳ προῖκα ἐπὶ δύο ἡμέρας ἀπένειμε· καὶ αὐτῷ τῇ μὲν προτέρᾳ ἄρκτοι πρὸς ταῖς τῶν ἵππων ἁμίλλαις πεντακόσιοι ἐσφάγησαν· τῇ δ᾽ ἑτέρᾳ Λιβυκὰ θηρία ἴσα ἀνηλώθη.* *Spectaculum populo biduo gratuito exhibuit: ac priore die, præter equeſtria certamina, quingentæ urſæ ſunt necatæ, poſteriore totidem Africanæ feræ,* Pantheras, quod in *Africa* creberrimæ eſſent, *Africanas* vocabant. Plin. VIII. 17. *Nunc varias & pardos, qui mares ſunt, appellant in eo omni genere creberrimo in Africa, Syriaque. Senatuſconſultum fuit vetus, ne liceret Africanas in Italiam advehere. Contra hoc tulit ad populum Cn. Aufidius tribunus plebis, permiſitque circenſium gratia importare. Primus Scaurus ædilitate ſua varias centum quinquaginta univerſas miſit.* Cœl. ad Cicer. Fam. VIII. 6. *Fere literis omnibus tibi de pantheris ſcripſi. Turpe tibi erit Pathiſcbum Curioni decem miſiſſe, te non multis partibus plures: quas ipſas Curio mihi, & alias Africanas decem donavit.* Noſter Claud. 21. 7. * Sed leones, quare enim hoc diſſimularem, hoc nomine fuiſſe dictos volunt *Juret. Symm. Epiſt.* II. 46. *Bochart. Hieroz.* I. 3. I. & *Buleng. de Venat. c.* 19.

19. Venationem V. ſupr. Cæſ. 39. 7. §. 34.

* 20. Trojæ, cujus ludicrum in circenſibus ludis fuit uſitatum. Tacit. Ann. XI. II. 4. *Sedente Claudio circenſibus ludis, cum pueri nobiles equis ludicrum Troja inirent....* Noſt. Ner. 7. I.

21. Trojæ decursionem V. ſupr. Cæſ. 39. 6. §. 32.

22. Minium color eſt. Heſychius. *Μίνιον, χρωματικόν τι.* Ad ruborem vergens. *Minio* enim Pan dicitur rubere apud Virg. Ecl. x. 27. Ubi Servius. *Minio autem ideo, quia facie rubra pingitur Pan.* Et mox Plinius. Fit in Hiſpania. Dioſcor. v. 109. *Τὸ γὰρ μίνιον σκευάζεται ἐν Ἰσπανίᾳ, ἐκ λίθου τινὸς μεμιγμένου τῇ ἀργυρίτιδι ψάμμῳ.* *Nam minium in Hiſpania fit ex lapide quodam argenteæ arenæ permixto.* Inventum eſt a Callia Athenienſe. Plin. XXXIII. 7. *Theophraſtus nonaginta annis ante Thraſybulum Athenienſium magiſtratum (quod tempus exit in urbis noſtræ 249. annum) tradit inventum minium a Callia Athenienſe, initio ſperante aurum poſſe excoqui arena rubente in metallis argenti: hanc fuiſſe originem ejus. Eſt & nunc inter pigmenta magnæ auctoritatis, & quondam apud Romanos non ſolum maxima, ſed etiam ſacra....* Hoc circum conſtratum fuiſſe magnificentiæ cauſa dicit *Buleng. de circo c.* 37.

23. Chrysocolla color eſt. Heſychius. *Χρυσοκόλλα, χρῶμά τι χλωρόν.* *Colorem herbæ ſegetis læte virentis quam ſimillime reddit.* Plin. XXXIII. 5. Et Dioſcor. v. 54. probat *chryſocollam τὴν κατακόρως πρασίζουσαν, ſature praſinam.* Hunc colorem praſinum Latini proprie vocarunt ex Græco, ut monet Salmaſ. Exercit. Plin. p. 138. a. E. *Apportatur a Macedonia, foditur autem ex his locis, qui ſunt proximi ærariis metallis.* Vitruv. VII. 9. *Laudatiſſimam in Armenia, ſecundam in Macedonia, largiſſimam in Hiſpa-*

7 to circo: nec ullis niſi ex ſenatorio ordine aurigantibus [24]. Commiſit [25] & ſubitos, cum e Gelotiana [26] apparatum circi proſpicientem pauci ex proximis mœnianis [27] poſtulaſſent [28].

Hiſpania eſſe dicit Plinius. Qui & hæc addit. *Chryſocolla humor eſt in puteis, per venam auri defluens craſſeſcente limo rigoribus hibernis uſque in duritiam pumicis.* Hac circum conſtravit etiam Nero. Plinius. *Viſumque jam eſt Neronis principis ſpectaculis arenam circi chryſocolla ſterni, cum ipſe concolori panno aurigaturus eſſet.* Unde Cajum & Neronem, quia uterque praſinæ factioni pari inſania faverit, id feciſſe credit *Torrentius.* Quamvis illa, quia maxime valeret ad perdendam pecuniam, Cajum uſum putet *Argol. in Panvin. de lud. Circenſ. p. 9. a.* Et certe magno parabatur pretio. Ariſtot. Mirabil. p. 1089. F. Ἔχει δὲ ὁ τόπος (Δημόνησος ἡ Χαλκηδονίων νῆσος) κυανοῦ τὸ μέταλλον, καὶ χρυσοκόλλης: ταύτης δ' ἡ καλλίστη πρὸς χρυσίον εὑρίσκει τιμήν. *Habet vero locus iſte cæruleum metallum, & chryſocolle: hujus optima tanti æſtimatur ac aurum.* Unde Vitruv. VII. 14. *Qui non poſſunt chryſocolla propter caritatem uti, herba, quæ luteum appellatur, cæruleum inficiunt.*

24. Aurigantibus, ſed de illis infr. 54. 2. §. 2.

25. Commisit i. incipiendi ſignum dedit. Cicer. Frat. III. 4. *Hæc ſcripſi a. d. 8. Kalend. Novemb. quo die ludi committebantur.* Obſeq. c. 102. *Mutuſcæ, antequam ludi committerentur: angues nigri aram circumdederunt.* Noſt. Claud. 21. 2.

26. Gelotiana, vel domus, vel inſula illis temporibus nota in Urbe fuit, ad circum forte maximum. In illa ſervitii Cæſariani partem habitaſſe licet conjicere ex vetere lapidis inſcriptione.

SYMPHORO
TESSERARIO
SER. CAESARIS
DE DOMO GELO
TIANA FECIT
PHILODESPOTVS
SER. CAESARIS
EX HERMAEO
FRATRI. B. M.

Turneb. Adverſ. XXII. 31. XXVII. 20. & ex Turnebo *Caſaubonus.*

27. Moeniana *ædificia ſunt a Mœnio appellata: is enim primus ultra columnas extendit tigna, quo ampliarentur ſuperiora.* Feſtus. *Mœnius, cum domum ſuam venderet Catoni & Flacco cenſoribus, ut ibi baſilica ædificaretur, exceperat jus ſibi unius columnæ, ſuper quam tectum projiceret ex provolantibus tabulatis, unde ipſe, & poſteri ejus ſpectare munus gladiatorum poſſent, quod etiam tum in foro dabatur.* Aſcon. in Cicer. p. 36. Unde Jabolen. de verb. ſign. I. 242. *Labeo ait, quod projectum eſſet id; quod ita proveheretur, ut nuſquam conquieſceret, qualia mœniana, & ſubgrundia eſſent.* V. quoque *Beroaldum, Coraſ. Miſc. jur.* III. 25. 10. *Alciatum de verb. ſign. p. 262. Argol. ad Panvin. de lud. circenſ. p. 31. b.*

28. Postulassent Caligulam, ut ſubitarios ludos ederet. *Sabellicus.*

CAPUT XIX.

ARG. *Per Baianum ſinum, ponte conjunctum, biduo continenti, ultro citroque equis decurrit Cajus Cæſar Caligula.*

1.2 Novum præterea, atque inauditum genus ſpectaculi excogitavit. Nam Bajarum [1] medium intervallum Puteolanas [2] ad moles [3], trium millium [4] & ſexcentorum

Bajas deſcripſi ſupr. Aug. 16. 1. §. 11. Quantum intervallum loci ſit inter illas & Puteolos, docet Joſeph. Ant. Jud. XVIII. 9. Καὶ προσπλεύσαντες ἀμφότεροι Δικαιαρχίᾳ, καὶ τὸν Γάϊον ἐν Βαίαις λαμβάνουσιν: πολίδριον δ' ἐστὶ καὶ τοῦτο τῆς Καμπανίας, ὅσον ἀπὸ σταδίων πέντε τῆς Δικαιαρχίας κείμενον. *Uterque enim Puteolos appulit, & Cajus ſum forte apud Bajas repertus eſt: id oppidulum eſt Campaniæ, quinque ferme ſtadiis a Puteolis diſſitum.* Sed *inter* ejus *lacum & promontorium Miſenum eſt villa, cui nomen Bauli, flexo mari alluitur.* Tacit. Ann. XIV. 4. 2. Fretum vero quod eſt inter illam villam & Puteolos ponte junxiſſe dicunt Dio LIX. p. 652. E. & Zonar. Ann. II. p. 178. Γάϊος δὲ ἐκείνης μὲν τῆς πομπῆς οὐδὲν προτιμήσας, διὰ τῆς θαλάσσης τρόπον τινὰ ἱππεῦσαι ἐπιθυμήσας, γεφυρώσας τὸ μεταξὺ τῶν τε Ποτιόλων καὶ τῶν Βαύλων. Τὸ γὰρ χωρίον τοῦτο κατ' ἀντιπέρας τῆς πόλεως ἐστὶ (τῆς νέας πόλεως legendum recte contendit Leunclavius. Non enim agitur de mutua Baulorum & Puteolorum inter ſe diſtantia; ſed de Baulorum diſtantia ab urbe non Roma, e cujus regione locus ille ſitus non eſt, ut contextum vertunt interpretes, ſed Neapoli: e cujus regione Baulos eſſe ſitos, & ab ea ſtadiis viginti ſex diſtare verum eſt) διέχον αὐτῆς σταδίους ἓξ καὶ εἴκοσι. *Verum Cajus pompam illam nihili fecit, & per mare modo quodam vehi intendit, ponte injecto ei maris parti, quæ eſt inter Puteolos ac Baulos. Is locus e regione Neapolitanæ eſt urbis, diſtans ab illa ſtadiis ſex & viginti.* Videſis quoque infr. Cal. 37. 5. §. 23.

2. Puteolos deſcripſi ſupr. Aug. 44. 1. §. 3.

3. Moles etiam dicuntur Tacit. Ann. XIV. 8. 2. *Hi molium objectus, hi proximas ſcaphas ſcandere.* Caſſiodor. Var. IX. 6. *Quantis ibi molibus marini termi-*

torum fere paſſuum ponte [5] conjunxit, contractis undique [6] onerariis navibus [7], & ordine duplici [8] ad ancoras [9] collocatis, ſuperjectoque aggere terreno [10], ac directo in Appiæ viæ [11] formam. Per hunc pontem ultro citroque commeavit, biduo conti- 3
nenti [12]. Primo die phalerato [13] equo, inſigniſque quercica corona [14], & ſecuri, 4
&

ni detenter invaſi ſunt? quantis in viſceribus æquoris terra promota eſt? Noſt. infr. 37. 5. Strab. v. p. 169. Ἡ δὲ πόλις ἐμπορεῖον γεγένηται μέγιστον, χειροποιήτους ἔχουσα ὅρμους, διὰ τὴν εὐφυΐαν τῆς ἄμμου· διότι τῇ χάλικι καταμίξαντες τὴν ἀμμοκονίαν, προβάλλουσι χώματα εἰς τὴν θάλατταν. *Urbs ea emporium eſt facta maximum, & habet ſtationes navium manu conſtructas, natura arena eam commoditatem præſtante: itaque glaream cum cæmento ex calce & arena conflato admiſcentes, aggeres in mare producunt.* Dicuntur *pilæ* Senec. Epiſt. 77. *Omnis in pilis Puteolorum turba conſiſtit.* Virg. Æn. IX. 710.

Qualis in Euboico Bajarum littore quondam
Saxea pila cadit.

V. ad Tacitum *Lipſium* & *Ryckium.*

* 4. Trium millium.... Hæc fere ſunt leucæ duæ Franciсæ. Dio vero *trium millium ducentorum quinquaginta* LIX. p. 652. E. *Bergier. de viis milit.* IV. *ſect.* 36. §. 6.

5. Ponte ex navibus facto. Senec. de Brev. vit. c. 18. *Dum ille,* Cajus, *pontes navibus jungit, & viribus imperii ludit.*

6. Contractis undique, partim jam factis, partim tum demum fabricatis. Πλοῖα δὲ ἐς τὴν γέφυραν τὰ μὲν ἠθροίσθη, τὰ δὲ καὶ κατεσκευάσθη, οὐ γὰρ ἐξήρκεσε τὰ ξυλλεγῆναι δυνηθέντα ὡς ἐν βραχυτάτῳ, καίτοι πάντα ὅσα ἐνεδέχετο συναχθέντα. *Ad eum pontem convectæ ſunt partim naves, partim fabricatæ: quum quæ in tanta celeritate comportatæ eſſent, non ſufficerent, quamquam omnibus, quæ haberi poterant, conquiſitis.* Dio.

7. Onerariæ naves ventre erant latiore, & rotundiores, frumenta, commeatumque, & res alias ad bellum pertinentes vehebant. Liv. XXXV. 47. *Ducentæ onerariæ cum omnis generis commeatu, bellicoque alio apparatu ſequebantur.* Dicebantur σιτηγοί. Diodor. Eclog. XXIV. p. 880. Ἐφθάκει δὲ καὶ Καρθάλων στρατηγὸς ἐκ Καρχηδόνος, μετὰ νεῶν μακρῶν ό, καὶ σιτηγῶν ἴσων. *Venerat jam Carthagine etiam Carthalo prætor, cum ſeptuaginta navibus longis, & totidem frumentariis.* Et de Romanis p. 881. Τὰ μὲν σιτηγὰ πλοῖα ἀπώλεσαν πάντα. *Cunctas naves frumentarias perdiderunt.* Et φορτηγοί. Idem p. 880. Ὁ δὲ ὕπατος Ἰούνιος ἐκ τῆς Μεσσήνης ἀνήχθη ναυσὶ μακραῖς λϛʹ, φορτηγοῖς οὐκ ὀλίγοις. *Sed conſul Junius ex Meſſene provehitur ſex & triginta navibus longis, onerariiſque non paucis.* Et *annotina.* Cæſ. B. G. v. 8. 6. *Multitudine navium perterritæ, quæ cum annotinis, privatiſque amplius* DCCC *una erant viſæ.* Noſt. Tit. 5. 5. De hiſce etiam *Scheff. Mil. Nav.* IV. I. *Laz. Comm. R. R.* VI. 8.

8. Ordine duplici, ut pons fieret colatior, & firmior. *Beroaldus.*

9. Ancora eſt id inſtrumentum, quo navis, ſi in altum projiciatur, partim pondere, partim, quia arenæ acuminibus ſuis infigitur, ſiſtitur. Inventum eſt vel Midæ, Gordii filii. Pauſan. Ἀττικ. p. 4. Ἄγκυρα δὲ, ἣν ὁ Μίδας ἀνεῦρεν, ἦν ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ ἐν ἱερῷ Διός. *Ancora, quam Midas invenit, eſt etiam nunc in templo Jovis.* Vel Anacharſidis Scythæ philoſophi. Suidas. Ἀγκύρας Ἀνάχαρσις ὁ Σκύθης φιλόσοφος εὗρεν. Si modo *ancoram bidentem* non intellexerit Suidas. Vel Tyrrhenorum. Plin. VII. 56. *Tyrrheni ancoram invenerunt.* V. *Scheff. Mil. Nav.* II. 5. *Almelov. rer. invent. onomaſt. p.* 3.

10. Terrenum aggerem dicit etiam Virg. Æn. XI. 850.

——— *Fuit ingens monte ſub alto*
Regis Dercenni terreno ex aggere buſtum.

Uterque vocat *aggerem terrenum* ad differentiam ejus, qui lapidibus ſtratus eſt. Iſidor. XV. 16. Serv. Virg. Æn. V. 273. *Agger eſt media via eminentia, coaggeratis lapidibus ſtrata. Unde Virgilius,*

Qualis ſæpe viæ deprenſus in aggere ſerpens.

V. *Torrentium.*

11. Appiam viam V. ſupr. Tib. 72. 2. §. 6. Ad ejus *formam* aggerem direxiſſe Cajum dicit noſter, quia *Appia* ſecus mare eo tractu fuit, q. d. continuatum mediis aquis viæ, rectitudine, & forma, quæ alioquin Lucrini lacus interventu ad lævam inflectebatur. Strabo. v. p. 161. Ἐνταῦθα δὲ συνάπτει τῇ θαλάττῃ πρῶτον ἡ Ἀππία ὁδὸς, ἐστρωμένη μὲν ἀπὸ τῆς Ῥώμης μέχρι Βρεντεσίου. *Hic primum mare attingit via Appia, ſtrata a Roma Brundiſium uſque, & frequentiſſima.* V. & *Sabellicum.*

12. Continenti i. continuo, perpetuo, non interrupto. Ita *continens incendium* dicit Curt. III. 8. 18: VII. 5. 3: VIII. 4. 12. *continentem frondem* V. 4. 15. *Beroaldus* & *Almelov. Amœn. Theol-Philol. p.* 35.

13. Phaleratum i. *phaleris* præfulgentem dicit equum & infr. Claud. 17. 5. V. *phaleras* ſupr. Aug. 25. 3. §. 16.

14. Quercica corona eſt civica, quam V. ſupr. Cæſ. 2. 2. §. 19. Quæ quare ex *quercu* facta fuerit, docet Plutarch. Quæſt. Rom. 91. & in Coriol. p. 214. E. Διὰ τί τῷ σώσαντι πολίτην ἐν πολέμῳ δρύινον διδόασι στέφανον; πότερον ὅτι πανταχοῦ καὶ ῥᾳδίως ἐστὶν εὐπορῆσαι δρυὸς ἐπὶ στρατείας? ἢ ὅτι Διὸς καὶ Ἥρας ἱερὸς ὁ στέφανός ἐστιν, οὓς πολιούχους νομίζουσι? ἢ παλαιὸν ἀπ' Ἀρκάδων τὸ ἔθος, οἷς ἐστί τις συγγένεια πρὸς τὴν δρῦν? πρῶτοι γὰρ ἀνθρώπων γεγονέναι δοκοῦσιν ἐκ γῆς, ὥσπερ ἡ δρῦς τῶν φυτῶν. *Cur eum, qui civem ſervaſſet, corona donabant querna? an, quod ubique copia in expeditionibus eſt quercus, & quidem nullo negotio? aut, quia*

 Jove

& cetra [15], & gladio, aureaque [16] chlamyde [17]. Poſtridie quadrigario habitu [18], curriculoque bijugi [19] famoſorum [20] equorum, præ ſe ferens [21] Darium puerum ex Parthorum obſidibus: comitante prætorianorum agmine, & in eſſedis [22] cohorte [23] amico-

Jovi & Junoni ſacra eſt iſta corona, quibus urbium tutelam aſſignant? aut priſca eſt hæc Arcadum conſuetudo, quibus eſt aliqua cum quercu cognatio? Primi enim hominum e terra nati creduntur, ſicut quercus inter ſtirpes prima. Unde, quia ex *quercu* fiebat, *quercicam coronam*, dicit *quercum* Ovid. Faſt. IV. 953.

State Palatinæ laurus, prætextaque quercu
Stet domus.

Et δρῦν in hac hiſtoria Dio LIX. p. 653. A. Καὶ δρυῒ ἐςεφανῶσατο. De *corona* hac etiam *Paſchal. de Coron.* VII. 8. 11. *Stuck. A. C.* II. 30.

15. CETRAM deſcripſi ad Curt. III. 2. 5. §. 22.

16. AUREÆ i. *auro* diſtinctæ fuerunt & chlamydes. Spartian. Adrian. c. 17. *Quum a Pharaſmene ipſe quoque ingentia dona accepiſſet, atque inter hæc auratas quoque chlamydes, trecentos noxios cum auratis chlamydibus in arenam miſit ad ejus munera deridenda.* Διάχρυσοι dicuntur Dion. LX. p. 687. A. Ἡ τε Ἀγριππῖνα χλαμύδι διαχρύσῳ ἐκοσμεῖτο. *Et Agrippina chlamydem auro intertextam induerat.* Caji *auream* depingunt idem LIX. p. 653. A. & Zonar. Ann. II. p. 178. Καὶ ἐπ' αὐτῷ χλαμύδα σηρικὴν ἁλουργῆ, πολὺ μὲν χρυσίον, πολλοὺς δὲ καὶ λίθους Ἰνδικοὺς ἔχουσαν ἐπενέδυ. *Supra eum chlamydem ſericam purpurei coloris, multo auro, multiſque gemmis Indicis ornatam induit.* V. etiam *Ferrar. R. V.* II. 3. 13. *Laz. Comm. R. R.* VIII. 10. * Plin. XIII. 3. *auro textili ſine alia materia* fuiſſe dicit. Quomodo hoc modo texi potuerit, difficile dictu eſt.

17. CHLAMYS nihil aliud fuit, quam ſagum, ſive, ut veteres loquebantur, ſagus, indumentum ſcilicet, ſive περιβόλαιον, quod tunicæ imponebatur, & fibula in humeris nectebatur. Auctor Etymologici. Χλαμὺς τὸ περίφειμα, καὶ κυκλοειδές, τὸ ἐν συνηθείᾳ λεγόμενον σάγος· ἱμάτιον ὅπερ φορῶσιν οἱ ἡγεμόνες. * Νυμᾶς, ut in χλαμὺς prodidit Suidas, ὁ πρῶτος L. δεύτερος Ῥωμαίων βασιλεὺς, πρεσβείαν Ἰσαύρων δεξάμενος, καὶ τὸ σχῆμα τῆς φορεσίας αὐτῶν καταμαθὼν, ἐξ αὐτῶν λαβὼν ἐφεῦρε τὴν χλαμύδος στολὴν, ἑνώσας τὴν βασίλειον τῇ συγκλήτῳ, οὐκ ἔξωθεν ἐπιθεὶς, ἀλλ', ἔσωθεν ἐμβαλὼν τὴν τῆς πορφύρας βαφήν. *Numa, Rex ſecundus Romanorum cum Iſaurorum legationem accepiſſet, atque illorum geſtaminis figuram & formam animadvertiſſet, ab illis acceptam invenit chlamydis geſtationem & veſtem, conjuncta regia veſte cum ſenatoria: non extrinſecus addens, at intrinſecus adjiciens purpura tincturam.* De *Chlamyde* etiam ſcripſerunt *Laz. Comm. Reip. Rom.* VIII. 10. *Ferrar. de Re Veſt.* II. 3. 3.... *Ruben. de Re Veſt.* I. 6: II. 7. *Cuper. Apoth. Homer. p.* 157. *Vlit. in Nemeſ. Cyneg. n.* 91.

18. QUADRIGARIO HABITU, quia a curribus *quadrigarum* dicti fuerunt *quadrigarii*, qui illas agitabant, etiam noſt. infr. Ner. 16. 7. Illorum *habitus* erat peculiaris. Lamprid. Comm. c. 2. *Aurigæ habitu currus rexit.* Pertinebat huc χιτὼν ἡνιοχικός, ut dicitur Athen. V. p. 200. F. Ἐπὶ δὲ πάντων τούτων ἀναβεβήκει παιδάρια χιτῶνας ἔχοντα ἡνιοχικούς. *In hæc omnia conſcenderant adoleſcentuli cum aurigarum tunica.* Στολὴν reddit Dio LXIII. p. 718. C. Ἡρματηλάτησε, τήν τε στολὴν τὴν πρασίνην ἐνδεδυμένος. *Currus praſina ſtola indutus agitavit.* Ubi repetitio articuli oſtendit, loqui eum de peculiari ſtola, ea ſcilicet, quali ſollenniter agitatores erant ornati. *Tunicam* Plin. Epiſt. IX. 6. *Tanta gratia, tanta auctoritas in una viliſſima tunica.* Tunicæ addebatur caſſis in capite. Papin. Theb. VI. 330.

Ipſe habitu niveus: nivei dant colla jugales.
Concolor eſt albus & caſſis, & inſula criſtis.

Κράνος dicitur Dioni l. l. Καὶ τὸ κράνος τὸ ἡνιοχικὸν περικείμενος. *Et galea aurigarum ornatus.* Et LXXIX. p. 913. C. Ἐν γάρ τοι ἱπποδρομίᾳ τοι ἐκπεσὼν τοῦ ἅρματος, τό τε κράνος ἐν τῇ πτώσει ἀπέῤῥιψε. *Nam quum ludis circenſibus decidiſſet ex curru, atque in eo caſu galeam abjeciſſet.* Caſſidi addit inſulam Papinius. Quæ forte fuerit circulus, medium ambiens corpus agitatoris, ſic dictus, quod contortus eſſet ex filis, ambiretque corpus, ſicut ſacerdotum inſula cingebat caput. Illo habenas, quas libera non tenebat manu, poſt tergum conſertas habebat, partim, ut eo facilius equos coerceret, partim, ut in curru ſtans nonnihil contra lapſum juvaretur. V. *Scheffer. de re vehic.* II. 11.

19. CURRICULO BIJUGI i. *biga*, vel *bigis*, pro quibus etiam Romani aliquando nominarunt *bijugos*. Virg. Æn. X. 453.

Deſiluit Turnus bijugis.

Et *bijuges*. Virg. Georg. III. 91.

Martis equi bijuges.

Ἅρμα generaliori vocabulo dicit Dio LIX. p. 653. B. Ἀνεκομίσθη διὰ τῆς αὐτῆς γεφύρας ἐφ' ἅρματος. *Per ipſum pontem curru revectus eſt.* Scheffer. l. l.

20. FAMOSORUM i. celeritate inſignium, curſu clarorum: qualis apud Martialem Irpinus; apud Juvenalem Corita, apud Silium Lampus, apud alios alii. V. *Beroaldum.*

21. PRÆ SE FERENS, ita, ut eodem in curru ante ipſum Darius fuerit, interpretatur, & tale aliquid in veteribus quadrigatis, ac bigatis nummis non ſemel cerni dicit *Torrentius.* Darium Cajum ſubſecutum fuiſſe ideo dicit Dio LIX. p. 653. B. Καὶ ἄλλα δὲ αὐτῷ πολλὰ, ὡς καὶ λάφυρα, συνηκολούθησε, καὶ Δαρεῖος, ἀνὴρ Ἀρσακίδης ἐν τοῖς ὁμηρεύουσι τότε τῶν Πάρθων ὤν. *Tum alia vero multa, ſpoliorum inſtar, eum ſubſequebantur, tum etiam Darius, Arſacides, unus ex obſidibus, qui tunc a Parthis aderant.*

22. ESSEDUM V. ſupr. Aug. 76. 3. §. 8.

23. COHORTEM AMICORUM V. infr. Ner. 5. 2. §. 6.

24. A-

Digitized by Google

amicorum [24]. Scio pleroſque exiſtimaſſe [25], talem a Cajo pontem excogitatum æmulatione Xerxis [26], qui non ſine admiratione [27] aliquanto anguſtiorem [28] Helleſpontum [29] contabulaverit [30]: alios, ut Germaniam & Britanniam, quibus imminebat [31], alicujus immenſi operis fama territaret. Sed avum meum narrantem puer audiebam, cauſam operis ab interioribus [32] aulicis proditam, quod Thraſyllus mathematicus [33], anxio de ſucceſſore Tiberio, & in verum [34] nepotem proniori [35], affirmaſſet, *non magis Cajum imperaturum* [36], *quam per Bajanum ſinum equis diſcurſurum.*

(The section numbers 6 and 7 stand in the right margin beside the lines beginning "talem a Cajo pontem" and "Sed avum meum".)

24. Amicos hos deſcribit Dio C. Οἵ τε φίλοι, καὶ οἱ ἑταῖροι αὐτοῦ ἐπὶ ὀχημάτων ἐν ἐσθῆτι ἀνθηρᾷ ἐφίποντο. *Comitabantur & amici ejus, & ſocii in curriqus floridis.*

25. Plerosque existimasse. Exiſtimavit hoc Senec. de Brev. Vit. c. 18. *Exitio pene ac fame conſtitit, & quæ famem ſequitur rerum omnium ruina, furioſi, & externi, & infeliciter ſuperbi regis imitatio.*

26. Xerxes qui Helleſpontum contabulaverit, docet Herodot. VII. p. 452. A. Μετὰ δὲ ταῦτα παρεσκευάζετο ὡς ἐλῶν ἐς Ἄβυδον· οἱ δὲ ἐν τούτῳ τὸν Ἑλλήσποντον ἐζεύγνυσαν ἐκ τῆς Ἀσίης ἐς τὴν Εὐρώπην. Ἔστι δὲ τῆς Χερσονήσου τῆς ἐν Ἑλλησπόντῳ, Σηστοῦ τε πόλιος μεταξὺ τε καὶ Μαδύτου, ἀκτὴ παχέα ἐς θάλασσαν κατήκουσα, Ἀβύδῳ καταντίον. Ἐς ταύτην ὦν τὴν ἀκτὴν ἐξ Ἀβύδου ὁρμεώμενοι, ἐγεφύρουν τοῖσι προσέκειτο. *Secundum hæc ſeſe apparabat Xerxes, tanquam Abydum profecturus, quum interea ii, quibus negotium hoc datum erat, Helleſpontum ex Aſia in Europam conjungerent. Eſt autem Cherſoneſi in Helleſponto, Seſtum inter & Madytum urbes, ora ſalebroſa, quæ in mare procurrit, e regione Abydi. Ad hanc oram ex Abydo jungere pontem inchoavere illi, quibus hoc munus erat delegatum.*

27. Non sine admiratione. Xerxem tamen ludit Cajus apud Dion. LXIX. p. 653. E. Ἔπει ἔν γε τὸν Δαρεῖον, καὶ τὸν Ξέρξην ὅσον ὅ, τι οὐκ ἀπέσκωπτεν, ὡς καὶ πολλαπλάσιον σφῶν μέτρον τῆς θαλάσσης ζεύξας. *Dario & Xerxe nonniſi ludibrii cauſa memorato, quia longe plus maris ipſe ponte inſtraviſſet.*

28. Angustias Helleſponti deſcribit Herod. ibid. C. Ἔστι δὲ ἑπτὰ στάδια ἐξ Ἀβύδου ἐς τὴν ἀπαντίον. *Eſt autem ex Abydo ad ulteriorem continentem ſeptem ſtadiorum trajectus.*

29. Hellespontum V. ſupr. Cæſ. 63. 1. §. 1.

30. Contabulaverit i. pontibus quaſi *tabulis* junxerit. Curt. v. 7. 8. *Contabulato mari molibus.* Quod *conſternere pontem navibus* dicit Plinius, ut Pintianus apud illum legit IV. 12. *Hac Xerxes Perſarum rex, conſtrato navibus ponte, duxit exercitum.*

31. Imminebat i. bellum ut inferret, omni ferebatur cogitatione. Hujus verbi vim expreſſi ſupr. Aug. 24. 3. §. 9. & ad Curt. III. 1. 10. §. 48.

32. Interioribus i. carioribus, & qui aulæ ſecretiora ſciebant. *Beroaldus* & *Sabellicus.* In varias claſſes amicos diſtinxiſſe veteres, dixi ſupr. Tib. 46. 2. §. 4. 5.

33. Mathematici quinam, dictum ſupr. Aug. 94. 22. §. 71.

34. Verum, quem *naturalem* dixit ſupr. Tib. 55. 3.

35. Pronior i. magis deditus. V. ſupr. Cæſ. 50. 1. §. 1.

36. Imperare quid dicam infr. Claud. 3. 4. §. 5.

CAPUT XX.

ARG. *Syracuſis, & Lugduni ludos edit, & in Græca, Latinæque facundiæ certamine victoribus præmia victos conferre, eorundemque laudes componere, & harum auctores, qui diſplicuerant, ſcripta delere jubet Cajus Cæſar Caligula.*

Edidit & peregre ſpectacula [1]: in Sicilia Syracuſis [2] aſtycos [3] ludos, & in Gallia 1
Lugduni [4] miſcellos [5]. Sed & certamen [6] quoque Græcæ Latinæque facundiæ. 2
Quo

Spectacula in genere edidiſſe dicit etiam Dio LIX. p. 656. E. Καὶ γὰρ θέας τινὰς ἐν τῷ Λουγδούνῳ ἐπετέλεσε.

2. Syracusas V. ſupr. Aug. 72. 4. §. 14.

3. Astycos i. inſtar eorum, qui ἐν ἄστει, Athenis, & erant ludi ſcenici. Omnino ἀστικοὶ ἀγῶνες ſunt Græci inſtituti, ut ne mireris, quare ἀστικοὶ ἀγῶνες in urbe Græca Syracuſis a Caligula inſtituti. Philoſtr. Icon. 1. p. 723. C. Ἦν μὲν ὁ παρὰ τοῖς Νεαπολίταις ἀγών· ἡ δὲ πόλις, ἐν Ἰταλίᾳ ᾤκισται, γένος Ἕλληνες, καὶ ἀστικοί· ὅθεν καὶ τὰς σπουδὰς τῶν λόγων Ἑλληνικοί εἰσι. *Erat quidem apud Neapolitanos hoc certamen. Civitas autem in Italia condita, Græci genere, atque Athenienſes: unde & orationis ſtudio Græcanici ſunt.* Ergo ἀστικοὶ ἑλληνικοί, & ludi *aſtyci*, ἑλληνίζοντες, qualia omnino τὰ ἐν ἄστει Διονύσια. *Scalig. de emend. temp.* V. *p.* 479. *Epiſt.* 37. V. tamen & *Turneb.* XVIII. 5: XXVII. 20. *Luſin. Parerg.* III. 18. *Gunther. de Jur. Pont.* III. 19. & ad hunc locum celeb. *Gravium.*

4. Lugdunum. V. ſupr. Cal. 17. 3. §. 10.

5. Miscellos ludos Torrentius vocari exiſtimat, qui

3 Quo certamine ferunt victoribus præmia victos contuliſſe, eorundem & laudes com-
4 ponere coactos. Eos autem qui maxime diſplicuiſſent, ſcripta ſua ſpongia [7] lingua-
ve [8] delere juſſos, niſi ferulis [9] objurgari [10] aut flumine [11] proximo mergi maluiſ-
ſent.

qui ad nullum certum genus ludorum ſcenicorum, ſive argumentum, ſive ſcenæ inſtrumenta & apparatum ſpectes, referri poſſint. Sic columbarum *genus miſcellum* vocat Varr. R. R. III. 7. quæ neque domeſticæ, neque agreſtes ſunt: *uvas miſcellas* Varr. R. R. I. 54. quæ *in quemvis agrum conveniunt*, ut illas interpretatur Cato R. R. c. 6. *as miſcellum* Sicul. Flac. de cond. agror. p. 23. tabulas miſcellas æneas, quæ varia & mixta nomina continebant: puta eorum qui primum deducti fuerant, & eorum qui poſtea in locum defunctorum ſucceſſerant. Sic gladiatores, cum in turba mixtim ſeſe mutuis ictibus conficere juſſi erant, *ad miſcellanea venire* dicebantur. Ad illum morem alludens de perditiſſimo nepote & conturbatore quodam dixit Juven. XI. 20.

Sic veniunt ad miſcellanea ludi.

I. interprete Scalig. de Emend. Temp. V. p. 479. fiunt ex ſenatoribus mimi, ſive ludi. Unde tranſcurria vocat ludos, ad quos ex ſenatu tranſibant I. quando ex ſenatoribus fiebant ſcurræ, ſive ludi, aut hiſtriones. De illis etiam *Turneb. Adv.* XXII. 23. *Guther. de jur. Pont.* III. 19. *Rigalt. rei agrar. ſcript.* p. 229. *Donatus*, *Beroaldus*.

6. CERTAMEN hoc an inſtituerit Cajus, merito dubitat Torrentius. Dio certe, ſi modo Dioni fides habenda eſt, ludos vivente adhuc Auguſto Lugduni ad ejus aram, quam V. infr. Claud. 2. I. §. 5. celebratos fuiſſe, illoſque ſua adhuc ætate permanſiſſe teſtatur LIV. p. 544. A. Τὰς πρώτας, προφάσει τῆς ἑορτῆς, ἣν καὶ νῦν περὶ τὸν τῦ Ἀυγύςυ βωμὸν ἐν Λυγδύνῳ τελῦσι μεταπεμψάμενος.

7. SPONGIA perperam ſcripta veteres deleviſſe docui ſupr. Aug. 85. 6. §. 18.

8. LINGUA DELERE *ſcripta ſua* jubebantur ii, quorum ſcripta diſplicebant. Lucill. Anthol. II. 40. 7. §. 5.

Τῶ σῶ γὰρ πάσχω νεκρῶ χάριν, οἷα παθεῖν
Οἱ καταλείξαντες βιβλία, καὶ καλάμους.

Ita legente l. l. illuſtri Scaligero.

Tua enim patior mortis cauſa, qualia paterentur
Qui delingunt ſcripta ſua, & calamos.

Nihil enim ſiniſterius poetæ, aut rhetori imprecatur, quam ut illi accidat, quod victis fit in miſcellaneis Lugdunenſibus ad aram Cæſaris. In eundem ſenſum Scaliger accipit illud incerti diſtichon Anthol. II. 5. 8.

Οὐχ ὅτι τὸν κάλαμον λείχεις, διὰ τῦτό σε μισῶ,
Ἀλλ' ὅτι τυτο ποιεῖς καὶ δίχα τῦ καλάμου.

Nam quod cunnum lingis, ob id te odi,
Sed quod illud facis, etiam ſine cunno.

9. FERULIS percutiuntur pueri. Prudent. Cathemer. prol. n. 7.

Ætas prima crepantibus
Flevit ſub ferulis.

Quæ ideo ſceptra dicuntur docentium. Martial. X. 62. 10.

Ferulæque triſtes, ſceptra pædagogorum.

Auſon. Edyll. IV. 29.

Quod ſceptrum vibrat ferulæ, quod multa ſupellex
Virgea: quod fallax ſcuticam prætexit aluta.

Noſt. Claud. 8. 2. Gram. 9. 4. Inde in proverbium abiit: *manum ferulæ ſubduxiſſe*, apud Juven. I. 15. Sidon. Epiſt. II. 10. Macrob. Sat. III. 10. Hieron. ad Pammach. Epiſt. 101. de illis, qui docentium poteſtate exierunt. V. *Savar. in Sidonium. Grang. in Juvenalem. Tiraquell. in Alex.* II. 25. *Eraſm. Adag.* p. 439. *Creſol. Theatr. Rhet.* V. 6.

10. OBJURGAMUR quidem proprie *verbis*, unde Cicer. Attic. III. 10. *Hæc eo ſcripſi, ut potius relevares me, quam aut caſtigatione aut abjurgatione dignum putares.* Ita ut & de *verberibus* illo verbo utantur etiam ſcriptores ſatis idonei. Senec. de Ira III. 12. *Tu, inquit, Speuſippe ſervulum iſtum verberibus obiurga*, Petron. Sat. c. 34. *Colaphiſque objurgare puerum juſſit.* Perſ. Sat. V. 169.

——— *ſolea puer objurgabere rubra.*

Noſt. Oth. 2. I. Ita & *admoneri flagello*, *flagro*, *verbere* dicimur, ut exempla a me ad Curt. IV. 14. 20. §. 82. allata docent. Nec opus fuit *objurgari* in *obvirgari* ut mutaretur, ut mutavit *Torrentius*, cujus diligentiam hæc loca fugiſſe miror.

11. FLUMINE Rhodano, vel Arari. Ad horum enim confluentes ſitum eſt Lugdunum. V. ſupr. 17. 3. §. 10.

CAPUT XXI.

ARG. *Opera ſub Tiberio ſemiperfecta abſolvit, nonnulla alia inchoat, ſed non peragit, & nonnulla peragere deſtinat Cajus Cæſar Caligula.*

Opera

Opera ſub Tiberio ſemiperfecta [1], templum Auguſti theatrumque Pompeji abſol- 1
vit. Inchoavit autem aquæductum [2] regione Tiburti [3], & amphitheatrum [4] 2
juxta ſepta: quorum operum a ſucceſſore ejus Claudio, alterum [5] peractum, omiſ-
ſum alterum eſt. Syracuſis collapſa vetuſtate mœnia, deorumque ædes refectæ. 3
Deſtinaverat & Sami [6] Polycratis [7] regiam reſtituere, Mileti [8] Didymæum [9] perage- 4
re [10], in jugo Alpium urbem condere, ſed ante omnia [11] Iſthmum [12] in Achaja [13]
perfodere. Miſeratque jam ad dimetiendum opus primipilarem [14].

SUB TIBERIO IMPERFECTA manſerunt *Auguſti templum*, & *reſtitutio Pompejani theatri* ſupr. Tib. 47. 1.

2. AQUÆDUCTUM, de quo Plin. XXXVI. 15. *Vicit antecedentes aquarum ductus noviſſimum impendium operis inchoati a Cæſare, & peracti a Claudio. Quippe a lapide quadrageſimo ad eam excelſitatem, ut in omnes Urbis montes levarentur, influxere Curtius atque Cæruleus fontes. Erogatum in id opus ſeſtertium ter millies* i. Budæi calculo decies centena millia, trecenta octoginta quinque millia, & quingenti coronati. *Quod ſi quis diligentius æſtimaverit aquarum abundantiam in publico, balineis, piſcinis, domibus, euripis, hortis, ſuburbanis, villis, ſpatioque advenientis exſtructos arcus, montes perfoſſos, convalles æquatas, fatebitur, nihil magis mirandum fuiſſe in toto orbe terrarum.* Frontin. de aquæduct. 1. *Poſt hos C. Cæſar, qui Tiberio ſucceſſit, cum parum, & publicis uſibus, & privatis voluptatibus ſeptem ductus aquarum ſufficere viderentur, altero imperii ſui anno, M. Aquilio Juniano, P. Nonio Aſprenate conſulibus, anno Urbis conditæ* 790. *duos ductus inchoavit: quod opus Claudius magnificentiſſime conſummavit, dedicavitque, Sulla & Titiano conſulibus, anno poſt Urbem conditam* 800. 6. *Kal. Auguſti.* Noſt. Claud. 20. 2.

3. REGIONEM TIBURTI, ut dicit noſter, ita *Tiburtem terram* Varr. R. R. 1. 9. *In mediocri autem terra, ut in Tiburti. Tiburtem viam* Horat. Sat. 1. 9. 108.

Quum Tiburte via prætorem quinque ſequuntur
Te pueri.

Tiburtem villam Cicer. de Orat. II. 55. *In Tiburti forte aſſedimus ego & Marcus filius.* Admodum late, quia *a lapide ab Urbe quadrageſimo* inchoaſſe Cajum §. 2. dicit Plinius, & urbem ipſam vix ad vigeſimum ab Urbe lapidem abfuiſſe dixit Stephanus ſupr. Aug. 72. 5. §. 26. agrum patuiſſe *Tiburtinum* putat *Torrentius.*

4. AMPHITHEATRUM *caſtrenſe* in regione quinta, ſive Exquiliis collocant Rufus & Victor. Et illud, quod hoc loco Caligula dicitur inchoaſſe, eſſe putat Pancirol. de quatuordecim Urbis region. p. 8. & addit, fuiſſe dictum *caſtrenſe*, quod juxta caſtra, quæ illi ſunt Suetonii ſepta, poſitum fuerit. V. & *Lipſ. de amph. c.* 5.

* 5. ALTERUM, aquæductum. Suet. Claud. c. 20. n. 1. *Opera magna potius quam neceſſaria quam multa perfecit: ſed vel præcipua, aquæductum a Caio inchoatum.* Plin. XXXVI. 15. *Vicit antecedentes aquarum ductus noviſſimum impendium operis inchoati a C. Cæſare, & peracti a Claudio.* Vignol. Diſſert. de Columm. Anton. Pii c. 2.

6. SAMUS eſt inſula Joniæ. Herod. 1. p. 67. A. Ἔτι δὲ τρεῖς ὑπόλοιποι Ἰάδες πόλιες, τῶν αἱ δύο μὲν νήσους οἰκέαται, Σάμον τε καὶ Χίον.... *Reliquæ ſunt tres civitates Jonicæ, quarum duæ inſulas habitant, Samum videlicet & Chium.* Illam pluribus deſcribit Strab. XIV. *p.* 438.

7. POLYCRATES filius fuit Æacis, qui Samum vi occupaverat. Herod. III. p. 200. E. Πολυκράτεα τὸν Αἰάκεος, ὃς ἔσχε Σάμον, ἐπαναστάς. Anulum in mare projeciſſe, illumque piſcem retuliſſe prodiderunt Herod. ibid. p. 202. A.... D. Strab. XIV. p. 438. Plin. XXXIII. 1: XXXVII. 1.

8. Μίλητος, πόλις ἐπιφανὴς ἐν Καρίᾳ τῶν Ἰώνων. *Miletus urbs celebris in Caria Jonum.* Stephanus. *Belli, paciſque artibus princeps.* Mel. 1. 17. *Lelegeis antea, & Pityuſſa, & Anactoria nominata, ſuper octoginta urbium per cuncta maria genetrix.* Plin. V. 29. Illam qui condiderint, non ſatis eſt certum. V. tamen, ſi vacas, Strab. XIV. p. 436. 437. De illa quoque Apollon. Scholiaſt. 1. 186.

9. DIDYMÆUM i. Apollinis *Didymæi* templum, de quo V. quæ dixi ad Curt. VII. 5. 28. §. 58.

10. PERAGERE i. abſolvere, perficere. Colum. R. R. III. 10. *Unumque eſt ei propoſitum peragere operis ſui penſum.* Noſt. Claud. 11. 10. Oth. 7. 4.

* 11. ANTE OMNIA i. præ *omnibus*, præcipue. Curt. IV. 8. 15. *Ante omnia mare a piraticis claſſibus vindicare.* Plin. VIII. 37. *Quæ natura multis, & ante omnia, urſis.* Virg. Georg. II. 475.

Me primum dulces ante omnia Muſæ
Accipiant.

12. ISTHMUS quorum marium ſint anguſtiæ, docui ſupr. Cæſ. 44. 3. §. 23.

13. ACHAJAM V. ſupr. Tib. 4. 5. §. 24.

14. PRIMIPILARIS quis fuerit, dixi ſupr. Tib. 37. 5. §. 9.

CAPUT XXII.

ARG. *Complura cognomina aſſumit, divinam maieſtatem aſſerere ſibi incipit, Olympici Jovis ſimulacris caput ſuum imponit, ſe adorandum adeuntibus exhibet, templum, ſacerdotes, & hoſtias ſibi inſtituit, noctu lunam in amplexus invitat, interdiu cum Jove fabulatur, & in area Capitolina novæ domus fundamenta jacit Cajus Cæſar Caligula.*

1.2 Hactenus [1] quaſi de principe [2], reliqua ut de monſtro narranda ſunt [3]. Compluribus cognominibus aſſumptis (nam & PIUS [4], & CASTRORUM [5] FILIUS [6], & PATER EXERCITUUM, & OPT. MAX. CÆSAR vocabatur) cum audiret forte reges [7], qui officii cauſa in Urbem advenerant, concertantes apud ſe ſuper cœnam de nobi-
3 litate generis, exclamavit: εἷς κοίρανος ἔστω, εἷς βασιλεύς [8]. Nec multum abfuit, quin ſtatim diadema ſumeret [9], ſpeciemque principatus [10] in regni formam [11] con-
4 verteret. Verum admonitus, & principum & regum ſe exceſſiſſe faſtigium [12], divinam

HACTENUS n. quæ dicta ſunt de Cajo, ſunt dicta.... Et breviſſima utitur tranſitione, ut monet Sabellicus. Rerum quoque, ut ſolet, non temporis ordinem ſequitur.

2. PRINCIPE, & imperatore bono.

3. UT DE MONSTRO NARRANDA SUNT i. infanda, portentoſa, & *monſtrifica*, neque naturæ humanæ congruentia, & vix credibilia dicentur. *Beroaldus.*

4. PIUS forte voluerit dici Cajus a templo Auguſti, quod ſemiperfectum a Tiberio relictum abſolvit ſupr. 21. 1. Fuerunt, qui olim putaverunt a ſimili *pietate* Antonino imperatori *Pii* cognomen fuiſſe inditum. Spartian. Adrian. c. 27. *Templum denique ei*, Adriano, *pro ſepulcro apud Puteolos conſtituit, & quinquennale certamen, & flamines, & ſodales, & multa alia, quæ ad honorem quaſi numinis pertinerent. Quare, multi putant Antoninum Pium dictum.* Vel a *pietatis* officio exercito in matrem & fratres ſupr. 12. 6. §. 20.

5. CASTRORUM, quia in *caſtris* natus ſupr. 8. 4. Senec. de conſtant c. 18. *Hoc enim in caſtris natus, & alumnus legionum vocari ſolebat, nullo nomine militibus familiarior unquam factus.* Beroaldus.

6. FILIUS *caſtrorum* dicitur, ut dialecto Hebræorum, *filius pacis*, *filius potentiæ*, *filius perditionis*, & Græcorum, ἁμέρα παῖς ἀελίου, *dies filius ſolis* apud Pindar. Olymp. 11. 53. V. & *Marcil. in Veſpaſ.* 18. 3.

7. REGES, Agrippa & Antiochus. Dio LIX. p. 658. E. Καὶ μάλισθ', ὅτι ἐπυνθάνετο τόν τε Ἀγρίππαν αὐτῷ, καὶ τὸν Ἀντίοχον, τοὺς βασιλέας, ὥσπερ τινὰς τυραννοδιδασκάλους, συνεῖναι. *Et præcipue, quod audiret Agrippam ei, ac Antiochum, qui eum ad tyrannidem inſtruerent, familiariter adeſſe.*

8. Εἷς κοίρανος.... Verſus eſt Homericus Iliad. II. 204.

> Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· εἷς κοίρανος ἔστω,
> Εἷς βασιλεύς.
> *Non bonum eſt multorum principatus: unus princeps eſto,*
> *Unus rex.*

Quem etiam Ariſtoteles ex Homero transfert in Polit. IV. 4. Ὅμηρος δὲ ποίαν λέγει: οὐκ ἀγαθὸν εἶναι πολυκοιρανίην.... *Homerus autem cum dicit; non eſſe bonum, ut plures regant.* Et Metaphyſ. XII. 10.

> Τὰ δὲ ὄντα οὐ βούλεται πολιτεύεσθαι κακῶς:
> Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη: εἷς κοίρανος ἔστω.

At entia nolunt male gubernari:

> *Non bonum eſt multorum principatus: unus princeps eſto.*

Et Nepos laudans etiam Homerum effert *in* 6. 4. *Non tulit hoc animo æquo Dion, & verſum illum Homeri retulit ex ſecunda rhapſodia, in quo hæc ſententia eſt. Non poteſt bene geri reſpublica multorum imperiis.* Et Senec. Agamn. n. 257.

> *Nec regna ſocium ferre, nec tædæ ſciunt.*

V. & *Ritterſh. in Oppian. p.* 52. & *Tiraq. de jur. primig. quæſt.* 4. *n.* 21–26.

* 9. QUIN DIADEMA SUMERET, non multum abfuiſſe Caligulam ſcribit noſter. Cui potius habenda fides eſt quam Aurelio Victori, apud quem Epit. 3. 8. hæc leguntur. *Primus diademate capiti impoſito....* Maxime cum ſui oblitus Epitomiſta de Aureliano dicat c. 35. 5. *Iſte primus apud Romanos diadema capiti innexuit.*

10. SPECIES PRINCIPATUS eſt ornatus imperatoris Romani, qui proprie *princeps* appellatur, & imperium *principatus*. Sic enim initio Auguſtus inſtituit. *Speciem* enim vocat inſignia, quæ *inania* Tacit. Ann. IV. 41. 4. *Sublatis inanibus vera potentia augere.* V. *Caſaubonum.*

11. REGNI FORMAM vocat inſignia, quibus *reges* olim utebantur ad indicandam majeſtatem *regiam*, puta diadema, purpura, ſceptrum, & cætera hoc genus. Eutrop. IX. 18. Diocletianus *in imperio Romano regia conſuetudinis formam magis, quam Romanæ libertatis invexit. Regis* appellationem, quam tantopere abominati ſunt veteres Romani, & primi etiam imperatores, proxima ætas frequentavit. Romanum imperium *regnum* appellat Tacit. Ann. XII. 66. 3. *Et dis inter inſtrumenta regni habita.* XIII. 14. 1. *Velut arbitrium regni agebat.* Et domum imperatoris *domum regnatricem.* I. 4. 4. *Prima ab infantia eductum in domo regnatrice.* Imperatorem *regem* Spartian. Adrian. c. 11. *Converſis militibus regio more,*

vinam ex eo majeſtatem [13] aſſerere [14] ſibi cœpit. Datoque negotio [15], ut ſimulacra numinum religione & arte præclara, inter quæ Olympii Jovis [16], apportarentur [17] e Græcia, quibus capite dempto ſuum imponeret, partem Palatii [18] ad forum [19] uſque promovit [20], atque æde Caſtoris & Pollucis [21] in veſtibulum transfigurata [22], conſiſtens ſæpe inter fratres [23] deos [24] medium ſe adorandum adeuntibus [25] exhibebat:

re i. ad conſuetudinem imperatoris. Hinc *ſervi regis*, *ſedile regium*, *ornamenta regia*, *ſtatio regia*, *regale imperium* apud hiſtoriæ Auguſtæ ſcriptores, quos deſcribere longum foret. Videſis etiam *Buleng. de imperat.* I. I. *Caſaubon. ad Spartianum* & *ad hunc locum.*

12. Fastigium i. dignitatem. V. ſupr. Cæſ. 76. 2. §. 13.

13. Divinam majestatem. Se enim Jovem finxit; ſed illum facete & lepide riſit Gallus quidam. Dio LIX. p. 660. D. Ζεὺς τε εἶναι ἐπλάττετο, καὶ κατὰ τοῦτο καὶ γυναιξὶν ἄλλαις τε πολλαῖς, καὶ ταῖς ἀδελφαῖς μάλιστα, συνεῖναι προσεφασίζετο. Καὶ ποτέ τις ἀνὴρ Γαλάτης ἰδὼν αὐτὸν ἐπὶ βήματος ὑψηλοῦ ἐν Διὸς εἴδει χρηματίζοντα, ἐγέλασεν. Ὁ δὲ Γάϊος ἐκάλεσέ τε αὐτὸν καὶ ἀνήρετο, τί σοὶ δοκῶ εἶναι; καὶ ὃς ἀπεκρίνατο, ὅτι μέγα παραλήρημα. *Jovem etiam ſe fingebat, eaque occaſione cum multis aliis mulieribus, & cum ſororibus congreſſum eſſe præ ſe ferebat. Forte quadam die accidit, ut Gallus quidam eum pro excelſo tribunali ſub ſpecie Jovis jus dantem videret, & rideret. Eum Cajus vocatum percontatus eſt, quid tibi videor eſſe: & ille reſpondit, magnum deliramentum.*

14. Asserere i. vindicare. V. Curt. VIII. I. 42. §. 122.

15. Dato negotio Memmio Regulo. Joſeph. Ant. Jud. XIX. I. Οὐ μὴν ἔπραξέ γε, ἀρχιτεκτόνων φαμένων πρὸς Μέμμιον Ῥηγοῦλον, ὃς ἐπετέτακτο τῇ κινήσει τοῦ Διὸς, ἀπολεῖσθαι τοὔργον κινήσεως αὐτοῦ γενομένης. Λέγεται δὲ τὸν Μέμμιον διὰ ταῦτα, καὶ σημείων μειζόνων γεγενημένων, ἢ ὡς ἄν τινα πιστὰ ἡγεῖσθαι, ὑπερβαλέσθαι τὴν ἀναίρεσιν. *Quod tamen factum non eſt, architectis Memmio Regulo, cui transferendi Jovis negotium demandatum erat, dicentibus, opus illud illæſum loco moveri non poſſe. Ajunt etiam prodigiis fidem excedentibus Memmium vetitum, diſtuliſſe operis translationem.*

16. Olympii Jovis, quem V. & ſupr. Tib. 58. 2. §. 6. Opus fuit Phidiæ Athenienſis ſtatuarii, Joſephus. Ἐπεὶ καὶ τὸν Ὀλύμπιον τιμώμενον διὰ ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων, καὶ οὕτως ὀνομαζόμενον Ὀλύμπιον, Φειδίου τοῦ Ἀθηναίου πεποιηκότος, ἐτόλμησε κελεῦσαι εἰς τὴν Ῥώμην μεταφέρειν. *Adhuc Jovem, qui a loco, in quo Græcis colitur, cognominatus Olympius, opus Phidiæ Athenienſis, auſus eſt jubere in Urbem transferri.* Factum fuit hoc ſimulacrum ex ebore & auro Plin. XXXIV. 8. *Ante omnes tamen Phidias Athenienſis, Jove Olympio facto, ex ebore quidem & auro.* Et fuſius deſcribitur a Pauſan. Ἠλιακ. p. 157. Strab. VIII. p. 244. De illo & noſt. infr. 57. 2.

17. Apportatum non fuit ſimulacrum Olympii Jovis. V. Joſephum ſupr. §. 15. ſed Cupidinis Theſpienſium, ut docet Pauſan. Βοιωτ. p. 302. Πρῶτον δὲ τὸ ἄγαλμα κινῆσαι τοῦ Ἔρωτος λέγουσι Γάϊον δυναστεύσαντα ἐν Ῥώμῃ, Κλαυδίου δὲ ὀπίσω Θεσπιεῦσιν ἀποπέμψαντος, Νέρωνα αὖθις δεύτερα ἀνάσπαστον ποιῆσαι. *Primum omnium Cupidinem hunc amotum a Cajo Romano imperatore dicunt: Theſpienſibus deinde remiſſum a Claudio, Nero iterum Romam reportavit.*

* 18. Pars Palatii antica, ejuſque gradus atque veſtibulum fuerunt converſa ad Sacram viam & templum Pacis. Hoc Caligulæ veſtibulum inuſitatum fuit, eoque mortuo, templo Caſtorum ſua forma reſtituta eſt, conſervato Palatii additamento. Dio LX. p. 669. C. Ἀπέδωκε τοῖς Διοσκόροις τὸν ναόν. *Reſtituit templum ſuum Geminis* Claudius Caji ſucceſſor. *Donat. de Urb. Rom.* 3. I.

19. Ad forum, cui imminebat Palatium.

20. Promovit i. per collis clivum protulit. Plin. XXXVI. 15. *Bis vidimus Urbem totam cingi domibus principum, Caji & Neronis, & hujus quidem (ne quid deeſſet) aurea.*

21. Ædim Castoris et pollucis V. ſupr. Jul. 10. 3. §. 18.

22. In vestibulum transfigurata i. ut in veſtibulo, quod quid fuerit, dicam infr. Ner. 31. 5. §. 5. quodammodo eſſe videretur. Quod quomodo fecerit, docet Dio §. 25. * Diſce hinc principum domos venerationis & celebritatis cauſa eo ſitu poſitas eſſe, ut aditus ad eas per deorum templa exiſteret. Senec. ad Polyb. c. 53. *Eas quoque domos auſa injuriæ cauſa intrare, in quas per templa aditur.* Martial. Præfat. 8. *Memineris non niſi religioſa purificatione luſtratos accedere ad templa debere* i. Imperatoris aulam, ad quam ingreſſuris non niſi per deorum templa patebat aditus. V. quoque *Douz. Præcid. in Tibull. c.* II.

* 23. Fratres κατ᾽ ἐξοχὴν, & *fratres* dei dicebantur Caſtores, quomodo eoſdem τὼ θεὼ Græci, Lacones τὼ σιὼ dixerunt. Ovid. Pont. II. 2. 85.

Fratribus aſſimilis quos proxima templa tenentes
Divus ab excelſo Julius æde videt.

Faſt. I. 707.

Fratribus illa deis fratres de gente deorum
Circa Juturnæ compoſuere latus.

Albinov. ad Liviam de morte Druſi n. 290.

Cur adeo fratres, heu ſine fratre deos?

Heinſ. in Albinovanum.

24. Deos, quos *ſemideos* vocat Philo de legat. ad Cajum p. 1003. A. Ἤρχετο ἐξομοιοῦν τὸ πρῶτον τοῖς λεγομένοις ἡμιθέοις ἑαυτὸν, Διοσκούροις. *Primo æmulabatur ſemideos, quos vocant, Caſtores.*

* 25. Ma-

Digitized by Google

6 bat [26]: & quidam cum LATIALEM JOVEM [27] conſalutaverunt [28]. Templum [29] etiam
numini ſuo [30] proprium, & ſacerdotes [31], & excogitatiſſimas [32] hoſtias [33] inſtituit.
7 In templo ſimulacrum ſtabat aureum [34] iconicum [35]: amiciebaturque quotidie veſte,
8 quali ipſe uteretur [36]. Magiſteria [37] ſacerdotii ditiſſimus quiſque & ambitione & licitatione

* 25. MEDIUM.... UT SE ADORANDUM ADEUNTIBUS exhiberet, ædem.... in veſtibulum transfiguraſſe dicit noſter, ſed aperto templo inter utraque ſigna, ut Caſtorem & Pollucem janitores haberet, per idem templum in Palatium introitum feciſſe Dio LIX. p. 662. A. Τό τε Διοσκόρειον, τὸ ἐν τῇ ἀγορᾷ τῇ Ῥωμαίᾳ ὄν, διατεμὼν, διὰ μέσου τῶν ἀγαλμάτων ἔσοδον δι' αὐτῶν ἐς τὸ παλάτιον ἐποιήσατο, ὅπως καὶ πυλωροὺς τοὺς Διοσκόρους (ὥς γε καὶ ἔλεγεν) ἔχῃ.

26. EXHIBEBAT i. præbebat, ſiſtebat. Plaut. Mil. II. 6. 65.

Herum exhibeas volo.

Noſt. Ner. 12. 3. *Exhibere* Ictis eſt facere in publico poteſtatem, vel reum præſtare in eadem cauſa, qua fuit, cum judicium acciperet. Impp. Valent. Theod. & Arcad. Cod. IX. 3. 3. *Neminem in judicio exhibendum eſſe præcipimus, niſi de cujus exhibitione judex pronuntiaverit.*

27. LATIALEM Jovem, quem *Jovem Latium* appellat Tertull. adv. Gnoſt. c. 7. *Et Latio in hodiernum Jovi media in Urbe humanus ſanguis inguſtatur.* Et *Jovem Latiarem* Dionyſ. A. R. IV. 6. Θυσίας τε συντελεῖσθαι κοινὰς τῷ καλουμένῳ Λατιαρίῳ Διΐ. *Sacra communiter Jovi Latiari facerent.* Ab hoc feriæ *Latinæ*, quas V. ſupr. Cæſ. 79. 2. §. 2.

28. CONSALUTAVERUNT; imo ipſe Jupiter Latialis dici voluit, & illo nomine ſe cognominavit. Dio LIX. p. 662. B. Δία Λάτιον (ut legit pro ἴδιον, *Caſaubonus* ex Tertulliano §. 27.) αὑτὸν ὀνομάσας.

29. TEMPLUM in ipſa Urbe. Dio LIX. p. 661. E. Γάϊος δὲ ἐπὶ πλεῖον ἐξοχεὺς, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ Ῥώμῃ ναὸν ἑαυτῷ κατεσκεύασε. *Cajus vero ulterius progreſſus, in ipſa Roma templum ſibi exſtruxit.*

* 30. NUMINI SUO i. ſibi. Solin. c. 1. *Suo quoque numini Hercules inſtituit aram, quæ maxima apud Pontifices habetur.* Res enim, per abſtractionem ſpectata, mutatione nominis, a ſe ipſa veluti diſtinguitur. Hinc Juno apud Virg. Æn. VII. 310.

——— *Quod ſi mea numina non ſunt*
Magna ſatis, dubitem haud equidem implorare quod uſquam eſt.

Apul. Met. VI. p. 175. *Ad iſtum modum ſupplicanti ſtatim ſeſe Juno cum totius numinis ſui auguſta dignitate præſentat.* Apud quos *numina Junonis* ſunt ipſa Juno; quemadmodum natura aeris eſt ipſe aer, quamvis diſtingui videatur verbis. *Cleric. Art. Crit. Part. 2. ſect. 2. c. 5. §. 11. 12.*

31. SACERDOTES hi quinam fuerint, dicet Dio Claud. 9. 5. §. 15.

32. EXCOGITATISSIMAS, delicatas, ac magni pretii. Dio. LIX. p. 662. B. Καὶ ὄρνιθες αὐτῷ ἁπαλοί τε τοῖς καὶ πολυτίμητοι καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐθύοντο.

* 33. HOSTIAS Imperatoribus immolarunt Romani. Herodian. V. 5. 20. Τὰ δὲ σπλάγχνα τῶν ἱερουργηθέντων, τά τε ἀρώματα, ἐν χρυσοῖς σκεύεσιν ὑπὲρ κεφαλῆς ἔφερον. *Exta porro victimarum atque aromata intra lances aureas capitibus impoſita geſtabant.* 21. Ἐδόκει δὲ τιμὴν μεγίστην νέμειν οἷς ἐκοινώνει τῆς ἱερουργίας. *Porro ingentem ſe honorem tribuere putabat, cum quibus ſacrificia participaret.* Imo Antinoum ſuum ut ſacrificiis colerent, publico edicto ſtatuit Adrianus. Athanaſ. cont. gent. p. 11. A. Ἀντίνοον ἐκέλευσε θρησκεύεσθαι. Sed inſaniam hanc amare ludit Seneca, dum hæc de Cajo Tranq. c. 14. *Nec jam procul erat tumulus, in quo Cæſari deo noſtro quotidianum fiebat ſacrum.*

34. EX AURO prodeuntibus temporibus ſtatuæ etiam factæ ſunt. Pollio Claud. c. 3. *Illi populus Romanus ſumptu ſuo in Capitolio ante Jovis Optimi Maximi templum ſtatuam auream decem pedum collocavit.* Plaut. Curc. III. 1. 69.

——— *ibi nunc ſtatuam vult dare auream*
Solidam faciundam ex auro Philippeo.

Noſt. Tit. 2. 6. Vit. 2. 15. Domit. 13. 5. V. etiam *Figrell. de ſtat. Rom. c. 16. Jun. de pict.* III. 11.

35. ICONICUM ſimulacrum eſt, quod magnitudinem, formam, omniaque ad unguem alicujus lineamenta reddit, & eſt ad vivum expreſſum. Athen. V. p. 205. F. Ἵδρυτο δ' ἐν αὐτῷ τῆς τῶν βασιλέων συγγενείας ἀγάλματα εἰκονικὰ λίθου λυχνίτου. *In eo collocata erant regiæ cognationis imagines iconicæ ex lapide lychnitide.* Plin. XXXIV. 4. *Eorum vero, qui ter ibi ſuperaviſſent, ex membris ipſorum ſimilitudine expreſſa, quas iconicas vocant.* XXXV. 8. *Adeo jam colorum uſus percrebruerat, adeoque ars perfecta erat, ut in eo prælio iconicos duces pinxiſſe tradatur.* Noſt. Ner. 56. 3. V. *Torrentium*, & *Turneb. Adv.* XXVII. 20. & 26.

36. Usus veſte quam varia fuerit, docent Philo legat: ad Cajum p. 1003. B. Εἶθ' ὥσπερ ἐν θεάτρῳ σκευὴν ἄλλοτε ἀλλοίαν ἐλάμβανε, ποτὲ μὲν λεοντῆν καὶ ῥόπαλον, ἀμφότερα ἐπίχρυσα, διακοσμούμενος εἰς Ἡρακλέα: ποτὲ δὲ πίλους ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, ὁπότε ἀπεικοίτο εἰς Διοσκούρους: ἔστι δὲ ὅτε κιττῷ, καὶ θύρσῳ, καὶ νεβρίσιν εἰς Διόνυσον ἐσκεύαστο. *Deinde, quemadmodum in theatro ſcenici, alias alium cultum ſumebat, nunc clavam & leonis exuvium, ſed hæc aurata utraque, ſcilicet transformatus in Herculem: nunc pileum imponebat capiti, quoties Caſtores ageret: interdum hedera, thyrſoque, ac hinnuleorum exuviis repræſentabat patrem Liberum.* Et Dio LIX. p. 660. D. Ἥρα τε καὶ Ἄρτεμις, καὶ Ἀφροδίτη πολλάκις ἐγίγνετο: πρὸς γὰρ δὴ τὴν τῶν ὀνομάτων μετάθεσιν καὶ τὸ ἄλλο σχῆμα πᾶν τὸ προσῆκον σφίσιν ἐλάμβανε: παρθένῳ τε πολεμικῇ ὡμοιοῦτο, καὶ μετ' οὐ πολὺ ἐγυναικίζετο: ἦν ἄν που καὶ τῷ ῥυθμῷ τῆς στολῆς, καὶ τοῖς

citatione maxima vicibus [38] comparabant [39]. Hoſtiæ [40] erant phœnicopteri [41], pa- 9
vones [42], tetraones [43], Numidicæ [44], Meleagrides [45], Phaſianæ [46], quæ generatim [47]
per ſingulos dies immolarentur. Et noctibus quidem plenam fulgentemque lunam 10
invitabat [48] aſſidue in amplexus atque concubitum: interdiu vero cum Capitolino
Jove

τοῖς προσβύτοις, τοῖς τε πειθίτοις ἀκριβῶς ἐποιεῖτο; καὶ πάντα μᾶλλον δοκεῖν, ἢ ἄνθρωπος ἐπεθύμει. *Sæpe Juno, Diana, Venuſque fiebat, mutato cum nomine etiam omni habitu: jam virgini bellatrici ſe aſſimilabat, mox in mulierem transformabatur: denique compoſitione veſtitus, & ornatu impoſito ſibi, ac circumjecto exquiſite ſe variegabat, quidvis potius quam homo videri cupiens.*

37. MAGISTERIA i. magiſtratus, ut dixi ſupr. Aug. 2. 7. §. 14. erant etiam ſacrorum, & illorum ſacerdotes *magiſtri* dicebantur. Tacit. Ann. VI. 12. 3. *Gallo exprobratas, quod.... non, ut aſſolet, lecto per magiſtros, æſtimatoque carmine, apud infrequentem ſenatum egiſſet.* Capitolin. Anton. Philoſ. c. 4. *Fuit in eo ſacerdotio & præſul, & vates, & magiſter.* Noſt. Domit. 4. 12. V. etiam *Torrentium, Lipſ. in Tacitum, Caſaub. in Capitolinum.*

38. VICIBUS i. per *vices*. Non enim perpetuum hoc fuit ſacerdotium. Manil. III. 674.

Cætera nunc urgent vicibus, nunc tempore cedunt.

V. *Barth. Adv.* IX. 9.

39. COMPARAVERINT quo pretio, dicet Dio infr. Claud. 9. 7. §. 15.

40. HOSTIAS imperatoribus immolare ſolebant veteres. Tertull. ad Scapulam c. 2. *Qui pro ſalute eorum*, imperatorum, *hoſtias, & fecerant, & voverant.* Apolog. c. 10. *Nunc de manifeſtioribus dicam. Deos, inquitis, non colitis, & pro imperatoribus ſacrificia non impenditis.*

41. PHOENICOPTERUS eſt *genus avis, quæ habet pennas colore phœnicio. In aqua ſemper eſt, abundans in Africa. Hujus roſtrum tam prolixum eſt, & curvum, ut, niſi merſo capite, aqua in os ipſius non poſſit intrare.* Schol. Juven. ad Sat. XI. 139.

Et Scythicæ volucres, & phœnicopterus ingens.

Martial. XIII. 66.

Dat mihi penna rubens nomen. ſed linguaguloſis
Noſtra ſapit.

Hujus *ſanguine*, pridie quam periret, *reſperſus eſt ſacrificans* Cajus infr. 57. 9. De *phœnicoptero* quoque *Nonn. de Re cibar.* II. 31. *Buleng. de Conv.* II. 13. *Caſtellan. de Carn. eſu* IV. 13.

42. PAVO avis eſt verſicolor. Petron. c. 28.

——— *Pavo*
Plumato amictus aureo Babylonico.

Tertull. de pall. c. 3. *Quamquam & pavo pluma veſtis, & quidem de cataclitis; imo omni conchylio depreſſior, qua colla florent; & omni patagio inauratior, qua terga fulgent; & omni ſyrmate ſolutior, qua caudæ jacent, multicolor, & diſcolor, & verſicolor, nunquam ipſa, ſemper alia, & ſi ſemper ipſa, quando alia, toties denique mutanda, quoties movenda.* Noſt. Vitell. 13. 5. De *pavone* quoque *Nonnus de re cib.* II. 24. *Buleng. de conv.* II. 7. *Bochart. Hieroz.* II. 2. 16. *Stuck. A. C.* II. 8.

43. TETRAONAS deſcribit Plin. X. 22. *Decet tetraonas ſuus nitor, abſolutaque nigritia, in ſuperciliis cocci ruber. Alterum eorum genus vulturum magnitudinem excedit, quorum & colorem reddit. Nec ulla ales, excepto ſtruthiocamelo, majus corpore implens pondus, in tantum aucta, ut in terra quoque immobilis prehendatur. Gignunt eos Alpes, & ſeptentrionalis regio.* De illis etiam Tertull. adv. Marcion. I. 13. *Unus, opinor, de ſepibus floſculus, non dico de pratis, una cujuſlibet maris conchula, non dico de rubro, una tetraonis pennula, taceo de pavo, ſordidum artificem pronuntiabit tibi creatorem?* V. *Politian. Miſc. c.* 57. *Nonn. de re cib.* II. 26.

44. NUMIDICAS deſcribit Colum. R. R. VIII. 2. *Africana eſt, quam plerique Numidicam dicunt, meleagridi ſimilis, niſi quod rutilam galeam, & criſtam in capite gerit, quæ utraque ſunt in meleagride cærulea.* Illarum pennæ ſunt nigræ, ſed albis guttis conſperſæ. Unde Mart. III. 44. 15.

Et picta perdix, Numidicaque guttata.

45. MELEAGRIDUM meminit Plin. XXXVII. 2. *Mneſias Africæ locum Sicyonem appellat, & Crathim amnem in Oceanum effluentem e lacu, in quo aves, quas meleagridas & penelopas vocat, & vere ibi naſci.* Illaſque deſcribunt Varr. R. R. II. 9. *Gallinæ Africanæ ſunt grandes variæ, gibberæ, quas μελεαγρίδας appellant Græci.* Columella §. 44. Et fuſiſſime Clytus Mileſius apud Athen. XIV. p. 655. Ex neotericis *Scalig. Exercit.* 238. *Salmaſ. Exercit. Plin. p.* 611. *b....* *Nonnus de re cibar.* II. 25. *Bruyer. de re cibar.* XIII. 72. & a Nonno laudati *Geſnerus, Bellonius, Turnerus* & *Aldrovandus.*

46. PHASIANA avis eſt pennarum pulcritudine conſpicua, *geminas ex plumis auriculas ſubrigit, & ſummittit.* Plin. X. 47. Ex Colchide, ad cujus nobiliſſimum amnem *Phaſin* magna illarum alitum eſt frequentia, in Græciam illam attulerunt Argonautæ. Mart. XIII. 67.

Argoa primum ſum tranſportata carina,
Ante mihi notum nil niſi Phaſis erat.

V. quoque *Nonnum de re cib.* II. 26. *Buleng. de conv.* II. 14. *Rader. ad Martialem.*

47. GENERATIM i. per *genera* ſingula. Verbi cauſa: ut hoc die Numidicæ, alio die pavones, alio phœnicopteri immolarentur. Virg. Georg. II. 35.

Quare agite o proprios generatim diſcite cultus,
Agricolæ.

Græci dicunt κατὰ γένος. *Beroaldus.*

48. LUNAM INVITABAT.... Imo cum illa congredi videri volebat. Dio LIX. p. 660. D. Ἤξιε μὲν γὰρ καὶ πρότερον ὑπὲρ ἄνθρωπος νομίζεσθαι, καὶ τῇ σελήνῃ

Jove ſecreto fabulabatur [49], modo inſuſurrans, ac præbens invicem aures, modo
11 clarius, nec ſine jurgiis. Nam vox comminantis [50] audita eſt:

Εἰς γαῖαν Δαναῶν περάω σε [51],

donec exoratus [52], ut referebat, & in contubernium ultro invitatus, ſuper tem-
12 plum divi Auguſti ponte tranſmiſſo, Palatium Capitoliumque conjunxit [53]. Mox quo propior eſſet, in area Capitolina novæ domus fundamenta jecit.

συγγίγνεσθαι. *Nam volebat primum humano faſtigio altior haberi, ſeque cum luna coire videri.* p. 661. D. Καὶ ποτὲ τοῦ Γαΐου συγγίγνεσθαί τε τῇ σελήνῃ λέγοντος, καὶ ἐρωτήσαντος αὐτὸν, εἰ ὁρᾷ τὴν θεὸν συνοῦσαν αὐτῷ: κάτω τε, ὡς καὶ τεθηπὼς, ἔβλεπεν, ὑποτρέμων, καὶ σμικρόν τι φθεγξάμενος: ὑμῖν, ἔφη, τοῖς θεοῖς, δέσποτα, μόνοις ἀλλήλους ὁρᾷν ἔξεστι. *Aliquando Cajo rem ſibi eſſe cum Luna dicente, & interrogante illum,* Vitellium, *vidiſſetne ſe eum dea congredi: tum quaſi attonitus, oculis in terram demiſſis, tremens, exili voce, ſolis, inquit, domine, vobis diis licet invicem videre.*

49. Cum jove fabulabatur, illumque fratrem ſalutabat. Joſeph. Antiq. Judaic. XIX. 1. Εἴς τε τοῦ Διὸς φοιτῶν τὸ ἱερὸν, ὃ Καπιτώλιον μὲν καλοῦσι, τιμιώτατον δ' ἄρ' αὐτοῖς ἐστιν ἱερῶν, ἀδελφὸν ἐτόλμησε προσαγορεύειν τὸν Δία. *Et frequentans templum Jovis, quod Capitolium vocant, templorum apud illos celeberrimum, Jovem appellare fratrem auſus eſt.*

50. Comminantis Caligulæ, & Jovi Capitolinis ſedibus interdicentis.

51. Εἰς γαῖαν Δαναῶν... *in terram Græcorum tranſferam te* i. in illam te hinc ablegabo terram, ex qua huc advectus es. Jovem vero ſecundum alios in Creta, ſecundum alios in Arcadia natum fingi prodidit Callim. hymn. in Jovem n. 6.

Ζεῦ, σὲ μὲν Ἰδαίοισιν ἐν οὔρεσί φασι γενέσθαι,
Ζεῦ, σὲ δ' ἐν Ἀρκαδίῃ: πότεροι πάτερ ἐψεύσαντο.
Jupiter, te in Idæis montibus quidem dicunt genitum,
Jupiter, te quoque in Arcadia: utri pater mentiti ſunt.

V. *Sabellicum & Torrentium.*

52. Exoratus a Jove.

53. Palatium Capitoliumque conjunxit. Cajus enim in *Palatio* imperii ſede, Jupiter in *Capitolio* habitabat. Dio tamen LIX. p. 661. E. Ἐσκηνήσατο μὲν γὰρ καὶ ἐν τῷ Καπιτωλίῳ καταλύσιν τινὰ, ἵν', ὡς ἔλεγε, τῷ Διῒ συνοικοίη: ἀπαξιώσας δὲ δὴ τὰ δευτερεῖα ἐν τῇ συνοικήσει αὐτοῦ φέρεσθαι, καὶ προσεγκαλέσας αὐτῷ, ὅτι τὸ Καπιτώλιον κατέλαβεν, οὕτω δὴ ἕτερόν γε ναὸν ἐν τῷ Παλατίῳ σπουδῇ ᾠκοδομήσατο. *Nam & in Capitolio quidem manſionem ſibi ædificaverat, ut poſſet cum Jove, ſic enim ferebat, converſari: ſed indignum putans, ſe in contubernio poſteriores ferre, incuſato ſimul Jove, quod Capitolium occupaviſſet, ipſe in Palatio properato ſibi templum poſuit.*

CAPUT XXIII.

ARG. *Agrippam, Auguſtum, Liviam inſectatur, Antoniæ ſecretum petenti denegat, ſed venenum dat, Tiberium interimit, Silanum ad necem compellit, & Claudium in ludibrium reſervat Cajus Cæſar Caligula.*

1 Agrippæ ſe nepotem [1] neque credi, neque dici ob ignobilitatem [2] ejus volebat: ſuccenſebatque, ſi qui vel oratione, vel carmine imaginibus eum Cæſarum in-
2 ſererent. Prædicabat autem matrem ſuam ex inceſto [3], quod Auguſtus cum Julia
3 filia commiſiſſet, procreatam. Ac non contentus hac Auguſti inſectatione [4], Actiacas

* Nepotem, fuit enim mater *Agrippina M. Agrippæ & Julia filia.* ſupr. 7. 1.

* 2. Ignobilitatem. Fuit enim *inter eos qui non nati ſunt nobiles, ſed facti. Præpotenti tunc M. Agrippa non defuerunt, qui ignobilitatem exprobrarent. Vipſanius Agrippa fuerat, Vipſanii nomen quaſi argumentum paternæ humilitatis ſuſtulerat, & M. Agrippa dicebatur. Cum defenderet reum, fuit accuſator qui diceret M. Agrippam, & quod medium eſt, volebat Vipſanium intelligi.* M. Senec. Cont. II. 12. Et ejus pater *ne poſt Agrippam quidem notus* fuit. L. Senec. de Beneſ. III. 32. Auguſtus tamen illum ἐς ὑπερβολὴν ἐτίμα, ἀμέλει τήν τε ἀδελφιδῆν αὐτῷ συνῴκισε, καὶ σκηνὴν, ὁπότε συστρατεύοιντο, ὁμοίαν τῇ ἑαυτοῦ παρεῖχε: τό τε σύνθημα παρ' ἀμφοτέρων σφῶν ἐδίδοτο: *plurimi fecit, & cui ſororis ſuæ filiam in matrimonium locavit, & ſi quando ſimul in bellum proficiſcerentur, tabernaculum ſui ſimile dedit, ac teſſera militaris ut ab utroque acciperetur juſſit.* Dio LIII. p. 496. C.

3. Ex incesto, ob quod viſum ſe relegatum conqueritur Ovid. Triſt. II. 103.

Cur aliquid vidi? cur noxia lumina feci?
Cur imprudenti cognita culpa mihi?

4. Insectatione i. criminatione. Quæ enim poteſt eſſe major *inſectatio*, quam optimo principi objicere inceſtum filiæ, rem profecto teterrimam, atque

cas [5] Siculaſque [6] victorias, ut funeſtas populo Romano & calamitoſas vetuit [7] ſollennibus feriis [8] celebrari. Liviam Auguſtam proaviam [9] *Ulyſſem ſtolatum* [10] identi- 4
dem appellans, etiam ignobilitatis quadam ad ſenatum epiſtola arguere auſus eſt, quaſi materno avo decurione [11] Fundano [12] ortam: cum publicis monumentis certum ſit Aufidium Lingonem [13] Romæ honoribus functum. Aviæ Antoniæ ſecretum pe- 5
tenti [14] denegavit, niſi ut interveniret Macro præfectus [15]. Ac per iſtiuſmodi indignitates & tædia, cauſa exſtitit mortis: dato tamen, ut quidam putant, & veneno. Nec defunctæ ullum honorem habuit: proſpexitque e triclinio ardentem rogum. Fra- 6
trem Tiberium [16] inopinantem, repente immiſſo tribuno militum [17] interemit [18]. Silanum

atque omni vituperatione digniſſimam. *Beroaldus.*

5. Actiacam victoriam V. ſupr. Aug. 17. 5. §. 19.

6. Siculam victoriam V. ſupr. Aug. 16. 2.

7. Vetuit, quia Agrippa in iis maximam navaverat operam, & quia Agrippæ, quem oderat, in eis gloria celebrabatur, ut putat *Glareanus.*

8. Feriis 1. *feriarum* tempore, ut dixi ſupr. Aug. 45. 9. §. 31. Illis victoriarum dies natales eclebrabant veteres. Juven. 11. 323.

Palmam inter dominas virtus natalibus æquat.

Roa Singul. 1. 7. 17. & Beroaldus.

9. Liviam Augustam proaviam, quam *Juliam Auguſtam* Caji proaviam vocat Philo de legat: ad Cajum p. 1036. D. Ὑφηγητῇ τοιούτῳ τῆς εὐσεβείας χρησαμένη καὶ ἡ προμάμμη σου Ἰουλία Σεβαστή. *Hoc magiſtro pietatis uſa proavia tua Julia Auguſta.*

10. Ulyssem stolatum, quod mulíebri ſpecie virum, & quidem aſtutiſſimum, ac fallaciſſimum, qualem fabulæ exhibent *Ulyſſem*, tegeret. Ita Marcum Antoninum *philoſopham aniculam* appellat Avidius Caſſius apud Vulcat. Gallic. c. 1. *Stolatum* vero, quia *ſtola* erat matronarum. Ulpian. Digeſt. xxxiv. 2. 23. §. 2. *Mulíebria ſunt, quæ matrisfamiliæ cauſa ſunt comparata, quibus vir non facile uti poteſt ſine vituperatione, veluti ſtolæ, pallia, tunicæ, capitia, zonæ, mitræ....* Unde *pudorem ſtolatum* matronalem dicit Mart. 1. 36. 8.

Quis Floralia veſtit, & ſtolatum
Permittit meretricibus pudorem.

Imo *ſtolam* pro matrona ponit x. 5. 1.

Quiſquis ſtolæve, purpuræve contemptor.

Tunica erat longa. Tib. 1. 7. 74.

——— *quamvis nec vitta ligatos*
Impediat crines, nec ſtola longa pedes.

Ad talos demiſſa. Horat. Sat. 1. 2. 99.

Ad talos ſtola demiſſa, & circumdata palla.

De *ſtola* quoque ſcripſerunt *Bayſ. de R. V. c. 7. Turneb. Adv.* xxix. 31. *Ferrar. R. V.* 1. 3. 17. *Soler. de pil. ſect.* 6. *Pier. Hierogl.* xi. 26. *Tiraquell. in Alex. Gen.* v. 18.

11. Decuriones in coloniis quid fuerint, dictum ſupr. Aug. 46. 1. §. 11.

12. Fundanam fuiſſe gentem Aufidiam docet nos Horat. Sat. 1. 5. 34.

Fundos Aufidio Luſco prætore libenter
Linquimus.

Torrentius. *Fundos* V. ſupr. Tib. 5. 1. §. 1.

13. Lingo cognomen fuit Aufidiorum, ut & *Lurco* apud Varr. R. R. iii. 6. *Ex iis M. Aufidius Lurco ſupra ſexagena millia nummum in anno dicitur capere.* Et *Luſcus* apud Horatium ſupr. §. 12. *Torrentius.*

14. Secretum petere quid V. ſupr. Tib. 25. 8. §. 23.

15. Præfectus cohortium prætorianarum, ſupr. 12. 3. §. 13.

16. Tiberius quare frater Caji dicatur, dixi ſupr. 15. 7. §. 25.

17. Immisso tribuno militum. Imo *tribunis* adſtantibus juſſus eſt ſemetipſum interficere Tiberius. Philo legat. ad Cajum p. 996. C. Λέγεται δὲ ὅτι καὶ κελευσθεὶς αὐτοχειρίᾳ κτείνειν ἑαυτόν, ἐφεστώτων ἑκατοντάρχων, καὶ χιλιάρχων, οἷς εἴρητο μὴ συνεφάψασθαι τοῦ ἄγους, ὡς οὐκ ἐξὸν αὐτοκρατόρων ἀπογόνους πρὸς ἑτέρων ἀναιρεῖσθαι... Ἀπείρως ἔχων, οὐδὲ γὰρ ἕτερόν τινα κτεινόμενον εἶδεν, οὐδ' ἤσκητό πω ταῖς ὁπλομαχίαις, τὸν μὲν πρῶτον τοὺς ἥκοντας παρεκάλει τὸν αὐχένα ἀποτείνας, ἀναιρεῖν· ὡς δ' οὐχ ὑπέμενον αὐτοί, λαβὼν τὸ ξίφος ἐπυνθάνετο τὸν καιριώτατον τόπον ὑπ' ἀγνοίας καὶ ἀηθείας, ἵνα εὐσκόπῳ πληγῇ τὴν ἀθλίαν ζωὴν ἀπορρήξῃ. Καὶ οἱ μὲν οἷα διδάσκαλοι κακοδαιμονίας, ὑφηγοῦντό τε καὶ ἐδείκνυσαν τὸ μέρος, ᾧ χρὴ τὸ ξίφος ἐπενεγκεῖν· ὁ δὲ πρώτην καὶ ὑστάτην μάθησιν ἀναδιδαχθεὶς ἀνδροφόνος αὐτὸς αὑτοῦ γίνεσθαι ὠσθεὶς ὁ δύστηνος. *Fertur juſſum ſua manu ſe interimere adſtantibus centurionibus & tribunis, vetitis adjuvare ſceleſtum facinus, quaſi nefas eſſet imperatorum poſteros necari alienis manibus.... Tum puer imperitus, qui nunquam cædem fieri viderat, neque unquam in armis ſe exercuerat, primum cervicem præbebat venientibus: cumque illi detrectarent, ſumpta ſica ſciſcitabatur cui loco letale vulnus deberet infligere, ut infelicem vitam abrumperet: impetratoque hoc miſerabili officio, primum id atque ultimum ab his magiſtris didicit, coactus homicida ſui fieri.*

18. Interimendum eſſe a Cajo Tiberium nepotem prædixerat, licet, ne interimeretur, enixe petiiſſet, Tiberius ſagaciſſimus ſenex. Joſeph. Ant. Jud. xviii. 8. Ταῦτα μὲν ὁ Τιβέριος ἔλεγεν, οὐ μὴν πιθανὸς ἦν, τῷ Γαΐῳ καίπερ ὑπισχνουμένῳ· ἀλλὰ καταστὰς εἰς τὴν ἀρχήν, τὸν Τιβέριον μαντείαις ἀναιρεῖται ταῖς ἐκείνου. *Hæc quidem dixit Tiberius Cajo omnia pollicenti, ſed ficte. Quamprimum enim principatum aſſecutus eſt,*

 fratrem

Digitized by Google

7 Silanum item ſocerum ad necem, ſecandaſque novacula [19] fauces [20] compulit: cau-
ſatus in utroque, quod hic ingreſſum [21] ſe turbatius mare non eſſet ſecutus, ac ſpe
occupandi Urbem, ſi quid ſibi per tempeſtates accideret [22], remanſiſſet: ille anti-
dotum oboluiſſet [23], quaſi ad præcavenda venena ſua ſumptum: cum & Silanus im-
patientiam nauſeæ [24] vitaſſet & moleſtiam navigandi, & Tiberius propter aſſiduam [25]
8 & ingraveſcentem tuſſim medicamento uſus eſſet. Nam Claudium patruum non
niſi in ludibrium reſervavit [26].

fratrem juxta illius præſagium ſuſtulit.

19. NOVACULA interdum fauces ſecare ſolebant veteres. Petron. c. 54. *Hæc locutus* Encolpius, *mercenario Eumolpi novaculam rapit, & ſemel, iterumque cervice percuſſa, ante pedes collabitur noſtros. Exclamo ego attonitus, ſecutuſque labentem, eodem ferramento ad mortem viam quæro.* Tacit. Hiſt. I. 72. 7. *Donec Tigellinus, ſectis novacula faucibus, infamem vitam fœdavit etiam exitu ſero & inhoneſto.*

20. FAUCES *ſecuiſſe* Silanum dicit noſter, ſed in genere manus ſibi intuliſſe Dio LIX. p. 646. A. Ἑαυτὸν κατεχρήσατο, & dolo a Cajo interemptum Philo p. 1001. B. ἑαυτῷ δὲ γενόμενον πενθερὸν μεταστήσεται δολοφονεῖ.

21. QUOD HIC INGRESSUM.... Philo aliam dat rationem p. 1002. B. & dicit. Σιλανὸν χλεύης ἄξιον, οἰηθέντα τὸν πενθερὸν τοσοῦτον παρὰ γαμβρῷ δύνασθαι, ὅσον πατέρα γνήσιον παρ᾽ υἱῷ.... Ὁ δὲ ἠλίθιος, οὐδὲ πενθερὸς ἂν ἔτι, τὰ μὲν καθ᾽ ἑαυτὸν προσπεριειργάζετο, μὴ συνιεὶς ὅτι τῷ θανάτῳ τῆς θυγατρὸς συντεθνήκει καὶ ἡ κατ᾽ ἐπιγαμίαν οἰκειότης. *Silanum riſu dignum fuiſſe, quod putaret ſoceri tantam eſſe auctoritatem in generum, quantam patris in germanum filium.... Hic vero nimis ſimplex, jam ne ſocer, quidem plus ſatis curioſus fuerat in rebus nihil ad ſe pertinentibus, non intelligens affinitatem exſtinctam cum filia.* Et rurſus aliam Dio. Ἐπειδὴ βαρὺς αὐτῷ ὑπό τε τῆς ἀρετῆς, καὶ ὑπὸ τῆς συγγενείας. *Quum moleſtus ei eſſet propter virtutem, & generis nobilitatem.*

22. SI QUID SIBI ACCIDERET I. ſi moreretur. V. ſupr. Jul. 86. 4. §. 11.

23. ANTIDOTUM OBOLUISSET I. remedii contra venenum, quod *antidotum*, & *antidotus* dicitur, odorem exhalaſſet. Eſt enim *obolere*, graveolentiam, odoremque vehementiorem *redolere*. Plaut. Moſtell. I. I. 38.

——— *oboluiſti allium.*

Noſt. Veſp. 8. 7. V. & *Beroaldum*. Philo aliam dat rationem p. 995. D. Τὸν ἀνεψιὸν, καὶ κοινωνὸν τῆς ἀρχῆς κτείνει προφασισάμενος ἐπιβουλήν. *Patruelem, & imperii cohæredem occidit, cauſatus ab eo ſe petitum inſidiis*, in cauſa morbi. Quod addit Dio LX. p. 645. D. Ἐκεῖνος μὲν οὖν, ὡς καὶ τῇ ἀῤῥωστίᾳ αὐτοῦ ἐφεδρεύσας, ἀπώλετο. Imo, quod mortem ipſius optaſſet, ac ſperaſſet. Dio C. Ἔγκλημα αὐτῷ ἐπαγαγὼν, ὡς καὶ τελευτῆσαι αὐτὸν καὶ εὐξαμένῳ, καὶ προσδοκήσαντι.

24. NAUSEA eſt, cum ex maris frequenti æſtu, & inordinato motu, ſubvertitur ſtomachus, & ad vomitum concitatur. Cicer. Fam. XVI. 10. *Feſtinare te nolo, ne nauſea moleſtiam ſuſcipias æger.* Senec. Epiſt. 54. *Illud ſcito, Ulyſſem non fuiſſe tam irato mari natum, ut ubique naufragia faceret, nauſeator erat. Ut primum ſtomachum (ſcis cum mari nauſeam effugere) collegi, occepi mecum cogitare.*

25. ASSIDUAM I. continenter, & jugiter, ſine intermiſſione vexantem, *Beroaldus.*

26. IN LUDIBRIUM RESERVAVISSE Claudium dicit noſter etiam Ner. 6. 4. ſed ejus necem, licet fruſtra, molitum fuiſſe Cajum Joſeph. Antiq. Jud. XIX. I. Ἐπέτρεψε δὲ καὶ τοῖς οἰκέταις κατηγορίας ποιεῖσθαι τῶν δεσποτῶν, ἐφ᾽ οἷς τισιν ἐθελήσειαν ἐγκλήμασι· δεινὰ γὰρ πάντα ἦν ὁπόσα μέλλοι γίνεσθαι διὰ τὸ χάριτί τε καὶ ὑπαγορεύσει τῇ ἐκείνου τὰ πολλὰ γίνεσθαι: ὥστε ἤδη καὶ Κλαυδίου ἐτόλμα ποιήσασθαι Πολυδεύκης ὁ δοῦλος κατηγορίαν: καὶ Γάϊος ἠνέσχετο κατὰ πατρῴου τοῦ αὐτοῦ δίκης θανάτου λεγομένης ἐπ᾽ ἀκρόασιν συνελθεῖν, ἐλπίδι τοῦ παραλαβεῖν δύναμιν ἀνελεῖν αὐτόν: οὐ μὴν ἐξεγένετό γε αὐτῷ. *Permiſit etiam ſervis licentiam deferendi ſuos dominos qualicunque crimine: quod eo gravius erat: quia ex ipſius Cæſaris auctoritate, & in ejus gratiam gerebantur omnia: adeo ut Claudium auſus ſit Pollux mancipium ipſius reum facere: & Cajus ſuſtinuit inter judices audire patruum dicentem cauſam capitis, ſperans ſumpturum ſe de illo ſupplicium, quod tamen ei non licuit.*

CAPUT XXIV.

ARG. *Cum ſororibus ſtupri conſuetudinem facit, Druſillam in modum juſtæ uxoris habet, hæredem æger inſtituit, eaque defuncta juſtitium indicit, & per ejus numen dejerat, ſed reliquas exoletis proſternit, & quaſi adulteras, & inſidiarum conſcias condemnat Cajus Cæſar Caligula.*

Cum

Cum omnibus ſororibus [1] ſuis ſtupri conſuetudinem fecit [2]: plenoque convivio ſingulas infra ſe [3] viciſſim [4] collocabat, uxore ſupra [5] cubante [6]. Ex his Druſillam vitiaſſe virginem, prætextatus adhuc, creditur. Atque etiam in concubitu ejus quondam deprehenſus ab avia Antonia, apud quam ſimul educabantur. Mox Lucio Caſſio Longino [7] conſulari [8] collocatam [9] abduxit, & in modum juſtæ

Ex sororum una etiam filiam genuit, ſi fides eſt habenda *Eutropio*. Is enim VII. 9. *Stupra ſororibus intulit, ex una etiam natam filiam cognovit.* Ita *ſorores* compreſſerunt P. Clodius. Cicer. pro dom. c. 34. *Tu ſororem tuam virginem non ſiviſti.* Commodus Antoninus Lamprid. c. 5. *Ipſe Commodus Lucillam ſororem, quum eam compreſſiſſet, occidit: ſororibus dein ſuis cæteris, ut dicitur, conſtupratis, conſobrina patris complexibus ſuis conjuncta, uni etiam ex concubinis matris nomen impoſuit & uxoris.*

2. Stupri consuetudinem fecit *cum ſororibus* I. *ſorores* ſtupravit, cum illis rem habuit. *Conſuetudo* eſt inter maritum & feminam. Noſt. Ner. 35. 3. Et de *ſtupro* dicitur. Donatus *Conſueſſet proprie dicitur in ſtupro*, ad illud Terent. Hec. IV. 1. 40.

Quicum tot conſueſſet annos.

Plaut. Amph. V. 1. 70.

Is ſe dixit, cum Alcumena clam conſuetum cubilibus.

Noſt. Claud. 1. 2. Tit. 10. 5. Oth. 2. 4.

3. Infra se I. in ſinu ſuo. *Infra* enim aliquem cubare, & in *ſinu* ejus recumbere idem ſunt. Liv. XXXIX. 43. de L. Quintio Flaminio. *Placentiæ famoſam mulierem, cujus amore deperiret, in convivium arceſſitam ſcribit Antias: ibi jactantem ſe ſcorto inter cætera retuliſſe, quam acriter quæſtiones exercuiſſet, & quam multos capitis damnatos in vinculis haberet, quos ſecuri percuſſurus eſſet: tum illam* infra eum *cubantem, negaſſe unquam vidiſſe quemquam ſecuri ferientem, & pervelle id videre.... Facinus ſævum & atrox, ad ſpectaculum ſcorti procacis* in ſinu *conſulis recubantis mactatam humanam victimam eſſe.* *Infra ſe* cubare ſorores voluit Cajus, quo illas, quas familiarius, & plus quam frater ſororem debebat, amabat, *ſinu* fovere poſſet. In *ſinu* enim amatoris jacebat amica. Juven. Sat. II. 120.

——— *in gremio jacuit nova nupta mariti.*

Catull. 61. 171.

Adſpice intus ut accubans
Vir tuus Tyrio in toro,
Totus immineat tibi.

Ubi *intus* eſt in ſinu mariti, qui, utpote ſupra accumbens, totus uxori imminebat. Cicer. Fam. IX. 26. *Infra Eutrapelum Cytheris accubuit.* Et ſuperius Livius. V. & *Ciaccon. Tricl. p.* 50. *Lipſ. in Tacit. Ann. p.* 113. *Salmaſ. Exercit. Plin.* 886. *b. C.*

4. Vicissim I. per *vices*, modo hanc, modo illam. Virg. Ecl. V. 51.

Nos tamen hæc quocunque modo tibi noſtra viciſſim
Dicemus.

Noſt. Claud. 10. 5.

5. Supra ſe, ut digniori locum daret digniorem, collocavit uxorem Cajus. Excepto enim conſulari loco, qui ultimus infimuſque fuit medii lecti, ſummus locus in unoquoque lecto ſemper honoratiſſimus habitus Romanis. Ideo miratur Plutarch. Sympoſ. I. 3. cur honor & dignitas præcipua data illi conſulari loco apud priſcos fuerit, qui nec medius erat, nec ſummus. Qui ſoli duo loci videri poterant maxime honorem primatus mereri. Ἀλλὰ περὶ τοῦ γε ὑπατικοῦ λεγομένου τόπου μάλιστα διηπορῶμεν· οὗτος γὰρ ἐκράτησε τῇ τιμῇ καθ' ἡμᾶς, καὶ τὴν αἰτίαν, ὅτι ὡς πρῶτος, ὅτι ὡς μέσος ἔσχε, νενομισμένην ἔτι. *Salmaſ. Exercit. Plin. p.* 886. *b. F.*

6. Cubantes feminæ cœnare ſolebant etiam Varronis tempore, ut monuit Cicero. ſupr. §. 3. Ovid. Amor. I. 4. 15.

Cum premet ille torum, vultu comes ipſa modeſto.
Ibis, ut accumbas.

Cum antea *ſedere* ſolerent. Iſidor. XX. 11. *Sedes dictæ, quoniam apud veteres Romanos non erat uſus accumbendi, unde & conſidere dicebantur. Poſtea, ut Varro ait in libro de vita P. R. viri diſcumbere cœperunt, mulieres ſedere: quia turpis viſus eſt in muliere accubitus.* Val. Max. II. 1. 6. *Feminæ cum viris cubantibus ſedentes cœnitabant.* V. Ciaccon. Tricl. p. 5.

7. Lucius Cassius Longinus genus duxit a Caſſio Cæſaris interfectore, ſub Cajo præfuit Aſiæ. Dio LIX. p. 662. E. Θεοπρόπιον δέ τι, τῷ Γαΐῳ ὀλίγον ἔμπροσθεν ἐγεγόνει, φυλάττεσθαι Κάσσιον· καὶ ὁ μὲν ἐς Γάϊον Κάσσιον τὸν τότε τῆς Ἀσίας ἄρχοντα, ἐπειδὴ τὸ γένος ἀπὸ τοῦ Κασσίου ἐκείνου τοῦ τὸν Καίσαρα ἀποκτείναντος εἶχεν, ὑποπτεύσας, μετεπέμψατο αὐτὸν δεδεμένον. *Haud multo ante oraculo Cajus monitus fuerat, ut ſibi a Caſſio caveret: ideo C. Caſſium*, quem tamen *Lucium* præter noſtrum Tacitus vocat Ann. VI. 15. 1. *qui tunc Aſiæ præerat, in ſuſpicione habens, quod genus a Caſſio Cæſaris interfectore ducebat, vinctum ad ſe adduci juſſerat.* Tacit. l. l. n. 3. dicitur *plebeji* fuiſſe *Romæ generis, verum antiqui, honoratique, & ſevera patris diſciplina eductus, facilitate ſæpius quam induſtria commendatus.* Noſt. infr. 57. 6.

8. Consul fuit Longinus cum M. Vinicio Quartino. Pompon. Digeſt. I. 2. 47. *Huic ſucceſſit Cajus Caſſius Longinus. Hic conſul fuit cum Quartino Tiberii temporibus.* Dio in indice conſulum anni ab U. C. 783. M. Οὐινίκιος Κουαρτῖνος, Γ. Κάσσιος Λογγῖνος. Quos tamen ad annum 782. rejiciunt *Faſt. Capitol.* & *Pigh. Ann.* III. *p.* 558. * Interiit ſub Nerone V. noſt. Ner. 37. 2. Pomponium tamen, & noſtrum ὁμωνυμίᾳ nominis Caſſiorum deceptos hunc Caſſium *conſularem* vocaſſe putat *Petav. in Epiphan.*

gnatione dilexit, ut quas ſæpe exoletis ſuis proſtraverit. Quo facilius eas in cauſa 9
Æmilii Lepidi [20] condemnavit, quaſi adulteras, [21], & inſidiarum adverſus ſe con-
ſcias. Nec ſolum chirographa omnium requiſita fraude [22] ac ſtupro [23] divulgavit, 10
ſed & tres gladios [24] in necem ſuam præparatos Marti ultori [25], addito elogio [26],
conſecravit [27].

Illum liquet mihi dejerare....
Unde *dejurium* apud Gell. N. A. VII. 18. *Tum octo ex iis poſtliminium juſtum non eſſe ſibi reſponderunt: quoniam dejurio vincti forent: ſtatimque, ut jurati erant, ad Hannibalem profecti ſunt.* Noſt. infr. 27. 5. V. *Beroaldum. Pith. Adv.* II. 8. *Livinei. & Broukh. in Prop.* IV. 3. 42. Non tantum ipſe *dejerare* voluit Cajus per ſororem. Dio. Ἄς τε γυναῖκες αὐτὴν, ὁσάκις ἂν μαρτυρῶσί τι, ὀμνύωσι. *Ut mulieres eam jurarent, quoties aliquid eſſent teſtaturæ.*

19. RELIQUAS SORORES, Agrippinam & Livillam.

20. ÆMILIUM LEPIDUM *Dextro tribuno præbere cervicem juſſit Cajus Cæſar.* Senec. Epiſt. 4. Conjurationis in Cajum convictum fuiſſe dicit noſt. Claud. 9. 3. Ad illam dominationis ſpes illum impulerat, quia ſucceſſorem imperii, utpote natum, ut putant Lipſ. in Tacit. Ann. p. 160. & ex Lipſio Sitzman. in Rutil. I. 295. quamvis horum ſententia parum firma videatur Ryck. in Tacit. p. 223. ex Æmilio Paullo, & Julia nepte Auguſti, Agrippinæ, quæ Caji & ſororum mater, ſorore, illum deſtinaverat Cajus. Dio LIX. p. 657. C. Zonar. Ann. II. p. 179. Τὸν δὲ Λέπιδον ἐκεῖνον τὸν ἐραστὴν, τὸν ἐρώμενον, τὸν τῆς Δρουσίλλης ἄνδρα, τὸν καὶ ταῖς ἄλλαις αὐτοῦ ἀδελφαῖς, τῇ τε Ἀγριππίνῃ, καὶ τῇ Λιουίλλῃ μετ' αὐτοῦ ἐκείνου συνόντα, ᾧ πέντε ἔτεσι θᾶσσον τὰς ἀρχὰς παρὰ τοὺς νόμους αἰτῆσαι ἐπέτρεψεν: ὃν καὶ διάδοχον τῆς ἡγεμονίας καταλείψειν ἐπηγγέλλετο, κατεφόνευσε. *Lepidum eum, cum quo mutui ſtupri conſuetudinem fecerat, maritum Druſillæ, qui cum cæteris etiam Caji ſororibus, Agrippina, & Livilla rem una cum ipſo,* Cajo, *habuit: cui quinquennio, antequam legibus permitteretur, magiſtratus petere conceſſerat: quem principatus ſui ſucceſſorem ſe relicturum promiſerat, interfecit.*

21. ADULTERII ſorores Caji inſimulavit Dio §. 20. & a Lepido corruptas dicit Zonaras. Ἀδελφὰς τὰς οἰκείας ὡς ἐκείνῳ συμφθαρείσας. Unde Rutil. Itiner. I. 305.

Quartus Cæſareo dum vult irrepere regno,
Inceſti pœnam ſolvit adulterii.

Agrippinæ flagitia denarrat Tacit. Ann. XIV. 2. 4. *Quæ puellaribus annis ſtuprum cum Lepido ſpe dominationis admiſerat, pari cupidine uſque ad libita Pallantis provoluta; & exercita ad omne flagitium patrui nuptiis.*

22. FRAUDE qua chirographa illa ſororibus extorſerit, dubium eſſe recte putat *Sabellicus.*

23. STUPRI conſuetudine a conjurationis conſciis illa requiſiiſſe Caji ſorores, quibus vulgatis non ſolum conjuratio patefacta fuerit; ſed illarum etiam adulteria innotuerint, ſuſpicatur *Sabellicus.*

24. TRES GLADIOS, ξιφίδια τρία τῷ Ἄρει τῷ τιμωρῷ ἐς τὴν Ῥώμην ἔπεμψε. Dio. D. *Tres* conſecraſſe, quod *trium* hominum, Lepidi ſcilicet, & duarum ſororum ſuarum inſidias effugerat, dicunt *Torrentius* & *Beroaldus.*

* 25. MARTI ULTORI, quia dona, quæ diis conſecrabantur, illorum, quibus conſecrabantur, adſcripta referebant nomina. Ovid. Amor. I. 11. 25.

Non ego victrices lauro redimire tabellas,
Nec Veneris media ponere in æde mores.
Subſcribam, Veneri fidas ſibi Naſo tabellas
Dedicat.

Tacit. infr. §. 27.

26. ELOGIO I. titulo, inſcriptione, in qua n. cauſa conſecrationis. Ita fieri ſolitum fere ſemper in rebus conſecrandis. *Elogium* eſt omnis brevis ſcriptio, ut πιττάκιον, notoria, ſtatuæ, aut quicunque alius titulus. *Caſaubonus.*

27. CONSECRAVIT *gladios*, ritu veteri, & recepto, quo *gladios* deſtinatos inſigni alicui facinori, aut per quos aliquid memorabile patratum eſſet, *conſecrabant.* Tacit. Ann. XV. 74. 3. *Ipſe eum pugionem apud Capitolium ſacravit, inſcripſitque Jovi vindici.* Dio LXXVII. p. 880. B. Καὶ τὸ ξίφος, δι' οὗ τὸν ἀδελφὸν ἀπεκτόνει, ἀναθεῖναι τῷ θεῷ ἐτόλμησε. *Gladium, quo fratrem interfecerat, deo conſecrare eſt auſus.* Noſt. Vitell. 10. 8. V. etiam *Caſaubonum, Lipſ. in Tacitum, Roa. Singul.* I. 7. I. *Reineſ. Epiſt.* 19. *Rycq. de Capit. c.* 28.

CAPUT XXV.

ARG. *Matrimonia turpiter contrahit, tenet, dimittit Cajus Cæſar Caligula.*

Matrimonia [1] contraxerit turpius, an dimiſerit, an tenuerit [2], non eſt facile 2.
diſcer-

* MATRIMONIA.... Ita fere de filio qui uxorem ceſſit dementi patri Senec. Contr. VI. 7. *Neſcio furioſius uxorem duxerit: an habuerit, an dimiſerit, an collocaverit.*

* 2. TENERE matrimonium dicitur, ut *tenere virum* a Prop. IV. 12. 27.

Fac teneas unum nos imitata virum.

Servare connubium Virg. Æn. III. 319.

Hectoris

2 diſcernere [3]. Liviam Oreſtillam [4] C. Piſoni nubentem, cum ad officium [5] & ipſe
veniſſet, ad ſe deduci imperavit [6], intraque paucos dies [7] repudiatam [8] biennio poſt
c relegavit [9]: quod repetiiſſe uſum prioris mariti [10] tempore medio videbatur. Alii
3 tradunt, adhibitum cœnæ nuptiali [11], mandaſſe ad Piſonem, contra accumbentem,
Noli uxorem meam [12] *premere* [13]: ſtatimque e convivio abduxiſſe eam ſecum, & proxi-
mo die edixiſſe [14] MATRIMONIUM SIBI REPERTUM EXEMPLO ROMULI [15] ET AUGU-
4 STI [16]. Lolliam Paullinam [17] C. Memmio [18] conſulari [19], exercitus regenti nu-
ptam, facta mentione aviæ ejus, ut quondam pulcerrimæ, ſubito ex provincia evo-
cavit, ac perductam a marito [20] conjunxit ſibi, brevique [21] miſſam [22] fecit, inter-
dicto

Hectoris Andromache Pyrrhin' connubia ſervas.

* 3. Diſcernere i. dijudicare, diſtinguere. Cicer. Tuſc. Quæſt. v. 39. *Democritus luminibus amiſſis alba & atra diſcernere non poterat.*

4. LIVIAM ORESTILLAM, quam Κορνηλίαν Ὀρεστίναν dicent Dio & Zonaras §. 6.

5. OFFICIUM n. *nuptiale*, ut plenius Petron. c. 25. *Conſurrexi ad officium nuptiale* i. nuptiarum celebrationem, pompam, qua nova nupta deducebatur. Deſcribitur Juven. Sat. ii. 132.

—— Officium cras
Primo ſole mihi peragendum in valle Quirini.
Quæ cauſa officii? quid quæris? nubit amicus?

Apul. Mileſ. iv. p. 154. *Conſenſu parentum tabulis etiam maritus nuncupatus, ad nuptias officio frequenti cognatorum, & affinium ſtipatus, templis, & ædibus publicis victimas immolabat.* * Hinc Juven. Sat. vi. 203. *Labente officio* i. diſcedentibus convivis, qui ad nuptias convenerant. Noſt. Claud. 26. 10. Ner. 28. 3.

6. AD SE DEDUCI IMPERAVIT, imo Piſoni ereptam duxiſſe dicunt Dio LIX. p. 646. B. & Zonar. Ann. ii. p. 178. Ἔγημε Κορνηλίαν Ὀρεστίναν, ἐν ἁρπάσας ἐν αὐτοῖς τοῖς γάμοις, οὓς τῷ ἐγγεγυημένῳ αὐτὴν Γαΐῳ Καλπουρνίῳ Πίσωνι συνδιέπραξε. *Duxit Corneliam Oreſtinam, ereptam ſponſo C. Calpurnio Piſoni in ipſis nuptiis, quibus intereras.*

7. INTRA PAUCOS DIES, πρὶν δύο μῆνας ἐξελθεῖν, *ante exitum ſecundi menſis.* Dio.

8. REPUDIATAM i. dimiſſam. V. ſupr. Cæſ. i. i. §. 17.

9. RELEGAVIT *repudiatam* Oreſtillam, & Piſonem, ἀμφοτέρους σφᾶς ἐξώρισε. Dio.

10. REPETISSE USUM PRIORIS MARITI, ὡς καὶ συγγιγνομένους ἀλλήλοις. Dio.

11. COENA NUPTIALIS eſt, quam ſponſi parentes, vel ipſe ſponſus dare ſolebant. Plaut. Curc. v. 2. 60.

Tu ut hodie adveniens cœnam des ſororiam:
Hic nuptialem cras dabis.

Apul. Mileſ. vi. p. 183. *Nec mora, cum cœna nuptialis affluens exhibetur.* V. & *Fabr. Semeſtr.* i. 6. *Roa Singul.* i. 2. 16.

12. UXOREM MEAM, Liviam Oreſtillam, quam dicit *ſuam*, quia illam ut *uxorem* ſecum ducturus erat.

13. PREMERE i. petulantius & audacia libidinoſa contingere. Pedem amantium pede *premere* ſolebant amantes. Ovid. Art. i. 606.

Velle latus digitis, & pede tange pedem.

Unde Philenio puellæ, quam amabat, leges præſcribit Diabolus adoleſcens apud Plaut. Aſin. iv. i. 30.

Ne ulli pede pedem homini premeret.

Quamvis de ipſa venere etiam uſurpetur hoc verbum. Martial. iii. 51. 17.

Rhodias ſuperbi feminas premunt galli.

14. EDIXISSE i. *edicto*, & publico programmate ſignificaſſe. Cicer. Phil. i. 5. *Cumque de via languerem, miſi pro amicitia, qui hoc ediceret* i. Antonio ſignificaret. *Buleng. de imper.* iii. 12.

15. ROMULUS ex Sabinarum raptu ſibi *Herſiliam* duxit uxorem. Plutarch. Romul. p. 26. A. Τὴν δ' Ἑρσιλίαν γῆμαι Ῥωμύλον. Silius xiii. 769.

Vis & Martigena thalamos ſpectare Quirini?
Herſiliam cerne: hirſutos cum ſperneret olim
Gens vicina procos, paſtori rapta marito,
Luſtravitque caſas, culmiſque e ſtramine fultum
Preſſit læta torum, & ſoceros revocavit ab armis.

16. AUGUSTUS qui rapuerit ſibi Liviam, docuit noſt. ſupr. 62. 4.

17. LOLLIA PAULLINA filia fuit *M. Lollii* conſularis. Tacit. Ann. xii. i. 3. *Sed maxime ambigebatur inter Lolliam Paullinam, M. Lollii conſularis filiam, & Juliam Agrippinam Germanico genitam.* Illam deſcribit Plin. ix. 35. *Lolliam Paullinam, quæ fuit Caii principis matrona, ne ſerio quidem, ac ſollenni ceremoniarum aliquo apparatu, ſed mediocrium etiam ſponſalium cœna, vidi ſmaragdis, margaritiſque opertam, alterno textu fulgentibus, toto capite, crinibus, ſpiris, auribus, collo, manibus, digitiſque: quæ ſumma quadringenties ſeſtertium colligebat.* Noſt. Claud. 26. 9.

18. C. MEMMIO *Regulo*, ut dicitur Joſeph. ſupr. 22. 5. §. 15. & Dion. ſupr. Tib. 65. 3. §. 10. infr. §. 20.

19. CONSUL fuit Memmius cum Fulcinio Trione ſupr. Tib. 65. 3. §. 10.

20. PERDUCTAM A MARITO M. Aquilio Juliano, P. Nonio Aſprenate conſulibus. Scalig. in Euſeb. p. 173. ſive anno ab U. C. 790. Pigh. Ann. iii. p. 566. De hoc facto Euſebius. *Cajus Memmii Reguli uxorem duxit, impellens eum, ut uxoris ſuæ patrem eſſe*

dicto cujuſquam in perpetuum coitu [23]. Cæſoniam [24] neque facie inſigni, neque 5
ætate integra [25], matremque jam ex alio viro trium filiarum, ſed luxuriæ ac laſciviæ
perditæ, & ardentius, & conſtantius amavit [26], ut ſæpe chlamyde [27] peltaque [28] &
galea [29] ornatam, & juxta adequitantem, militibus oſtenderit, amicis vero etiam
nudam [30]. Quam enixam uxorio nomine dignatus eſt, uno atque eodem die pro- 6
feſſus, & maritum ſe ejus, & patrem infantis ex ea natæ. Infantem Juliam Druſillam 7
appellatam per omnium dearum templa circumferens, Minervæ gremio [31] impoſuit,

eſſe ſe ſcriberet, n. in dotali inſtrumento. Nam ut omnia acta legitime viderentur, omnia ſollennia ſunt ſervata. Quia vero non niſi deſponſatam ducere poterat, & deſponſare patris erat, maritus pro patre fuit, qui eam Cajo deſponſavit, dotem dixit, & ad novum maritum *perduxit*. Dio LIX. p. 648. E. Zonar. Ann. II. p. 178. Διαλιπὼν δὲ ὀλίγας ἡμέρας, ἔγημε Λολλίαν Παυλλῖναν, αὐτὸν τὸν ἄνδρα αὐτῆς Μέμμιον Ῥηγῖλλον ἐγγυῆσαι οἱ τὴν γυναῖκα ἀναγκάσας, μὴ καὶ ἀνέγγυον αὐτὴν παρὰ τοὺς νόμους λάβῃ. *Paucis interjectis diebus Cajus Lolliam Paullinam duxit, coacto ejus marito Memmio Regulo, ut eam ſibi deſponderet, ne præter leges non deſponſam duceret.* Eodem modo deſpondit Liviam Auguſto Nero ſupr. 62. 4. §. 18. V. quoque *Caſaubonum* & *Scalig. l. l.*

21. BREVI, ἐυθὺς *Dio.*

22. MISSAM quare fecerit Paullinam Cajus, docent Dio LIX. p. 658. C. Zonar. Ann. II. p. 179. Τότε δὲ ἐκβαλὼν τὴν Παυλῖναν, πρόφασιν μὲν ὡς μὴ τικτοῦσαν, τὸ δὲ ἀληθὲς ὅτι διακορὴς αὐτῆς ἐγεγόνει. *Tunc exturbata Paullina, ut ſterili, ſed revera, quia ſatietas ejus ipſum ceperat.*

23. INTERDICTO coitu, quæ pœna non levis fuit. Quid enim poteſt feminæ, maximeque vitioſæ eſſe gravius, quam privari *concubitu*, in quo ſummum bonum collocavit. *Beroaldus.*

24. CÆSONIAM *Miloniam*, ut duobus nominibus illam vocant Dio & Zonaras infr. §. 26. filiam Veſtiliæ, & Orfiti. Plin. VII. 5. *Veſtilia C. Herditii, ac poſtea Pomponii, atque Orfiti clariſſimorum civium conjunx, ex his quatuor partus enixa.... Cæſoniam Caji principis conjugem genuit octavo menſe.*

25. ÆTATEM INTEGRAM V. ſupr. Aug. 19. 1. §. 10.

26. AMAVIT ab illa *potionatus amatorio medicamento* infr. 50. 7. §. 24. De conjugio Dio & Zonaras. Μιλωνίαν Καισωνίαν ἔγημεν· ἣν πρότερον μὲν ἐμοίχευε, τότε δὲ καὶ γαμετὴν ποιήσασθαι ἠθέλησεν, ἐπειδὰν ἐν γαστρὶ ἔσχεν, ἵνα αὐτῷ παιδίον τριακονθήμερον τέκῃ. *Miloniam Cæſoniam duxit: quam adulterio prius ſibi cognitam, tunc uxorem ducere voluit, quia gravida erat, ut ſibi puer triginta dierum naſceretur.*

27. CHLAMYDE aurata. Tali uſas eſſe Auguſtas, exemplo ſuo Agrippina docet apud Tacit. Ann. XII. 56. 4. *Ipſe inſigni paludamento, neque procul Agrippina chlamyde aurata præſedere*, & Dionem, quem V. ſupr. 19. 4. §. 16.

28. PELTA *ſcutum parvum & leve eſt.* Ælian. de inſtr. acieb. p. 4. Cetræ, quam videre poteris depictam apud Curt. III. 2. 5. §. 22. admodum ſimile. Liv. XXVIII. 5. *Menippum quendam ex regiis ducibus cum mille peltatis* (*pelta cetra haud diſſimilis eſt*) *Chalcidem mittit.* XXXI. 36. *Nocte cetratos, quos peltaſtas vocant, loco opportuno inter bina caſtra in inſidiis abdiderat.* Lunam ſemiplenam referebat. Virg. Æn. I. 494.

Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis.

Ubi Servius. *Scutis breviſſimis in modum Lunæ jam mediæ.* De *peltæ* forma etiam Dionyſ. A.R. II. p. 129. Τῇ δ' εὐωνύμῳ κατέχει πέλτην Θρᾳκίαν· ἡ δ' ἐστὶ ῥαβδοειδεῖ θυρεῷ στενωτέρους ἔχοντι τοὺς λαγόνας ἐμφερής. *Siniſtra vero tenet peltam Thraciam: ea ſcuto oblongo, latera anguſtiora habenti ſimilis eſt.* Quadrangularum etiam meminit Suidas. Πέλται ἀσπίδια τετράγωνα. V. de *peltis* quoque *Manut. Quæſ. Epiſt.* III. 6.

29. GALEAM deſcribit Polyb. VI. 20. Προσεπικοσμεῖται δὲ καὶ λιτῷ περικεφαλαίῳ· ποτὲ δὲ καὶ λυκείαν, ἤ τι τῶν τοιούτων ἐπιτίθεται, σκέπης ἅμα καὶ σημείου χάριν, ἵνα τοῖς κατὰ μέρος ἡγεμόσι προκινδυνεύοντες ἐμφανεῖς καὶ μή, διάδηλοι γίνωνται. *Inſuper adornatur vili capitis tegumento: cui lupina interdum, aut aliquid ejuſmodi imponitur, ſimul tutelæ cauſa, & indicii: ut in obeundis fortiter ſeciuſve præliis, dignoſci ab ordinum queant ductoribus.* Fiebat ex ferarum pellibus, ferro, ære. V. *Cluver. Germ. Ant.* I. 44. *Lipſ. Mil. Rom.* III. 1. *Stewech. in Veget.* I. 20. *Laz. Comm. R. R.* VIII. 16.

30. NUDAM amicis Cæſoniam oſtendit Cajus, ut Gygi uxorem Candaules Lydorum rex. Herod. I. p. 4. C. Γύγη, οὐ γάρ σε δοκέω πείθεσθαί μοι λέγοντι περὶ τοῦ εἴδεος τῆς γυναικός· ποίει ὅκως ἐκείνην θεήσεαι γυμνήν. *Gyges, quia non videris mihi fidem habere referenti de conjugis ſpecie: fac illam conſpicias nudam.*

31. MINERVÆ GREMIO, utpote artium deæ. Scitu dignum relatuque eſt, quod tradit Marcianus de Minerva, eam eſſe natam ſine matre, quoniam in feminis prudentia non eſt, cujus dea eſt *Minerva.* Verſus Marciani ſunt in hymno Palladis.

Quam de patre ferunt ſine matris fœdere natam,
Provida conſilium quod neſcit curia matrum.

Beroaldus. Sed ad Jovis Capitolini genu fuiſſe delatam dicit Joſeph. Ant. Jud. XIX. 1. Εἰς τοῦτο δὲ προὔβη τὸ μανικὸν αὐτῷ, ὥστε δὴ καὶ θυγατρὸς αὐτῷ γενομένης, ἀνακομίσας ἐπὶ τὸ Καπιτώλιον ἐπὶ τοῖς γόνασι κατατίθεται τοῦ ἀγάλματος, κοινὸν αὐτῷ τε καὶ τῷ Διῒ γεγονέναι τὸ τέκνον, καὶ δύο χειροτονῶν αὐτῆς πατέρας, ὁπότερον μείζονα φάμενος ἐν μέσῳ δὲ καταλιμπάνων. *Eo denique inſania provectus eſt, ut natam ſibi filiam in* Capi-

8 ſuit, alendamque & inſtituendam commendavit. Nec ullo firmiore indicio ſui ſeminis [32] eſſe credebat, quam feritatis: quæ illi quoque tanta jam tunc erat, ut infeſtis [33] digitis, ora & oculos ſimul ludentium infantium inceſſerit.

Capitolium delatam, in ſimulacri genua deponeret, quaſi communem ſibi cum Jove prolem, in medio ſe relinquere dicens judicium, utro majore parente ſit genita.

32. SUI SEMINIS i. ex ſe natam. Sidon. Epiſt. 1. 6. *Si tamen ſenatorii ſeminis homo, juſte dicere poteſt ſemet peregrinatum.* Ita *ſervilem ſanguinem* dixit ex ſervis natos ſupr. Aug. 40. 5. §. 23.

33. INFESTUS quis dicatur, dixi ſupr. Cæſ. 24. 3. §. 16.

CAPUT XXVI.

ARG. *Propinquos, amicos, ſenatorum nonnullos interficit, nonnullos ad eſſedum ſibi occurrere.... patitur, conſulibus magiſtratum abrogat, quæſtorem flagellat, noctu in circo loca occupantes fuſtibus abigit, ludis diſcordiarum cauſam ſerit, munere emitti quemquam vetat, feriſque multos ſubjicit, & populo horreis præcluſis famem indicit Cajus Cæſar Caligula.*

1 LEve, ac frigidum [1] ſit his addere, quo propinquos amicoſque pacto tractaverit. Ptolomæum [2] regis Jubæ [3] filium, conſobrinum [4] ſuum (erat enim & is M. Antonii ex Selena [5] filia nepos) & in primis ipſum Macronem, ipſam Enniam [6], adjutores imperii [7], quibus omnibus pro neceſſitudinis [8] jure, proque meritorum [9] gratia cruenta mors perſoluta eſt.
2 Nihilo reverentior leniorve erga ſenatum: quoſdam ſummis

* FRIGIDUM i. minime placens, ingratum, quod languidum facit auditorem. Senec. Contr. 1. 4. *Frigidius dixit contrariam illi ſententiam.* Cicer. Brut. c. 30. *Quare tibicen Antigenidas dixerit diſcipulo ſane frigenti ad populum.* Et ita Græci ψυχρὸς apud Plutarch. Alex. p. 665. E. Ἐπιφώνημα καταςβέσαι τὴν πυρκαϊὰν ἐκείνην ὑπὸ ψυχρίας δυνάμενον. *Exclamatio frigida incendium illud valuit reſtinguere.* Plura *Schultingius ad Senecam.*

2. PTOLEMÆUM *Africæ regem, Armeniæ Mithridatem, inter Cajanas cuſtodias vidimus: alter,* Mithridates, *in exſilium miſſus eſt: alter,* Ptolemæus, *ut meliori fide mitteretur, optabat,* n. exſilium, quo quidem damnatus, ſed per viam interfectus eſt, ut Senecam hæc narrantem de tranq. c. 11. explicat *Lipſius.* Cædis cauſa ejus fuerunt divitiæ. Dio LIX. p. 659. E. Γάϊος δὲ ἐν τούτῳ τόν τε Πτολεμαῖον τὸν τοῦ Ἰόβα παῖδα μεταπέμψας, καὶ μαθὼν ὅτι πλουτεῖ ἀπέκτεινε. *Ceterum Cajus Ptolemæum Jubæ filium evocavit, ac, cum cognoviſſet de ejus divitiis, necavit.*

3. JUBÆ, cui Cleopatram, ſive Selenam poſt Antonii interitum collocavit Auguſtus. Dio LI. p. 454. A. Ἥ τε Κλεοπάτρα Ἰόβᾳ τῷ τοῦ Ἰόβα παιδὶ συνῴκησε. *Cleopatra autem Jubæ, Jubæ filio, in matrimonium tradita eſt.* Plutarch. Anton. p. 955. D. Καὶ Κλεοπάτραν μὲν τὴν ἐκ Κλεοπάτρας, Ἰόβᾳ τῷ χαριεστάτῳ βασιλέων συνῴκισεν. Fuit ille filius *Jubæ*, quem Cæſar dictator vicit ſupr. 35. 4. §. 29.

4. CONSOBRINUM Caji dum vocat Ptolemæum noſter, larga vocabuli ſignificatione accipiendum eſt. Cajus enim Antonii fuit pronepos, Ptolemæus nepos, hic nempe ex ejus filia Cleopatra, ille ex nepote Germanico, Antoniæ junioris filio, natus. Ipſis Ictis *conſobrini* non ſemper duarum ſororum filios ſignificant, ſed etiam ulteriore gradu, ut obſervat *Torrentius.*

5. SELENA hæc *Cleopatra* dicitur Dion. LIX. 411. B. Ἐπὶ δὲ δὴ τῇ Κλεοπάτρᾳ μεγάλως διεβλήθη, ὅτι τε παῖδα ἐξ αὐτῆς, πρεσβυτάτους μὲν, Ἀλέξανδρον καὶ Κλεοπάτραν.... *Cleopatra autem nomine magnopere culpatus eſt* Antonius, *quod & liberos ex ea ſuſcepiſſet, prius Alexandrum & Cleopatram.* Et Plutarch. ſupr. §. 2. *Selena* vero noſtro indito matris cognomine. Quæ, cum ſe Lunam, atque Iſidem filio Alexandro, & Cleopatræ filiæ, ſolis & lunæ nomen dedit. V. ſupr. Aug. 22. 3. §. 12.

6. MACRONEM ET ENNIAM de medio ſuſtulit Cajus, coactos ſemetipſos interficere. Philo legat. ad Cajum p. 1000. D. Λέγεται γὰρ ὅτι ἠναγκάσθη ὁ δείλαιος αὐτοχειρίᾳ κτεῖναι ἑαυτὸν, καὶ τὴν αὐτὴν ἀναδέξασθαι συμφορὰν ἡ γυνή. *Fertur enim miſer coactus ſeipſum interficere, uxor quoque habuiſſe eundem exitum.* Dio §. 7.

7. ADJUTORES IMPERII; ſed hujus immemor fuit Cajus beneficii. Dio LIX. p. 647. E. Ὅτι τὸν Μάκρωνα μετὰ τῆς Ἐννίας, μήτε τοῦ ταύτης ἔρωτος, μήτε τῶν ἐκείνου εὐεργετημάτων, δι᾽ ὧν τά τε ἄλλα, καὶ τὴν ἀρχὴν αὐτῷ μόνῳ συγκατέπραξε, μνησθεὶς, ἐς τὸ ἑκούσιον δὴ θανάτου ἀνάγκην. *Quod Macronem ac Enniam, neque amoris hujus, neque illius beneficiorum memor, quibus etiam ſolus ipſum imperium conſecutus fuerat, ad mortem voluntariam adegit.*

8. NECESSITUDINIS, qua conjunctus erat Ptolemæo. Quid *neceſſitudo*, dixi ſupr. Cæſ. 27. 1. §. 1.

9. MERITORUM, quibus illum devinxerant Macro & Ennia.

10. Oc-

ſummis honoribus functos, ad eſſedum ſibi occurrere [10] togatos per aliquot paſſuum millia, & cœnanti, modo ad pluteum [11], modo ad pedes [12] ſtare ſuccinctos [13] linteo [14], paſſus eſt: alios cum clam interemiſſet, citare nihilominus ut vivos perſeveravit, paucos poſt dies voluntaria morte periiſſe mentitus. Conſulibus [15] oblitis de 3
natali ſuo edicere, abrogavit magiſtratum, fuitque per triduum [16] ſine ſumma poteſtate [17] Reſpublica. Quæſtorem [18] ſuum in conjuratione [19] nominatum flagellavit 4
veſte detracta, ſubjectaque militum pedibus, quo firme verberaturi inſiſterent [20]. Si- 5
mili ſuperbia violentiaque cæteros tractavit ordines. Inquietatus [21] fremitu [22] gra- 6
tuita

10. OCCURRERE i. præſto eſſe. Liv. XXXVII. 32. *Multitudo occurreret ad defendendum.* Noſt. infr. 30. 1. Claud. 8. 1. V. magnum Grævium. Simile quid infr. Galb. 6. 7.

11. PLUTEUS in lectis cubicularibus quid fuerit, dixi ſupr. Cæſ. 49. 3. §. 12. In tricliniaribus etiam dicebatur, ſed contrario modo. Nam ſponda, pars interior lecti tricliniaris appellabatur, & quæ menſæ admovebatur: exterior vero *pluteus.* Ideo puellæ, & pueri, qui in deliciis, interiores accumbere dicebantur, cum in gremio ſuorum amatorum jacerent, nec *pluteum* tangerent. Scipio Africanus de Sulpicio Gallo apud Gell. N. A. VII. 12. *Qui in conviviis adoleſcentulus cum amatore, cum chirodota tunica interior accubuerit.* Salmaſ. in Spart. Æl. Ver. c. 5. Aliter tamen *pluteum* explicat *Urſin. de triclin. p.* 224. aliter ad hunc locum *M. Donatus.*

12. AD PEDES diſcumbentium ſtare ſolebant miniſtri tricliniares. Senec. de Benef. III. 27. *Ut primum diluxit, ſervus, qui cœnanti ad pedes ſteterat.* Epiſt. 27. *Habebat* Calviſius Sabinus *hos ad pedes, a quibus ſubinde cum peteret verſus, quos referret, ſæpe in medio verbo excidebat.* Noſt. Galb. 22. 2. De illis quoque *Torrentius, Ciaccon. de tricl. p.* 70. *Urſin. de tricl. p.* 224. *Calder. Obſ.* III. 1. *Buleng. de conv.* I. 34. *Pignor. de ſerv. p.* 138. *Tiraq. Alex.* V. 22.

13. SUCCINCTOS in modum ſcilicet atrienſis, & miniſtratoris, qui linteo *ſuccincti* adeſſe ſolebant. Phædr. II. 6. 11.

Ex alticinctis unus atrienſibus.

Salmaſ. in Capitol. Pertin. c. 8. Caſaub. Exercit. in Baron. 16. p. 496.

14. LINTEA ejuſmodi Græci κρόσσους vocant, evrantque cirrata. Ideo δίκροσσα vocantur. Pollux VII. 16. *Σινδὼν ἐστι Αἰγυπτία μὲν, περιβόλαιον δ' ἂν εἴη, τὸ νῦν δίκροσσον καλούμενον. Sindon quidem eſt Ægyptiaca. Amiculum vero eſt, quod nunc utrinque fimbriatum vocant.* Eo plane atrienſis ille ſuccinctus apud Phædr. II. 6. 12.

Cui tunica ab humeris linteo Peluſio
Erat deſtricta, cirris dependentibus.

Salmaſ. in Capitol. Pertin. c. 8.

15. CONSULES quinam hi, incertum. De hoc Caligulæ facto ſic Dio LIX. p. 655. C. Τὸν δὲ δὴ Δομίτιον καὶ ὕπατον εὐθὺς ἀπέδειξε, τοὺς τότε ἄρχοντας καταλύσας, ὅτι τε ἐς τὰ γενέθλια αὐτοῦ ἱερομηνίαν οὐκ ἐπηγγέλθαι, καὶ τοι τῶν στρατηγῶν ἱπποδρομίαν ἐν αὐτῷ ποιησάντων, καὶ θηρία ἀποκτεινάντων, ὅπερ που καθ' ἕκαστον ἔτος ἐγίγνετο: καὶ ὅτι ἐπὶ ταῖς τοῦ Αὐγούστου νίκαις, ὡς τὸν Ἀντώνιον ἐνενικήκει, ἑορτὴν, ὥσπερ εἴθιστο, ἤγαγον. *Domitium* Afrum *porro conſulem ſtatim conſtituit, abrogato conſulibus magiſtratu, quod ferias in ſuum natalem non indixiſſent, quum prætores eo decurſionem equeſtrem exhibuiſſent, & venationem, quod quotannis fiebat: quodque propter Auguſti de Antonio victorias diem feſtum pro more egiſſent.*

* 16. PER TRIDUUM, nempe a die 31. Auguſti, quo natus eſt ſupr. 8. 1. ad poſtridie Kalendas Septembris. Quod quidem, Cajus eo conſilio fecit, ne ſuffecti conſules die ſecundo Septembris ludos ob victoriam Auguſtam de more ederent. *Noriſ. de Numm. Herod. p.* 69.

17. SUMMA POTESTATE i. conſulibus. Ita conſulatum *imperium* vocat Ovid. Pont. IV. 9. 34.

——— *imperii lætus honore tui.*

n. 59.

Nam tibi finitum ſummo, Græcine, Decembri
Imperium, Jani ſuſcipit ille die.

Et *imperium ſummi conſulis* n. 65.

Qui quamquam eſt ingens, & nullum Martia ſummo
Altius imperium conſule Roma videt.

Et *ſummum faſtigium* Caſſiodorus & Plinius, quos laudavimus ſupr. Aug. 26. 4. §. 16. * Hoc vero triſtiſſimi ominis loco habitum. Spartian. Adrian. c. 6. *Quod eſſe reſpublica ſine Imperatore non poſſet.*

18. QUÆSTOREM, *Betilienum Baſſum.* Senec. de Ira III. 18. *Betilienum Baſſum, quæſtorem ſuum, procuratoris ſui filium, alios ſenatores, & equites Romanos, uno die flagellis cecidit, torſit, non quæſtionis, ſed animi cauſa.*

19. CONJURATIONE facta ſcilicet adverſus ipſum Caligulam. Ea ſignificari videtur, quæ auctore Æmilio Lepido facta eſt, quam V. infr. Claud. 9. 3. ut putant *Beroaldus* & *Sabellicus.*

20. FIRME INSISTERENT, tanquam veſtis pedes virgatorum contineret, ne per lubricum pavimentum laberentur. *Beroaldus.*

21. INQUIETATUS i. ex ſomno, quo *quieſcimus*, unde ſomnus *quies* dicitur ſupr. Cæſ. 7. 2. excitatus. Ita *inquietam noctem*, in qua non poſſumus *quieſcere*, dicit Liv. V. 42. Noſt. infr. 55. 10. V. & ſupr. Aug. 53. 3. §. 10. *Inquietabatur* autem Cajus, quia circus palatio ſubjacebat.

 22. FRE-

Digitized by Google

7 tuita [23] in circo loca de media nocte occupantium [24], omnes fuſtibus abegit. Eliſi per eum tumultum viginti amplius equites Romani, totidem matronæ, ſuper innumeram turbam cæteram.
8 Scenicis [25] ludis, inter plebem & equitem cauſam diſcordiarum ſerens, decimas maturius dabat [26], ut equeſtria [27] ab infimo quoque occuparentur.

22. FREMITU i. diſcurſu, & clamore, ut *Sabellicus*. Quid proprie *fremitus*, dixi ſupr. Tib. 73. 1. §. 3. Magno vero *fremitu*, & tumultu populus ſolebat confluere ſe invicem protrudendo, dum quiſque locum ſpectandi præripere nitebatur, quod nec ſenatoribus aſſignata eſſent loca, nec equitibus, ſed promiſcue ſedebant viri cum mulieribus, & ſervi confuſi cum ingenuis. Joſeph. Ant. Jud. XIX. 1. Ἄγετί τε συνῄει πλῆθος εἰς τὸ παλάτιον ἐπιπροκαταλήψει θέας πολλῷ θορύβῳ καὶ ὠθισμῷ, παρὰ καὶ διακέκριτο οὐδὲν, ὅτι τῇ συγκλήτῳ χωρίῳ, ὅτε τοῖς ἱππεῦσι, φύρδην δὲ ἕζοντο καὶ τοῖς ἀνδράσιν ὁμοῦ αἱ γυναῖκες, καὶ τῷ δούλῳ ἀναμεμιγμένον τὸ ἐλεύθερον.

23. GRATUITA dum dicit, æris aliquid pro locario a deſignatoribus fuiſſe exactum, non obſcure videtur indicare noſter. Sed hujus vix videtur apud idoneum auctorem aliqua fieri mentio, niſi forte apud Plaut. Pœn. prol. n. 23.

Servi ne obſideant, liberis ut ſit locus,
Vel as pro capite dent, ſi id facere non queunt,
Domum abeant.

& Martial. v. 25. 9.

Hermes divitiæ locariorum,
Hermes cura laborque ludiorum.

Hinc in ſervis, & in plebe hoc receptum fuiſſe colligit Lipſ. de Amphith. c. 15. & addit, hoc Græcos videri appellaſſe ὀπτήριον, & in *Callimachum* ſcholiaſtas explicare, τὸ ὑπὲρ τοῦ ἰδεῖν δῶρον. Sed hoc divinare eſt. Aliter enim *Plautum* & *Martialem* explicant *Buleng. de circo c.* 35. *Raderus in Martialem,* & *Vincentius Colleſſe in eundem* apud *Babelonium*. Unde *Babelonius* loca *gratuita* interpretatur, miſſilibus, quæ ſub ludorum finem ſpargebantur, colligendis commoda. Illorum certe avidos fuiſſe non tantum plebejos, ſed etiam equites, & ſenatores, liquet ex Domit. 4. 14.

24. OCCUPAVERINT hæc loca etiam de media nocte equites, & matronæ, ludorum avidi, & excluſionis metuentes, ſi tardius accederent, & ab aliis maturius venientibus *occuparentur*. Lampr. Heliog. c. 23. *Serpentes per Marſica gentis ſacerdotes collegiſſe fertur: eoſque ſubito ante lucem, ut ſolet populus ad ludos celebres convenire effudiſſe.*

* 25. SCENA quid ſit, docui Cæſ. 39. 4. §. 22. *Scenici ludi* a *ſcena* dicebantur. Illorum inſtitutionem deſcribit Liv. VII. 2. *Et hoc & inſequenti anno T. Sulpicio Petico, C. Licinio Stolone Coſſ. peſtilentia fuit. Ec nihil dignum memoria actum, niſi quod cum vis morbi nec humanis conſiliis, nec ope divina levaretur, victis ſuperſtitione animis, ludi ſcenici, nova res bellicoſo populo (nam circi modo ſpectaculum fuerat) inter alia cæleſtis iræ placamina inſtituti dicuntur. Cæterum parva quoque (ut ferme principia omnia) & ea ipſa peregrina res fuit: ſine carmine ullo, ſine imitandorum carminum actu, ludiones ex Etruria acciti, ad tibicinis modos ſaltantes, haud indecores motus more Tuſco dabant. Vernaculis artificibus, quia hiſter Tuſco verbo ludio vocabatur, nomen hiſtrionibus inditum....* Noſt. Ner. 11. 1.

* 26. DECIMAS MATURIUS DABAT. Locus eſt depoſitus. Illum emendare & explicare conati ſunt *Beroaldus, Sabellicus, Glareanus, Torrentius, Babelonius, Turneb. Adv.* XVIII. 5. *Scalig. Epiſt.* 37. *Caſaubono*,. cujus ſententia placet *Buleng. de venat. c.* 24. videbatur vox *teſſeras* initio confuſa fuiſſe cum præcedenti voce *ſerens* propter aliquam ſoni ſimilitudinem: deinde omiſſa ab iis, qui locum voluerant emendare; hinc ſecutam eſſe depravationem vocis *decimas* pro *decima*. Legendum ideo contendit, *teſſeras decima maturius dabat*, illaſque miſſilia in theatris poſt finitos ludos ſpargi ſolita interpretatur. Sed, ut *Burman. de Vectig. c. 2. p.* 32. ex hac explicatione nulla poteſt *cauſa diſcordiæ inter plebem & equitem* colligi: nam ſi teſſeræ & miſſilia equiti & plebi ſpargerentur æqualiter, & eo tempore, quo equites una cum plebe frequentes in theatro erant, nihil erat, de quo alteruter quereretur: nam ſi ante decimam horam hæc ſparſio a Caligula facta ſit, plebs nullo modo poterat occupare equeſtria, utpote equitibus ea adhuc tenentibus. Nec ut rarum aliquid & inſolitum Caligulæ factum notaret Suetonius, ſi ante decimam finitos diceret ludos ſcenicos, & ſparſa fuiſſe miſſilia: cum ſemper & ab omni tempore finis ante id tempus ludis imponi ſoleret. Fingit itaque idem Suetonium ſcripſiſſe, *mimos maturius dabat*, & hunc ſenſum loco apponit: Caligulam tempus edendi ludos & *mimos maturaſſe*, & *mimos* in ſcenam eduxiſſe, cum plebs, quæ plerumque maturius ad ludos ruebat, ſola eſſet frequens, & equeſtres cuneos occuparet, ita ut poſtea, adveniente equite, & locum ſibi a plebe diſcretum tuente rixæ & diſcordiæ orirentur.

27. EQUESTRIA ἱππευτικά, ſupple loca, ſubſellia,. in quibus *equites* ſedebant, & ludos ſpectabant. Senec. de Benef. VII. 12. *Equeſtria omnium equitum Romanorum ſunt, in illis tamen locus meus fit proprius, quem occupavi. Habeo in equeſtribus locum, non ut vendam, non ut locem, non ut habitem: in hoc tantum, ut ſpectem. Propterea non mentiar, ſi dicam me habere in equeſtribus locum: ſed cum in theatrum veni, ſi plena ſunt equeſtria... Quatuordecim* quoque dicebantur, ut dixi ſupr. Cæſ. 39. 4. §. 21. V. etiam

rentur. Gladiatorio munere, reductis [28] interdum flagrantiſſimo ſole velis [29], emitti quemquam [30] vetabat: remotoque ordinario apparatu [31], tabidas [32] feras, viliſſimos [33] ſenioque confectos, gladiatores quoque pegmares [34], patres familiarum [35] notos,

etiam *Lipſ. de amphith. c.* 14. *Chiment. de hon. biſell. c.* 34.

28. REDUCTIS i. complicatis, quæ *reduci* jubebat Cajus, ut

Sol ſemper in theatro *uſque a mani ad veſperum,*
Quaſi flagitator adſtaret,

quod de ſole Plaut. Moſt. III. 2. 80. & ſpectatoribus intemperie ſua moleſtus eſſet. Martial. XII. 25. 15.

Quamvis non modico caleant ſpectacula ſole,
Vela reducuntur.

29. VELIS integebantur invaleſcente luxu theatra, ad arcendas intemperantioris aeris injurias, ut populus ſalubrius conſiſteret, neque a pluvia, neque a ſole infeſtaretur. Hoc invenit Q. Catulus. Val. Max. II. 4. 6. & ex Valerio Ammian. XIV. 16. *Ejus inſtinctu Q. Catulus Campanam imitatus luxuriam, primus ſpectantium conſeſſum velorum umbraculis texit.* Plin. XIX. 1. *Poſtea in theatris tantum umbram fecere* vela: *quod primus omnium invenit Q. Catulus, cum Capitolium dedicaret. Carbaſina deinde vela primus in theatrum duxiſſe traditur Lentulus Spinther Apollinaribus ludis. Mox Cæſar dictator totum forum Romanum intexit, viamque ſacram ab domo ſua ad clivum uſque Capitolinum, quod munere ipſo gladiatorio mirabilius viſum tradunt.* Deſcribit illa Lucret. IV. 75.

Et vulgo faciunt id lutea, ruſſaque vela,
Et ferruginea, cum magnis intenta theatris
Per malos vulgata, trabeſque trementia fluitant.
Namque ubi conſeſſum caveai ſubter, & omnem
Scenai ſpeciem patrum, matrumque, deorumque
Inficiunt, coguntque ſuo fluitare colore.

De *velis* theatralibus etiam *Beroaldus, Lipſ. Amphith. c.* 17. *Broid. Corollar. ad Pollet. F. R.* I. 2. *Demſter. A. R.* V. 4.

30. EMITTI QUEMQUAM, allaturum forte, vel umbellam, vel cauſiam, quibus ſe contra ſolis fervorem tegere, ubi negarentur vela, ſolebant veteres. Martial. XIV. 28. cui titulus, *umbella.*

Accipe quæ nimios vincant umbracula ſoles:
Sit licet & ventus, te tua vela tegent.

29. cui titulus, *cauſia.*

In Pompejano tectus ſpectabo theatro:
Nam ventus populo vela negare ſolet.

Ipſe initio principatus pileos Theſſalicos in theatris conceſſerat. Dio LIX. p. 645. B. Τά τε προσκεφάλαια τοῖς βουλευταῖς, ὅπως μὴ ἐπὶ γυμνῶν τῶν σανίδων καθίζωνται, πρῶτον τότε ὑπετέθη: καὶ πίλους σφίσι τὸν Θετταλικὸν τρόπον ἐς τὰ θέατρα φορεῖν, ἵνα μὴ τῇ ἡλιώσει ταλαιπωρῶνται, ἐπετράπη: καὶ εἴ γε ποτὲ ἐς ὑπερβολὴν ἐπιφλέξῃ, τῷ διριβιτωρίῳ ἀντὶ τοῦ θεάτρου ἰκριωμένῳ ἐχρῶντο. *Tunc etiam primum ſenatoribus, ne nudis aſſeribus inſiderent, pulvinaria ſubdita: uſuſque pileorum Theſſalicorum conceſſus in theatris, ne ſolis ardore laborarent: qui ſicubi eſſet vehementior, diribitorio* (quod V. infr. Claud. 18. 1. §. 4.) *tabulis inſtructo pro theatro utebantur.* V. & *Torrentium.*

31. APPARATUS ludorum non tantum erat ille, quem diximus ſupr. Cæſ. 10. 1. §. 10. ſed & ejus partem faciebant gladiatores exercitati, beſtiarii, eorumque arma, ut monent *Beroaldus* & *Babelonius.*

32. TABES quid ſit, jam dictum ſupr. Tib. 51. 5. §. 10. *Tabidas feras*, oculorum tædia ſubjiciebat Cajus pro ſaginatis, & bene curatis, quas venarentur confectores.

33. VILISSIMOS gladiatores introducebat Cajus pro famoſis, & nobilioribus, quales ſuis ludis exhibuiſſe Cæſarem dixit noſt. ſupr. 26. 7.

34. PEGMATA in re ludorum dicta ligneæ quædam moles, quæ machinamentis occultis attollebantur, deprimebanturque. Senec. Epiſt. 88. *His annumeres licet machinatores, qui pegmata per ſe ſurgentia excogitant, & tabulata tacite in ſublime creſcentia, & alias ex inopinato varietates, aut dehiſcentibus, quæ cohærebant, aut his, quæ diſtabant, ſua ſponte coeuntibus, aut his, quæ eminebant paullatim in ſe reſidentibus.* Unde *creſcere* Martial. ſpect. 2. 2.

Et creſcunt media pegmata celſa via,

deſcendere ponderibus reductis dicuntur Claudian. de conſ. Mallii n. 324.

Mobile ponderibus deſcendat pegma reductis.

Joſeph. B. J. VII. 14. Θαῦμα δ' ἐν τοῖς μάλιστα παρεῖχεν ἡ τῶν φερομένων πηγμάτων κατασκευή: καὶ γὰρ διὰ μέγεθος ἦν δεῖσαι τῷ βεβαίῳ τῆς φορᾶς ἀπιστήσαντα: τριώροφα γὰρ αὐτῶν καὶ τετρώροφα πολλὰ πεποίητο. *Fuit monſtri loco apparatus pegmatum, quæ geſtabantur: etenim metus erat, ne bajuli oneri impares eſſent: erant enim tribus aut quatuor tectis.* Super iis producti per ludos facinoroſi homines, quales gladiatores fere erant, qui contabulationis ſcanſione ſtatim erecti in conſpectum veniebant: ut vel inibi pugnam inter ſe committerent, vel ſpectati a populo, mox ſolutis compagibus *pegmatis*, caſu ſuo in foveam, ubi vel ignis, vel feræ erant, populum oblectarent. Ignes deſcribit Claudian. n. 325. 329.

Inque chori ſpeciem ſpargentes ardua flammas
Scena rotet: varios effingat Mulciber orbes
Per tabulas impune vagus, pictæque citato
Ludant igne trabes, & non permiſſa morari
Fida per innocuas errent incendia turres.

feras Strab. VI. p. 188. Τοῦτον δ' ἐν τῇ ἀγορᾷ μονομάχων συνεστῶτος εἴδομεν διασπασθέντα ὑπὸ θηρίων. Ἐπὶ πήγματος γάρ τινος ὑψηλοῦ τεθεὶς, ὡς ἂν ἐπὶ τῆς Αἴτνης, διαλυθέντος αἰφνιδίως, καὶ συμπεσόντος, κατηνέχθη καὶ αὐτὸς εἰς γαλεάγρας θηρίων εὐδιαλύτους, ἐπίτηδες παρεσκευασμένας ὑπὸ τῷ πήγματι. *Eum*, Sclurum latronem,

tos, ſed inſignes [36] debilitate [37] aliqua corporis, ſubjiciebat. Ac nonnunquam horreis [38] præcluſis, populo famem indixit.

nem, *in foro ludis gladiatoriis commiſſis diſcerpi a beſtiis vidimus. Poſitus enim in tabulato ſublimi, tanquam in Ætna, compagibus ſolutis eo ſubito collapſo, delatus eſt in caveas, in quibus beſtiæ ita erant ligatæ, ut facile ſolverentur, infra tabulatum dedita opera parata.* Noſt. Claud. 34. 6. Inde *pegmares* gladiatores vocat noſter, qui in ejuſmodi machinis, voluptatis cauſa, pugnantes, felici quodam ſidere ſuperſtites ei ſpectaculo fuerunt. Tales *de ruina arena dimiſiſſe* dicitur apud Petron. Sat. *c.* 9. *Pegma* vero tam *pegma*, quam *pegmatis* poſſis flectere, ut σχῆμα, γλαυκῶμα, & ſimilia duobus modis Latini enuntiant, & inde, ut a *palma*, *palmaris*, ab *ala*, *alares*, ab *epiſtola*, *epiſtolaris*, certa analogia *pegmaris*. V. *Caſaubonum*, *Beroaldum*, *Lipſ. de Amphith. c.* 22. *Saturn.* II. 14. *Buleng. de venat. c.* 34. *Scalig. in Manil. p.* 404. *Philand. in Vitruv.* IX. 7. *Argol. in Panvin. lud. circ. p.* 78. *b. Gruter. in Senecam.*

35. Patres familiarum, cives Romanos, quoſdam e populo, vel quoſcunque alios, qui Romæ habitantes habebant *familiam.* Feſtus. *Familiaris Romanus, privatus Romanus.* Noſt. ſupr. Aug. 59. 2. infr. Domit. 10. 3. V. *Caſaubonum ad Caligulam*, & *Torrentium ad Domitianum.* Vel, quod rei, & tyrannidis augeret indignitatem, homines bonæ, & provectæ ætatis, familiæ locupletis, & plurium liberorum *patres*, ut hos explicat *Barth. Adverſ.* LIV. 2. V. &, ſi hæc non placent, ab his diſſentientem *Fabr. Semeſtr.* II. 10.

36. Insignes quinam dictum ad Curt. IX. I. §. 25.

37. Debiles quinam dixi ad Curt. IV. 3. 5. §. 16.

38. Horreum eſt σιτοφυλακεῖον, *granarium*, ut Varr. L. L. IV. 22. *Granarium, ubi granum frumenti condebant, horreum,* ἀποθήκη. Gloſſ. Cyrill. *Horreum*, ἀποθήκη: *horrearius*, ἀποθηκάριος. Noſt. Ner. 38. 2. Tale ſtruxerat Cajus circa Rhegium & Siciliam. Joſeph. Ant. Jud. XIX. 2. Ἔργον δὲ μέγα ἢ βασίλειον οὐδὲν αὐτῷ πεπραγμένον εἴποι τις, ἢ ἐπ' ὠφελείᾳ τῶν συνόντων καὶ αὖθις ἀνθρώπων ἐσόμενον, πλήν γε τοῦ περὶ Ῥήγιον καὶ Σικελίαν ἐπινοηθέντος ἐν ὑποδοχῇ τῶν ἐπ' Αἰγύπτου σιτηγῶν πλοίων. *Opus autem ejus regale, aut magnum nullum eſt memorabile, aut excogitatum ad utilitatem hominum, præter receptacula exſtructa circa Rhegium & Siciliam navibus frumentariis ex Ægypto venientibus.*

CAPUT XXVII.

ARG. *Ex noxiis laniandos adnotat, cuſtodias omnes duci imperat, votum pro ſua ſalute nuncupantium alterum ferro dimicantem videt, alterum ex aggere præcipitat, multos honeſtos ad.... condemnat, aut medios diſſecat, ſupplicio filiorum parentes intereſſe cogit, munerum curatorem occidit, Attellanæ poetam igni cremat, & equitem Romanum feris objicit Cajus Cæſar Caligula.*

1.2 Sævitiam ingenii per hæc maxime oſtendit. Cum ad ſaginam ferarum [1] muneri [2] præparatarum carius pecudes compararentur, ex noxiis [3] laniandos adnotavit [4]: & cuſtodiarum [5] ſeriem recognoſcens, nullius inſpecto elogio [6], ſtans tantummodo intra

Ad saginam ferarum 1. *ad feras ſaginandas. Sagina* eſt cibus. Ita de canibus venaticis Nemeſ. Cyneg. n. 166.

> —— *tunc conſuetam minuiſſe ſaginam*
> *Profuerit.*

I. cibum. Non enim hoc agitur, ut pingues fiant venatici. Et ſæpius pinguefaciens. Plin. VIII. 51. *Pingueſcunt* ſues *ſexaginta diebus, ſed magis tridui inedia ante ſaginationem orſa.* Et *ſaginare* pinguefacere. Colum. R. R. VI. 37. *Ea herba viridis, nec tarde tamen arida fœni vice ſaginat jumenta.* Unde *ſaginarium* locus, ubi *ſaginantur* altilia. Varr. R. R. III. 10. *Pullos includunt in ſaginario, ibique polentam & pollinem aqua madefacta dant cibum.* Et *ſaginam cædere* eſt animalia altilia, pecudes *ſaginatas* mactare. Plaut. Moſt. I. I. 62.

> *Eſſe, effercite vos, ſaginam cædite.*

2. Munus gladiatorium V. ſupr. Cæſ. 10. 4. §. 22.

3: Noxiis I. ex aliquo facinore, ut beſtiis objicerentur, damnatis. V. quæ dicuntur Ner. 12. 2. §. 5.

4. Adnotavit, quia nomina, & crimina reorum, ſeu elogia, erant in tabellis, ſerie, & ordine digeſta, quæ ipſi imperatores apud Romanos oblata per commentarienſes legebant, Ælian. V. H. XIV. 43. Εἶτά τις αὐτῷ παρεστὼς ἀνεγίνωσκε τῶν κατεγνωσμένων τὰ ὀνόματα, καὶ τὰς καταδίκας αὐτῶν προσεπέλεγεν, ἵνα ἐκεῖνος παρασημειῶται τοὺς ἀξίους θανάτου. *Deinde quidam aſſiſtens condemnatorum ipſi nomina recitabat, & crimina in eos collata referebat, ut ille, qui morte eſſent digni, adnotaret.* Qua autem pœna hunc, vel illum dignum judicabant, illam nomini adſcribebant, unde *error nominis* infr. 30. 2. qui in eo erat, quod alterius *nomen* in libello, vel commentariolo *adnotaverat*, quod verbum proprium ei rei eſſe diximus. V. *Ampliſſ. Cuper. Obſerv.* I. 15. Et *infr. Ner.* 10. 6. §. 16.

5. Custodiarum, ſeu aliorum quorundam. Dio LIX.

intra porticum mediam, *a calvo ad calvum* [7] *duci* imperavit. Votum exegit [8] ab eo, 3
qui pro ſalute [9] ſua gladiatoriam operam promiſerat [10] ſpectavitque ferro dimicantem,
nec dimiſit niſi victorem, & poſt multas preces: alterum [11], qui ſe periturum ea
de cauſa voverat [12] cunctantem, pueris tradidit verbenatum [13] infulatumque [14], qui
votum repoſcentes [15] per vicos agerent, quoad præcipitaretur ex aggere [16]. Multos 4
honeſti ordinis [17], deformatos [18] prius ſtigmatum notis [19], ad metalla [20], aut via-
rum

LIX. p. 657. A. Ἰδὼν γάρ ποτε ὄχλον, εἴτε δεσμωτῶν, εἴτε καὶ ἄλλων τινῶν. *Videns enim aliquando turbam, ſeu captivorum, ſeu aliorum quorundam.* *Cuſtodias* V. ſupr. Tib. 61. 16. §. 39.

6. ELOGIO I. libello malorum facinorum indice. Icti Græci vocant παρασημείωσιν. Marcian. Digeſt. XLVIII. 3. *Idem de irenarchis præceptum eſt, quia non omnes ex fide bona elogia ſcribere compertum eſt.* V. *Caſaubonum: Turneb. Adv.* XVIII. 5. *Barth. Adv.* IV. 18. *Valeſ. in Ammian. p.* 15. *Hug. de prim. ſcrib. Orig. c.* 31. *Nerium Anal.* I. 32.

7. A CALVO AD CALVUM, quod tritum fuiſſe proverbium ſubindicat Dio. Προσέταξε (τοῦτο δὴ τὸ λεγόμενον ἀπὸ τοῦ φαλακροῦ μέχρι τοῦ φαλακροῦ πάντας αὐτοὺς σφαγῆναι. *Juſſit illud tritum, a calvo ad calvum uſque omnes occidi,* I. indifferenter, & nullo habito diſcrimine delictorum. Cum enim recognoſceret cuſtodias, duo forte aderant *calvi*, alter in ſummo, alter in imo, ut inter duos *calvos* omnes cuſtodiæ continerentur: & juſſit Caligula carnifices ducere ad ſupplicium omnes, incipiendo ab uno *calvo*, qui erat primus, & eundo ad alterum *calvum*, qui erat noviſſimus. *Beroaldus.* V. tamen *Sabellicum*, *Donatum*, *Turneb. in Cicer. joc. p.* 27.

8. VOTUM EXEGIT I. coegit promiſſum ſolvere, ne ſe perjurii alligaret. Dio LIX. 645. E. Ἀποδοῦναι τὴν ὑπόσχεσιν ἠναγκάσθησαν, ἵνα μὴ ἐπιορκήσωσι.

9. AB EO, QUI PRO SALUTE.... quem *Atanium Secundum* fuiſſe dicit Dio ſupr. 14. 3. §. 11.

10. PROMISERAT ſpe pecuniæ a Cajo accipiendæ. Dio. Ἀντὶ τῶν χρημάτων παρ' αὐτοῦ λήψεσθαι.

11. ALTERUM *P. Afranium Petitum*, ut dicitur Dioni §. 12.

12. VOVERAT, imo jurejurando ſe obſtrinxerat. Dio. Πούπλιος δὲ Ἀφράνιος Ποτῖτος, δημότης τις ὤν, καὶ ὑπὸ μωρᾶς κολακείας οὐ μόνον ἐθελοντής, ἀλλὰ καὶ ἔνορκος, ἄν γε ὁ Γάϊος σωθῇ, τελευτήσειν ὑποσχόμενος. *Sed P. Afranius Petitus, plebejus homo, ſtulta adulatione inductus, non modo volens, ſed jurejurando obſtrictus, vita ceſſurum, ſi Cajus revaluiſſet.*

13. VERBENATUM I. *verbena tempora vinctum*, ut Virg. Æn. XII. 120. *Verbena* enim, tanquam hoſtia quædam publica miſer Afranius, voti reus, ad præcipitium ductus eſt. *Verbena*, inquit ad Virgilium Servius, eſt *herba ſacra, ſumpta de loco ſacro Capitolii, qua coronabantur feciales, & pater patratus fœdera facturi, vel bella indicturi.* Plin. XXII. 2. *Siquidem auctores imperii Romani, conditoreſque, immenſum quiddam & hinc ſumpſere, quoniam non aliunde ſagmina in remediis publicis fuere, & in ſacris, legationibuſque verbenæ.* *Abuſive tamen,* pergit Servius, *verbenas jam vocamus omnes frondes ſacratas, ut eſt laurus, oliva, vel myrtus.* Terentius, *Ex ara ſume hinc verbenas.* *Verbenis aras* fuiſſe *coronatas* tradit etiam Donatus ad Terentii hunc locum, qui exſtat Andr. IV. 3. 11. De *verbenis* bene multa *Loenſ. Miſc.* IX. 7. pauca *Durant. V. L.* I. 19. *Berthald. de ara c.* 3.

14. INFULATUM I.

Infula cui ſacra redimibat tempora vitta,

ut Virg. Æn. X. 538. Ubi Servius. *Infula, faſcia in modum diadematis, a qua vitta ab utraque parte dependent: quæ plerumque lata eſt, plerumque tortilis de albo, & cocco.* *Infulatum* victimæ inſtar miſerum Afranium ad ſupplicium duci juſſit Cajus. Victimas coronatas diis immolabant veteres. Suidas in Ἀθάμας. Εἰσάγεται ὁ Ἀθάμας ἐστεφανωμένος, ὥσπερ ἱερεῖον σφαγιασθησόμενος. *Athamas coronatus inducitur, tanquam victima jugulandus.* Virg. Georg. III. 487.

Sæpe in honore deum medio ſtans hoſtia ad aram,
Lanea dum nivea circumdatur infula vitta.

V. & *Bred. Miſc.* VIII. 15.

15. VOTUM REPOSCENTES cum irriſione haud diſſimili, ut putat Alciat. Diſpunct. IV. 2. quæ legitur apud Ulpian. Digeſt. XII. 2. 13. 6. *Si quis juraverit in re pecuniaria per genium Principis dare non oportere: vel intra certum tempus juraverit ſe ſoluturum, nec ſolverit: Imperator noſter cum patre reſcripſit, fuſtibus eum caſtigandum dimittere, & ita ſuperindici,* προπετῶς μὴ ὄμνυε, *petulanter, ſeu temere ne jura.*

16. AGGERE fortaſſe *Tarquinii Superbi*, quo *Urbs ab oriente claudebatur, inter prima opere mirabili.* Plin. III. 5. Celebrem fuiſſe locum oſtendit Juven. Sat. VI. 588.

Plebejum in circo poſitum eſt, & in aggere fatum.

Aggeris etiam, qui ſuppliciorum quoque locus fuiſſe videtur, de Veſtalium ſupplicio cum agit, in Numa meminit Plutarch. p. 67. A. Ἔστι δ' ἐντὸς πυλῶν τῆς πόλεως ὀφρὺς γεώδης, παρατείνουσα πόῤῥω: καλεῖται δὲ χῶμα διαλέκτῳ τῇ Λατίνων. *Tumulus ibi, ad portam Collinam, intra muros terrens eſt, in longum porrectus agger Latino ſermone vocatur.* Poſſet etiam intelligi peculiaris locus Caji cædibus deſtinatus, quem videtur indicare Senec. de tranq. c. 14. *Nec jam procul erat tumulus, in quo Cæſari deo noſtro fiebat quotidianum ſacrum.* De hoc ſupplicii loco etiam *Torrentius*, *Caſaubonus*, & *Ryck. de Capit. c.* 4.

17. HONESTI ORDINIS homines poſſent dici divites. *Ordinem* refert ad fortunas, & quendam *mei ordinis* pauperem exponit Donat. ad Eun. II. 2. 3.

Loci,

rum munitiones [21], aut ad beſtias [22] condemnavit, aut beſtiarum more quadrupedes [23] cavea coercuit [24], aut medios ſerra diſſecuit [25]. Nec omnes gravibus ex cauſis, verum male de munere ſuo opinatos, vel quod nunquam per genium [26] ſuum deje-

Loci, ingenuum: ordinis, pauperem. Illud natalium, hoc fortunæ eſt. Beroaldus.

18. DEFORMATOS i. fœdatos, deturpatos. Flor. II. 2. 25. *Nec ultimo, ſive carceris, ſive crucis ſupplicio deformata majeſtas. Deformare* eſt quaſi *formam* auferre.

19. NOTIS i. literis cauſticis: unde ſervi, quibus inurebantur, *literati* dicebantur. Plaut. Caſ. II. 6. 49.

Si hic literatus me ſinat.

Hiſce deformavit honeſtiores Cajus, quia fugitivi ad manum non erant, quos beſtiis objiceret. Dio LIX. p. 647. C. Zonar. Ann. II. p. 178. Ὑπὸ δὲ δὴ τῆς αὐτῆς ὠμότητος, ἐπιλειπόντων ποτὲ τῶν τοῖς θηρίοις ἐκ καταδίκης διδομένων, ἐκέλευσεν ἐκ τοῦ ὄχλου τοῦ τοῖς ἰκρίοις προσεστηκότος συναρπασθῆναί τινας καὶ παραβληθῆναι σφίσι. *Eadem a crudelitate profectum eſt, quod aliquando deficientibus iis, qui ex condemnatione belluis objicerentur, juſſit ex turba, quæ theatrorum ſedilibus ligneis adſtabat, quoſdam abripi, & illis projici.* Fugitivos hi igitur ementiebantur fronte, qua illi inſcribi ſolebant. Auſon. Epigr. 15. 3.

Ergo notas ſcripto tolerasti Pergame vultu:
Et quas neglexit dextera, frons patitur.

Unde *inſcriptiones frontis* apud Senec. de Ira III. 3. & Petron. Sat. c. 63. *Sequar ego frontes notans inſcriptione ſolerti, ut videamini ſtigmate eſſe puncti. Implevit Eumolpus frontes utriusque ingentibus literis, & notum fugitivorum epigramma per totam faciem liberali manu duxit.* De his *notis* multa *Lipſ. Elect. II. 15. Hugo de prim. ſcrib. rat. c. 19. Rhod. in Scribon. Larg. p.* 310.

20. METALLI pœna inter pœnarum genera numeratur. Ulpian. Digeſt. XLVIII. 19. 8. §. 4. *Eſt pœna, quæ adimat libertatem: hujuſmodi, ut puta, ſi quis in metallum, vel in opus metalli damnetur.* §. 6. *Inter eos autem, in metallum, & eos, qui in opus metalli damnantur, differentia in vinculis eſt: quod qui in metallum damnantur, gravioribus vinculis premuntur: qui in opus metalli, levioribus: quodque refugæ ex opere metalli in metallum dantur, ex metallo gravius coercentur.* Inventum hoc eſt Ægypti regum. Diodor. III. p. 150. Οἱ γὰρ βασιλεῖς τῆς Αἰγύπτου τοὺς ἐπὶ κακουργίᾳ καταδικασθέντας, καὶ τοὺς κατὰ πόλεμον αἰχμαλωτισθέντας παραδιδόασι πρὸς τὴν τοῦ χρυσοῦ μεταλλείαν, ἅμα μὲν τιμωρίας λαμβάνοντες παρὰ τῶν καταγνωσθέντων, ἅμα δὲ διὰ τῶν ἐργαζομένων μεγάλας προσόδους λαμβάνοντες. *Reges enim Ægypti ob maleficia damnatos, belloque captos, in auri fodinas compingunt: tum ut pœnas de reis ſumant, tum ut horum opera magnos ſibi quæſtus faciant.* Miſerorum horum miſeriam pluribus deſcribit idem l. l. & V. p. 313.

21. MUNITIONES VIARUM ad operis publici pœnam refero, quamquam a pœnis Trajanus ſeparare videatur apud Plin. Epiſt. X. 33. *Si qui vetuſtiores invenientur, & ſenes, ante annos decem damnati, diſtribuamus illos in ea miniſteria, quæ non longe a pœna ſint. Solent enim ejuſmodi ad balineum, ad purgationes cloacarum, item munitiones viarum, & vicorum dari.* Faber Semeſtr. II. 4.

22. AD BESTIAS, ut cum *beſtiis* depugnarent, unde dicti *beſtiarii*, quos V. infr. Claud. 34. 6. §. II.

23. QUADRUPEDES i. ut pedibus, manibuſque conſiſterent. Terent. Andr. V. 2. 24.

Audin? quadrupedem conſtringito.

Ubi Donatus. *An quadrupedem, ut feram? an quadrupedem, id eſt, cum pedibus, & manibus.* Noſt. Ner. 48. 6. V. *Beroaldum.*

24. CAVEA COERCITORUM exempla adfert Dio LIX. p. 647. D. Τόν τε πατέρα αὐτοῦ μηδὲν ἀδικήσαντα, ἔς τε γαλεάγραν, ὥσπερ καὶ ἄλλους συχνούς, καθεῖρξε. *Patrem ejus innoxium, ut permultos alios cavea incluſit. Caveas beſtiarum immanium* inter ſævitiæ exempla ponit Senec. de ira III. 3. Inventum hoc fuit Macedonum, apud quos Calliſthenem *cavea* incluſit Alexander. Suidas. Καλλισθένης Ὀλύνθιος, μαθητὴς Ἀριστοτέλους, καὶ ἀνεψιαδοῦς· ὃν ἔδωκεν ἕπεσθαι Ἀλεξάνδρῳ τῷ Μακεδόνι· ὃν ἐν γαλεάγρᾳ σιδηρᾷ βαλὼν, ἀνεῖλεν ἅμα Νεάρχῳ. *Calliſthenes Olynthius, diſcipulus Ariſtotelis, & cognatus: hunc, cum Alexandrum Macedonem ſecutus eſſet, in caveam ferream injectum, cum Nearcho ſuſtulit.* Narrant hoc etiam Diog. Laert. in vit. Ariſtot. p. 303. & Juſtin. XV. 3. 4. & 5. Teleſphorum Rhodium rex Lyſimachus. Plutarch. de exſil. p. 606. B. Ἐπιδείξαντος δὲ αὐτῷ Τελεσφόρον ἐν γαλεάγρᾳ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξορωρυγμένον, καὶ περικεκομμένον τὴν ῥῖνα, καὶ τὰ ὦτα, καὶ τὴν γλῶτταν ἐκτετμημένον. *Cumque ei rex Teleſphorum* (Rhodium amicum Lyſandri, ut illum deſcribit, eandem hiſtoriam narrans, Senec. de Ira III. 17.) *oſtendiſſet, qui oculis, naribus, auribus, & lingua mutilatus in cavea continebatur.*

25. MEDIOS SERRA DISSECARE ſupplicium fuit orientalibus familiare. Herod. VII. p. 454. E. Ὡς δὲ ταῦτα ὑπεκρίνατο, αὐτίκα ἐκέλευε τοῖσι προσετέτακτο ταῦτα πρήσσειν, τῶν Πυθίεω παίδων ἐξευρόντας τὸν πρεσβύτατον, μέσον διαταμεῖν· διαταμόντας δὲ, τὰ ἡμίτομα διαθεῖναι, τὸ μὲν, ἐπὶ τὰ δεξιὰ τῆς ὁδοῦ, τὸ δ', ἐπ' ἀριστερὰ, καὶ ταύτῃ διεξιέναι τὸν στρατόν. *Hæc quum reſpondiſſet, ſtatim imperavit iis, quibus delegatum erat iſta exſequi, ut maximum natu filiorum Pythii inventum diſcinderent medium: ejuſque diſciſſi dimidium ad ſiniſtram diſponerent.* Quod narrat etiam Senec. de Ira III. 17. Dio LXVIII. p. 786. A. de Judæis in Africa rebellantibus. Πολλοὺς δὲ καὶ μέσους ἀπὸ κορυφῆς διέπριον. *Multos a vertice diſcidere medios.*

26. GENIUS quid, dictum ſupr. Aug. 60. 2. §. 5. *Per genium* principis ſolebant jurare Romani. Ulpian. Digeſt.

Digitized by Google

dejeraſſent. Parentes ſupplicio filiorum intereſſe cogebat [27]. Quorum uni valetu- 6
dinem excuſanti [28] lecticam miſit [29]: alium [30] e ſpectaculo pœnæ epulis ſtatim adhi-
buit: atque omni comitate ad hilaritatem, & jocos provocavit. Curatorem mu- 7
nerum [31] ac venationum [32] per continuos dies in conſpectu ſuo catenis verberatum [33]
non prius occidit, quam offenſus putrefacti cerebri odore [34]. Atellanæ [35] poetam, 8
ob ambigui joci [36] verſiculum, media amphitheatri arena igni cremavit [37]. Equi- 9
tem

geſt. XII. 2. 13. §. 6. *Si quis juraverit in re pecuniaria per genium principis, dare ſe non oportere.* Tertull. Apolog. c. 28. *Citius apud vos per omnes deos, quam per genium principis pejeratur.* Plura Torrentius, *Laurent. Polym.* I. 30. *Buleng. de Mag.* I. 26.

27. PARENTES ... INTERESSE COGEBAT. Exemplum ſævitiæ hujus fuit Capito apud Dion. LIX. p. 660. B. Βετιλλῖνον δὲ Κάσσιον ἀποσφαγῆναι κελεύσας, καὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ Καπίτωνα παρεῖναι φονευομένῳ αὐτῷ κατηνάγκασε: μήτ' ἀδικοῦντά τι, μήτ' ἐπηγγελμένον πυθόμενόν τι αὐτοῦ εἰ μύσαι γε οἱ ἐπιτρέψει, προσέταξε καὶ ἐκεῖνον σφαγῆναι. *Caſſium porro Betillinum occidi juſſit, patremque ejus Capitonem cædi intereſſe: neque ullo delicto neque crimine ejus exſtante, interrogantemque, an connivere ſibi concederet, etiam necari imperavit.*

28. VALETUDINEM EXCUSANTI I. per adverſam *valetudinem* adeſſe non poſſe alleganti. Liv. XXVI. 22. *Erectis omnibus exſpectatione, quidnam poſtulaturus eſſet T. Manlius Torquatus Conſul declaratus, oculorum valetudinem excuſavit.* I. ob oculorum valetudinem ſe *excuſavit.* Noſt. Aug. 102. 5. Claud. 6. 5. * *Excuſari* enim eleganter dicitur res, a qua *excuſationem* petimus.

29. LECTICAM MISIT, ut in jus vocatis, ſi morbo, aut ætate impediebantur, jumentum ex XII. tabulis ſternebatur. Gell. N. A. XX. I. *Cur. ſibi eſſe viſa eſt inhumana lex omnium, mea quidem ſententia humaniſſima, quæ jumentum dari jubet ægro, aut ſeni in jus vocato.* Torrentius.

30. ALIUM, Paſtorem equitem Romanum. Senec. de Ira II. 33. *C. Cæſar Paſtoris ſplendidi equitis Romani filium cum in cuſtodia habuiſſet, rogante patre, ut ſalutem ſibi filii concederet, quaſi de ſupplicio ejus admonitus, duci protinus juſſit. Ne tamen omnia inhumane faceret adverſus patrem ad cœnam illum invitavit eo die: venit Paſtor, nihil vultu exprobrante. Propinavit illi Cæſar heminam: & poſuit illi cuſtodem: perduravit miſer, non aliter quam ſi filii ſanguinem biberet. Unguentum & coronas miſit, & obſervare juſſit an ſumeret, ſumpſit.*

31. CURATOR MUNERUM inter dignitates recenſebatur. Tacit. Ann. XI. 35. 6. *Sulpitius Ruſus ludi procurator.* XIII. 22. I. *Cura ludorum, qui a Cæſare parabantur, Arruntio Stellæ permittitur.* Lapis Tiburtinus.

CVRAT. MVNERIS. PVBLICI. GLADIATORI.

V. & *Lipſ. in Tacit. p.* 150. *Saturn.* I. 14. *Fab. Agon.* I. 18. *Tomaſin. de teſſ. hoſp. c.* 3. *Buleng. de imp.* V. 19. *de circo c.* 40. *Argol. in Panvin. de lud. circ. p.* 84. & 87.

32. CURATOR VENATIONUM fuiſſe videtur officii quoddam genus. Capitol. Anton. Philoſ. c. 23. *Abſens populi Romani voluptates curari vehementer præcepit per ditiſſimos editores. Voluptates populi* ſpectacula dicuntur. Symm. Epiſt. X. 19. *Curules, ac ſcenicas voluptates circo, ac Pompejana cavea ſuggeratis.* V. *Buleng. de venat. c.* 11.

33. CATENIS VERBERARI genus ſupplicii eſt inauditum. Legendum *catomis.* Quod accipimus τοπικῶς, non ὀργανικῶς, ita ut notet locum, ubi quis cæderetur, non inſtrumentum, quo cæderetur. Τὸ κάτωμον, ſive τὰ κάτωμα pars eſt ſub collo inter ſcapulas, κατ' ὦμον, ſive commiſſura cum humeris. Latinis dicitur *interſcapulum*, vel *interſcapilium*, & *conſcapium*, I. συνωμία. Inde *catomis verberari* ſæpius legitur. Victor Uticenſis Hiſt. Afr. I. *Venerabilem ſenem publica facie catomis ceciderunt*: in vita S. Viti. *Hoc audiens pater ejus, juſſit infantem catomis cædi.* Eſt vero cervice in nudata plumbatis cædi I. flagellis ex funiculis, in quorum ſummitatibus glandes plumbeæ erant impactæ, ut explicat *Weitzius* ad *Prudent. Periſteph.* 14. 117.

Tundatur, inquit, tergum crebris ictibus,
Plumboque cervix verberata extuberet.

Tertull. Apolog. c. 12. *Cervices ponimus ante plumbum* I. catomia, & cervices noſtras plumbatis veſtris opponimus, plumbatis vos ceditis nos in catomiis, vel cervicibus. Unde Schol. Juven. II. 142. *Palmas ideo dicit, quia aut catomis cædebantur (al. catomidiabantur) aut quia manibus vapulabant,* ſteriles mulieres Lupercis ſe offerentes, quia pars illa ſub collo locus erat, quo matronæ verbera excipiebant, ut Scholiaſtem explicat *Barthol. de puerp. p.* 4. Illis *verberari* dicitur, ut capite cædi, tergo vapulare. Uſitatiſſimum Latinis eſt partem deſignantia efferre per ſextum caſum intellectu præpoſitionis. V. etiam *Scalig. in Manil. p.* 400 *Epiſt.* 146. *Salmaſ. in Spartian. Adrian. c.* 18. *Gronov. Obſerv.* IV. 13. *du Freſne gloſſar.* I. *p.* 898. *Voſſ. Lex.*

34. PUTRIFACTI CEREBRI ODORE. Scaphiſmi ſpeciem præ ſe tuliſſe hoc cruciamentum, quo quis inter duas ſcaphas incluſus, prominentibus capite, manibus, ac pedibus, lacte, & melle delibutis, ad volatilium aculeos exponebatur ad ſolis radios, & in eodem vaſe corporis fæces exonerare coactus, vermibus ex putredine exortis intus infelix depaſcebatur, putat *Laurent. Polym.* III. 10.

35. ATELLANA quid V. ſupr. Tib. 45. I. §. 8.

36. AMBIGUUS jocus dicitur, qui in diverſas ſententias flecti poteſt: & dilogia dicitur figura, cum

tem Romanum objectum feris, cum ſe innocentem proclamaſſet, reduxit: abſciſſaque lingua [38], rurſus induxit.

ambiguum dictum duas res ſignificat. Talibus autem jocis refertæ erant Atellanæ fabulæ, adeo ut ſæpe dicta talia in principem retorquerentur. Ea de re dictum hoc *ambiguum* ferre non potuit Cajus. *Beroaldus.*

37 IGNI CREMARE damnatos leviter inferne defoſſos, ut flamma magis coerceretur, & corpori applicaretur, ſolebant veteres. Senec. de Ira III. 3. *Apparatus illi reddendus eſt ſuus, eculei, & fidicula, & ergaſtula, & cruces, & circumdati defoſſis corporibus ignes.* Gell. N. A. III. 14. *Homines defoderunt in terram dimidiates, ignemque circumpoſuerunt Carthaginenſes: ita interfecerunt.* Appian. Excerpt. VIII. Θρᾷκας δὲ καὶ Λίγυας αὐτομόλους λαβὼν παρὰ Ἰογόρθα, τῶν μὲν τὰς χεῖρας ἀπέτεμεν· τοὺς δὲ ἐς τὴν γῆν μέχρι γαστρὸς κατορύττων, καὶ περιτοξεύων ἢ ἐσακοντίζων ἔτι ἐμπνέουσι πῦρ ὑπετίθει. *Thraces præterea & Ligures transfugas a Jugurtha redditos partim in terram ventre tenus defoſſos, ſagittiſque, ac jaculis ab circumſtante exercitu petitos, adhuc ſpirantes, igne admoto concremavit.* Gronovius in Senecam.

38. LINGUAM ABSCINDERE feris objiciendis ſolebat Cajus. Dio LIX. p. 647. C. Zonar. Ann. II. p. 178. Ἐνίους τοὺς θηρίοις παραβληθῆναι· καὶ ὅπως γε μήτ' ἐπιβοήσασθαι, μήτε ἀντιάσασθαί τι δυνηθῶσι, τὰς γλώττας αὐτῶν προαπέτεμε. *Juſſit quoſdam feris projici, præciſis ante linguis, ne clamare, aut accuſare quidquam poſſent.* Aut os inſerta ſpongia includi jubebat. Senec. de Ira III. 19. *Nemo certe invenietur alius, qui imperaverit his, in quos animadverti jubebat, os inſerta ſpongia includi, ne vocis emittendæ haberet facultatem. Cui unquam morituro non eſt relictum, qua gemeret? timuit, ne quam liberiorem vocem extremus dolor mitteret: ne quid, quod nollet, audiret. Sciebat autem innumerabilia eſſe, quæ objicere illi nemo, niſi periturus, auderet. Cum ſpongiæ non invenirentur, ſcindi veſtimenta miſerorum, & in os farciri pannos imperavit.*

CAPUT XXVIII.

ARG. *Exſules univerſos contrucidari, & ſenatorem, hoſtem publicum appellatum, confoſſum lacerari jubet Cajus Cæſar Caligula.*

1 Revocatum quendam a vetere exſilio [1] ſciſcitatus, quidnam ibi facere conſueſſet, reſpondente eo per adulationem: *Deos ſemper oravi, ut, quod evenit, periret Tiberius, & tu imperares:* opinans ſibi quoque exſules ſuos [2] mortem imprecari [3], miſit
2 circum inſulas [4], qui univerſos contrucidarent [5]. Cum diſcerpi ſenatorem [6] concupiſſet, ſubornavit [7] qui ingredientem curiam repente hoſtem publicum [8] appellan-
3 tes invaderent [9], graphiiſque [10] confoſſum lacerandum [11] cæteris traderent. Nec ante

1. VETERE EXSILIO, in quod fuerat pulſus a Tiberio.

2. SUOS I. a ſe in exſilium miſſos.

3. MORTEM IMPRECARI tyrannis ſolebant veteres. Capitol. Anton. Philoſ. c. 6. *Valerius Omulius, qui quum Lucillam matrem Marci in viridario venerantem ſimulacrum Apollinis vidiſſet, inſuſurravit: illa nunc rogat, ut diem tuum claudas, & filius imperet.* Polyb. XV. 27. Ἡ δ' ἀναβοήσασα μεγάλῃ τῇ φωνῇ· μή μοι πρόσιτε φησὶ θηρία· καλῶς γὰρ ὑμᾶς γινώσκω, διότι καὶ φρονεῖθ' ὑμῖν ἐναντία, καὶ ταῖς θεαῖς εὔχεσθε τὰ δυσχερέστατα καθ' ἡμῶν. Οὐ μὴν ἀλλ' ἔτι πέποιθα τῶν θεῶν βουλομένων γεύσεσθαι ὑμᾶς τῶν ἰδίων τέκνων. *Illa,* Oenanthe, *clamore edito, ne me, ait voce alta, o feræ accedatis; vos enim ego probe novi, noſtris partibus contrarias vos ſcio eſſe, & nunc deas orare, ut diriſſima quæque nobis eveniant. Spero tamen futurum diis volentibus, ut proprios liberos edatis.*

4. In INSULAS mittebantur exſules. Juvenal. VI. 563.

> —— *cui vix in Cyclada mitti*
> *Contigit, & parva tandem caruiſſe Seripho.*

XIII. 246.

> *Aut maris Ægæi rupem, ſcopuloſque frequentes*
> *Exſulibus magnis.*

Unde Tacit. Hiſt. I. 2. 4. *Plenum mare exſiliis* I. exſulibus. V. & *Beroaldum.*

*5. CONTRUCIDATOS fuiſſe interdum in inſulam deportatos dicam infr. Veſp. 15. 3.

6. SENATOREM, Scribonium Proculum.

7. SUBORNAVIT Protogenem quendam, quem deſcribit Dio LIX. p. 660. B. Ἦν δέ τις Πρωτογένης πρὸς πάντα αὐτῷ τὰ χαλεπώτατα ὑπηρετῶν, ὥς τε καὶ βιβλία, ἀεὶ δύο περιφέρειν, καὶ αὐτῶν τὸ μὲν, ξίφος, τὸ δὲ, ἐγχειρίδιον ὀνομάζειν. *Erat quidam nomine Protogenes, in omnibus atrociſſimis rebus Caji miniſter, duos ſolitus ſemper circumferre libros, alterum gladii, alterum pugionis titulis inſignitos.*

8. HOSTEM PUBLICUM. Dio. Δριμύ τέ τι Σκριβωνίῳ Πρόκλῳ ἐνεῖδε, καὶ ἔφη· καὶ σύ με ἀσπάζῃ, μισῶν οὕτω τὸν αὐτοκράτορα. *Scribonium Proculum infeſto vultu intui-*

te ſatiatus eſt, quam membra & artus & viſcera [12] hominis tracta per vicos [13], atque ante ſe congeſta vidiſſet.

intuitus: quid, inquit, tu me ſalutas, tanto imperatoris odio flagrans?

9. INVASERUNT eum reliqui, cum illum ſic allocutus eſſet Protogenes. Dio. Ἀκούσαντες δὲ τοῦτο οἱ παρόντες, περιέσχον τε τὸν συμβουλευτὴν, καὶ διέσπασαν.

10. GRAPHIUM deſcripſi ſupr. Cæſ. 82. 2. §. 11.

* 11. CONFOSSI LACERABANTUR interdum. Helmold. Clivon. Slav. I. 51. *Nec mora, percuſſum Carnutum interfecerunt, diviſoque membratim corpore crudelitatem etiam in mortuo exſaturare voluerunt.* Auctor incertus vitæ Imp. Henrici IV. *Per totam Romam cito res innotuit, & plebs, quæ non facile ſedari poteſt, dum mota fuerit, invito Imperatore ſemianime corpus per rupes, per ſaxa tractum in fruſta diſcerpſit.* Barth. Stat. Theb. V. 234. V. etiam *Philon. Veſp.* 15. 3. §. 13.

12. MEMBRA, ET ARTUS, ET VISCERA ſic diſtinguuntur, ut *membra* ſint proprie caro, & pellis, quæ *artus* tegunt: *artus*, partes corporis inter junctutas, & continent oſſa cum nervis & venis: *viſcera*, partes inteſtinæ, ut jecur, lien, & alia id genus. Lucret. III. 154.

Per membra, atque artus nulla novitate cietur.

IV. 842.

Et lacerare artus, fœdataque membra cruore.

Gell. N. A. XX. I. *Membra & artus inopis debitoris breviſſimo laniatu diſtrahuntur.* Popma de differ. verb. I. p. 31.

* 13. TRAHEBANTUR PER VICOS interdum confoſſorum lacerata membra. Philo in Flacc. p. 975. B. Καὶ τελευτησάντων οὐδὲν ἧττον ἀπελαύοντες μανιῶντες, ἐκρυτίζας αἰκίας τοῖς σώμασιν ἐπέφερον, διὰ πάντων, ὀλίγου δεῖν φάναι, τῶν τῆς πόλεως στενωπῶν κατασύροντες, ἕως ὁ σύμπας δέρας, σάρκας, ἃς ὑπὸ τῆς τῶν ἐδάφων ἀνωμαλίας καὶ τραχύτητος περιθρυφθεὶς, καὶ τῶν ἡνωμένων μερῶν τῆς συμφωνίας διασπασθέντων καὶ διασπαρέντων, ἀλλαχόσε ἄλλων ἐδαπανήθη. *Nec in exſtinctos remittebant iram, gravius ſæviendo in cadavera, propemodum per omnes urbis angiportus raptata, donec lacerata cute cum nervis & carnibus & fruſtis ſparſim in aſpero ſolo hærentibus, minutim concerperentur.*

CAPUT XXIX.

ARG. *Ἀδιατρεψίαν laudat, ſibi omnia licere putat, ſororibus inſulas & gladios minatur, prætorio viro ſanguinis miſſionem neceſſariam eſſe, numerum puniendorum ſubſcribens, rationem ſe purgare, & Gallis, Græciſque condemnatis, Gallo-Græciam ſe ſubegiſſe dicit Cajus Cæſar Caligula.*

Immaniſſima facta augebat atrocitate [1] verborum. *Nihil magis in natura ſua laudare* 1
ſe, ac probare dicebat, *quam*, ut ipſius verbo utar, ἀδιατρεψίαν. Monenti An- 2
toniæ aviæ, tanquam parum eſſet, non obedire; *Memento*, ait, *omnia mihi & ho-*
mini [3] licere. Trucidaturus fratrem [4], quem metu venenorum præmuniri medica- 3
mentis ſuſpicabatur. *Antidotum*, inquit, *adverſus Cæſarem* [5]? Relegatis [6] ſororibus [7], 4
non

ATROCITAS quid V. Curt. VIII. I. 51. §. 134.

2. Ἀδιατρεψία rigidus eſt animus, qui neminem reveretur, & proinde nemini parcit. Quod Græci Athenienſes τυγχάνω αἰδοῦς, & νέμω αἰδῶ, vel αἰδεῖσθαι dicere ſolent. Διατρέπειν eſt adducere aliquem, ut mutet ſententiam. Inde ἀδιατρεψία pertinacia in exſequendo malo ſemel cogitato. *Caſaubonus.*

3. ET HOMINI. Cui quid faciant, dubitant eruditiſſimi: ita variant libri. Non tamen a vero alienum videtur eſſe, quod ex illis omnibus tandem formavit Nobiliſſimus Scheelius Addend. Hygin. p. 322. *in homines*, ut dixerit Cajus, ſe in *hominum* bona omne jus habere. Credibile enim putat Latialem illum Jovem, illum, qui ſe inter Caſtorem & Pollucem præbebat adorandum, illum, qui cum Luna concumbere, & cum Jove ſecreto jactabat fabulari, ſic eſſe locutum. Poetæ certe, & oratores ſolent adulari principibus, ut eos *hominibus* opponant.

Jam pridem nobis cœli te regia, Cæſar,
Invidet, ac hominum queritur curare triumphos.

Latinus Pacatus. *Gaudent profecto divina perpetuo motu, & jugi agitatione æternitatis, & quidquid homines vocamus, laborem, veſtra natura eſt.*

4. FRATREM Tiberium V. ſupr. 15. 9. §. 25.

5. ANTIDOTUM ADVERSUS CÆSAREM, cum indignatione pronuntiandum atque irriſione, tanquam dicere vellet, nullum remedium eſſe poteſt ſatis efficax adverſus imperatoris poteſtatem. Elocutio abſoluta eſt & interrogative, vultuoſeque efferenda: ut illud, *cantando tu illum?* Subaudiendum autem extrinſecus verbum eſt, *paratur*, *valet*, vel aliquid ſimile. Figura talis indignantibus familiaris eſt. V. *Beroaldum.*

6. RELEGATIS propter conjurationem cum Lepido initam ſupr. 24. 9.

7. So-

5 non ſolum inſulas [8] habere ſe, ſed etiam gladios [9] minabatur. Prætorium virum ex ſeceſſu [10] Anticyræ [11], quam valetudinis cauſa petierat [12], propagari [13] ſibi commeatum ſæpius deſiderantem [14], cum mandaſſet interimi, adjecit, *Neceſſariam eſſe ſangui-*
6 *nis miſſionem* [15] *cui tamdiu non prodeſſet elleborum* [16]. Decimo quoque [17] die, numerum

7. SORORIBUS duabus, tertia enim morte id prævertit. Dio LIX. p. 642. B. Ἐς νῆσον τὰς δύο κατέκλεισεν· ἡ γὰρ τρίτη προαπεθανε. Druſilla n. cujus obitum V. ſupr. 24. 5. Agrippinam enim & Juliam, ſive Livillam (V. ſupr. 24. 4. §. 9.) reduxit Claudius. Dio LX. p. 667. A. Καὶ τοὺς ἐκπεσόντας ἀδίκως ὑπ' αὐτοῦ, τάς τε ἄλλας, καὶ τὰς ἀδελφὰς, τήν τε Ἀγριππῖναν, καὶ τὴν Ἰουλίαν, κατηγαγὼν, τὰς οὐσίας σφίσιν ἀπέδωκε. *In exſilium ab eo*, Cajo, *immerito miſſos, & alios, & ejus ſorores, Agrippinam & Juliam reduxit, ac bona iis reſtituit.*

8. INSULAS, in quas, ubi libitum foret, illas poſſet relegare. Relegavit vero in *inſulas* teſte Euſebio. *Cajus ſorores ſuas, quibus ſtuprum intulerat, inſularum exſilio condemnat.*

9. GLADIOS, quibus, ubi viſum eſſet, illas poſſet interficere.

10. EX SECESSU i. poſt ſeceſſum, ut *ex pratura* ſupr. Cæſ. 18. 1. §. 1.

11. Ἀντίκυρα εἶτα, ὁμώνυμος τῇ κατὰ τὸν Μαλιακὸν κόλπον καὶ τὴν Οἴτην. Καὶ δή φασιν ἐκεῖ τὸν ἐλλέβορον φύεσθαι τὸν ἀστεῖον· ἐνταῦθα δὲ σκευάζεσθαι βέλτιον. *Deinde Anticyra, ejuſdem nominis cum ea, quæ ad Oetam eſt in ſinu Maliaco. In Maliaca Anticyra ferunt optimum elleborum naſci: in Phocenſi autem melius apparari.* Strab. IX. p. 288. Stephanus de Urbibus. Unde Dioſcor. IV. 151. Φύεται ἐν τραχέσι, καὶ γεωλόφοις, καὶ κατεξήροις τόποις· καὶ ἄριστος, ὁ ἐκ τῶν τοιούτων λαμβανόμενος χωρίων, οἷός ἐστιν ὁ ἐξ Ἀντικύρας· καὶ γὰρ ὁ μέλας καὶ κάλλιστος ἐν αὐτῇ γεννᾶται. *In aſperis, editioribus, ſitientibuſque locis naſcitur: optimum, quod ex locis hujuſmodi petitur, quale quod ex Anticyra: nigrum enim inibi probatiſſimum gignitur.* Hinc *Anticyra* pro elleboro veteribus. Juven. XIII. 97.

——— *ſi non eget Anticyra.*

Perſ. IV. 16.

——— *Anticyras melior ſorbere meracas.*

Proverbium quoque uſu tritum, *Anticyram mitti*, de quo Diphilus Comicus apud Clement. Alexandr. Strom. VII. p. 713. D.

Ἀλλ' ὦ μάκαρ ἀὴρ, διὰ τῶν νεφῶν διάπεμψον
Ἀντίκυραν, ἵνα τόνδε κόρι κηφῆνα ποιήσω.
At tu aer per nebulas mihi mitte precanti
Anticyram, ut cimicem hunc faciam fieri mihi fucum.

12. VALETUDINIS CAUSA PETERE Anticyram ſolebant veteres. Strabo. Καὶ διὰ τοῦτο ἀποδημεῖν ἐνθάδε πολλοὺς, καθάρσεως καὶ θεραπείας χάριν· γίνεσθαι γάρ τι σησαμοειδὲς φάρμακον ἐν τῇ Φωκικῇ, μεθ' οὗ σκευάζεσθαι τὸν Οἰταῖον ἐλλέβορον. *Ideoque multos ad hanc purgandi, ſanitatiſque cauſa proficiſci: naſci enim in Phocide medicamentum quoddam ſeſami ſimile, quo Oetæum temperent veratrum. In Anticyra* ideo *tutiſſime ſumi, quoniam ſeſamoides admiſcent*, ſcribunt Plin. XXXV. 5. & ex Plinio Gell. N. A. XVII. 15. Inſania vero liberari dicuntur, qui elleborum bibeiint. Plutarch. de ira cohib. p. 462. B. Καὶ τὴν μανίαν αὐτὴ καθ' αὑτὴν ἡ Ἀντίκυρα θεραπεύει. *Et inſaniam ipſa per ſe ſanat Anticyra.* Stephanus. Ἦν δὲ καὶ ἀνήρ τις Ἀντικυρεὺς, ὅν φασιν ἐλλεβορίσαι τὸν Ἡρακλέα μετὰ τὴν μανίαν. *Fuit autem Anticyreus vir quidam, quem ajunt elleboro purgaſſe Herculem poſt inſaniam.* Unde Plaut. Pſeud. IV. 7. 88.

Elleborum hiſce hominibus eſt opus.

Men. V. 5. 15.

Non poteſt hæc res ellebori jugere obtinerier.
Jam hercle occeptat inſanire primulum.

Alios, quos ſanat morbos, V. apud Plinium, Gellium, Theophr. Hiſt. Plant. IX. 11. Dioſcor. I. 150.

13. PROPAGARI i. prolongari. V. ſupr. Cæſ. 24. 1. §. 10.

14. DESIDERANTEM, per literas, aut per amicos. *Caſaubonus.*

15. NECESSARIAM ESSE SANGUINIS MISSIONEM. Jocus eſt in verbo. *Mitti ſanguis* dicitur, quando fit φλεβοτομία: & *ſanguinis* etiam *miſſio* fit, quando quiſpiam jugulatur. Per *ſanguinis miſſionem* cum videretur ſignificare φλεβοτομίαν, quæ ad medelam pertinet, ſubintelligebat Cajus jugulationem: & ita ſermone diaſyrtico, & ambiguo jocabatur in alienis miſeriis. *Beroaldus.* Similes ſunt facetiæ, quas factis ſuis atrocioribus miſcet Nero infr. 37. 3.

16. ELLEBORUM *Italia vocat veratrum.* Plinius. Unde Perſ. I. 50.

——— *non hic eſt Ilias Atti*
Ebria veratro.

Deſcribit Pauſan. Φωκικ. p. 355. Τὰ δὲ ὄρη τὰ ὑπὲρ τὴν Ἀντίκυραν πετρώδη τέ ἐστιν ἄγαν· καὶ ἐν αὐτοῖς φύεται μάλιστα ὁ ἐλλέβορος· ὁ μὲν αὐτῶν μέλας χωρεῖται ἀνθρώποις, καὶ ἔστι γαστρὶ καθάρσιον· ὁ δὲ ἕτερος λευκός· καὶ δι' ἐμέτου καθαίρειν πέφυκε· τὸ δὲ φάρμακον τὸ ἐς τὴν κάθαρσιν, ἡ τοῦ ἐλλεβόρου ῥίζα ἐστίν. *Qui Anticyræ imminent montes, valde ſunt ſaxoſi: in his frequens elleborum naſcitur & nigrum quidem in uſum hominum, & alvum purgat: candidum, quæ eſt ejus altera forma, ſtomachi moleſtias per vomitum levat: & hæc utique ad purgandum corpus appoſita medela ex ellebori radice venit.* Et fuſius Plinius, Gellius, Theophraſtus, Dioſcorides.

17. QUOQUE i. quocunque, ſingulis decem diebus. Prop. II. 13. 65.

Nunc decimo admittor vix ego quoque die.

Deci-

rum puniendorum ex cuſtodia ſubſcribens [18], *rationem ſe purgare* [19] dicebat. Gal- 7
lis Græciſque aliquot uno tempore condemnatis, gloriabatur *Gallogræciam ſeſe ſubegiſſe* [20].

Decimum autem diem fuiſſe tempus legitimum, quod ſontibus & noxiis puniendis, qui in carcere erant, daretur, dixi ſupr. Tib. 75. 2. §. 8.

18. SUBSCRIPTIONES principum. V. Neron. 10. 6. §. 15.

19. RATIONES PURGARI dicuntur, quando deciduntur, amputanturque vacantia, & non neceſſaria, aut etiam obſtantia, accepti & expenſi collatione facta. Papin. Digeſt. III. 5. 31. §. 3. *Qui aliena negotia gerit, uſuras præſtare cogitur: ejus ſcilicet pecuniæ, quæ purgatis neceſſariis ſumptibus ſupereſt.* Itidem Cajus in alienis malis jocabundus dicebat *ſe purgare rationem*, quando ſubſcribebat de puniendis cuſtodiis, tanquam tales eſſent ſupervacanei, & ob id amputandi, reſecandique. V. *Beroaldum* & *Cujac. Obſerv.* XI. 9. *Wouwer. de Polym. c.* 7. §. 5.

20. GALLOGRÆCIAM SE SUBIGERE dicit compoſito nomine, quia *Gallos* plectebat & *Græcos*, ex quibus *Gallogræcorum* olim gens mixta Aſiam tenuit. Flor. II. 11. 3. *Gens Gallogræcorum, ſicut ipſum nomen indicio eſt, mixta, & adulterata reliquiæ Gallorum, qui Brenno duce vaſtaverant Græciam; mox orientem ſecuti, in media Aſiæ parte ſederunt.*

CAPUT XXX.

ARG. *In damnatos minutis ictibus animadvertit, in ſenatores invehitur, equeſtrem ordinem proſcindit, turbæ adverſus ſtudium ſuum faventi infenſus eſt, Tetrinium latronem poſtulat, & retiariorum, ſecutorumque cædem edicto deflet Cajus Cæſar Caligula.*

Non temere in quemquam, niſi crebris & minutis [1] ictibus animadverti paſſus eſt: 1
perpetuo notoque jam præcepto: *ita feri* [2], *ut ſe mori ſentiat* [3]. Punito per 2
errorem nominis alio quam quem deſtinaverat, ipſum quoque paria meruiſſe dixit. Tragicum [4] illud ſubinde jactabat,

Oderint, dum metuant [5].

Sæpe

CREBRIS, ET MINUTIS, ut diutiſſime excarnificati cruciarentur. Joſeph. Ant. Jud. XIX. 1. Ἐπάγει πληγὴν σφοδρὰν, οὐ μὴν γε καίριον· καὶ τοιγε φασί τινες προνοίᾳ τοῦ Χαιρέα γενέσθαι τὸ μὴ μιᾷ πληγῇ διεργάσασθαι τὸν Γάϊον, ἀλλὰ τιμωρεῖσθαι μείζοσι πλήθει τραυμάτων. *Percuſſit* Cajum Chærea *graviter, non tamen letali vulnere: & quidam data opera a Chærea hoc factum dicunt, ut non una plaga conficeretur Cajus, ſed multitudine vulnerum magis.* Cruciatus enim & dolores habet nonnunquam & ipſa decollatio, quando miles plures infert ictus. Lat. Pacat. c. 41. *Niſi vero vel levior manus aliena, quam propria; vel fœdior mors privata, quam publica: vel longior pœna ferro incumbere, & corpore vulnus onerare, & recipere interitum ſtatim totum, quam ſupplicium dividere, poplitem flectere, cervicem extendere ad plagam fortaſſe non unam.*

2. FERI 1. percute, cæde. *Turneb. Adv.* XXII. 31.

3. UT SE MORI SENTIAT. Ita *oculis effoſſis, & particulatim membris amputatis, in tantis cruciatibus diu vivere, vel potius diu mori coactus eſt*, ut loquitur Auguſt. de Civ. Dei. III. 28. M. Marius *populo Romano cariſſimus, quem Catilina inſpectante populo Romano vitibus per totam Urbem cecidit, ad buſtum* Catuli *egit, ibique omni cruciatu vivum laceravit, ſtanti collum gladio ſua dextera ſecuit.* Cicer. de Petit. Conſul. c. 3. Quod *parcere morti pereuntis* dicit eandem narrans hiſtoriam Lucan. II. 174.

——— *quid ſanguine manes*
Placatos Catuli referam? cum victima triſtes
Inferias Marius, forſan nolentibus umbris,
Pendit inexpleto non fanda piacula buſto:
Cum laceros artus, æquataque vulnera membris
Vidimus, & toto quamvis in corpore cæſo
Nil animæ letale datum, moremque nefandæ
Dirum ſævitiæ pereuntis parcere morti.
Avulſæ cecidere manus, exſectaque lingua
Palpitat, & muto vacuum ferit aera motu.
Hic aures, alius ſpiramina naris aduncæ
Amputat: ille cavis evolvit ſedibus orbes,
Ultimaque effodit ſpectatis lumina membris.

4. TRAGICUM 1. ex L. Atti *tragœdia* Atreo deſumptum. Cicer. Offic. I. 28. *Sed tum ſervare illud poetas dicimus, quod deceat, cum id, quod quaque perſona dignum eſt, & fit, & dicitur: ut ſi Æacus: aut Minos diceret:*

Oderint, dum metuant: aut
Natis ſepulcro ipſe parens:

indecorum videretur: quod eos fuiſſe juſtos accepimus: at Atreo dicente, plauſus excitantur: eſt enim digna perſona oratio. Phil. I. 14. *Metui, & in odio eſſe, invidioſum, deteſtabile, imbecillum, caducum eſt. Quod videmus etiam in fabulis, ipſi illi, qui*

Oderint, dum metuant,

dixerit, pernicioſum fuiſſe.

 5. ODS.

4 Sæpe in cunctos pariter ſenatores [6], ut Sejani clientes [7], aut matris ac fratrum ſuo-
rum delatores invectus eſt: prolatis libellis, quos crematos ſimulaverat; defenſaque
5 Tiberii ſævitia, quaſi neceſſaria, cum tot criminantibus [8] credendum eſſet. Eque-
6 ſtrem ordinem, ut ſcenæ arenæque [9] devotum [10] aſſidue proſcidit. Infenſus turbæ
faventi adverſus ſtudium ſuum [11] exclamavit, *Utinam Populus Romanus unam cervi-*
7 *cem haberet* [12]. Cumque Tetrinius latro poſtularetur [13], *& qui poſtularent*, *Tetri-*
8 *nios* [14] eſſe ait. Retiarii [15] tunicati [16] quinque numero gregatim dimicantes, ſine
certamine ullo totidem ſecutoribus [17] ſuccubuerant; cum occidi juberentur, unus
9 reſumpta fuſcina [18], omnes victores interemit. Hanc ut crudeliſſimam cædem &
deflevit

5. ODERINT, DUM METUANT, vox eſt *dira & abominanda*, quam *Syllano ſeculo ſcriptam* dicit Senec. de Ira I. 16. qui & in illam invehitur de Clem. I. 12: II. 2. V. infr. Ner. 38. 1. §. 2.

6. CUNCTOS SENATORES, quos de medio tollere meditabatur. Senec. de Ira III. 19. *Homo, qui de toto ſenatu trucidando cogitabat*. Noſt. infr. 49. 2.

7. CLIENTES, tanquam Sejanum coluiſſent, aſſentatique fuiſſent perinde ac patronum, ac per hoc ſibi infeſtos. *Beroaldus*. Ita *Sejani familiares & notos perſecutus* eſt Tiberius ſupr. 61. 1. De *clientibus* dictum ſupr. Cæſ. 71. 1. §. 3.

8. CRIMINANTIBUS i. accuſantibus. V. ſupr. Aug. 71. 1. §. 1.

* 9. ARENÆ i. certamini amphitheatrali. Tacit. Annal. XV. 32. 3. *Feminarum illuſtrium, ſenatorumque plures per arenam fœdati ſunt*. Horat. Epiſt. I. 6. 6.

Nec populum extrema toties exoret arena.

Solebant enim amphitheatrum *arena* ſpargere. *Lipſ. de Amphith. c.* 3. *Blond. Inſtaur. Rom.* III. §. 14.

10. DEVOTUM, immoderate, nimis deditum, & quaſi religione & voto addictum. Unde & talem *addictum* dicit Petron. Sat. c. 5.

——— *neve plauſor in ſcena*
Sedeat redemptus hiſtrionia addictus.

V. ſupr. Cæſ. 67. 4. §. 16. *Equites ſcena, & arena*, quam addicti fuerint, dictum ſupr. Aug. 43. 8. §. 35. 36.

11. FAVENTI ADVERSUS STUDIUM SUUM i. diverſæ aurigarum ab ea, cui ipſe *favebat*, factioni ſtudioſe plaudenti. *Favebat* vero venetæ hæc turba, praſinæ Cajus infr. 55. 6.

12. UNAM CERVICEM HABERET. Dio LIX. p. 650. A. 663. C. Καὶ ποτὲ παντὶ τῷ δήμῳ ἀπειλῶν εἶπεν· εἴθε ἕνα αὐχένα εἴχετε. *Minatus aliquando toti populo, unicam optavit omnibus cervicem.* Quæ explicat Senec. de Ira III. 19. *Qui optabat, ut populus Romanus unam cervicem haberet, ut ſcelera ſua tot locis, ac temporibus diducta, in unum ictum, & unum diem cogeret.*

13. POSTULARETUR ad arenam. V. ſupr. Aug. 44. 8. §. 26.

14. TETRINIOS i. dignos, qui ad ferrum & ipſi darentur. *Torrentius.*

15. RETIARII, quorum pugna inſtituta videtur a Pittaco, uno *ex ſeptem ſapientibus, qui adverſus Phrynonem dimicaturus propter controverſias finium, quæ erant inter Atticos, & Mytilinæos, rete occulto lato impedivit Phrynonem*. Feſtus. Iſidor. XVIII. 54. Ita enim erant docti, factique, ut arte quadam collectum ſuſpenſumque dextra manu *rete* in adverſarii caput jacerent, &, ſi erraſſent, effuſe fugerent, donec forte iterum *rete* collegiſſent. Juvenal. VIII. 203.

——— *movet ecce tridentem*,
Poſtquam librata pendentia retia dextra
Nequidquam effudit, nudum ad ſpectacula vultum
Erigit, & tota fugit agnoſcendus arena.

Noſt. Claud. 34. 4. V. *Lipſ. Sat.* II. 8. *Pium Annot. poſt. c.* 88. *Laz. Comm. R. R.* X. 13.

16. TUNICATI dicebantur retiarii, quia in *tunica* digladiabantur. Juven. VIII. 205.

Credamus tunicæ, de faucibus aurea cum ſe
Porrigat, & longo jactetur ſpira galero.

II. 143.

Vicit & hoc monſtrum tunicati fuſcina Gracchi.

V. *Beroaldum, Lipſium, Grang.* & *Britan. ad Juven.* VIII. 207.

17. SECUTOR *ab inſequendo retiarium eſt dictus. Geſtabat enim cuſpidem, & maſſam plumbeam, quæ adverſarii jaculum impediret, ut, antequam ille feriret rete, iſte ſuperaret.* Iſidor. XVIII. 55. Talis deſcribitur Commodus imperator a Dione LXXII. p. 826. C. Καὶ μετὰ τοῦτο ἐξ ἀρίστου ἐμονομάχει· ἤσκει δὲ καὶ ἐχρῆτο τῇ ὁπλίσει τῇ τοῦ σεκούτορος καλουμένου, τὴν μὲν ἀσπίδα ἐν τῇ δεξιᾷ, τὸ δὲ ξίφος τὸ ξύλινον ἐν τῇ ἀριστερᾷ ἔχων. *Inde a prandio gladiatorum certamen ſubibat: in quo exercendo utebatur ejus armatura, qui ſecutor dicebatur, clypeum dextra, gladium ligneum tenens ſiniſtra.* Qui ſuæ imagini adſcripſerit hunc, quem addit Dio p. 828. B. titulum: Πρωτόπαλος σεκουτόρων, ἀριστερὸς μόνος νικήσας δωδεκάκις, οἶμαι, χιλίους. *Primus ſecutorum, qui ſolus ſiniſtra manu vicit hominum, ut opinor, duodecim millia.* De *ſecutore* etiam *Lipſ. Saturn.* II. 7. *Turneb. Adv.* XXV. 17. *Grang. ad Juven.* VIII. 210.

18. FUSCINA, ſive *tridens* retiariis pro gladio fuit. Juvenalem V. §. 15. & 16. Cætera inermes erant. *Spongiam* tamen, pectoris tegmen illis tribuit Tertull. de ſpectac. c. 25. *Poterit & de miſericordia moveri defixus in morſus urſorum, & ſpongias retiariorum.*

deflevit [19] edicto: & eos, qui ſpectare ſuſtinuiſſent, execratus eſt.

riorum. Lipſ. Sat. II. 8. *Quamvis ſpongias*, quod ſanguinem ex vulneribus ſiſti, & ebibi, & vulnera ipſa obturari expediret, ut ſibi in reliquo certamine eo fortius conſtare poſſent, ferre ſolitos fuiſſe dicat *Junius ad Tertullianum.*

19. DEFLEVIT. V. infr. 38. 3. §. 6.

CAPUT XXXI.

ARG. *De temporum ſuorum conditione queritur, & exercituum cades.... identidem optat Cajus Cæſar Caligula.*

1 Queri etiam palam de conditione temporum ſuorum ſolebat, quod nullis calami-
2 tatibus publicis [1] inſignirentur. Auguſti principatum [2] clade Variana [3]; Ti-
berii ruina ſpectaculorum [4] apud Fidenas [5] memorabilem factum, ſui oblivio-
3 nem imminere proſperitate rerum. Atque identidem exercituum cædes, famem,
peſtilentiam, incendia, hiatum aliquem terræ optabat [6].

CALAMITATIBUS PUBLICIS non *inſignirentur* quod tempora ſua, dum queritur Caligula, malum ſe oſtendit eſſe principem. Boni enim eſt gentibus, quibus præeſt, omnia bona, & fauſta precari. Cicer. de Republ. v. *Ut gubernatori curſus ſecundus, medico ſalus, imperatori victoria, ſic moderatori Reipublicæ beata civium vita propoſita eſt, ut opibus firma, copiis locuples, gloria ampla, virtute honeſta ſit. Hujus enim operis, maximi inter homines, atque optimi, illum effectorem eſſe volo.*

2. PRINCIPATUM imperium dicit, ut Tib. 7. 1: 24. 1. Claud. 25. 18. Tit. 9. 2.

3. CLADE VARIANA, de qua ſupr. Aug. 23. 1. §. 3.

* 4. SPECTACULORUM I. theatrorum. Liv. I. 35. *Loca diviſa patribus, ubi ſpectacula ſibi quiſque facerent. Spectavere furcis duodenos ab terra ſpectacula alta ſuſtinentibus pedes.* Cicer. pro Sext. c. 58. *Tantus eſt ex omnibus ſpectaculis uſque a Capitolio plauſus excitatus.* Noſt. 35. 2: 56. 4. Ner. 32. 6. Domit. 10. 3. Et hoc loco *ſpectaculum* dicit locum, unde ludi *ſpectabantur.* Theatrum enim ipſum corruit ſupr. Tib. 40. 2.

5. FIDENAS V. ſupr. Tib. 40. 2. §. 8.

6. OPTABAT. Unde Juven. VI. 624.

Hæc poſcit ferrum, atque ignes, hac potio torquet.

CAPUT XXXII.

ARG. *Prandens ferias quæſtiones per tormenta habet, quibuſcunque e cuſtodia capita amputat, Puteolis e ponte multos præcipitat, ſervum.... per cœtus epulantium circumducit, mirmillonem ſica confodit, cultrarium mactat, & uno nutu utrumque conſulem jugulari poſſe gloriatur Cajus Cæſar Caligula.*

1 Animum quoque remittenti [1], ludoque & epulis dedito, eadem dictorum facto-
2 rumque ſævitia aderat. Sæpe in conſpectu prandentis vel comeſſantis [2] feriæ
3 quæſtiones [3] per tormenta habebantur. Miles decollandi [4] artifex [5] quibuſcunque e
cuſtodia

REMITTENTI I. otio delectanti. V. ſupr. Aug. 98. 2. §. 3.

2. COMESSARI quid ſit, dixi ad Curt. v. 7. 10. §. 34. *Comeſſantur* apud noſtrum Domitianus 21. 3. Vitellius 13. 1. Titus 7. 1. Cajus 55. 7.

3. DE SERIIS QUÆSTIONIBUS per tormenta & cruciatus quæſtionem habere voluit ſanguinaria Caji natura etiam in prandio, cujus tempus dandum fuiſſet rebus voluptariis & genialibus. Olim M. Porcius Cato *ſenatu movit inſignem & nobilitate, & honoribus L. Quintium Flaminium conſularem*, quod inter pocula & epulas: ubi libare diis dapes: ubi bene precari mos eſſet, *ad nutum ſcorti, nobili Bojo cum liberis transfuga, ſtricto gladio, qui ſuper caput vendebat, caput percuſſerit, & fugienti latus transfoderit.* Liv. XXXIX. 42. *Beroaldus.*

4. DECOLLANDI I. cervices ſeriendi, præcidendi. Diomed. I. p. 361. *Qua ſignificatio apud Feneſtellam aliter invenitur epitomarum II. quemadmodum Cæſar a piratis captus ſit, utque eos poſtea ceperit, & decollaverit.* Senec. Ἀποκολ. p. 849. *Ille autem Febrim duci jubebat, illo geſtu ſoluta manus, & ad hoc unum ſatis firma, quo decollare homines ſolebat. Juſſerat illi collum præcidi.* Scribon. Larg. 62. 194. *Cogitque palpitare lingua ſimiliter decollatorum capitibus.* Albric. de deor. imag. c. 21. *Telo falcato tres feminas virgines decollabat.* Collorum *ſector* dicitur Cicer. pro Sext. Roſc. c. 29. *Neſcimus, per iſta tempora eoſdem fere ſectores fuiſſe collorum & bonorum.*

5. ARTIFICIUM hoc Reipublicæ priſcæ fuit ignotum, cœpit ſub imperatoribus. Lucan. VIII. 673.

Tunc nervos, venaſque ſecat, nodoſaque frangit

Oſſa:

Digitized by Google

4 cuſtodia capita amputabat. Puteolis [6] dedicatione pontis, quem excogitatum ab eo ſignificavimus [7], cum multos e littore invitaſſet [8] ad ſe, repente omnes præcipitavit [9]. Quoſdam gubernacula apprehendentes [10] contis remiſque [11] detruſit in mare.
5 Romæ publico epulo ſervum, ob detractam [12] lectis argenteam [13] laminam, carnifici confeſtim tradidit, ut manibus abſciſſis [14], atque ante pectus e collo pendentibus [15], præcedente [16] titulo [17], qui cauſam pœnæ indicaret, per cœtus epulantium circum-

Oſſa diu; nondum artis erat caput enſe rotare.

Unde Antoninus Caracalla interfectorem Papiniani increpavit, quod ſecuri percuſſus eſſet, & gladio res peracta non foret. Dio LXXVII. p. 872. D. Ἐν δὲ τῶν ἐπιφανῶν ἀνδρῶν ἄλλους τε καὶ τὸν Παπινιανόν· καὶ τῷ γε τὸν Παπινιανὸν φονεύσαντι ἐπετίμησεν, ὅτι ἀξίνῃ αὐτὸν, καὶ οὐ ξίφει διεχειρίσατο. Spartian. Anton. Carac. c. 4. Anton. Get. c. 6. *Deinde in conſpectu ejus Papinianus ſecuri percuſſus eſt, & a militibus occiſus: quo facto percuſſori dixit, gladio te exſequi oportuit meum juſſum.* Et Ulpian. Digeſt. XLVIII. 8. §. 1. *Vita adimitur, ut puta ſi damnatur aliquis, ut gladio in eum animadvertatur. Sed animadverti gladio oportet, non ſecuri, vel telo, vel fuſti, vel laqueo, vel quo alio modo.* Gladii pœna honeſtior fuit habita, quam ſecuris. Qua perire ignominioſum erat & crudele, ut monui ſupr. Aug. 15. 2. §. 10. V. *Caſaubonum, Lipſ. in Tacit. Ann. p.* 187. *Cuper. in Lactant. c.* 22. Ab his diſſentiunt Sichterman. de Pœn. milit. c. 6. & Valtrin. de mil. VI. 8.

6. PUTEOLOS deſcripſi ſupr. Aug. 44. 1. §. 3.

7. SIGNIFICAVIMUS ſupr. 19. 2.

8. INVITARI ad ſollennia dedicationum ſolebant plures. Dio LVII. p. 610. A. Εἰκόνα γάρ ποτε αὐτῆς οἴκοι τοῦ Αὐγούστου ἱστώσης, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὴν βουλὴν καὶ τοὺς ἱππέας μετὰ τῶν γυναικῶν ἑστιᾶσαι ἐθελησάσης. *Statuam Auguſto Livia domi dedicare, ac propterea tam ſenatum, quam equites cum eorum uxoribus convivio accipere ſtatuerat.* Plin. Epiſt. X. 117. *Qui opus publicum dedicant, ſolent totam bulen, atque etiam ex plebe non exiguum numerum vocare.* Figrell. de ſtat. Rom. c. 30.

9. PRÆCIPITAVIT i. ex ponte in mare *præcipites* projecit. Dio LIX. p. 653. E. Ἐμπλησθεὶς δὲ καὶ ὑπερκορὴς, καὶ σίτου, καὶ μέθης γενόμενος, συχνοὺς μὲν τῶν ἑταίρων ἐς τὴν θάλασσαν ἀπὸ τῆς γεφύρας ἔρριψε, συχνοὺς δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἐν πλοίοις ἐμβόλους ἔχουσι περιπλέων κατέδυσεν, ὥστε καὶ ἀπολέσθαι τινάς. *Poſtquam ad ſatietatem uſque cibo & potu ſeſe ingurgitavit, multos amicorum de ponte in mare projecit, multos aliorum navibus roſtratis circumvectus ſubmerſit, ita ut perierint nonnulli.*

10. GUBERNACULA APPREHENDERUNT ſaluti ſuæ conſulentes, ut ſubmerſionis periculum evaderent.

11. CONTIS REMISQUE. Ita & *Acerronia imprudens, dum ſe Agrippinam eſſe, & ut ſubveniretur matri principis clamitat, contis & remis, & quæ fors obtulerat, navalibus telis conficitur.* Tacit. Ann. XIV. 5. 5. Noſt. ſupr. Tib. 62. 2. §. 12.

12. DETRAHERE argentum, & aurum, unguibus, cultriſve ex tricliniis ſolebant ſervi furaces. Mart. VIII. 33. 5.

An magis aſtuti deraſa eſt ungue miniſtri
Bractea, de fulcro quod reor eſſe tuo.

Juven. XIII. 150.

Hæc ibi ſi non ſunt, minor exſtat ſacrilegus, qui
Radat inaurati femur Herculis, & faciem ipſam
Neptuni: qui bracteolam de Caſtore ducat.

V. etiam *Beroaldum, Urſinum,* & *Raderum in Martialem.*

13. ARGENTO inducebantur olim lecti tricliniares. Plin. XXXIII. 11. *Lectos mulierum jam pridem totos operiri argento, & triclinia quædam, quibus argentum addidiſſe primus traditur Carvilius Pollio, eques Romanus.* V. quoque *Meurſ. Lux. Rom. c.* 10. *Urſin. de tricl. p.* 229.

14. MANIBUS ABSCISSIS; quia parte, qua peccaviſſent, eadem multari ſolebant facinoroſi, ut doceo ad Claud. 15. 5. §. 17.

15. E COLLO PENDENTIBUS. Quod receptum præſertim apud ſeveriores ſupplicium fuiſſe, & ad illud, ut & ad conſuetudinem torquium puerilium, reſpexiſſe Plaut. Mil. V. 6.

Ut faciam quaſi puero in collo pendeant crepundia,

putat *Scheffer. de torq.* §. 5.

16. PRÆCEDEBAT, ſive præferebatur titulus damnatis. Euſeb. Hiſt. Eccl. V. 1. Καὶ περιαχθεὶς κύκλῳ τοῦ ἀμφιθεάτρου, πίνακος αὐτὸν προάγοντος, ἐν ᾧ ἐγέγραπτο Ῥωμαϊστί, οὗτός ἐστιν Ἄτταλος ὁ Χριστιανός. *Et circumactus per amphitheatrum, tabella ipſum præeunte, in qua Latine ſcriptum. Hic eſt Attalus Chriſtianus.* Interdum etiam appendebatur, aut apponebatur. Quintil. Decl. 302. *Quidam ut patrem ſepeliret, auctoravit ſe. Die muneris productus ſub titulo cauſa, rudem populo poſtulante accepit.* Noſt. Domit. 10. 3. *Lipſ. de cruc.* II. 11.

17. TITULO, ſive ἐπιγραφῇ, vel inſcriptione crimen, ob quod plectebatur reus, ut omnibus innoteſceret, exprimebant veteres. Ita Pilatus titulum, damnationis, & inflicti ſupplicii cauſam qui exhibuit, ſcripſit, & cruci ſupra domini caput appoſuit apud Joh. 19. 19. Ἔγραψε δὲ καὶ τίτλον ὁ Πιλάτος, καὶ ἔθηκεν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ· ἦν δὲ γεγραμμένον, ΙΗΣΟΥΣ ΝΑΖΩΡΑΙΟΣ Ο ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΤΩΝ ΙΟΥΔΑΙΩΝ. *Scripſit autem etiam titulum Pilatus, & impoſuit cruci: erat vero ſcriptum,* JESUS NAZARENUS REX ILLE JUDÆORUM. Dicitur etiam hic *titulus,* αἰτία. Gloſſ. Philox. Αἰτία, *cauſa, materia, titulus.* Dio LIV. p. 523. A. Τοῦ γὰρ πατρὸς τοῦ Καιπίωνος ἐλεύθερον τὸν δοῦλον τὸν προδόντα τὸν υἱὸν, διά τε τῆς ἀγορᾶς

μέσης

circumduceretur. Mirmillonem [18] e ludo [19] rudibus [20] ſecum batuentem [21], & ſponte proſtratum, confodit ferrea ſica [22], ac more victorum cum palma [23] diſcucurrit. 6
Admota [24] altaribus victima, ſuccinctus [25] poparum [26] habitu, elato alte malleo [27], 7
cultrarium [28] mactavit. Lautiore convivio effuſus ſubito in cachinnos [29], conſuli- 8
bus

ρίνας μετὰ γραμμάτων τὴν αἰτίαν τῆς θανατώσεως αὐτοῦ δηλούντων, διαγαγόντος, καὶ μετὰ ταῦτα ἀνασταυρώσαντος. Quum enim pater Capitonis alterum ſervorum, qui filium deſervisſet, per medium forum traductum, cum literis, cauſam, cur occideretur, indicantibus, in crucem tolleret. Unde quem τίτλον dixit Johannes de domini cruce agens, αἰτίαν dicit Matth. 27. 37. Καὶ ἐπέθηκαν ἐπάνω τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ τὴν αἰτίαν αὐτοῦ γεγραμμένην.... De hoc *titulo* etiam *Lipſ. de cruc.* II. 12. *Broid. Coroll. ad Pollet. F. R.* V. 19. *Fab. Semeſt.* II. 8. *Godw. Moſ. & Aar.* V. 9. 6. *Hug. de prim. ſcrib. orig. c.* 33. *Niquet. Titul. S. Cruc.* I. 4. 3.

18. MIRMILLONES gladiatorum erant genus. Pugnabant cum retiariis. Feſtus. *Retiario pugnanti adverſus mirmillonem cantatur: non te peto, piſcem peto, quid me fugis Galle? quia mirmillonicum genus armatura Gallicum eſt, ipſique mirmillones ante Galli appellabantur, in quorum galeis piſcis effigies inerat.* Μορμύρος piſcem ſignificat. Heſychius. Μορμύρος, ἰχθὺς θαλάσσιος. Oblongo ſe tegebant ſcuto, & genu inflexo ſubſidebant. Auſon. Epiſt. Eidyl. 13. *Mirmillo in armis ſubſidens venator.* Unde ſcuta *mirmillonica*, quod ſcutis *mirmillonum* eſſent ſimillima. Feſtus. *Mirmillonica ſcuta dicebant, cum quibus de muro pugnabant: erant ſiquidem ad hoc ipſum apta.* De *mirmillonibus* etiam *M. Donatus, Turneb. Adv.* III. 4. *Lipſ. Saturn.* II. 10. *Salmaſ. Exercit. Plin. p.* 29. *a. D. Valeſ. in Marcell. p.* 278. *Pius Annot. poſt. c.* 58.

19. E LUDO i. *ludi* conſuetudine, ut interpretatur *Stuck. A. C.* III. 22. Quid in re gladiatoria *ludus*, dixi ſupr. Cæſ. 26. 8. §. 42.

20. RUDIS qualis virga. V. ſupr. Tib. 7. 2. §. 5.

21. BATUERE verbum eſt gladiatorium, & ferulis velitari, aut verberare etiam infr. 54. 2. *Batuatores* dicebantur duo, qui ſingulari congreſſu ſe exercebant, & locus *batualia*. Adamantius Martyrius in collectaneis Caſſiodori de orthographia. *Bat in uno tantum reperitur nomine generis neutri pluraliter enuntiato, id eſt, batualia, quæ vulgo battalia dicuntur, quæ B. mutam habere cognovimus. Exercitationes autem militum, vel gladiatorum ſignificant.* Unde *debatuere* eſt debellare. Utitur illo Petronius Dalmata, ſi modo ille Petronius p. 40. *Ut ego ſic ſolebam ipſum Ammeam debatuere.*

22. SICA qualis gladius V. ſupr. Cæſ. 11. §. 18.

23. PALMAM auferebant, ſi fortiter depugnaſſent, victoreſque populo placuiſſent, gladiatores. Unde Cicer. pro Roſc. Amer. c. 6. *Alter plurimarum palmarum vetus, ac nobilis gladiator habetur.* Et de Commodo Antonino Lamprid. c. 12. *Item poſtea tantum palmarum gladiatoriarum confeciſſe, vel victis retiariis, vel occiſis, ut mille contingeret.* Datæ ſunt primum *palmæ* victoribus L. Poſtumio Megello II. & M. Atilio Regulo conſulibus, ſive anno ab U. C. 459. Ita de illis Liv. X. 47. *Luſtrum conditum eo anno eſt a P. Cornelio Arvina, C. Marcio Rutilo cenſoribus. Eodem anno, coronati primum ob res bello bene geſtas, ludos Romanos ſpectaverunt: palmaque, tum primum tranſlato e Græcia more, victoribus data.* Luſtrum vero illud illos cenſores illis, quos dixi, conſulibus condidiſſe dicunt *Faſti Capitolini.* Noſt. Ner. 5. 5: 22. 3. V. & *Fabr. Semeſt.* II. 11. *Lipſ. Saturn.* II. 23. *Onuph. Panvin. Lud. Circ.* I. 16. *Buleng. de circ. c.* 54.

24. ADMOVERE altaribus dicebantur victimæ. Tacit. Ann. II. 69. 2. *Admotas hoſtias, ſacrificalem apparatum, per lictores perturbat* Piſo. Arnob. VII. p. 220. *Satis, ut opinor, oſtendimus, fruſtra diis immortalibus hoſtias rebus cum conſequentibus admoveri.* Lucan. ſupr. Jul. 59. 2. §. 4. V. quoque *Briſſon. de form.* I. *p.* 15. *Lipſ. & Ryck. in Tacitum.*

25. SUCCINCTOS popas dicit etiam Prop. IV. 3. 62.

Succinctique calent ad nova ſacra popæ.

Alio enim corpore nudo, ab umbilico ad pedes involuti erant veſte, qui limus dicebatur. Serv. Æn. XII. 120. *Limus eſt veſtis, qua ab umbilico uſque ad pedes teguntur pudenda poparum.* Hic habitus victimarii apud Lamprid. Commod. c. 5. *Inter hæc habitu victimarii victimas immolavit.* V. *Turneb. Adv.* XVIII. 5. *Stuck. de ſacrif. gent. p.* 73. *Ant. Conv.* II. 23. *Briſſon. de form.* I. *p.* 12. *Braun. de veſt. ſac. Hebr.* II. 3. 14. *Merul. de ſacrif. c.* 3. §. 4.

26. POPA, miniſter ſacrorum, qui victimas immolabat. Gloſſ. Cyrilli, *popa*, θύτης. Hunc deſcribit Ovid. Faſt. I. 319.

Nominis eſſe potes ſuccinctus cauſa miniſter,
Hoſtia cælitibus quo feriente cadit.
Qui calido ſtrictos tincturus ſanguine cultros...

Deſcribunt quoque *Turneb. Adv.* XVIII. 5. XXX. 7. *Stuck. de ſacrif. gent. p.* 109. *Ant. Conv.* I. 21. *Majorag. Epiſt. Quæſt.* II. 4. *Saubert. de ſacrif. c.* 6. *Panvin. de Civ. Rom. c.* 44. *Tiraq. in Alex. Gen.* IV. 17.

27. MALLEUM vocat etiam Ovid. Met. II. 625.

Tempora diſcuſſit claro cava malleus ictu.

Securis erat, qua percutiebantur victimæ. *Sacrifica* ea de re dicitur Ovid. Met. XII. 248.

Elatamque alte, veluti qui candida tauri
Rumpere ſacrifica molitur colla ſecuri.

28. CULTRARII ſunt victimarii, & popæ, victimarum immolatores. Liv. XL. 29. *Libri in comitio, igne a victimariis facto, in conſpectu populi cremati ſunt.*

Digitized by Google

bus qui juxta cubabant, quidnam rideret, blande quærentibus: *quid*, inquit, *niſi uno meo nutu jugulari utrumque* [30] *veſtrum ſtatim poſſe?*

ſunt. Guther. de vet. jur. pont. II. 14. Reineſ. Inſcript. v. 35. *Culter* enim & ſacrificiis adhibebatur, ut monuit Ovidius ſupr. §. 26. V. & *Stuck. Ant. Conv.* III. 3.

29. CACHINNUS qualis riſus V. ſupr. Aug. 99. 4. §. 8.

30. JUGULARI UTRUMQUE. Cædibus hiſce epularibus Caligulæ ſimilis fuit Herodis illa, quæ Johannem in carcere decollari, & caput in epulum natalium, ceu ferculum afferri inceſtuoſæ conjugi juſſit. Matth. 14. 6. & illa L. Quintii Flaminii, de qua ſupr. §. 3.

CAPUT XXXIII.

ARG. *Apellem tragœdum flagellis diſcindit, uxoris cervicem inter oſcula demendam dicit, & ſe ex Cæſonia, cur eam tantopere diligeret, fidiculis exquiſiturum jactat Cajus Cæſar Caligula.*

1 Inter varios jocos, cum aſſiſtens ſimulacro Jovis Apellem tragœdum [1] conſuluiſſet [2], uter illi major videretur, cunctantem flagellis [3] diſcidit: collaudans ſubin-
2 de vocem deprecantis, quaſi etiam in gemitu prædulcem [4]. Quoties uxoris vel amiculæ collum exoſcularetur, addebat, *Tam bona* [5] *cervix*, *ſimulac juſſero*, *demetur* [6]. Quin & ſubinde jactabat, *Exquiſiturum ſe vel fidiculis* [7] *de Cæſonia ſua, cur eam tantopere diligeret* [8].

TRAGOEDUS qui factus fuerit hic Apelles, docet Philo legat. ad Cajum p. 1021. D. Χρώμενος Ἀπελλῇ τινι τραγῳδῷ, ὃς ἀκμῇ μὲν τῆς πρώτης ἡλικίας, ὥς φασιν, ἐκαπήλευσε τὴν ὥραν: ἔξωρος δὲ γενόμενος ἐπὶ τὴν σκηνὴν παρῆλθεν. *Uſus Apelle quodam tragœdo, qui prius ætatis florem, ut fertur, venditaverat: tum vero faſtiditus ſe in ſcenam contulerat.*

2. CONSILIARIIS Apellem quare transſcripſerit Cajus, docet Philo. Ὅσοι δὲ σκηνοβατοῦσιν ἐμπορευόμενοι θεαταῖς καὶ θεάτροις, αἰδοῦς καὶ σωφροσύνης, ἀλλ' οὐκ ἀναισχυντίας ἀκοσμίας ἐρασταὶ τῆς ἀνωτάτω: διὰ ταῦτα εἰς τὴν τοῦ συμβούλου τάξιν ὁ Ἀπελλῆς παρῆλθεν. *Scenici autem, quorum eſt negotium & ſtudium, ut theatris placeant, profligato pudore, probris & turpitudini ſunt dedititiſſimi: quibus artibus Apelles pervenit in conſiliariorum ordinem.* Quanti illum fecerit, prodit Dio LIX. p. 643. C. Τὸν γοῦν Ἀπελλῆν, τὸν εὐδοκιμώτατον τῶν τότε τραγῳδῶν, καὶ ἐν τῷ δημοσίῳ συνόντα οἱ ἀεὶ εἶχε. *Apellem quidem tragœdorum ea ætate principem, ſemper, & in publico, ſecum habuit.*

3. FLAGELLIS quomodo Apellem *diſciderit* Cajus, docet Philo E. Ὁ μὲν ὑπὸ Γαΐου σιδήρῳ δεθεὶς ἐφ' ἑτέραις αἰτίαις, καὶ τριβαλλόμενος, καὶ τροχιζόμενος ἐκ περιτροπῆς, ὥσπερ ἐκ τῶν περιοδιζόντων νόσοις. *Alter*, Apelles, *a Cajo vinctus ferreis compedibus, propter alia crimina, tortuſque in rota ex intervallo ſæpius, ſicut quidam morbi ſolent diebus ſtatis recurrere.*

4. PRÆDULCEM æque in gemitu ac dolore, atque in fabulis agendis. Vox enim canora convenit tragico. Unde *tragica vox*:

> —— *tragica quoque voce placebant*,

in veteri inſcriptione, quam laudat *Salmaſ. in Vopiſc. Aurel. c.* 7.

* 5. BONA. In *bonitate* cervicis magna eſt pars femineæ ſpecioſitatis. Ita Venerem pulcerrimam a cervice tereti laudat Lucret. I. 36.

> *Atque ita ſuſpiciens tereti cervice repoſtam.*

Barth. in Stat. Theb. III. 263.

6. CERVIX *tam bona*.... Diriſſimæ crudelitatis dictum; ſed factum hoc dicto etiam crudelius in hiſtoria Turcarum legimus. Capta Conſtantinopoli reperta eſt inter captivas virgo nobilis, exquiſitiſſimæ formæ, cui nomen Irene. Hæc ad Sultanum Muhammed II adducta, ita illum cepit, ut per aliquot annos cura rerum omiſſa, aut remiſſa, nihil niſi Irenem cogitaret. Quum male audire apud ſuos eo nomine cœpiſſet, ejuſque ignaviam Muſtapha liberius increpuiſſet, tyrannus advocata concione, prodit in medium, Irenen cultu ſuperbiſſimo adornatam manu tenens: deinde expoſita omnium oculis ejus forma, ac verbis etiam dilaudata, ut ſe virum probaret, adverſus omnes affectus fortem, prehenſa miſellæ coma, in ipſo veſtigio caput illi amputavit. *Caſaubonus.*

7. FIDICULÆ quid V. ſupr. Tib. 62. 3. §. 14.

8. CUR TANTOPERE DILEXERIT Cæſoniam Cajus, docet ad philtrum amoris cauſam referens Juven. VI. 615.

> —— *Ut avunculus ille Neronis,*
> *Cui totam tremuli frontem Cæſonia pulli*
> *Infudit.*

Docet & noſt. infr. 50. 7. V. & *Torrentium.*

CAPUT XXXIV.

ARG. *Virorum illuſtrium ſtatuas diſjicit, & niſi ſe conſulto poni vetat, de Homeri carminibus abolendis, Virgiliique & Livii ſcriptis, & imaginibus ex bibliothecis amovendis cogitat, & Ictorum ſcientiam ſe aboliturum jactat Cajus Cæſar Caligula.*

Nec minore livore [1] ac malignitate quam ſuperbia ſævitiaque pæne adverſus omnis 1
ævi homines graſſatus eſt. Statuas virorum illuſtrium, ab Auguſto ex Capi- 2
tolina [2] area propter anguſtias in Martium campum [3] collatas, ita ſubvertit, atque
disjecit, ut reſtitui [4] ſalvis titulis [5] non valuerint. Vetuitque poſthac viventium cui- 3
quam uſquam ſtatuam, aut imaginem, niſi conſulto ſe & auctore [6] poni. Cogita- 4
vit etiam de Homeri carminibus abolendis [7]. *Cur enim ſibi non licere* dicens, *quod*
Platoni licuiſſet, qui eum e civitate, quam conſtituebat, ejecerit [8]? Sed Virgilii & Titi 5
Livii

LIVORE 1. invidia. Phædr. II. 10. 10.

Si livor obtrectare curam voluerit.

Deſcribit illum Ovid. Metam. II. 760-782. Quid proprie *livor*, dixi ſupr. I. I. §. 22.

2. CAPITOLIUM deſcripſi ſupr. Cæſ. 10. I. §. 5. Ex omnibus locis, in quibus ſtatuebantur ſtatuæ, maxime celebrabatur. Hoc antiquiſſima hujus gloriæ fuit ſedes. Et illius loci tanta fuit celebritas, ut omnes ibi, tanquam in auguſtiſſimo Urbis loco, geſtirent cerni. Plin. XXXIV. 5. *Primas putarem has, & Actii Navii, poſitas ætate Tarquinii Priſci, niſi regum antecedentium eſſent in Capitolio.* Pollio in Claud. c. 3. *Illi populus Romanus ſumptu ſuo in Capitolio ante Jovis Optimi Maximi templum, ſtatuam auream decem pedum collocavit.* Noſt. Domit. 13. 5. In *Palatio* Britannico tamen ſtatuam ponit Titus infr. 2. 6. V. & *Figrell. de ſtat. Rom. c.* 23.

3. MARTIUM CAMPUM V. ſupr. 39. 9. §. 41.

4. RESTITUEBANT veteres disjectas ſtatuas tum eorum, quos quiſque dilexerat. Sic Otho Poppææ, quæ ejus antea pellex, & deinde conjunx erat, imagines ante ſub Nerone a populo dejectas, Imperator factus repoſuit. Tacit. Hiſt. I. 78. 2. *Ne tum quidem immemor amorum, ſtatuas Poppææ per ſenatusconſultum repoſuit.* Tum eorum, qui ſine culpa a Principibus tyrannis male multati fuere. Zonar. Ann. II. p. 190. Τὰ ὀστᾶ τῶν ἐκ τοῦ βασιλικοῦ γένους σφαγέντων εἰς τὸ τοῦ Αὐγούστου μνημεῖον μετεκόμισε, καὶ τὰς αὐτῶν εἰκόνας ἀποκατέστησεν. *Oſſa eorum, qui ex imperatorio genere occiſi erant, in Auguſti monumentum intulit, eorumque ſtatuas repoſuit.* V. & *Figrell. de ſtat. Rom. c.* 37.

5. TITULIS I. inſcriptionibus compendio indicantibus, quis & qualis ſit, cui honoris cauſa talis obtigit. Heſychius. Τίτλος, πτυχίον ἐπίγραμμα ἔχον. *Codicillus inſcriptionem continens.* Tibul. IV. I. 33.

At tua non titulus capiet ſub nomine facta.

Noſt. Dom. 15. 3. Vit. 3. 2. *Scriptura* de ſtatua Auguſti dicitur Paterc. II. 61. 3. *Eum ſenatus honoratum equeſtri ſtatua, quæ hodieque in Roſtris poſita ætatem ejus ſcriptura indicat, pro prætore bellum gerere juſſit.* *Nota publica* Horat. Od. IV. 8. 13.

Non inciſa notis marmora publicis.

Inſtituti cauſa fuit propagatio laudis, & memoriæ in poſteritatem. Non enim perinde, ut ipſum æs, aut marmor: ita honores, & merita ſubito in oculos hominum incurrere, aut inoffenſo curſu tranſire ad ſeram ætatem poterant, niſi *titulis* ejuſmodi proviſum fuiſſet. Unde *immortales titulos* appellat Arnob. I. p. 40. *Quadrigis, & ſtatuis muneramini, & quantum eſt in votis, velut quadam æternitate donatis immortalium teſtificatione titulorum.* V. & *Figrell. de ſtat. c.* 27. *Faes ad Gyrald. de Sepel. var. rit. c.* 2.

6. AUCTORE niſi ſenatu, dum ſtabat reſpublica, ſtatuas ponere privato fas non erat. Plin. XXXIV. 6. *Lucius Piſo prodidit, M. Æmilio, C. Popilio II. conſulibus, a cenſoribus P. Cornelio Scipione, M. Popilio ſtatuas circa forum eorum, qui magiſtratum geſſerunt, ſublatas omnes, præter eas, quæ populi, aut ſenatus ſententia ſtatutæ eſſent.* Sub imperatoribus ſenatus jura ad ſe transferentibus abſque illorum reſcripto neutiquam licebat. Cauſam indicat Dio LX. p. 681. D. Ἐπειδή τε ἡ πόλις πολλῶν εἰκόνων ἐπληροῦτο (ἐξῆν γὰρ ἀνέδην τοῖς βουλομένοις ἐν γραφῇ, καὶ ἐν χαλκῷ, λίθῳ τε δημοσιεύεσθαι), τάς τε πλείους αὐτῶν ἑτέρωσέ ποι μετέθηκε, καὶ ἐς τὸ ἔπειτα ἀπηγόρευσε μηδενὶ ἰδιώτῃ, ὃ ἂν μὴ ἡ βουλὴ ἐπιτρέψῃ, τοῦτο ποιεῖν ἐξεῖναι. *Quoniam vero Urbs imaginibus replebatur (licebat enim omnibus, qui vellent, pictura, ære, lapideque ſuam effigiem publicare) pleraſque earum loco motas alio tranſtulit* Claudius, *interdicto, ne quis in poſterum privatus injuſſu ſenatus hoc ageret.* V. quoque *Figrell. de ſtat. Rom. c.* 9.

7. HOMERUM ABOLERE cogitaverat etiam Adrianus apud Dion. LXIX. p. 790. A. Καὶ οὕτω γε τοιοῦτος ἦν, ὡς καὶ τὸν Ὅμηρον καταλύων, Ἀντίμαχον ἀντ' αὐτοῦ εἰσάγειν, οὗ μηδὲ τὸ ὄνομα πολλοὶ πρότερον ἠπίσταντο. *Quum talis eſſet* Adrianus, *Homerum e medio tollere, atque Antimachum, cujus ne nomen quidem antea plerique cognitum erat, pro eo introducere cogitabat.*

8. E CIVITATE EJECIT Homerum & Heſiodum Plato de Repub. II. p. 604. Ὧν δὲ νῦν λέγουσι τοὺς πολλοὺς ἐκβλητέον. Ποίους δή, ἔφη. Ἐν τοῖς μείζοσιν (ἦν δ' ἐγώ) μύθοις ὀψόμεθα καὶ τοὺς ἐλάττους. Ἔγωγε, ἔφη, ἀλλ' οὐκ ἐννοῶ οὐδὲ τοὺς μείζους τίνας λέγεις. Οὓς Ἡσίοδός τε καὶ Ὅμηρος ἡμῖν ἐλεγέτην, καὶ οἱ ἄλλοι ποιηταί... Οὐδ' ἂν εἰ ἦν ἀληθῆ, ᾤμην δεῖν ῥᾳδίως οὕτω λέγεσθαι πρὸς ἄφρο-

Livii ſcripta & imagines, paullum abfuit quin ex omnibus bibliothecis [9] amoveret: quorum alterum, *ut nullius ingenii, minimæque doctrinæ* [10]: alterum, *ut verboſum* [11]
6 *in hiſtoria negligentemque carpebat.* De juris quoque conſultis, quaſi ſcientiæ eorum omnem uſum aboliturus ſæpe jactavit, *ſe me hercle effecturum, ne quid reſpondere poſſent, præter eum* [12].

νάς τι, καὶ νέας: ἀλλὰ μάλιστα μὲν σιγᾶσθαι. *Ex his, fabulis, vero, quas nunc recenſent, multa erunt abjicienda. Quales inquit. In majoribus, inquam ego, plane minores videbimus. Verum quas majores appelles, nequaquam intelligo. Quas Heſiodus, & Homerus, reliquique poetæ ſcripſerunt.... Quæ quidem etſi vera eſſent, non tamen putarem tam aperte ad homines mentis inopes, & adoleſcentes proferenda, ſed tacenda potius.*

9. Bibliothecæ virorum doctorum imaginibus ornari ſolebant. Plin. xxxv. 2. *Non eſt prætereundum & novitium inventum. Siquidem non ſolum ex auro, argentove, aut certe ex ære in bibliothecis dicantur illi, quorum immortales animæ in iiſdem locis ibi loquuntur: quinimo etiam quæ non ſunt, finguntur, pariuntque deſideria non traditi vultus, ſicut in Homero evenit. Quo majus (ut equidem arbitror) nullum eſt felicitatis ſpecimen, quam omnes ſcire cupere, qualis fuerit aliquis. Aſinii Pollionis hoc Romæ inventum, qui primus bibliothecam dicando, ingenia hominum rempublicam fecit.* Exempla *Lomej. de Biblioth. c. 14. Figrell. de Stat. Rom. c. 24. Demſter. Paral. ad Ant. Roſin.* IX. 31.

10. Doctrinam in Virgilio deſiderant quoque *grammatici excuſantes imperitiam ſuam, inventiones ingenio magis, quam doctrinæ Maronis aſſignant* apud Macrob. Sat. v. 22.

11. Verbosum *in hiſtoria, negligentemque* dicit Livium Cajus, cui tantum *Patavinitatem* objicit Aſinius Pollio apud Quintil. Inſt. 1. 5: VIII. 1. *Et in Tito Livio, miræ facundiæ viro, putat ineſſe Pollio Aſinius quandam Patavinitatem.*

12. Præter eum i. Caligulam, cujus voluntas pro jure eſſet, & nemo ſupereſſet, qui *præter eum* conſuleretur, ut explicat *Scalig. Epiſt.* 37. & non improbat *Caſaubonus.* Sed ſi hoc voluiſſet noſter, ſcripſiſſet *præter ſe.* Quare hoc non admittunt critici alii, & horum loco, reponunt *æquum, equum, eccum, deum, reum, ejus votum.* V. de hoc loco digladiantes, & erroris ſe invicem inſimulantes, *Beroaldum, Sabellicum, Bud. in Pandect. p.* 8. *Barth. Adv.* XXIII. 10. *Petit. Miſc.* 1. 8. *Rutgerſ. V. L.* III. 5. & 6. *Cujac. Obſerv.* VII. 19. *Revard. Conj.* II. 10. *Dorleans in Tacit. p.* 705. Certum eſt ex Auguſti inſtituto, niſi ex imperatoris auctoritate neminem de jure conſulentibus publice reſpondiſſe, & Maſſurium Sabinum primum, cui hoc beneficium a Tiberio datum fuerit, fuiſſe. Hoc enim prodit Pompon. Digeſt. 1. 2. 47. *Maſſurius Sabinus in equeſtri ordine fuit, & publice primus ſcripſit, poſteaque hoc cœpit beneficium dari a Tiberio Cæſare: hoc tamen illi conceſſum erat. Et, ut obiter ſciamus, ante tempora Auguſti publice reſpondendi jus non a principibus dabatur: ſed qui fiduciam ſtudiorum ſuorum habebant, conſulentibus reſpondebant, neque reſponſa utique ſignata dabant, ſed plerumque judicibus ipſi ſcribebant, aut teſtabantur, qui illos conſulebant. Primus divus Auguſtus, ut major juris auctoritas haberetur, conſtituit, ut ex auctoritate ejus reſponderent, & ex illo tempore peti hoc pro beneficio cœpit.* Omnem itaque juriſprudentiæ uſum aboliturum ſe jactavit Caligula. Quid vero reſpondendi poteſtatem illis reliquerit, dum mendum, in quo cubat hic locus, nullam ingenii vim eluere poſſe agnoſcat talium alioqui ſagaciſſimus Johannes Georgius Grævius, quis dicet?

CAPUT XXXV.

ARG. *Familiarum inſignia cuique adimit, Ptolemæum repente percutit, comatos occipitio raſo deturpat, Eſium Proculum Threci, & hoplomacho comparat, Nemorenſi regi validiorem adverſarium ſubornat, & Porio ſervum manumittenti plaudi indigne fert Cajus Cæſar Caligula.*

1 Vetera [1] familiarum inſignia [2] nobiliſſimo cuique ademit [3]: Torquato [4] torquem, Cincinnato [5] crinem, Cn. Pompejo [6] ſtirpis antiquæ Magni [7] cognomen [8]. Ptole-

Vetera 1. a majoribus poſteris tradita.

2. Familiarum insignia vocamus, quæ unaquæque *familia* diſtinctionis cauſa habet particularia. *Beroaldus.*

* 3. Nobilissimo ademit, quia avitam generis *nobilitatem* mali principes & tyranni ferre non poſſunt. Julian. Imper. Or. 1. p. 43. C. edit. Lipſ. Ἄλλοι δὲ τὴν τῶν ἀρχομένων εὐγένειαν ὑποπτευόμενοι, πάντα πράττουσι τοὺς εὖ γεγονότας προπηλακίζοντες, ἢ καὶ ἀναιροῦντες ἄρδην τὰς οἰκίας.... *Alii, qui ſubditorum ſibi nobilitatem ſuſpectam haberent, clariſſima familia ortos, omnibus afficientes contumeliis, aut familias ipſas prorſus e medio tollentes....* Hujus criminis exempla plura collegit *Illuſtriſſ. Spanhem. ad Juliani Orat. p.* 285. *A.*

4. Torquati cognomen quis primus, & quare abſtulerit. V. ſupr. Aug. 43. 6. §. 31.

5. Cincinni βόστρυχοι dicuntur *Cyrillo* in *gloſſis.* Spiræ

Digitized by Google

Ptolemæum, de quo retuli [9], & arceſſitum e regno, & exceptum [10] honorifice, non 2
alia de cauſa repente percuſſit, quam quod edente ſe munus ingreſſum ſpectacula,
convertiſſe hominum oculos fulgore [11] purpureæ abollæ [12] animadvertit. Pulcros, 3
& comatos, quoties ſibi occurrerent, occipitio [13] raſo deturpabat [14]. Erat Eſius Pro- 4
culus patre primipilari, ob egregiam corporis amplitudinem & ſpeciem [15] *Coloſſe-
ros* [16] dictus. Hunc e ſpectaculis [17] detractum repente & in arenam deductum, 5
Thre-

Spiræ ſunt calamiſtro intortæ. Varro παππὰς παππᾷ, ſive περὶ ἐγκωμίων apud Non. VI. 43.

Ante aures nodo ex ſubolibus parvuli
Intorti demittuntur ſex cincinnuli.

Ab illis dicebantur *Cincinnati*. Liv. III. 12. *Pater inter hos L. Quintius, cui Cincinnato cognomen erat.*

6. CN. POMPEJUS hic eſt, cui Antoniam filiam poſtea deſpondit Claudius infr. 27. 4. V. & illum Claud. 29. 4. §. 21.

7. MAGNI cognomen unde adhæſerit Pompejis, tradit Plutarch. Pomp. p. 625. C. Πάντας ἀνθρώπους αἰσθανόμενος δέχεσθαι καὶ παραπέμπειν τὸν Πομπήϊον ὡρμημένους μετ' εὐνοίας, ἔσπευδεν ὑπερβαλέσθαι: καὶ προελθὼν ἀπήντησεν αὐτῷ, καὶ δεξιωσάμενος ὡς ἐνῆν προθυμότατα, μεγάλῃ φωνῇ Μάγνον ἠσπάσατο, καὶ τοὺς παρόντας οὕτως ἐκέλευσε προσαγορεύειν: σημαίνει δὲ μέγαν ὁ Μάγνος. Ἕτεροι δέ φασιν ἐν Λιβύῃ πρῶτον ἀναφώνημα τοῦτο τοῦ στρατοῦ παντὸς γενέσθαι, κράτος δὲ λαβεῖν καὶ δύναμιν, ὑπὸ Σύλλα βεβαιωθέν. Αὐτὸς μέν τοι πάντων ὕστατος καὶ μετὰ πολὺν χρόνον εἰς Ἰβηρίαν ἀνθύπατος ἐκπεμφθεὶς ἐπὶ Σερτώριον, ἤρξατο γράφειν ἑαυτὸν ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς, καὶ τοῖς διατάγμασι Μάγνον Πομπήϊον. Sylla *animadvertens omnes mortales ad excipiendum benigne Pompejum, & procedendum obviam effuſos, ſtuduit eos vincere: & progreſſus prodiit illi obviam, ac complexus eum animo propenſiſſimo, Magnum alta voce appellavit, & adſtantes hoc eum nomine ſalutare juſſit. Alii in Africa primum ferunt ita ei fuiſſe ab univerſo exercitu acclamatum, ſed fuiſſe eam ratam appellationem, ubi fuit ab Sylla comprobata. Omnium ipſe tamen noviſſimus, diuque poſt proconſul in Hiſpaniam contra Sertorium miſſus cœpit in epiſtolis & edictis ſe Magnum Pompejum ſcribere.*

8. COGNOMEN hoc quare Pompejo huic ademerit Cajus, narrat Dio LX. p. 668. C. Τοῦτο δὲ ἐν τῷ Πομπηΐῳ ὁ Γάϊος τὴν τοῦ Μάγνου ἐπίκλησιν περιέκοψεν: ὀλίγου μὲν γὰρ καὶ ἀπέσφαξεν αὐτόν, ὅτι οὕτως ὠνομάζετο: ἀλλὰ τοῦτο μέν, καταφρονήσας ὡς καὶ παιδὸς ἔτ' αὐτοῦ ὄντος, οὐκ ἐποίησε, τὴν δὲ δὴ πρόσρησιν κατέλυσεν, εἰπὼν μὴ εἶναί οἱ ἀσφαλὲς, Μάγνον τινὰ προσαγορεύεσθαι. *Huic Pompejo nomen Magni ademerat Cajus: ac parum abfuit, quin ejus cauſa eum necaret, contempto tamen propter teneram adhuc ætatem, vitam conceſſerat, cognomine ablato, haud ſibi tutum eſſe dicens, Magni aliquem cognomentum ferre.*

9. DE QUO RETULI ſupr. 26. 1. §. 2.

10. EXCIPERE verbum eſt hoſpitii. Cicer. pro Mil. c. 38. *O terram illam beatam, quæ hunc virum exceperit.*

* 11. FULGORE, quem *purpureæ lumen* vocat Stat. Sylv. IV. 5. 52. Illo purpuræ æſtimabantur. Et, quod ad Statium etiam Barthius monet, jocus Auguſti apud Macrob. Sat. II. 4. *Cum de Tyriæ purpuræ, quam emi juſſerat, obſcuritate quereretur, dicente venditore, erige altius & ſuſpice: uſus eſt his ſalibus, quid? ego ut me populus Romanus dicat bene cultum, in ſolario ambulaturus ſum?*

12. ABOLLAM ἱμάτιον explicat bilingue vocabularium, quod laudat *Turneb. Adv.* XXVII. 15. Quod etſi generatim veſtem notat, tamen ſpeciatim ſignificat pallium. Erat autem pallium militare, & togæ opponitur. Nonius XIV. 9. *Abolla, veſtis militaris: Varro Coſmotoryne*, περὶ φθορᾶς κόσμου. *Toga detracta eſt, & abolla data eſt ad turbam* (tubam alii) *mihi; ferà militiai munera belli ut præſtarem*. Martial. VIII. 48. 1.

Neſcit, cui dederit Tyriam, Criſpinus, abollam,
Dum mutat cultus, induiturque togam.

Senatorum quoque fuiſſe putant *Alexand. Gen.* V. 18. & ad illum *Tiraquellus*; *Rader. ad Mart.* IV. 40. 5. *Sabellicus*, & *Donatus ad h. l.* ſed negat *Ferrar. de re veſt.* I. 2. 12. Et philoſophorum *Alexander*, *Tiraquellus*, *Raderus*, *Ferrarius*, *Henninius ad Juven.* IV. 76. ſed negat in *Lexico Voſſius*. De abolla quoque *Bayf. R. V. c.* 15. *Salmaſ. de mod. uſur. c.* 3. *p.* 113.

13. OCCIPITIUM, ſive *occipus*, poſterior capitis pars, quæ fronti opponitur. Plin. XVIII. 5. *Frontem domini plus prodeſſe quam occipitium.*

14. DETURPABAT: ut enim ornamentum capitis maximum eſt coma, ita capillamenti amputatio dehoneſtamentum eſt turpiſſimum. *Beroaldus.* * *Deturpabat* vero illos quia corporis bona in ſibi ſubjectis mali principes & tyranni ferre non poſſunt. Julian. Imper. Orat. I. p. 43. D. Οὐκ ἀπείχοντο δὲ ἤδη τινὲς τοῖς τοῦ σώματος ἀγαθοῖς, ὑγιείᾳ φημὶ καὶ κάλλει, καὶ εὐεξίᾳ βασκαίνοντες. *Ac ne eorum quidem aliqui ſe continuerunt, quo minus corporis bonis, ſanitati nimirum, aut pulcritudini, aut firmitati corporis inviderent.* Et hujus criminis exempla exhibet *Illuſtriſſ. Spanhem. ad Juliani Orat. p.* 285. B.

15. AMPLITUDINEM ET SPECIEM corporis eleganter exprimit vox Coloſſeros: ejus prior pars amplitudinem, poſterior formam venuſtam & amabilem. *Caſaubonus.*

16. COLOSSOS *vocant moles ſtatuarum, turribus pares*. Plin. XXXIV. 7. Schol. Juven. VIII. 230. eſt *ſtatua ultra menſuram*. Inde opera ingentia *coloſſicotera* dicuntur. Vitruv. X. 4. *Sin autem coloſſicotera ampli-*

Threci [18], & mox hoplomacho [19] comparavit [20]: biſque victorem conſtringi ſine mora juſſit: & pannis [21] obſitum [22] vicatim [23] circumduci [24], ac mulieribus oſten-
6 di [25], deinde jugulari. Nullus denique tam abjectæ [26] conditionis, tamque extre-
7 mæ ſortis fuit, cujus non commodis obtrectaret. Nemorenſi [27] regi [28], quod multos

amplitudinibus, & ponderibus onera in operibus fuerint. Tali mole ſe poni curabant inſani imperatores. Plin. XXXV. 7. *Nero princeps juſſerat coloſſeum pingi 120 pedum in linteo.* Lamprid. Alex. c. 26. *Statuas coloſſeas, vel pedeſtres nudas, vel equeſtres, divis imperatoribus in foro divi Nervæ, quod tranſitorium dicitur, locavit.* Noſt. Ner. 31. 5. Veſp. 23. 8.

17. SPECTACULIS i. *ſpectaculi*, ſive theatri, ut dictum ſupr. 31. 2. §. 4. ſubſellus. Hæc tyrannorum temporibus non ſatis erant ſecura. Senec. de Clement. 1. 26. *Non convivia ſecura ineunt, in quibus lingua ſolicite etiam ebriis cuſtodienda eſt: non ſpectacula, ex quibus materia criminis, & periculi quæritur.* Plin. Paneg. 33. 3. *Nemo ſpectator ſpectaculum factus, miſeras voluptates unco & ignibus expiavit.* Idem Domitianus, quod Caligula, apud Dionem, quem V. ſupr. 27. 4. §. 19. & noſt. infr. 10. 3.

18. THRECES, ſive *Thraces* gladiatores erant dicti a ſimilitudine parmularum *Thraciarum.* Imo non ab armis ſolum, ſed quia ipſi ex ea gente. Arma illis erant parma, & harpe i. enſis falcatus. Horum meminit noſter quoque Cal. 54. 1: 55. 4. Domit. 10. 3. V. *Lipſ. Sat.* II. 9. & *Donatum ad h. l.*

19. HOPLOMACHUS undique armis contectus erat gladiator. Arma illi erant ſcutum argentatum, ſpongia pectori tegumentum, ocrea in ſiniſtro crure, pinnæ in galea. Cum Mirmillone, an Samnite num confundi debeat, diſputant *Lipſ. Sat.* II. 11. *Mod. de Lud.* II. 21.

20. COMPARARI dicuntur, cum *par pari* congreditur, cum *par* ſtat contra *parem.* * Quintil. Inſtit. VIII. 3. *Cum me una tamen res apud quoſdam faceret miſerabiles, quod viderer inique comparatus. Certe enim arenæ deſtinabar victima: nemo munerario vilius ſteti.* V. *Torrentium, Stewech. ad Veget. p. 137. Lipſ. Saturn.* II. 19. *Thulemar. in Freher. Cecropiſtr. Theſ. Ant. Rom. Græv. Tom.* IX. *p.* 1157.

21. PANNIS i. veſte ex centonibus conſuta. Gloſſ. Cyrill. *pannus*, ῥάκ@. V. infr. *Terentium* §. 22. Unde *pannoſus.* Juſtin. II. 6. 19. *Qui, Codrus, & reſponſo Dei, & præceptis hoſtium cognitis, permutato regis habitu, pannoſus, ſarmenta collo gerens, caſtra hoſtium ingreditur.*

22. OBSITUM pro pleno uſurpabant veteres, ex eo, quod locus frugibus *obſitus*, aut ſentibus, iis plenus eſt. Inde illud eſt Terent. Eun. II. 5. 2.

Pannis, anniſque obſitum.

& Heaut. II. 3. 53.

Ea texebat una: pannis obſita.

Turneb. Adv. XXIV. 40.

* 23. VICATIM i. per *vicos*. Cicer. pro Sext. c. 14. *Cum vicatim homines conſcriberentur.* Quid *vicus* V. Aug. 30. 1. §. 2.

24. CIRCUMDUCEBANTUR rei, reducto coma capite, ut ab omni populo poſſent adſpici. Plin. Paneg. 34. 3. *Nihil tamen gratius, nihil ſeculo dignius, quam quod contigit deſuper intueri delatorum ſupina ora, retortaſque cervices.* Nicetas Choniates IV. Μετὰ δὲ πισγαγὼν αὐτὸν ὁ κήρυξ ἐκ τοῦ τραχήλου σχοινίῳ, ἐπιβοᾷ οὑτωσὶ τρανότερον: ὅς τις τὸν ἐχθρὸν τῆς βασιλείας προσιόντα εἰσοικίζεται, καὶ ἐφόδια ἐκπέμπει, οὗτος καὶ μαστίζεται, καὶ πομπεύεται. *Deinde collo funi inſerto a præcone circumducitur, magna voce proclamante: quiſquis imperatoris hoſtem adiens recipit, datoque viatico dimittit: & flagellatur, & circumducitur.* Ita *Vitellium infeſtis mucronibus coactum modo erigere os, & offerre contumeliis* dicit Tacit. Hiſt. I. 85. 6. quem explicat noſt. infr. Vitell. 17. 2. V. & *Ampliſſ. Cuper. Obſ.* I. 12.

25. MULIERIBUS OSTENDI, quia ob elegantiorem formam illis gratiſſimum eſſe ſenſerat. *Sabellicus.*

26. ABJECTÆ i. vilioris. *Abjectus* opponitur florenti. Nep. 25. 8. 6. *Atticus, qui pecuniam ſimul cum cæteris conferre noluerat florenti illi parti, abjecto Bruto, Italiaque cedenti L. L. S. centum millia muneri miſit.*


27. NEMUS hoc Dianæ deſcriptum ſupr. Cæſ. 46. 3. §. 7. Templum Dianæ potuit vel Hippolytus, ut vult Pauſan. Κορινθ. p. 69. Λέγουσιν Ἀρικιεῖς, ὡς τεθνεῶτα Ἱππόλυτον ἐκ τῶν Θησέως ἀρῶν, ἀνέστησεν Ἀσκληπιός. Ὁ δὲ ὡς αὖθις ἐβίω, οὐκ ἠξίου νέμειν τῷ πατρὶ συγγνώμην, ἀλλὰ ὑπεριδὼν τὰς δεήσεις, ἐς Ἰταλίαν ἔρχεται παρὰ τοὺς Ἀρικιεῖς, καὶ ἐβασίλευσέ τε αὐτόθι, καὶ ἀνῆκε τῇ Ἀρτέμιδι τέμενος: Ἔνθα ἄχρι ἐμοῦ μονομαχίας ἆθλα ἦν, καὶ ἱερᾶσθαι τῇ θεῷ τὸν νικῶντα: Ὁ δὲ ἀγὼν ἐλευθέρων μὲν προέκειτο οὐδενί, οἰκέταις δὲ ἀποδρᾶσι τοὺς δεσπότας. *Aricini dicunt, diſcerptum ob Theſei imprecationes Hippolytum, in vitam ab Æſculapio revocatum: neque poſtea patri unquam ignoſcere voluiſſe; verum, omni ejus deprecatione ſpreta, in Italiam veniſſe, ibique dicato Aricinæ Dianæ templo regnaſſe. Mea quidem etiamnum ætate, iis qui ad templum ſingulari certamine vicerint, præmium deæ ſacerdotium propoſitum eſt: ſed in certamen iſtud ingenuus nemo deſcendit, ſervi duntaxat, qui fuga ſe dominis ſubduxerint.* Vel Oreſtes, ut volunt Serv. Æn. VI. 137. & Hygin. Fab. 261. *Oreſtes poſt occiſum regem Thoantem in regione Taurica cum ſorore Iphigenia fugit: & Dianæ ſimulacrum inde ſublatum, haud longe ab Aricia collocavit. In hujus templo poſt mutatum ritum ſacrificiorum fuit arbor quædam, de qua infringi ramum non licebat. Dabatur autem fugitivis poteſtas, ut ſi quis exinde ramum potuiſſet auferre, monomachia cum fugitivo templi ſacerdote dimicaret.*

tos

Num

Digitized by Google

ESSEDARII.





Digitized by Google

tos jam annos potiretur ſacerdotio, validiorem adverſarium [29] ſubornavit. Cum 8
quodam die muneris [30] eſſedario [31] Porio, ob proſperam pugnam ſervum ſuum manumittenti [32] ſtudioſius plauſum eſſet, ita ſe proripuit e ſpectaculis, ut calcata lacinia [33] togæ, præceps per gradus iret [34] indignabundus, & clamitans, *Dominum gentium populum ex re leviſſima plus honoris gladiatori tribuentem, quam conſecratis principibus, aut præſenti ſibi* [35].

Nam fugitivus illic eſt ſacerdos, ad priſtinæ imaginem fugæ. Dimicandi autem dabatur facultas, quaſi ad priſtini ſacrificii reparationem.

28. Rex vocabatur ſacerdos Nemorenſis. Ovid. Art. I. 259.

Ecce ſuburbanæ templum Nemorale Dianæ,
Partaque per gladios regna nocente manu.

Faſt. III. 271.

Regna tenent, forteſque manu, pedibuſque fugaces,
Et perit exemplo poſtmodo quiſque ſuo.

Valer. Flacc. II. 305.

——— *& ſoli non mitis Aricia regi.*

Plura exempla invenies apud *Beroaldum*, & *Gyrald. Synt. Deor.* XII. *p.* 358.

29. Validiorem adversarium, a quo regno pelleretur. Strab. V. p. 165. Καὶ γάρ τι βαρβαρικὸν κρατεῖ, καὶ Σκυθικὸν περὶ τὸ ἱερὸν ἔθος· καθίσταται γὰρ ἱερεὺς, ὁ γενηθεὶς αὐτόχειρ τοῦ ἱερωμένου πρότερον, δραπέτης ἀνήρ· ξιφήρης οὖν ἐστὶν ἀεὶ περισκοπῶν τὰς ἐπιθέσεις, ἕτοιμος ἀμύνεσθαι. *Nam & barbaricus & Scythicus mos apud id templum obtinet: perfuga enim ſacerdos ibi conſtituitur, qui ſacerdotem priorem ſua trucidaverit manu: ſtrictoque ſemper gladio paratus ad inſultus propulſandos circumſpicit.*

30. Muneris. V. illud ſupr. Cæſ. 10. 4. §. 22.

31. Essedarius quis & unde dictus ſit, dixi ſupr. Aug. 76. 3. §. 8.

32. Manumisit ſervum quia hic eſſedarius: gladiatores eſſedarios aliquando fuiſſe liberos, cum & fuerint ſervi, qualis ille, de quo noſt. infr. Claud. 21. 11. putat *Scheff. R. V.* II. 23.

33. Laciniam credit *Ruben. de re veſt.* II. 9. nihil aliud eſſe quam ipſas pinnas chlamydis, ſive togæ, quas Græci πτερύγια appellant, & aliquando κράσπεδα. Id notare *laciniam* clare patere dicit ex antiquorum auctorum locis. Plaut. Merc. I. 2. 16.

At tu adepol ſume laciniam, atque abſterge ſudorem tibi.

Aſin. III. 2. 41.

Lacrymantem lacinia tenet.

Noſt. Claud. 15. 11. Ner. 19. 2. * ſed negat *Ferrar. Anal. de R. V. c.* 41. quia hujuſmodi pinnæ & anguli etſi in chlamyde, veſtimento aperto, fuerint, in toga clauſa eſſe non potuerunt: & cum *Beroaldo*, *Lilmenhorſtio*, *Cujacio*, aliis ſtatuit nihil aliud fuiſſe quam imam veſtimenti oram, ſive veſtis extimum, quæ ſola pedibus implicita ad caſum impellit.

* 34. Iret. L. rueret. *Ire per gradus præcipitem* Latinis, credo, ignotum & inauditum loquendi genus eſt. *Grævius.*

35. Sibi, in quo pronomine vis eſt. *Sibi*, qui princeps erat. *Sibi*, qui deus videri volebat. *Sibi*, qui divino cultu venerabilis, & venerabundus apparebat. *Sibi*, qui ſe fratrem Jovis eſt auſus appellare. *Sibi*, qui ſe dominum impoſito diademate juſſit nominari.

CAPUT XXXVI.

ARG. *M. Lepidum, Mneſterem pantomimum commercio mutui ſtupri diligit, Valerium Catullum ſtuprat, illuſtrioribus feminis non abſtinet, & quibuſdam maritorum nomine repudium mittit Cajus Cæſar Caligula.*

Pudicitiæ neque ſuæ, neque alienæ pepercit. Marcum Lepidum [1], Mneſterem 21.2
panto-

M. Lepidum ſororis Druſillæ maritum. Dio LIX. p. 648. B. Τῇ δὲ Δρουσίλλῃ συνῴκει μὲν Μάρκος Λέπιδος, παιδικά τε ἅμα αὐτοῦ καὶ ἐραστὴς ὤν. *Druſillæ maritus fuit M. Lepidus, cum quo mutui ſtupri conſuetudo erat Cajo.* p. 657. C. Τὸν Λέπιδον ἐκεῖνον τὸν ἐραστὴν, τὸν ἐρώμενον, τὸν τῆς Δρουσίλλης ἄνδρα ἀπέκτεινε. *Lepidum eum, cum quo mutui ſtupri conſuetudinem fecerat, Druſillæ maritum interfecit.*

2. Mnesteris amore flagravit Cajus, flagravit Meſſalina, Claudii uxor. Dio LX. p. 679. E. Ἀνδριάντας ἀπ' αὐτοῦ ἡ Μεσσαλῖνα τοῦ Μνηστῆρος τοῦ ὀρχηστοῦ ἐποιήσατο· ἐπεὶ γὰρ τῷ Γαΐῳ ποτὲ ἰσχυρῶς ἐκέχρητο, χαλκόν τινα αὐτῷ ταύτης τῆς πρὸς ἑαυτὴν συνουσίας κατέθετο. Σφόδρα γὰρ ἤρα· καὶ ἐπεί γε μηδένα τρόπον, μήθ' ὑποσχομένη τι, μήτ' ἐκφοβοῦσα αὐτὸν, συγγενέσθαι αὐτῇ ἀναπεῖσαι ἐδύνατο, διελέχθη τῷ ἀνδρὶ, ἀξιοῦσα αὐτὸν πειθαρχεῖν οἱ ἀναγκασθῆναι· ὡς καὶ ἐπ' ἄλλο τι αὐτοῦ δεομένη. Καὶ οὕτως εἰπόντος αὐτῷ τοῦ Κλαυδίου πάνθ' ὅσα ἂν προστάττηται ὑπὸ τῆς Μεσσαλίνης ποιεῖν, συνῆν αὐτῇ, ὡς καὶ τοῦθ' ὑπ' ἐκείνου κεκελευσμένος. *Statuas ex eo,* ære, *Mneſteris hiſtrionis fecit Meſſalina: hanc ei ſuæ conſuetudinis gratiam referens, quia is ante Cajo quoque familiaris fuerat. Huius amore flagrans Meſſalina, cum nullo modo, neque pollicitis, neque minis, ad concubi-*
tum

Digitized by Google

pantomimum, quoſdam obſides dilexiſſe [3] fertur, commercio mutui ſtupri. Vale-
3 rius Catullus conſulari familia juvenis, ſtupratum a ſe, ac latera [4] ſibi contubernio [5]
4 ejus defeſſa [6], etiam vociferatus eſt. Super ſororum inceſta, & notiſſimum proſti-
tutæ [7] Pyrallidis amorem, non temere illuſtriore femina abſtinuit: quas plerumque
cum maritis ad cœnam vocatas, præterque [8] pedes ſuos tranſeuntes [9], diligenter,
ac lente, mercantium [10] more conſiderabat, etiam faciem manu allevans, ſi quæ
5 pudore ſummitterent [11]. Quoties deinde libuiſſet, egreſſus triclinio, cum maxime
placitam [12] ſevocaſſet [13], paullo poſt recentibus adhuc laſciviæ notis, reverſus, vel
laudabat palam [14], vel vituperabat: ſingula enumerans bona malave corporis, atque
6 concubitus [15]. Quibuſdam, abſentium maritorum nomine, repudium [16] ipſe mi-
ſit [17], juſſitque in acta [18] referri.

tum pellicere poſſet, cum marito locuta eſt, petens, ut ſibi eum parere cogeret, quaſi alia in re ejus indigens. Itaque quum Claudius ei mandaſſet, ut Meſſalina in omnibus, quæ juſſiſſet, morem gereret, coiit cum ea Mneſter, quaſi id quoque ab eo juſſus.

3. DILEXERIT quanto opere Mneſterem Cajus, tradit noſt. infr. 55. 2.

4. LATERUM motus in Venere neceſſarius eſt. Arnob. II. p. 73. *Et ad ultimum clunibus & coxendicibus ſublevatis lumborum criſpitudine fluctuaret?* Priap. 69. 26.

Sive illi laterum, ſeu fuit artis opus.

Inde *lateri parcere* eſt coitu abſtinere. Juven. VI. 37.

——— quod
Et lateri parcas, nec, quantum juſſit, anheles.

Ovid. Art. II. 423.

Sed lateri nec parce tuo: pax omnis in uno
Concubitu.

5. CONTUBERNIO i. concubitu. Unde *veſticontubernium*, pro concubitu, qui fit ab illis, qui ſub eadem veſte cubant, dixit Petron. c. 11. *Quid veſticontubernium facis?* V. & *Barth. Adv.* XXV. 2. & *Raccmat. in Petronium.*

6. DEFESSA nimio coitu. Hic enim laterum debilitatem parere ſolet. Unde dicuntur *deficere*. Priap. 25. 11.

Defecit latus.

Et *rumpi*. Tibul. IV. 15. 45.

——— uſque dum mihi
Venus jocoſa molle ruperit latus.

Et *exfutui*. Catull. 6. 13.

Cur non tam latera exfututa pandant?

7. PROSTITUTÆ i. ſcorti vulgaris. Plin. XXX. 2. *Utinam inferos potius & quoſcunque de ſuſpicionibus ſuis deos conſuluiſſet* Nero, *quam lupanaribus atque proſtitutis mandaſſet inquiſitiones eas.* Noſt. infr. 40. 4. *Proſtituere* ſe eſt arti meretriciæ ſe dare, corporis poteſtatem alteri facere. Catull. 108. 8.

——— pluſquam meretricis avara,
Quæ ſeſe toto corpore proſtituit.

Noſt. Ner. 29. 1.

*8. PRÆTER i. ante. Cicer. Verr. III. 25. *Servi præter oculos Lollii hæc ferebant.* Plaut. Stich. III. 2. 7.

Muſtela murem abſtulit præter pedes.

9. TRANSEUNTES inter lectos, & triclinii parietes, inter quos tantum relinquebatur ſpatii, quantum ſatis eſſet operis ad miniſtrandum, quæ ideo dicebantur ad pedes ſtare. De illis ſupr. 26. 2. §. 12. V. quoque *Urſin. de tricl. p.* 222.

* 10. MERCATUROS ſervo venali veſtimenta detraxiſſe, & omnes corporis partes, ne quæ ejus vitia laterent, inſpexiſſe dixi ſupr. Aug. 69. 2. §. 11.

11. SUMMITTERENT i. ad terram demitterent. Eſt enim muliebris decori vultum coram viris demittere. Virg. Æn. I. 565.

Tum breviter Dido vultum demiſſa profatur.

Contra petulantis & impudicæ attollere. Juven. VI. 399.

Audax, & cœtus poſſit quæ ferre virorum,
Cumque paludatis ducibus, præſente marito,
Ipſa loqui recta facie, ſtrictiſque mamillis.

Sabellicus.

* 12. PLACITAM i. placentem, gratam. Ita legimus *placitas fabulas* apud Terent. Hec. Prol. II. 13. *placitam diſciplinam* apud Colum. R. R. præf. 1. *placitam pugnam* apud Valer. Flacc. II. 509.

* 13. SEVOCASSET i. ſeorſim vocaſſet, quaſi cum illa ſola collocuturus. Cicer. Phil. II. 14. *Cum interficeretur Cæſar, tum te a Trebonio vidimus ſevocari.* Gloſſ. Cyrill. *Sevocator*, ἀποχωριστής.

14. LAUDABAT PALAM, cum potius tacitam apud ſe voluptatem ſentire, neque Veneris gaudia foras proferre debuiſſet. Prop. II. 19. 35.

Tu tamen interea, quamvis te diligat illa,
In tacito cohibe gaudia clauſa ſinu.

15. CONCUBITUS *bona & mala*. Senec. de Conſtant. c. 18. *Aſiaticum Valerium in primis amicis habebat, ferocem virum, & vix æquo animo alienas contumelias laturum. Huic in convivio, id eſt, in concione, voce clariſſima, qualis in concubitu eſſet uxor ejus, objecit. Dii boni, hoc virum audire, principem ſcire, & uſque eo licentiam perveniſſe, ut non dico conſulari, non dico amico, ſed tantum marito princeps & adulterium ſuum narret, & faſtidium?*

16. RE-

16. Repudium quid hoc loco, dixi ſupr. Tib. II. 9. §. 22.

17. Mitti repudium dici etiam dixi ſupr. Tib. II. 9. §. 24.

*18. In acta, in quæ repudia referebantur, non minus quam matrimonia. Senec. Benef. III. 16. *Quia vero nulla ſine divortio acta ſunt, quod ſæpe audiebant, facere didicerunt.*

CAPUT XXXVII.

ARG. *Novum balnearum uſum, nova ciborum genera comminiſcitur, nummos in plebem ſpargit, Liburnicas deceres fabricat, in mare moles jacit, rupes exſcindit, campos montibus aggere æquat, montes foſſuris complanat, & Tiberii opes immenſas intra annum abſumit Gajus Cæſar Caligula.*

Nepotinis [1] ſumptibus omnium prodigorum ingenia [2] ſuperavit [3], commentus novum balnearum uſum, portentoſiſſima genera ciborum, atque cœnarum, ut calidis frigidiſque unguentis [4] lavaretur [5]: pretioſiſſimas margaritas [6] aceto [7] liquefactas

* Nepotinis i. immodicis, profuſis, quales ſunt *nepotum* i. luxurioſorum. *Nepotari* eſt prodige vivere. Senec. de Benef. I. 15. *Veto liberalitatem nepotari* i. beneficium dari nequiter profuſuro. Tertull. Apolog. c. 46. *Ariſtippus in purpura ſub magna gravitatis ſpecie nepotatur.* Et *nepotatus* eſt luxus. Veteres Gloſſæ. *Nepotatus*, ἀσωτία. Plin. XIV. 4. *Raro quippe adhuc fuere, nec niſi in nepotatu.* Feſtus. *Nepotes luxurioſæ vitæ homines appellari, quod non magis his rei ſuæ familiaris cura eſt, quam iis, quibus pater, avuſque vivunt.*

* 2. Ingenia i. commenta callidiora. *Ingenium* enim omne eſt commentum callidius excogitatum. Plin. Paneg. 49. 7. *Nec exquiſita ingenia cœnarum, ſed ſuavitatem tuam jucunditatemque miramur.* Tacit. Ann. XIV. 3. 4. *Anicetus obtulit ingenium.* i. inventum navis ſolerter compoſitæ, ut in mari ſoluta Agrippinam ſine cædis ſuſpicione effunderet.

3. Superavit. Unde Senec. conſ. ad Helviam c. 9. *C. Cæſar, quem mihi videtur rerum natura ediſſe, ut oſtenderet, quid ſumma vitia in ſumma fortuna poſſent, centies HS* (quæ Lipſio Admir. IV. 7. & ad Senecam ſunt ducenta quinquaginta millia philippicum) *cœnavit uno die: & in hoc omnium adjutus ingenio, vix tamen invenit, quomodo trium provinciarum tributum una cœna fieret.*

4. Unguentorum nomina, compoſitiones, & pretia denarrat Plin. XIII. 1. Illis & ſolia balnearum temperabat Cajus. Plin. ibid. c. 3. *Nec non aliquem ex privatis audivimus juſſiſſe, ſpargi parietes balinearum unguento, atque Cajum principem ſolia temperari: ac ne principale videatur hoc bonum, & poſtea quendam ex ſervis Neronis.*

5. Lotio una, aut unius ſolii repletio ad *lavandum* quanti conſtiterit, ad hunc modum colligit *Glareanus*. Plin. XIII. 3. in unguenti libras minimum quadragenos ſupputat denarios. Si quis igitur ſolio, aut lavacro ingerat 567 ſextarios, quos dupondios recte exiſtimat Budæus, erunt unguenti 1152 libræ. Tot ſuffecerint ad unius ſolii expletionem, ut quis ſolus *lavet* (nam minuere magis ſtuduit omnia, quam augere) ea ſumma per 40 multiplicata, faciet ſummam denariorum 46080. Rurſus ea per 10 diviſa, producet ſummam coronatorum 4608.

6. Margaritas *pretioſiſſimas*, ut luxum oſtenderent, in cœnis pollucibilibus abſorpſerunt homines luxui dediti. Plin. IX. 35. Macrob. Sat. II. 13. *Duo fuere maximi uniones per omne ævum: utrumque poſſedit Cleopatra, Ægypti reginarum noviſſima, per manus orientis regum ſibi traditos. Hæc, cum exquiſitis quotidie Antonius ſaginaretur epulis, ſuperbo ſimul, ac procaci faſtu, ut regina meretrix, lautitiam ejus omnem, apparatumque obtrectans, quærente eo, quid adſtrui magnificentiæ poſſit, reſpondit: una ſe cœna centies HS* (ſupr. §. 3.) *abſumpturam. Cupiebat diſcere Antonius, ſed fieri poſſe non arbitrabatur. Ergo ſponſionibus factis, poſtero die, quo judicium agebatur, magnificam alias cœnam, ne dies periret, ſed quotidianam Antonio appoſuit, irridenti, computationemque expoſtulanti. At illa corollarium id eſſe, conſumpturamque ſe ea cœna taxationem confirmans, ſolamque ſexcenties HS cœnaturam, inferri menſam ſecundam juſſit. Ex præcepto miniſtri unum tantum vas ante eam poſuere aceti, cujus aſperitas, viſque in tabem margaritas reſolvit. Gerebat auribus cum maxime ſingulare illud, & vere unicum naturæ opus. Itaque exſpectante Antonio quidnam eſſet actura, detractum alterum merſit, ac liquefactum abſorbuit.* Val. Max. IX. 1. 2. *Quem*, Clodium Æſopi tragici filium, *conſtat commendabiles aviculas immanibus emptas pretiis, in cœna pro ficedulis ponere, acetoque liquatos magnæ ſummæ uniones potionibus adſpergere ſolitum.* De quo & Horat. Sat. II. 3. 239.

Filius Æſopi detractam ex aure Metellæ,
Scilicet ut decies ſolidum exſorberet, aceto
Diluit inſignem baccam.

7. Aceto *liqueſcere margaritas* prodidit etiam Pauſan. Ἀρκαδ. p. 251. Ἔδωκε δ᾽ ἄρα ὁ θεὸς τοῖς μάλιστα ἀπερριμμένοις κρατεῖν τῶν ὑπερενηνεγμένων τῇ δόξῃ: τοῦτο μὲν γὰρ τὰ μάργαρα ἀποτήκεσθαι πέφυκεν ὑπὸ τοῦ ὄξους. *At enim abjectioribus rebus vim eam Deus indidit, ut ea ſuperarent, quæ maximæ eſſent inter homines æſtimationis: nam & aceto margarita reſolvuntur.* Prodidit Vitruv. VIII. 3. *Item margarita, non minus ſaxa ſilicea,*

factas ſorberet: convivis ex auro panes, & obſonia [8] apponeret: *Aut frugi hominem*
2 *eſſe oportere* dictitans, *aut Cæſarem* [9]. Quin & nummos [10] non mediocris ſummæ e
3 faſtigio [11] baſilicæ Juliæ [12] per aliquot dies ſparſit in plebem. Fabricavit & deceres [13] Liburnicas [14] gemmatis [15] puppibus, verſicoloribus [16] velis, magna thermarum

ſilicea, qua neque ferrum, neque ignis poteſt per ſe diſſolvere, cum ab igni ſunt percalefacta, aceto ſparſo diſſiliunt, & diſſolvuntur.

8. EX AURO PANES ET OBSONIA Pythæ quoque appoſuit ejus uxor, Plutarch. de virtut. mulier. p. 262. F. Ὁ Πύθης χρυσείοις ἐντυχὼν μετάλλοις, καὶ ἀγαπήσας τὸν ἐξ αὐτῶν πλοῦτον οὐ μετρίως, ἀλλ' ἀπλήστως, καὶ περιττῶς.... Αὕτη δὲ τῶν περὶ τὸ χρυσίον τεχνιτῶν, οἷς ἐπίστευε μάλιστα, καλέσασα καὶ καθείρξασα, πολὺν ἐκέλευεν ἄρτους τε χρυσοῦς, καὶ πέμματα παντοδαπὰ, καὶ ὀπώρας, καὶ ὄψον ᾧ μάλιστα τὸν Πύθην ἐγίνωσκεν ἡδόμενον ὄψοις καὶ βρώμασι. Ποιηθέντων δὲ πάντων, ὁ μὲν Πύθης ἧκεν ἀπὸ τῆς ξένης (ἐτύγχανε γὰρ ἀποδημῶν) ἡ δὲ γυνὴ δεῖπνον αἰτοῦντι παρέθηκε χρυσῆν τράπεζαν οὐδὲν ἐδώδιμον ἔχουσαν, ἀλλὰ πάντα χρυσᾶ. *Inviderat Pythes in metalla auri, amplexus quas inde conſequebatur divitias, non moderate, ſed inexplebili animo, & ſupra modum... Illa aurifabros, quibus maxime fidebat, ad ſe accitis, domique incluſos juſſit panes, bellaria, poma, & alios cibos, quibus maxime delectari Pythen noverat, ex auro omnia conficere. Qui cum omnia hæc confeciſſent, Pythes, qui peregre iverat, reverſus eſt, & uxor illi cœnam poſcenti auream appoſuit menſam, nullo cibo eſui apto, ſed omnibus aureis inſtructam.*

9. AUT FRUGI, AUT CÆSAREM i. aut parcum, moderatum, & probum, aut lautum, prodigum, & improbum. *Frugi bona*, & *frugis bona* apud Gell. N. A. VII. 11. cum dicebant, probum, officioſumque conſummate ſignificabant. *Nequam hominem*, dicit Gellius, *nulli rei, neque frugis bonæ, quod genus Græci fere* ἄσωτον, ἢ ἀκόλαστον, ἢ ἀχρεῖον, ἢ ἄχρηστον, ἢ κακότροπον, ἢ μιαρὸν *dicunt*. V. quoque *Bud. in Pandect. p.* 124. & ad *h. l. Beroaldum.*

* 10. NUMMOS interdum per teſſeras mittebant Imperatores. Dio XLIX. p. 417. C. Καὶ τέλος, σύμβολά τε τινὰ ἐς τὸ θέατρον κατὰ κορυφὴν ἔῤῥιψε, τῷ μὲν ἀργύριον, τῷ δὲ ἐσθῆτα, τῷ δὲ ἄλλο τι φέροντα. *Denique teſſeras in theatrum de ſublimi loco projecit, quibus huic pecunia, illi veſtis, aliud vero quid alii obveniebat.* Interdum reipſa mittere ſolebant. Martial. VIII. 78. 5. de Stella ludis ſuis aurum in populum mittente.

Non illi ſatis eſt turbato ſordidus auro
Hermus, & Heſperio qui ſonat orbe Tagus.
Omnis habet ſua dona dies, nec linea dives
Ceſſat, & in populum multa rapina cadit.
Nunc veniunt ſubitis laſciva numiſmata nimbis.

* 11. FASTIGIUM quid ſit dixi ad Curt. III. 12. 25. §. 85. Ex ſublimi vero & edito loco miſſilia jactabant Imperatores, ut docui ſupr. Cal. 18. 4. §. 9.

* 12. BASILICAM JULIAM tertio imperii ejus anno *Romæ dedicatam* eſſe ſcribit Euſeb. Chron. ad a. 1971. A patre ſuo cœptam & prolongatam, a ſe perfectam eſſe in ſuo indice ſcribit Auguſtus. In ea cauſæ agebantur centumvirales. Quintil. Inſt. Orat. VII. 5. *Cum in baſilica Julia diceret* Trachalus *primo tribunali.* Plinius ſupr. Cæſ. 10. 1. §. 4. Et ſtatuæ ponebantur. Schol. Juven. IV. 81. *Criſpus municeps Viſellienſis tyrocinio ſuo in ſenatu ita cœpit: P. C. & tu Cæſar, propter quod ſimul oratione planiſſime a Tiberio collaudatus, plurimas ſponte cauſas apud C. viros egit. Pro qua re in baſilica Julia ſtatua ejus poſita eſt.* Forte eadem cum porticu *Julia.* Gloſſæ Pertii. *Fœneratores ad Puteal Scribonis Licinii, quod eſt in porticu Julia, ad arcum Fabianum convenire ſolebans.* Eam vetuſtate collapſam Vettius Probianus præfectus Urbis inſtauravit. Inſcriptio Romana:

GABINIUS. VETTIVS.
PROBIANVS. V. C. PRAEF. VRB.
STATUAM. QVAE. BASILICAE.
IVLIAE. A. SE. NOVITER.
REPARATAE. ORNAMENTO.
ESSET. ADIECIT. &c.

V. *Scalig. in Euſeb. p.* 145. *Parrhaſ. Epiſt.* 57.

13. DECERES, Græce δεκήρεις i. decemremes. Naves ingentis magnitudinis intelligit, quæ thermarum, & tricliniorum capaces eſſent, quales a regibus Ægypti & Macedoniæ fabricatas refert Athenæus. Laxitas autem & capacitas decemremis triclinia, & conclavia, & thermas complecti poteſt. *Turneb. Adverſ.* XXII. 31. V. etiam *Meibom. Fabric. Trirem. p.* 1. & *Voſſ. Trirem. & Liburn. conſtr. Antiq. Roman. Græv. Tom.* XII. *p.* 727.

14. LIBURNICÆ quid fuerint, dixi ſupr. Aug. 17. 6. §. 28. Haſce Caji *Liburnicas* vocat noſter, quod inſtar *Liburnicarum* eſſent factæ. V. *M. Donatum.*

15. GEMMATIS i. *gemmis* ornatis. Ita *pocula gemmata* dicit Plin. XVII. 2. *Quinimo etiam jus videntur perdidiſſe corripiendi gemmata potoria.*

16. VERSICOLORIBUS i. variis *coloribus* conſtantibus, quos invicem quaſi mutari videmus. Tales in pavonis cauda, columbæ collo, & maris aqua apparent. Cicer. de Fin. III. 5. *Alia autem nullam ob utilitatem, quaſi ad quendam ornatum, ut cauda pavoni, plumæ verſicolores columbis. Verſicoloria* Alexandri Magni duces, purpurea Cleopatra habuit. Plin. XIX. 1. *Tentatum eſt tingi linum quoque, & veſtium inſaniam accipere, in Alexandri Magni primum claſſibus, Indo amne navigantis, cum duces ejus, ac præfecti in certamine quodam variaſſent inſignia navium*

rum & porticuum & tricliniorum laxitate, magnaque etiam vitium & pomiferarum
arborum varietate: quibus diſcumbens de die inter choros [17] ac ſymphonias [18], lit-
tora Campaniæ [19] peragraret. In exſtructionibus prætoriorum [20] atque villarum o- 4
mni ratione poſthabita, nihil tam efficere concupiſcebat, quam quod effici negare-
tur. Et jactæ [21] itaque moles infeſto [22] ac profundo mari [23], exciſæ rupes duriſſimi 5
ſilicis, & campi montibus aggere æquati, & complanata foſſuris [24] montium juga [25],
incredibili quidem celeritate, cum moræ culpa capite lueretur. Ac ne ſingula enu- 6
merem, immenſas opes, totumque illud Tiberii Cæſaris, vicies ac ſepties millies
HS [26] non toto vertente anno [27] abſumpſit.

vium, ſtupueruntque littora flatu verſicoloria implente. Velo purpureo ad Actium cum M. Antonio Cleopatra venit, eodemque effugit.

17. Inter choros.... Cajum imitatus eſt Verus imperator apud Capitol. c. 6. *Quum interfecto legato, caſis legionibus, Syriis defectionem cogitantibus, oriens vaſtaretur, ille in Apuleja venabatur: & apud Corinthum, & Athenas inter ſymphonias & cantica navigabat.* Chorus *proprie eſt coavorum cantus, atque ſaltatio.* Serv. ad Georg. I. 346.

Omnis quam chorus, & ſocii comitentur ovantes.

18. Symphonia eſt concentus ex pluribus diverſis vocibus in unam concordiam temperatus. Iſidor. III. 19. *Symphonia eſt moderationis temperamentum ex gravi & acuto concordantibus ſonis, ſive in voce, ſive in flatu, ſive in pulſu.* Apul. Met. XI. p. 261. *Symphonia dehinc ſuaves, fiſtulæque modulis dulciſſimis perſonabant.* Hinc tibiæ *ſymphoniacæ*, quibus in *ſymphonia* utebantur. Petron. Sat. c. 28. *Quum adſerretur, ad caput ejus cum minimis ſymphoniacis tibiis acceſſit.* Et *pueri ſymphoniaci*, qui *ſymphoniam* canunt. Cicer. pro Mil. c. 21. *Milo, qui numquam, tum caſu pueros ſymphoniacos uxoris ducebat.*

19. Campaniæ V. illam ſupr. Aug. 72. 5. §. 22.

20. Prætoriorum, quæ deſcripſi ſupr. Aug. 72. 6. §. 31.

21. Jactæ i. ædificatæ, exſtructæ. Horat. Od. III. I. 34.

Jactis in altum molibus.

Ubi Acro. *Verbo ipſo uſus eſt fabricantium. Jaci enim in mare moles dicuntur, quoties excluditur aqua.* V. ſupr. Aug. 28. 3. §. 13.

22. Infesto i. adverſo, inimico. V. ſupr. Cæſ. 24. 3. §. 16.

23. Mari jecit has moles Cajus, ut ſuum etiam in *mare* oſtenderet dominium. Joſeph. Ant. Jud. XIX. I. Καὶ τἆλλα ἔπρασσε μανίας οὐδὲν ἀπολελειμμένος, ἐπεὶ καὶ ἀπὸ Δικαιαρχίας τῆς πόλεως ἐν Καμπανίᾳ κειμένης εἰς Μισηνὸς ἑτέραν πόλιν ἐπιθαλάσσιον καὶ τὴν διάβασιν δεινὸν ἡγούμενος τριήρει περαιοῦν, καὶ ἄλλως ἐπιβάλλειν ἡγούμενος αὐτῷ δεσπότῃ ὄντι τῆς θαλάσσης ταυτὰ καὶ ὁποῖα καὶ παρὰ γῆς ἀπαιτεῖν. *Aliis quoque operibus ſuam declarabat inſaniam, quando a Puteolis urbe Campania ad Miſenum alterum maritimum oppidum gravatus triremi trajicere, & alioqui ad ſuam dominationem pertinere exiſtimans, ſi a mari eadem, quæ a terra, obſequia exigeret.*

*24. Fossuris i. foſſionibus. Colum. Arb. 12. *Simulatque uva variari cœperit, fodito tertiam foſſuram.*

25. Montium juga dum *complanavit* Cajus, imitatus eſt Xerxem, qui *velut naturæ ipſius dominus, & montes in planum deducebat, & convexa vallium æquabat; & quædam maria pontibus ſternebat.*

26. Vicies ac septies millies HS i. ſexaginta & ſex milliones, & quinquaginta millia philippicum. V. *Lipſ. Admir.* II. 14. *Snell. de re num. p.* 70. *Scalig. de re num. p.* 97. *Meurſ. de lux. Rom. c.* 2. *Buleng. de imperio* III. 23. IX. 94. *Gronov. de pecun. vet.* IV. 6. *Onuphr. Comm. R. R. p.* 412. *Xylandr. in Dion. p.* 968.

27. Annus vertens *eſt natura, dum ſol percurrens duodecim ſigna eodem, unde profectus eſt, redit.* Cenſor. de die nat. c. 19. Vitruv. IX. 4. Macrob. Sat. I. 14.

CAPUT XXXVIII.

ARG. *Ad rapinas animum convertit, quibuſdam civitatem Romanam negat, Julii, & Auguſti diplomata, ut obſoleta deflet, cenſus perperam editos arguit, teſtamenta, in quibus heres non nuncupatur, ut ingrata reſcindit, ſuper quadraginta reos una ſententia condemnat, & ſpectaculorum reliquias in auctione vendit, & extendit Cajus Cæſar Caligula.*

Exhauſtus [1] igitur atque egens, ad rapinas convertit animum, vario & exquiſitiſſi- 1
mo

Exhaustus eſt, cujus opes ſunt abſumptæ. Plaut. Merc. I. I. 55.

Exhaurire me quod quirem ab ſe domo.

Exhauriuntur proprie fontes, & putei, & vaſa, cum

illis

2 mo calumniarum [2], & auctionum, & vectigalium genere. Negabat jure civitatem
Romanam uſurpare [3] eos, quorum majores ſibi poſteriſque eam impetraſſent, niſi
3 filii eſſent. Neque enim intelligi debere *poſteros* [4] ultra hunc gradum. Prolataque
4 divorum Julii & Auguſti diplomata [5], ut vetera & obſoleta deflebat [6]. Arguebat
& perperam editos cenſus [7], quibus poſtea [8] quacunque de cauſa quidquam incre-
5 menti acceſſiſſet. Teſtamenta primipilarium [9], qui ab initio principatus Tiberii,
6 neque illum, neque ſe hæredem reliquiſſent, ut ingrata [10] reſcidit [11]. Item cæte-
rorum, ut irrita & vana, quoſcunque quis diceret [12] hærede Cæſare mori deſtinaſſe.
7 Quo metu injecto, cum jam & ab ignotis inter familiares, & a parentibus inter li-
beros palam [13] hæres nuncuparetur, deriſores vocabat: quod poſt nuncupationem [14]
vivere

illis *anima* i. liquor *omnis intertrahitur*, ut loquitur Plaut. Amph. II. 2. 41. Noſter ſæpius. V. *Paſſerat. in Prop.* III. II. I.

2. CALUMNIARUM i. litium & interpretationum falſarum, & *calumnioſarum*, ex quibus fiſco penderentur multæ. Juſtin. XLII. I. 2. *Cum calumnia tardius lati auxilii mercede fraudarentur.* Eo ſenſu verbum *calumniari* uſurpat Paull. Digeſt. X. 4. 19. *Reſpondit, non oportere jus civile calumniari, neque verba captari: ſed qua mente quid diceretur, animadvertere convenire.*

3. CIVITATEM ROMANAM USURPARE i. gerere ſe ut civem Romanum, qui non ſit.

4. POSTERORUM appellatione notiſſima non ſolum filii, ut iniquus voluit Cajus, ſed & nepotes, pronepotes, abnepotes, & reliqui gradatim deſcendentes intelliguntur. Paull. Digeſt. XXXVIII. 10. §. 10. *Liberi uſque ad trinepotem nominantur: ultra hos poſteri vocantur.* Modeſt. Digeſt. L. 6. §. 4. *Immunitates tributa generaliter eo jure, ut ad poſteros tranſmitterentur, in perpetuum ſuccedentibus durant.* Vopiſc. Prob. c. 23. *Quum imago Probi in Veronenſi ita fulmine icta eſſet, ut ejus prætexta colores mutaret, aruſpices reſponderunt, hujus familiæ poſteros tanta in ſenatu claritudinis fore, ut omnes ſummis honoribus fungerentur. Sed adhuc neminem vidimus: poſteri autem videntur æternitatem habere.* V. quoque *Beroaldum*, *Torrentium*, *Caſaub. ad Vopiſcum*, *Spanhem. ad Conſtit. Anton. Imperat. Exercit.* I. §. 18.

5. DIPLOMATA V. ſupr. Aug. 50. I. §. I.

6. DEFLEBAT i. verbis deplorabat, & tanquam nimis vetuſta, & obſoleta, per jocum, & mimice miſerabatur. *Deflemus* mala non ſemper lacrymis, ſed etiam ſola voce, & ſine illis. Curt. VIII. 6. 7. *Ignominiam ægre ferens deflere apud Soſtratum cœpit.* Senec. conſol. ad Marc. c. 26. *Illo ingenio, quo civilia bella deflevit.* Noſt. ſupr. 30. 9. V. *Freinsh. Ind. Curt.*

7. PERPERAM EDITOS CENSUS i. male profeſſum patrimonium. Singulis enim quinquenniis unuſquiſque civis Romanus bona ſua apud cenſores profiteri debebat. Hinc *conficere profeſſionem* dicit Cicer. Fam. XVI. 23. Quod interprete Turneb. Adverſ. XXI. 5. eſt profiteri rem ſuam, & edere numerum ejus, vel modum, vel æſtimationem apud magiſtratum.

8. POSTEA i. poſt luſtrum conditum, & cenſum actum. *Turneb. Adv.* XXII. 31.

9. PRIMIPILARIUM non tantum; ſed & omnium centurionum. Dio LIX. p. 651. B. Πάντας ἁπλῶς τὰς τῶν ἐν τοῖς ἑκατοντάρχοις ἐστρατευμένων οὐσίας, ὅσοι μετὰ τὰ ἐπινίκια ἃ ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἔπεμψεν, ἄλλῳ τινὶ αὐτὰς, καὶ μὴ τῷ αὐτοκράτορι, κατελελοίπεσαν, αὐτὸς ἑαυτῷ καὶ ἄνευ ψηφίσματος εἰσέπραξε. *Omnia ea bona, quæ centuriones a patris ſui triumpho alii, quam imperatori legaſſent, etiam nullo facto decreto ſibimet ipſe vindicavit.* *Primipilarium* facit tantum mentionem noſter, quia horum potiſſimum expetitæ hæreditates: ut eorum, ad quos pleraque commoda militiæ ſolita pervenire. Veget. II. 21. *Primipili centurio, poſtquam in orbem omnes cohortes per diverſas adminiſtraverit ſcholas, in prima cohorte ad hanc pervenit palmam, in qua ex omni legione infinita commoda conſequitur.* Inter alia autem *primipilarium* commoda ea fuerunt, quæ ex militum teſtamentis conſequebantur. Fere enim milites, qui in caſtris teſtamenta condebant, amicis commilitonibus, in primis autem *primipilaribus*, ſua relinquebant. Quintil. Inſt. VI. 3. *Optima eſt ſimulatio contra ſimulationem: qualis illa Domitii Afri fuit. Vetus habebat teſtamentum: & unus ex amicis recentioribus ſperans aliquid ex mutatione tabularum, falſam tabulam intulerat, conſulens eum, an primipilaris ei teſtamento ſuaderet ordinare ſuprema judicia.* Caſaubonus. *Primipilaris* quis fuerit dictus V. ſupr. Tib. 37. 5. §. 9.

10. INGRATA, quia principum beneficio ad hunc gradum, & has opes producti hanc mentem *gratam* illis debebant. Noſt. Ner. 32. 2.

11. RESCINDI dicuntur teſtamenta, quando irrita fiunt. Val. Max. VII. 7. *Conſideremus, quæ teſtamenta aut reſciſſa ſunt legitime facta: aut cum merito reſcindi poſſent, rata manſerunt.*

12. DICERET n. ſe ex aliquo audiviſſe, quod hæredem ſibi vellet eſſe principem. Illius bona, teſtamentis, tanquam irritis, atque futilibus, reſciſſis occupabat Cajus. Paullus l. ult. de teſtamentis. *Ejus bona, qui ſe imperatorem facturum hæredem eſſe jactaverat, a fiſco occupari non poſſunt.* V. *Beroaldum & Torrentium.*

* 13. PALAM hæredes nuncupare veteres interdum ſole-

Digitized by Google

vivere perſeverarent, & multis venenatas macteas [15] miſit. Cognoſcebat autem de- 8
talibus cauſis, taxato prius modo ſummæ [16], ad quem conficiendum conſideret [17],
confecto demum excitabatur. Ac ne paullulum quidem moræ patiens, ſuper qua- 9
draginta reos quondam ex diverſis criminibus una ſententia [18] condemnavit, gloria-
tuſque eſt experge factæ ſomno Cæſoniæ [19] *quantum egiſſet, dum ea meridiaret* [20]. Au- 10
ctione propoſita [21], reliquias omnium ſpectaculorum [22] ſubjecit [23], & venditavit: exquirens per ſe [24] pretia, & uſque eo extendens [25], ut quidam, immenſo coacti quæ-

ſolebant. Cicer. pro Mil. c. 18. *Teſtamentum autem palam fecerat, & illum heredem & me ſcripſerat.*

14. POST NUNCUPATIONEM i. poſtquam Cæſarem ſibi ſucceſſorem verbis palam expreſſiſſent, ut dictum ſupr. Aug. 17. 2. §. 10. Unde *nuncupationem* æſtimationem nudis tantum verbis expreſſam, quam ex rationum tabulis ſe probaturam offerebat Lollia Paullina Caji uxor, appellat Plin. IX. 35. *Lolliam Paullinam vidi ſmaragdis, margaritiſque opertam, alterno textu fulgentibus, toto capite, crinibus, ſpiris, auribus, collo, manibus, digitiſque: quæ ſumma quadringenties HS. colligebat: ipſam confeſtim paratam nuncupationem tabulis probare.* V. *Torrentium.*

15. MACTEA, ſive *mattya*, ut Athenæus infra; ſed a Græco *μάττειν*, i. ſubigere, quia deducitur, in illa dictione æque ferri poteſt, ac in aliis ab eadem origine, ut *μάκτης, μάκτρα, μάκτρον.* *Dauſquej. Orthog.* II. *p.* 194. cibus fuit omnis opiparus, & ſplendidus. Athen. XIV. p. 663. *Ματτύην ἡμεῖς φαμὲν ἀπὸ τοῦ μάττειν· ἀφ' οὗ καὶ ἡ μᾶζα αὐτὴ ὠνομάσθη, καὶ ἡ παρὰ Κυπρίοις καλουμένη μαγὶς, καὶ τὸ τρυφᾷν καθ' ὑπερβολὴν ὑπερμαζᾷν. Κατ' ἀρχὰς μὲν οὖν τὴν δημοτικὴν καὶ κοινὴν ταύτην τροφὴν τὴν ἐκ τῶν ἀλφίτων μᾶζαν ὠνόμαζον, καὶ μάττειν τὸ παρασκευάζειν αὐτήν· ὕστερον δὲ ποικίλλοντες τὴν ἀναγκαίαν τροφὴν ἀκολάστως, καὶ περιέργως μικρὸν παραγαγόντες τοὔνομα τῆς μάζης ματτύην ὠνόμαζον πᾶν τὸ πολυτελὲς ἔδεσμα, τὸ δὲ ματτυάζειν τὸ παρασκευάζειν αὐτὰ, εἴτε ἰχθὺς εἴη, εἴτε ὄρνις, εἴτε λάχανον, εἴτε ἱερεῖον, εἴτε μυττωτόν.* *Mattyam nos dicimus ἀπὸ τοῦ μάττειν, a ſubigendo, & pinſendo, ut & mazam, ac quam μαγίδα Cyprii nominant, & ſupra modum luxu diffluere ὑπερμαζᾷν. Hunc itaque cibum plebejum, ac promiſcuum, & communem, mazam appellarunt, & μάττειν ipſum piſtura præparare. Poſtea vero edulium neceſſarium illud intemperantius variantes, & curioſius, appellatione maza nonnihil detorta, opiparum & ſplendidum omnem cibum mattyam nuncuparunt, ac ματτυάζειν, illum apparare, quicunque ſit, piſcis, avis, olus, victima, moretum, alliatum.* Ex recentioribus V. *Turneb. Adv.* XXII. 6. *Rhodig. A. L.* IX. 12. *Rader. Mart.* X. 53. 4. *Pontan. Macrob. Saturn.* II. 8.

16. TAXATO MODO SUMMÆ i. cum prius collegiſſet *ſummam* pecuniæ, qua indigebat. *Taxare* quid, dictum ſupr. Aug. 41. 4. §. 8.

17. CONSIDERET in tribunali tanquam judex. *Sedebant* enim judices. Cicer. pro Rabir. Poſt. c. 4. *Accuſavi de pecuniis repetundis: judex ſedi.* Phædr. I. II. 6.

Tunc judex inter illos ſedit ſimius.

Hinc *ſedere* in aliquem eſt ejus eſſe judicem. Cicer. ibid. c. 5. *Modo vos iidem in A. Gabinium judices ſediſtis.* Notat hoc animum quietum, & perturbationibus nullis obnoxium.

18. UNA SENTENTIA. Ex qua Caji improbitas ſignificatur condemnantis *una ſententia* reos, quorum diverſæ erant cauſæ, & diverſa crimina, & ob id debebant ſingulatim audiri; & eorum cauſæ ob diverſitatem non merebantur ſubjici *uni ſententiæ.* Beroaldus.

19. CÆSONIÆ, uxori ſuæ, ſupr. 25. 5. infr. 50. 7.

20. MERIDIANO cibo ſumpto, ut eſſet alter veluti dies inter prandium & veſperam, quieſcebant veteres. Plin. Epiſt. III. 5. *Dormiebatque minimum, mox, quaſi alio die, ſtudebat in cœna tempus.* Senec. de Tranq. c. 15. *Quidam medio die interjunxerunt, & in poſtmeridianas horas aliquid levioris operæ diſtulerunt.* Sidon. Apoll. Epiſt. II. 9. *Excuſſo torpore meridiano paulliſper equitabamus, quo facilius pectora marcida cibis cœnatoria fami exacueremus.* Ipſi imperatores *meridiare* ſolebant. Auguſtus ſupr. 78. 1. §. 4. Alexander Severus apud Lamprid. c. 61. aliique. Somnum hunc *inſtitium* vocat Varro R. R. I. 2. *Tamen æſtivum diem ſi non diffinderem meo inſtitio ſomno meridie, vivere non poſſem.* V. quoque *Salmaſ. Exercit. Plin. p.* 96. *a. G: b. D. Savar. in Sidonium. Barth. Adv.* XLV. 4. *Demſter. A. R.* V. 27.

21. PROPOSITA i. publice indicta, n. ſe illam habiturum. V. ſupr. Cæſ. 80. 3. §. 8.

22. RELIQUIÆ SPECTACULORUM ſunt gladiatores, qui ſpectaculo ſuperſtites remanſerant. Dio LIX. p. 650. C. *Τοὺς γὰρ περιγενομένους τῶν μονομάχων παντοίως ἐπιτιμῶν ἀπεδίδοτο, αὐτός τε ἐπὶ τοῦ πρατηρίου καθεζόμενος, καὶ αὐτὸς ὑπερβάλλων.* *Gladiatores, qui ſuperfuiſſent, pretio iniquiſſimo vendidit, ipſe aſſidens in foro, & auctionans.* V. *Caſaubonum.*

23. SUBJECIT n. haſtæ i. venales propoſuit. Cicer. Offic. II. 23. *Haſtam in foro ponere, & bona civium voci ſubjicere præconis.*

24. PER SE, non opera præconis, ut in auctionibus fieri ſolebat. V. Dionem ſupr. §. 22.

25. EXTENDENS i. augens. Hinc enim auctio dicitur, quia auget ementem & vendentem. Fulgent. de priſc. ſerm. §. 26. *Auctio dicitur venditio, quaſi quod & ementem augeat, & vendentem.* Juſtin. XI. 4. 8. *Quorum pretium non ex ementium commodo, ſed ex inimicorum odio extenditur.*

26. Exu-

11 quædam emere, ac bonis exuti [26] venas ſibi inciderent [27]. Nota res eſt, Aponio Saturnino [28] inter ſubſellia [29] dormitante, monitum a Cajo præconem, ne prætorium virum crebro capitis motu nutantem [30] ſibi præteriret: nec licendi finem factum, quoad tredecim gladiatores HS nonagies [31] ignoranti addicerentur.

26. EXUTI i. privati. Tacit. Ann. IV. 21. 4. *Bonis exutus, ſaxo Seriphio conſenuit.* Noſt. Ner. 32. 6. Gramm. II. 2. Ita *exuere hoſtem caſtris* dicimur, quem illinc pellimus. ſupr. Cæſ. 60. 3. Aug. 13. 1.

27. VENAS SIBI INCIDERENT i. *venis inciſis* morerentur. Quam mortem lenem, & facilem commendat Senec. de Ira III. 15. *Quæris, quod ſit ad libertatem iter? quælibet in tuo corpore vena*, ſcalpello n. aperienda, ut monet idem Epiſt. 70. *Scalpello aperitur ad illam magnam libertatem via, & punctio ſecuritas conſtat.*

28. APONIUS SATURNINUS prænomine *Marcus*, ut dicitur in fragmento Fratrum Arvalium. Hunc *M. Aponium*, ut Tacit. Hiſt. I. 79. 7. ſive *Aponium Saturninum*, ut ibid. II. 85. 4. dicitur, Mœſiæ prætorem fuiſſe putat *Celeb. Ryck. ad Tacit. Hiſt.* I. 79. 7.

29. INTER SUBSELLIA i. *in ſubſelliis*, in quibus ſedebant licitatores. V. & ſupr. Cæſ. 39. 11. §. 47.

30. NUTARE capite identidem, qui dormitat, conſuevit. V. ſupr. Cæſ. 4. 5. §. 27. Et qui capite *nutat*, quod fit, aut dicitur, approbare videtur. Athen. II. p. 66. C. Ὅτι δ' ἱερὰν ἐνόμιζον τὴν κεφαλὴν, δῆλον ἐκ τοῦ καὶ κατ' αὐτῆς ὀμνύειν: καὶ τοὺς γινομένους ὑπ' αὐτῆς πταρμοὺς προσκυνεῖν ὡς ἱερούς: ἀλλὰ μὴν καὶ τὰς συγκαταθέσεις βεβαιουμένους τῇ ταύτης ἐπινεύσει: ὡς καὶ ὁ Ὁμηρικὸς Ζεὺς φησὶν,

Εἰ δ' ἄγε τοι κεφαλῇ ἐπινεύσομαι.

Quod autem ſacrum olim caput exiſtimaverint, indicio eſt iurandi per ipſum conſuetudo: & ſternutamenta, quæ ex ipſo prodeunt, adorandi, veluti ſacra: quin etiam, quæ aſſentiuntur, & comprobant, capitis nutu confirmandi: quemadmodum Jupiter apud Homerum,

Eja age, nunc capite annuo.

Quintil. Inſtit. XI. 3. *Quippe non manus ſolum, ſed nutus etiam declarant, noſtram voluntatem, & in mutis pro ſermone ſunt.* Unde *renuere*, quod fit, aut dicitur, rejicere eſt ſupr. Cæſ. 82. 1. Aponius itaque Cajo videbatur motu capitis *innuere*, ſe venalia emere velle, cum revera ex ſomno *nutaret*.

31. HS NONAGIES i. ducentis, & viginti quinque millibus coronatorum.

CAPUT XXXIX.

ARG. *In Gallia ſororum ornamenta.... & veteris aulæ inſtrumenta vendit, & provincialem, qui ducenta HS vocatoribus, ut convivio interponeretur, numeraverat, poſtero die ad cœnam vocari jubet Cajus Cæſar Caligula.*

1 In Gallia [1] quoque, cum damnatarum ſororum ornamenta, & ſupellectilem, & ſervos, atque etiam liberos, immenſis pretiis vendidiſſet: invitatus lucro, quidquid [2] inſtrumenti [3] veteris aulæ [4] erat, ab Urbe repetiit, comprehenſis ad deportandum

IN GALLIAM quare abierit Cajus, docet nos Dio LIX. p. 656. B. Ἐς τὴν Γαλατίαν ἀφώρμησε, πρόφασιν μὲν, τοὺς Κελτοὺς πολεμίους, ὡς καὶ ταραχώδεις τι, ποιησάμενος, ἔργῳ δ' ὅπως καὶ τὰ ἐκείνων ἀθρόα τοῖς πλούτοις, καὶ τὰ τῶν Ἰβήρων ἐκχρηματίσηται. *Igitur Cajus in Galliam abiit, obtentu Germanici belli uſus, quod is populus aliquid novi motus dediſſet: ipſe revera in animo habens, Gallias quoque opibus florentes, & Hiſpaniam expilare.*

2. QUIDQUID *inſtrumenti* i. omne *inſtrumentum*. Catul. I. 8.

Quare habe tibi, quidquid hoc libelli eſt.

i. librum, quantuſcunque eſt, librum hunc totum. Nemeſ. Ecl. I. 75.

Reboat te quidquid carminis echo,

i. omne carmen. *Quidquid exſulum, quidquid hominum* Ner. 43. 1. *quidquid agrorum* Tib. II. 4. *quidquid librorum* Aug. 31. 1. *quidquid prætorianarum cohortium* Vitell. 10. 1. *quidquid epiſtolarum* Oth. 10. 6. i. omnes exſules, homines, ægros, libros, prætorianas cohortes, epiſtolas dicit noſter. *Quidquid*, non *quicquid* ſcribendum eſſe Orthog. p. 666. probat Manutius, tum quia in *quicquid* ſonus aliquanto aſperior videatur, tum quia ita reſerat Interamnæ ad Maximum templum antiquus lapis, cujus hoc eſt fragmentum. QVIDQVID. IN. EGREGIUM. HOMINEM. LAVDIS. DICI. POTEST. IN. HOC. SIT BENEFICIO. NATVRALE COLLATVM.

3. INSTRUMENTUM & ſupellectilem licet diſtinxerimus ſupr. Aug. 73. 1. §. 1. tamen & *inſtrumentum* ſupellex dicitur. Juſtin. XXIII. 2. 6. *Deſperatis rebus uxorem ſuam Texenam, cum omni pecunia, & familia, regalique inſtrumento, quo præter illum nemo regum ditior erat, Ægyptum remittit*, & Seneca ſupr. Aug. 71. 2. §. 6. Hoc quomodo vendiderit Cajus, prodidit Dio LIX. p. 656. E. Ἀφ' ὅτου καὶ τὰ τῆς μοναρχίας κειμήλια τὰ κάλλιστα, καὶ τιμιώτατα μεταπεμψάμενος ἀπεκήρυξε, τὴν δόξαν τῶν ποτὲ χρησαμένων αὐτοῖς συμπωλῶν σφίσιν, ἐπιλέγων γοῦν ἐφ' ἑκάστῳ, τοῦτο μὲν ὁ πατήρ μου ἐκτήσατο, τοῦτο ἡ μήτηρ, τοῦτο ὁ πάππος,

τοῦτο

Digitized by Google

tandum meritoriis [5] quoque vehiculis, & piſtrinenſibus [6] jumentis: adeo ut & panis
Romæ ſæpe deficeret [7], & litigatorum plerique, quod occurrere [8] abſentes ad va-
dimonium [9] non poſſent, cauſa caderent [10]. Cui inſtrumento diſtrahendo nihil non 2
fraudis ac lenocinii [11] adhibuit: modo avaritiæ ſingulos increpans, & *quod non pude-
ret eos locupletiores eſſe, quam ſe*: modo pœnitentiam ſimulans, quod principalium [12]
rerum privatis copiam faceret. Comperterat provincialem locupletem ducenta HS [13] 3
numeraſſe vocatoribus [14], ut per fallaciam [15] convivio [16] interponeretur: nec tule-
rat

τῦτο ὁ πρόπαππος· Ἀντωνίε τῦτο Ἀλεξάντιον, Αὐγύστε τὸ νικητήριον: καὶ τῦτο τινὶ τι ἀνάγκην ἅμα τῆς πράσιας αὐτῶν ἐνεδείκνυτο, ὅτι μηδὲνα ὑπομένειν ἰσχυρῶν δοκεῖν. *Quo ibidem factum, ut regni etiam cimelia pulcerrima pariter, & pretii maximi curaret adferri, & emptoribus proſtitueret, una cum eis illorum quoque gloriam diſtrahens, qui aliquando uſi fuiſſent: ſingulis enim addebat, hoc patris mei fuit, hoc matris, hoc avi, hoc proavi: hoc Antonius in Ægypto uſus eſt, hoc Auguſtus de victoria paravit: ſimul oſtendens neceſſitatem diſtractionis eorum, ut jam nemo auderet divitiarum opinionem de ſe præbere.*

4. VETERIS AULÆ, ab anteceſſoribus Auguſto & Tiberio inſtructæ.

5. MERITORIIS, id eſt, mercede conductis. V. ſupr. Cæſ. 57. 2. §. 6.

6. PISTRINENSIBUS i. in *piſtrino* molas verſantibus. V. ſupr. Cæſ. 31. 2. *Piſtrinum* V. ſupr. Aug. 4. 4. §. 18.

7. PANIS quia *defecit* aliquando, hinc colligimus, molas molendinarias, quæ aquariæ ſunt, non fuiſſe in frequenti uſu apud Romanos. Scribit tamen Pallad. R. R. I. 42. *Si aquæ copia eſt, fuſtra balnearum debent piſtrina ſuſcipere, ut ibi formatis aquariis molis ſine animalium, vel hominum labore frumenta frangantur.* Beroaldus.

8. OCCURRERE, aut non *occurrere* ad vadimonium dicebatur actor, ut illud deſerere reus: uterque autem i. actor, & reus deſerre & obire vadimonium, & vadimonio ſe ſiſtere. *Revard. Protribun.* c. 9. V. quoque *Salmaſ. de mod. uſur.* c. 16.

9. VADIMONIUM eſt ſponſio ad certum diem ſiſtendi ſe in judicio, vel per ſe, vel per procuratorem. *Vadari* aliquem eſt illum die dicta in jus citare. Qui litem alicui intendere volebat, a prætore poſtulabat, ut eum *vadari* liceret. Plaut. Aul. II. 4. 37.

Pulmentum pridem ei eripuit milvius:
Homo ad prætorem deplorabundus venit:
Inſit ibi poſtulare, plorans, ejulans,
Ut ſibi liceret milvium vadarier.

Vadimonii ſollennia verba erant, IN DIEM TERTIUM, SIVE PERENDINUM. Cicer. pro Mur. c. 12. *Jam illud mihi quidem mirum videri ſolet, tot homines, tamen ingenioſos, per tot annos etiam nunc ſtatuere non potuiſſe, utrum diem tertium, an perendinum dici oporteret.* Aſcon. in Cicer. p. 76. *Comperendinatio eſt ab utriſque litigatoribus invicem ſibi denuntiatio in perendinum diem. Namque cum in rem aliquam agerent litigatores, & pœna ſe ſacramenti peterent, poſcebant judicem, qui dabatur poſt trigeſimum diem: quo dato, deinde inter ſe perendinum diem, ut ad judicium venirent, denuntiabant.* Ita verba hiſce notis ſcribi ſolita I. D. T. S. P. tradit Valerius Probus de notis Romanorum. De *vadimoniis* etiam *Sigon. de jud.* I. 20. *Pollet. F. R.* V. I. 2. 3. *Briſſon. de form. V. p.* 368. *Calvin. & Spiegel. in Lexicis.*

10. CAUSA CADERE i. rem, litem amittere, litem perdere, ut Horat. Sat. I. 9. 37.

——— *& caſu tunc reſpondere vadato*
Debebat, quod ni feciſſent, perdere litem.

Cicer. Fam. VII. 14. *Quod ſi ſcribere oblitus es, minus multi jam te advocato cauſa cadent.* Juſtin. Inſtit. IV. 6. 34. *Si quis agens, in intentione ſua plus complexus fuerit, quam ad eum pertinebat, cauſa cadebat, id eſt, rem amittebat, nec facile in integrum reſtituebatur a prætore, niſi minor erat viginti quinque annis. Formula excidere* dicitur noſtr. Claud. 14. 6. §. 13. V. & *Turneb. Adv.* XXIII. 34. *Pollet. F. R.* V. 3. *Bud. in. Pandect. p.* 31.

11. LENOCINII i. blanditiarum. Cicer. pro Sext. c. 66. *Et ſe vitiorum illecebris, & cupiditatum lenociniis dediderunt.* Unde *lenocinari*, adulari, blandiri. Cicer. Divin. Verr. c. 15. *Sic faciet Alienus: tibi ſerviet, tibi lenocinabitur.* Noſt. Claud. 7. I.

12. PRINCIPALIUM i. ad *principem* ſpectantium. Plin. Paneg. 50. I. *Tanta benignitas principis, tanta ſecuritas temporum eſt, ut ille nos principalibus rebus exiſtimet dignos*; i. cultu imperatorio, ut veſtimentis, vaſis argenteis & aureis, aliaque ſupellectile. Ita *formare mores juventutis principaliter* i. ut *principem* decet, dicit idem ibid. c. 47. Et *domum principalem* Senec. ſupr. Aug. 65. 7. §. 21. *libros principales* Ulpian. Aug. 65. 7. §. 22. Noſt. Claud. 17. 2.

13. DUCENTA HS i. quinque coronatorum millia. *Ciaccon. de Triclin. p.* 92.

14. VOCATORES erant ſervi, qui convivas invitabant, excipiebant, & loca decumbentibus pro dignitate cujuſque ſtatuebant. Plin. XXXV. 10. *Invitatus ad regis cœnam venit, indignantique Ptolemæo, ac vocatores ſuos oſtendenti, ut diceret, a quo eorum invitatus eſſet.* Senec. de Ira III. 37. *Minus honorato loco poſitus, iraſci cœpiſti convivatori, vocatori, ipſi qui tibi præferebatur.* * Nomenclatores & ὀνομακλήτορες dicuntur horum officium deſcribentibus Senecæ & Athenæo, illi Epiſt. 19. *Alioquin habebis convivas, quos ex turba ſalutantium nomenclator digeſſerit.* huic II. p. 47. Μετὰ ταῦτα ἀναστάντες κατεκλίθησαν ὡς ἕκαστος ἤθελεν, οὐ περιμείναντες ὀνομακλήτορα, τὸν

rat moleſte tam magno æſtimari honorem cœnæ ſuæ. Huic poſtero die ſedenti in auctione miſit, qui neſcio quid [17] frivoli [18] ducentis millibus traderet: diceretque, *cœnaturum apud Cæſarem vocatu ipſius* [19].

τὸν τῶν δείπνων ταξίαρχον. *Poſt hæc nos aſſurreximus, & , ut cuique libitum eſt, accubuimus, non exſpectato nomenclatore, ſuum in cœna cuique gradum & ordinem aſſignaturo.* De *vocatoribus* ſcribunt etiam *Popm. de oper. ſerv. p.* 121. *Pignor. de ſerv. p.* 112. *Druſ. Miſc.* I. 96. *Buleng. de conv.* I. 25. *Fabr.* & *Axen. in Phed.* I. 26. 7. *Stuck. A. C.* II. I. & 3.

15. PER FALLACIAM *convivio* imperatorum *interponi* ſtudebant adulatores. Ammian. XIV. p. 13. *Nomenclatores adſueti hæc & talia venditare, mercede accepta, lucris quoſdam & prandiis inſerunt ſubdititios ignobiles & obſcuros.*

* 16. CONVIVIO Imperatorum & Regum interponi honor ingens erat. Sidon. Epiſt. I. 11. *Poſtridie juſſit Auguſtus, ut epulo ſuo intereſſemus.* Pacat. Paneg. Theod. p. 120. *Ille cohoneſtatus aſſatu, ille menſa beatus, ille oſculo conſecratus eſt.* Curt. VIII. 6. 5. *Præcipuus honos habebatur, quod licebat ſedentibus veſci cum Rege.* Unde *honor menſæ regalis* apud Ammian. XV. 5. *Facilitate aditus, honoreque menſæ regalis adeo antepoſitus aliis, ut jam ſecretius de rerum ſumma conſultaretur.* Et euchariſticon, ſive gratiarum actio Papinii ad Domitianum pro epuli, ad quod vocatus fuerat, honore Sylv. IV. 2. Et *gratias apud ampliſſimum ordinem, quod ſe honore cœnæ dignatus eſſet,* egit Veſpaſianus apud noſt. infr. 2. 9.

* 17. NESCIO QUID quando dixerint veteres, dixi ad Curt. IX. 2. 31. §. 88. Noſt. Veſp. 13. 4.

18. FRIVOLA *ſunt proprie vaſa fictilia quaſſa. Unde dicta verba frivola, quæ minus ſunt fide ſubnixa.* Feſtus. Unde fragile & infirmum dicitur *frivolum.* Plin. VII. 7. *Miſeret atque etiam pudet æſtimantem quam ſit frivola animalium ſuperbiſſimi origo, cum plerumque abortus cauſa fiat odor a lucernarum exſtinctu.* Et tenuis, viliſque ſupellex *frivola.* Juvenal. Sat. V. 58.

> *Et, ne te teneam, Romanorum omnia regum*
> *Frivola.*

III. 198.

> —— *jam poſcit aquam, jam frivola transfert*
> *Ucalegon.*

Hinc *Frivolaria* Plautinæ comœdiæ nomen, quæ amiſſa, *frivolarii,* qui ſupellectilem iſtiuſmodi vendunt, *frivolarium forum,* ubi *frivola* venduntur. *Frivolus in cognoſcendo, & decernendo* dicitur etiam Claudius infr. 15. 1. *Frivolum auſpicium* infr. Ner. 41. 4. V. *Bud. in. Pandect. p.* 132. *Voſſ. Lex. Etym.*

19. VOCATU IPSIUS I. *vocatione,* & invitatione per *ipſum* Caligulam facta. *Stuck. A.* II. 1.

CAPUT XL.

ARG. *Vectigalia nova, atque inaudita exercet Cajus Cæſar Caligula.*

1 Vectigalia nova, atque inaudita primum per publicanos, deinde, quia lucrum
2 exuberabat [1], per centuriones tribunoſque prætorianos [2] exercuit [3]. Nullo re-
3 rum aut hominum genere omiſſo [4], cui non tributi aliquid imponeret. Pro eduliis,
4 quæ tota Urbe venirent [5], certum ſtatumque exigebatur. Pro litibus, atque judi-
ciis ubicunque conceptis [6] quadrageſima ſummæ [7], de qua litigaretur: nec ſine pœna, ſi quis

EXUBERABAT I. abundabat. Colum. præf. p. 4. f. *In Africa, Myſiaque denſa, & glutinoſa terra maxime exuberat.* Publicanis enim, ut, certo pretio perſoluto, reliquum ſibi haberent vectigalia locaverat Cajus.

2. TRIBUNUS PRÆTORIANUS dicitur *tribunus prætoriæ cohortis* Tacit. Ann. I. 77. I: III. 14. 6: XIII. 15. 5. & *tribunitius* Sidon. Epiſt. I. 3. VII. 10: IV. 14. eratque ſub præfecto prætorii, ut monet *Fab. Semeſt.* I. 3.

3. EXERCUIT I. exegit. Cicer. pro Manil. c. 2. *Equitibus Romanis, honeſtiſſimis viris afferuntur ex Aſia quotidie literæ, quorum magnæ res aguntur, in veſtris vectigalibus exercendis occupatæ.* c. 6. *Quo tandem animo exiſtimatis eſſe eos, qui vectigalia nobis penſitant, aut eos, qui exercent, atque exigunt.*

4. NULLO RERUM, AUT HOMINUM GENERE.... Et ita de Scipione Cæſar B. C. III. 32. I. *Interim acerbiſſime imperata pecunia tota provincia exigebantur. Multa præterea generatim ad avaritiam excogitabantur: in capita ſingula ſervorum, ac liberorum tributum imponebatur: columnaria, oſtiaria, frumentum, milites, arma, tormenta, vectura imperabantur: cujus modo rei nomen reperiri poterat, hoc ſatis eſſe ad cogendas videbatur.*

* 5. TOTA URBE VENIRENT. Res enim & merces, quæ alibi quam in foro vendebantur, inter promercales, quæ vectigali obligatæ erant, non videntur iuiſſe numeratæ. Hanc exceptionem ſummovit Caligula. V. *Burman. Diſſert. de Vectig. c.* 5.

6. UBICUNQUE CONCEPTIS I. in quacunque parte imperii inſtitutis.

7. QUADRAGESIMA SUMMÆ, e. g. ſi litigatum foret de *ſumma* XL. millium: ut *quadrageſima* pars, hoc

ſi quis compoſuiſſe [8] vel donaſſe negotium convinceretur. Ex gerulorum [9] diurnis 5
quæſtibus pars octava: ex capturis [10] proſtitutarum quantum quæque uno concubitu [11] mereret [12]. Additumque ad caput legis, ut tenerentur publico [13], & quæ me- 6
retricium [14], & qui lenocinium [15] feciſſent: nec non & matrimonia obnoxia [16] eſſent.

hoc eſt, mille de ipſa *ſumma* exigeretur nomine vectigalis. *Beroaldus.*

8. COMPONERE negotium, priuſquam de eo eſſet judicatum, ſæpe ſolebant litigatores, ut ita ſubterfugerent impenſas, moleſtiaſque litigatorias. Sed noluit Cajus per compoſitionem, vel per donationem lites explicari, ne quadrageſima, quæ ſibi ex lite debebatur, privaretur. *Beroaldus.*

9. GERULORUM i. illorum, qui mercedis gratia vecturas onerum ſuo corpore factitant. Colum. R. R. x. 310.

Ære ſinus gerulus plenos gravis urbe reportet.

Illos & bajulos appellarunt. Cicer. Parad. 3. *Utrum potius de bonis eſt quærendum, quid bajuli atque operarii, an quid homines doctiſſimi ſenſerint.* V. etiam *Beroaldum*, *Caſaubonum*, *Scheffer. de re vehic.* II. 2. *Burmann. Diſſert. de Vectig. c.* 12.

10. CAPTURA eſt id, quod meretrici datur pro concubitu. Cæſtius Pius apud Senec. Contr. I. 2. *Pretia ſtupri accepiſti, & manus, quæ diis datura erat ſacra, capturas tulit.* x. 4. *Tibi captura quotidiana non exſtat.*

11. QUANTUM.... *meruerit*, lege illis præſcriptum fuiſſe videtur, cujus meminit Plaut. Trucul. IV. 2. 47.

Quæ adverſus legem accepiſti a plurimis pecuniam.

De hac vero plura medicus experientiſſimus *T. Janſſonius ab Almeloveen Antiquit. p.* 41. *Sculting. in Senec. Contrev. p.* 79.

12. MERERE verbum eſt *meretricibus* accommodatum. Non. v. 8. *Meretrices a merendo dictæ ſunt, quod copiam ſui tantummodo noctu facerent.* Gell. N. A. I. 8. *Lais Corinthia ob elegantiam, venuſtatemque formæ grandem pecuniam merebat.* Beroaldus.

13. PUBLICUM eſt vectigal populi, τελώνια. * V. Veſp. I. I. §. 17. *Publico* r. vectigali, ſive tributo depenſo artes & ſordidæ & ſceleratæ tolerabantur. Tertull. de fuga c. 13. *Neſcio dolendum an erubeſcendum ſit, cum in matricibus beneficiariorum & curioſorum inter tabernarios, & lanios, & fures balnearum, & aleones, & lenones Chriſtiani quoque vectigales continentur.* Beneficiarii & curioſi inquirebant, & in matriculas ſuas referebant eos qui tali cauſa *publico tenebantur.*

14. MERETRICIUM abſolute appellat artem *meretriciam.* Voluit & eas obnoxias eſſe legi, quæ olim *meretricium* quæſtum exercuiſſent, quamvis in præſentia ob ſenium, aliamve cauſam non exercerent. *Beroaldus & Gruterus.*

15. LENOCINIUM *facit, qui quæſtuaria mancipia habuerit.* Ulpian. Digeſt. III. 2. 4. §. 3. *Qui artem ludicram, vel lenocinium fecerint.* Digeſt. XLVIII. 2. §. 4.

16. OBNOXIA vectigalibus *matrimonia* etiam apud antiquiſſimos ſeptemtrionales populos fuerunt. In eorum legibus vocatur *vectigal marcheta mulierum. March* olim iis ſignificabat equum: unde *marchiones, marcheren....* Hinc deducta metaphora ab equitando *marcheta mulieris* dicitur virginalis pudicitiæ prima violatio & delibatio. Hæc vetuſtiſſimis temporibus principibus omnibus viris & dynaſtis, qui *Domini Capitales* in legibus dicuntur, in ſuis ditionibus impie permiſſa, in omnibus novis nuptis, prima nuptiarum nocte. At invaleſcente religione Chriſtiana mos ille paullatim ſublatus, iſque concubitus certo vaccarum numero, & quaſi pretio redemptus eſt. Inde in vetuſtis Scotorum legibus, quas collegit Skenæus. *Quæcunque mulier fuerit, ſive nobilis, ſive mercenaria, marcheta ſua erit una juvenca, vel tres ſolidi: & rectum ſervientis tres denarii. Et ſi filia liberi ſit, & non domini villæ, marcheta ſua erit una vacca, vel ſex ſolidi.* Ejuſmodi vectigalia in quibuſdam Belgii noſtri ditionibus pagorum dominis adhuc hodie penduntur. *Boxhornius.* * Hoc legitimo matrimonio juncti pendebant, quoties liberis operam dabant. *Caſaubonus in hunc locum.* Potius inſtitutum in feminas legitimis nuptiis junctas, quæ domi meretricium, aut lenocinium facerent. *Buleng. de Vectig. c.* 38. Ego opinor in contrahentes matrimonium certam pecuniæ ſummam ſtatutam fuiſſe. Video enim etiam ab auctore conſil. qua ratione ſtatus imperii ære alieno exire queat p. 13. viam hanc probari. *Franckenſt. de Ærar. pop. Rom. c.* 8.

CAPUT XLI.

ARG. *Vectigalium legem minutiſſimis literis, & anguſtiſſimo loco proponit, lupanar in Palatio conſtituit, & ex aleæ luſu lucrum captat Cajus Cæſar Caligula.*

Hujuſmodi vectigalibus indictis [1], neque propoſitis [2], cum per ignorantiam ſcripturæ 1

INDICTIS 1. per præconem tantummodo promulgatis.

2. PROPOSITIS in publico, æneis tabulis publice figi juſſis, ut plures peccarent.

pturæ multa commiſſa fierent [3] tandem flagitante populo Romano propoſuit quidem legem: ſed & minutiſſimis literis, & anguſtiſſimo loco [4]: uti ne cui deſcribere
2 liceret. Ac ne quod non manubiarum [5] genus experiretur, lupanar in Palatio conſtituit [6]: diſtinctiſque & inſtructis pro loci [7] dignitate compluribus cellis [8], in qui-
3 bus matronæ ingenuique ſtarent [9]. Miſit circum fora, & baſilicas nomenclatores ad invitandos in libidinem juvenes ſeneſque: præbita advenientibus pecunia [10] fœnebris, appoſitique qui nomina [11] palam ſubnotarent, quaſi adjuvantium [12] Cæſaris
4 reditus. Ac ne ex luſu quidem aleæ compendium ſpernens [13], plus mendacio atque
5 etiam perjurio lucrabatur. Et quondam proximo colluſori demandata vice ſua [14], progreſſus in atrium domus, cum prætereuntes duos equites Romanos locupletes ſine

3. Commissa fierent i. *in commiſſum*, ſeu *in cauſam commiſſi* caderent. Sic loquuntur. Et *commiſſi* dicuntur merces, prædia, reſque aliæ, quæ in publicum deferuntur. *Torrentius.*

4. Angustissimo loco dum propoſuit legem, merito culpatur Cajus. In locis enim celeberrimis, atque ubi de plano ab omnibus legi poſſent, leges proponebantur. Ulpian. Digeſt. xiv. 3. 11. §. 3. *Proſcribere palam ſic accipimus: claris literis, unde de plano recte legi poſſit, ante tabernam ſcilicet, vel ante eum locum, in quo negotiatio exercetur: non in loco remoto, ſed in evidenti. Literis verum, Græcis, an Latinis: Puto ſecundum loci conditionem, ne quis cauſari poſſit ignorantiam literarum.* Joſeph. Ant. Jud. xix. 4. Τοῦτό μου τὸ διάταγμα τοὺς ἄρχοντας τῶν πόλεων, καὶ τῶν κολωνιῶν, καὶ μουνικιπίων τῶν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, καὶ τῶν ἐκτὸς βασιλεῖς τε, καὶ δυνάστας διὰ τῶν ἰδίων πρεσβευτῶν ἐγγράψασθαι βούλομαι, ἐκκείμενόν τε ἔχειν, οὐκ ἔλαττον ἡμερῶν τριάκοντα, ὅθεν ἐξ ἐπιπέδου καλῶς ἀναγνωσθῆναι δύναται. *Hoc meum edictum civitatibus, coloniis, & municipiis Italicis, ac provincialibus per magiſtratus publicari volo, ad reges quoque atque dynaſtas tranſmitti, non minus triginta continuis diebus ita proponendum, ut ab omnibus humi ſtantibus poſſit perlegi.* V. quoque *Torrentium*, & *Cujac. Obſerv.* vii. 29. Unde veteribus notæ decantatæ, V. D. P. R. L. P. *unde de plano recte legi poſſit.*

5. Manubiarum i. pecuniarum ex *manubiis* quaſi quæſitarum. Quid proprie *manubiæ*, dixi ſupr. Cæſ. 26. 4. §. 21.

6. In lupanari in palatio constituto ſtupranda olim ſedebat & Meſſalina Claudii uxor. Dio lx. p. 686. A. Ἡ Μεσσαλῖνα δὲ ὥσπερ οὐκ ἐξήρκει αὐτῇ ὅτι καὶ ἐμοιχεύετο καὶ ἐπορνεύετο (ἤδη γὰρ καὶ ἐπ' οἰκήματος ἐν τῷ Παλατίῳ αὐτή τε ἐκαθέζετο, καὶ τὰς ἄλλας τὰς πρώτας ἐκάθιζεν) ἐπιθύμησε καὶ ἄνδρας, τοῦτο δὴ τὸ τοῦ νόμου, πολλοὺς ἔχειν. *Meſſalina vero adulteriis, & ſtupris non contenta, (jam enim etiam in cella quadam in Palatio & ipſa ſeſſitabat, & alias primarias proſtituebat) maritos ſimul multos ritu legitimo habere cupivit.* Et ſuæ libidini explendæ ſimilem in *Palatio* cellam habuit Avitus. Dio lxxix. p. 912. E. Καὶ τέλος, ἐν τῷ Παλατίῳ οἴκημά τι ἀποδείξας, ἐνταῦθα ἠσέλγαινε, γυμνός τε ἀεὶ ἐπὶ τῆς θύρας αὐτοῦ ἑστὼς, ὥσπερ αἱ πόρναι. *Denique in Palatio habuit cellam quandam, in qua libidinem explebat, ſtabatque nudus ſemper ante fores ejus, ut ſcorta ſolent.*

7. Loci i. ædium Palatinarum.

8. Cellis i. meretricum manſiunculis. Juvenal. vi. 121.

> *Intravit calidum veteri centone lupanar,*
> *Et cellam vacuam, atque ſuam.*

Petron. c. 8. *Jam pro cella meretrix aſſem exegerat.*

* 9. Stare dicebantur meretrices. Senec. Contr. i. 2. *Meretrix vocata es, in communi ſteiſti loco. Steiſti puella in lupanari. Steiſti cum meretricibus.* Horat. Sat. i. 2. 30.

> —— *nullam niſi olenti in fornice ſtantem.*

Schol. Ariſt. Equit. p. 308. Κασαλβάδες ἑταῖραι ἱερῶν, αἱ ἀεὶ ἐπὶ τῶν οἰκημάτων ἑστῶσαι.

* 10. Pecuniam foenebrem dicit etiam Paull. Digeſt. xxii. 1. 9. *Pecunia fœnebris, intra diem certum debito non ſoluto, dupli ſtipulatum....* Eſt vero, quæ datur mutua ſub uſuris.

11. Nomina eorum, qui pecuniam fœnebtem acciperent, & ad lupas Palatinas frequenter itarent. *Beroaldus.*

12. Adjuvare verbum eſt opportunum. Plin. Epiſt. viii. 2. *Itaque omnibus quidem partem octavam pretii, quo quiſque emerat, conceſſi: deinde iis, qui ampliſſimas ſummas emptionibus occupaverant, ſeparatim conſului. Nam & me magis juverant, & ipſi majus fecerant damnum.* Cicer. Verr. iii. 72. *Ut eum ſenatus publicanos verſura* pro *uſura* legit Gronov. de pec. vet. iv. 3.) *ſæpe juviſſet, magiſtratus a publicanis pecuniam pro uſuris auderent auferre.*

13. Non spernens i. amans, libenter recipiens. Horat. Od. i. 1. 20.

> *Nec partem ſolido demere de die*
> *Spernit.*

Virg. Ecl. iii. 74.

> *Quid prodeſt, quod me ipſo animo non ſpernis Amyata.*

Ubi Servius. *Non ſpernis, id eſt, libentiſſime amas. Et eſt liptotes figura, ſicut Æn.* vii. 261.

> *Munera nec ſperno.*

14. Vice sua talos jaciendi.

15. Nun-

ne mora corripi, confiſcarique juſſiſſet, exſultans rediit, glorianſque, nunquam ſe proſperiore alea uſum [15].

15. NUNQUAM SE PROSPERIORE ALEA USUM. Plus enim lucri ex equitum horum confiſcatione, quam ex omni unquam ludo fecerat talario. *Beroaldus.* Dio LIX. p. 657. B. Κυβεύων δέ ποτε, καὶ μαθὼν ὅτι οὐκ εἴη οἱ ἀργύριον, ἤτησέ τε τὰς τῶν Γαλατῶν ἀπογραφὰς, καὶ ἐξ αὐτῶν τοὺς πλουσιωτάτους θανατωθῆναι κελεύσας, ἐπανῆλθέ τε πρὸς τοὺς συγκυβευτὰς, καὶ ἔφη, ὅτι ὑμεῖς περὶ ὀλίγων δραχμῶν ἀγωνίζεσθε, ἐγὼ δὲ ἐς μυρίας καὶ πεντακισχιλίας μυριάδας ἤθροισα. Καὶ οὗτοι μὲν οὐδενὶ λόγῳ ἀπώλοντο ἀμέλει, εἷς τις αὐτῶν Ἰούλιος Σακερδὼς, ἄλλως μὲν ἐν χρήμασιν ἥκων, οὐ μέντοι καὶ ὑπερπλουτῶν, ὥστε καὶ ἐπιβουλευθῆναι δι' αὐτὰ, ὅμως ἐξ ὁμωνυμίας ἀπεσφάγη. *Aleam quondam ludens, audiſque deeſſe pecuniam, Gallorum cenſus indices popoſcit, juſſiſque ex iis locupletiſſimos necari, ad colluſores reverſus, ipſos ob paucos ludere denarios inquit, at ſe jam nunc ad ſexies millies ſeſtertium coegiſſe. Atque hi quidem nulla de cauſa necati ſunt, unuſque eorum Julius Sacerdos, ſatis alioquin pecuniæ poſſidens, non tamen immenſis divitiis mortem meritus, cognomenti ſimilitudine mortem invenit.*

CAPUT XLII.

ARG. *In alimoniam, atque dotem filiæ collationes, & ineunte anno ſtrenas recipit, ſuperque aureorum acervos ſpatiatur, & volutatur Cajus Cæſar Caligula.*

Filia [1] vero nata [2], paupertatem, nec jam imperatoria [3] modo, ſed & patria con- 1
querens onera [4], collationes [5] in alimoniam, atque dotem puellæ recepit. E- 2
dixit & ſtrenas ineunte anno ſe recepturum, ſtetitque in veſtibulo ædium [6] Kalendis Januariis ad captandas ſtipes [7], quas plenis ante eum [8] manibus [9] ac ſinu [10] omnis generis turba [11] fundebat. Noviſſime contrectandæ pecuniæ cupidine [12] incen- 3
ſus, ſæpe ſuper immenſos aureorum acervos patentiſſimo diffuſos loco, & nudis pedibus [13] ſpatiatus, & toto corpore aliquamdiu volutatus eſt [14].

FILIA Julia Druſilla ſupr. 25. 7.

2. NATA ex Cæſonia ſupr. 25. 5. & 6.

3. IMPERATORIA *onera*, quæ ſcilicet *ex imperii* adminiſtratione ſuſtineret. *Sabellicus.*

* 4. ONERA, I. ſumptus, impenſas. Noſt. infr. Dom. 12. 2. §. 3.

5. COLLATIONES V. infr. Ner. 38. 6. §. 31.

6. ÆDIUM Palatinarum.

7. STIPEM *dicebant pecuniam ſignatam, quod ſtiparetur: ideo ſtipulari dicitur is, qui interrogatus ſpondet ſtipem, id eſt, æs.* Feſtus. Hanc ſtrenæ nomine accepit Auguſtus ſupr. 91. 5. §. 13. accipere noluit Tiberius, ut docuit Dio ſupr. Aug. 57. 4. §. 7. nec Claudius. Dio LX. p. 668. E. Καὶ μέντοι καὶ περὶ τὰ χρήματα θαυμαστὸς ἐγένετο· ἀπηγόρευσε μὲν γὰρ ἀργύριον (ὅπερ ἐπί τε τοῦ Αὐγούστου, καὶ ἐπὶ τοῦ Γαΐου ἐγεγόνει) προσφέρειν. *Quin & pecuniariam rem mirifice tractabat: nam & ſtrenarum oblationem ſub Auguſto & Cajo uſurpatam, edicto ſuſtulit.*

8. ANTE EUM pro coram *eo.* Eraſmus.

9. PLENIS MANIBUS, pro eo, quod eſt ampliter, copioſe, prolixe, minimeque maligne. Tranſlatum ab iis, qui non minutim & parce, ſed *plena manu* largiuntur. Cicer. Attic. II. 25. *At hercle alter familiaris tuus Horatius, quam plena manu, quam ingenue, quam ornate noſtras laudes in aſtra ſuſtulit.* Senec. Benef. I. 7. *Multo gratius venit, quod facili, quam quod plena manu datur.* V. Eraſm. Adag. p. 447.

10. SINUS pro copia & abundantia ponitur. Senec. Benef. IV. 24. *Non recipit ſordidum virtus amatorem: ſoluto ad illam ſinu veniendum eſt.* V. Cognat. *Adag. Eraſm. p.* 108.

11. OMNIS GENERIS TURBA I. feminæ & mares; ordinis ſenatorii, equeſtris, plebeji. *Beroaldus.*

12. CUPIDINE I. cupiditate. Plin. XXXIII. 3. *Hæc parit habendi cupido.* Non tantum genere feminino, ut perperam ad hunc locum putat *Sabellicus*, ſed & maſculino. Horat. Od. II. 16. 15.

Nec leves ſomnos timor, aut cupido
Sordidus aufert.

Sat. I. I. 61.

At bona pars hominum decepta cupidine falſo.

Senec. Hippol. n. 528.

——— *Nullus hic auri fuit*
Cæcus cupido.

Nec dicat Acron *nove pro cupiditate g. m. poni*, nec miretur Porphyrio, *quare cupidinem m. g. dixerit* Horatius, nec putet Servius, *metri cauſa genera confudiſſe* Horatium, dum ſic excuſat Virgilium ſcribentem Æn. V. 122.

Centauro invehitur magna.

Cum non ſolus Horatius illo genere delectatus ſit; & certe *cupidinem falſam* dicere potuiſſet.

13. NUDIS PEDIBUS, ut aurum ipſo corpore contrectaret. *Beroaldus.*

14. VOLUTATUS EST inſtar jumenti, cui in pulvere eſt *volutatio* jucundiſſima. Dio LIX. p. 662. D.

Digitized by Google

Ἐς γίνοιτο τὸ χρυσίον καὶ τὸ ἀργύριον τὸ συλλεγόμενον ἀπ' αὐτῶν ἐμβάλλων ἑκάστοτε ἑωυτὸν ἐκαλινδεῖτο. *In auro & argento ex illis collecto ſemetipſum identidem volutare ſolebat.* Quare non imitatus eſt Alcmæonem, de quo hæc Herod. VI. p. 427. E. Ἀφικόμενον δωρέεται χρυσῷ, τὸν ἂν δύνηται τῷ ἑωυτοῦ σώματι ἐξενείκασθαι ἐσάπαξ. Ὁ δὲ Ἀλκμαίων πρὸς τὴν δωρεὴν ἐοῦσαν τοιαύτην τοιάδε ἐπιτηδεύσας, προσέφερε. Ἐνδὺς κιθῶνα μέγαν, καὶ κόλπον βαθὺν καταλιπόμενος τοῦ κιθῶνος, κοθόρνους τοὺς εὕρισκε εὐρυτάτους ἐόντας ὑποδησάμενος, ἤιε ἐς τὸν θησαυρὸν ἐς τόν οἱ κατηγέοντο. Ἐσπεσὼν δὲ ἐς σωρὸν ψήγματος, πρῶτα μὲν παρέσαξε παρὰ τὰς κνήμας τοῦ χρυσοῦ ὅσον ἐχώρεον οἱ κόθορνοι: μετὰ δὲ τὸν κόλπον πάντα πλησάμενος χρυσοῦ, καὶ ἐς τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς διαπάσας τοῦ ψήγματος, καὶ ἄλλο λαβὼν ἐς τὸ στόμα, ἐξήιε ἐκ τοῦ θησαυροῦ, ἕλκων μὲν μόγις τοὺς κοθόρνους, παντὶ δέ τεῳ οἰκὼς μᾶλλον ἢ ἀνθρώπῳ. Alcmæonem Megaclis filium Crœſus *arceſſiit, & ubi advenit, eum donavit tanto auro, quantum ſemel corpore ſuo ferre poſſet. Ad iſtam doni conditionem Alcmæon hanc attulit aſtutiam. Pergrandem tunicam amictus, ingenti in ea ſinu relicto, cothurniſque, quos laxiſſimos reperit, calceatus, ad theſaurum perrexit, ad quem ducebatur. Ibi acervo ramentorum auri incumbens, primum quidem circa ſuas tibias tantum aggeſſit auri, quantum cothurni capiebant: deinde vero quum ſinum totum auro impleviſſet, & ramenta illa per capillos ſparſiſſet, & alia ori indidiſſet, ex theſauro egreſſus eſt, ægre cothurnos trahens, cujuſvis rei magis quam homini ſimilis.* V. & *Beroaldum.*

CAPUT XLIII.

ARG. *Nemus, flumenque Clitumni viſit, & in Germaniam expeditionem facit Cajus Cæſar Caligula.*

1 Militiam reſque bellicas ſemel attigit, neque ex deſtinato, ſed cum ad viſendum
2 nemus [1] flumenque [2] Clitumni [3] Mevaniam [4] proceſſiſſet; admonitus de ſupplendo numero Batavorum [5], quos circa ſe habebat [6], expeditionis Germanicæ [7] impetum cepit: neque diſtulit, ſed legionibus & auxiliis undique excitis, delectibus ubique acerbiſſime actis [8], contracto & omnis generis commeatu, quanto nunquam ante alius, iter ingreſſus eſt: conjecitque modo tam feſtinanter & rapide, ut prætorianæ cohortes contra morem [9] ſigna jumentis imponere, & ita ſubſequi cogerentur: interdum adeo ſegniter & delicate [10], ut octophoro [11] veheretur [12], atque a pro-

NEMUS, quia *ſubter modicum collem, antiqua cupreſſu nemoroſum, & opacum, fons ejus exit, ripæque fraxino multa, multa populo veſtiuntur.* Plin. Epiſt. VIII. 8. * Sed hæc hodie non exſtant, ut obſervat *Cluver. Ital. ant.* II. 10. §. 3.

2. FLUMINIS hujus *fons exprimitur pluribus venis, ſed imparibus, eluctatuſque facit gurgitem, qui lato gremio pateſcit purus, & vitreus, ut numerare jactas ſtipes, & relucentes calculos poſſis. Inde non loci devexitate, ſed ipſa ſui copia, & quaſi pondere impellitur. Fons adhuc, & jam ampliſſimum flumen, atque etiam navium patiens, quas obvias quoque, & contrario nisu in diverſa tendentes, tranſmittit & perfert: adeo validus, ut illa qua properat, ipſe tanquam per ſolum planum remis non adjuvetur: idem ægerrime remis, contiſque ſuperetur adverſus.* Plin. Epiſt. VIII. 8.

3. CLITUMNI JOVIS. Vibius Sequeſter. *Clitumnus Umbriæ, ubi Jupiter eodem nomine eſt.* Plin. Epiſt. VIII. 8. *Adjacet templum priſcum, & religioſum. Stat Clitumnus ipſe amictus, ornatuſque prætexta. Præſens numen, atque etiam fatidicum: indicant ſortes. Sparſa ſunt circa ſacella complura, totidemque Dei ſimulacra: ſua cuique veneratio, ſuum nomen.* Hunc per apoſtrophen compellat Virg. Georg. II. 146.

Hinc albi Clitumne greges....

Turneb. Adv. XXIX. 26.

4. MEVANIA *pars eſt Umbriæ, partis Tuſciæ, in qua eſt Clitumnus fluvius.* Serv. Georg. II. 146. Papin. Sylv. I. 4. 128.

——— *nec ſi vacuet Mevania valles,*
Aut præſtent niveos Clitumna novalia tauros.

Mevanas fuit Propertius. Unde extenſam regionem, quæ ab oppido in planitie ſito nomen accepit, *Mevaniam* nominat IV. I. 123.

Qua nebuloſa cavo rorat Mevania campo,
Et lacus æſtivis intepet Umber aquis.

5. BATAVOS hos V. ſupr. Aug. 49. 3. §. 9.

6. QUOS CIRCA SE HABEBAT tanquam σωματοφύλακας, & cuſtodes corporis ſui.

7. EXPEDITIONIS GERMANICÆ, cujus προφάσει, ſive prætextu in Galliam abiiſſe Cajum dixit Dio ſupr. 39. 1. §. 1.

8. DELECTIBUS ACTIS i. militibus *delectis.* Flor. III. 10. 22. *Aberat tunc Cæſar, Ravennæ delectum agens.* Unde *Gallici, Germanique delectus* apud eundem IV. 2. 5. pro militibus ex illis *delectibus.*

9. EX MORE ſigniferi ſigna ferebant, nunc ob celeritatem cogebantur ſigna ferenda imponere jumentis, ut expeditius comitarentur Cajum feſtinanter iter facientem. *Beroaldus.*

10. DELICATE iter facere quid ſit, dixi ſupr. Aug. 65. 9. §. 25.

11. OCTOPHOROS lectica eſt, quæ ab *octo* lecticariis fertur. Mart. VI. 59. alias 84.

Octophoro.

Digitized by Google

a propinquarum urbium plebe verri ſibi vias, & conſpergi [13] propter pulverem [14] exigeret.

Octophoro ſanus portatur, Avite, Philippus. Apul. Apol. p. 323. *Vectabatur octophore. Vidiſtis profecto ipſi qui adfuiſtis, quam improba juvenum circumſpectatrix, quam immodica ſui oſtentatrix* puella ſponſa. Fuit illa tecta, & occluſa, ac ex eo ponderoſior. Utebantur illa mulieres, & ægroti. Unde & tarde, molliterque incedebat. Apud viros major ejus uſus in viis extra Urbem, quam in Urbe. V. *Beroaldum, Scheffer. de re veh.* 11. 5. & *ſupr. Caſ.* 71. 2. §. 12.

12. VEHERETUR tanquam equis, ut dixi ſupr. Cal. 3. 3. §. 8.

* 13. CONSPERGI, nondum imbribus, ut adulto autumno fit, pulverem in lutum mutantibus. Ut hinc pateat Cajum hanc expeditionem ſub initium autumni ſuſcepiſſe. V. *Noriſ. de Num. Herod. p.* 69.

14. VIAS PROPTER PULVEREM conſpergere eſt aqua *ſparſa de pulvere* lutum facere, ſic & *pulverem* ſedare. Phædr. 11. 6. 15.

Alveolo cœpit ligneo conſpergere
Humum æſtuantem.

Sedando ſcilicet pulveri. *Salmaſ. Exercit. Plin. p.* 231. *b. F.*

CAPUT XLIV.

ARG. *Legatos auxilia ſerius adducentes cum ignominia dimittit, centurionibus maturis primos pilos adimit, & Adminium Cinobellini Britannorum regis filium in deditionem recipit Cajus Caſar Caligula.*

Poſtquam caſtra * attigit, ut ſe acrem & ſeverum [2] ducem oſtenderet, legatos, 1
qui auxilia ſerius ex diverſis locis adduxerant [3], cum ignominia dimiſit. At in 2
exercitu recenſendo [4], pleriſque centurionum maturis [5] jam, & nonnullis ante pauciſſimos, quam conſummaturi eſſent dies [6], primos pilos [7] ademit, cauſatus ſenium cujuſque & imbecillitatem: cæterorum increpita cupiditate, commoda emeritæ militiæ ad ſexcentorum millium [8] ſummam recidit. Nihil autem amplius, quam 3
Adminio [9] Cinobellini Britannorum [10] regis filio, qui pulſus a patre, cum exigua

* CASTRA in medio alvei, ſive Rheni, qui inter Vahalem & Iſalam medius, læva ripa poſita. V. *Cluver. Germ. Ant.* 111. 17. *p.* 63. *de Rhen. alv. c.* 22. *p.* 209.

2. ACREM ET SEVERUM I. *exactorem graviſſimum diſciplinæ* militaris, ut Cæſar deſcribitur ſupr. 65. 2.

3. SERIUS ADDUXERANT I. ad conſtitutum diem præſto non fuerant.

4. RECENSERE EXERCITUM eſt *exercitus* numerum colligere, *numerum militum recognoſcere* Juſtin. 111. 1. 7.

5. MATUROS vocat, qui ſtipendia impleverant. Tiberius *miſſiones veteranorum rariſſimas fecit, ex ſenio mortem, ex morte compendium captans.* ſupr. 48. 4. Eadem ratio Cajum movit. *Torrentius.*

6. CONSUMMATURI DIES I. finituri ſtipendia. Modeſt. Digeſt. XXVIII. 10. 1. *Et ſi minus tempus eo, quod conſtitutum eſt, conſummaverunt. Conſummare*, perficere. Ita *conſummare opera* dicit noſt. ſupr. Cæſ. 30. 3. Hoc *complere* dicit ibidem Modeſtinus. *Qui compleverunt conſuetum militiæ tempus.* Et *explere* ibid. §. 5. *Qui primum pilum explevit.*

7. PRIMUS PILUS fuit centurionatus, quem ordinem centurio *primipilus*, quem deſcripſi ſupr. Tib. 37. 5. §. 9. ducebat. Cæſ. B. C. 111. 91. 1. *Erat Craſtinus evocatus in exercitu Caſaris, qui ſuperiore anno apud eum primum pilum in legione decima duxerat.* Exempla plura collegit *Manut. Quaſ. Epiſt.* 11. 3.

8. SEXCENTORUM MILLIUM ſumma hæc immanis quomodo conſtat: ſi veriſſimum eſt τρισχιλίας δραχμὰς, id eſt, Romano more, duodena millia nummûm deſtinata fuiſſe ex Dione. V. illum ſupr. Aug. 49. 5. §. 15. Caligula quid de illa ſumma recidit. Scribe *ſex millium ſummam*, quæ facit centum & quinquaginta coronatos. V. *Lipſ. in Tacit. Ann. I. Excurſ. G. Putean. de Stip. milit. c.* 17. *Valtrin. de Milit.* VI. 6. *Torrent. de Grav. ad hunc locum.*

9. ADMINIUM hunc vocat *Minocynobellinum* Oroſ. VII. 5. *Cumque ibi Minocynobellinum Britannorum regis filium, qui a patre pulſus cum paucis oberrabat, in deditionem recepiſſet, deficiente belli materia, Romam redit.*

10. BRITANNIA, *inſularum, quas Romana notitia complectitur, maxima, ſpatio, ac cœlo in orientem Germania, in occidentem Hiſpania obtenditur, Gallis in meridiem etiam inſpicitur, ſeptentrionalia ejus, nullis contra terris, vaſto atque aperto mari pulſantur. Formam totius Britannia Livius veterum, Fabius Ruſticus recentium eloquentiſſimi auctores, oblongæ ſcutulæ, vel bipenni aſſimilavere. Et eſt ea facies citra Caledoniam, unde & in univerſum fama eſt tranſgreſſa. Sed immenſum, & enorme ſpatium procurrentium extremo jam littore terrarum, velut in cuneum tenuatur.* Tacit. Agric.

qua manu tranſfugerat [11], in deditionem recepto, quaſi univerſa tradita inſula [12], magnificas Romam literas miſit, monitis ſpeculatoribus [13], ut vehiculo ad forum uſque & curiam pertenderent, nec niſi in æde Martis, ac frequente ſenatu [14] conſulibus traderent.

gric. 10. 2. Plura ſi volueris, evolvito *Cambdeni Britanniam.*

11. TRANSFUGIT n. *pulſus a patre*, ut addit noſter, licet illam non intraverit Cajus.

12. INSULA *Britannia*, *circa* cujus *proſpectum in oceani ora reſtitit* Cajus. Oroſ. VII. 5. Qui quare illam non intraverit, docet Tacit. Agric. 13. 4. *Agitaſſe C. Cæſarem de intranda Britannia ſatis conſtat, ni velox ingenio, mobilis pœnitentia, & ingentes adverſus Germaniam conatus fruſtra fuiſſent.*

13. SPECULATORIBUS i. militibus ex cohorte *ſpeculatorum* deſumptis. Illorum in ferendis literis frequens in hiſtoria uſus. Tacit. Hiſt. II. 73. 1. *Vix credibile memoratu eſt, quantum ſuperbia, ſocordiaque Vitellio adoleverit, poſtquam ſpeculatores e Syria, Judæaque, adactum in verba ejus orientem nuntiavere.* V. *Torrentium. Lipſ. in Tacit. Ann.* IV. 41. §. 3.

14. SENATUI quum ſcriberent imperatores, hoc utebantur exordio: *ſi vos, liberique veſtri valetis, bene eſt: ego quidem & exercitus valemus.* Dio de Hadriano LXIX. p. 794. C. Διὸ καὶ ὁ Ἀδριανὸς γράφων πρὸς τὴν βουλὴν, οὐκ ἐχρήσατο τῷ προοιμίῳ τῷ συνήθει τοῖς αὐτοκράτορσιν, ὅτι, εἰ αὐτοί τε καὶ οἱ παῖδες ὑμῶν ὑγιαίνετε, εὖ ἂν ἔχοι: ἐγὼ καὶ τὰ στρατεύματα ὑγιαίνομεν. Quidquid ſcripſiſſent, in *ſenatu* primum, deinde ad populum recitabat prætor. Liv. XXXII. 31. *Literæ conſulum e Gallia de geſtis proſpere ſub idem tempus Romam allatæ. M. Sergius prætor urbanus in ſenatu eas, deinde ex auctoritate patrum ad populum recitavit.*

CAPUT XLV.

ARG. *Paucis Germanis trans Rhenum occuli juſſis ſuperatis tropæa figit, obſides clam præmiſſos veluti profugos in catenis reducit, ſuos loricatos ad diſcumbendum adhortatur, &, quod Cæſare præliante tempeſtiva convivia.... celebrarent, abſentem ſenatum & populum edicto objurgat Cajus Cæſar Caligula.*

1 Mox deficiente belli [1] materia, paucos de cuſtodia [2] Germanos trajici, occulique trans Rhenum juſſit: ac ſibi poſt prandium, quam tumultuoſiſſime adeſſe ho-
2 ſtem [3] nuntiari. Quo facto, proripuit ſe cum amicis & parte equitum prætorianorum [4] in proximam ſylvam, truncatiſque [5] arboribus, & in modum tropæorum adornatis, ad lumina [6] reverſus, eorum quidem, qui ſecuti non eſſent, timiditatem & ignaviam corripuit: comites autem & participes victoriæ, novo genere ac nomine coro-

BELLI *materia deficiente*, ut Oroſ. ſupr. 44. 3. §. 9. Unde Philoſtr. de vit. Apollon. V. 11. Ἐστα τὸν ἐπ' ἐκείνῳ Γάϊον, ὡς διονυσομανῶν, καὶ λυδίζων τὴν στολὴν, καὶ πολέμους νικῶν οὐκ ὄντας, ἐς πάντα τὰ Ῥωμαίων αἰσχρῶς ἐβάκχευεν. *Deinde Cajum Bacchanalibus inſanientem, & Lydia ſtola indutum, bellorum quæ nunquam fuerunt, victorem, in omnia, Romanorum quæ erant, temere debacchatum.*

2. DE CUSTODIA ſignificat, vel quos captos habebat in *cuſtodia*, vel quos habebat ad ſui corporis *cuſtodiam.* Beroaldus.

* 3. HOSTIS, qui nullus niſi Germanus Friſius potuit eſſe Batavo ſatis pacato, crebriſque caſtris per Rheni ripam ac præſidiis coercito. *Cluver. Germ. Ant.* III. 17. *p.* 63. *de Rhen. alv. c.* 22. *p.* 209.

4. EQUITES PRÆTORIA quoque habuit cohors. Zonar. Ann. II. p. 243. Ἄλλοι δὲ κόμητα δομεστίκων αὐτὸν γενέσθαι φασί: δομεστίκους δὲ τοὺς τοὺς ἱππέας νομίζουσι. *Alii vero comitem domeſticorum fuiſſe dicant, quos nonnulli equites eſſe putant.* Et *prætorianis* ob cædem Pertinacis equos ademiſſe Severum docet Dio LXXIV. p. 839. A. Τοὺς δὲ ἄλλους, πρὶν ἐν τῇ Ῥώμῃ γενέσθαι, δορυφόρους μεταπεμψάμενος.... τῶν τε ὅπλων ἀπέλυσε, τούς τε ἵππους ἀφείλετο. *Cæteros prætorianos prius, quam ipſe Romam veniret, arceſſi juſſit.... dein arma equoſque abſtulit.* Inſcriptio Romæ:

A. SOLO. ZOSIMIANO.
EQVIT. ROM. PRAET.
COHORT.

Noſt. Claud. 21. 7. V. quoque *Torrentium*, *Fab. Semeſt.* I. I. *Buleng. de imperio* III. 33. *Guther. de Off. dom. Aug.* II. 14.

* 5. TRUNCATÆ arbores rudes, & ſine arte pro tropæis, de quibus ad Curt. V. 8. 16. §. 40. antiquitus in uſu fuere. Virg. Æn. XI. 5.

Ingentem quercum deciſis undique ramis
Conſtituit tumulo, fulgentiaque induit arma,
Mezenti ducis exuvias, tibi magne tropæum
Bellipotens.

Claudian. Rufin. c. 338.

—— *ſi lætior adſit*
Gloria, veſtita ſpoliis donabere quercu.

* 6. AD LUMINA non notat tempus, quo lucernæ accenduntur. Hoc Latinis dicitur *luminibus accenſis*,

Digitized by Google

coronarum donavit; quas diſtinctas [7] ſolis ac lunæ, ſiderumque ſpecie, *exploratorias* [8] appellavit. Rurſus obſides quoſdam abductos e literario [9] ludo, clamque præmiſſos, 3
deſerto repente convivio cum equitatu inſecutus, veluti profugos, ac reprehenſos [10] in catenis reduxit: in hoc quoque mimo [11] præter modum intemperans. Repetita 4
cœna renuntiantes coactum agmen [12], ſicut erant [13] loricatos [14] ad diſcumbendum adhortatus eſt. Monuit etiam notiſſimo Virgilii verſu [15], *Durarent* [16] *ſecundiſque ſe* 5
rebus ſervarent. Atque inter hæc abſentem ſenatum populumque graviſſimo objurga- 6
vit edicto [17], quod *Cæſare prælıante*, *&* *tantis diſcriminibus objecto*, *tempeſtiva* [18] *convivia*, *circum & theatra & amœnos receſſus* [19] *celebrarent.*

cenſu, aut *prima face.* Sed accenſis & prælatis facibus, ut in Jul. 37. 3. §. 19. *Grav. in Domit.* 16. 3. §. 3.

7. DISTINCTAS I. variatas, & interpoſitas. Juſtin. XXXVI. 3. §. 3. *In ea ſylva eſt*, *&* *ubertate*, *&* *amœnitate inſignis: ſiquidem palmeto*, *&* *opobalſame diſtinguitur.* Noſt. Ner. 31. 7: 25. 3. Domit. 14. 7.

8. EXPLORATORIAS, utpote in *explorationem* hoſtium datas. *Beroaldus.* * Potius effigiatum ſolem, lunam, & cætera ſidera habentes peculiaria inſignia. Ut vero cœleſti ſiderum fulgore omnia *explorantur*, ita illa tanta ſpecie is teſtabatur, ſibi eſſe *exploratam*, hoc eſt, ſatis ſuperque ſpectatam virtutem illorum, quos talibus coronis honeſtaſſet. *Paſchal. de Coron.* IX. 10.

* 9. LUDOS LITERARIOS veteres habebant, quos cujuſvis generis pueri frequentabant. Habebant quoque aliquando ejuſmodi *ludos* in caſtris, ut hic docet locus. Scilicet inter obſides ſumebant etiam vel maxime pueros, ut ex hiſtoria Porſennæ ſatis conſtat, quos tamen liberaliter educabant, & ideo in caſtris *ludo* quoque *literario* dabant. *Perizon. in Ælian.* III. 21.

10. REPREHENSOS I. ex fuga retractos. V. Curt. IV. 14. 2. §. 6.

11. MIMUM appellat, quia ea res ſcenæ, & fabulæ fictæ perſimilis videretur. *Mimus* interdum ſignificat quamvis actionem fictam & ſimulatam. Flor. II. 14. 3. *Regium nomen mimo quoque regio implevit* I. fucata ſimulatæ originis, & regalis pompæ turbæque imagine. Ita noſter Oth. 3. 5. vocat *mimum* actionem ſimulatam, n. amicam nuptiarum ſpecie receptam. V. *Turneb. Adv.* XXVII. 20. *Pith. Adv.* I. 17. *Buleng. de theatr.* I. 48. *Juret. Symm. Epiſt.* VI. 71. *Gronov. Obſerv. in Script. Eccleſ.* c. 25.

12. COACTUM AGMEN I. omnes cohortes ab expeditione rediiſſe in caſtra. *Agmen cogere* dicitur ille, qui poſt exercitum incedit, & obſervat, ne quis aberret, aut aufugiat.

13. SICUT ERANT qualis locutio ſit, docui ad Curt. VIII. 3. 10. §. 13.

14. LORICATOS etiam dicit Liv. XXVII. 40. *His tria millia equitum loricatorum* (*cataphractos ipſi appellant*) *adduxit. Loricare* eſt *loricam* inducere. De ichneumone Plin. VIII. 24. *Mox ubi pluribus eodem modo ſe coriis loricavit, in dimicationem pergit. Lorica* munimentum fuit pectoris. Veterum *loricas* deſcribit Pauſan. Φωκικ. p. 343. Δύο ἦν χαλκᾶ ποιήματα· τὸ μὲν στέρνῳ καὶ τοῖς ἀμφὶ τὴν γαστέρα ἁρμόζον, τὸ δὲ ὡς νώτου σκέπην εἶναι· γύαλα ἐκαλεῖτο· τὸ μὲν ἔμπροσθεν, τὸ δὲ ὄπισθεν προσῆγον· ἔπειτα περόναι συνῆπτον πρὸς ἄλληλα. Ἀσφάλειαν δὲ ἀποχρῶσαν ἐδόκει παρέχεσθαι, καὶ ἀσπίδος χωρίς. *Duæ erant æreæ partes: illa quidem pectori, & iis quæ circa ventrem erant apta, hæc ut dorſo tegmen eſſet: vocabant gyala, ſive cava, & incurva: illam introrſus, hanc retrorſus inducebant: deinde fibula utramque jungebant. Satis firmum munimentum videbatur, etiam ſine clypeo.* Noſt. Aug. 35. 1. Galb. 10. 3.

15. VIRGILII VERSUS hic eſt Æn. I. 211.

16. DURARENT I. perſeverarent, animo obfirmato eſſent. De hoc verbo Donatus Adelph. IV. 2. 15. *Non permanere dixit, ſed durare, nam hoc verbum perferendis malis convenit, ut Virgilius:*

Durate, & voſmet rebus ſervate ſecundis.

Durare verbum eſt fullonum, ut monent *Guilielm. Veriſ.* II. 8. & *Gronov. ad Plaut. Aſin.* V. 2. 57.

ART. *Non queo durare.* PA. *Si non didiciſti fullonicam,*
Non mirandum eſt.

Curabant I. eluebant, & interpolabant veſtem fullones. Feſtus, quem produxi ſupr. Cæſ. 47. 2. §. 13. Sed inter curandum *durabant* teterrimum tolerando odorem ex aqua fullonica urinis permixta, in qua ſtabant, & argutabantur pedibus, plane quaſi moventes Camarinam. Qui vero *durant* in laboribus ferendis, eos melius ferunt. Nazianz. orat. 23. Γενναιότατον ἐκ τῶν παθῶν τὸ φιλόσοφον, ὥσπερ ψυχρῷ σίδηρος ἔμπυρος, ὑπὸ τοῖς κινδύνοις στομούμενον. *Generoſior redditur animus philoſophi ipſa laborum tolerantia, firmaturque periculis, uti ferrum candens frigida aſperſione.* Reſpexit vero Virgilius Homer. Iliad. II. 299.

Τλῆτε, φίλοι, καὶ μείνατ' ἐπὶ χρόνον.
Tolerate, amici, & manete ad tempus.

17. OBJURGAVIT EDICTO. Cajum imitatus eſt Antoninus Caracalla apud Xiphil. LXXVII. p. 878. E. Καὶ μέντοι τοιαῦτα ποιῶν, καὶ ἐν τῇ Ἀντιοχείᾳ τρυφῶν, αὐτός τε ὠδύρετο ὡς ἐν μεγάλοις δή τισι καὶ πόνοις καὶ κινδύνοις ὤν· καὶ τῇ γερουσίᾳ ἐπιτίμα τά τε ἄλλα, ῥᾳθυμεῖν σφᾶς λέγων. *Quumque talia faceret, & luxu diffueret Antiochiæ, tamen querebatur, ſe maximos labores perferre, & in graviſſimis periculis verſari, increpabatque*

Digitized by Google

que ſenatum, quem dicebat otioſum eſſe.

18. TEMPESTIVA dicebantur *convivia*, quæ *temporius* inibantur, & in multam noctem protrahebantur. Qui ſic epulabantur, *de die* epulari dicebantur. V. Neron. 27. 2. §. 2.

19. AMOENOS SECESSUS Romanorum nonnullos adfert Papin. Sylv. IV. 4. 15.

> *Hos Praneſte ſacrum, nemus hoc glaciale Dianæ,*
> *Algidus aut horrent, aut Tuſcula protegit umbra:*
> *Tiburis hi lucos, Anienaque frigora captant.*

Et noſt. ſupr. Aug. 72. 5. §. 24. 25. 26. Et Neapolitanum laudat Strab. V. p. 170. Ἐπιτείνουσι δὲ τὴν ἐν Νεαπόλει διαγωγὴν τὴν Ἑλληνικὴν, οἱ ἐκ τῆς Ῥώμης ἀναχωροῦντες δεῦρο, ἡσυχίας χάριν τῶν ἀπὸ παιδείας ἐργασαμένων, ἢ καὶ ἄλλως, διὰ γῆρας ἢ ἀσθένειαν ποθοῦντες ἐν ἀνέσει ζῆν: καὶ τῶν Ῥωμαίων δ' ἔνιοι χαίροντες τῷ βίῳ τούτῳ, θεωροῦντες τὸ πλῆθος τῶν ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἀγωγῆς ἐπιδημούντων ἀνδρῶν, ἄσμενοι φιλοχωροῦσι καὶ ζῶσιν αὐτόθι. *Vita autem Græcanicam rationem Neapoli augent, qui eo Roma ſecedunt in otium, ſive qui ab ineunte ætate laboribus defuncti ſunt, ſive alioquin ob ſenectutem, aut imbecillitatem cupiunt vitam faciliorem degere: & Romanorum nonnulli hoc vitæ genere gaudentes, ubi vident multitudinem hominum, qui eius inſtituti cauſa ibi verſantur, lubentes locum eum amplectuntur, ibique victitant.* Qui etiam laudat Antiatinum loco laudato ſupr. Aug. 58. 1. §. 4.

CAPUT XLVI.

ARG. *Ut conchas milites legerent, imperat, & in oceani littore altiſſimam turrem excitat, militeſque dimittit Caius Cæſar Caligula.*

1 Poſtremo, quaſi perpetraturus bellum [1], directa acie in littore [2] oceani, ac balliſtis [3] machiniſque [4] diſpoſitis, nemine gnaro [5] aut opinante quidnam cœpturus eſſet, repente ut conchas [6] legerent, galeaſque & ſinus replerent, imperavit, *ſpolia oceani*

PERPETRATURUS BELLUM I. de ſumma rerum dimicaturus, ultimam manum *bello* impoſiturus. *Patrare* proprie eſt rem veneream conſummare. Gloſſ. Philox. *Patrat*, μαστᾶται, κακόφατος, ὡς ἐπ' αἰσχρῶν. Vet. gloſſ. Perſ. 1. 18. *Patratio eſt rei Venereæ perfectio, vel conſummatio: unde & patres dicti, eo quod patratione filios procreant.* Μεταφορικῶς eſt rem quamvis perficere, finire. Feſtus. *Perpetrat, peragit, perficit.* Flor. II. 15. 1. *Nam quadriennio patratum eſt.* Unde Quintil. Inſtit. VIII. 3. *Hoc vitium ſit, quod κακόφατον vocatur, ſive mala conſuetudine in obſcœnum intellectum ſermo detortus, ut ductare exercitus, & patrare bellum apud Salluſtium dicta ſancte & antique, ridentur a nobis, ſi diis placet: quam culpam non ſcribentium quidem judico, ſed legentium: tamen vitanda, quatenus verba honeſta moribus perdidimus.* V. quoque *Schott. Obſerv. Hum.* II. 58. *Buchner. de comm. rat. dic.* I. 3. *Voſſ. Lex.*

2. DIRECTA ACIE IN LITTORE. Dio LIX. p. 659. E. Μετ' αὐτὰ ὅτι καὶ ἐς τὸν ὠκεανὸν ἦλθεν, ὡς καὶ ἐν τῇ Βρεττανίᾳ στρατεύσων, καὶ πάντας τοὺς στρατιώτας ἐν τῇ ἠϊόνι παρατάξας, τριήρει τε ἐπέβη, καὶ ὀλίγον ἀπὸ τῆς γῆς ἀπάρας, ἀνέπλευσε, καὶ μετὰ τοῦτο ἐπὶ βήματος ὑψηλοῦ ἱζήσας, καὶ σύνθημα τοῖς στρατιώταις ὡς ἐς μάχην δοὺς τοῖς τε σαλπιγκταῖς ἐξοτρύνας αὐτοὺς, εἶτ' ἐξαίφνης ἐκέλευσε σφίσι τὰ κογχύλια συλλέξασθαι. *Eodem tempore ad oceanum profectus, tanquam in Britanniam bellum tranſlaturus, omnes in acie milites ſuos propter littus collocavit, ipſe triremi conſcenſa paullulum a terra avectus rediit, ac deinde alto in ſuggeſto conſidens, ſignum pugnæ militibus dedit, claſſicumque canere juſſit, ac ſubito mandavit, ut conchylia legerent.*

3. BALLISTA *funibus, nerviſque tenditur, quæ quanto prolixiora brachiola habuerit, hoc eſt, quanto major fuerit, tanto ſpicula longius emittit: quæ ſi juxta artem mechanicam temperetur, & ab exercitatis hominibus, qui menſuram eius ante collegerint, dirigatur, penetrat quodcunque percuſſerit.* Veget. IV. 22. Priſcorum tempore ſemper jaciebat lapidem. Cicer. Tuſcul. II. 24. *Ut balliſta lapidum, & reliqua tormenta eo graviores emiſſiones habent, quo ſunt contenta, atque adducta vehementius.* Val. Max. I. 8. 19. ext. *Anguem, quum telorum jactu perforari nequiret, ad ultimum balliſtarum tormentis petitam, ſilicum crebris, & ponderoſis verberibus procubuiſſe.* Poſteriores qui variaverint, docet *Lipſ. Poliorc.* III. 3.

4. MACHINA *eſt continens ex materia conjunctio, maximas ad onerum motus habens virtutes. Ea movetur ex arte circulorum rotundationibus, quam Græci κυκλικὴν κίνησιν appellant. Inter machinas & organa id videtur eſſe diſcrimen, quod machina pluribus operibus, aut vi majore coguntur effectus habere, ut balliſtæ,* (quas tamen a *machinis* diſtinguit noſter, & de illis non idem ſenſiſſe, & ſcripſiſſe veteres obſervare eſt,) *torculariumque prela. Organa autem unius operæ, prudenti tactu perficiunt, quod propoſitum eſt, ut ſcorpionis, ſeu aniſocyclorum verſationes.* Vitruv. de archit. X. I.

5. GNARO I. conſcio. *Eraſmus.*

6. CONCHÆ proprie non ſunt piſces, præſertim quæ in littore leguntur: exuviæ ſunt, & ſuperficies animalis, non animal ipſum. Aurelius Victor de Cæſ. 3. 11. *umbilicos* addit. *Neque ſecus contractis ad unum legionibus, ſpecie in Germaniam tranſgrediendi, conchas, umbilicoſque* (ſive teretes lapillos) *in ora maris oceani legi juſſit: cum ipſe nunc fluxo cultu, Venereoque intereſſet, nunc armatus ſpolia a ſe non ex hominibus, ſed cæleſtium capi dictitaret.* Salmaſ. Exercit. Plin. p. 496. a. E.

oceani vocans, *Capitolio Palatioque debita.* Et in indicium victoriæ altiſſimam tur- 2
rem [7] excitavit: ex qua, ut ex Pharo [8], noctibus ad regendos navium curſus [9] ignes emicarent: pronuntiatoque militi donativo [10], centenis [11] viritim denariis, quaſi omne exemplum liberalitatis ſupergreſſus: *Abite* [12], inquit, *læti*, *abite locupletes* [13].

a. E. b. A. *Conchas* Romam tanquam ingentia ſpolia tranſtuliſſe Cajum dicit Dio LIX. p. 659. E. *Λαβών τε τὰ σκῦλα ταῦτα, (καὶ γὰρ λαφύρων δηλονότι πρὸς τὴν τῶν ἐπινικίων πομπὴν ἐδεῖτο) μέγα τι ἐφρόνησεν, ὡς καὶ τὸν ὠκεανὸν αὐτὸν δεδουλωμένος, καὶ τοῖς στρατιώταις πολλὰ ἐδωρήσατο, καὶ ὁ μὲν ἐς τὴν Ῥώμην τὰ κογχύλια ἀνεκόμισεν, ἵνα καὶ ἐκείνοις τὰ λάφυρα δείξῃ.* *Hic ſumptis ſpoliis (nimirum omnibus hoſtium ad triumphum indigens) animum ſuſtulit, quaſi ipſum oceanum ſubegiſſet, donatiſque liberaliter militibus conchylia Romam attulit, ut ibi ſpolia ſua quoque oſtentaret.*

7. Turrem hanc ubi excitaverit Cajus, oſtendit diſerte Oroſ. VII. 5. *Hic ſiquidem magno, & incredibili apparatu profectus quærere hoſtem viribus otioſis, Germaniam Galliamque percurrens, in ora oceani circa proſpectum Britanniæ reſtitit.* Portus in hoc littore, ex quo uno Romani in Britanniam tranſmiſſum ſolvere jam inde a Julii Cæſaris in eam inſulam expeditione conſueverunt, fuit in Morinis Itium, qui poſtea Geſſoriacus & Bononia dictus. Cæſar B. G. IV. 21. 3. *Ipſe cum omnibus copiis in Morinos proficiſcitur, quod inde erat breviſſimus in Britanniam trajectus. Huc naves undique ex finitimis regionibus, &, quam ſuperiore æſtate ad Veneticum bellum fecerat claſſem, jubet convenire.* Hunc locum ipſe *Itium portum* appellat B. G. V. 2. 3. *Ubi ex illo commodiſſimum in Britanniam trajectum* eſſe ſe *cognoviſſe* dicit. Cognoverat videlicet, cum primo trajiceret. Tunc enim, antequam trajiceret, commodiſſimum portum ſatis eum exploraſſe, haud dubium eſt. Ex hoc igitur Caligulam etiam voluiſſe ſolvere, dubium nullum eſſe poteſt, quandoquidem *turris* ea, quamvis faſtigio imminuta, etiam nunc ibidem exſtat, vulgo incolis Francogallis *Tour de l'ordre*, Germanis proximis *d'Oude man*, Anglis *the Old man* dicta: de qua ita Aimonius IV. 99. *Ipſe interea imperator, Carolus Magnus, propter claſſem, quam anno ſuperiore fieri imperavit, videndam, ad Bononiam, civitatem maritimam acceſſit: pharumque ibi, ad navigantium curſus dirigendos antiquitus conſtitutam, reſtauravit, & in ſummitate ejus nocturnum ignem accendit.* Cluver. Germ. ant. II. 36. V. tamen & *Jun. Batav. c.* 10. *Scriver. Antiq. Batav. p.* 171.

8. Pharum turrim deſcripſi ſupr. Tib. 74. 1. §. 6.

9. Currere dicuntur etiam naves, ut docui ad Curt. X. 1. 18. §. 60.

10. Centenarium numerum in quibuſdam obſervabant, cum populo præſente quædam ſpectacula ederent, uti cum militibus quædam largirentur. Claudius apud Dion. LX. p. 673. A. *Πλὴν ὅτι τοῖς δορυφόροις πέντε καὶ εἴκοσι δραχμὰς ἔδωκε.* *Niſi quod prætorianis militibus viritim centenos nummos diſtribuit.* Domitianus apud noſtr. infr. 4. 8: 19. 4. *Plura Taſſin. de Anno Secul. c.* 1.

11. Donativum erat ſtipendium non debitum militi, ſed ultra ſtipendium, mera liberalitate donatum. Caſſiod. Var. IV. 14. *Qui enim debent ad fiſcum celerius eſſe devoti niſi qui capiunt commoda donativi? quando amplius de noſtra humanitate recipiunt, quam ſtipendii jure præſtetur.* Noſt. infr. Ner. 7. 6. Galb. 16. 2: 20. 1. Dom. 2. 7.

12. Abite, verbum eſſe, quo ferme concio olim fuerit dimiſſa, dixi ad Curt. III. 10. 10. §. 50.

13. Locupletes, tanquam centeni denarii militem poſſent *locupletare*, qui uno interdum die majorem ſummam prodigere conſuevit. *Beroaldus.*

CAPUT XLVII.

ARG. *Captivos, transfugas, Gallorum proceriſſimos & principes ad triumphi pompam ſeponit, triremes itinere terreſtri Romam devehi, & triumphum maximum ſibi apparari jubet Cajus Cæſar Caligula.*

Converſus hinc ad curam triumphi, præter captivos [1] & transfugas barbaros, Gal- 1
liarum [2] quoque proceriſſimum [3] quemque, & ut ipſe dicebat, ἀξιοθριάμβευτον,

Captivi pro gentium varietate in turmas, gregeſque deſcripti, cum titulis, qui cujus gentis eſſent, indicarent, in triumpho traducebantur. Primus, qui traduxerit, fuit Quinctius Cincinnatus. Oroſ. II. 12. *Actumque infeliciter foret, ni Quinctius Cincinnatus, præcipuus ille dictator, arctatam obſidionem oppreſſo hoſte ſolviſſet: qui repertus ruri, ab aratro arceſſitus ad faſces, ſumpto honore, inſtructoque exercitu, mox victor effectus, jugum boum equis impoſuit, victoriamque quaſi ſtivam tenens, ſubjugatos hoſtes præ ſe primus egit.* Vopiſc. Aurelian. c. 34. *Ductæ ſunt & decem mulieres, quas virili habitu pugnantes inter Gothos ceperat: quum multæ eſſent interemptæ, quas de Amazonum genere titulus indicabat. Prælati ſunt tituli gentium nomina continentes.*

2. Gallos hos *Germanos* dicit Perſius infr. §. 9. quia illis temporibus ſimiles erant *Galli* & Germani, & ſpecie corporis, & cultu: unde & veſtes & vehicula *Gallorum Germanis* his tribuit. *Caſaub. in Perſ. p.* 494.

βευτον [4], ac nonnullos ex principibus [5] legit ac ſepoſuit ad pompam: coegitque non tantum rutilare [6] & ſummittere [7] comam, ſed & ſermonem Germanicum [8] addiſce-
2 re, & nomina barbarica [9] ferre. Præcepit etiam triremes, quibus introierat ocea-
3 num, magna ex parte itinere terreſtri [10] Romam devehi. Scripſit & procuratori-
bus [11], *triumphum appararent quam minima ſumma, ſed quantus nunquam alius fuiſſet, quando in omnium hominum [12] bona jus haberent.*

3. PROCERISSIMUM, quia forma præſtantiſſimum ex captivorum multitudine, quem in triumpho ducerent, eligere ſolebant imperatores. Perſ. Sat. VI. 43.

——— miſſa eſt a Cæſare laurus
Inſignem ob cladem Germanæ pubis, & aris
Frigidus excutitur cinis: ac jam poſtibus arma,
Jam chlamydes regum, jam lutea gauſapa captis,
Eſſedaque, ingenteſque locat Cæſonia Rhenos.

4. Ἀξιοθριάμβευτος I. triumpho dignum.

5. PRINCIPES gentium devictarum quoque in triumpho traducebantur. Vopiſc. in Aurelian. c. 33. *Inter hos*, captivos, *etiam Palmyreni, qui ſuperfuerant principes civitatis.*

6. RUTILUM *rufum ſignificat, cujus coloris ſtudioſæ etiam antiquæ mulieres fuerunt: unde traxerunt cognomina Rutiliæ, ut indicat Afranius.* Feſtus. *Æri aſſimilem* colorem hunc dicit noſt. Ner. I. 2. Tales Phaetontis capillos memorat Ovid. Metam. II. 319.

Aſt Phaeton, rutilos flamma populante capillos,
Volvitur in præceps.

Quibus tales a natura dati non eſſent, medicaminibus crines, ut ad hunc colorem quam proxime accederent, inficere ſolebant. Ælian. V. H. IX. 9. Ἐμέλε δὲ αὐτῷ καὶ καλῷ εἶναι ἐνθετίζοντι τὴν τρίχα, καὶ ξανθιζομένῳ. *Dabat etiam operam ut pulcer videretur, capilloſque & componebat ſtudioſe, & rufos faciebat.* Ammian. XXVII. 2. *Videbat lavantes alios, quoſdam comas rutilantes ex more. Rutilabant* vero ſapone. Mart. XIV. 23.

Cauſtica Teutonicos accendit ſpuma capillos.

Hos *rutilare* coegit Cajus, ut Germani viderentur Germani. Horum enim *truces & cærulei oculi, rutilæ comæ*, ut de illis Tacit. Germ. 4. 2. qui de Britannis Agric. II. 2. *Rutilæ Caledoniam habitantium comæ Germanicam originem aſſeverant.* Coloris cauſam aſſignat Clem. Alex. Pædag. III. 3. Τῶν ἐθνῶν οἱ Κελτοὶ, καὶ οἱ Σκύθαι κομῶσιν, ἀλλ' οὐ κοσμοῦνται· ἔχει τι φοβερὸν τὸ εὔτριχον τοῦ βαρβάρου, καὶ τὸ ξανθὸν αὐτοῦ πόλεμον ἀπειλεῖ· συγγενές τι τὸ χρῶμα τῷ αἵματι. *Gentium quidem Celtæ, & Scythæ comantur, ſed non ornantur: coma enim barbari terribile quid habet, & flavus illius color bellum minatur? cognatus enim hic color ſanguini.* De hoc Germanorum colore etiam *Cluver. Germ. ant.* I. 14. *Sched. de diis German.* II. 4. *Jun. de pict.* III. 9. 6.

7. SUMMITTERE I. prolixiorem facere. V. ſupr. Cæſ. 67. 3. §. 15. Hoc vero erat Germanorum. De ſeptentrionalibus, ad quorum polum proxime accedunt Germani, Plin. II. 78. *Æthiopas vicini ſideris vapore torreri, aduſtiſque ſimiles gigni, barba & capillo vibrato, non eſt dubium. Et adverſa plaga mundi, atque glaciali, candida cute eſſe gentes, flavis promiſſas crinibus.*

* 8. SERMONEM GERMANICUM dum dicit noſter, *ſermonis Germanici* certam aliquam dialectum, eamque haud dubie Friſicam, quia hanc gentem bello ſe vicisse ementiebatur, dum eadem inter Germanos & Gallos olim eſſet lingua, ſpectaſſe Cajum putat *Cluver. Germ. ant.* I. 5.

9. BARBARICA, tanquam Gallorum nomina ſint elegantiora, Germanorum vero aſperiora. *Beroaldus.*

10. ITINERE TERRESTRI, forte ad imitationem Argonautarum, qui Argo navem duodecim integros dies humeris ſuſceptam uſque ad littus Adriaticum tranſtulerunt, ut dixi ad Curt. VIII. 10. 3. §. 11.

11. PROCURATORIBUS, quos non tantum in provinciis, ſed etiam in Urbe habuerunt Cæſares. Paullus Digeſt. IV. 6. 35. §. 2. *Procurator Cæſaris, non ſolum, cui rerum provinciæ cujuſque procuratio mandata erit; ſed & is, cui rerum, quamvis non omnium.* Tacit. Ann. XIV. 54. 3. *Jubeas per procuratores tuos adminiſtrari.* Noſt. Ner. 32. 6. Veſp. 19. 6. Claud. 12. 2. Ubi plura. V. & *Clariſſ. Ryck. in Tacit. p.* 187.

12. OMNIUM HOMINUM, a quibus neceſſaria ad ſui triumphi apparatum procuratores ſuos extorquere jubet Cajus. In honorem principis victoris decernebantur ſupplicationes, triumphi, & ludi victoriæ; ſed hæc omnia publice de fiſco principis, aut populi ærario: privati in eam nullum ſumtum conferre ſolebant, niſi quod faciebant & ipſi rem divinam, & pro ſua quiſque copia convivabantur, ac genium ſuum placabant. Igitur ſicut ædiles, & alii magiſtratus cum ludos edebant, amicorum perſæpe opibus ſublevabantur: ita hanc largitionem a privatis per vim, & metum exprimi vult Cajus. Perſ. Sat. VI. 48.

Diis igitur, genioque ducis centum paria gladiatorum, *ob res*
Egregie geſtas induco: qui vetat? aude.
Væ, niſi connives, oleum, artocreaſque popello
Largior.

Hæc ad Perſium *Caſaubonus.*

C A-

Digitized by Google

CAPUT XLVIII.

ARG. *Legiones, poſt exceſſum Auguſti ſeditionem quæ moverant, contrucidare quia non poteſt, omnem acerbitatem in ſenatum deflexit Cajus Cæſar Caligula.*

Priuſquam provincia decederet, conſilium iniit nefandæ atrocitatis, legiones, quæ 1
poſt exceſſum Auguſti ſeditionem [1] olim moverant, contrucidandi, quod &
patrem ſuum Germanicum ducem, & ſe infantem tunc obſediſſent [2]. Vixque a tam 2
præcipiti cogitatione revocatus, inhiberi nullo potuit modo, quin decimare [3] velle
perſeveraret. Vocatas itaque ad concionem inermes, atque etiam gladiis depoſitis [4], 3
equitatu armato circumſedit [5]. Sed cum videret, ſuſpecta re, pleroſque dilabi [6] ad 4
reſumenda, ſi qua vis fieret, arma, profugit concione: confeſtimque Urbem petiit, deflexa omni acerbitate [7] in ſenatum [8], cui ad avertendos [9] tantorum dedecorum rumores palam minabatur: querens inter cætera, fraudatum ſe juſto [10] triumpho, cum ipſe paullo ante, ne quid de honoribus ſuis ageretur, etiam ſub mortis pœna denuntiaſſet.

SEDITIONEM ſub Germanico legiones moviſſe dicuntur ſupr. 1. 2. §. 11. 4. 3. §. 6.

2. INFANTEM OBSEDISSENT ſupr. 9. 2. & 3.

3. DECIMARE quid ſit, dixi ſupr. Aug. 24. 5. §. 16. Nunc addo faciam eſſe *decimationem, ſupplicii conditionem in bello timiditati militis propoſitam, ut metus videlicet ad omnes, pœna ad paucos perveniret*, ut illam deſcribit Cicer. pro Cluent. c. 46. ſortitione, ut addit Cicero, *Statuerunt ita majores noſtri, ut, ſi a multis eſſet flagitium rei militaris admiſſum, ſortitione in quoſdam animadverteretur.* Hoc ſupplicii genus ad tempus omiſſum revocavit M. Craſſus. Plutarch. Craſſ. p. 548. F. Πεντακοσίους δὲ τοὺς πρώτους, καὶ μάλιστα τοὺς τρέσαντας, εἰς πεντήκοντα διανείμας δεκάδας, ἀφ' ἑκάστης ἀπέκτεινεν ἕνα τὸν κλήρῳ λαχόντα: πάτριόν τι τοῦτο διὰ πολλῶν χρόνων κόλασμα τοῖς στρατιώταις ἐπαγαγών: καὶ γὰρ αἰσχύνη τῷ θανάτῳ τοῦ τρόπου πρόσεστι, καὶ δρᾶται πολλὰ φρικώδη καὶ σκυθρωπὰ περὶ τὴν κόλασιν, ἁπάντων θεωμένων. *Quingentos autem ex primis, iis præſertim qui aufugerant, in quinquaginta decades diſtribuit, ex quibus ſingulis unum aliquem ſorte ductum trucidavit* Craſſus, *patria in milites pœna poſt multos annos in uſum revocata. Huic autem mortis generi ignominia ſubeſt, & multum terroris, atque formidinis ſpectantibus omnibus adfert.* V. & *Fabr. Semeſtr.* I. 18.

4. DEPOSITIS, ut inſignibus militaribus detractis exauctoratos & diſcinctos ſignificaret. V. *Fabrum.*

5. CIRCUMSEDIT, ne ullum pateret effugium. *Beroaldus.*

6. DILABI dicitur cœtus aliquis, qui diſſolvitur, ſeque aut domum quiſque, aut quo vocant negotia, aut quo fert animus, alius alio recipit. Nep. VI. 2. 3. *Futurum, ut Thebis dilaberentur, conſulerentque rebus ſuis.* Exempla collegit *Muret. V. L.* XI. 5.

7. ACERBITATE. Quid ſit illa, dixi infr. Gramm. 9. 4. §. 7.

8. IN SENATUM quam *acerbus* fuerit Cajus, legitur apud Dion. LIX. p. 660. A. Ὅμως ἐπελθὼν ἐς τὴν πόλιν, τὴν μὲν βουλὴν ὀλίγου ἐδέησεν ἀπολέσαι πᾶσαν, ὅτι μὴ τὰ ὑπὲρ ἄνθρωπον αὐτῷ ἐψηφίσατο: τὸν δὲ δῆμον ἀθροίσας, πολὺ μὲν ἀργύριον ἐκ μετεώρου σφίσι, πολὺ δὲ χρυσίον ἔρριψε: καὶ πολλοὶ δὲ ἀπώλοντο διαρπάζοντες: σιδήρια γὰρ μικρὰ ἄττα αὐτοῖς, ὥς φασί τινες, ἀναμέμικτο. *Ut in Urbem Cajus advenit, parum abfuit, quin univerſum ſenatum necaret, quia non divinos honores ipſi decreverant: populum convocavit, ac de ſublimi loco multum argenti, aurique in eos projecit, cujus direptione multi perierunt, quum, ut quidam tradunt, ferramenta exigua eis immiſcuerit.*

9. AD AVERTENDOS i. ut a ſe amoliretur invidioſos rumores de decimatione legionum illarum, minabatur ſenatui, quaſi is fuiſſet auctor hujus conſilii atrocioris. V. quoque *Sabellicum*, *Torrentium*, *Gravium*, *Rutgerſ. V. L.* VIII. 6.

10. JUSTO i. legitimo, vero. V. ſupr. Aug. 38. 1. §. 3.

CAPUT XLIX.

ARG. *Utriuſque ordinis electiſſimo quoque ferro, & veneno interempto, Antium, deinde Alexandriam commigrare propenſit, ſed periit Cajus Cæſar Caligula.*

Digitized by Google

1 Aditus ergo in itinere a legatis [1] ampliſſimi ordinis, ut maturaret orantibus, quam maxima voce: *Veniam*, inquit, *veniam*, *& hic meeum*: capulum [2] gladii cre-
2 bro verberans [3], quo cinctus erat. Edixit & *reverti ſe*, *ſed iis tantum*, *qui optarent*;
3 *equeſtri ordini & populo*: *nam ſe neque civem* [4] *neque principem ſenatui amplius fore*. Vetuit etiam quemquam ſenatorum ſibi occurrere: atque omiſſo, vel dilato triumpho, ovans Urbem natali ſuo [5] ingreſſus eſt: intraque quartum [6] menſem periit, ingentia
4 facinora auſus, & aliquanto majora moliens. Siquidem propoſuerat Antium [7], deinde Alexandriam [8] commigrare, interempto prius utriuſque ordinis electiſſimo quo-
5 que. Quod ne cui dubium videatur, in ſecretis ejus reperti ſunt duo libelli [9] diver-
6 ſo titulo: alteri GLADIUS, alteri PUGIO [10] index erat [11]. Ambo notas & no-
7 mina continebant morti deſtinatorum. Inventa & arca ingens, variorum venenorum plena: quibus mox a Claudio demerſis, infecta [12] maria traduntur, non ſine piſcium exitio, quos enectos æſtus in proxima littora ejecit.

Legatis officii cauſa publici illi obviam miſſis. *Sabellicus.*

2. Capulum i. manubrium. Feſtus. *Capulum & manubrium gladii vocatur, & id, quo mortui efferuntur: utrumque a capiendo dictum.* Gloſſ. Cyrill. *Capulus, um*, λαβὴ ξίφους, μαχαίρας λαβή. Domit. 17. 4. Aug. 26. 3.

3. Verberans, ita ſignificans ſenatus trucidationem. Crebra enim concuſſio capuli ſpecimen eſt minarum capitalium.

* 4. Neque civem, quia *fuit veſtitu*, *calceatuque*, *& cætero habitu*, *neque patrio*, *neque civili*, ut de illo Noſt. c. 52. n. 3. *Civem* vero vocari nihil gratius apud Romanos. *Talis* Tiberius apud Paterc. II. 99. 1. *Tiberius*, *civium poſt unum eminentiſſimus.* Trajanus apud Plin. Paneg. 2. 3. *Non de tyranno*, *ſed de cive loquimur.* Ipſe Auguſtus apud Prop. III. 9. 55.

Non hæc, *Roma*, *fuit tanto tibi cive verenda.*

5. Natali suo i. menſis Auguſti primo & trigeſimo, ſupr. 8. 1.

6. Quartum, imo quintum; periit enim *nono Kalendas Februarias.* infr. 58. 1. Quod etiam obſervant *Ryck. in Tacit. p.* 148. *& Noris de num. Herodis. p.* 74.

7. Antium *commigrare* quare propoſuerit Cajus, docuit noſter ſupr. 8. 12.

8. Alexandriam *commigrare* quare propoſuerit Cajus, docet Joſeph. Ant. Jud. XIX. 1. Ἐπὶ γὰρ Ἀλεξανδρείας παρεσκευάζετο πλεῖν κατὰ θεωρίαν τῆς Αἰγύπτου. *Decrevit enim navigare Alexandriam*, *Ægypti viſendæ gratia.* Docet etiam Philo legat: ad Cajum p. 1039. Τοῦτο δὲ πρᾶξαι ἔμελλεν ἐν παράπλῳ, κατὰ τὴν εἰς Αἴγυπτον ἀποδημίαν: ἄλεκτος γάρ τις αὐτὸν ἔρως κατεῖχε τῆς Ἀλεξανδρείας, εἰς ἣν ἐπόθει σπουδῇ πάσῃ παραγενέσθαι, καὶ ἀφικόμενος πλεῖστον χρόνον ἐνδιατρίψειν, νομίζων τὴν ἐκθέωσιν, ἣν ὀνειροπολεῖ, μίαν ταύτην πόλιν καὶ γεγεννηκέναι καὶ συναυξήσειν, καὶ ταῖς ἄλλαις παράδειγμα γεγενῆσθαι τοῦ σεβασμοῦ, μεγίστην τε οὖσαν καὶ ἐν καλῷ τῆς οἰκουμένης. *Id autem facturus erat obiter*, *in Ægyptum navigans*: *tenebatur enim miro viſendæ Alexandriæ deſiderio*, *magna cura profectionem inſtituens*, *ut ibi diu degeret*, *ratus conſecrationem ſuam*, *quam ſomniabat*, *in hac una civitate poſſe ſuccedere*, *atque inde hujus religionis exemplum manaturum ad minores cæteras*, *propter ſitum ejus urbis in regione opportuniſſima.*

9. Libelli accuſatorii, qui *notas*, *& nomina continebant morti deſtinatorum*, ut ſtatim noſter. Cum talibus obambulabant Sulcius & Caprius apud Horat. Sat. 1. 4. 65.

——— *Sulcius acer*
Ambulat & Caprius, *rauci male*, *cumque libellis*,
Magnus uterque timor latronibus.

10. Gladii et pugionis titulo inſcriptos libellos circumtuliſſe Protogenem atrociſſimum in omnibus rebus Caji miniſtrum docet Dio LIX. p. 660. B. Ἡ δέ τις Πρωτογένης πρὸς πάντα αὐτῷ τὰ χαλεπώτατα ὑπηρετῶν, ὥστε καὶ βιβλία ἀεὶ δύο περιφέρειν, καὶ αὐτῶν τὸ μὲν, ξίφος, τὸ δὲ ἐγχειρίδιον ὀνομάζειν. * *Gladius*, quia longior eſt, ferit remotius, & ideo remotiores perſonas in eo libello habuiſſe deſcriptos, ut in illo, qui *pugio*, qui ferit propinquius, propinquos hariolatur *Dorleans in Tacit. p.* 110.

11. Index erat i. *pro ſigno nominis adſcriptum erat.* Oroſ. VII. 5.

12. Infecta *veneno* i. *venenata.* Virg. Georg. II. 128.

Pocula ſi quando ſævæ infecere novercæ.

CAPUT L.

ARG. *Qua ſtatura*, *quo corpore*, *& valtu*, *qua valetudine fuerit Cajus Cæſar Caligula.*

Statura

Statura fuit eminenti [1], expallido [2] colore, corpore enormi [3], gracilitate maxima 1
cervicis [4] & crurum, & oculis & temporibus concavis [5], fronte lata [6] & torva [7],
capillo raro, ac circa verticem nullo [8], hirſutus cætera [9]. Quare tranſeunte eo, pro- 2
ſpicere ex ſuperiore parte [10], aut omnino quacunque de cauſa *capram* nominare [11],
criminoſum & exitiale habebatur. Vultum [12] vero natura horridum [13] ac tetrum [14] 3
etiam ex induſtria efferabat [15], componens ad ſpeculum [16] in omnem terrorem ac formidinem.

* STATURA EMINENTI dicebantur eſſe, qui commodam, ſive militarem, de qua ſupr. Tib. 68. 1. §. 2. ſuperabant. Tales *ſtatura proceri* dicebantur, ut apud Spartianum c. 26. Hadrianus. V. & *Stewech. in Veget.* 1. 5.

2. EXPALLIDO i. valde *pallido*. Tertull. de Reſurr. Carn. c. 57. *Quod corpus illæſum, cum interemptum, cum frigidum, cum expallidum?* dicitur *expallidum* ut exalbidum apud Plin. XII. 17. *Arborem brutam, cupreſſo ſuſe ſimilem, exalbidis ramis.* Expavidum apud Gell. 1. 8. *Expavidus Demoſthenes avertit.* Exlætum apud Apul. Mileſ. III. p. 135. *Non exlæta facie, nec ſermone dicaculo.* Ex præpoſitio vocis vim, & poteſtatem amplificat, ut monet *Turneb. Adv.* XXII. 31. V. & *Brant. in Apulejum.* Caji *pallidum colorem* vituperat Senec. de Conſt. c. 18. *Tanta illi palloris inſaniam teſtantis fœditas erat.*

3. ENORME uſu Latine loquentium id dicimus, quod longius eſt quam par ſit. Spartian. Æl. Vero c. 1. *Prologus non debet eſſe enormior, quam fabula.* Proprie *enorme* eſt, quod non eſt exactum ad amuſſim, nec bene quadrat: *τὸ μὲν πρὸς στάθμην ἰθύνειν.* V. *Caſaub. ad Spartianum.*

4. CERVICIS, quam *ſetis obſeſſam* Cajo fuiſſe dicit Seneca de Conſt. c. 18.

5. OCULIS CONCAVIS, quos *rigentes Caio principi* fuiſſe dicit Plin. XI. 37. Et *ſub fronte latentes* Senec. infr. §. 7.

6. FRONTEM LATAM, *μέτωπον πλατὺ* vocat, & quales illi, quibus illa contigit, ſint, docet Ariſtot. Hiſt. anim. 1. 8. *Μέτωπον οἱ μὲν πλατὺ, ἐκστατικοί.* *Quibus frons lata eſt, mente moveri idonei.* infr. Tit. 2. §. 3.

7. TORVAM *frontem* Cajo tribuit etiam Seneca de Conſt. c. 18. *Tanta oculorum ſub fronte ſimili latentium torvitas.* Oculi, inquit Seneca, illi *torvi*, & *frons ſimius*. Ut hunc locum legit & explicat *Lipſius.*

8. CAPILLO RARO, AC CIRCA VERTICEM NULLO. Unde Seneca. *Tanta capitis deſtituti, & emendicatis capillis aſperſi deformitas.*

9. CÆTERA *hirſutus*, ellipſis eſt præpoſitionis, per quam adjectiva partem aliquam totius reſpicientia, ad imitationem Græcorum accuſativum regunt. Paterc. II. 46. 2. *Vir cætera ſanctiſſimus.* Tacit. Ann. VI. 42. 2. *cætera degenerem.* Qualia exempla plura ſuppeditabit tibi *Vechner. Hellen.* I. I. 20.

10. PROSPICERE EX SUPERIORE PARTE, quia ille de induſtria videbatur velle contemplari deformitatem capitis capillis deſtituti, & honore comæ deſpoliati. *Beroaldus.*

11. CAPRAM NOMINARE, quia id, tanquam convicium ad ſuam contumeliam trahebat Cajus, cum eſſet hirſutus inſtar *capræ*. V. ſupr. §. 4. *Capras* autem piloſas eſſe & hirſutas manifeſtarium eſt. Unde ſcrotum *caprinum*, quo intectis ad tempora galeis tirones utebantur, *hirſutam capellam* vocat Juven. v. 155.

——— metuenſque flagelli
Diſcit ab hirſuta jaculum torquere capella.

Ob eandem cauſam Julianus *capella* vocatur apud Ammian. XVII. 11. *Talia ſine modo ſtrepentes inſulſe: in odium venit cum victoriis ſuis capella, non homo, ut hirſutum Julianum carpentes.* V. *Beroaldum & Torrentium.*

12. VULTUM, quem loco tormenti horrore ſuo fuiſſe dicit L. Senec. de Ira III. 19. *Torſerat per omnia, quæ in rerum natura triſtiſſima ſunt, fidiculis, tabularibus, eculeo, igne, vultu ſuo.* In vultu vero tormenta eſſe dicit M. Senec. Contr. II. 5. *Veniunt in domum crudeliſſimi carnifices, in quorum vultibus erant tormenta.*

13. HORRIDUM i. incultum. Virg. Æneid. IV. 251.

——— glacie riget horrida barba.

& terribilem. Virg. Æneid. v. 37.

——— occurrit Aceſtes
Horridus in jaculis.

14. TETRUM i. fœdum, crudelem. Cicer. Catil. 1. 5. *Quod hanc tam tetram reipublicæ peſtem toties jam effugimus.*

15. EFFERABAT i. ad *feritatem* omnem componebat. Et *terribilis viſu tyrannus* dicitur Stat. Sylv. III. 3. 72. Sic argentum, in quo belluæ expreſſæ erant, *efferatum* vocat Apul. Mil. v. p. 159. *Miras prorſum homo, imo ſemideus, vel certe deus qui magnæ artis ſubtilitate tantum efferavit argentum.* Boxhornius.

16. SPECULA *inventa ſunt, ut homo ipſe ſe noſceret. Multa ex hoc conſecuta: primo ſui notitia, deinde & ad quædam conſilium. Formoſus, ut vitaret infamiam: deformis, ut ſciret redimendum eſſe virtutibus, quidquid corpori deeſſet: juvenis, ut flore ætatis admoneretur, illud tempus eſſe diſcendi, & fortia audendi; ſenex, ut indecora canis deponeret, & de morte aliquid cogitaret.* Senec. N. Q. 1. 17. Phædr. III. 9. 14.

Quotidie, inquit, ſpeculo vos uti volo:
Tu formam ne corrumpas nequitiæ malis;
Tu faciem iſtam moribus vincat bonis.

Gggg 3 V. &c.

4.5 midinem. Valetudo ei neque corporis, neque animi conſtitit. Puer [17] comitiali
morbo [18] vexatus: in adoleſcentia ita patiens laborum erat, ut tamen nonnunquam
6 ſubita defectione [19] ingredi, ſtare, colligere ſemet ac ſufferre vix poſſet. Mentis
valetudinem & ipſe ſenſerat: ac ſubinde de ſeceſſu [20], deque purgando cerebro [21]
7 cogitavit. Creditur potionatus [22] a Cæſonia uxore [23] amatorio quidem medicamen-
8 to [24], ſed quod in furorem [25] verterit. Incitabatur inſomnia [26] maxime: neque e-
nim

V. & *Beroaldum.*

17. PUERORUM eſſe morbum comitialem docent medici. Illos conſule.

18. COMITIALIS MORBUS qualis. V. Cæſ. 45. 2. §. 10.

19. DEFECTIONE n. *animi* quod addit Cicer. Attic. III. 18. Eſt illa morbus ſimilis animi deliquio, quo & Cæſar vexatus fuit ſupr. 45. 1. §. 9.

20. DE SECESSU forte Anticyram, quo valetudinis cauſa *ſecedere* ſolebant veteres. V. ſupr. 29. 5. §. 11.

22. POTIONARI dicitur, cui *potio* venenata datur. Illo ſolus utitur Suetonius. Sed *potionem* pro poculo venenato dicit Cicer. pro Cluent. c. 10. *Qui uxori ſua Cluentia cum ipſe poculum dediſſet, ſubito illa in media potione exclamavit, ſe maximo cum dolore mori: nec diutius vixit, quam locuta eſt. Et ad hanc mortem, tam repentinam, vocemque morientis, omnia præterea, quæ ſolent eſſe indicia, & veſtigia veneni, in illius mortuæ corpore fuerunt.* c. 14. *L. Clodius prima potione mulierem ſuſtulit.* Dicit etiam Horat. Epod. 3. 73.

Non uſitatis, Vare, potionibus.

Et ſæpius Quintil. Declam. 14. V. quoque *Torrentium.*

23. A CÆSONIA UXORE *potionatum* fuiſſe dicit etiam Juven. VI. 615.

——— *ut avunculus ille Neronis,*
Cui totam tremuli frontem Cæſonia pulli
Infudit.

Et hoc nomine a conjuratis interfectam eſſe Cæſoniam prodit Joſeph. XIX. 2. Οἱ δὲ καὶ τὴν μὲν ἐπὶ τοιούτοις ἐκάλουν αὐτῇ γνωμῶν, τὸ δὲ πᾶν, καὶ τῶν ὑπὸ Γαΐου πεπραγμένων κακῶν, ἐκείνῃ τὴν αἰτίαν ἐπέφερον, φάρμακα τῷ Γαΐῳ δοῦναι ἐκείνην δυνάμενα ἔρωτα ἐπαγωγὰ αὐτῇ ψηφιζόμενοι εἰς μανίαν μεταστάντος, τὰ πάντα αὐτῷ εἶναι συντετυχηκότα ἐπὶ ταῖς Ῥωμαίων τύχαις καὶ τῆς ὑποτελούσης αὐτοῖς οἰκουμένης. *Alii contra illam potiſſimum malorum omnium cauſam aſſeverabant, a qua amatorio potionatus inciderat in inſaniam, atque ita unam veneficam attuliſſe toti orbi Romano calamitates maximas.*

24. AMATORIO MEDICAMENTO, quod *deſiderii poculum* vocat Horat. Epod. 17. 80. & *amoris poculum* Epod. 5. 38. *philtrum* Ovidius & Juvenalis infr. §. 25. Quod quale fuerit, docuit Juvenalis ſupr. §. 23. dicens fuiſſe *frontem tremuli pulli.* Hanc vero amoris eſſe veneficium & hippomanes dici dicunt Ariſtot. Hiſt. Anim. VI. 22. Ὅταν δὲ τίκτῃ ἡ ἵππος, τότε χόριον εὐθὺς καταπίνει, καὶ ἀποτρώγει τοῦ πώλου ὃ ἐπιφύεται ἐπὶ τοῦ μετώπου τούτου μὲν πώλου, ὃ καλεῖται ἱππομανές· ἔστι δὲ τὸ μέγεθος, ἔλαττον μικρῷ ἰσχάδος, τῷ δὲ εἴδει, πλατὺ, περιφερὲς, μέλαν. Τοῦτο ἐάν τις φθῇ λαβὼν, καὶ ὀσφρανθῇ ἡ ἵππος, ἐξίσταται, καὶ μαίνεται πρὸς τὴν ὀσμήν. Διὸ καὶ αἱ φαρμακίδες ζητοῦσι, καὶ συλλέγουσι. *Cum equa pepererit, ſtatim ſecundas devorat, atque etiam quod pulli fronti adnaſcitur, hippomanes nuncupant. Eſt autem magnitudine minus parva carica, ſpecie latum, rotundum, nigrum. Hoc ſi quis præcepto odorem moveat, equa excitatur, furitque agnito eo odore. Quapropter id a veneficis petitur, & percipitur mulierculis.* Plin. VIII. 42. & Solin. c. 45. *Et ſane equis amoris innaſci veneficium, hippomanes appellatum, in fronte, carica magnitudine, colore nigro: quod ſtatim edito partu devorat fœta, aut partum ad ubera non admittit, ſi quis præreptum habeat.* Quod etiam prodit, & amorem excitandi vim habere hippomanes dicit Ælian. de anim. III. 17: XIV. 18. Ἴσασι δ' ἄρα ἱπποφορβοὶ τοῦτο εὖ καὶ καλῶς· καὶ ἐάν ποτε δεηθῶσι τῆς προειρημένης σαρκὸς εἰς ἐπιβουλήν τινος, ὡς ἐξάψαι εἰς ἔρωτα, τὴν ἵππον κύουσαν παραφυλάττουσι, καὶ ὅταν τίκῃ παραχρῆμα ἁρπάζουσι τὸ πώλιον, καὶ ἀποκόπτουσι τὴν προειρημένην σάρκα. *Habent hoc penitus paſtores cognitum: ſi quando illi egeant, ut alicui moliantur amatorias inſidias, & ad Venerem inflamment; diligenter obſervant tempus partus, ac ſtatim ab illo hippomanes rapiunt, & prædictam carunculam abſcindunt.* V. & *Lacerd. in Virg. Æn. IV. 515. Delr. Diſq. Mag.* III. 3. 2.

25. IN FURORE philtra *vertere* tradunt etiam Ovid. Art. Amat. II. 105.

Nec data profuerint pallentia philtra puellis.
Philtra nocent animis, vimque furoris habent.

Juven. Sat. VI. 610.

——— *hic Theſſala vendit*
Philtra, quibus valeat mentem vexare mariti.

Et maxime ex hippomane facta. Ælian. de anim. XIV. 18. Ὅς τις δ' ἂν κατά τινα ἐπιβουλὴν ἀνὴρ ἐκείνου γεύσηται τῆς σαρκὸς ἔρωτι καὶ μάλα γε ἀκρατεῖ συνέχεται, καὶ ἐμφλέγεται, καὶ βοᾷ, καὶ ἀκατασχέτως ἐρᾷ, καὶ ἐπὶ παιδικὰ αἴσχιστα, καὶ ἐπὶ γυναῖκα ἀφήλικα, καὶ ἀπρόσωπον, καὶ μαρτύρεται τὴν νόσον, καὶ τοῖς ἐντυχοῦσιν, ὅπως ἐξαίρεται, λέγει· καὶ λείβεται μετὰ τὸ σῶμα, καὶ φθίνει· ἐλαύνεται δὲ τὴν ψυχὴν ἐρωτικῇ μανίᾳ. *Si quis autem per inſidias carunculam illam guſtaverit, conſtringitur intemperanti amore, exæſtuat, vociferatur, & effrenato, ac furenter rapitur: ad amores etiam turpiſſimos, & mulierem annoſam, & quamvis deformem, & morbum teſtatur, & obviis, quemadmodum conflagret amoris flamma, exponit: tum ex eo illius corpus diffluat,*

Digitized by Google

nim plus quam tribus nocturnis horis quieſcebat: ac ne his quidem placida quiete, ſed pavida miris rerum imaginibus: ut qui inter cæteras pelagi quondam ſpeciem [27] colloquentem ſecum videre viſus ſit. Ideoque magna parte noctis, vigiliæ cubandi- 9
que tædio, nunc toro reſidens, nunc per longiſſimas porticus vagus [28], invocare identidem atque exſpectare lucem [29] conſueverat.

diffluit, & contabeſcit; & veneris inſania animus exagitatur.

26. INSOMNIA i. vigilia, cum dormiri non poteſt, Græcis ἀγρυπνία & ἀϋπνία. Gloſſ. Cyril. *Inſomnia, ἀγρυπνία*: optimæ, *inſomnia, ἀϋπνία*. Cæcilius Plocio: *Conſequitur comes inſomnia, ea porro inſaniam adfert.* Chariſius I. p. 78. *Inſomnia plurali numero ſignificari volunt grammatici ſomnia: ſingulari vero numero vigiliam ſignificare, ut Pacuvius in Antiopa dixit,*

Perdita illuvie atque inſomnia.

Donat. Eun. II. I. 13. *Inſomnia, vigilia. Legitur & adiget, ut ſit inſomnia numeri ſingularis.* Serv. Æn. IV. 9. *Legitur & terret, & terrent. Sed ſi terret legerimus, inſomnia erit vigilia. Hoc enim majores inter vigilias, & ea, quæ vidimus in ſomniis intereſſe voluerunt: ut inſomnia generis feminini ſingularis vigiliam ſignificet. Inſomnia vero generis neutri, numeri pluralis, ea quæ per ſomnum videmus, ut* VI. 896.

Sed falſa ad cælum mittunt inſomnia manes.

27. SPECIEM i. ut modo imaginem. V. infr. Claud. 37. 4.

28. VAGUS, quo modo & Vitellius. Tacit. Hiſt. III. 85. 2. *Dein mobilitate ingenii, & quæ natura pavoris eſt, cum omnia metuenti, præſentia maxime diſplicerent, in Palatium regreditur.*

29. EXSPECTARE LUCEM ſolent inſomnes. Stat. Theb. VII. 465.

Lucemque timent, lucemque precantur.

Etiam Nero. Tacit. Ann. XIV. 10. 1. *Reliquo noctis, modo per ſilentium defixus, ſæpius pavore exſurgens, & mentis inops lucem opperiebatur, tanquam exitium* i. finem, exitum, ut interpretatur Pontan. in Macrob. p. 618. *allaturam.*

CAPUT LI.

ARG. *Ad tonitrua, & fulgura, ſe proripit, & abſcondit, ad Ætneæ verticis fumum, & murmur fugit, ad hoſtium mentionem equum conſcendit, & Germaniæ rebellione audita, fugam, & ſubſidia fugæ claſſes apparat Cajus Cæſar Caligula.*

Non immerito mentis valetudini attribuerim diverſiſſima in eodem vitia [1], ſum- 1
mam confidentiam [2], & contra nimium metum. Nam qui deos tantopere 2
contemneret, ad minima tonitrua & fulgura [3] connivere [4], caput obvolvere [5], ad vero majora proripere ſe e ſtrato, ſub lectumque condere [6] ſolebat. Peregrinatione 3
quidem

DIVERSISSIMA VITIA. Dio LIX. p. 642. C. Οὕτω γὰρ καὶ πρὸς πάντα ἐναντίος ἐπεφύκει. *Adeo autem contrarius ſibi ipſi in omni re fuit.*

2. CONFIDENTIA eſt temeritas, audacia. Pacuvius Atalanta.

Grandem, atque atrocem coerce confidentiam.

Nonius IV. 71. Unde *confidentiam, & temeritatem* jungit Cicer. Phil. II. 40. *Jam intelliges aliam tauſam eſſe haſtæ Cæſaris, aliam confidentiæ, & temeritatis tuæ.* Noſt. Domit. 12. 7.

3. AD TONITRUA ET FULGURA ob male commiſſa trepidare ſolent ſcelerati. Juven. Sat. XIII. 222.

Hi ſunt, qui trepidant, & ad omnia fulgura pallent,
Cum tonat, exanimes primo quoque murmure cæli,
Non quaſi fortuitus, nec ventorum rabie, ſed
Iratus cadat in terras, & judicet ignis,
Illa nihil nocuit, cura graviore timetur
Proxima tempeſtas, velut hic dilata ſereno.

4. CONNIVERE ad *fulgura* etiam *minima* ſolemus omnes. Quare *contremere* reponendum eſſe merito contendit *Boxhornius.* Non tamen ſemper ita affectus fuit Cajus, auſus interdum non ſolum vultum attollere: ſed etiam ταῖς βρονταῖς ἐκ μηχανῆς τινος ἀντιβροντᾶν, καὶ ταῖς ἀστραπαῖς ἀντιστράπτειν, καὶ ὁπότε κεραυνὸς καταπέσοι, λίθον ἀντακοντίζειν, καὶ ἐπιλέγειν ἐφ' ἑκάστῳ τὸ τοῦ Ὁμήρου· ἤ μ' ἀνάειρ', ἢ ἐγὼ σέ: *ex machina quapiam tonitribus obſtrepere, & contra fulgurare, & quoties fulmen decidiſſet, lapidem ejaculari, & ſingulis addere Homericum illud, tollito me, vel ego te.* Dio LIX. p. 662. C. Zonar. Ann. II. p. 180. V. etiam *Caſaubonum.*

5. OBVOLVERE ſtragulis, ut minus tonitrua ſentiret.

6. SUB LECTUM CONDERE ſe ſolebant, qui latere vellent. Plaut. Caſ. III. 5. 32.

——— *Inſectatur omnes domi per ædes, nec quemquam*
Prope ad ſe ſinit adire: ita omnes ſub arcis, ſub lectis
Latentes metu muſſitant.

Plura *Caſaubonus.*

7. Me-

Digitized by Google

quidem Siciliensi, irriſis multorum locorum miraculis [7], repente a Meſſana [8] noctu
4 profugit, Ætnæi [9] verticis fumo [10] ac murmure [11] pavefactus. Adverſus Barbaros quoque minaciſſimus, cum trans Rhenum inter anguſtias denſumque agmen iter eſſedo [12] faceret, dicente quodam, *non mediocrem fore conſternationem, ſicunde* [13] *hoſtis appareat*, equum illico conſcendit, ac propere verſus ad pontes, ut eos calonibus [14], & impedimentis [15] ſtipatos [16] reperit, impatiens moræ, per manus, ac ſuper capita
5 hominum translatus eſt. Mox etiam audita rebellione Germaniæ, fugam & ſubſidia fugæ, claſſes apparabat, uno ſolatio acquieſcens tranſmarinas ſibi ſuperfuturas provincias, ſi victores [17] Alpium [18] juga, ut Cimbri [19], vel etiam Urbem, ut Se-

7. MIRACULA Siciliæ multa denarrat *Solin. c.* 5.

8. Ἡ Μεσσήνη τῆς Πελωριάδος ἐν κόλπῳ κεῖται, καμπτομένης ἐπὶ πολὺ πρὸς ἕω, καὶ μασχάλην τινὰ ποιούσης. Ἀπέχει δὲ τοῦ μὲν Ῥηγίου δίαρμα ἑξηκοντασταδίον, τῆς δὲ στηλίδος πολὺ ἔλαττον. Κτίσμα δ' ἐστὶ Μεσσηνίων τῶν ἐν Πελοποννήσῳ, παρ' ὧν τοὔνομα μετήλλαξε, Ζάγκλη πρότερον καλουμένη διὰ τὴν σκολιότητα τῶν τόπων. Ζάγκλιον γὰρ ἐκαλεῖτο τὸ σκολιόν. Ναξίων οὖσα πρότερον κτίσμα τῶν πρὸς Κατάνῃ: ἐπῴκησαν δ' ὕστερον Μαμερτῖνοι Καμπανῶν τι φῦλον. *Meſſana in ſinu ſita eſt Pelori, valde verſus orientem inflexi, & anfractum quendam axillæ ſimilem nacti. Abeſt a Rhegio ſtadiorum trajectu ſexaginta, a columella vero multo minus. Condita eſt a Meſſeniis Peloponneſiacis, a quibus & nomen mutuata eſt, cum ob locorum obliquitatem Zancle prius diceretur, zanclium enim vocabatur obliquum, antea condita fuit a Naxiis, qui apud Catanam incolebant. Poſtea temporis Mamertini, gens Campana, illam inhabitavit.* Strab. VI. p. 185. Thucyd. VI. p. 413. Pauſan. Meſſen. p. 134. Herod. VII. p. 498. Ex recentioribus Cluver. Sicil. ant. I. 6. 4.

9. ÆTNA mons eſt Siciliæ maximus. Thucyd. III. p. 251. Ἐρρύη δὲ περὶ αὐτὸ τὸ ἔαρ τοῦτο ὁ ῥύαξ τοῦ πυρὸς ἐκ τῆς Αἴτνης, ὥσπερ καὶ τὸ πρότερον, καὶ γῆν τινα ἔφθειρε τῶν Καταναίων, οἳ ὑπὸ τῇ Αἴτνῃ τῷ ὄρει οἰκοῦσιν, ὅπερ μέγιστόν ἐστιν ὄρος ἐν τῇ Σικελίᾳ. *Per idem ver rivus ignis ex Ætna monte omnium Siciliæ maximo emanavit, quemadmodum & antea, & aliquantulum ſoli Catanenſium vaſtavit ſub Ætna incolentium.* Situm ejus deſcribit Strab. VI. p. 189. Ὑπέρκειται δ' ἡ Αἴτνη μᾶλλον μὲν τῆς κατὰ τὸν πορθμὸν, καὶ τὴν Καταναίαν παραλίας, ἀλλὰ καὶ τῆς κατὰ τὸ Τυῤῥηνικὸν πέλαγος, καὶ τὰς Λιπαραίων νήσους. *Mons Ætna ſitus eſt ſupra oram, quæ ad fretum pertinet, agrumque Catanæum, ita tamen, ut ei quoque immineat ex parte, quæ eſt ad mare Tyrrhenum, & Lipareas inſulas.* Hoc decimum tertium Ætnæ incendium fuiſſe dicit *Cluver. Sicil.* I. 8. §. 2.

10. FUMARE Ætnam dicit etiam Virg. Æn. III. 572.

> *Interdumque atram prorumpit ad æthera nubem*
> *Turbine fumantem piceo.*

Sed interdiu dicunt Strabo. Μεθ' ἡμέραν καπνῷ καὶ ἀχλύϊ κατέχεται. *Interdiu fumo, & caligine obtinetur.* Pindar. Πυθιον. I. 42.

> —— ποταμοὶ
> Δ' ἁμέραισι μὲν προχέοντι ῥόον καπνοῦ
> Αἴθων'.

Fluviique ignis interdiu effundunt fluentum fumi ardens.

11. CUM MURMURE ſaxa evolvere Ætnam docent etiam Pindar. n. 44.

> —— Ἀλλ' ἐν ὄρφναισιν, πέτρας
> Φοίνισσα κυλινδομένα φλὸξ ἐς βαθεῖ-
> αν φέρει πόντου πλάκα σὺν πατάγῳ.

Sed noctu rutila flamma volutata ſaxa in profundam defert maris planitiem cum vehementi ſtrepitu. Ex Virg. n. 571.

> *Ipſe ſed horrificis juxta tonat Ætna ruinis.*

n. 575.

> *Interdum ſcopulos, avulſaque viſcera montis*
> *Erigit eructans; liquefactaque ſaxa ſub auras*
> *Cum gemitu glomerat, fundoque exæſtuat imo.*

12. ESSEDUM deſcripſi ſupr. Aug. 76. 3. §. 8.

13. SICUNDE i. ſi alicunde, ſi aliqua ex parte. Cicer. Attic. XIII. 30. *Mi ſicunde potes, erues, qui decem legati Mummio fuerint.*

14. CALONES quales militum ſervi fuerint, dixi ad Curt. III. 3. 25. §. 107.

* 15. IMPEDIMENTIS i. jumentis. Frontin. Strat. II. I. II. *C. Cæſar bello civili cum exercitum Afranii & Petreji circumvallatum ſiti angeret, iſque ob hoc exaſperatus, interfectis omnibus impedimentis ad pugnam deſcendiſſet....* Quæ Frontinus *impedimenta*, Cæſar eandem narrans hiſtoriam *jumenta* vocat B. C. I. 81. 6. *Ibi & inopia pabuli adducti, & quo eſſent ad iter expeditiores, omnia ſarcinaria jumenta interfici.* I. 40. 3. *Cum legiones Fabianæ flumen tranſiſſent; impedimentaque, & omnis equitatus ſequeretur, ſubito vi jumentorum, & aquæ magnitudine pons eſt interruptus.*

16. STIPATOS i. circumdatos, munitos. Cicer. pro Mil. c. I. *Non enim corona conceſſus veſter cinctus eſt, ut ſolebat: non uſitata frequentia ſtipati ſumus.*

17. VICTORES. FIGURA eſt πρὸς τὸ σημαινόμενον. Præceſſit enim, *audita rebellione Germaniæ*. Infinita ſunt hoc genus apud optimos ſcriptores. Notum apud ſummum vatem, φίλε τέκνον. Et quæ variis locis congerit Euſtathius. Pauſan. Arcad. p. 243. προσλαβόντες Ἀχαιῶν στρατιὰν, καὶ Ἄρατον ἡγεμόνα ἐπ'

nones [20] quondam, occuparent. Unde credo percuſſoribus ejus poſtea conſilium 6
natum apud tumultuantes [21] milites ementiendi, ipſum ſibi manus intuliſſe, nuntio malæ pugnæ perterritum.

αὐτῷ. Accitis in auxilium Achæis, eorumque duce Arato. Ait enim *ἐπ' αὐτῷ*, quaſi præceſſiſſet *στρατο. Caſaubonus.*

18. Alpes deſcripſi ſupr. Cæſ. 25. 1. §. 4.

19. Cimbros V. ſupr. Cæſ. 1. 1. §. 14.

20. Senones V. ſupr. Tib. 3. 5. §. 17.

21. Tumultuantes ob Caligulæ interitum.

CAPUT LII.

ARG. *Habitu neque patrio, neque civili, neque humano ſemper utitur Cajus Cæſar Caligula.*

Veſtitu, calceatuque, & cætero habitu [1], neque patrio [2], neque civili [3], ac ne viri- 1
li [4] quidem, ac denique non humano [5] ſemper uſus eſt. Sæpe depictas [6] gem- 2
matasque [7] indutus pænulas [8], manuleatus [9] & armillatus [10] in publicum proceſſit, aliquando

Veſtitus et habitus differunt. Nomine enim *veſtitus* ſola *veſtimenta* continentur, *habitu* intelligitur omnis corporis cultus, ornatuſque, ut *habitus* militaris, religioſus, ſcenicus. Unde M. Cato orationes inſcripſit, unam de *habitu*, alteram de *veſtitu*. Popm. de diff. verb. 11. p. 98.

2. Non patrio i. peregrino. Uſus enim eſt cothurno, qui Græcorum fuit.

3. Non civili i. militari. Uſus enim eſt pænula gemmata, armillis, caligis, ornatu triumphali.

4. Non Virili i. muliebri, quaſi *viro* non licet uti. Ulpian. Digeſt. xxxiv. 2. 23. §. 2. *Muliebria ſunt, quæ matrisfamiliæ cauſa ſunt comparata, quibus vir non facile uti poteſt ſine vituperatione.* Uſus eſt autem ſerico, cyclade, ſocco, quæ mulierum fuerunt.

5. Non humano i. divino, quia fulmen, fuſcinam, aut caduceum manu tenuit.

* 6. Depictas i. Phrygio opere figuris quibuſdam diſtinctas, quales fuerunt muliebres, hoc ipſo a virilibus ſecretæ. Muliebrium hoc modo *pictarum* meminit Trebellius Pollio xxx. Tyran. c. 14. *Alexandrum Magnum Macedonem mulieres.... exſculptum ſemper habuerunt: eouſque ut tunicæ, & limbi, & pænulæ matronales in familia ejus hodieque ſint, quæ Alexandri effigiem de liciis variantibus monſtrent.* Harum vero uſus viris non convenit. Ulpian. Digeſt. xxxiv. 2. 23. §. 2. *Veluti ſi ejuſmodi pænula, palliumve eſt, & reliqua hujuſmodi, quibus ſine reprehenſione vel vir vel uxor utatur.* Barthol. de Pænul. c. 8.

7. Gemmatas tunicas habebant etiam Perſæ molles, & luxurioſi. Curt. iii. 3. 13. *Illi, quos Perſæ immortales vocant, veſtem auro diſtinctam habebant, manicataſque tunicas, gemmis etiam adornatas.*

8. Pænula fuit habitus hibernus ac viatorius, & ad propulſandos imbres, cæteraſque aſperioris cœli injurias peridoneus. Juven. v. 78.

—— fremeret ſæva cum grandine vernus
Jupiter, & multo ſtillaret pænula nimbo.

Senec. N. Q. iv. 6. *Hi quum ſignum dediſſent adeſſe jam grandinem, quid exſpectas, ut homines ad pænulas diſcurrant aut ſcorteas.* Lampr. Alex. Sev. c. 27. *Pænulis intra urbem frigoris cauſa ut ſenes uterentur permiſit, quum id veſtimenti genus ſemper itinerarium, aut pluviæ fuiſſet. Pænulam* auctore Nonio xiv. 3. *ſupra tunicam accipiebant.* Pompon. Pann. *Pænulam in caput induce, ne te noſcat.* Lacedæmoniorum, ne ludis frigerent, inventum fuit. Tertull. Apolog. c. 6. *Nam ne vel hyeme voluptas impudica frigeret, primi Lacedæmonii pænulam ludis excogitaverunt. Pænula* non utebantur Imperatores. Spartian. Adrian. c. 3. *Ad perpetuam tribunitiam poteſtatem omen ſibi factum aſſerit, quod pænulas amiſerit, quibus uti tribuni plebis pluviæ tempore ſolebant, imperatores autem nunquam. Unde hodieque imperatores ſine pænulis a togatis videntur.* Noſt. Ner. 48. 1. & 71: 16. 8. G. 6. 3. V. *Donium de utraque pænula: Caſaubonum & Salmaſium in Spartianum & Lampridium. Bartholinum de pænula. Bayſ.* R. *V. c.* 16. *Lax. Comm. R.* R. viii. 11. *Ferrar. R. V.* ii. 2. 1--9. *Ruben. R. V.* 1. 6. *Baleng. veſt. Pont. c.* 20.

9. Manuleatus, tunica *manicas* habente indutus. * *Manulea* enim eſt manica. Gloſſ. Cyril. Manulea, *χειρίς*. Hinc *tunica manuleata* Plaut. Pſeud. ii. 4. 58.

Manuleatam tunicam habere hominem decet.

& homo delicatus, qui corporis curam nimiam habet, *manuleatus* vocatur. Senec. Epiſt. 33. *Apud me Epicurus eſt, & fortis, licet manuleatus ſit.* Tunicas *manuleatas* olim fuiſſe infames dixi ad Curt. iii. 3. 13. §. 57. V. etiam ſupr. Cæſ. 45. 5. §. 25.

10. Armillatus Cajus quoque dicitur Senec. de Conſtant. c. 18. *Huic Cajus ſignum petenti, modo Veneris, modo Priapi dabat, aliter atque aliter exprobrans armato mollitiam. Hæc ipſe perlucidus, crepidatus, armillatus.* Quibus Seneca docet Cajum armato Chærea molliorem fuiſſe. Mollitiei enim ſignum *armilla*. Dionyſ. A. R. ii. p. 105. *Καὶ αὐτὰς ἴσας ἐνέχεται τῶν ψελίων, ἃ περὶ τοῖς ἀριστεροῖς βρα-*

aliquando ſericatus [11], & cycladatus [12]: ac modo in crepidis vel cothurnis [13], modo in ſpeculatoria [14] caliga, nonnunquam ſocco [15] muliebri [16], plerumque vero aurea

χίοσιν ἐφόρουν, καὶ τῶν δακτυλίων. Χρυσοφόροι γὰρ ἦσαν οἱ Σαβῖνοι τότε, καὶ Τυῤῥηνῶν οὐχ ἧττον ἁβροδίαιτοι. *Atque ipſam*, Tarpejam, *cupido ſubiit armillarum, quas in ſiniſtris brachiis geſtabant, & annulorum, quos ferebant. Auri enim geſtores tunc Sabini erant, & non minus quam Etruſci molli vitæ addicti.* V. quoque *Ruben. Elect.* I. 38. *Dauz. Præcid. in Petron.* I. 14. *Barthol. de armil.* §. 5.

11. Sericatus etiam Empedocles philoſophus dicitur Tertull. de pall. c. 4. *Atqui alius & ſericatus, & crepidam æratus inceſſit.* Sericum apud Seras ex arborum fiebat lana. Plin. VI. 17. *Seres, lanificio ſylvarum nobiles, perfuſam aqua depectentes frondium caniciem.* Ammian. XXIII. 6. *Apud Seras ſunt abunde ſylvæ ſublucidæ, a quibus arborum fœtus aquarum aſperginibus crebris velut quædam vellera mollientes, ex lanugine & liquore mixtam ſubtilitatem tenerrimam pectunt, nenteſque ſubtemine conficiunt ſericum.* Virg. Georg. II. 121.

Velleraque ut foliis depectant tenuia Seres.

Serici uſum viris publice inhibitum fuiſſe prodit Tacit. Ann. II. 33. 1. *Proximo ſenatus die multa in luxum civitatis dicta a Q. Haterio conſulari, Octavio Frontone prætura functo, decretumque ne veſtis ſerica viros fœdaret.* Et Vopiſc. in Tacit. c. 10. *Holoſericam veſtem viris omnibus interdixit.* Unde Aurelianus *veſtem holoſericam neque ipſe in veſtiario ſuo habuit, neque alteri utendam dedit. Et quum ab eo uxor ſua peteret, ut unico pallio blatteo ſerico uteretur, ille reſpondit: abſit, ut auro fila penſentur; libra enim auri tunc libra ſerici fuit.* Idem Aurelian. c. 45. V. *Lipſ. in Tacitum, Salmaſium* in *Vopiſcum*, & *Tertull. p.* 241. *Bayſ. R. V. c.* 5. *Cagnat. V. L.* IV. 11. *Braun. veſt. Hebr.* I. 8. §. 2.

12. Cyclas veſtis fuit muliebris. Unde Vopiſc. Saturnin. c. 9. *Cyclade uxoria militibus circumſtantibus amictus.* Circularis fuit figuræ, & limbum habuit in circuitu ad oram extremam adſutum. Limbum enim Græci κύκλον vocant: & circulum, aut orbem Græce κύκλον dici monet Cicer. N. D. II. 18. Ἔγκυκλον ἱμάτιον dicitur *Suidæ*, quod haberet περιφέρειαν κύκλῳ, ſive quod ἐν κύκλῳ περιφέρεια πεποίκιλται, ut dicit Heſychius, ubi τὴν κυκλάδα deſcribit περίκυκλον, & περιόνητον. Veſtes muliebres Cajo exprobrat etiam Joſeph. Ant. Jud. XIX. 1. Καὶ ταῦτα ἔπρασσεν αὐτὸς ἐκ ἀπειροκαλίας ἐν ταῖς τελεταῖς μυστηρίων, ἃς αὐτὸς συνίστατο, στολὰς ἐνδυόμενος γυναικείας, καὶ τινῶν περιθέτων πλοκαμίδων ἐπινοῶν ἄλλα τε ὁπόσα ἐπικαταψεύσασθαι θηλύτητα τῆς ὄψεως ἔμελλεν. *Atque hæc faciebat, cum ipſum non puderet in quibuſdam a ſe inſtitutis ſacris uti amictu muliebri, cincinniſque, & alio ornatu, quo ſexum mentiretur.* De *cyclade* etiam *Voſſ. Lex. Salmaſ. in Tertull. pall. p.* 110. *Lamprid. Alex. Sev. c.* 41. *Tiraq. in* III. *Leg. Connub. Gloſſ.* I. *p.* 3. *n.* 27. *Calcagn. Epiſt. Quæſt.* III. I.

13. Cothurnus *calceamentum tragicum, cujus uſum quidam Sophoclem primum ſcenæ intuliſſe volunt.* Serv. in Eclog. VIII. 10.

Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno.

Cothurnum deſcribit. Sidon. carm. 2. 400.

Perpetuo ſtat planta ſolo, ſed faſcia primos
Siſtitur ad digitos, retinacula bina cothurnis
Mittit in adverſum vincto de fomite pollex,
Quæ ſtringant crepidas: & concurrentibus anſis
Vinclorum pandas texant per crura catenas.

De *Cothurno* plura *Balduin. de calceo c.* 15. *Ruben. de re Veſt.* II. 1. & nos *ſupr. Aug.* 73. 3. §. 12.

14. Speculatoriam *caligam* abſolute *ſpeculatoriam* dicit Tertull. de coron. mil. c. 1. *Speculatoriam moroſiſſimam pedibus abjecit.* Erat calceamentum, quo *ſpeculatores* caligati ibant *ſpeculatum*, & exploratum. Addit hoc noſter, quo majorem caligæ, qua in publicum proceſſit Cajus, vilitatem oſtenderet. Inter milites enim alii aliis ornatiore caliga utebantur. Et *ſpeculatores* quidem militum numero habebantur, verum ob laboris aſſiduitatem, ac diſcrimina, quæ ſubibant, minus cultos incedere ſolitos credendum eſt: & fieri poteſt, ut peculiari quodam calceamenti genere induerentur. V. *Beroaldum, Torrentium, Balduin. de calc. c.* 13. *Nigron. de calig.* 3. 7. *Turneb. Adv.* XXIV. 41: XXVII. 20. *Licet. de Lucern.* VI. 28.

15. Soccus erat calceamentum comicum, quod induebant comœdias acturi illarum actores. Caji *ſoccus* margaritis fuit diſtinctus. Senec. de Benef. II. 12. *Qui excuſant, & id negant inſolentiæ cauſa factum: aiunt ſocculum auratum, imo aureum margaritis diſtinctum, oſtendere eum voluiſſe.* Plin. XXXVII. 2. *Tolerabiliorem tamen fecit cauſam Caii principis, qui ſuper omnia muliebria ſocculos induebat e margaritis.* Quam fœdum, & inſolens, & viro indignum hoc fuerit habitum, monet Seneca. *Parum fœde, furioſeque inſolens fuerat, qui de capite conſularis viri ſoccatus audiebat, niſi in os ſenatoris ingeſſiſſet imperator epigros ſuos.*

16. Muliebri, ut diſtingueretur a comico. Mulierum enim & *ſoccus* fuit. Prop. II. 18. 71.

Cui ſæpe immundo ſacra conteritur via ſocco.

Noſt. Vitell. 2. 11. * Muliebres non induebant viri. Hinc ille apud Cicer. de Orat. I. 54. *Si mihi calceos Sicyonios attuliſſes, non uterer, quamvis eſſent habiles & apti ad pedem, quia non eſſent viriles.* Diſtinguebantur a virilibus, quia erant albi & tenues. Apulej. Metam. VII. p. 191. *Calceis femininis, albis illis & tenuibus indutus.* Ovid. Amor. III. 271.

Pes malus in nivea ſemper celetur aluta.

Viriles vero nigri. Horat. Sat. I. 6. 27.

Nam ut quiſque inſanus nigris medium impedit crus
Pellibus....

Juven. Sat. VI. 191.

Na-

rea barba [17] fulmen tenens [18], aut fuſcinam [19], aut caduceum [20] deorum inſignia, atque etiam Veneris cultu conſpectus [21] eſt. Triumphalem quidem ornatum [22] etiam 3
ante expeditionem aſſidue geſtavit: interdum & magni Alexandri thoracem [23] repetitum e conditorio [24] ejus.

——— *Nobilis & generoſus*
Appoſitam nigræ lunam ſubtexit alutæ.

Illos cum virilibus non confundit Ælianus, licet hoc doceant Bernart. Stat. Sylv. v. 2. 28. & Dempſter. Paral. ad Roſin. A. R. v. 36. Dicit ſaltem feminas non omnes, ſed multas, frugaliores nimirum, maritorum ſuorum uti calceis. Ita ille Græco idiomate V. H. vii. 11. Ῥωμαίων δὲ αἱ πολλαὶ γυναῖκες, καὶ τὰ ὑποδήματα αὐτὰ φοροῦσι τοῖς ἀνδράσιν ἰσομέτροις ἴσιν.

17. Aurea barba, ut referret Jovem, cujus ſimulacro auream barbam addere ſolebant veteres. Petron. fragm. Tragur. p. 29. *Licet Jovem Olympum clames.... aut ego me non novi, aut non deridebis, licet barbam auream habeas.* Ad illam alludit Perſ. Sat. ii. 58.

Præcipui ſunto, ſitque illis aurea barba.

Jovem non tantum conſalutari voluit, ſed & ſeipſum dixit Cajus ſupr. 22. 5. §. 27. 28.

18. Fulmen tenuit, ut & hoc habitu Jovem *fulminantem* referret. Eadem ratione *fulmen* in dextra Julii Cæſaris collocat antiquum Epigramma Anthol. v. 1. 17. n. 7.

Δεξιτερῇ δὲ κεραυνὸν ἀγάλλετο χειρὶ κομίζων,
Οἷα Ζεὺς νέος ἄλλος ἐν Αὐσονίοισιν ἀκούων.
Dextra vero fulmen ornabat manu ferens,
Ut Jupiter novus alius in Auſoniis audiens.

Quod etiam laudat *Spanhem. de præſt. numiſm. Diſſert. V.* p. 396. V. ſupr. Aug. 94. 9. §. 29.

19. Fuscinam, ut Neptunus, cujus tridens, ſive telum triſulcum *fuſcina* vocatur, videretur eſſe. Priap. 19. 1.

Fulmina ſub Jove ſunt: Neptuni fuſcina telum.

8. 4.

Nec datur æquoreo fuſcina tecta Deo.

20. Caduceum, ut Mercurius, cujus inſigne *caduceum* fuiſſe dixi ad Curt. iii. 1. 6. §. 35. videretur eſſe. Philo de legat. ad Cajum p. 1005. B. Ἑρμῆ τὸ πρῶτον κηρυκείοις, καὶ πεδίλοις, καὶ χλαμύδι ἐνσκευαζόμενος. *Mercurii primum caduceo, talaribus, chlamydeque ornatus.* Qui Cajum hiſce indutum ludit p. 1005. E. Πέδιλα Ἑρμῆς ὑποδεῖται πτερῶν ταρσοὺς ἔχοντα. Διὰ τί; ἆρ' οὐχ ὅτι προσήκει τὸν ἑρμηνέα καὶ προφήτην τῶν θείων, ἀφ' οὗ καὶ Ἑρμῆς ὠνόμασται, τὰ ἀγαθὰ διαγγέλλοντα ποδωκέστατόν τι εἶναι, καὶ μονονοὺ πτηνὸν φέρεσθαι διὰ σπουδὴν ἀνυπέρθετον. p. 1006. A. Πάλιν κηρύκειον ἀναλαμβάνει, δεῖγμα συμβατηρίων σπονδῶν. Πόλεμοι γὰρ ἀνοχάς, καὶ διαλύσεις λαμβάνουσι διὰ κηρύκων εἰρήνην καθισταμένων. Γέλως πρὸς τίνα χρείαν πέδιλα ἀνελάμβανεν; ἢ ἵνα τὰ δύσφημα καὶ δυσώνυμα δέον ἡσυχάζεσθαι, θορυβεῖται, ταχεῖ συντόνῳ πάντῃ συνηχῆται; καίτοι τί κηρυκείας ἐπισπευμένης ἔδει, ῥεῖ ἂν γὰρ κακὰ ἐπὶ κακοῖς ἀμέθητα ὥσπερ ἐξ ἀενάων πηγῶν, εἰς ἅπαντα τὰ μέρη τῆς οἰκουμένης ἄμβρυ: τί δὲ κηρυκείου τῷ μηδὲν εἰρηναῖον ποτὲ μήτε εἰπόντι, μήτε δράσαντι, πάσας δὲ οἰκίας καὶ πόλεις ἐμφυλίων ἀναπλήσαντι πολέμων, κατά γε τὴν Ἑλλάδα καὶ βάρβαρον. Ἀποθέσθω δὴ τὸν Ἑρμῆν ἀφοσιωσάμενος τὴν ἀνοίκειον κλῆσιν ὁ ψευδώνυμος. *Mercurii pedibus alata ſubligantur talaria. Quam ob rem? nimirum quia decet deorum internuntium, atque interpretem, unde illi Græcum nomen eſt, læta nuntiantem, eſſe quam celerrimum, & præpetibus pennis ferri velociſſime. Rurſus caduceum ſumit, inſigne pacificatoris, & auctoris fœderum. Nam bella caduceatores, fecialeſque diriment, afferendo pacem, aut inducias. At Cajus in quem uſum ſibi ſumebat talaria? an, infauſta, inauſpicataque ipſius facta, perpetuo tegenda ſilentio, curſim divulgarentur per omnes imperii provincias? & quid erat opus motu præceleri, cum vel uno loco hærens alia ſuper alia mala innumera profunderet velut e perennibus fontibus, inundatura omnes regiones orbis hujus habitabilis? quid autem opus erat caduceo, cum nihil unquam pacatum, vel diceret, vel faceret? omnes vero domos, & civitates, tum Græcas, tum Barbaras impleret inteſtinis ſeditionibus, belliſque civilibus. Deponat iſtam appellationem inepte uſurpatam Mercurius ſuppoſititius.*

21. Veneris cultu conspectum fuiſſe Cajum docuit nos Dio ſupr. 22. 7. §. 36. Ipſum *cultum* deſcribit Apul. Metam. x. p. 254. *Super has introceſſit alia viſendo decore præpollens, gratia coloris ambroſei deſignans Venerem: qualis fuit Venus, cum fuit virgo, nudo & intecto corpore perfectam formoſitatem profeſſa; niſi quod tenui pallio bombycino inumbrabat ſpectabilem pubem: quam quidem laciniam curioſulus ventulus ſatis amanter nunc laſciviens reflabat, ut dimota, pateret flos ætatulæ: nunc luxurians aſpirabat, ut adhærens preſſule, membrorum voluptatem graphice liniaret.* Ita pro *liciniaret* legendum eſſe putat illuſtriſſimus *Salmaſ. Exercit. Plinian. p. 5. a. E.*

22. Triumphalem ornatum, habitum invidioſum, non ſumpſerunt aſſidue, niſi mali, & ſuperbi principes. Domitianus apud Dion. lxvii. p. 760. C. Τῇ στολῇ τῇ ἐπινικίῳ, ὁσάκις ἐς τὸ βουλευτήριον ἐσίῃ, χρῆσθαι ἔλαβε. *Ut veſte triumphali uteretur, quoties veniret in ſenatum, obtinuit.* Cajus apud eundem lix. p. 661. A. Ἄλλοτε δὲ δὴ ἐν σηρικῇ, καὶ ἐν τῇ νικητηρίᾳ σκευῇ, ὡς τὰ πολλά, ἐδημοσίευε. *Ut plurimum ſerico veſtitu, aut triumphali ornatu in publico verſabatur.* Purpurea, & picta erat veſtis. Appian. Pun. p. 36. Ἔσταλτο δ' ἐς τὸν πάτριον τρόπον πορφύραν, ἀστέρων χρυσῶν ἐνυφασμένων. *Induitur togam purpuream aureis ſtellis intextam.* V. plura apud *Ferrar. R. V.* 1. 1. 26: 2. 8.

23. Alexandri thorace indutus fuit, cum pontem ſuum, de quo ſupr. 19. 2. §. 5. tranſiret Ca-

Digitized by Google

jus. Dio LIX. p. 653. A. Ἐπειδὴ τε ἕτοιμα ἦν, τόν τε θώρακα τὸν Ἀλεξάνδρου (ὥς γε ἔλεγε) ἐνεδύν. Quid *thorax*, dictum Aug. 82. 1. §. 6.

24. CONDITORIUM *Alexandri*, quid, & quale fuerit, dixi ſupr. Aug. 18. 1. §. 1. In *conditoriis* recondebant etiam veſtimenta ſepultorum. Curius Fortunatianus Rhetor. 1. p. 46. *Commendatam ſibi ab ephebo chlamydem, defuncto ei, in monumentis majorum ei poſuis. Accuſatur a patre ephebi ſepulcri violati. Hic dicit ſepulcrum a ſe non tantum non eſſe violatum, verum etiam eſſe & ornatum.* V. & *Meurſ. Fun. c.* 42.

CAPUT LIII.

ARG. *Eruditioni minimum, eloquentia plurimum attendit, etiam imparatus in quoſdam perorat, & a procul ſtantibus exauditur, ſcribendi genus lene, & comptum contemnit, oratorum actionibus reſcribit, & reorum accuſationes, defenſioneſque meditatur Cajus Cæſar Caligula.*

1 E Diſciplinis liberalibus minimum eruditioni [1], eloquentiæ [2] plurimum attendit [3],
quantumvis facundus & promptus: utique ſi perorandum in aliquem eſſet, ira-
2 to [4] & verba & ſententiæ ſuppetebant. Pronuntiatio [5] quoque & vox [6], ut neque
3 eodem loci præ ardore conſiſteret, & exaudiretur a procul ſtantibus. Peroraturus
ſtricturum ſe lucubrationis [7] *ſuæ telum* [8] minabatur: lenius comptiuſque [9] ſcribendi genus adeo contemnens, ut Senecam tum maxime placentem [10], *commiſſiones* [11] *meras compo-*

ERUDITIONI i. philologiæ, ut dixi ſupr. Aug. 89. 2. §. 5.

2. ELOQUENTIÆ i. verborum ornatui. Solin. Epiſt. 2. *Cui ſi animum propius intenderis, velut fermentum cognitionis magis ei ineſſe, quam bracteas eloquentiæ deprehendes.* V. *Salmaſ. p.* 4. *a. E.* Caji eloquentiam laudat Joſeph. Ant. Jud. XIX. 2. Ἄλλως δὲ ῥήτωρ τε ἄριστος, γλώσσῃ τῇ Ἑλλάδι, καὶ τῇ Ῥωμαίων πατρίῳ σφόδρα ἠσκημένος, συνιείς τε ἐκ τοῦ παραχρῆμα, καὶ τοῖς ὑφ' ἑτέρων συντεθεῖσί τι, καὶ ἐκ πλείονος προσεγκειμένοις ἀντειπεῖν ἐκ τοῦ ἀξίως, φανῆναι πιθανώτερος ἐν μεγίστῳ πράγματι παρὼν τινα ἂν γενόμενος, εὐκολίᾳ τε ἐκ αὐτὸ τῆς φύσεως, καὶ τῷ ἐκ ἰσχὺν αὐτῇ προλαβεῖν μελέτῃ τοῦ ἐπιπονοῦ. *Alioquin orator facundus, & peritus utriuſque literaturæ, tam Græcanicæ, quam patriæ: facileque intelligebat omnia, ad quorumvis orationes reſpondens ex tempore, & vel in maximis negotiis ſuadendi facultate præditus ſi quis alius, quam vel ingenii felicitate, vel diuturna exercitatione ſibi paraverat.*

3. ATTENDIT i. operam dedit, ſtuduit. Ita & infr. Galb. 5. 1. Ner. 56. 4.

4. IRATO. Tacit. Ann. XIII. 3. 6. *Etiam C. Cæſaris turbata mens vim dicendi non corrupit.*

5. PRONUNTIATIO quid ſit; dixi ſupr. Cæſ. 55. 5. §. 14. Eam a *voce* diſtinguit noſter, quia conſtat non tantum *voce*, ſed etiam *vultu & geſtu*, ut tradit Curius Fortunat. Rhetor. III. p. 75. *Ea præſtat*, ut addit Curius, *ut conciliemus, perſuadeamus, & moveamus.* Licet enim *artis non ſit, magnam tamen, ac nimirum maximam vim obtinet. Nam cum omnia fecerimus, niſi illa, quæ recte diſpoſita ſunt, apte, & cum decoro fuerint pronuntiata, omnis labor prorſus peribit. Itaque & ſi magnam iſtius partem, uti negat natura, vel tribuit, danda tamen opera eſt, ut in pronuntiando, & vox, & vultus, & geſtus, & cætera adhibeantur ejuſmodi: quare labor in commenda oratione adhibitus non pereat.* Sulpitius Victor Inſtit. Orat. p. 147. De illa & noſt. infr. 54. 4.

6. VOCEM oratoris deſcribit Fortunatianus. *Vox quibus conſtat? natura & ſcientia. In natura vocis quid obſervabo? qualem vocem habeas. Ea quibus conſtat? quantitate, & qualitate. In vocis ſcientia quid obſervabo? quomodo ea utaris. Bonitas vocis quibus conſtat? Claritate, firmitate, ſuavitate. Claram quæ res efficit? anaphoneſis. Quid firmam, quid ſuavem? obſervantia cibi, & potus, & Veneris continentia.* Et multo fuſius Cicer. de Orat. III. 57. 58.

7. LUCUBRATIONIS i. orationis *lucubratæ* i. ad lucernam compoſitæ. i. *Lucubrare* ſolitos fuiſſe veteres, dixi ſupr. Aug. 78. 2. §. 7.

8. TELA & ſua ſunt oratoribus. Unde Cicer. de Orat. 1. 8. *Quid eſt tam neceſſarium, quam tenere ſemper arma, quibus tectus ipſe poſſis, vel provocare improbos, vel te ulciſci laceſſitus.* Et Symm. Epiſtol. VII. 9. *Quatere arma facundiæ.* V. *Beroaldum* & *Barth. Stat. Sylv.* IV. 5. 51. & *Claud. Epiſt.* 3. 4.

9. LENIUS ET COMPTIUS i. molle & remiſſum. V. ſupr. Aug. 86. 5.

10. TUM MAXIME PLACUISSE Senecam tradit & hiſce Tacit. Ann. XIII. 3. 3. *Quamquam oratio a Seneca compoſita multum cultus præferret: ut fuit illi viro ingenium amœnum, & temporis illius auribus accommodatum.* Omnibus ſui temporis Romanis, multiſque aliis ſapientia præſtitiſſe prodidit Dio LIX. p. 655. B. Ὁ δὲ δὴ Σενέκας ὁ Ἀνναῖος Λούκιος, ὁ πάντας μὲν τοὺς καθ' ἑαυτὸν Ῥωμαίους, πολλοὺς δὲ καὶ ἄλλους σοφίᾳ ὑπεράρας.

11. COMMITTUNTUR in ludo gladiatores, qui *componuntur*, ut mox inter ſe digladientur. Hinc Senecam *commiſſiones meras componere* dicit Cajus, i. ejus ſcriptionem non eſſe concitatam, neque ſanguinariam, neque vibrantem ſententias inſtar jaculorum; ſed ut videatur tantummodo *committere* gladiatores, atque deducere in certamen, ſed non ut

componere, & *arenam eſſe ſine calce* [12] diceret. Solebat etiam proſperis oratorum a- 4
ctionibus [13] reſcribere [14], & magnorum [15] in ſenatu [16] reorum accuſationes defenſioneſque meditari: ac, prout ſtylus [17] ceſſerat, vel onerare [18] ſententia ſua quemque, vel ſublevare [19], equeſtri quoque ordine ad audiendum invitato [20] per edicta.

ut digladientur: tanquam eloquentia Senecæ perveniat uſque ad certamen, nec certet: uſque ad gladiaturam, nec hauriat ſanguinem: *Componere* enim *meras commiſſiones* dici poteſt ille, qui comparat ſola tantummodo gladiatorum paria, ut in arenaria pugna bene conveniant, cum ipſe nec arma inſtituat, nec conflictum meditetur. *Componere* certe verbum eſt huic rei accommodatum. Lucil. Sat. IV. apud Non. IV. 62.

Samnis, ſpurcus homo, vita illa dignus, locoque,
Cinni Pacidiano componitur, optimus multo
Poſt homines natos gladiator qui fuit unus.

Vehemens contra Orator non ſolum *componit* gladiatores, quando parat tela ſanguinantis eloquentiæ: ſed digladiatur, atque depugnat, cum illa vibrat, atque contorquet, petitque adverſarii jugulum. Hæc *Beroaldus*. V. tamen, ſi lubet, etiam *Torrentium*, *Caſaubonum*, *Turneb. Adv.* XXVII. 20. *Heinſ. Diſſert. de critic. uſu. p.* 8. *Demſter. A. R.* V. 5. *Lipſ. judic. de Senec. p.* I. *Barth. Stat. Theb.* VI. 143.

12. ARENAM SINE CALCE Senecam eſſe dicit Cajus, tanquam ejus oratio male coagmentata, maleque ferruminata flacceſceret, forte quod ſententias plerumque loqueretur, breves, & nulla admodum connexione inter ſe cohærentes. Tale quid voluit & Quintilianus, cum Inſtit. Orat. X. I. in Seneca reprehendit, quod *rerum pondera minutiſſimis ſententiis fregiſſet*. In ædificiorum certe ſtructura *arena calci* mixta proficit ad firmitudinem, ſine *calce* vero ſtructuram non bene ferruminat, nec coagmentat. Quota pars *calcis arenæ* miſceri debeat, docent Vitruv. II. 5. Plin. XXXVI. 23. Pallad. R. R. I. 10. V. quoque *Beroaldum*, *Caſaubonum*, *Lipſium*, *Eraſm. Adag. p.* 753. *b.*

13. PROSPERIS ORATORUM ACTIONIBUS I. illis, qui id temporis *proſpere*, & feliciter cauſas *actitaverant*, & *actiones* ediderant. *Actores* enim ſunt cauſarum. Qui etiam ex tempore ad quorumvis orationes reſponderit Cajus, narravit Joſeph. ſupr. §. 2. V. & *Beroaldum*.

14. RESCRIBERE I. reſpondere, refutare V. ſupr. Aug. 85. I. §. 5.

15. MAGNORUM REORUM I. virorum ſummatum, & præcipuorum. Exemplo eſt Domitius Afer, quem prolixa oratione accuſaſſe dicitur apud Dion. LIX. p. 654. D. Ἐν τούτοις τοῖς τότε κριθεῖσι καὶ ὁ Ἄφρος ὁ Δομίτιος... καὶ ἐνδείξας ἐπὶ τούτῳ ἐφ' ᾧ καὶ τιμηθήσεσθαι προσεδόκησεν, ὅς τε τὸ συνέδριον αὐτὸν ἐσήγαγε, καὶ λόγον κατ' αὐτοῦ μακρὸν ἀνέγνω. Ἄλλως τε γὰρ προέχειν ἁπάντων τῶν ῥητόρων ἠξίου, καὶ ἐκεῖνον δεινότατον εἰπεῖν εἰδὼς ὄντα, ὑπερβαλεῖν ἐσπούδαζε: πάντως τ' ἂν ἀπέκτεινεν αὐτόν, εἰ καὶ ἐφ' ὁποσονοῦν ἀντεφιλοτιμήσατο: νῦν δὲ ἀντεῖπε μὲν οὐδέν, οὐδ' ἀπελογήσατο, θαυμάζειν δὲ δὴ καὶ καταπεπλῆχθαι τὴν δεινότητα τοῦ Γαΐου προσποιησάμενος, τήν τε κατηγορίαν καθ' ἓν ἕκαστον ἐπιλέγων, ὥσπερ τις ἀκροατής, ἀλλ' οὐχ ὑπεύθυνος ὤν, ἐπῄνει: καὶ ἐπειδὴ ὁ λόγος αὐτῷ ἐδόθη, πρὸς ἀντιβολίαν καὶ ὀλοφυρμὸν ἐτράπετο: καὶ τέλος ἐς τὴν γῆν κατέπεσε, καὶ χαμαὶ κείμενος, ἱκέτευεν, ὡς καὶ τὸν ῥήτορα αὐτὸν μᾶλλον ἢ τὸν Καίσαρα φοβούμενος. *Inter reos ejus temporis Domitius Afer.... ejuſque rei cauſa, unde Domitius honorem ſibi ſperabat, in curiam ſtatim illum pertraxit, ac orationem contra eum de ſcripto prolixam habuit. Quippe alioquin omnes arte dicendi præſtare cupiens, illum eloquentem ſciens, ſuperare ſatagebat: ac profecto morte eum multaſſet, ſi ſtudio certare intendiſſet: nunc vero nihil reſpondens, nihil ſe purgans, ſed mirari ſe vim orationis Caji, eaque obſtupefactum ſimulans, ac orationem ejus per ſingulas partes repetens, quaſi auditor, non ſi reus eſſet, laudanſque: deinde cum juſſus eſſet pro ſe dicere, ad deprecationem, & querelas ſe contulit. Denique humi ſe proſtravit, ac ſupplicavit Cajo, quaſi oratorem magis eum, quam Cæſarem metuens.*

16. SENATUS auctoritas a Cæſare dictatore oppreſſa republica languere, ac deinde poſt Auguſtum interire etiam cœpit, cum unius jam arbitrio omnia regerentur. Quo demum tempore mutari *ſenatoria* munera cœpta ſunt: non enim in mandandis exercitibus, in provinciis decernendis, in legationibus dimittendis, admittendiſque, in conſtituenda Republica occupatus ultra fuit *ſenatus*; ſed in reis judicandis. Accuſationes enim apud *ſenatum* ex eo tempore factas legimus. Noſt. *hoc loco*, & Domit. II. 5. De quo tempore Plin. Epiſt. VIII. 14. *Priorum temporum ſervitus, ut aliarum optimarum artium, ſic etiam juris ſenatorii oblivionem quandam, & ignorationem induxit.... Iidem proſpeximus curiam, ſed curiam trepidam, & elinguem, cum dicere, quod velles, periculoſum: quod nolles, miſerum eſſet.* V. & infr. Ner. 17. 3. *Bud. in Pandect. p.* 62.

17. STYLUS I. dicendi ratio. Siquidem *ſtylum*, non cauſam ſecutus, eo detorquebat impetum, quovis dicendi facilius inclinaſſet. *Sabellicus.*

18. ONERARE, dum accuſabat.

19. SUBLEVARE, dum defendebat.

* 20. INVITATO I. incitato. Varr. L. L. IX. 3. *Quocumque eo libido invitavit.* Scrib. Larg. I. 10. *Veratrum.... ſternutationem ſtatim invitat.* V. *Rhodium* in *Scribonium.*

Digitized by Google

CAPUT LIV.

ARG. *Batuit, aurigat, canit, ſaltat, ſed natare neſcit Cajus Cæſar Caligula.*

1.2 Sed & aliorum generum artes ſtudioſiſſime, & diverſiſſimas exercuit. Threx [1] &
3 auriga, idem cantor, atque ſaltator. Batuebat [2] pugnatoriis armis [3], auriga-
4 bat [4] extructo pluriſariam [5] circo [6]. Canendi ac ſaltandi [7] voluptate ita efferebatur [8], ut ne publicis quidem ſpectaculis temperaret, quo minus & tragœdo pronuntianti concineret [9]: & geſtum hiſtrionis, quaſi laudans, vel corrigens palam effinge-
5 ret [10]. Nec alia de cauſa videtur eo die quo periit, pervigilium [11] indixiſſe, quam ut
6 initium in ſcenam prodeundi [12] licentia temporis [13] auſpicaretur. Saltabat autem nonnunquam etiam noctu, & quondam tres conſulares ſecunda vigilia [14] in Palatium accitos,

THRECEM gladiatorem V. ſupr. 35. 5. §. 18.

2. BATUERE quid ſit, dixi 32. 7. §. 21.

3. PUGNATORIIS ARMIS i. gladiis acutis, cum *rudibus batuere* ſolerent. V. *Fab. Semeſt.* II. II. *Lipſ. Saturn.* II. 19.

4. AURIGÆ dicebantur, qui curribus, ſeu equis inſidentes, eoſdem circa metas agitabant. Iſidor. XVII. 33. *Auriga proprie dictus, quod currum agat, ſive quod ferias junctos equos: nam haurit, ferit dicimus, ut latus haurit apertum. Ipſe eſt & agitator, id eſt, verberator, ab agendo dictus. Aurigandi* ſtudio ad inſaniam uſque dediti fuerunt multi principes. Cajus etiam apud Dion. LIX. p. 643. E. Ἡνιόχει δὲ ἐν τῷ χρόνῳ, καὶ ἐς ζήλωμα, καὶ ἐς ἀγώνισμα πολλῶν προῆλθεν: ἅρματά τε γὰρ ἤλαυνε, καὶ ἐμονομάχησεν: ὀρχήσει τε ἐχρήσατο, καὶ τραγῳδίαν ὑπεκρίνατο: καὶ ταῦτα μὲν πῃ ἀεὶ ἐποίει. *Procedente tempore multos imitatus eſt, cum multis certavit: nam & aurigavit, & pugnavit, & ſaltavit, & tragœdiam egit: & hæc quidem ſemper fecit.* Domitius Neronis avus apud noſtr. Ner. 4. 2. Nero ipſe apud noſtr. 22. 2. & 4: 25. 5. Vitellius apud noſtr. 4. 2. Plures ſi deſideras, evolve *Onuph. Panv. de lud. circ.* I. 12. *Spanhem. in Julian. Orat. p.* 258.

5. PLURIFARIAM i. pluribus in locis. V. ſupr. Aug. 46. 1. §. 6.

* 6. CIRCUS. quid V. Cæſ. 39. 5. §. 25. In *circis* ad tempus exſtructis, ut in theatris & amphitheatris, ludos fieri ſolitos ex hoc loco obſervat *Donat. de Urb. Rom.* III. 14.

7. CANERE ET SALTARE in ſcena diverſarum artium & artificum erant. *Canere* proprium tragœdorum, ut *ſaltare* hiſtrionum. *Canere* fabulam dicitur tragœdus, eandem *ſaltare* hiſtrio. Hinc modo *cantorem* tragœdum, *ſaltatorem* hiſtrionem dixit, *tragœdo concinuiſſe, & geſtum hiſtrionis effinxiſſe* Caligulam ſtatim dicet noſter. Et *cantare* fabulam dicitur tragœdus, quam agit. Noſt. Ner. 21. 3. 6. 7: 46. 9. *Salmaſ. in Vopiſc. Aurelian. c.* 7. *Carin. c.* 19. *Gronov. in Liv.* VII. 2. *Grav. in Cicer. de Offic.* I. 42.

* 8. EFFEREBATUR i. delectabatur, movebatur. Cicer. de Senect. c. 23. *Efferor ſtudio patres veſtros videndi.* Noſt. Ner. 53. 2.

9. CONCENTOR, ut in decretis canonicis D. XXI. legimus, eſt, qui conſonat, & *concinit* canenti: ſicut *ſuccentor* eſt, qui voce ſubſequens canendo reſpondet, & *præcentor*, qui vocem præmittit in cantu. *Beroaldus.*

10. EFFINGERET i. ad hiſtrionis formam *fingeret*, & quodammodo *fingendo* repræſentaret. Quintil. Inſtit. Orat. X. 4. *Mihi videtur M. Tullius, effinxiſſe vim Demoſthenis, copiam Platonis, jucunditatem Iſocratis.* V. & *Vall. Elegant.* V. 43.

11. PERVIGILIUM Cyrillo in gloſſis eſt παννυχισμὸς, καὶ ἡ διὰ νυκτὸς ἀγρυπνία. Illa peregerunt veteres cauſa ſacrorum. Tacit. Ann. XV. 44. 2. *Unde hauſta aqua, templum & ſimulacrum deæ proſperſum eſt: & lectiſternia, ac pervigilia celebravere feminæ, quibus mariti erant.* Unde venuſtiſſimum poema cujuſcunque etiam auctoris, cui titulus: *pervigilium Veneris.* Noſt. Galb. 4. 8. 2. voluptatis, & hilaritatis. Tale peregit Vitellius apud Tacit. Hiſt. II. 68. 2. *Apud Vitellium omnia indiſpoſita, temulenta, pervigiliis ac Bacchanalibus, quam diſciplinæ, & caſtris propria:* & noſtr. infr. 10. 9. Cajus hoc loco. V. *Donatum*, & *Thyſ. in Gellium* mox laudandum §. 13.

12. IN SCENAM PRODEUNDI i. in theatro fabulas publice agendi. Nep. præfat. n. 5. *In ſcenam prodire, & populo eſſe ſpectaculo, in eiſdem gentibus fuit turpitudini.* Noſt. Ner. 20. 4: 54. 1.

13. LICENTIA TEMPORIS, quia nocturnum *tempus* eſt accommodatius rebus turpibus, & indecoris. * Hinc in pervigiliis virgines violatas legimus. Gell. II. 23. *Filia hominis pauperis in pervigilio vitiata eſt.* Plaut. Aul. IV. 10. 64.

Ego me injuriam feciſſe filiæ fateor tuæ,
Cereris vigiliis.

14. SECUNDA VIGILIA i. circa mediam noctem. *Vigilia* quarta pars eſt noctis. Suidas. φυλακὴ τὸ τέταρτον μέρος τῆς νυκτός: τετραχῆ γὰρ διῄρητο: καὶ φυλακαὶ τῆς νυκτὸς αἱ διαιρέσεις. In quatuor partes noctem dividebant veteres. Cenſor. D. N. c. 23. *Alii diem quadripartito, ſed & noctem ſimiliter, dividebant: idque ſimilitudo teſtatur militaris, ubi dicitur, vigilia prima, item ſecunda, & tertia, & quarta.* Veget. III. 8. *Et quia impoſſibile videbatur in ſpeculis per totam noctem vigilantes ſingulos permanere, ideo in qua-*

tuor

Digitized by Google

accitos, multaque & extrema metuentes, ſuper pulpitum [15] collocavit: deinde repente magno tibiarum & ſcabellorum [16] crepitu [17], cum palla tunicaque talari [18] proſiluit,

tuor partes ad clepſydram ſunt diviſæ vigiliæ, ut non amplius quam tribus horis nocturnis neceſſe ſit vigilare. Suidas. Προφυλακὴ τῆς νυκτὸς εἰς τέσσαρας φυλακὰς διαιρεῖται ἡ νύξ: ἑκάστη δὲ ἔχει ὥρας τρεῖς. Secundæ & tertiæ meminit Lucas 12. 38. Καὶ ἐὰν ἔλθῃ ἐν τῇ δευτέρᾳ φυλακῇ, καὶ ἐν τῇ τρίτῃ φυλακῇ ἔλθῃ. V. quoque *Lipſ. de Mil. Rom.* v. 9. *Lindenbrogium in Cenſorinum. Tiraq. in Alex.* IV. 20.

15. PULPITUM in proſcenio, quod vide infr. Ner. 12. 1. §. 1. locus erat inferior ſcena, altior orcheſtra. Vitruv. Archit. v. 6. *Ex his trigonis, cujus latus fuerit proximum ſcenæ, ea regione, qua præcidit curvaturam circinationis, ibi finiatur ſcenæ frons, & ab eo loco per centrum parallelos linea ducatur, quæ disjungat proſcenii pulpitum, & orcheſtræ regionem, & ejus pulpiti altitudo ſit ne plus pedum quinque, uti qui in orcheſtra ſederint, ſpectare poſſint omnium agentium geſtus.* Eo prodibant actores, & hiſtrioniam agebant. Cyril. gloſſ. *Pulpitum*, βάσις ξύλινον, θυμέλη, σανίδωμα ἐπίπεδον, πέδαμα, λέγεται τὸ τοῦ θεάτρου. Noſt. Ner. 13. 2. Gramm. 4. 7. De quibus ſingulis plura *Buleng. de theat.* I. 26.

16. SCABELLORUM, ſive *ſcabillorum crepitum* dicit etiam Arnob. adv. gent. VII. p. 237. *Quid efficiunt crepitus ſcabillorum, ut cum eos audierint numina, honorifice ſecum exiſtiment actum, & ferventes animos animos irarum oblivione depoſitant?* II. p. 73. *Iccirco animas miſit, ut numeroſos iterarent ſcabillorum concrepationibus ſonores, quibus animarum alia laſciviens multitudo incompoſitos corporum diſſolveretur in motus, ſaltitaret, & cantaret.* Cicer. pro Cœl. c. 27. *Mimi ergo eſt jam exitus, non fabulæ; in quo cum clauſula non invenitur, fugit aliquis e manibus: deinde ſcabilla concrepant, aulæum tollitur.* Et Auguſtin. de muſica IV. *Quæro ex te, utrum poſſint copulari ſibi pedes, quos copulari oportet, perpetuum quendam numerum creare, ubi nullus finis appareat: veluti cum ſymphoniaci ſcabilla & cymbala pedibus feriantur, certis quidem numeris, & his qui ſibi cum aurium voluptate junguntur, ſed tamen tenore perpetuo: ita ut, ſi tibias non audias, nullo modo ibi notare poſſis, quouſque procurrat connexio pedum, & unde rurſus ad caput redeatur.* * Auguſtinum nihil huc facere putat clarus vir juvenis, Fridericus Adolphus Lampe, in inſigni docto commentario de Cymbal. II. 21. Vix quicquam habeo, fateor, quo mea tuear. Et a junioribus in præcipiti licet ſenectute diſcere me non pudet. Miror tamen, quare me, & non illius ſententiæ auctores priores, Salmaſium, Bartholinum, Chimentellum, alioſque ſibi refutandum ſelegerit. Quid fuerint *ſcabilla*, magna inter eruditos eſt contentio. Statuam marmoream, quam hic exhibemus,



ex aula magni Etruriæ Ducis Florentini tranſlatam, veram *ſcabillorum* formam videndam exhibere putat *Ruben. de re Veſt.* II: 17. Exhibet enim muſicum, *ſcabillum* pedibus ſonantem, & cymbala manibus quatientem. Sic enim *ſcabilla*, & *cymbala* conjungentem Auguſtinum modo vidimus. Fiebant non ſemper ex ligno, verum nonnunquam ex ferro. Liban. Orat. 19. pro ſaltatoribus p. 505. Δεῖ δέ τινα χαλκίου σιδηροῦ ἀπὸ τῆς βλαύτης ἐξημμένου, ἀε-κῶσαι ἠχὴν ἐργάσασθαι. *Duntaxat opus eſt aliquo ferreo canone, qui concitaretur calceo, ad ſonitum idoneum efficiendum.* V. tamen, ſi tibi vacat, *Scalig. in Copam.* p. 255. *Salmaſ. in Vopiſc. Carin.* c. 19. *Buleng. de theat.* II. 19. *Chimentel. de hon. biſell.* c. 29. *Barthol. de tib. vet.* III. 4. *Donium Differt. de ſcabillis Spon. Miſc. Erud. Ant. ſect.* I. *art.* 6. *tab.* 45. *Voſſ. Lex. Etymol. in Scamna.* & ad hunc locum *Torrentium*, & *Caſaubonum.*

* 17. CRE-

Digitized by Google

ctioni [13] ita addictus & deditus [14], ut cœnaret in ſtabulo [15] aſſidue, & maneret [16].
Agitatori [17] Cythico [18] comeſſatione quadam in apophoretis [19] vicies HS [20] contulit. 7
Incitato [21] equo [22], cujus cauſa pridie circenſes, ne inquietaretur [23], viciniæ ſilenti- 8
um

12. Prasinæ i. aurigarum viridi panno inſignitæ. *Praſinus* color viridis eſt ad ſimilitudinem porri. Nam πράσον Latine porrum dicitur. Hinc veſtes e viridi lana *praſina* dicuntur. Mart. x. 29. 3.

Et quam donabas dictis a Marte Kalendis,
De noſtra praſina eſt ſyntheſis empta toga.

13. Factiones *bigatorum & quadrigariorum* adhuc fuiſſe dictas, cum ipſum vocabulum deſiit eſſe honeſtum, dixit Feſtus ſupr. Cæſ. 11. 1. §. 10. Dicuntur Græcis μερίδες. Gregor. Nazian. p. 192. Ὁρῶντι τοὺς περὶ τὰς ἱπποδρομίας ἐσπουδακότας, τούτους δὲ ἀπὸ τῶν χρωμάτων ὀνομάζονται, καὶ τῶν μερίδων, ὧν συνίστανται. *Video eos, qui ſtudent circo, eos, inquam, qui nominantur a coloribus, & a partibus, a quibus faciunt.* A pannis diverſi coloris olim *factiones* aurigarum quatuor nomen ſuum ſunt ſortitæ. Sidon. carm. 23. 323.

——— *micant colores*
Albus, vel venetus, virens, rubenſque.

De quibus diſtinctius Tertull. de ſpectac. c. 9. *Talibus auctoribus quadriga producta, merito & aurigis coloribus idololatriam veſtierunt, & ab initio duo ſoli fuerunt, albus, & ruſſeus. Albus hyemi, ob nives candidas: ruſſeus æſtati, ob ſolis ruborem voti erant. Sed poſtea tam voluptate, quam ſuperſtitione provecta, ruſſeum alii Marti, alii album Zephyris conſecraverunt: praſinum vero terræ matri, vel verno: venetum cœlo & mari, vel autumno.* Ex de iiſdem, ſed paullo aliter, Caſſiod. Var. iii. 51. *Colores autem in vicem temporum quadrifaria diviſione funduntur: praſinus virenti verno, venetus nubilæ hyemi, ruſſeus æſtati flammeæ, albus pruinoſo autumno dicatus eſt.* Quos ſingulos pluribus explicant *Panvin. de lud. circenſ.* i. 10. & *Buleng. de circo. c.* 48.

14. Addictus et deditus *praſinæ factioni* quantopere fuerit Cajus, tradit Dio lix. p. 650. E. Ἰσχυρῶς γὰρ τῇ τὴν βατραχίδα ἐνδύντι, καὶ διὰ τοῦτο ἀπὸ τοῦ χρώματος τοῦ πρασίνου καλουμένῳ προσέκειτο, ὥστε καὶ νῦν ἔτι Γαϊανὸν ἀπ᾽ αὐτοῦ τὸ χωρίον, ἐν ᾧ τὰ ἅρματα ἤσκει, καλεῖσθαι. *Summopere autem ei, qui batrachidem* (veſtimenti hoc genus eſt, coloris viridis, *geſtabat, ac praſinus a colore porri dicebatur, intentus erat; adeo ut locus, in quo ſolebat aurigare, etiamnum ab eo Cajanus dicatur.* Eidem & Nero *addictus* fuit infr. 22. 1. aliique imperatores, quos invenies apud *Panvinium.*

15. In stabulo praſinorum aurigarum. Sua enim *ſtabula* habuerunt aurigæ. Tacit. Hiſt. ii. 94. 5. *Ipſo*, Vitellius, *ſola perdendi cura, ſtabula aurigis exſtruere.* Hæc in regione Urbis nona, quæ Circus Flaminius, collocant P. Victor. & S. Rufus. V. & de his *Panvinium.* & *Nardin. Rom. vet.* vi. 2.

16. Maneret, præ ſtudio aurigarum. *Manere* pernoctare eſt, ut dixi ſupr. Cæſ. 39. 11. §. 48. Ita & viles de plebe homines, qui totos dies in circo perſtabant, de equis circenſibus, & de agitatoribus ſatagentes, *pro domibus aurigarum* factionis ejus, quam fovebant, *excubant* apud Marcellin. xiv. 6.

17. Agitare eſt impellere. Plaut. Aſin. iii. 3. 118.

Quadrupedem agitabo adverſus clivum.

Hinc *agitator* qui currus & equos regit, auriga. Cicer. Attic. xii. 21. *Nec eſt melius, quam ut Lucullus ſuſtineat currum, equeſtno, ut bonus ſæpe agitator.* * Κατ᾽ ἐξοχὴν ita appellabatur, qui in Circenſium ludicro equos & currus regebat. Digeſt. iii. 2. 4. *Generaliter ita omnes opinantur, & utile videtur, ut neque agitatores.... ignominioſi habeantur.* Noſt. Ner. 22. 1.

18. Cythico, quem *Eutychum* videtur nominare Joſeph. Ant. Jud. xix. 3. Ἦν δὲ ὁ Εὔτυχος οὗτος ἡνίοχος τοῦ καλουμένου πρασίνου, περισπούδαστος Γαΐῳ, καὶ περὶ τὰς οἰκοδομίας τῶν σταθμῶν τῶν περὶ ἐκεῖνον ἱππικῶν τὸ στρατιωτικὸν ἐτρίβετο, ἀτίμοις ἐργασίαις ἐπικείμενον. *Erat autem Eutychus ille praſinus Cajo dilectiſſimus, cujus equitio ſtabulis exſtruendis viles operas exegerat a militibus.*

19. Apophoreta abeuntibus convivis dabat convivii dominus. Erant munera, quæ domum referebant convivæ. Ambroſius Exhortatione ad virgines. *Qui ad convivium magnum invitantur, apophoreta ſecum referre conſueverunt. Ego ad Bononienſe invitatus convivium, ubi ſancti martyris celebrata tranſlatio eſt, apophoreta vobis plena ſanctitatis, & gratiæ reſervavi.* Lamprid. Heliogab. c. 21. *Eunuchos pro apophoretis dedit: quadrigas, equos ſtratos, mulos, baſternas, & rhedas: dedit & aureos millenos, & centena pondo argenti.* Hinc Martialis *apophoreta*, quæ ipſe ſic hoc explicat carmine xiv. 1.

Præmia convivæ det ſua quiſque ſuo.

Auguſtus ſupr. 75. 2. Vitellius infr. 12. 3. V. quoque *Turneb. Adverſ.* ix. 23. *Ciaccon. de triclin. p.* 91. *Stuck. A. C.* iii. 24. *Juret. in Symm.* iii. 81. *Lipſ. Sat.* i. 10. *Lipen. de Stren.* i. 15.

20. Vicies hs i. quinquaginta millia coronatos. *Glareanus.*

21. Incitatus nomen fuit equi, quem inſano honore hoc affecit Cajus. Nomina equis fecerunt veteres. Stat. Theb. vi. 76.

——— *nota ſtabulis de gente probatos*
In nomen paſcebat equos.

Ovid. Metam. ii. 192.

Nec retinere valet, nec nomina novit equorum.

Hinc decantata nomina Βορυσθένης, qui Adriani equus apud Dion. lxix. p. 792. D. Volucer, qui Alexandri equus apud Plutarchum, Gellium, alioſque: Αἴθης apud Archiam epigrammate in illum.

Ὁ πρὶν ἀελλοπόδων ἐλάφων πλέον Αἴθης.

22. Equo huic quos honores habuerit, narrat Dio

um per milites indicere ſolebat, præter equile [24] marmoreum, & præſepe [25] eburneum [26], præterque purpurea tegumenta, ac monile [27] e gemmis, domum etiam, & familiam, & ſupellectilem dedit, quo lautius nomine ejus invitati acciperentur [28]: conſulatum quoque traditur deſtinaſſe [29].

LIX. p. 650. E. Καὶ ἕνα γε τῶν ἵππων, ὃν Ἰγκιτάτον ὠνόμαζε, καὶ ἐπὶ δεῖπνον ἐκάλει, χρυσᾶς τε αὐτῷ κριθὰς παρέβαλλε, καὶ οἶνον χρυσοῖς ἐκπώμασι προέπινε: τήν τε σωτηρίαν αὐτοῦ, καὶ τὴν τύχην ὤμνυε. *Quendam ſuorum equorum, Incitatum nomine, ad cœnam quoque adhibebat, & inauratum ei hordeum apponebat, & in poculis aureis vinum propinabat, ſalutem ejus, ac fortunam jurabat.*

* 23. INQUIETARETUR, n. ut equus, quietus, paratior, agiliorque ad curſum eſſet. *Panvin. Lud. Circ.* I. 9.

24. EQUILE locus eſt, in quo *equi* ſtabulantur, Varro R. R. II. 7. *Si frigus erit, in equili faciendus ignis.*

25. PRÆSEPE alveus eſt, in quo hordeum equis apponitur. Cat. R. R. c. 14. *Præſepes bubus hibernas, æſtivas faliſcas.*

26. EBURNEUM, cum ex ſaxo ſuis equis fieri juſſerit Artaphernes. Pauſan. Ἀττικ. p. 31. Ὑπὲρ δὲ τὴν λίμνην φάτναι εἰσὶ λίθου τῶν ἵππων Ἀρταφέρνους. *Supra lacum ex ſaxo præſepia ſunt equorum Artaphernis.*

27. MONILE *ornamentum ex gemmis eſt, quod ſolet ex feminarum pendere collo.* Iſidor. XIX. 31. Ovid. Metam. X. 264.

Dat digitis gemmas; dat longa monilia collo.

Etiam equorum eſſe dixerunt Feſtus & Gellius ſupr. Aug. 25. 3. §. 16. De utroque Apul. Mil. VI. p. 185. *Jam primum jubam iſtam tuam probe pectinatam meis virginalibus monilibus adornabo.*

28. ACCIPERENTUR n. *cœna*, ut plenius noſt. Oth. 4. 2. Virg. Æneid. III. 353.

Illos porticibus rex accipiebat in amplis.

29. CONSULATUM DESTINASSE. Dio LIX. p. 615. A. Καὶ προσυπισχνεῖτο καὶ ὕπατον αὐτὸν ἀποδείξειν, καὶ πάντως ἂν καὶ τοῦτο ἐπεποιήκει, εἰ πλείω χρόνον ἐζήκει. *Conſulemque ſe eum creaturum pollicebatur, & omnino facturus, ſi diutius vixiſſet.*

CAPUT LVI.

ARG. *Cajum interimere deſtinant conjurati, & primas ſibi partes poſcit Caſſius Chærea.*

22 Ita bacchantem [1] atque graſſantem [2] non defuit pleriſque [3] animus adoriri. Sed una alteraque conſpiratione [4] detecta, aliis per inopiam occaſionis [5] cunctantibus, duo [6] conſilium communicaverunt, perfeceruntque: non ſine conſcientia [7] potentiſſimorum

BACCHANTEM I. furentem, inſanientem inſtar *baccharum*, quæ tertio quoque anno *Bacchi* Orgia celebrantes, in furorem actæ cum ululatu diſcurrebant, ut dixi ad Curt. VIII. 10. 15. §. 39.

2. GRASSANTEM I. ſævientem inſtar *graſſatorum.* Qui quid ſint, dixi ſupr. Cæſ. 72. 3. §. 7.

3. PLERISQUE; nam plures in eum conjurarunt, & conjurationis in eum conſcii fuerunt. Dio LIX. p. 662. D. Zonar. Ann. II. p. 181. Συνώμοσαν μὲν γὰρ πλείους, καὶ συνῄδεσαν τὸ πραττόμενον: ἐν οἷς ἦν ὅτε Κάλλιστος, καὶ ὁ Ἔπαρχος. Joſephus XIX. 1. Οὐδεὶς γὰρ ἦν ὃς μὴ ἐν εὐδαιμονίᾳ ἀνετίθετο τὴν Γαΐου μετάστασιν, καὶ δι᾽ αὐτὸ πάντες ἠπείγοντο ὅπως δύναιτό τις τρόπῳ μὴ δι᾽ ἐκεῖνον εἶναι τῆς ἐπὶ τοιούτοις ὑστερεῖν ἀρετῆς, ἀλλ᾽ ὡς εἶχε προθυμίας ἢ δυνάμεως, καὶ λόγοις, καὶ δὴ ἔργῳ ἐπὶ τῇ τυραννοκτονίᾳ. *Nemo enim erat, qui non putaret necem Caji pertinere ad ſalutem publicam, & ideo pro ſe quiſque dabant operam, ne quis in hoc facinore cæteris virtute cederet, cunctis tam verbis, quam opere in exitium tyranni conſpirantibus.*

4. CONJURATIONES tres in Caji necem factas eſſe dicit, & illarum auctores addit hiſce Joſephus. Αἰμίλιός τε Ῥήγουλος ἐκ Κορδούβης τῆς ἐν Ἰβηρίᾳ γένος συνεῖχέ τινας, ἢ δι᾽ ἐκείνων, ἢ δι᾽ αὐτοῦ πρόθυμος ὢν ἀναιρεῖσθαι Γάϊον: ἑτέρα δὲ αὐτοῖς συνεκροτεῖτο ἧς Χαιρέας Κάσσιος χιλίαρχος ἡγεμὼν ἦν: Μινουκιανὸς δὲ Ἄννιος οὐκ ὀλίγην μοῖραν τῶν ἐπὶ τὴν τυραννίδα παρεσκευασμένων ἦν. *Nam Æmilius Regulus a Corduba civitate Hiſpaniæ oriundus manum conjuratorum circa ſe habebat: vel per illos, vel per ſe Cajum paratus tollere: alterius Caſſius Chærea tribunus erat caput. Annius quoque Minucianus non paucos ad opprimendum tyrannum concitaverat.*

5. PER INOPIAM OCCASIONIS, imo ſegniciem conſciorum. Joſephus. Τοῖς δ᾽ ἀμφὶ τὸν Χαιρέαν ὑπερβολαὶ τὸ καθ᾽ ἡμέραν ἦσαν ὀκνούντων πολλῶν.

6. DUO, Caſſius Chærea, & Annius Minucianus, quorum colloquium de Cajo tollendo fatis fuſe narrat Joſephus. Vel Caſſius Chærea & Cornelius Sabinus, quos Cajo inſidias compoſuiſſe dicunt Dio & Zonaras.

7. CONSCIENTIA I. notitia. V. quæ dixi Curt. VII. 1. 31. §. 89. *Conſcii* qui fuerunt, rem non prodiderunt. Zonar. Ann. II. p. 181. Καὶ συνῄδεσαν τὸ πραττόμενον καὶ οἱ περὶ αὐτὸν ὄντες: καὶ ὅσοι δὲ μὴ συνώμοσαν, γνόντες οὐκ ἐξέφηναν, καὶ ἄσμενοι εἶδον αὐτὸν ἐπιβουλευόμενον. *Et quid ageretur, etiam familiares ejus ſciverunt: & qui non conjurarant, rem intellectam non prodiderunt, & inſidiis illum appeti haud moleſte tulerunt.*

8. Li-

ſimorum libertorum [8] præfectorumque prætorii [9]: quod ipſi quoque, etſi falſo, in quadam conjuratione, quaſi participes nominati [10], ſuſpectos tamen ſe & inviſos ſentiebant. Nam & ſtatim ſeductis magnam fecit invidiam, *diſtricto gladio affirmans* 3
ſponte ſe periturum, ſi & illis morte dignus videretur: nec ceſſavit ex eo criminari alterum alteri, atque inter ſe omnes committere [11]. Cum placuiſſet [12] Palatinis lu- 4
dis [13] ſpectaculo [14] egreſſum [15] meridie [16] aggredi, primas ſibi partes [17] Caſſius Chærea

8. Libertorum, quorum unum fuiſſe Calliſtum dicit Joſephus. Ἐπεὶ καὶ Κάλλιστος, ἀπελεύθερος δὲ ἦν Γαΐου πλείστῃ τε ἀκμῇ εἰς οὗτος ἐπὶ μέγιστον δυνάμεως ἀφίκετο, καὶ οὐδὲν ἄλλο, ἢ ἰσοτύραννον ἰσχὺν τὴν δύναμιν, φόβῳ τε τῷ πάντων, καὶ μεγέθει χρημάτων, ἅπερ ἐγένετο αὐτῷ, δωροδοκώτατος γὰρ ἦν, καὶ ὑβριστικώτατος: παρὰ τινα ἐν ἐξουσίᾳ χρησάμενος παρὰ τὸ εἰκὸς, καὶ ἄλλως τε τοῦ Γαΐου τὴν φύσιν ἐξεπιστάμενος ἀνήκεστον οὖσαν, καὶ ἐφ' οἷς τινι κρίνειεν ἐδάφους ἀντισπάσματι χρωμένου: αὐτῷ τε πολλὰς μὲν καὶ ἄλλας τῶν κινδύνων αἰτίας, οὐχ ἥκιστα δὲ τὸ μέγεθος τῶν χρημάτων. *Nam & Calliſtus his ſe adjunxit Caji libertus, qui unus plurimum apud eum poterat, ſocius quodammodo tyrannidis, & formidatus omnibus, abundanſque pecuniis, quas ex munerum corruptelis paraverat: utebaturque immodice hac potentia, ſuſpectum nihilominus habens principem, cujus ingenium norat implacabile, & in ſemel deſtinatis pervicax: ipſi autem inter alias periculi cauſas hæc erat non poſtrema, quod eſſet pecunioſus nimium.*

9. Præfectorum prætorii, forte Clementis & Papinii, de quibus Joſephus. Φησί τε πρὸς Κλήμεντά τε καὶ Παπίνιον, ὧν Κλήμης μὲν ἐπὶ τῶν στρατοπέδων, Παπίνιος δὲ καὶ αὐτὸς ἦν χιλιαρχῶν, ἀλλ' ἐπὶ φυλακῇ.... *Quamobrem ſic Clementem & Papinium alloquitur, quorum hic & ipſe tribunus erat, ille præfectus urbanarum cohortium.....* Unde *ſuis telis confoſſum* dicit Plin. xxxii. 1. & *a protectoribus ſuis occiſum* Euſeb. infr. 59. 1. §. 1. *Præfectura* hæc ſecunda dignitas erat in imperio. Aur. Vict. de Cæſ. 9. 12. *Unde etiam honor is, ingens a principio, tumidior, atque alter ab Auguſto in imperio fuit.* Et non multum aberat a principatu. Herodian. v. 1. §. 3. Οὐ πολύ τι ἐξουσίας καὶ δυνάμεως βασιλικῆς ἀποδέουσαν. Præerat enim *præfectus prætorio* cohortibus *prætoriis*, & erat pæne Imperatori, quod antiqua Republica *Dictatori magiſter equitum*. Aurel. Arcad. Digeſt. 1. 11. Ex equeſtri ordine inſtituit ex Mæcenatis conſilio Auguſtus. Dio lii. p. 480. B. Τῶν δὲ δὴ ἱππέων δύο τοὺς ἀρίστους περί σε φρουρᾶς ἄρχειν. Τό, τε γὰρ ἑνὶ ἀνδρὶ αὐτὴν ἐπιτρέπεσθαι, σφαλερὸν, καὶ τὸ πλείοσι, ταραχῶδές ἐστι. Δύο τε ἂν ὦσιν οἱ ἔπαρχοι οὗτοι, ἵνα ἂν καὶ ὁ ἕτερος αὐτῶν ἐπαισθηταί τι τῷ σώματι, μή τοι γε καὶ οὐδεὶς τοῦ φυλάξοντός σε ᾖς. *Proinde ex equitibus duos quoſdam præſtantiſſimos prætorianis tuis militibus præficies. Nam uni id committere, periculo; multis vero, turbis non caret. Duo igitur hi prætorianorum præfecti ſint, ut ſi alter eorum aliquid accidere corpori ſuo ſentiat, tu tamen cuſtode non indigeas.* Inſtituit vero, cum jam Rhodum ſeceſſiſſet Tiberius. Dio lv. p. 555. A. Τότε δὲ πρῶτοι καὶ ἐπάρχους τῶν δορυφόρων δύο ἀπέδειξεν. *Prætorianorum quoque militum duos præfectos tum primum inſtituit.* Originem hujus dignitatis arceſſit a Joſepho, cui Pharao Ægypti adminiſtrationem commiſerat, Caſſiod. Var. viii. 20. *Redeat ad nomen antiquum præfectura illa prætorii, toto orbe laudabilis. Cujus ſi principium quæramus, per Joſeph a beneficiis inchoavit.* De illo & noſt. infr. Claud. 12. 2. Galb. 11. 2: 14. 3. Ner. 21. 2. & bene multa *Fab. Semeſt.* 1. 1. *Guther. de offic. dom. Aug.* 11. 1.... 4. *Buleng. de imperio* iii. 2. *Schel. in Hygin. p.* 51. *Perizon. Diſſert. de prætor.* 1. §. 37: 11. 43. *Pollet. For. Rom.* 1. 4. *Huber. de prætor.* 1. §. 1. *Kemp. Diſſert. de Oſcul.* ix. 24.

10. Quasi participes nominati. Et in his fuiſſe Popedium quendam, narrat Joſephus. Διὰ ταῦτα δὲ αὐτῷ καὶ θάρσος παρίστατο κοινωνούς τινας παραλαμβάνειν, ὡς ἂν ἐπ' ἀλόγοις ὀργῇ χρώμενος. Καὶ ἦν γὰρ Πομπήδιος συγκλητικὸς μὲν, τὰς ἀρχὰς δὲ διεληλυθὼς σχεδὸν ἁπάσας, Ἐπικούρειος δὲ ἄλλως, καὶ δι' αὐτὸ ἀπράγμονος ἐπιτηδευτὴς βίου. Τοῦτον ἐνδείκνυσι Τιμίδιος ἐχθρὸς ὢν, ὡς λοιδορίᾳ χρησάμενος ἀπρεπεῖ κατὰ τοῦ Γαΐου. *Quapropter auſus eſt ſibi aliquot adſciſcere, juſtam iræ cauſam præferens. In his erat Popedius vir ordinis ſenatorii, omnibus fere perfunctus honoribus, alioquin Epicureus, & tum ſectator otii. Hunc detulerat inimicus ejus Timidius, quod in Cajum convicia jeciſſet.*

11. Committere i. irritare, & ad iram accendere. *Committuntur* enim, qui ad contentionem, & concertationem exhibentur. Unde *commiſſiones* gladiatorum, de quibus ſupr. Aug. 43. 13. §. 62.

12. Placuisset. Joſephus. Καλῶς ἂν ἔχειν θεωριῶν ἐν τῷ Παλατίῳ ἐπιτελουμένων ἅπτεσθαι τοῦ χρήματος. *Satius igitur eſſe, dum ludi aguntur in Palatio, adoriri facinus.*

13. Palatinos ludos in honorem Auguſti inſtituit Livia. Dio lvi. p. 600. C. Ἡ Λιουία ἰδίαν δέ τινα αὐτῷ πανήγυριν ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ἐν τῷ Παλατίῳ ἐποιήσατο, ἣ καὶ δεῦρο (ita pro δευτέρᾳ legit *Caſaubonus*) ἀεὶ ὑπ' αὐτῶν ἀεὶ αὐτοκρατόρων τελεῖται. *Livia peculiares ludos per triduum illi, Auguſto, fecit, qui ſemper in illo loco ab imperatoribus ſeſe excipientibus exhibentur.* Et celebravit Cajus. Joſephus. Γάϊος ἦγε τῷ Σεβαστῷ Καίσαρι, ᾧ δὴ καὶ τὰ τῆς θεωρίας ἤγετο. *Cajus rem divinam fecit Auguſto Cæſari, ad cujus tum honorem ludi celebrabantur.*

14. Spectaculo i. theatro, ut dixi ſupr. 31. 2. §. 4. Hoc quomodo factum fuerit, docet Joſephus. Μετὰ δὲ τὴν θυσίαν, ἐπὶ τὴν θεωρίαν τραπεὶς, ἐκαθέζετο, καὶ περὶ αὐτὸν τῶν ἑταίρων οἱ ἀξιολογώτατοι. Κατεσκεύαστο δὲ τὸ θέατρον, πηκτὸν γὰρ ἐγίνετο κατὰ

rea [18] tribunus cohortis prætoriæ depopoſcit: quem Cajus ſeniorem jam mollem, & effeminatum [19] denotare omni probro conſuerat: & modo, ſignum [20] petenti [21], PRIAPUM aut VENEREM [22] dare: modo, ex aliqua cauſa agenti gratias [23], oſculan-

ἵκαστοι ἑαυτὸν, τοιῷ δὲ τρόπῳ. Θύρας εἶχε δύο φερούσας, τὴν μὲν, εἰς αἴθριον, τὴν δὲ, εἰς στοὰν ἐπόδοις, καὶ ἀποχωρήσεσιν, ὅπως μὴ ταράσσοιντο οἱ ἔνδον ἀπειλημμένοι: ἐκ δὲ αὐτῆς τῆς καλύβης, ἐνδοτέρῳ διαφράγματι ἑτέραν ἀπειληφυίας ἐπαναστροφὴν τοῖς ἀγωνισταῖς. καὶ ὁπόσα ἀκροάματα. *Peracto ſacrificio ad ſpectaculum reverſus conſedit, & circa illum amicorum digniſſimi. Theatrum vero, fiebat enim hoc compactile per ſingulos annos, factum erat hoc modo. Duas habebat januas, alteram verſus ſubdivalem aream, alteram verſus porticum, per quam actores ingrediebantur, & egrediebantur, non turbato ſpectatorum conſeſſu: qua parte erat cella quædam tabulatis interſepta, ubi mimi verſabantur, & muſici.*

15. EGREDI *meridie ſpectaculis* ſolebant veteres, prandendi cauſa. Hoc cœptum eſt M. Piſone, & M. Meſſala conſulibus, ſive, ut docent Faſti Capitolini, & ex iis Pigh. Ann. III. p. 337. anno ab U. C. 692. DIO XXXVII. p. 50. D. Ἐπί τε Πίσωνος, καὶ ἐπὶ Μάρκου Μεσσάλου ὑπάτων ὁ δῆμος ἀπαυστὶ μέχρι τότε τὰς ὁπλομαχίας θεώμενος, ἐξανέστη τε μεταξὺ τοῦ ἔργου, καὶ ἄριστον εἵλετο. Καὶ τοῦτ᾽ ἐκεῖθεν ἀρξάμενον, καὶ νῦν ὁσάκις ἂν ὁ τὸ κράτος ἔχων ἀγωνοθετῇ γίνεται. *M. Piſone, & M. Meſſala conſulibus populus, qui ante hæc tempora ludos gladiatorios nulla intercedente requie totos ſpectaverat, tum primum inter actionem ſurrexit, pranſuſque eſt. Iſque mos tum cœptus, hodieque, quoties imperator ludos exhibet, obſervatur.* Quintil. Inſtit. VI. 3. *Hinc eques Romanus, ad quem in ſpectaculis bibentem cum miſiſſet Auguſtus, qui ei diceret: ego, ſi prandere volo, domum eo: tu enim, inquit, non times, ne locum perdas.* Noſt. Claud. 34. 6. De Cajo *egrediente* Joſephus. Γαΐου δὲ ἐνδοιάζοντος εἴτε παραμείνοι εἰς τέλος τῇ θεωρίᾳ, διὰ τὸ τελευταίαν εἶναι τὴν ἡμέραν, εἴτε λουτρῷ χρησάμενος καὶ σίτῳ, ἐπανίοι καθὰ καὶ πρότερον. Μινουκιανὸς ὑπὲρ τοῦ Γαΐου καθεζόμενος, καὶ δείσας μὴ διαχυθείη τὰ τῶν καιρῶν εἰς κενὸν, ἐξανίστατο ἐπειδὴ καὶ Χαιρέαν ἑώρα προεληλυθότα, ἠπείγετο θρασύνων αὐτὸν προσελθών.... Ἀσπρήνας δὲ καὶ αὐτὸς παρῄνει τῷ Γαΐῳ καθ᾽ ἃ πρότερον ὑπεξελθόντι πρός τε λουτρῷ καὶ ἀρίστῳ γενέσθαι. *Cajo vero dubitante, permaneretne uſque ad finem ſpectaculi, præſertim cum dies eſſet ultimus: an lotus, & cibo ſumpto reverteretur, ut erat ſolitus: Minucianus ſupra Cajum aſſidens, veritus, ne periret occaſio, jam enim Chæream egreſſum viderat, ſurrexit iturus ad confirmandum illum.... Tum Aſprenas etiam hortatus eſt Cæſarem, ut more ſolito lotus & pranſus tum demum reverteretur.*

16. MERIDIE; cum jam hora diei nona eſſet, ſpectaculo egreſſum eſſe dicit Joſephus. Ἐπεὶ καὶ περὶ τὴν ἐνάτην ὥραν ἤδη τὰ τῆς ἡμέρας ἦν. V. infr. 58. 1. §. 3.

17. PRIMAS PARTES depoſcere i. velle eſſe primum, qui aggrederetur Cajum. V. ſupr. Cæſ. 82. 1. §. 5. *Primas partes* qui *ſibi popoſcerit* Chærea, exponit Joſephus. Ἀιτίαν δ᾽ ἄν τις τὴν πλείστην Χαιρέᾳ, καὶ γὰρ εἰ σὺν πολλοῖς ἐπράχθη τὸ ἔργον αὐτῷ, ἀλλ᾽ ὁ πρῶτός τε ἐνθυμηθεὶς, τοιαῦτα ὡς πραχθείη προλαβεῖν πολὺ τῶν ἁπάντων, καὶ πρῶτος μὲν τολμηρῶς ἐξειπεῖν τοῖς λοιποῖς, δεξάμενος δὲ τοῦ ἐπὶ τῷ φόνῳ λόγου σποράδας τε ἤθροισε, καὶ τὰ πάντα φρονίμως συγκροτήσας ἵνα γνωμῶν εἰσηγήσεως ἔχρῃν, πολὺ κρείσσων ἐγένετο, καὶ λόγοις καθωμιληκὼς χρηστοῖς, ὡς οὐ τολμῶντας ἠνάγκασέ τε τοὺς πάντας, ἐπεί τε καιρὸς ἐλάμβανε χειρὶ χρῆσθαι, φαίνεται κἀνταῦθα πρῶτός τε ὁρμήσας, καὶ κτεινάμενος ἀρετῇ τοῦ φόνου, καὶ τοῖς ἄλλοις εὐεπίβατον παρασχὼν, καὶ προτιθέντα Γάϊον, ὥστε ἂν δικαίως, καὶ ὁπόσα τοῖς λοιποῖς εἴη πεπραγμένα τῇ Χαιρέα γνώμῃ τε καὶ ἀρετῇ προστιθέσθαι, καὶ πόνῳ τῶν χειρῶν. *Auctor autem facinoris merito Chærea dicendus eſt. Quamvis enim adhibuerit ſocios, omnium tamen primus id concepit animo, & modum perficiendi invenit, primuſque auſus eſt conſilium communicare cum aliis: quod ubi probari ſenſit, conjuratos in unum contraxit, uſus eximia prudentia, & ad audendum accendit crebris exhortationibus, cumque res operam poſceret, hic quoque primus in eum irruit, & ſua virtute cædem exorſus trucidati cadaver proculcandum aliis præbuit: quapropter merito quidquid & a ſociis perpetratum eſt, ipſius prudentiæ, induſtriæ, & virtuti acceptum ferendum eſt.*

18. Ὁ Χαιρέας ἀρχαιότροπός τις ἀνὴρ ἦν, καὶ τινὰ καὶ ἰδίαν τῆς ὀργῆς αἰτίαν εἶχε: γύννιν τε γὰρ αὐτὸν, καὶ περ ἐρρωμενέστατον ἀνδρῶν ὄντα, ὁ Γάϊος ἐκάλει: καὶ τὸ σύνθημα αὐτῷ, ὁπότε εἰς ἐκεῖνον καθήκοι, Πόθον, ἢ Ἀφροδίτην, ἢ ἕτερόν τι τοιοῦτον ἐδίδου. *Chærea vir erat antiquis moribus præditus, ac præterea odii cauſam peculiarem habebat: effeminatum enim illum, quum eſſet virorum fortiſſimus, Cajus appellabat: ac ſi quando teſſeræ petendæ munus ad ipſum deveniſſet, Cupidinem ei aut Venerem, aut aliud quippiam id genus dabat.* Dio LIX. p. 662. E.

19. MOLLEM ET EFFEMINATUM ſe a Cajo denotari non ferebat Chærea. Joſephus. Χαιρέας δὲ αἰσχύνην φέροντα ὅ,τι δή τι ἐπὶ τὴν ἀνανδρίαν ὑπὸ τοῦ Γαΐου προσφερομένων. Sermo tamen ejus *mollitiem* aliquam indicare viſus eſt. Senec. de Conſtant. c. 18. *Chæreæ tribuno militum ſermo non pro manu erat, languidus ſono, & infracta voce ſuſpectior.*

20. SIGNUM eſt teſſera Silio VII. 348.

—— *diſcurrit teſſera caſtris.*

Quæ diſcurrere dicitur, quia a duce ad τὸν ἡγεμόνα perveniebat: σύνθημα Dioni ſupr. §. 18. Onoſand. infr. §. 21. & Pauſaniæ infr. §. 22. Olim dabatur ſine voce, inſcripta, vel inſculpta brevi ligno, πλατεῖον ἐπιγεγραμμένον, unde teſſeræ nomen. Sub Imperatoribus vocale fuit. Dabant hi plerumque nomina deorum, vel heroum. Noſt. infr. 58. 5.

21. PETENTI tribuno ſignum dabat conſul, prætor,

oſculandam [24] manum [25] offerre, formatam commotamque [26] in obſcœnum modum [27].

tor, aut ille, qui toti exercitui præerat. Onoſand. Strateg. c. 25. Πᾶν δὲ παράγγελμα, καὶ σύνθημα, καὶ παρασύνθημα διδότω διὰ τῶν ἡγεμόνων.... Δεῖ δὲ τοῖς πρώτοις ἡγεμόσιν εἰπεῖν: ἐκείνους δὲ ἀπαγγεῖλαι τοῖς μετ' αὐτούς: εἶτα τούτους τοῖς κατόπιν: εἶτα ἑξῆς ἄχρι τῶν τελευταίων τοὺς πρώτους τοὺς ὑπὸ πόδας σημαίνοντας. *Mandata omnia, ſigna, teſſeras per ordinum ductores det imperator. Dari igitur mandata debent primis ducibus, qui mox proximis ſibi nuntiabunt, iſti quoque iis qui poſt ſe; ceteriſque pariter deinceps ſequentibus, donec ultimi, qua primi ſciverunt, hoc modo reſciverint.* Joſephus infr. 60. 3. §. 3.

22. Priapum, aut Venerem: hanc, ut feminæ: illum ut maſculi virum quærentis mollitiem illi exprobraret. Senec. de Conſtant. c. 18. *Huic, Chæreæ, Cajus ſignum petenti modo Veneris, modo Priapi dabat: aliter atque aliter exprobrans armato mollitiam.* Talia ſigna Chæreæ dari jam in vulgus exierat. Joſephus. Καὶ τοῦτο εἴρητο Χαιρέαν, ὅτι καὶ παραλάβοι σημεῖον τῆς ἡμέρας ἐκείνης: κοινὸν γὰρ διὰ τῆς πόλεως ἦν ἡ εἰς τὸν Χαιρέαν διὰ τῶν σημείων τοῦ δόντος πρασσομένη ὕβρις. *Et ille, Minucianus, rogavit Chæream, quodnam ſignum ea die accepiſſet: vulgatum enim jam erat per Urbem, quomodo ei ſoleret dandis ſignis illudere.* Et ſe illis acceptis a militibus rideri, & cæteris tribunis ludibrio eſſe indigniſſimo ferebat animo Chærea. Joſephus. Χαιρέας δὲ, καὶ ὁπότε μὲν παραλαμβάνοι τὸ σημεῖον, ὀργῇ πιέζετο, μειζόνως δὲ ὁπότε παραδιδοίη γελώμενος ὑπὸ τῶν παραλαμβανόντων, ὥς τι καὶ οἱ συγχιλίαρχοι παιδιὰν ἐποιοῦντο αὐτόν: ὁπότε γὰρ αὐτὸς μέλλοι τὸ σημεῖον παρ' αὐτοῦ τοῦ Καίσαρος κομίζειν, προλέγοντες τὰ τῶν εἰωθότων φέρειν εἰς παιδιάν. Unde & conjurationis in Cajum cauſam fuiſſe prodidit Pauſan. Boeot. p. 302. Τῶν δὲ ἀσεβησάντων ἐς τὸν Θεὸν, ὁ μὲν ἀνδρείῳ στρατιώτῃ διδοὺς ἀεὶ τὸ αὐτὸ σύνθημα μετὰ ὑπερβολῆς χλευασίας, ἐς τοσοῦτο προήγαγε θυμοῦ τὸν ἄνθρωπον, ὥστε σύνθημα διδόντα αὐτὸν διεργάζεται. *Eorum vero, qui deum, Cupidinem, quem violatum* V. ſupr. 22. 5. §. 16. *violaverant, alter militi ſemper dans ſignum per ludibrium eo hominem impulit, ut idem ſignum dantem confecerit.*

23. Agere gratias principi ſolebant ab illo diſceſſuri. Tacit. Ann. xiv. 56. 6. *Seneca (qui finis omnium cum dominante ſermonum) gratias agit.* Hiſt. ii. 71. 4. *Actaque inſuper Vitellio gratia, conſuetudine ſervitii.* Unde Domitianus *paratus ſimulatione, in arrogantiam compoſitus, & audiit preces excuſantis, & cum annuiſſet, agi ſibi gratias paſſus eſt* apud eundem Agric. 42. 4.

24. Osculo gratum animum ſignificare ſoliti ſunt veteres. M. Minutius equitum magiſter Fabio dictatori, cui & ſuam, & exercitus vitam ſe debere profitetur, *oſculo* gratias agit apud Plutarch. in Fabio p. 181. F. Ταῦτ' εἰπὼν καὶ περιβαλὼν τὸν Φάβιον, ἠσπάζετο: Τὸ δ' αὐτὸ καὶ τοὺς στρατιώτας ἦν ὁρᾶν πράττοντας: ἐνεφύοντο γὰρ ἀλλήλοις καὶ κατεφίλουν, ὥστε μεστὸν εἶναι χαρᾶς καὶ δακρύων ἡδίστων τὸ στρατόπεδον. *Secundum hæc amplexus Fabium, & oſculatus eſt. Idem erat cernere per totum exercitum: nam complexu ſeſe mutuo, & oſculo exceperunt: unde in lætitiam tota caſtra effuſa, ut præ gaudio omnibus lacrymæ manarent.*

25. Manum, & dubio procul pedes. Dio lix. p. 661. B. Ἐφίλει τε ὀλιγίστους: τοῖς γὰρ πλείοσι καὶ τῶν συμβουλευτῶν, ἢ τὴν χεῖρα, ἢ τὸν πόδα προσκυνεῖν ὤρεγε. *Paucos oſculabatur, pleriſque etiam ſenatorum, manum tantum, aut pedem adorandum porrigebat.* Senec. Benef. ii. 12. *C. Cæſar dedit vitam Pompejo Penno, ſi dat, qui non aufert: deinde abſoluto, & agenti gratias, porrexit oſculandum ſiniſtrum pedem.* Cajum imitati ſunt & alii imperatores. Pompon. Læt. Comp. Hiſt. Rom. c. 2. *Imperatores antea manus exoſculandas nobilibus præbebant, poſt ſuis manibus ſublevabant ad oris oſculum. Vulgus genua exoſculabatur. Diocletianus edicto ſanxit, uti omnes ſine generis diſcrimine proſtrati, pedes exoſcularentur, quibus etiam venerationem quamdam adhibuit, exornatis calceamenta auro, gemmis, & margaritis. Quod feciſſe ante Cajum Caligulam memorant.* V. ſis etiam *Polyd. Virg. de invent. rer.* iv. 13. *Stuck. A. C.* ii. 32. *Mercer. in Alex. Gen.* ii. 19. *Kemp. de oſcul. diſſert.* 9. §. 14. *Horn. de Orig. Americ.* ii. 12. *Reiz. in Godw. & Aaron.* iii. 2. 7. §. 2.

* 26. In obscoenum modum medio ſcilicet porrecto digito. Hunc enim, qui aliquem contumeliose irridere, & per ſummam ignominiam notare volebant, porrigebant, & in eum, quem ludebant, intendebant. Laert. vit. Phil. 6. §. 34. Ξένων δέ ποτε θεάσασθαι θελόντων Δημοσθένην, τὸν μέσον δάκτυλον ἐκτείνας, οὗτος ἡμῖν, ἔφη ἐστὶν ὁ Ἀθηναίων δημαγωγός. *Hoſpitibus aliquando Demoſthenem videre cupientibus, medio porrecto digito, hic, ait, nobis eſt ille Athenienſium orator.* Diogenis factum hoc iiſdem pene verbis legitur apud *Arrianum Epict. Diſſert.* iii. 2. Medio digito Demoſthenem demonſtravit Diogenes, ut effeminatam illius notaret mollitiem. Recte. Fuit enim olim ſupremi contemptus, ignominiæ & *obſcœnitatis*, quod de illo Cornutus ad Perſ. Sat. ii. 33. Index, & *per illum probri inſectatio plerumque exprimebatur.* Iſidor. xi. 1. Hinc Lampridius de Heliogabalo c. 10. *Neque unquam verbis pepercit infamibus, quum & digitis impudicitiam oſtentaret.* Ea quoque de cauſa *impudicus* vocatur Mart. vi. 70. 5. Priap. 56. 1. & *infamis* Perſ. Sat. ii. 33. V. etiam *Ferrar. de Acclam. & Plauſ.* ii. 22. Chæreæ mollitiem hoc modo notaſſe docet Suetonius.

CAPUT LVII.

ARG. *Futuram cædem multis prodigiis docetur Cajus Cæſar Caligula.*

Digitized by Google

1.2 Futuræ cædis multa prodigia extiterunt. Olympiæ [1] ſimulacrum Jovis, quod diſ-
ſolvi transferrique Romam placuerat, tantum cachinnum [2] repente edidit, ut
3 machinis [3] labefactis [4] opifices diffugerint. Supervenitque illico quidam Caſſius [5]
4 quoque nomine, juſſum ſe ſomnio affirmans immolare taurum Jovi [6]. Capitolium
Capuæ Idibus Martiis [7] de cælo tactum eſt: item Romæ cella [8] Palatini [9] atrien-
ſis [10]. Nec defuerunt qui conjectarent altero oſtento periculum a cuſtodibus domi-
no portendi: altero, cædem rurſus inſignem qualis eodem die facta quondam fuiſſet.
5 Conſulenti quoque de genitura [11] ſua, Sylla mathematicus *certiſſimam necem appropin-*
6 *quare* affirmavit. Monuerunt [12] & fortunæ [13] Antiatinæ, ut a Caſſio [14] caveret.
Qua cauſa ille Caſſium Longinum [15] Aſiæ tum proconſulem occidendum delegave-
7 rat, immemor Chæream Caſſium nominari. Pridie quam periret, ſomniavit conſi-
ſtere ſe in cælo juxta ſolium [16] Jovis: impulſumque ab eo dextri pedis pollice, &
8 in terras præcipitatum. Prodigiorum loco habita ſunt etiam quæ forte illo ipſo die
paullo

OLYMPIA urbs eſt Elidis. Strabo in Elidis deſcriptione VIII. p. 245. illam Elidi adſcribit. Vicina fuit Piſæ. Pauſan. Ἠλιακ. p. 148. Ὀλυμπίας τῆς Ἐπειῶν χώρας ὅμορον οὖσαν τῇ Πισαίᾳ. *Olympiam, quæ ſub Epei ditione erat, Piſææ finitimam.* Et poſtea Piſæorum urbibus annumerata. Strabo. Ἀλλ' οὐδ' ἡ Πισάτις ὑπὸ Αὐγέᾳ τοτ' ὑπῆρχεν, ἐν ᾗ ἐστὶ καὶ ἡ Ὀλυμπία: ἀλλ' ἡ Ἠλεία μόνον. *Sed neque Piſæorum ager, in quo eſt Olympia, iſto tempore Augeæ fuit, Elea ſolius dominium poſſidente.*

2. CACHINNUS quid ſit dixi ſupr. Aug. 99. 5. §. 8. Factum hoc deſcribit etiam Dio LIX. p. 662. A. Καὶ γέλως, ὁσάκις τινὲς ὡς καὶ τὸ εἶδος ἐφαψόμενοι προσῆλθον, πολὺς ἐξηκούετο. *Et riſus multus, quoties quis ſimulacrum ejus tacturus accederet, exauditus eſt.*

3. MACHINIS, quarum *unum genus eſt tractorium, cum onera machinis pertrahuntur, aut ad altitudinem ſublata collocantur.* Vitruv. X. 1.

4. LABEFACTIS i. corruptis, fractis. Lucret. IV. 1107.

Membra voluptatis dum vi labefacta liqueſcunt.

Noſt. Ner. 38. 2. Veſp. 4. 6.

5. CASSIUS prodigium nomine ſuo fecit, quia & Chærea Caji interfector *Caſſius* dicebatur. *Beroaldus.*

6. TAURUM JOVI *immolare*, ſicut Caſſius Chærea Cajum tanquam victimam *immolavit.* Beroaldus.

7. IDIBUS MARTIIS, quia Julius Cæſar olim interfectus fuerat, hoc portendebat Cajo ſimilem vitæ exitum. *Beroaldus.*

8. CELLAS Latini vocant omnia gurguſtiola infimæ ſortis hominum. Tales erant *cellæ* ſervorum, ut hujus atrienſis, & janitorum. * Cicer. Phil. II. 27. *Conchyliatis Cn. Pompeji periſtromatis ſervorum in cellis lectos ſtratos videres.* Vitruv. VI. 10. *Ex una parte faciunt equilia, & ex altera oſtiariis cellas, ſtatimque januæ interiores finiuntur.* Noſt. Vitell. 16. 4. Erant adſtructæ domorum, aut inſularum foribus. Varr. R. R. I. 13. *Villici proxime januam cellam eſſe oportet; eumque ſcire, qui introeat, aut exeat noctu, quidve ferat, præſertim ſi oſtiarius eſt nemo.*

9. PALATINI i. *Palatii*, & domus imperatoriæ. Hujus vero cella de cœlo icta domino periculum portendere videbatur. *Turneb. Adv.* XXII. 31.

10. ATRIENSIS ſervus erat, qui *atrium* obſervabat, & cuſtodiebat, ne quid ex imaginibus, ſtemmatibus, ac cæteris, quæ in *atrio* reponi ſolent, deperiret: & qui ſupellectilem ædium, aut villæ exponebat, ſimulque *atrium* omni ex parte mundum, & nitidum ut eſſet, procurabat. Colum. R. R. XII. 3. *Tum inſiſtere atrienſibus, ut ſupellectilem exponant, & ferramenta deterſa nitidentur, atque rubigine liberentur.* Plaut. Pſeud. II. 2. 14.

PS. *Condus promus ſum, procurator peni.*
HA. *Quaſi te dicas atrienſem.*

V. *Popm. de oper. ſerv. p.* 36. *Cujac. Obſerv.* X. 34. *Nardin. Rom. vet.* VI. 13.

11. GENITURA verbum eſt matheſeos, ut docui ſupr. Aug. 94. 22. §. 73.

* 12. MONERE, & *monita* ſunt verba oraculorum, & vaticiniorum. Cicer. de Har. reſp. c. 25. *Cum dii immortales monent de optimatum diſcordiis.* Tibul. I. 7. 56.

Et canit eventus, quos dea magna monet.

Ad quem plura *Broukhuſius.*

13. FORTUNAM apud *Antium* fuiſſe cultam docet Horat. Od. I. 35. 1.

O diva gratum quæ regis Antium.

Ejus ſimulacrorum mentionem facit Macrob. Sat. I. 23. *Ut videmus apud Antium promoveri ſimulacra Fortunarum ad danda reſponſa.* V. *Beroaldum, Torrentium, Buleng. de Sort. c. 1. Gyrald. Synt. deor. 16. p. 467. E.*

14. CASSIO n. CHÆREA. Dio LIX. p. 662. E. Προέλεγε δ' ἄρα αὐτῷ τὸ δαιμόνιον τοῦτον τὸν Κάσσιον τὸν Χαιρέαν. *Quum tamen oraculum Caſſium Chæream innueret.*

15. CASSIUM LONGINUM, ejuſque caſum hunc miſerum V. ſupr. 24. 4. §. 7.

16. SOLIUM *armarium eſt uno ligno factum, in quo uno reges ſedebant propter tutelam corporis ſui.* Virg. Æneid. I. 510.

—— *ſolio-*

paullo prius acciderant. Sacrificans [17] reſperſus eſt phœnicopteri [18] ſanguine [19]. 9
Et pantomimus [20] Mneſter tragœdiam [21] ſaltavit, quam olim Neoptolemus [22] tra- 10
gœdus ludis [23], quibus rex Macedonum Philippus occiſus eſt, egerat. Et cum in 11
Laureolo mimo [24], in quo actor [25] proripiens ſe ruina ſanguinem vomuit, plures ſe-
cundarum [26] certatim experimentum artis darent [27], cruore ſcena abundavit [28]. Pa- 12
rabatur & in noctem ſpectaculum, quo argumenta [29] inferorum per Ægyptios & Æ-
thiopes [30] explicarentur.

——— *ſolioque ſubnixa, reſedit.*
Ubi *Servius* & *Iſidor.* xx. 11.

17. SACRIFICANS forte ſibi ipſi. Ipſe enim ſibi ſacerdos fuit. Καὶ αὐτὸς ἑαυτῷ ἱερᾶτο. Dio LIX. p. 662. B.

18. PHOENICOPTERUM deſcripſi ſupr. 22. 9. §. 41.

19. SANGUINE hoſtiæ reſpergi ominoſum illi fuit. ut & Asprenati apud Joſephum Ant. Jud. XIX. 1. Καὶ πίπτοντος τῶν ἱερείων τοὺς συνέβη αἵματι τὴν Ἀσπρηνᾶ στολὴν ἑνὸς τῶν συγκλητικῶν ἀναπλέων γενέσθαι: τοῦτο Γαΐῳ γέλωτα μὲν παρέσχεν, ἦν δὲ ἄρα εἰς οἰωνὸν τῷ Ἀσπρηνᾷ φανερόν, ἐπικατασφάζεται γὰρ τῷ Γαΐῳ. *Et cadente victima contigit reſpergi cruore togam Aſprenatis, unius e ſenatorum numero: hoc ominoſum illi fuit, licet tum riſu exceptum a Cajo, nam cum Cajo occiſus eſt.*

20. PANTOMIMUM V. ſupr. Aug. 45. 11. §. 44.

21. TRAGOEDIAM Cinyram. Joſeph. Ant. Jud. XIX. 1. Ἐνθάδε καὶ σημεῖα μαντεύεται δύο γενέσθαι: καὶ γὰρ μῖμος εἰσάγεται, καθ' ὃν σταυροῦται λῃστής, ut legit Leopard. Emend. IX. 14. pro λαφθεὶς ἡγεμών, ὅτε ὀρχηστὴς δρᾶμα εἰσάγει Κινύραν, ἐν ᾧ αὐτός τε ἐκτείνετο, καὶ ἡ θυγάτηρ Μύῤῥα, αἷμά τε ἦν τεχνητὸν πολύ, καὶ τὸ περὶ τὸν σταυρωθέντα ἐκκεχυμένον, καὶ τὸ περὶ τὸν Κινύραν. Ὁμολογεῖται δὲ καὶ τὴν ἡμέραν ἐκείνην γενέσθαι, ἐν ᾗ Φίλιππον τὸν Ἀμύντου Μακεδόνων βασιλέα κτείνει Παυσανίας εἷς τῶν ἑταίρων, εἰς τὸ θέατρον εἰσιόντα. *Moxque duo quædam ominoſa facta ſunt. Nam mimus inductus eſt, in quo in crucem ſuffigitur latronum dux,* Laureolus, *& pantomimus,* Mneſter, *introducit fabulam Cinyræ, in qua & ipſe, & ejus filia Myrrha occiditur, multumque fictitii cruoris fuſum eſt tam circa crucifixum, quam circa Cinyram. Quin & eundem diem fuiſſe ajunt, quo olim Philippus Amyntæ filius rex Macedonum ab amico Pauſania caſus eſt, dum theatrum introgreditur.*

22. Νεοπτόλεμον τὸν τῆς τραγῳδίας ὑποκριτὴν ἤρετό τις: τί θαυμάζει τῶν ὑπ' Αἰσχύλου λεχθέντων, ἢ Σοφοκλέους, ἢ Εὐριπίδου: ὁ δὲ μὲν τούτων εἶπεν, ὃ δ' αὐτὸς ἐθεάσατο ἐπὶ μείζονος σκηνῆς Φίλιππον ἐν τοῖς τῆς θυγατρὸς Κλεοπάτρας γάμοις πομπεύσαντα, καὶ τρισκαιδέκατον θεὸν ἐπικληθέντα, τῇ ἑξῆς ἐπισφαγέντα ἐν τῷ θεάτρῳ, καὶ ἐῤῥιμμένον. *Neoptolemum hiſtrionem tragœdiarum interrogabat quiſpiam, quidnam ab Æſchylo, aut Sophocle, aut Euripide dictum admiraretur: cui ille, nihil quidem iſtorum, ſed quod ipſe vidiſſet Philippum Cleopatræ filiæ ſuæ nuptias magnifice celebrantem in ſcena ampliſſima, cum tertius decimus deus appellaretur, poſtridie in theatro jugulatum & projectum.* Stob. Serm. 96. De *Neoptolemo* & *Leopard. Emend.* IX. 15.

23. LUDIS, imo in convivio carmina ſibi injuncta a Philippo pronuntiaſſe Neoptolemum dicit Diodor. XVI. p. 480. Ἐν γὰρ τῷ βασιλικῷ ποτῷ Νεοπτόλεμος ὁ τραγῳδός, πρωτεύων τῇ μεγαλοφωνίᾳ καὶ τῇ δόξῃ, προστεταγμένον αὐτῷ τοῦ Φιλίππου προσενέγκασθαι τῶν ἐπιτεταγμένων ποιημάτων, καὶ μάλιστα τῶν ἀνηκόντων πρὸς τὴν κατὰ τῶν Περσῶν στρατείαν. *Interfuit convivio Neoptolemus tragœdus, magnitudine vocis, & nominis celebritate facile primus. Hunc carminum a ſe injunctorum, imprimis vero expeditioni Perſicæ convenientium, aliquot pronuntiare juſſerat.*

24. LAUREOLUS MIMUS fuit latronis alligati ad crucem, in quo noxius vinctus ab urſo lacerabatur. Juven. VIII. 187.

Laureolum velox etiam bene Lentulus egit,
Judice me dignus vera cruce.

Martial. de ſpectac. 6. 3.

Nuda Caledonio ſic pectora præbuit urſo
Non falſa pendens in cruce Laureolus.

Joſephus ſupr. §. 21. V. quoque *Leopardum, Buleng. de venat. c.* 36. *de theatr.* 1. 48. *Rader. in Martialem.*

25. ACTOR n. primarum partium.

26. SECUNDARUM n. partium. Cicer. in Divin. c. 15. *Ut in actoribus Græcis fieri videmus: ſæpe illum, qui eſt ſecundarum partium, aut tertiarum, cum poſſit aliquanto clarius dicere, quam ipſe primarum, multum ſummittere, ut ille princeps quam maxime excellat.* Ubi Aſconius. *Comœdia quinque actus habet, hoc eſt, quinquies ducitur in ſcenam. Eſt ergo perſona primarum partium, quæ ſæpius actu regreditur: ſecundarum, & tertiarum, quæ minus, minuſque procedunt.* Terentius in Phormione.

Quia, primas partes qui agit, is erit Phormio.

27. EXPERIMENTUM ARTIS DARENT i. imitarentur actorem primarum partium, & ſanguinem vomerent, ut ille ex fabulæ argumento per artem hiſtrionicam vomuerat. *Beroaldus.*

28. SCENA CRUORE ABUNDAVIT. Ex hoc Cajo dirum fuit omen, portenditque inſtare veram ſanguinis effuſionem. *Beroaldus.*

29. ARGUMENTA *fabulæ ad actum ſcenarum compoſita dicuntur: & orationum Ciceronis velut thema ipſe exponens Pedianus, argumentum, inquit, tale eſt: & ipſe Cicero ad Brutum ita ſcribit, veritus fortaſſe, ne nos in Catonem noſtrum transferamus illinc mali quid, etſi argumentum ſimile non erat. Quæ apparet omnem ad ſcribendum deſtinatam materiam ita appellari: nec mirum, cum id inter opifices quoque vulgatum ſit.* Quintil. Inſtit. Orat. V. 10.

30. PER ÆGYPTIOS ET ÆTHIOPES, utpote homines nigros, & ipſo colore diis manibus, & inferis bene congruentes. *Beroaldus.*

C A-

CAPUT LVIII.

ARG. *Egreditur, in crypta pueros nobiles ad edendas in ſcena operas ſe præparantes hortatur, & vulneribus triginta conficitur Cajus Cæſar Caligula.*

1 Nono Kalendas Februarias [1], hora quaſi [2] ſeptima [3], cunctatus [4] an ad prandi-
um [5] ſurgeret, marcente [6] adhuc ſtomacho pridiani cibi onere, tandem ſua-
2 dentibus amicis [7] egreſſus eſt. Cum in crypta [8], per quam tranſeundum erat, pueri
nobiles ex Aſia [9] ad edendas in ſcena operas [10] evocati præpararentur, ut eos inſpice-
3 ret hortareturque, reſtitit. Ac niſi princeps gregis [11] algere [12] ſe diceret, redire ac
4 repræſentare ſpectaculum voluit. Duplex dehinc fama eſt: alii tradunt alloquenti
pueros a tergo Chæream cervicem [13] gladio cæſim [14] graviter [15] percuſſiſſe, præmiſ-
ſa

NONO KALENDAS FEBRUARIAS, qui fuit ultimus ludorum. Joſeph. Ant. Jud. XIX. 1. Ἠ οὐκ' ἴσᾶτε τὴν σήμερον τῶν θεαμάτων ὕστατην ἡμέραν οὖσαν. *An neſcitis hunc eſſe ſpectaculorum diem ultimum.* Fuit is annus ab U. C. 793. quo conſules fuerunt Sentius Saturninus & Pomponius Secundus. Joſeph. de Bell. Jud. II. 10. Γαΐου δὲ ἡγεμονεύσαντος ἔτη τρία, καὶ μῆνας ὀκτὼ, καὶ δολοφονηθέντος, ἁρπάζεται μὲν ὑπὸ τῶν ἐν Ῥώμῃ στρατευμάτων εἰς τὴν ἀρχὴν Κλαύδιος. Ἡ δὲ σύγκλητος ἐξηγουμένων τῶν ὑπάτων, Σεντίου Σατουρνίνου καὶ Πομπωνίου Σεκούνδου.... *Cajo per dolum interempto, qui regnaverat annis tribus, menſibus ſex, rapitur in regnum ab eo exercitu, qui Romæ erat, Claudius. Senatus autem, referentibus conſulibus, Sentio Saturnino & Pomponio Secundo....*

*2. QUASI i. fere, propemodum, ὡσεί: nam ita & Græci loquuntur. Tacit. Ann. XIV. 52. 2. *Hortorum amœnitate, & villarum magnificentia quaſi principem ſupergrederetur.*

3. SEPTIMA, ſed nonam dicit Joſephus. V. ſupr. 56. 4. §. 16.

4. CUNCTATUS qui fuerit Cajus jam nos monuit Joſephus ſupr. 56. 4. §. 15.

5. AD PRANDIUM. Aliter Dio LIX. p. 663. A. Ἑορτὴν τινὰ ἐν τῷ Παλατίῳ ἦγε, καὶ θέας ἐπετέλει: κἀν τούτῳ καὶ αὐτὸς καὶ ἤσθιε καὶ ἔπινε, καὶ τοὺς ἄλλους εἱστία. *Feſtum quoddam in Palatio Cajus celebrabat, ac ſpectaculum edebat: & ibi ipſe etiam edit ac bibit, & reliquis epulum dabat.*

6. MARCENTE i. languido, nauſeante. *Marceſſere* pectora dicuntur multo cibo & potione completa. V. Curt. IV. 13. 18. §. 52.

7. AMICIS, Minuciano & Aſprenate. V. ſupr. 56. 4. §. 15.

8. CRYPTA occulta & latens eſt porticus. Unde *cryptoporticus* dicitur Plin. Epiſt. II. 17. *Ante cryptoporticum xyſtus violis odoratus.* De tali Caji ſævitiam denarrans Senec. de Ira III. 18. *Deinde adeo impatiens fuit differendæ voluptatis, quam ingentem crudelitatis ejus ſine dilatione poſcebat, ut in crypta maternorum hortorum quoſdam ex illis ad lucernam decollaret.* Στενωπὸν Dio, στενωπὸν ἠρεμηκότα Joſephus dicunt §. 9. *domum* noſt. infr. 59. 3.

9. EX ASIA *pueri nobiles* in ſcena ſaltare ſolebant. Dio LIX. p. 680. D. Πυῤῥίχην τε Ἀσιανοὶ παῖδες μεταπεμπτοὶ ὠρχήσαντο. *Pueri ex Aſia evocati pyrricham ſaltaverunt.* Noſt. Cæſ. 39. 3. Ex *Aſia* hos veniſſe dicit etiam Joſeph. Ant. Jud. XIX. 1. Τρέπεται δὲ καὶ στενωπὸν ἠρεμηκότα, καὶ ἐπὶ τόπον πρὸς λουτροῖς γινόμενος, ἅμα καὶ παῖδας ὀψόμενος τοὺς ἥκοντας ἐκ τῆς Ἀσίας καταστάντας. *Deflexit ad infrequentem cryptam ducentem ad balineas, pueros etiam eo loco viſurus, qui venerant ex Aſia.* Ex Græcia & Jonia Dio. Τηρήσαντες αὐτὸν ἐκ τοῦ θεάτρου ἐξελθόντα, ἵνα τοὺς παῖδας θεάσηται, οὓς ἐκ τῆς Ἑλλάδος καὶ τῆς Ἰωνίας τῶν πάνυ εὐγενῶν μετεπέμψατο ὄντων, ἀπέκτειναν, ἐν στενωπῷ τινι ἀπολαβόντες. *Obſervaverunt e theatro exeuntem, ut pueros ſpectaret, quos nobiliſſimos ex Græcia & Jonia arceſſierat, deprehenſumque in angiportu quodam obtruncaverunt.* V. & Caſaubonum.

10. EDENDAS IN SCENA OPERAS i. ſaltandas in theatro comoedias. Joſephus. Πομπῆς αὐτῶν ἐκεῖθεν γενομένης ἐπὶ ὕμνους μυστηρίων ἃ ἐπετέλει, ἔνιοι δὲ κατὰ πυῤῥιχισμοὺς οἳ ἐν τοῖς θεάτροις ἔσοιντο. *Partim ad concinendos hymnos ſacrorum domeſticorum, partim ad ſaltandam pyrrichen in theatro.* Dio. Ἐπὶ τῷ τὸν ὕμνον τὸν εἰς αὐτὸν πεποιημένον ᾆσαι. *Ad hymnum de ſe compoſitum canendum.*

11. GREX turba eſt hiſtrionum. Petron. c. 40.

Grex agit in ſcena mimum.

12. ALGERE, quia interfectus *nono Kalendas Februarias* n. 1.

13. CERVICEM, quam *mediam uno ictu diſcidiſſe* Chæream dicit Senec. de Conſtant. c. 18. Μεταξὺ γοῦν τοῦ ὤμου, καὶ τοῦ τραχήλου. *Humerum inter, & collum* impactum eſſe vulnus dicit *Joſephus.*

14. CÆSIM i. cædendo. Veget. I. 12. *Non cæſim, ſed punctim ferire diſcebant. Cæſim, membratim, inciſim* dicit Cicer. Orat. 67. *Inciſim autem, & membratim tractata oratio in veris cauſis plurimum valet. Membratim adhuc: deinde cæſim diximus.*

15. GRAVITER, non tamen letaliter. Joſephus. Ὑπαντιάζει δὲ αὐτὸν Χαιρέας, καὶ ᾔτησε σημεῖον· τοῦ δὲ τῶν εἰς χλεύην ἀνακειμένων εἰπόντος, οὐκ ἐνδοιάσας λοιδορίαις τε ἐχρῆτο κατὰ τοῦ Γαΐου, καὶ σπασάμενος τὸ ξίφος, ἐπάγει πληγὴν σφοδρὰν, οὐ μὴν γε καίριον. *Ibi occurrit ei Chærea, & ſignum petit: & illo probroſum quoddam* dante

Digitized by Google

ſa voce; *Hoc age* [16]. Dehinc Cornelium Sabinum [17], alterum e conjuratis tribunum [18], ex adverſo [19] trajeciſſe pectus: alii Sabinum, ſummota per conſcios centuriones turba [20], ſignum more militiæ petiſſe, & Cajo Jovem dante, Chæream 5
exclamaſſe: *Accipe ratum* [21]: reſpicientique maxillam ictu diſcidiſſe. Jacentem, con- 6
tractiſque membris clamitantem [22] ſe vivere, cæteri vulneribus triginta confecerunt [23]. Nam ſignum erat omnium, *Repete* [24]. Quidam etiam per obſcœna ferrum 7
adegerunt [25]. Ad primum tumultum lecticarii [26] cum aſſeribus [27] in auxilium accurrerunt. 8

dante convicio ſimul ac ferro eum adortus ferit graviter, non tamen letali vulnere.

16. HOC AGE formula erat ſollennis, qua popa victimam cæſurus jubebatur ferire. Is enim quærebat, *agon'?* & illi reſpondebatur a ſacrificante, aut ſacerdote, *hoc age*. Ovid. Faſt. I. 319.

Nominis eſſe potes ſuccinctus cauſa miniſter,
Hoſtia cælitibus quo feriente cadit,
Qui calidos ſtrictos tincturus ſanguine cultros,
Semper (agone?) rogas, nec niſi juſſus agis.

In illa ſcite, & facete luſit Annius Pollio, ubi Triarium deridet apud Senec. Contr. II. *Filius*, inquit, *cervicem porrigat; carnifex manum tollat, deinde reſpiciat ad patrem, & dicat: agon'? quod fieri ſolet victimis.* Et hac utitur Chærea cæſurus Cajum, & conjurationis ſocios, tanquam ſigno dato, ut & ipſi eum invaderent, hortatur. Eadem utitur Galba apud noſtr. infr. 20. 2. V. quoque *Polit. Miſc. c.* 60. *Merul. de ſacrif.* 3. 5.

17. Κορνήλιος Σαβῖνος τὴν διάνοιαν ἤδη προκατεσκευασμένος ὠθεῖ κλιθέντα ἐπὶ γόνυ. *Cornelius Sabinus in hoc paratus impulit genu flexo cadentem.* Joſephus. Poſtea vero dux fuit illorum, qui Caji interfectores interficere ſtuduerunt. Joſephus. Σπασάμενοι τὰ ξίφη, προειστήκει δὲ αὐτῶν Σαβῖνος, διέθεον τὰς οἰκίας ἀναζητούμενοι τοὺς σφαγέας τοῦ Καίσαρος. *Strictis gladiis, illorum autem dux erat Sabinus, diſcurrebant per domos, ſcrutabundi, ubinam laterent interfectores Cæſaris.*

18. TRIBUNUS qui factus fuerit hic Sabinus, docet Joſephus. Σαβῖνος χιλιαρχῶν, οὐ δι' ἀρετὴν, καὶ γενναιότητα προγόνων, μονομάχος γὰρ ἦν, ἰσχύϊ δὲ σώματος τὴν ἐπὶ τοιούτοις κτησάμενος ἀρχήν. *Sabinus non ſua virtute, aut nobilitate majorum, fuit enim gladiator, ſed robore corporis ad tribunatum provectus eſt.*

19. ADVERSO CORPORE I. a fronte. Curt. III. 11. 9. §. 42. *Adverſo corpore vulneribus acceptis.* Ubi plura.

20. TURBAM qui *ſummoverint* conſcii, docet Joſephus. Ἀνέστρεφον δὲ καὶ οἱ συνωμόται καὶ διωθοῦντο τὸ πλῆθος, λόγῳ μὲν διὰ τὸ ἐνοχλούμενον τὸν Γάϊον, ἔργῳ δὲ ἐπ' ἀδείας βουλόμενοι ἐν ἐρημίᾳ τῶν ἀμυνουμένων καταστήσαντες αὐτὸν, ἅπτεσθαι τῆς σφαγῆς. *Tum conjurati turbam dimovens, quaſi illam gravaretur Cajus, re autem vera captantes ſolitudinem, quo facilius poſſent cædem perficere.*

21. ACCIPE RATUM ni ſignum, quaſi diceret; optas, ut Jupiter, cujus nomen das pro teſſera, te ſervet ac protegat, en votum tuum *ratum*. Dictum εἰρωνικῶς. Vel etiam ſimpliciter, & ſerio, & abſque ironia dictum fuerit: quia Cajo, *flagitiis omnibus, & ſceleribus dedecorato, non niſi morte poterat ſuccurri*, ut dictum eſt de Nerone infr. 36. 5. V. *Caſaubonum* & ad *h. l.* & *ſupr. Tib.* 66. 3. §. 8. *Argol. in Panvin. Lud. Circ.* I. 19.

22. CLAMITASSE negat Joſephus. Οὔτε ἀνεβόησεν ὑπ' ἐκπλήξεως, οὔτε ἐπεκαλέσατό τινας τῶν φίλων, εἴτε ἀπιστίᾳ, εἴτε καὶ ἄλλως φρονήσει· τῷ δὲ χρησάμενος πρὸς τῆς ἀλγηδόνος τὸ περιττὸν εἰς τὸ πρόσθεν ᾔει τῇ φυγῇ. *Neque exclamavit attonitus, neque invocavit opem amici ullius, ſive quod nemini ſatis fideret, ſive præ ſuperbia: gemitu tantum edito, fuga ſe proripiebat ulterius.*

23. CÆTERI VULNERIBUS CONFECERUNT. Seneca de Conſtant. c. 18. *Plurimum deinde undique publicas ac privatas injurias ulciſcentium gladiorum injectum eſt.* Ultimum autem *vulnus*, quo extinctus eſt, illi infixit Aquila. Joſephus. Τελευταῖος δὲ Ἀκύλας ὁμολογεῖται ὑπὸ ἁπάντων πληγὴν ἐπενεγκὼν, ᾗ μεθίστησιν αὐτὸν ἀκριβῶς.

24. REPETE ictum; monetur enim unuſquiſque conjuratorum, non ſemel feriat Cajum, ſed bis terque vulnus *repetat*, Beroaldus. * *Repetere* eſt geminare. Verbum eſt arenæ. Lactantius: *Percuſſos jacentesque repeti jubent.* Quintil. Inſtit. Orat. V. 14. *Ut bis cavere, bis repetere oportuerit.* Et inde natum in Caligulæ cæde hoc ſymbolum. *Lipſ. Saturn.* II. 20. *Thyſ. de Gladiat. p.* 233.

25. PER OBSCOENA FERRUM ADEGERUNT I. *obſcœna ferro* perfoderunt. Juſtin. I. 9. 22. *Vel per ſuum corpus adigi mago ferrum juſſit.* Noſt. Ner. 49. 7.

26. LECTICARII erant *ad lecticam homines*, ut dicuntur Catul. 10. 16. I. ſervi, qui *lectica* dominum portabant. Senec. de Conſtant. c. 14. *Quid refert, quantum habeat, quot lecticarios?* Sulpit. Cicer. Fam. IV. 12. *Coactus ſum in eadem illa lectica, qua ipſe delatus eram, meiſque lecticariis in urbem eum referre.* Inſcriptio vetus Romæ.

TI. CLAUDIO
AUG. LIB.
TIGRANO
EX. CORPORE
LECTICARIORUM
CAESARIS.

Noſt. Oth. 6. 6. V. *Beroaldum*, *Torrentium*, *Lipſ. Elect.* I. 19. *Pignor. de ſerv. p.* 261. 275. *Popm. de oper. ſerv. p.* 43.

27. ASSERES ligna appellat, quibus innixi lecticarii lecticam bajulant. De his exiſtimo intellexiſſe Mart. IX. 23. 6.

9 rerunt. Mox Germani [28] corporis cuſtodes, ac nonnullos ex percuſſoribus [29], quoſdam etiam ſenatores innoxios [30] interemerunt.

Ut Canuſinatus multo Syrus aſſere ſudet.
Beroaldus. * Fuerunt exemptiles. Et facile in lecticam reponi potuerunt, aut tolli. Ex Suetonio hoc patet. *Lipſ. Elect.* 1. 19.

28. GERMANOS hos, illorumque furorem deſcribit Joſephus. Πρῶτοι δὲ εἰς τοὺς Γερμανοὺς ἡ αἴσθησις ἀφίκετο τῆς Γαΐου τελευτῆς: δορυφόροι δὲ ἦσαν αὐτοῦ ὁμώνυμοι τῷ ἔθνει, ἀφ' οὗ κατειλέχατο, τὸ κελτικὸν τάγμα παρεχόμενοι αὐτῷ. Θυμῷ δὲ χρῆσθαι πάτριον ἐστὶν αὐτοῖς σπανίως εἴ τισιν ἑτέροις τῶν βαρβάρων, διὰ τὸ ἧσσον λογισμῷ ἐπιδέχεσθαι τῶν πρασσομένων, ῥωμαλέοι τε τοῖς σώμασι, καὶ τῇ πρώτῃ ὁρμῇ συνιόντες τοῖς πολεμίοις, ᾗ ἂν ὁρμήσωσι μεγάλα κατορθοῦντες. Οὗτοι οὖν πυθόμενοι τὴν Γαΐου τὴν σφαγὴν, καὶ περιαλγήσαντες διὰ τὸ μὴ ἀρετῇ κρίνειν ἐπὶ τοῖς ὅλοις, ἀλλὰ συμφέροντι τῷ αὐτῶν, μάλιστα δὲ αὐτοῖς προσφιλὴς ἦν Γαΐος δόσεσι χρημάτων τὸ εὔνουν αὐτῶν κτώμενος. *Primi autem Germani ſenſerunt ejus interitum. Cohors ſatellitum ex ea gente lectorum ad principis cuſtodiam. Homines natura iracundi, ut quivis alii barbari, quod plerumque quid fiat non intelligant, robuſti corpore, & primos hoſtium impetus excipere ſoliti, & magnum ad victoriam momentum afferre in quamcunque partem incubuerint. Hi cognita Caji morte vehementer indoluerunt, non ipſius virtutibus rem metientes, ſed ſuis commodis, quod gratioſus apud illos fuerat crebris largitionibus benevolentiam eorum ſibi comparans.*

29. EX PERCUSSORIBUS interemerunt Aſprenatem, & juxta cum illo Norbanum. Joſephus. Ἀσπρήναν τε κρεουργήσαντες αὐτοῖς, διὰ τὸ πρώτῳ περιπεσεῖν. Δεύτερος Νωρβανὸς ὑπαντιάζει... τῶν γενναιοτάτων τῶν πολιτῶν, καὶ πολλοὺς αὐτοκράτορας παρεχόμενος τῶν προπατόρων, καὶ μηδὲν αἰδεμένων αὐτοῦ τὴν ἀξίωσιν ἰσχύϊ προὔχων ἀφαιρεῖται τὸ ξίφος τῶν πρώτων ἐπιόντων συμπλακεὶς, φανερός τε ἦν οὐκ ἀπεικασμένως τεθνηξόμενος, μέχρι δὴ περισχεθεὶς πολλοῖς τῶν ἐπιφερομένων, ἔπεσεν ὑπὸ πλήθους τραυμάτων. *Et primum forte oblatum Aſprenatem fruſtatim laceraverunt. Poſt hunc Norbanum nacti... civem nobiliſſimum, & genus ducentem a multis imperatoribus: qui nihil apud furentes fieri ſuam dignitatem videns, homo validus, extorſit gladium reluctanti ei, qui primus ſe invaſerat, videbaturque non inultus moriturus, ni circumdatus multorum ſimul ictibus obrueretur.*

30. SENATOREM INNOXIUM interemerunt Antejum. Joſephus. Τρίτος δὲ Ἀντήιος τῶν ἐκ τῆς βουλῆς σὺν ὀλίγοις οὐ τυχαίως τοῖς Γερμανοῖς καθάπερ οἱ πρότερον περιπεσών, ὑπὸ δὲ φιλοθεαμοσύνης, καὶ ἡδονῆς τοῦ αὐτόπτης γενέσθαι Γαΐου κειμένου, μῖσος ἐμφανὲς πρὸς αὐτὸν, τὸν γὰρ πατέρα τὸν Ἀντήιον, καὶ ὁμώνυμον φυγάδα ἐλάσας, καὶ μὴ ἀρκεσθεὶς, κτενεῖ στρατιώτας ἀποπέμψας, καὶ παρὼν μὲν ἐκταθεὶς εὐφραινόμενος θεωρίᾳ τοῦ νεκροῦ; θορυβουμένης δὲ τῆς οἰκίας, κρύπτειν αὐτὸν ἐνθυμηθέμενος, οὐ διαφυγγάνει τῶν Γερμανῶν τὸ εἰς τὴν ἔρευναν ἀκριβὲς, καὶ ἐπὶ τοῖς φόνοις ὁμοίως, τῶν τε αἰτίων καὶ μὴ ἐξαγριωθέντων. *Tertius e ſenatoribus Antejus cum paucis mala fortuna, ſicut priores, in Germanos incidit, pertractus eo cupiditate viſendi Caji cadaveris, quem vehementer oderat: ejus enim patrem eodem nomine appellatum non contentus egiſſe in exſilium, occidit poſtremo miſſis illo militibus: paſcebat igitur oculos gratiſſimo ſpectaculo, verum audito tumultu latebras quaritans, non effugit Germanorum diligentem perquiſitionem, ſontes juxta atque inſontes trucidantium.*

CAPUT LIX.

ARG. *In hortos Lamianos aſportatum levi ceſpite obruitur, a ſororibus poſtea erutum ſepelitur Caji cadaver; umbris inquietantur hortorum cuſtodes, & domus, in qua occubuit, incola, pereuntque uxor & filia.*

1 Vixit annis viginti novem [1], imperavit triennio, & decem menſibus, diebuſque
2 octo [2]. Cadaver ejus clam in hortos [3] Lamianos [4] aſportatum, & tumultuario

VIXIT ANNIS NOVEM VIGINTI, imo octo & viginti, menſibus quatuor, & diebus quatuor & viginti: natus enim eſt pridie Kalendas Septembris anno ab U. C. 764. ſupr. 8. 1. & interfectus nono Kalendas Februarii 793. ſupr. 58. 1. Unde Euſebius ad a. 2056. (anni tamen prochroniſmum notat Scalig. p. 173.) *Cajus, a protectoribus ſuis occiditur in Palatio anno ætatis ſuæ vigeſimo nono.*

2. TRIENNIO, ET DECEM MENSIBUS, DIEBUSQUE OCTO regnaſſe Cajum dicit etiam Clem. Alexandr. Strom. 1. p. 339. C. Ὁ διαδέχεται Γάϊος Καῖσαρ ἔτη τρία, μῆνας ι, ἡμέρας ὀκτώ. *Cui,* Tiberio, *ſuccedit Cajus Cæſar annis tribus, decem menſibus, diebus octo.* Exactiſſime putata ratio, a die exceſſus Tiberii. Dio LIX. p. 663. C. Zonar. Ann. II. III. tribus annis, menſibus novem, diebus viginti octo. Γάϊος μὲν δὴ ταῦτα ἐν ἔτεσι τρισὶ, καὶ μησὶν ἐννέα, ἡμέραις τε ὀκτὼ καὶ εἴκοσι πράξας. Sed forte putaverunt tempora a die, quo de imperio Caji factum decretum ſenatus. Quatuor menſes quarto anno defuiſſe dicit Joſephus. Γάϊος μὲν δὴ τέταρτον ἐνιαυτὸν ἡγεμονεύσας Ῥωμαίων λείποντα τεσσάρων μηνῶν. Unde nulla menſium facta mentione, *prope quadriennium* rexiſſe Cajum dicit Tacit. Orat. 17. 3. Ab his immane quantum

rio [5] rogo ſemiambuſtum levi ceſpite obrutum eſt: poſtea per ſorores ab exſilio [6] reverſas erutum, crematum, ſepultumque. Satis conſtat, prius quam id fieret, hortorum cuſtodes umbris inquietatos [7]: in ea quoque domo, in qua occubuerit, nul- 3
lam noctem ſine aliquo terrore tranſactam, donec ipſa domus incendio conſumpta ſit. Periit una & uxor Cæſonia [8], gladio a centurione [9] confoſſa [10]: & filia parieti 4
illiſa.

tum diſcedit Cedren. p. 162. dicens: Ἐκράτησε δὲ Γάϊος Ἰούλιος Καῖσαρ ἔτη, ſive ξ, ſive ζ legendum ſit.

3. IN HORTIS, & agris ſepulcra exſtruere ſolebant veteres. Capitol. in Anton. Pio c. 5. *Sed Adriano apud Bajas mortuo, reliquias ejus Romam provexit ſancte ac reverenter, atque in hortis Domitiæ collocavit.* Noſt. Galb. 20. 9. Plura *Kirchm. de Fun.* II. 22. * *Hortorum* horum meminit etiam Philo Legat. ad Cajum p. 1040. E. Μεταπεμψάμενος τοὺς δυοῖν κήπων ἐπιτρόπους, τοῦ τε Μαικήνα καὶ Λαμίας· πλησίον δὲ εἰσιν ἀλλήλων τε καὶ τῆς πόλεως, ἐν οἷς ἐκ τριῶν ἢ τεττάρων ἡμερῶν διέτριβε. *Arceſſens duorum hortorum curatores Mæcenatis & Lamiæ: propinqui autem ſunt inter ſe & Urbi, in quibus jam tribus quatuorve diebus habitaverat.* Illos in Exquiliis collocant *Donat. de Urb. Rom.* III. 23. *Nardin. Rom. Vet.* IV. 2. *Borrich. Ant. Fac. Urb. c.* 7. §. 3.

4. LAMIÆ gentis antiquitatem laudat Horatius infr. Domit. I. 7. §. 30. Dicta eſt a *Lamo* Formiarum, ſive Λαιστρυγονίης conditori, Neptuni filio. Ἀπὸ τοῦ βασιλεύσαντος Λαιστρυγόνος Λάμου τοῦ Ποσειδῶνος παιδὸς, ᾧ ὄνομα Λαιστρυγόνος, ut Didymus ad Homer. Odyſſ. K. 81.

> Ἑβδομάτῃ δ᾽ ἱκόμεσθα Λάμου αἰπὺ πτολίεθρον,
> Τηλέπυλον Λαιστρυγονίην.
> *Septi· · vero venimus Lami ad excelſam urbem*
> *Longe diſtantes portas habentem.*

Noſt. Domit. I. 7: 10. 5.

5. TUMULTUARIO I. per *tumultum*, & feſtinationem confecto. Ita *tumultuarium* exercitum Liv. V. 37. *tumultuarium* militem Liv. I. 37. XXXV. 2. *tumultuarium* ducem Liv. VIII. 42. *tumultuarium* opus Liv. VI. 19. *tumultuarium ſermonem* Quintil. Inſtit. X. 7. *tumultuoſiores* literas noſt. Ner. 40. 8.

6. AB EXSILIO *ſorores* Caji revocavit Claudius. Dio LX. p. 667. A. Καὶ τοὺς ἐκπεσόντας ἀδίκως ὑπ᾽ αὐτοῦ, τούς τε ἄλλους, καὶ τὰς ἀδελφὰς, τήν τε Ἀγριππῖναν, καὶ τὴν Ἰουλίαν καταγαγὼν, τὰς οὐσίας σφίσιν ἀπέδωκε. *In exſilium ab eo immeriſo miſſos, interque eos etiam ſorores ejus, Agrippinam, & Juliam reduxit, ac bona iis reſtituit.*

7. UMBRIS INQUIETARI loca, in quibus defoſſa inſepultorum corpora, putaverunt veteres. Plaut. Moſt. II. 2. 66.

> *Ego tranſmarinus hoſpes ſum Diapontius,*
> *Hic habito, hæc mihi dedita eſt habitatio.*
> *Nam me Acheruntem recipere Orcus noluit,*
> *Quia præmature vita careo. Per fidem*
> *Deceptus ſum, hoſpes hic me necavit, iſque me*
> *Defodit inſepultum clam ibidem in hiſce ædibus.*

Quibus ſeni domino illius domum umbris infeſtari perſuadere conatur ſervus Tranio. Noſt. Ner. 34. 10. Galb. 7. 5. Et alia his ſimilia collegerunt *Guther. de jur. man.* II. 16. *Mag. Miſc.* IV. 12. *Broukh. in Tib.* I. 6. 15.

8. Τὴν Καισωνίαν, γυνὴ δὲ ἦν τοῦ Γαΐου, καταλαμβάνει παρακατακειμένην τῷ σώματι τοῦ ἀνδρὸς χαμαιπετεῖ, καὶ πάντων ἐν ἀτυχίᾳ, ὧν χαρίζοιτο ἂν ὁ νόμος τοῖς μεταστᾶσιν, αἵματί τε ἀναπεφυρμένην ἐκ τῶν τραυμάτων, καὶ πολλὴν τὴν ταλαιπωρίαν συμφθειρομένην τῆς θυγατρὸς παρερριμμένης. *Cæſoniam offendit* Lupus *humi ſtratam juxta mariti cadaver, inopem omnium, quæ ſolent exhiberi mortuis, & fœdatam cruore vulnerum, affligtantem ſe cum jacente ſimul filia.* Joſeph. Ant. Jud. XIX. 2.

9. CENTURIONE *Julio Lupo*, quem tamen tribunum appellat, & quare ad hanc cædem perpetrandam illum miſerit Chærea, docet Joſephus. Χαιρέας δὲ ἐν δεινῷ τιθέμενος, περιεῖναι τὴν θυγατέρα Γαΐου, καὶ τὴν γυναῖκα, Ἰούλιον ἐκπέμπει Λοῦππον, ἵνα τῶν χιλιάρχων κτενοῦντα τὴν γυναῖκα Γαΐου καὶ τὴν θυγατέρα: Κλήμεντος δὲ ὄντι συγγενεῖ τῷ Λούππῳ τὴν ἐπὶ τοιοῖσδε πρόθεσαν λειτουργίαν, ὅπως μετασχὼν κἂν ἐπὶ τοιούτοις τῆς τυραννοκτονίας, ἀγάλλοιτο ἀρετῇ πρὸς τῶν πολιτικῶν, ὡς καὶ τοῦ παντὸς ἐπιβουλεύματος δοξεῖε κοινωνεῖν τῶν πρώτον συνθεμένων. *Cærea indigne ferens ſupereſſe uxorem Caji & filiam, mittit unum e tribunis Julium Lupum, qui utramque interficiat: ideo potiſſimum illi demandato negotio, quod Clementis eſſet cognatus, & dignus, ut in partem veniret tyrannicidii, quaſi tesius conſilii a principio conſcius.*

10. CONFODIENDA Cæſonia quam non muliebriter expaverit enſem, etiam narrat Joſephus. Ἡ δὲ ἐπεὶ θεᾶται τὴν πρόσοδον τοῦ Λούππου, τότε σῶμα τοῦ Γαΐου προὐδείκνυεν, καὶ ἆσσον ἰέναι παρεκάλει μετ᾽ ὀλοφυρμοῦ καὶ δακρύων· ἐπεί τε τῇ διανοίᾳ συνεστηκότα ἑώρα τὸν Λοῦππον, καὶ μηδὲν προσιόντα ὡς ἐπὶ πρᾶξιν ᾗ αὐτῷ εὐχαριστοίη, γνωρίσασα ἐφ᾽ ὃ ἥκοι, τήν τε σφαγὴν ἐγύμνου καὶ πάνυ προθύμως, ποτνιωμένη ὁποῖα εἰκὸς τοὺς οὕτω σαφῶς ἐν ἀπογνώσει τοῦ ζῆν γεγονότας, καὶ κελεύουσα μὴ μέλλειν ἐπιτελειώσει τοῦ δράματος, ὃ ἐπ᾽ αὐτοῖς συνέθεσαν: καὶ ἡ δὲ μὲν εὐψύχως ταύτῃ τελευτᾷ ὑπὸ τοῦ Λούππου, καὶ ἐπ᾽ αὐτῇ τὸ θυγάτριον. *Quæ dum advenientem Lupum videret, oſtenſo Caji cadavere, cum lacrymis, & lamentis rogabat, ut propius accederet: utque ſenſit cædis cauſa eum veniſſe, non magni pendentem verba nihil ad ſuum propoſitum facientia, confeſtim nudatum jugulum præbuit, miſerabiliter ſuam conditionem deplorans, & urgens, ne differret incepta a ſociis fabulæ extremum actum addere: atque ita magno animo finem habuit ſub Lupo, & cum illa filiola.*

CAPUT LX.

ARG. *Ab ipſo Cajo cædis famam emiſſam ſuſpicio eſt; in Capitolium conſules convocat ſenatus, Cæſarum memoriam abolendam, & templa diruenda cenſent quidam, & ferro periiſſe dicuntur Cæſares, quibus Caji prænomen fuit.*

1.2 Conditionem [1] temporum illorum etiam per hæc exiſtimare quivis poſſit. Nam
neque cæde vulgata ſtatim creditum [2], fuitque ſuſpicio, ab ipſo Cajo famam
cædis ſimulatam & emiſſam: ut eo pacto erga ſe hominum mentes deprehenderet.
3 Neque conjurati cuiquam imperium deſtinaverunt. Et ſenatus in aſſerenda liberta-
te [3] adeo conſenſit, ut conſules [4] primo non in curiam, quia Julia [5] vocabatur, ſed
4 in Capitolium convocarent. Quidam vero ſententiæ loco abolendam Cæſarum me-
moriam [6] ac diruenda templa cenſuerunt. Obſervatum autem, notatumque eſt in
primis, Cæſares omnes, quibus Caji prænomen [7] fuit, ferro periiſſe, jam inde ab
eo [8], qui Cinnanis temporibus [9] ſit occiſus [10].

CONDITIONEM 1. formidoloſum, terrificumque ſtatum. *Sabellicus.*

2. NON STATIM CREDITUM EST. Joſeph. Ant. Jud. XIX. 1. Ἐπεὶ δὲ τὸ θέατρον ἐπῆι ἀφίκετο ὁ λόγος περὶ τῆς Γαΐου τελευτῆς, ἔκπληξίς τε, καὶ ἀπιστία ἦν. Οἱ μὲν γὰρ καὶ πάνυ ἡδονῇ δεχόμενοι τὸν ὄλεθρον αὐτοῦ, καὶ πρὸ πολλοῦ ἡγησάμενοι σφίσιν ἀγαθὸν συμβῆναι, ὑπὸ δέους ἐν ἀπιστίᾳ ἦσαν: τισὶ δὲ ὅις καὶ πάνυ ἀπ' ἐλπίδων ἦν, διὰ τὸ μὴ ἐθέλειν τι τοιόνδε ἐπὶ Γαΐῳ γεγονέναι, μήτε ἀληθείᾳ πρεσβεύεσθαι, διὰ τὸ μὴ ὅιον τε ἀνθρώπῳ εἶναι τοιᾷδε ἀρετῇ χρῆσθαι. *Cæterum poſtquam in theatrum rumor de morte Caji perlatus eſſet, plus admirationis invenit quam fidei. Quidam enim etſi perlibenter interitum ejus acciperent, quem jam dudum optaverant, præ timore tamen credere non audebant: aliis contra ideo non libebat credere, quia verum eſſe nolebant, atque etiam majus putabant, quam ut humana virtute poſſet effici.*

3. LIBERTATIS *aſſerendæ* ſpecimen ſtatim dederunt conſules. Joſeph. Ant. Jud. XIX. 2. Προελελύθει δὲ ἡ νὺξ ἐπὶ μέγα, καὶ Χαιρέας δὲ σημεῖον ᾔτει τοὺς ὑπάτους οἱ δὲ ἐλευθερίαν ἐδίδοσαν. ἐν θαύματι δὲ ἦν αὐτοῖς, καὶ ὁμοίᾳ ἀπιστίᾳ τὰ δρώμενα: ἔτει γὰρ ἑκατοστῷ τῷ μεθ' ὃ τὴν δημοκρατίαν τὸ πρῶτον ἀφῃρέθησαν ἐπὶ τοὺς ὑπάτους σημείου ἡ παράδοσις. *Et jam nox proceſſerat, cum Chærea ſignum a conſulibus petiit: atque illi libertatem dederunt, adeo mutatas res mirabantur, ut ipſis ſibi vix crederent: tunc enim primum, ex quo reipublicæ adminiſtratio populo eſt adempta, ſigni dandi mos ad conſules rediit.*

4. CONSULES quid primo egerint, legitur apud Joſeph. Ant. Jud. XIX. 1. Καὶ προὔθεσαν δὲ καὶ οἱ ὕπατοι διάγραμμα Γαΐου μὲν κατηγορίας ποιούμενοι, κελεύοντες δὲ τῷ τε δήμῳ, καὶ τοῖς στρατιώταις ἐπὶ τὰ αὐτῶν ἀπιέναι: τῷ μὲν δήμῳ πολλῶν ἀνέσεως ἐπαγγελλόμενοι ἐλπίδα, τῷ στρατιωτικῷ δὲ τιμῶν. *Conſules autem edictum propoſuerunt, in quo continebatur Caji accuſatio, jubentes domum redire tam populum quam milites: populo quidem magnam relaxationem pollicentes, militibus vero præmia.*

5. JULIA *curia* ut appellaretur nova, quæ in locum Hoſtiliæ cum Clodii cadavere combuſtæ apud Dion. XL. p. 143. C. fieret, inter poſtremos, maximoſque delatos a ſenatu Cæſari dictatori honores decretum eſt. Dio XLIV. p. 242. D. Βουλευτήριόν τέ τι καινὸν ποιῆσαι προσέταξαν: ἐπειδὴ τὸ Ὁστίλιον, καίπερ ἀνοικοδομηθὲν, καθῃρέθη, πρόφασιν μὲν τοῦ ναὸν Εὐτυχίας ἐνταῦθα οἰκοδομηθῆναι, ὃν καὶ ὁ Λέπιδος ἱππαρχήσας ἐξεποίησεν, ἔργῳ δὲ ὅπως μήτε ἐν ἐκείνῳ τὸ τοῦ Σύλλου ὄνομα σώζοιτο, καὶ ἕτερον ἐκ καινῆς κατασκευασθὲν, Ἰούλιον ὀνομασθείη. *Utque novam curiam exſtrueret, ei, Julio, mandatum eſt; erat enim curia Hoſtilia, quum refecta fuiſſet, denuo deſtructa, eo verbo, quod ibi templum Felicitatis ponere inſtituiſſent, quod Lepidus, quum magiſter equitum eſſet, abſolvit, ſed reipſa ob hanc cauſam, ut in eo quidem loco ne Syllæ nomen ſupereſſet, ac nova curia Julia vocaretur.* Hanc triumviri poſtea exſtruxerunt. Dio XLVII. p. 338. A. Τὸ βουλευτήριον τὸ Ἰούλιον ἀπ' αὐτοῦ κληθὲν, παρὰ τῷ κομιτίῳ ὠνομασμένῳ ᾠκοδόμουν, ὥσπερ ἐψήφιστο. *Curiam, Juliam ab eo dictam, ex decreto prius facto* triumviri *ædificaverunt propter comitium.* Et poſt bella Actiaca dedicavit Auguſtus. Dionem V. ſupr. Aug. 101. 3. §. 16. In hanc conſules convocare noluit ſenatus, abominatus nomen Juliorum, tanquam oppreſſores eſſent libertatis. V. quoque *Beroaldum, Torrentium & Nardin. Rom. Vet.* V. 2.

6. MEMORIAM *abolere* ſolebant veteres eorum, qui damnati gravioris criminis, puta Majeſtatis, perduellionis, tyrannidis. Cicer. Philip. 13. 12. *Cujus,* Antonii, *totus conſulatus eſt ex omni monumentorum memoria revulſus.* Tacit. Ann. VI. 2. 1. *Atroces ſententiæ dicebantur in effigies quoque, ac memoriam ejus,* Sejani. Eoque pertinet, nummos talium Imperatorum etiam conflatos fuiſſe. Dio LX. p. 679. E. Τῇ δὲ δὴ τοῦ Γαΐου μνήμῃ ἀχθόμενοι, τὸ νόμισμα τὸ χαλκοῦν πᾶν ὅσον τὴν εἰκόνα αὐτοῦ ἐντετυπωμένην εἶχε, συγχωνευθῆναι ἔγνωσαν. *Contra Caji memoriam ægre ferentes, omne æreum numiſma, quod ejus imaginem haberet, conflari juſſerunt.* V. *Lipſ. Tacit. Ann. p.* 101. *Cuper. in Lactant. de mort. perſeq. p.* 129.

7. CAJI PRÆNOMEN quibus fuit, Cæſares non omnes

mnes ferro perierunt. *Cajus* certe, Auguſti filius, Lucii frater, ferro non periit. V. ſupr. Aug. 65. 3. §. 10. Ne dictatoris quidem pater, quem exanimatum V. ſupr. Cæſ. 1. 1. §. 5. *Torrentius.*

8. Ab eo *Cajo Cæſare*, qui fuit ſummus orator. Cicer. Brut. c. 48. *Feſtivitate igitur, & facetiis, inquam, C. Julius, L. F. & ſuperioribus, & æqualibus ſuis omnibus præſtitit, oratorque fuit minime ille quidem vehemens, ſed nemo unquam urbanitate, nemo lepore, nemo ſuavitate conditior.* Offic. 1. 30. *Erat in L. Craſſo, & in L. Philippo multus lepos: major etiam magiſque de induſtria in C. Cæſare.* c. 37. *Sale vero, & facetiis Cæſar, Catuli patris frater, vicit omnes.* Viſitur hodieque Romæ vetus inſcriptio ſub Capitolio ad forum Auguſti juxta Baſilii templum, in ædificii pariete, hoc titulo:

C. IVLIVS. L. F. CÆSAR STRABO AED. CVR. Q. TR. MIL. BIS. X. VIR. AGR. DAND. ADTR. IVD. PONTIF.

Schott. Obſ. Hum. III. 34. Genus eloquentiæ hujus ſecutus eſt Cajus Cæſar dictator adhuc adoleſcens ſupr. 55. 4.

9. Cinnanis temporibus, quia illis *Cinna* impotenter, atque crudeliter dominatus eſt turbata republica bello civili, deformata civitate cædibus nobilium, atque rapinis. Flor. III. 21. 13. *Diviſere copias, Cinna, Marius, Carbo, Sertorius. Mox in Urbem quadruplici agmine intratur. Hic poſtquam manus omnis Octavii depulſa Janiculo eſt, ſtatim ad principum cædem ſigno dato, aliquanto ſævius, quam aut in Punica, aut in Cimbrica urbe, ſævitur.*

10. Occiſus ſatis crudeliter. Cicer. de Orat. III. 3. *Neque vero longe ab eo C. Julii caput, hoſpitis Etruſci ſcelere proditum, cum L. Julii fratris capite jacuit, ut ille, qui hæc non vidit, & vixiſſe cum Republica pariter, & cum illa ſimul exſtinctus eſſe videatur.* Et quidem jubente Cinna. Cicer. Tuſc. V. 19. *At Cinna, collegæ ſui, conſulis Cn. Octavii, præcidi caput juſſit.... C. Cæſaris, in quo mihi videtur fuiſſe ſpecimen humanitatis, ſalis, ſuavitatis, leporis.*



J. Nieubraak del. *M. Pool Sculp.*

Digitized by Google



TIBERIUS CLAUDIUS DRUSUS CÆSAR.

CAPUT I.

ARG. *E Livia naſcitur, oceanum ſeptentrionalem navigat, trans Rhenum foſſas facit, hoſtem inſequi divinitus monitus deſiſtit, ovandi jus, & triumphalia ornamenta percipit, prætor, conſul eſt, moritur, ſepelitur, honoribus poſt mortem multis afficitur, ab Auguſto vivus diligitur, & defunctus pro concione laudatur Druſus Claudii pater.*

1 Patrem Claudii Cæſaris Druſum [1], olim Decimum [2], mox Neronem [3] prænomine [4], Livia, cum Auguſto gravida nupſiſſet [5], intra menſem tertium [6] peperit [7].

Fuit-

Drusus Liviæ gentis cognomen fuit. Epiced. Druſi Cæſaris n. 146.

Materni celeber nomine Druſus avi.

Nomen ipſum docent nummi, in quibus appellatur *Nero Claudius Druſus Germanicus.* Exhibet illos *Patin. ad Tiber. c.* 50. * Unde hoc cognomen invenerit, docet noſt. ſupr. Tib. 3. 5.

2. Decimus veterum fuit prænomen, ut docet Mart. v. 21. 1.

Quinctum pro Decimo, pro Craſſo, Regule, Macrum
Ante ſalutabat rhetor Apollonius.

3. Nero Sabinorum eſt vocabulum, V. ſupr. Tiber. 1. 6. §. 23. Origine cognomen, ut docet Sueton. l. l. temporis lapſu prænomen evaſit. Druſi prænomen fuiſſe docet §. 1. Reſtitutam vocem paullo poſt ſuæ primæ origini videre eſt infr. Oth. 7. 2.


* 4. Prænomine, ita ut qui antea Decimus Claudius Nero Druſus diceretur, poſtea Nero Claudius Druſus dictus fuerit. *Perizon. Anim. Hiſtor. c.* 3. Aliud enim *prænomen* primis ſuis *prænominibus* ſufficere ſolebant veteres, ut docet *Rupert. ad Reineſ. Epiſt.* 60.

5. Gravida nupsisset. Prudent. contr. Symm. 1. 254.

Nondum maternam partu vacaverat alvum,
Conceptamque viri ſubolem paritura gerebat
Pronuba; jam gravida fulcrum & geniale paratur,
Jam ſponſus, ſaliente utero nubentis, amicos
Advocat, haud ſterilem certus fore jam ſibi pactam.

Vitricus

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

Fuitque ſuſpicio ex vitrico per adulterii conſuetudinem [8] procreatum. Statim certe vulgatus eſt verſus: 2

Τοῖς εὐτυχοῦσι καὶ τρίμηνα παιδία [9].

Is Druſus in quæſturæ præturæque honore [10], dux Rhætici [11], deinde Germanici belli [12], oceanum ſeptentrionalem [13] primus Romanorum ducum navigavit: tranſque Rhenum foſſas [14] novi & immenſi [15] operis effecit [16], quæ nunc adhuc DRUSINÆ 3

Vitricus antevenit tardum præfervidus ortum
Privigni nondum geniti: mox editur inter
Feſcennina, novo proles aliena marito.

6. INTRA MENSEM TERTIUM i. ante *tres menſes* exactos. De ſignificatione præpoſitionis *intra* multa *Gell. N. A.* XII. 13.

7. PEPERIT *intra Cæſaris penates.* Paterc. II. 95. 1. DIO XLVIII. p. 384. A. Συνοικοῦσα δὲ ἡ γυνὴ τῷ Καίσαρι, τίκτει Κλαύδιον Δροῦσον Νέρωνα: καὶ αὐτὸν ὁ Καῖσαρ ἀνείλετο, καὶ τῷ πατρὶ ἔπεμψεν: αὐτὸ τοῦτο ἐς τὰ ὑπομνήματα ἐγγράψας, ὅτι Καῖσαρ τὸ γεννηθὲν Λιουίᾳ τῇ ἑαυτοῦ γυναικὶ παιδίον Νέρωνι τῷ πατρὶ ἀπέδωκε. *Livia cum Cæſare agens, Claudium Druſum Neronem peperit: eumque Cæſar tollens, patri ſuo miſit, ac id ipſum in commentariis ſuis ſcripſit: Cæſar filiolum, quem ſua conjunx Livia pepeerit, Neroni patri reddidit.*

* 8. CONSUETUDINEM ADULTERII dicit noſter, ut *conſuetudinem ſtupri* Curt. IV. 10. 31. De quibus *conſuetudo* dicatur, dixi ſupr. Cal. 24. 1. §. 2.

9. Τοῖς εὐτυχοῦσι.... in proverbium abiiſſe dicit DIO XLVIII. p. 384. B. Ὁ δ᾽ ἐν ὁμίλῳ ἄλλα τε ἐπὶ τούτῳ πολλὰ ἐθρύλλει, καὶ τοῖς εὐτυχοῦσι τρίμηνα παιδία γίγνεσθαι ἔλεγον: ὥστε καὶ ἐς παροιμίαν τὸ ἔπος προχωρῆσαι. *De hac re multa vulgo dicta ferebantur, idque etiam, fortunatis trimeſtres quoque naſci liberos: quod deinde in proverbium abiit.* V. etiam Apoſtol. Prov. 18. 96.

10. IN PRÆTURÆ HONORE caute accipiendum eſt. Nam Rhætis ſubactis *prætorios* honores conſecutum eſſe Druſum dicit DIO LIV. p. 536. C. Καὶ ὡς πρὸς τοὺς ἀπαντήσαντάς οἱ αὐτῶν περὶ τὰ Τριδέντινα ὄρη συμβαλὼν, διὰ ταχέων ἐτρέψατο, ὥστε καὶ τιμὰς στρατηγικὰς ἐπὶ τούτῳ λαβεῖν. *Et is,* Druſus, *Rhætos apud Alpes Tridentinas obviam ſibi factos, prælio congreſſus, haud magno certamine fudit, ejusque victoriæ ergo prætorios honores adeptus eſt.* Quod quando acciderit, dictum ſupr. Aug. 21. 1. §. 7. *Prætor* vero factus eſt, quinto poſt anno, rebus in Germania bene geſtis, Q. Ælio Tuberone, Paullo Fabio Maximo conſulibus, ſive anno ab U. C. 742. DIO LIV. p. 544. B. Ἀνεχώρησε (χειμὼν γὰρ ἦν) καὶ ἐς τὴν Ῥώμην ἐλθὼν, ἀστυνόμος ἐπί τε Κοΐντου Αἰλίου καὶ ἐπὶ Παύλου Φαβίου ὑπάτων, καίπερ τὰς στρατηγικὰς τιμὰς ἔχων, ἀπεδείχθη. *Inde,* ex Friſia, Druſus, *digreſſus (jam enim hyems appetebat) Romam pervenit: ibique prætor urbanus, quamquam prætorios honores jam adeptus, eſt creatus Q. Ælio Tuberone, Paullo Fabio Maximo conſulibus.*

11. RHÆTICUM bellum V. ſupr. Aug. 21. 1. §. 7.

12. GERMANICUM BELLUM deſcribit Dio A. Καὶ τοὺς Κελτοὺς τηρήσας τὸν Ῥῆνον διαβαίνοντας ἀνέκοψε, καὶ μετὰ τοῦτο ἔς τε τὴν τῶν Οὐσιπετῶν κατὰ αὐτὴν τὴν τῶν Βαταούων νῆσον διέβη, καὶ ἐπὶ τὴν Συγαμβρίδα ἐπελθὼν ἐπιπαρῆλθεν, συχνὰ ἐπόρθησεν: ἔς τε τὸν Ὠκεανὸν διὰ τοῦ Ῥήνου καταπλεύσας, τούς τε Φρισίους ᾠκειώσατο, καὶ ἐς τὴν Καυχίδα διὰ τῆς λίμνης ἐμβαλὼν, ἐκινδύνευσε, τῶν πλοίων ἐπὶ τῆς τοῦ Ὠκεανοῦ παλιρροίας ἐπὶ ξηροῦ γενομένων: καὶ τότε μὲν ὑπὸ τῶν Φρισίων πεζῇ συνεστρατευκότων αὐτῷ σωθεὶς ἀνεχώρησε. *Et Germanis intentus, quando Rhenum tranſirent, eos repulit, atque deinde in Uſipetarum regionem ſecundum inſulam Batavorum, & inde in Sicambrorum terram tranſgreſſus, magnam agri partem vaſtavit: inde ſecundo Rheno in Oceanum devectus Friſios ſubegit, ac per paludem in Cauchorum fines profectus, in periculo fuit, navibus propter defluxum maris in ſicco deſtitutis: tamen Friſiorum opera, qui pedeſtri militia ſe ei junxerant, ſuperato diſcrimine, inde eſt digreſſus.* Deſcribit quoque Paterculus ſupr. Aug. 21. 2. §. 13. ſed adulandi ſtudio abreptus, quæ Druſi ſunt, Tiberio more ſuo ſolens tranſcribit.

13. OCEANUS SEPTENTRIONALIS ab *ſeptemtrionibus* cingit Germaniam. Qui quo modo ſub Auguſto navigatus ſit, narrat Plin. II. 67. *Septemtrionalis vero Oceanus, majore ex parte navigatus eſt, auſpiciis divi Auguſti, Germaniam claſſe circumvecta ad Cimbrorum promontorium: & inde immenſo mari proſpecto, aut fama cognito, ad Scythicam plagam, & humore nimio rigentia.* De illo multa *Cluver. Germ. Ant.* III. 37.

14. FOSSAS, ne otio torperent milites, illorum opera feciſſe imperatores, dixi ſupr. Aug. 18. 2. §. 14. *Foſſas* plurali numero dicit noſter, diſtinguens forte, ut vult Nobiliſſ. & Illuſtriſſ. *Menſ. Alting. Not. Bat. & Friſ. F.* 10. partes, ſupremam & infimam, per ſolidam humum a media longe maxima, per Salæ veterem alveum, actam. ſingulari numero *foſſa Druſiana* dicitur Tacito Ann. II. 8. 1. *Jam claſſis advenerat, cum præmiſſo commeatu,* ex Gallia, per Moſæ os & Vahalem, *& diſtributis in legiones, ac ſocios navibus, foſſam, cui Druſiana nomen, ingreſſus....* Eſt illa inter vicum *Iſeloort*, & oppidum *Doesborg.* V. *Cluver. Germ. Ant.* III. 17. *Jun. Batav. c.* 8.

15. IMMENSUM quid ſit, dictum ſupr. Cæſ. 44. 3. §. 8. Non vero adeo *immenſum* hoc fuit opus, uti exaggerat noſter: octo enim haud amplius fuit millium paſſuum. *Cluverius.*

16. EFFECIT M. Valerio Meſſala, Q. Sulpicio Quirino conſulibus, ſive, ut docet Pigh. Ann. III. p. 523. anno ab U. C. 741. qui fuit ante natum D. Jeſum duodecimus. Cauſa Druſo agendæ foſſæ fuit,

Digitized by Google

4 SINÆ [17] vocantur. Hoſtem [18] etiam frequenter cæſum, ac penitus in intimas ſolitudines actum, non prius deſtitit inſequi, quam ſpecies [19] barbaræ mulieris [20] hu-
5 mana amplior [21], victorem tendere ultra [22] ſermone [23] Latino prohibuiſſet. Quas ob res ovandi [24] jus, & triumphalia [25] ornamenta [26] percepit: ac poſt præturam confeſtim [27] inito conſulatu, atque expeditione repetita, ſupremum diem morbo [28] obiit,

fuit, ut claſſem hanc cum exercitu ex ſuperiore Rheni parte in lacum, & Oceanum deduceret. De qua expeditione Dio ſupr. §. 12. V. *Cluverium* & *Junium.*

17. DRUSINA, ſive *Druſiana* foſſa vocatur hodie Iſala, ſed perperam, quum ſolum illa pars, quæ inter *Doesburgum* oppidum forte a *Druſi* nomine quaſi *Druſiburgum* dictum & Huſſenum interjacet, ſiquidem juſſu & mandato *Druſi* effoſſa eſt, *foſſa Druſiana* demum nominari debeat. V. *Almelov. Amœn. p.* 116. & *Junium.*

18. HOSTES in Germania quos ceciderit Druſus, prodit Dio LIV. p. 544. B. Ἅμα δὲ τῷ ἦρι πρὸς τὸν πόλεμον αὖθις ὥρμησε, καὶ τόν τε Ῥῆνον ἐπεραιώθη, καὶ τοὺς Οὐσιπέτας κατεστρέψατο, τόν τε Λουπίαν ἔζευξε, καὶ ἐς τὴν τῶν Συγάμβρων ἐνέβαλε, καὶ δι' αὐτῆς καὶ ἐς τὴν Χερουσκίδα προεχώρησε, μέχρι τοῦ Οὐισούργου. *Initio veris rurſus ad bellum profectus, Rhenum tranſiit, Uſipetas ſubjugavit, Lupiaque fluminis ripis ponte junctis, in Sicambros irrupit, perque eos in Cheruſcorum regionem uſque ad Viſurgim proceſſit.* LV. p. 548. B. Ἔς τε τὴν τῶν Χάττων ἐσέβαλε, καὶ προῆλθε μέχρι τῆς Σουηβίας, τήν τε ἐν ποσὶν οὐκ ἀταλαιπώρως χειρούμενος, καὶ τοὺς προσμιγνύντας οἱ οὐκ ἀναιμωτὶ κρατῶν. *Druſus in Chattorum fines ingreſſus, ad Suevos uſque pervenit, obvia quæque non ſine magno labore ſubigendo, congreſſoſque præliis haud incruenta victoria ſuperando.* Albinov. ad Liviam n. 15.

Ille modo eripuit latebroſas hoſtibus Alpes,
Et titulum belli dux duce fratre tulit.
Ille genus Suevos acre, indomitoſque Sicambros
Contudit, inque fugam barbara terga dedit.

Præter hos *Tencteros perdomuiſſe*, & *Marcomannos pæne ad internecionem cecidiſſe* dicit Oroſ. VI. 21.

19. SPECIES optime dicitur de idolis viſis. Feſtus in lympha. *Quicunque ſpeciem quandam e fonte, id eſt, effigiem Nymphæ viderint.* Obſeq. de prodig. c. 77. *Quod Romæ multis locis ſpecies togatorum viſæ, adpropinquantium oculos eludebant.* Ubi *Schefferus.*

20. BARBARA MULIER, forte Veleda Dea, peculiare Germanorum numen, de qua meminerunt Tacit. Germ. 8. 4. *Vidimus ſub divo Veſpaſiano Veledam, diu apud pleroſque numinis loco habitam.* Et Stat. Sylv. I. 4. 90.

Non vacat Arctoas acies, Rhenumque rebellem,
Captivæque preces Veledæ....

21. HUMANA AMPLIORES *ſpecie* ſuos deos eſſe credebant veteres. Ita Curtio Ruſo, *oblata eſt ſpecies muliebris ultra modum humanum.* Tacit. Ann. XI. 21. 1. *humana grandior, pulchriorque*, ut explicat eandem narrans hiſtoriam, Plin. Epiſt. VII. 27. De hac Druſo oblata Dio LV. p. 548. C. Γυνὴ γάρ τις, μείζων ἢ κατὰ ἀνθρώπου φύσιν, ἀπαντήσασα αὐτῷ. *Nam mulier quædam, humana amplior forma, ei obviam facta.* V. quoque *Turneb. Adv.* XXX. 39. *Lipſ. in Tacit. p.* 119. *Lomej. de Luſtrat. c.* 19. *Chiflet. Anaſt. Childerici c.* 19. *Rader. in Virg. Æn.* 11. 772. *Columnn. in Enn. Annal. p.* 36.

22. ULTRA *Albim tendere* conatus fuiſſet, jam Viſurgim tranſgreſſus Druſus, niſi ab hac muliere prohibitus eſſet. Dio. B. Καὶ τὸν Οὐισοῦργον διαβὰς, ἤλασε μέχρι τοῦ Ἀλβίου πάντα πορθῶν· ἐκεῖνον γὰρ (ῥεῖ δὲ ἐκ τῶν Οὐανδαλικῶν ὀρῶν, καὶ ἐς τὸν Ὠκεανὸν τὸν προσάρκτιον πολλῷ μεγέθει ἐκδίδωσι) ἐπεχείρησε μὲν περαιωθῆναι, οὐκ ἠδυνήθη δὲ, ἀλλὰ τρόπαια στήσας, ἀνεχώρησε. *Viſurgim tranſgreſſus, omnia populando ad Albim uſque perrexit: hic ex Vandalicis montibus profluit, & in Oceanum ſeptemtrionalem magnus admodum factus effluit: hunc conatus eſt tranſire, non potuit autem; ſed tropæis conſtitutis receſſit.*

23. SERMONE, quem referunt Dio C. & Zonar. Ann. II. p. 166. Ποῖ δῆτα ἐπείγῃ Δροῦσε ἀκόρεστε; οὐ πάντα σοι ταῦτα ἰδεῖν πέπρωται· ἀλλ' ἄπιθι· καὶ γάρ σοι, καὶ τῶν ἔργων, καὶ τοῦ βίου τελευτὴ πάρεστιν ἤδη. *Druſe inſatiabilis quo tandem properas? non tibi ſatis conceſſum hæc omnia videre: quin tu abi: jam enim tibi, & operum tuorum, & vitæ finis inſtat.*

24. OVATIO qualis fuerit triumphus, docui ſupr. Aug. 22. 2. §. 8.

25. TRIUMPHALIA ornamenta V. ſupr. Aug. 38. 1. §. 5.

26. ORNAMENTA quæ perceperit Druſus, denarrat Dio LIV. p. 544. E. Διὰ μὲν δὴ ταῦτα τάς τε ἐπινικίους τιμὰς, καὶ τὸ ἐπὶ κέλητος ἐς τὸ ἄστυ ἐλάσαι, τῇ τε τοῦ ἀνθυπάτου ἐξουσίᾳ, ἐπειδὰν διαστρατηγήσῃ, χρήσασθαι ἔλαβε· τὸ γὰρ ὄνομα τὸ τοῦ αὐτοκράτορος ἐπεφημίσθη μὲν ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν καὶ ἐκείνῳ τότε καὶ τῷ Τιβερίῳ πρότερον, οὐ μέντοι παρὰ τοῦ Αὐγούστου ἐδόθη, καίπερ αὐτοῦ ἀπ' ἀμφοτέρων τῶν ἔργων τὸν ἀριθμὸν τῆς ἐπικλήσεως αὐξήσαντος. *Ob hæc ei honores triumphales, ut ovans in Urbem inveheretur, ac peracta prætura eum proconſulari imperio eſſet, decretum eſt: nomen autem imperatoris, etſi, ſicut antea Tiberius etiam, a militibus tunc imperator fuerat dictus, ac utraque re geſta numerum appellationis ejus adauxerat, non tamen ab Auguſto datum eſt.*

27. CONFESTIM n. anno interjecto. Dio. A. Τῷ δὲ ἐχομένῳ ἔτει ὁ Δροῦσος μετὰ τοῦ Κρισπίνου ὑπάτευσε. *Anno inſequenti Druſus cum* T. Quintio *Criſpino conſul fuit.* Fuit annus ex calculo Faſtorum Capitolinorum, & Pigh. Ann. III. p. 524. ab U. C. 744.

28. MORBO *obiiſſe* Druſum dicit noſter, & dixit Dio

obiit, in æſtivis caſtris, quæ ex eo *ſcelerata* [29] ſunt appellata. Corpus ejus per mu- 6
nicipiorum coloniarumque primores [30], ſuſcipientibus obviis ſcribarum [31] decuriis [32],
ad [33] Urbem devectum, ſepultumque eſt in Martio campo [34]. Cæterum exercitus 7
honorarium [35] ei tumulum excitavit [36]: circa quem deinceps ſtato die [37] quotannis
miles

Dio ſupr. Tib. 7. 7. §. 30. ſed ex cruris fractura Liv. Epit. 140. *Ipſe*, Druſus, *a fractura, equo ſuper crus ejus collapſo, triceſimo die, quam id acciderat, mortuus eſt.*

29. SCELERATA ob obitam ibi mortem. *Scelus* enim cædis crimen, & non facile aliud reſpicit. Quintil. Inſtit. VI. I. *Veſtis tamen illo ſanguine madens, ita repræſentavit imaginem ſceleris.* Ea de re Romæ vicus fuit *ſceleratus* ab jacente ibi occiſo rege Servio. Liv. I. 48. & Feſtus. *Fœdum, inhumanumque inde traditur ſcelus, monumentoque locus eſt: ſceleratum vicum vocant, quo amens agitantibus furiis ſororis ac viri, Tullia per patris corpus carpentum egiſſe fertur.* Porta *ſcelerata* a Fabiis cæſis. Flor. I. 12. 2. *Et ſcelerato ſignata nomine, quæ proficiſcentes in prælium porta dimiſit.* Campus *ſceleratus proxime portam Collinam, in quo Virgines Veſtales, quæ inceſtum fecerunt, vivæ defoſſæ ſunt.* Feſtus. Sacraria Ditis *ſcelerata*, ubi gladiatorum ſanguis fundebatur. Prudent. contr. Symm. I. 380.

Reſpice terrifici ſcelerata ſacraria Ditis,
Cui cadit infauſta fuſus gladiator arena.

Haſta *ſcelerata*, quam urbis obſeſſæ excidium ſignificantem in hoſtium conſpectu ante ejus expugnationem ponebant imperatores Romani. Quo alludit Virg. Æn. II. 231.

——— *& terga ſceleratam intorſerit haſtam.*

30. PRIMORES civitatum Druſi corpus in Urbem portarunt ab hibernis, ad quæ ex æſtivis illud deportaverant centuriones & tribuni militum. Dio LV. p. 549. A. Ὁ Τιβέριος, ἀποθανόντα ἐς Ῥώμην ἐκόμισε, τὰ μὲν πρῶτα μέχρι τοῦ χειμαδίου τοῦ στρατοῦ, διά τε τῶν ἑκατοντάρχων καὶ διὰ τῶν χιλιάρχων, ἐκεῖθεν δὲ διὰ τῶν καθ' ἑκάστην πόλιν πρώτων βαστάσας. *Decuriones* dicuntur ſupr. Aug. 101. I.

31. SCRIBÆ *dicuntur librarii, qui rationes publicas ſcribunt in tabulis.* Feſtus. *Apud Romanos mercenarii exiſtimabantur.* Nep. 18. I. 5. Apparebant magiſtratibus. Liv. IX. 46. V. illum infr. Horat. 2. §. II. Inter apparitores tamen honeſtioris erant ordinis. Et illorum *ordinem honeſtum* vocat Cicer. Verr. III. 79. *Ordo eſt honeſtus? quis negat? eſt vero honeſtus, quod eorum hominum fidei tabulæ publicæ, periculaque magiſtratuum committuntur.* De *ſcribis* multa *Barth. Adv.* L. I. *Ravard. Conj.* III. 3. *Lipſ. in Ann. Tacit. p.* 152. *Pellet. For. Rom.* V. 12. *Laz. Comm. R. R.* II. 4. *Petit. Comm. ad leg. Attic. p.* 257. 258. *Hugo de prim. ſcrib. orig. c.* 32.

32. IN DECURIAS diſtinguebantur ſcribæ, ordinis videlicet ſui ſervandi gratia, quia, in civitate plena populo, & variis poteſtatibus parente, ingens illorum erat numerus. Cicer. Verr. III. 79. *Noli hos, ſcribas, colligere, qui nummulis corrogatis de nepotum donis, de ſcenicorum corollariis, cum decuriam emerunt, ex primo ordine exploſorum in ſecundum ordinem civitatis ſe veniſſe dicunt.* Ordines dicit idem ibid. c. 78. *In hac cauſa ſcribarum ordinem in me concitabit Hortenſius.*

33. AD hoc loco valet *in*: nam Urbi fuit illatum, non ad Urbem tantum. Laudavit enim illum in ipſo foro Tiberius. Dio LV. p. 549. A. Καὶ αὐτοῦ ἐν τῇ ἀγορᾷ προτεθέντος, διπλοῦς ὁ ἐπιτάφιος ἐλέχθη· ὅ τε γὰρ Τιβέριος ἐνταῦθα αὐτὸν ἐπῄνεσε... *Cadavere in foro propoſito, duplex laudatio dicta eſt: nam Tiberius illum illic laudavit....* V. *Caſaubonum.*

34. IN MARTIO CAMPO, & quidem *in C. Julii Auguſti* (V. Sigonium ad Livium) *tumulo*, Liv. Epit. 140. Utrumque tradit etiam Dio. B. Καὶ ὁ μὲν ἔς τε τὸ Ἄρειον πεδίον ὑπὸ τῶν ἱππέων, τῶν τε ἐς τὴν ἱππάδα ἀκριβῶς τελούντων, καὶ τῶν ἐκ τοῦ βουλευτικοῦ γένους ὄντων ἠνέχθη. Κἀνταῦθα πυρὶ δοθεὶς ἐς τὸ τοῦ Αὐγούστου μνημεῖον κατετέθη. *Et ipſe quidem in Martium campum ab equitibus equeſtrem ordinem exacte ſervantibus, & ab iis, qui erant e genere ſenatorio, deductus fuit. Et hic igni datus in Auguſti monumentum depoſitus fuit.* Quod ubi fuerit, dictum ſupr. Aug. 101. 10. In *Martio* autem *campo* magnatum corpora tumulata eſſe dictum & ſupr. Cæſ. 84. I. §. 3.

35. HONORARIUS *tumulus* eſt in quo corpus non eſt, ſive *tumulus ſine corpore*, ut Ovid. Met. XI. 429. Unde *inanis* dicitur. Virg. Æn. III. 304.

——— *. maneſque vocabat*
Hectoreum ad tumulum, viridi quem ceſpite inanem.
Et geminas cauſam lacrymis, ſacraverat aras.

Et *inane funus* Horat. Od. II. 20. 21.

Abſint inani funere næniæ.

Et *cenotaphium.* Suidas. Κενοτάφια τινὰ ἦσαν ἠλευσθεμένα, ὡς τύπος νεκροῦ, μὴ ἔχοντα νεκρόν. Lamprid. Alex. Sev. c. 63. *Cenotaphium in Gallia, Romæ ſepulcrum ampliſſimum meruit.* Agathias Anthol. III. 12. 48.

Ναὶ λίτομαι, παροδῖτα, φίλῳ κατάλεξον ἀκοίτῃ,
Εὖτ' ἂν ἐμὴν λεύσσῃς πατρίδα Θεσσαλίην,
Κάτθανεν ἡ παράκοιτις, ἔχει δέ μιν ἐν χθονὶ τύμβος,
Αἲ, αἲ, Βοσπορίης ἐγγύθεν ἠϊόνος·
Ἀλλά μοι αὐτόθι τεῦχε κενήριον ἐγγύθι σεῖο,
Ὄφρ' ἀναμιμνήσκῃ τῆς ποτὲ κουριδίης.

Certe oro, viator, amico dic viro,
Ut meam videris patriam Theſſaliam,
Obiit tua conjux, habet vero ipſam in terra tumulus,
Hei, hei, Boſphorium prope littus,
Sed mihi ibi fac cenotaphium prope te,
Ut recorderis hujus quondam puellæ.

8 miles decurreret [38], Galliarumque civitates publice ſupplicarent [39]. Præterea ſenatus inter alia complura, marmoreum arcum [40] cum tropæis [41] via Appia decrevit,
9 & Germanici cognomen [42] ipſi poſteriſque ejus [43]. Fuiſſe autem creditur non minus glorioſi [44], quam civilis animi [45]. Nam ex hoſte ſuper victorias, opima [46] quoque

Druſo excitatum fuiſſe dicit etiam Dio. Καὶ τιμὰς καὶ εἰκόνων, καὶ ἁψῖδος, κενοτάφιόν τι πρὸς αὐτῷ τῷ Ῥήνῳ λαβεῖν. *Honoreſque ſtatuarum, & arcus triumphalis, & honorarii ad Rhenum tumuli dati.* Juxta hunc & aram fuiſſe ſitam haud obſcure per verbum *ſupplicarent* indicat noſter. Et illius meminit Tacit. inſr. §. 36. Illas demortuis fuiſſe poſitas, dicam inſr. Ner. 50. 3. §. 12. De *honorario tumulo* etiam *Meurſ. de Fun. c.* 40. *Kirchm. de Fun.* III. 27. *Guther. jur. man.* II. 18. *Dilher. Diſp. Acad. tom.* I. *diſp.* 12. §. II. *Bud. in Pandect. p.* 51. *Gentil. Parerg.* II. 16. *Alard. in Val. Flacc.* V. 198. *Bernart. in Stat. Theb.* XII. 162. *Nicol. de luct. Græc. c.* 2. *Licet. Quæſ. Epiſt. c.* 5. *Meurſ. in Lycoph.* 195.

36. Excitavit i. ſtruxit, erexit. Cicer. de Leg. II. 27. *Vetat ſepulcrum e lapide excitari.* Erexit exercitus in hiberna reverſus ad Moguntiacum. Eutrop. VII. 10. *Poſt hunc Claudius fuit, patruus Caligula, Druſi, qui apud Moguntiacum monumentum habet, filius.* Et videtur hoc indicare noſter, dum *Galliarum civitates* ad illam *publice ſupplicaturas* eſſe dicit. Duraſſe ad Valentis uſque principatum, cujus juſſu breviarium rerum Romanarum compoſuit, ex verbis Eutropii patet; milites vero præſidiarii & aram alteram Druſo *excitaverunt* ad Aliſonem caſtellum (quod nunc haud dubie vicus eſt *Elſen*, ad quem fluvius Aliſo, ſive alia dialecto Eliſo, qui nunc vocabulo vulgari Alme, Lupiæ miſcetur) & Lupiam flumen. Tacit. Ann. II. 7. 3. *Veterem aram Druſo ſitam disjecerant, reſtituit aram, honorique patris princeps ipſe cum legionibus decucurrit. Et cuncta inter caſtellum Aliſonem ac Rhenum.* Cluver. German. Ant. II. 13: III. 9. Scalig. in Euſeb. p. 174. V. tamen & Lipſ. in Tacit. Ann. p. 34.

37. Status dies *vocatur, qui judicii cauſa eſt conſtitutus cum hoſte* i. *peregrino.* Feſtus. Plaut. Curc. I. I. 5.

Si ſtatus condictus cum hoſte intercedit dies.

38. Decurrere in funeribus clarorum virorum, ſuis inſtructi armis, & tanquam in procinctu, gradu militari, & exercitatione quadam ludicra ſolebant milites. *Decurrerunt* ſiniſtro ordine, & verſis inſignibus. Stat. Theb. VI. 213.

Tunc ſeptem numero turmas (centenus ubique
Urget eques) verſis ducunt inſignibus ipſi
Grajugena reges, luſtrantque ex more ſiniſtro
Orbe rogum, & ſtantes declinant pulvere flammas:
Ter curvos egere ſinus, illiſaque telis
Tela ſonant: quater horrendum pepulere fragorem
Arma, quater mollem famularum brachia planctum.

Frequentiſſimum hoc Romanis. De funere Syllæ Appian. B. C. I. p. 418. Καὶ τὸ πῦρ οἵ τε ἱππεῖς καὶ ἡ στρατιὰ περιέδραμον. *Et circum rogum decurrerunt, tum equites, tum exercitus reliquus.* De funere Auguſti Dio LVI. p. 598. B. Πρῶτοι μὲν ἱερεῖς πάντες περιῆλθον αὐτὴν, ἔπειτα δὲ οἵ τε ἱππεῖς, οἵ τε ἐκ τέλους καὶ οἱ ἄλλοι, καὶ τὸ ὁπλιτικὸν τε φρουρικὸν, περιέδραμον. *Primum omnes pontifices illum,* rogum, *deinde equites, tam qui militabant, quam alii, & ex urbano præſidio legionarii in orbem curſitarunt.* De funere Druſi etiam Tacitus ſupr. §. 36. Quod acceperunt Romani a Græcis. De funere Patrocli Homer. Iliad. XXIII. 13.

Οἱ δὲ τρὶς περὶ νεκρὸν ἐΰτριχας ἤλασαν ἵππους
Μυρόμενοι.

Hi autem ter circa cadaver pulcre crinitos egerunt equos.
Lucentes.

De hac *decurſione* etiam *Turneb. Adv.* V. 8. *Kirchm. de Fun.* III. 3. *Guther. de jur. man.* II. 3. *Lipſ. in Tacit. Ann. p.* 35. *Stewech. in Veget. p.* 214. *Argol. in Onuphr. L. C. p.* 86. *Lomej. de Luſtr. c.* 31.

39. Supplicarent i. ſacrificarent. V. ſupr. Aug. 35. 4. §. 23.

40. Arcum hunc in regione Urbis prima, quæ porta Capena dicebatur, collocant *P. Victor* & *S. Rufus.* Ἁψῖδα vocat Dio ſupr. §. 35. Hunc triumphalem fuiſſe, & ipſum Auguſtum ſtatuiſſe, & *Frontino de aqua duct. n.* 29. *Octavianum ſpecum* dictum eſſe probat *Fabrett. de aqua duct. diſſert.* I.

* 41. Cum tropæis, quod in illo ſpolia ex hoſtibus reportata viſebantur, uti in *tropæis* fieri ſolebat. Quid *tropæum* fuerit, dixi ad Curt. V. 8. 16. §. 40.

42. Germanici cognomen a *Germania* devicta abſtuliſſe Druſum docent nummi, quorum mentio ſupr. §. I. Docet Flor. IV. 12. 28. *Denique non per adulationem, ſed ex meritis, defuncto ibi,* in Germania, *fortiſſimo juvene,* Druſo, *ipſi, quod nunquam alias, ſenatus cognomen ex provincia dedit.* Unde Senec. conſol. ad Polyb. c. 34. *Caſar patruus meus, Druſum Germanicum patrem meum, intima Germania recludentem, in complexu, & oſculis ſuis amiſit.*

43. Ipsi posterisque ejus Germanici cognomen Druſo decretum eſſe dicit & Dio LV. p. 549. C. Γερμανικός τε μετὰ τῶν παίδων ἐπονομασθείς.

* 44. Gloriosi i. elati, & nimium quantum *gloria* cupidi, qualis fere militarium eſt hominum. Hinc *miles glorioſus* Cicer. Off. I. 38. Terent. Eun. Prol. 38. Talis recte opponitur civili. Unde etiam morem *militarem & civilem* opponit infr. 22. I.

45. Animum *Druſi* fuſius deſcribit Patere. II. 97. 2. *Druſus Claudius frater Neronis, adoleſcens tot tantarumque virtutum, quot & quantas natura mortalis*

que ſpolia captaſſe, ſummoque ſæpius diſcrimine duces Germanorum tota acie inſectatus: nec diſſimulaſſe unquam priſtinum ſe Reipublicæ ſtatum [47] quandoque, ſe re-
ſtituturum, ſi poſſet. Unde exiſtimo nonnullos tradere auſos, ſuſpectum eum Auguſto, 10
revocatumque ex provincia: & quia cunctaretur, interceptum veneno. Quod equi- 11
dem magis, ne prætermitterem, retuli, quam quia verum aut veriſimile putem: cum Auguſtus tantopere & vivum dilexerit, ut cohæredem ſemper filiis inſtituerit, ſicut quondam in ſenatu profeſſus eſt: & defunctum ita pro concione laudaverit [48], ut deos precatus ſit, *ſimiles ei Cæſares* [49] *ſuos facerent: ſibique tam honeſtum quandoque* [50] *exitum darent, quam illi dediſſent* [51]. Nec contentus, elogium tumulo ejus 12
verſibus [52] a ſe compoſitis inſculpſiſſe, etiam vitæ memoriam [53] proſa oratione compoſuit.

lis recipit, vel induſtria perficit; cujus ingenium utrum bellicis magis operibus, an civilibus ſuffecerit artibus, in incerto eſt. Morum certe dulcedo, ac ſuavitas, & adverſus amicos æqua ac par ſui æſtimatio, inimitabilis fuiſſe dicitur.

46. Ὀπίμια τὰ σκῦλά φησιν Οὐάῤῥων, καθότι καὶ τὴν περιουσίαν ὄπεμ λέγουσι. *Opima ſpolia dicit Varro, quod divitias opes appellent.* Plutarch. Romul. p. 27. C. *Opimus* certe opulentum, luculentum, & amplum in ſuo quidque genere ſignificat. Sic *opima divitia* Plauto Capt. II. 2. 31. *opima arva* Virg. Æn. II. 782. *opima præda* Phædr. II. 7. 8. & *hoſtia opima præcipue pingues* Feſto. *Opima* ergo *ſpolia* proprie ſunt locupletia, opulenta, pretioſa, ampla, magnifica. Verum quia in *ſpoliis* præcipue ſpectabatur apud Romanos gloria, laus & honor, hiſque in rebus nulla alia cenſebantur paria iis, quæ duci hoſtium detracta, Jovi Feretrio ex inſtituto Romuli conſecrabantur, hinc factum, ut iſthæc proprie *opima* dicerentur. Plutarch. Marcel. p. 302. C. Τὰ δὲ σκῦλα σπόλια μὲν κοινῶς, ἴδιος δὲ ὀπίμια ταῦτα καλοῦσι. *Ea vero*, σκῦλα Romani *communi generis vocabulo ſpolia vocant, at proprio ſpeciei opima.* Et hinc etiam abſolute *opima* dicuntur. Plin. Paneg. 17. 3. *Nec tibi opima defuerint, ſi quis regum venire in manus audeat.* *Opima* vero *dicebantur, quæ dux populi Romani duci hoſtium detraxiſſet.* Feſtus, Liv. IV. 20. ſive, ut Plutarch. Romul. p. 27. C. Στρατηγῷ στρατηγὸν ἀνελόντι δέδοται καθιερῶσαι ὀπίμια. Quod etiam ſtatuere videtur Dio XLIV. p. 242. C. LI. p. 461. E. Sed non tantum illa, licet *T. Manlium Torquatum, & Valerium Corvum, & Æmilianum Scipionem, ultro provocatos hoſtium duces intereniſſe, ſed quia ſub alienis auſpiciis rem geſſerant, ſpolia Jovi Feretrio conſecranda non poſuiſſe* dicat Val. Max. III. 2. 6. Hunc enim magna cum indiligentia, & ſumma ſæpe cum oſcitantia in hiſtoriis exponendis verſatum eſſe docebit in ſuis ad illum obſervationibus vir perquam eruditus Jacobus Perizonius. Verum etiam quæ *manipularis miles detraxiſſet, dummodo duci hoſtium*, ut Varronem togatorum doctiſſimum; & qui unus omnium maxime antiquitates populi Romani exploratas habuit, memoriæ prodidiſſe apud Feſtum obſervant viri doctiſſimi J. Rutgerſ. V. L. IV. 7. & J. Perizon. Anim. Hiſtor. c. 7. Ipſe A. Cornelius Coſſus, qui *ſecunda ſpolia opima Jovis Feretrii templo intulit*, ſive *tribunus militum*, ut *omnes ante* Livium *auctores*, ſive *conſul*, ut ex *titulo ſpoliis inſcripto* Livius, ſive *magiſter equitum*, ut Valerius §. 4. qui tamen fuit L. Quinctius Cincinnatus teſte Livio c. 17. belli iſtius dux non fuit, ſed *ſub alienis auſpiciis*, Mamerci Æmilii dictatoris, *rem geſſit*. Sed vide ſis ipſos de nobili hac quæſtione fuſius diſputantes, quos laudavi, viros clariſſimos.

47. Priſtinum statum, quo poteſtas penes ſenatum & populum, non penes Cæſares eſſet. V. ſupr. Tib. 50. I. §. 3.

48. Defunctum laudatum ſe ab *Auguſto* eſſe, in ipſa umbra ſibi gaviſus eſt Druſus apud Albinov. in conſol. ad Liviam n. 465.

Denique laudari ſacrato Cæſaris ore
Et merui, lacrymas eliciuique Deo.

Ubi illum laudaverit Auguſtus, tradit Dio LV. p. 549. B. Αὐτὸν ἐπῄνεσε δ' ὁ Αὔγουστος ἐν τῷ Φλαμινίῳ ἱπποδρόμῳ· ἐξεστράτευτο γάρ, καὶ οὐκ ἦν οἱ ὅσιον μὴ οὐ τὰ καθήκοντα ἐπὶ τοῖς κατειργασμένοις παρ' αὐτὴν τὴν εἴσω τοῦ πωμηρίου ἔσοδον ἐπιτελέσαι. *Laudavit illum Auguſtus in circo Flaminio: quia res bello geſſerat, fas ei non erat ea prætermittere, quæ poſt bella confecta in ipſo pomerii introitu de more præſtabantur.*

49. Cæsares Cajum & Lucium. Romani, cum filios nominarent, non prænomine, ut nos ſolemus, verum cognomine, I. familiæ nomine eos nominabant.

50. Quandoque I. quandocunque, quocunque tempore. V. Curt. VII. 10. 9. §. 14.

51. Tam honestum exitum.... Quas Auguſti preces hoc carmine deſcripſit Albinovanus conſol. ad Liviam n. 209.

Et voce, & lacrymis laudaſti, Cæſar, alumnum;
Triſtia cum medius rumperet orſa dolor.
Tu letum optaſti, dis averſantibus omen,
Par tibi: ſi ſinerent te tua fata mori.

52. Versibus interdum epitaphia concipiebantur. Prop. II. 10. 35.

Et duo ſint verſus: qui nunc jacet horrida pulvis....

Virg. Ecl. V. 43.

Et tumulum facite, & tumulo ſuperaddite carmen.

Digitized by Google

13 poſuit. Ex Antonia minore [54] complures quidem liberos tulit: verum tres omnino reliquit, Germanicum, Livillam, Claudium [55].

V. *Kirchm. Fun. Rom.* III. 19. * Auguſtum imitatus, *Divus Hadrianus cum Voconii amici ſui poetæ tumulum verſibus muneraretur, ita ſcripſit:*

Laſcivus verſu, mente pudicus erat.

apud *Apul. Apol. p.* 280.

53. Memoriam i. commentarium rerum geſtarum, vel vitæ ephemeridem. Inter officia domus Auguſtæ erat *memoria magiſter.* Et *Memoriales*, qui ad *memoriæ* officium apparebant, οἱ Μεμοριάλιοι. *Salmaſ. Exercit. Plin. p.* 859. *a. E.* Noſt. Aug. 79. 5. *Julius Marathus in memoria ejus*, ut quidem illic eſſe legendum hariolatur *Caſaubonus.*

54. Minore i. juniore. V. illam ſupr. Cal. I. I. §. 3.

55. Claudium ex Druſo & Antonia natum eſſe dicit quoque Plutarchus, quem produxi ſupr. Cal. I. 1. §. 3. * Germanicus ante adoptionem in Juliam gentem, & Livilla erant *Claudii. Claudii* enim nomen totius gentis commune, non peculiare, aut vere proprium ullius in ea fuit hominis. Qui tamen Imperator poſtea factus præcipue & quaſi peculiariter eo nomine & quidem ſolo, etiam cum fratre & ſorore, alio & ſuo proprio nomine inſignitis conjunctus appellatur. Plura Celeb. *Perizon. Anim. Hiſt. c.* 3.

CAPUT II.

ARG. *Lugduni naſcitur, Germanici cognomen aſſumit, puer, & adoleſcens morbis conflictatur, nullique muneri habilis exiſtimatur, poſt tutelam receptam ſub pædagogo eſt, gladiatorio munere palliolatus præſidet, & togæ virilis die ſine ſollemni officio in Capitolium fertur Tiberius Claudius Druſus Cæſar.*

1 Claudius natus eſt, Julio Antonio, Fabio Africano [1] conſulibus [2] Kalend. Auguſtis [3], Lugduni [4], eo ipſo die, quo primum ara [5] ibi Auguſto dedicata eſt,
2 appellatuſque Tiberius Claudius Druſus [6]. Mox fratre majore [7] in Juliam familiam [8] adoptato,

Africanus fuit dictus *Q. Fabius Maximus.* In Græcis excerptis Euſebiani Chronici, quæ publicavit Joſephus Scaliger, invenimus hos conſules ita notatos: ΙΟΥΛΙΟΣ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΣ, ΦΑΒΙΟΣ ΑΦΡΙΚΑΝΟΣ. In nummo quoque aureo apud Goltzium *Africani* cognomen *Q. Maximo* adjectum eſt. In ejus uno latere: IVL. ANTON. M. F. Q. MAX. AFRICAN. in altero latere: L. ARRVNTI. L. F. IIVIR. Marmor etiam vetuſtiſſimum Tiberii tempore poſitum eſt apud Gruter. p. 627. n. 5. in quo hujus *Fabii* libertus occurrit, hoc modo appellatus: Q. FABIVS AFRICANI L. CYTISVS. V. viros doctiſſimos *Rupert. Epiſt. Reineſ.* 27. *p.* 668. *Perizon. Anim. Hiſtor. c.* 3. *Ryck. in Tacit. Ann. p.* 204. & ab his, ſi tibi volupe eſt, diſſentientes, *Caſaubonum* & *Torrentium* ad *h. l. Sigon. in Faſt.* ad *a. U. C.* 743. *Lipſ. in Tacit. Ann. p.* 4. & 149.

2. Consules fuerunt *Antonius* & *Fabius* anno ab U. C. 743. V. *Faſtos Capitolinos & Siculos*, *Pigh. Ann.* III. *p.* 524. & *Sigonium in Faſtos ad a. U. C. p.* 743.

3. Kalendis Augustis Druſum natum prodidit etiam Dio LX. p. 667. E. Ἐν γὰρ δὴ τῇ τοῦ Αὐγούστου νουμηνίᾳ, ἐν ᾗ ἐγεγέννητο, ἠγωνίζοντο μὲν ἵπποι.... *Quæ enim equeſtria certamina Kalendis Auguſti, quibus natus eſt* Claudius, *exhibentur.*

4. Lugduni. Unde Febris deæ jocus, quem prodidit in *Apocolocyntoſi* Seneca. *Iſte mera mendacia narrat. Ego tibi dico, quæ cum ipſo tot annos vixi: Lugduni natus eſt. Marci municipem vides: quod tibi narro, ad ſextum decimum lapidem a Vienna natus eſt, Gallus Germanus. Itaque quod Gallum facere oportebat, Romam cepit. Hunc ego tibi recipio Lugduni natum, ubi Licinius multos annos regnavit. Lugdunum* deſcripſi *ſupr. Cal.* 17. 3. §. 10.

5. Ara *Cæſari ad confluentem Araris & Rhodani eſt dedicata.* Liv. Epit. 137. in templo communi ſententia Cæſari decreto. Strab. IV. p. 133. Τό τε ἱερὸν τὸ ἀναδειχθὲν ὑπὸ πάντων κοινῇ τῶν Γαλατῶν Καίσαρι τῷ Σεβαστῷ, πρὸ ταύτης ἵδρυται τῆς πόλεως, ἐπὶ τῇ συμβολῇ τῶν ποταμῶν: ἔστι δὲ βωμὸς ἀξιόλογος ἐπιγραφὴν ἔχων τῶν ἐθνῶν ξ τὸν ἀριθμὸν, καὶ εἰκόνες τούτων ἑκάστου μία, καὶ ἄλλος μέγας. *Et templum ab omnibus communi ſententia Gallis decretum Cæſari Auguſto, ad hanc urbem ad concurſum fluviorum eſt poſitum: aram habet hoc memorabilem, cum inſcriptione gentium ſexaginta numero, & imagine ſingularum, item aliam magnam.* Ad illam vivente adhuc Auguſto ludos celebratos fuiſſe dixit Dio ſupr. Cal. 20. 2. §. 6. & certamen inſtituiſſe Cajum ibidem noſter. Eo reſpicit Juven. I. 44.

Aut Lugdunenſem Rhetor dicturus ad aram.

V. de hac *ara* etiam *Merul. Coſmog.* II. 3. 24. *Cluver. Germ.* II. 17. *Ruben. Urb. Neoc. p.* 236. *Berthald. de ara c.* 26.

6. Drusus, quem *Neronem* vocant Dio LX. p. 665. B. & Zonar. Ann. II. p. 181. Οὕτω μὲν Τιβέριος Κλαύδιος Νέρων Γερμανικὸς, ὁ τοῦ Δρούσου τοῦ τῆς Λιβίας παιδὸς υἱὸς, τὴν αὐτοκράτορα ἀρχὴν ἔλαβε. *Ita Tiberius Claudius Nero Germanicus, Druſi, Liviæ filii, filius imperator factus eſt.*

7. Fratre majore, *Germanico.*

8. In

adoptato, Germanici [9] cognomen aſſumpſit. Infans autem relictus a patre, ac per 3
omne fere pueritiæ atque adoleſcentiæ tempus, variis & tenacibus [10] morbis conflictatus eſt; adeo ut animo ſimul & corpore hebetato, ne progreſſa [11] quidem ætate, ulli publico privatoque muneri habilis exiſtimaretur. Diu, atque etiam poſt tute- 4
lam receptam [12], alieni arbitrii, & ſub pædagogo [13] fuit: quem *barbarum & olim ſuperjumentarium* [14], *ex induſtria ſibi appoſitum, ut ſe quibuſcunque de cauſis quam ſæviſſime coerceret* [15], ipſe quodam libello conqueritur. Ob hanc eandem valetudinem, 5
& gladiatorio munere, quod ſimul cum fratre memoriæ [16] patris edebat palliolatus [17] novo more [18] præſedit: & togæ [19] virilis [20] die, circa mediam noctem, ſine ſollenni officio [21] lectica in Capitolium [22] latus eſt.

8. IN JULIAM FAMILIAM, in quam Tiberius, a quo adoptatus eſt, ab Auguſto adoptatus erat. V. ſupr. Tib. 15. 2. §. 13.

9. GERMANICI *cognomen aſſumpſiſſe* Claudium docuit jam Dio ſupr. §. 6.

10. TENACIBUS i. difficilibus, non facile remittentibus.

11. PROGRESSA i. provecta. *Altam* dicit Apul. I. p. 107. *Video mulieres duas altioris ætatis.* *Editam* Gell. N. A. IIII. 15. *Philippides comœdiarum poeta haud ignobilis, ætate jam edita....*

12. POST TUTELAM RECEPTAM i. poſtquam ſui juris effectus in *tutorum* eſſe poteſtate deſiiſſet, *ad tutelam perveniſſet*, ut loquuntur Cicer. Brut. c. 52. pro Q. Roſc. c. 6. Nep. 18. 2. 2. & Icti, ad quam pervenire dicitur pupillus, cum pubertatis annos attigit. Et impuberum quidem cura ad *tutores* ſpectat, adoleſcentium vero, uti & aliorum, qui rebus ſuis ſupereſſe non poſſunt, quales ſunt furioſi, prodigi, fatui, ac perpetuo aliquo morbo impediti, proprie *curatores* dicimus, ac *curationem* ipſorum munus. V. quoque *Torrentium. Turneb. Adv.* XXVII. 19. & *Juſtinian.* 23. 4. §. 13.

* 13. PÆDAGOGUM deſcribit Clem. Alex. Pædag. I. 7. Ὁ καθηγούμενος τῶν παίδων, παιδαγωγὸς νοούμενος, ὁ τῶν νηπίων καθηγεμονικὸς ποιμήν. *Qui pueros ducit intellectus pædagogus, qui eſt paſtor curam gerens infantium. Pædagogi*, olim non liberi, ſed ſervi erant. V. *Plutarch.* περὶ παιδ. ἀγωγ. *p.* 4. *A. Ulpian. Digeſt.* XL. 2. 13.

14. SUPERJUMENTARIUS eſt præfectus *jumentariorum*, ſive eorum, qui *jumentis* præſunt, eaque curant. Ut Græci ἐπὶ uſurpant in officiis denotandis, ita Latini *ſuper*, aut *ſupra*. Sic *ſuper*, vel *ſupravelarius* eſt præpoſitus velariorum in veteri inſcriptione: SVPRA VELARIOS. DE. DOMV. AVG. Sic *ſuperſtationarius* eſt præpoſitus ſtationariorum apud Optatum Milevitanum I. V. *Salmaſ. in Spartian. Adrian. c.* 2. *Reineſ. Inſcr.* IX. 17. & ad *h. l. Caſaubonum.*

* 15. SÆVISSIME COERCENT pædagogi pueros. Plaut. Bacch. III. 3. 4.

Lyde, leniter qui ſæviunt, ſapiunt magis.

Juven. XIV. 18.

An ſævire docet Rutilus, qui gaudet acerbo
Plagarum ſtrepitu.

16. MEMORIÆ *parentum* gladiatoria munera edere in illorum funere ſolebant filii. M. & D. Brutos V. ſupr. Cæſ. 10. 4. §. 22.

17. PALLIOLUM, & *pallium*, etiam quo capita velarent, appellarunt veteres. Fulgent. Expoſ. ſerm. ant. p. 174. *Numa Pompilius & ipſe de pontificalibus ſcribens, tutulum dici ait pallium, quo ſacerdotes caput tutabant, quum ad ſacrificium acceſſiſſent. Palliolo* ægroti quoque caput tegere ſolebant. Rutilius Lupus de fig. ſent. II. p. 9. *Qui cubando defatigatus, tunicatus ſine pallio, ſoleatus præ lectulo, palliolo frigus a capite defendens.* Quintil. Inſtit. XII. 3. *Palliolum... ſola excuſare poteſt valetudo.* Ovid. Art. I. 733.

Arguat & macies animum: nec turpe putaris
Palliolum nitidis impoſuiſſe comis.

V. *Salmaſ. in Tertull. de pall. p.* 308. *Lipſ. de Amphith. c.* 20. *Saturn.* I. 13. *Caſal. de prof. Rom. rit. c.* 20. *Fromond. in Senec. N. Q.* V. 13.

18. NOVO MORE; debuiſſet enim prætextatus. Qui enim munus mortis cauſa dabant licet privati, non tamen dabant quaſi privati. Per enim omnes muneris dies jus illis erat prætextæ. Cicer. in Piſon. c. 4. *Sext. Clodium, qui nunquam antea prætextatus fuerat, ludos facere, & prætextatum volitare paſſus es:* nec non lictorum, & accenſi. Cicer. LL. II. 24. *Reliqua ſunt in more, funus ut indicatur, ſi quid ludorum: dominuſque funeris utatur accenſo, & lictore.* V. *Lipſium*, & *Kirchm. de Fun.* IV. 9. * Idem & prætextatus fuit, & *palliolatus. Palliolum* enim nihil niſi caput ad arcendum frigus velabat. *Novo* igitur *more* præſedit caput *palliolo* tectus, quod ſola valetudo excuſare poterat. *Ferrar. de Re veſt.* I. I. II.

29. TOGA quale geſtamen fuerit, dictum ſupr. Cæſ. 9. 5. §. 22.

20. VIRILEM togam V. ſupr. Aug. 8. 2. §. 4.

21. SINE SOLLENNI OFFICIO, de quo ſupr. Aug. 26. 4. §. 19.

22. IN CAPITOLIUM, cum prius in forum deducendus fuiſſet. V. ſupr. Aug. 26. 4. §. 20.

CAPUT III.

ARG. *Diſciplinis liberalibus operam dat, earumque experimenta publicat, ſed nihil dignitatis aſſequitur, nec ſpem de ſe commodam facit Tiberius Claudius Druſus Cæſar.*

1 Diſciplinis tamen liberalibus ab ætate prima non mediocrem operam dedit, ac ſæ-
2 pe experimenta cujuſque etiam publicavit [1]. Verum ne ſic quidem quidquam
dignitatis [2] aſſequi, aut ſpem de ſe commodiorem in poſterum facere potuit. Ma-
ter Antonia *portentum eum hominis* [3] dictitabat, *nec abſolutum a natura, ſed tantum in-*
3 *choatum:* ac ſi quem ſocordiæ [4] argueret, *ſtultiorem* ajebat *filio ſuo Claudio.* Avia Au-
guſta pro deſpectiſſimo ſemper habuit: non affari, niſi rariſſime: non monere, niſi
4 acerbo & brevi ſcripto, aut per internuntios, ſolita. Soror Livilla, cum audiſſet
quandoque imperaturum [5], tam iniquam, & indignam ſortem populo Romano palam
5 & clare deteſtata eſt. Nam & avunculus major [6] Auguſtus quid de eo in utramque
partem opinatus ſit, quo certius cognoſcatur, capita [7] ex ipſius epiſtolis poſui.

Experimenta publicavit i. ſpecimen *publice* edidit, aliquid a ſe compoſitum *publice* recitavit.

2. Dignitatis in republica adminiſtranda, ut Galb. 3. 7.

3. Portentum hominis i. *hominem* adeo *portentoſum*, ut videatur ipſum *portentum.* Ad eundem modum *fatale portentum*, *& prodigium* Clodium vocat Cicer. in Piſon. c. 4.

4. Socordiæ i. ſtupiditatis. Terent. Andr. 1. 3. 1.

Dave, nihil loci eſt ſegnitiæ, neque ſocordiæ.

Ubi Eugraphius. *Segnitia poſitum eſt, ut ea, quæ inventa ſunt, non prætereantur. Socordia vero, ut ea, quæ ſunt neceſſaria, corde inveniantur.* Noſt. Galb. 14. 3. * *Socordia* opponitur ſapientiæ, & denotat hominem ſine *corde* i. ſapientia. *Cor* pro ſapientia uſitatum eſſe docent exempla allata inſr. Gramm. 11. 4. Et eo pertinet acumen reſponſi Cæſaris ad aruſpicem nuntiantem exta eſſe ſine corde ſupr. Cæſ. 77. 2. *Pro oſtento non eſſe ducendum, ſi pecudi cor defuiſſet.*

* 5. Imperare i. eſſe Auguſtum. Claud. Laud. Seren. n. 102.

Imperat hic ſemper.

Noſt. Galb. 4. 4. Oth. 4. 2. Cal. 19. 7. V. Barth. ad Claudianum,

6. Avunculus major Claudii dicitur Auguſtus, quia Octavia, utriuſque Antoniæ mater, Auguſti ſoror fuit. *Torrentius.*

7. Capita i. principalia puncta, ut vulgo vocantur. Cicero ſupr. Cæſ. 56. 1. §. 1.

CAPUT IV.

ARG. *Multorum* ἐλαττωμάτων *ab Auguſto avunculo arguitur Tiberius Claudius Druſus Cæſar.*

1 *Collocutus ſum cum Tiberio* [1], *ut mandaſti, mea Livia, quid nepoti tuo Tiberio* [2] *fa-*
2 *ciendum eſſet ludis Martialibus* [3]. *Conſentit autem uterque noſtrum, ſemel eſſe nobis*
3 *ſtatuendum, quod conſilium in illo ſequamur. Nam ſi eſt* ἄρτιος [4], *ut dicam,* ὁλόκληρος [5]
quid

Tiberio Nerone, filio tuo.

2. Tiberio *Claudio Druſo Cæſari*, Druſi filio, ut & infr. *n.* 11. & 12.

3. Martiales intelligo eos, qui in circo Kalendis Auguſti, quod ea die *Martis* ædes conſecrata fuit, quotannis celebrabantur. Eoſdem eandem ob cauſam ſub Claudio celebratos dicit Dio LX. p. 667. E. Ἐν γὰρ δὴ τῇ τοῦ Αὐγούστου νουμηνίᾳ, ἐν ᾗ ἐγεγέννητο, ἠγωνίζοντο μὲν ἵπποι, οὐ δι' ἐκεῖνον δὲ, ἀλλ' ὅτι ὁ τοῦ Ἄρεως ἐν ταύτῃ καθίδρυτο, καὶ διὰ τοῦτο ἐτησίοις ἀγῶσιν ἐτετίμητο. *Quæ enim Kalendis Auguſti, quibus natus eſt* Claudius, *certamina equeſtria exhibentur, non autem ideo, ſed quod eo die Martis ædes conſecrata fuit, & propterea annuis certaminibus colitur.* Torrentius. Poſſet etiam intelligi anciliorum feſtum triduanum, de quo Plutarch. in Numa p. 68. F. Σάλιοι δὲ ἐκλήθησαν ἀπὸ τῆς ὀρχήσεως αὐτῆς ἁλτικῆς, ἣν ὑπορχοῦνται διαπορευόμενοι τὴν πόλιν, ὅταν τὰς ἱερὰς πέλτας ἀναλάβωσιν ἐν τῷ Μαρτίῳ μηνὶ, φοινικοῦς μὲν ἐνδεδυμένοι χιτωνίσκους, μίτραις δὲ χαλκαῖς ἐπιζωννύμενοι πλατείαις, καὶ κράνη χαλκᾶ φοροῦντες, ἐγχειριδίοις δὲ μικροῖς τὰ ὅπλα κρούοντες. *Salii autem dicti ſunt ab ipſo tripudio, quod ſaltando obeunt per urbem, quum ſacras peltas menſe Martio ferunt trabeati, baltheis latis æneis ſuccincti, galeaſque æneas in capite gerentes, ac minutis pugionibus arma pulſantes.* Et multo plura Dionyſ. A. R. II. 130. & Ovid. Faſt. III. 259.... Noſt. infr. n. 6.

4. Ἄρτιος proprie de numero pari dicitur, cui opponitur περιττός. Unde ἀρτιάζειν, παίζειν ἄρτια ἢ περιττὰ, de quo ſup. Aug. 71. 7. §. 38. Per metaphoram

quid eſt, quod dubitemus, quin per eoſdem articulos & gradus producendus ſit [6], *per quos*
frater ejus productus fuit? Sin autem ἠλαττῶσθαι [7] *ſentimus eum*, καὶ βεβλάφθαι [8], καὶ 4
εἰς τὴν τοῦ σώματος καὶ εἰς τὴν τῆς ψυχῆς ἀρτιότητα, *prabenda materia deridendi & illum,*
& nos non eſt hominibus, τὰ τοιαῦτα σκώπτειν [9] καὶ μυκτηρίζειν [10] εἰωθόσιν. *Nam ſemper* 5
æſtuabimus [11], *ſi de ſingulis articulis temporum deliberabimus*, μὴ προϋποκειμένου ἡμῖν [12] *poſ-*
ſe eum gerere honores arbitremur, nec ne. In præſentia tamen quibus de rebus conſulis, cu- 6
rare eum ludis Martialibus triclinium [13] *ſacerdotum* [14], *non diſplicet nobis, ſi eſt paſſurus*
ſe ab Silani filio [15], *homine ſibi affini* [16], *admoneri, ne quid faciat, quod conſpici* [17] *&*
derideri

phoram ſignificat integrum & perfectum, quia numero pari nihil deeſt. Paull. 2. Tim. 2. 17. Ἵνα ἄρτιος ᾖ ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος, πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἐξηρτισμένος. *Ut perfectus ſit homo Dei, ad omne opus bonum perfecte inſtructus.* Noſt. infr. n. 4.

5. Ὅλος κλῆρος eſt as hæreditatis monente etiam *Bud. in Comm. L. G. p.* 132. Inde ὁλόκληρος is, cui totum id ineſt, quod forte obtigit: & per metaphoram non vitioſus, nullo vitio labefactatus. Lucian. in Macrob. edit. Græv. p. 466. Δίδωμί σοι τοὺς ἱστορημένους εἰς μακρὸν γῆρας ἀφικέσθαι ἐν ὑγιαινούσῃ τῇ ψυχῇ, καὶ ὁλοκλήρῳ τῷ σώματι. *Eos tibi do, quos ad longam ſenectutem ſana mente, & integre corpore perveniſſe memoria proditum eſt.*

6. Per articulos et gradus producendus sit i. ut a minoribus magiſtratibus incipiens ſummos tandem capeſſat, interprete Illuſtr. Cuper. Obſ. III. 20. Hoc eſt Cicer. Catil. 1. 11. *per omnes honorum gradus efferri*, Tuſc. Quæſt. II. 26. *ſingulis punctis honorem colligere*, Auſon. Paneg. p. 239. *Per omnes honorum gradus prevehi*, noſtr. Ner. 3. 2. *honores percurrere. Per eloquentiæ numeros ire*, licet alia in re, Auctor dialog. de corr. eloq. 32. 4. *Ac ſtatim ita laude proſequitur, ut legitime ſtuduiſſe, ut per omnes eloquentiæ numeros iſſe, ut denique oratorem eſſe fateatur.* V. & ſupr. Aug. 79. 1. §. 1.

7. Ἠλαττῶσθαι i. perfectionis partibus quibuſdam imminutum eſſe. Unde *imminutam* Claudii *mentem* dicit Tacit. Ann. VI. 46. 2. *Etiam de Claudio agitanti, quod is compoſita ætate bonarum artium cupiens erat, imminuta mens ejus obſtitit.*

8. Βεβλάφθαι.... i. damnum feciſſe, quoad tum corporis, tum animi perfectionem.

9. Σκώπτειν i. contumelioſo geſtu ſubſannare. Plutarch. in Lycurg. p. 51. E. Σκώπτοντος Ἀττικοῦ τινος τὰς Λακωνικὰς μαχαίρας εἰς τὴν μικρότητα. *Quum Athenienſis quidam Laconicos gladios derideret propter brevitatem.*

* 10. Μυκτηρίζειν, χλευάζειν, καταγελᾷν, ἀπὸ τοῦ ῥύζειν τοῖς μυκτῆρσι. *Ludificari, irridere, a clauſis labris ſonum naribus emittere.* Heſychius. Utitur illo Lyſias apud Polluc. II. 4. 15. Μυκτηρίζειν δὲ Λυσίας. Et in ſacris Paull. Gal. 6. 7. Θεὸς οὐ μυκτηρίζεται. Eſt itaque geſtu vafro & ſubdolo, puta naſo irridere, ut illud περιφρίζει Tertull. de Pudic. c. 2. *Deus enim zelotes, & qui naſo non deridetur.* Naſum *ſcædolæ irriſioni dicavere* veteres apud Plin. XI. 37. Unde *ſtyli naſum condidiſſe* dicitur Lucillius, quia ſatyram invenit, eidem præf. p. 3. Et qui alios ridere norunt, *naſuti* dicuntur. Mart. XIII. 2. 1.

Naſutus ſis uſque licet, ſis denique naſus...
Quantum noluerit ferre rogatus Atlas,
Et poſſis ipſum tu deridere Latinum,
Non potes in nugas dicere plura meas.

Ἀντιμυκτηρίζειν etiam Cicer. Fam. XV. 19. quem laudat Senec. Suaſor. 1. *Vereor, ne nos ruſtice gladio velis* ἀντιμυκτηρίσαι.

11. Æstuabimus i. dubii erimus. Juſtin. 1. 10. 15. *Æſtuante rege.* Et *dubitatione æſtuare* dicit Cicer. Verr. II. 30. *Itaque æſtuabat dubitatione, verſabat ſe in utramque partem non ſolum mente, verum etiam corpore.*

12. Μὴ προϋποκειμένου ἡμῖν i. non antea conſtituerimus. Τὸ ὑποκείμενον ſubjectum eſt argumentum, quod tractandum ſibi quis proponit. * V. tamen de hujus loci lectione, ſi lectionum varietas te delectat, contra Caſaubonum & Torrentium diſputantem Clariſſ. *Gronov. in Arrian. de Exped. Alex.* 1. 30.

13. Curare triclinium dicitur is, cui *cura* eſt, ut omnia in convivio bene apparentur. *Beroaldus*, & *Babelonius*. Quid *triclinium*, V. ſupr. Cæſ. 43. 6. §. 25.

14. Sacerdotum Martis, Saliorum, qui ludis celebratis opiparas, copioſas, & bene inſtructas ſibi apponi curabant epulas. Horat. Od. 1. 37. 2.

——— *nunc Saliaribus*
Ornare pulvinar Deorum
Tempus erat dapibus ſodales.

Ubi Porphyrio. *Saliares cœnæ, quas Salii ſacerdotes faciebant, dicuntur ampliſſimi ſumptus fuiſſe, unde & in proverbio erat Saliares cœnas dicere opiparas, & copioſas.* Feſtus infr. Oth. 8. 5. §. 30. *Saliorum* epulis jam princeps delectatus eſt Claudius infr. 33. 2. V. *Beroaldum*.

15. Silani filio *Appio Junio*.

16. Hominem affinem Claudio vocat noſter Silanum ob ejus filium Lucium Octaviæ Claudii filiæ ſponſum. V. infr. 27. 4: 29. 4. Unde eundem *conſocerum* ejus vocat infr. 29. 3. V. quoque *Lipſ. in Ann. Tacit. p.* 144. *Reineſ. Epiſt. ad Rupert.* 35. *p. Ryck. in Ann. Tacit. p.* 99.

* 17. Conspici i. notari, ut Senec. Suaſ. 7. *Nihil in ultimo fine vitæ facienis, quod alterutram in partem*

7 *derideri poſſit. Spectare eum circenſes* [18] *ex pulvinari* [19] *non placet nobis. Expoſitus enim*
8 *in prima fronte ſpectaculorum conſpicietur. In Albanum montem* [20] *ire, eum non placet no-*
bis, aut eſſe Romæ Latinarum [21] *diebus. Cur enim non præficitur Urbi* [22], *ſi poteſt fra-*
9 *trem* [23] *ſuum ſequi in montem? Habes noſtras, mea Livia, ſententias, quibus placet ſemel*
11 *de tota re aliquid conſtitui, ne ſemper inter ſpem & metum fluctuemus* [24]. *Licebit autem,*
10 *ſi voles, Antoniæ* [25] *quoque noſtræ* [26] *des hanc partem epiſtolæ hujus legendam.* Rurſus al-
teris literis: *Tiberium adoleſcentem ego vero, dum tu aberis, quotidie invitabo ad cœnam,*
ne ſolus cœnet cum ſuo Sulpicio & Athenodoro [27] *: qui vellem diligentius, & minus με-*
τεώρως [28], *deligeret ſibi aliquem, cujus motum & habitum & inceſſum imitaretur mi-*
ſellus:

Ἀτυχεῖ πάνυ ἐν τοῖσι σπουδαίοις λίαν [29].

12 *ubi non aberravit ejus animus, ſatis apparet ἡ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ εὐγένεια* [30]. Item tertiis li-
teris: *Tiberium nepotem tuum placere mihi declamantem potuiſſe, peream, niſi, mea Li-*
via admiror. Nam qui tam ἀσαφῶς [31] *loquatur, qui poſſit, cum declamat, σαφῶς* [32] *di-*
cere

partem notari poſſet. V. etiam ſupr. Aug. 45. n. 1. §. 52.

18. CIRCENSES. V. ſupr. Cæſ. 39. 1. §. 7.

19. PULVINARI. V. illud ſupr. Aug. 45. 1. §. 3.

20. ALBANUS MONS dicitur ab *Alba Longa* urbe Latii, cui adjacet. Virg. Æn. XII. 134.

At Juno ex ſummo, qui nunc Albanus habetur,
Proſpiciens tumulo.

Dionyſ. A. R. IV. 6. Τόπον ἀπέδειξεν ἔνθα ποιήσονται τὴν σύνοδον, ἐν μέσῳ μάλιστα τῶν ἐθνῶν κείμενον, ὄρος ὑψηλόν, ὃ τῆς Ἀλβανῶν ὑπερκεῖται πόλεως, ἐν ᾧ πανηγύρεις τε ἀνὰ πᾶν ἔτος ἄγεσθαι. *Locum deſignavit, ubi concilium eſſent habituri, fere in meditullio harum gentium*, V. ſupr. Cæſ. 79. 2. §. 2. *montem excelſum, qui Albanæ urbi imminet, ubi quotannis feriæ celebrarentur. Eſt*, ut docet Alex. Gen. V. 7. *mons Albanus inter Albam & urbem Romam tractu fere pari diſtantius.* Dicitur *jugum Albæ longæ* Liv. VII. 39. eo quod ſub ipſo condita ſit *Alba*. Hodie *monte Cava* vocatur teſte *Kircher. Latii* II. 1. 3.

21. LATINARUM ſc. feriarum, de quibus ſcripſi ſupr. Cæſ. 79. 2. §. 2.

22. NON PRÆFICITUR URBI n. tempore feriarum Latinarum. De *præfecto Urbi* illarum tempore Pompon. Digeſt. 1. 2. 3. §. 33. *Quoties magiſtratus proficiſcuntur, unus relinquitur, qui jus dicat, is vocatur præfectus Urbi, qui præfectus olim conſtituebatur, poſtea fere Latinarum feriarum cauſa introductus eſt, & quotannis obſervatur.* Hujus loci ſententia eſt: poſtquam conſtitutum jam erat, Claudium in montem Albanum ire cum fratre ſuo non debere, ne Romæ quidem cum illis diebus relinquendum videri. Si enim idoneus erat, qui fratrem comitaretur, quare non qui *præfectus* fieret? Moris autem fuit, ut ſummo loco nati adoleſcentes huic muneri *præficerentur.* Ita *præfectus Urbi* Latinarum diebus fuit M. Antoninus Philoſophus apud Capitol. c. 4. *Virilem togam ſumſit quinto decimo ætatis anno. Nec multo poſt præfectus Urbi feriarum Latinarum cauſa fuit.* Ut hunc locum conſtituit *Caſaubonus.* Et L. Julius Silanus, Cn. Pompejus Magnus apud Dion. LX. p. 668. C. Τοὺς τε γαμβροὺς τότε τε ἐν τοῖς εἴκοσιν ἀνδράσιν ἄρξαι, καὶ μετὰ τοῦτο πολιαρχῆσαι ἐν ταῖς ἀνοχαῖς ἐκέλευσε. *Generos ſuos tum inter viginti viros magiſtratum gerere, & poſtea Urbis præfectos feriis eſſe juſſit.* Nero apud noſtr. 7. 8. V. *Sabellicum* & *Torrentium*, & *Lipſ. in Tacit. Ann. p.* 68.

23. FRATREM *Germanicum* procul dubio tunc conſulem, nam *Romani conſules, comitiis creati, ſortitis provinciis, aut extra ſortem datis, Latinas ferias indicebant, Jovique Latiali in monte Albano ſacrum faciebant.* Alex. Gen. V. 7.

24. FLUCTUEMUS i. dubii ſimus, ut Virg. Æn. I. 222.

Spemque metumque inter dubii.

V. Curt. III. 10. 6. §. 28.

25. ANTONIÆ Claudii matri ſupr. 1. 13.

26. NOSTRÆ, quia filia Octaviæ, ſororis Auguſti.

27. SULPICIUS ET ATHENODORUS videntur fuiſſe Claudii contubernales, forte ſordidi illi, de quibus infr. 5. 3. licet literati, quod videtur indicare verſus Græcus. *Babelonius.* * Voſſ. de Hiſt. Græc. II. 5. hunc *Athenodorum* putat fuiſſe illum Tarſenſem philoſophum, quem Auguſti Cæſaris præceptorem fuiſſe dicit Lucian. Macrob. p. 473.

28. Μετέωρος eſt ὁ ἐπαιωρούμενος τῇ ψυχῇ, qui eſt animo nondum fixo, ſed ſuſpenſo, & velut ταλαντευομένῃ τῇ γνώμῃ. Μετέωροι, quod adhuc certum non eſt, ſed expectatione ſuſpenſos homines tenet. Unde μετέωρος δίκη, quæ pendere Latine dicitur, cujus ſcilicet judicium ſuſpenſum eſt. Μετέωρα, quæ fiunt circa locum aſtris vicinum, de quibus Ariſtoteles tres libros ſcripſit, quæ μετεωρολογικὰ dicuntur. *Bud. in Comm. L. G. p.* 435.

29. Ἀτυχεῖ.... i. *infelix eſt omnino inter iſtos valde ſtudioſos.*

30. Ἡ τῆς ψυχῆς.... i. *animi ejus bona indoles.*

31. Ἀσαφῶς i. *obſcure.*

32. Σαφῶς i. *aperte, perſpicue.* Senſus eſt, cum, qui

vere quæ dicenda ſunt non video. Nec dubium eſt, quin poſt hæc Auguſtus conſti- 13
tuerit, & reliquerit cum nullo præter [33] auguralis ſacerdotii [34] honore impertitum: ac ne hæredem quidem, niſi inter tertios, ac pæne extraneos [35], e parte ſexta [36] nuncuparit [37], legatoque non amplius quam octingentorum ſeſtertiorum [38] proſecutus.

qui in quotidiano ſermone, qui maxime perſpicuus eſſe debet, obſcure loquatur, non credibile eſt, eundem aperte loqui poſſe in declamatione, quæ ſuapte natura artificiolior eſt, & ſubobſcurior. *Beroaldus.*

* 33. PRÆTER i. præterquam. Adverbium. Colum. III. 2. *Omnis incommodi patientes præter caloris.* Salluſt. B. C. 36. *Antequam liceret ſine fraude ab armis diſcedere, præter rerum capitalium condemnatis.* Juſtin. XIII. 5. 2. *Alexander epiſtolas in Græciam ſcripſit, quibus omnium civitatum exſules, præter cædis damnati, reſtituebantur.*

* 34. AUGURALE SACERDOTIUM dicit etiam noſt. Gr. 4. 1. De illo Plin. VIII. 28. *Auguria quidem artem fecere apud Romanos, & ſacerdotum collegium,* ut hunc locum conſtituit Salmaſ. Exercit. Plin. p. 313. b. A. Liv. I. 18. *Cui deinde, honoris ergo, publicum id perpetuumque ſacerdotium fuit.* Romulus *augur* fuit. Cicer. Divin. I. 2. *Principio, hujus urbis parens Romulus, non ſolum auſpicato Urbem condidiſſe, ſed ipſe etiam optimus augur fuiſſe traditur.* Illorum ſacerdotium confirmavit Numa. Dionyſ. II. p. 125.

35. EXTRANEI *hæredes appellantur, qui teſtatoris juri ſubjecti non ſunt. Itaque liberi quoque noſtri, qui in poteſtate noſtra non ſunt, hæredes a nobis inſtituti, extranei hæredes nobis videntur. Qua de cauſa, & qui hæredes a matre inſtituuntur, eodem numero ſunt: quia feminæ in poteſtate liberos non habent. Servus quoque hæres a domino inſtitutus, & poſt teſtamentum factum ab eo manumiſſus, eodem numero habetur.* Juſtinian. Inſtit. II. 19. 4.

36. PARTE SEXTA i. ſextante, *quæ duas totius aſſis partes, hoc eſt, duas uncias habet.* Alex. Gen. I. 1. V. ſupr. Cæſ. 83. 3. §. 13. & 16.

37. NUNCUPARE HÆREDEM quid ſit V. ſupr. Aug. 17. 2. §. 10.

38. OCTINGENTOS SESTERTIOS ſi de minore *ſeſtertio* i. nummo intelligamus, erit nimis parva ſumma, n. viginti coronatorum. Itaque de majore intelligendum, ut 20000 coronatos accipiamus. *Glareanus.* * Sed ſi ex uſitata conſuetudine vocem *millium* interponamus, nihil Glareani divinatione opus erit, & fiet ſumma octingentorum millium ſeſtertiorum, quam confirmat Suet. Aug. c. 41. n. 4. & Ner. c. 30. n. 4. Video qui *octingenties* in Claudii loco reponendum putent: ſed credo eos non ſatis integrum Suetonii locum attendiſſe, qui contemptum, ac deſpicatui habitum ab Auguſto Claudium non obſcure oſtendit. *Hotman. Antiq. Roman.* IV. 2. 28.

CAPUT V.

ARG. *Legitimos honores petit, ſed non obtinet, ad otium concedit, ebrietatiſque, & aleæ infamiam ſubit Tiberius Claudius Druſus Cæſar.*

Tiberius patruus petenti honores conſularia ornamenta [1] detulit. Sed inſtantius 1. 2
legitimos [2] flagitanti, id ſolum codicillis reſcripſit, *quadraginta aureos* [3] *in Saturnalia* [4], *& ſigillaria* [5] *miſiſſe ei.* Tunc demum abjecta ſpe dignitatis, ad otium con-

CONSULARIA ORNAMENTA, de quibus ſupr. Cæſ. 76. 8. §. 42.

2. LEGITIMUS honor, ſive magiſtratus eſt non imaginarius, qui non inſignia tantum ſed & rem habet. Eſt ille hoc loco conſulatus. Aliud vero eſt conſulatum gerere, aliud ornamenta conſularia impetrare. Hæc etiam illis, qui ad conſulatum non producerentur, data eſſe, dixi ſupr. Jul. 76. 7. §. 42.

3. AUREUM deſcribo infr. Oth. 4. 3. §. 9.

4. IN SATURNALIA i. in luxum *Saturnaliorum.* Hæc ſibi invicem munera miſiſſe veteres, dixi ſupr. Aug. 75. 2. §. 4. *Saturnalia* ipſa deſcripſi ſupr. Cal. 17. 16. §. 20.

5. SIGILLARIA erant parvæ imagines fictilibus deſcriptæ. Dicebantur a *ſigillis.* Mart. XIV. 178.

Sum fragilis: ſed tu (moneo) ne ſperne ſigillum.
Gloria tam parvi non eſt obſcura ſigilli.

Illa ſibi invicem mittebant veteres. Spartian. Adrian. c. 17. *Saturnalia & ſigillaria frequenter amicis inopinantibus miſit, & ipſe ab his libenter accepit, & alia invicem dedit.* Horum dies Saturnalibus adjectu eadem licentia peragebantur. Macrob. Sat. I. 10. *Saturnalia uno tantum die. …* ſupr. Cal. 17. 6. §. 20. *A ſexto decimo igitur cœpta in quartum decimum deſinunt; quo ſolo fieri ante conſueverant. Sed Sigillariorum adjecta celebritas, in ſeptem dies diſcurſum publicum, & lætitiam religionis extendit.* Mittebantur autem in primis pueris. Spartian. Carac. c. 1. *Quæ a parentibus gratia ſigillariorum acceperat, ea vel clientibus, vel magiſtris ſponte donavit. Sed hæc puer.* Ut *puero*, & magiſtratibus gerendis adhuc inepto hos aureos

conceſſit, modo in hortis [6] & ſuburbana domo, modo in Campaniæ ſeceſſu delitescens, atque ex contubernio [7] ſordidiſſimorum [8] hominum ſuper veterem ſegnitiæ [9] notam [10], ebrietatis & aleæ quoque infamiam ſubiit.

aureos miſit Tiberius. T. quoque *Beroaldum*, *Torrentium*, *Stuck. A. C.* I. 33. *Merul. de ſacrif.* 20. 5. *Turneb. Adv.* II. 2: XXIII. 28. *Gatak. in Anton. c.* 7. §. 3. *Mod. de Spectac.* II. 28. & *Alexandr. infr.* 16. 9. §. 25.

* 6. IN HORTIS, in quibus ædificia voluptuaria, ad quæ ſui colligendi & reficiendi cauſa veteres ſecedebant. Hinc Ulpian. Digeſt. XLVII. 10. 5. §. 3. *Quid ſi quis in villa habitet, vel in hortis?* Hinc ſcribit Cicero, ſe cum filiæ mortem lugeret, *triginta dies in hortis fuiſſe.* Attic. XII. 40. Et de Thraſea Tacit. Ann. XVI. 34. 1. *Tum ad Thraſeam in hortis agentem quæſtor Conſulis miſſus.* V. etiam *Popmam in Ciceronem.* & *Briſſon. Ant. Select.* III. 13.

7. CONTUBERNIO i. cohabitatione. V. ſupr. Tib. 14. 7. §. 32.

8. SORDIDISSIMORUM i. viliſſimorum, turpiſſimorum. Tacit. Ann. XII. 49. 1. *Julius Pelignus, ignavi animi, ſed Claudio perquam familiaris, cum privatus olim converſatione ſcurrarum iners otium oblectaret.*

9. SEGNITIÆ i. pigritiæ, deſidiæ animi. Tibull. I. 1. 58.

—— mea Delia tecum
Dum modo ſim, quæſo, ſegnis, inerſque vocer.

Noſter ſæpius.

10. NOTAM i. infamiam Capitol. in Opil. Macrin. c. 10. *Non enim aliquid dignum in ejus vita erat quod dicatur, præter hoc, quod Antoninorum nomini eſt velut nota appoſitus.* Ubi a criticis, qui malis verſibus culpæ *notam* apponunt, vel a cenſorum *notis* hoc tranſlatum eſſe docet *Caſaubonus.* Noſt. infr. 16. 6.

CAPUT VI.

ARG. *Ab ordinibus, equeſtri, & ſenatorio, vario honore afficitur Tiberius Claudius Druſus Cæſar.*

1 Cum interim, quamquam hoc modo agenti, nunquam aut officium hominum,
2 aut reverentia publica defuit. Equeſter ordo bis patronum cum perferendæ pro
ſe legationis [1] elegit: ſemel cum deportandum Romam corpus Auguſti humeris [2]
ſuis a conſulibus expoſceret: iterum cum oppreſſum [3] Sejanum [4] apud eoſdem gra-
3 tularetur. Quin & ſpectaculis advenienti aſſurgere [5], & lacernas deponere [6] ſo-
4 lebat. Senatus quoque ut ad numerum [7] ſodalium [8] Auguſtalium [9] ſorte ductorum
extra ordinem [10] adjiceretur, cenſuit: & mox ut domus ei, quam incendio amiſerat,

LEGATIONEM *pro equeſtri ordine* ad Cajum qui pertulerit Claudius, monet Dio LIX. p. 644. C. *Οὗτος γὰρ ἔν τε τοῖς ἱππεῦσι μέχρι τότε ἐξεταζόμενος, καὶ πρεσβευτὴς πρὸς τὸν Γάιον ὑπὲρ τῆς ἱππάδος πεμφθείς. Hic*, Claudius, *ad id uſque tempus in equeſtri ordine vixerat, & ab eo miſſus legatus ad Cajum.*

2. HUMERIS quænam cadavera fuerint elata docui ſupr. Aug. 101. 7. §. 34.

3. OPPRESSUM Sejanum V. ſupr. Tib. 65. 1.

4. SEJANUM V. ſupr. Tib. 48. 3. §. 23: 55. 3. §. 6.

5. ASSURGERE potentioribus & nobilioribus ſolitos fuiſſe inferiores dixi ſupr. Cæſ. 78. 4. §. 17.

6. LACERNAS DEPONERE ſolebant honoris ſpecie forte advenientibus principibus, ut pænulas oraturi deos. Tertullian. de orat. c. 12. *Ut eſt quorundam poſitis pænulis orationem facere: ſic enim adeunt ad idola nationes.* V. *Torrentium.* * *Depoſitas* honoris ſpecie lacernas unus, quod ego ſciam, indicat Suetonius. *Ferrar. de Re veſt.* II. 1. 39. *Lacerna* quid fuerit, dictum ſupr. Aug. 40. 11. §. 40.

7. AD NUMERUM, ſive *ſupra numerum* cooptatos fuiſſe Auguſtales interdum docent inſcriptiones antiquæ apud Gruter. p. 449. p. 1. & 451. n. 4. *Adlecto ſupra numer. Sevirum Auguſtalium.* Quas laudat etiam *Spanhem. de præſt. num. Diſſert.* 8. *p.* 673.

8. SODALES *ſunt, qui ejuſdem collegii ſunt, quam Græci ἑταιρείαν vocant.* Cajus Digeſt. XLVII. 22. 4. Noſt. Galb. 8. 1.

9. AUGUSTALIUM *ſodalium ſacerdotio novas ceremonias accepit annus* 766. *Sorte ducti e primoribus civitatis unus & viginti. Tiberius, Druſuſque, & Claudius, & Germanicus adjiciuntur.* Tacit. Ann. I. 54. 1. *Inter Auguſtales cooptatur* Galba infr. 8. 1. Ad horum exemplum prodeuntibus temporibus Imperatoribus divis factis conſecrati ſunt ſodales, Marciani, Helviani apud Capitol. Pertin. c. 15. *Marciani ſodales, qui divi Marci ſacra curabant, Helviani ſunt dicti propter Helvium Pertinacem.* Antoniniani apud eundem Anton. Pio c. 13. *Meruit & flaminem, & circenſes, & templum, & ſodales Antoninianos.* Alexandriani apud Lampr. c. 63. *Dati ſunt & ſodales, qui Alexandriani appellati ſunt.* De his etiam *Beroaldus, Lipſius in Tacitum, Reineſ. ad Rupert. Epiſt.* 31. *Noriſ. Cenot. Piſan. Diſſert.* 1. 6. *Velſer. Rer. Vindel.* v. *p.* 274.

10. EX-

rat, publica impenſa [11] reſtitueretur, dicendæque inter conſulares [12] ſententiæ jus eſſet. Quod decretum abolitum eſt, excuſante [13] Tiberio imbecillitatem ejus, ac 5
damnum liberalitate ſua reſarturum [14] pollicente. Qui tamen moriens, & in tertiis 6
hæredibus [15] eum ex parte tertia [16] nuncupatum, legato etiam circa HS vicies [17] proſecutus, commendavit inſuper exercitibus, ſenatui, populoque Romano inter cæteras neceſſitudines [18] nominatim.

10. Extra ordinem, ſive ſupra numerum ſacerdotes etiam nonnunquam adjiciebantur. Nummus eſt aureus Druſi Germanici principis juventutis, quem exhibet Guther. de Jur. Pont. 1. 9. in cujus prima parte legitur: *Nero Claud. Caſ. Druſus. German. princ. juvent.* in altera *Sacerd. coopt. in. omni. coll. ſupra numer. S. C.*

11. Publica impensa *reſtitutam* ſibi incendio amiſſam domum gloriatur Cicer. in Piſon. c. 22. *Me, conſequentibus diebus, in ea ipſa domo, qua tu me expuleras, quam expilaras, quam incenderas, pontifices, conſules, prætores collocarunt, mihique, quod ante me nemini, pecunia publica ædificandam domum cenſuerunt.* Ubi Aſconius. *Ciceroni domus, quæ fuerat ipſius, & diruta, atque incenſa erat, & conſecrata, publico ſumptu ædificata eſt: quod novum, & huic primo, & adhuc etiam ſoli contigit.*

12. Consulares i. eos, qui jam *conſules* fuerant, licet ipſe nondum ad *conſulatum* perveniſſet. *Conſulares* primos ſententiam fuiſſe rogatos, dixit Gellius ſupr. Cæſ. 21. 2. §. 4.

13. Excusari qui dicatur res, a qua *excuſationem* petimus, docui ſupr. Cal. 27. 6. §. 28.

14. Resarturum i. integrum reſtituturum. *Sarcire* eſt integrum facere. Plaut. Moſt. 1. 2. 34.

Si quid nummo ſarciri poteſt.

Inde *ſarta tecta*, ædificia, & in parietibus, & in tectis integra. Qua formula in operum publicorum locationibus utebantur magiſtratus Romani. Feſtus. *Sarte in auguralibus pro integro ponitur, ſane ſarteque audire videreque: ob quam cauſam opera publica, quæ locantur, ut integra præſtentur, ſarta tecta vocantur; etenim ſarcire eſt integrum facere.*

15. Tertiis hæredibus V. illos ſupr. Cæſ. 83. 5. §. 23.

16. Ex parte tertia i. triente i. *tertia parte totius aſſis: quatuor enim hæc continet uncias.* Alex. Gen. 1. 1. V. & ſupr. Cæſ. 83. 3. §. 13. Aug. 102. 3. §. 12.

17. HS vicies ſunt coronatorum quinquaginta millia. V. ſupr. Cæſ. 26. 4. §. 22.

18. Necessitudines V. ſupr. Cæſ. 27. 1. §. 1.

CAPUT VII.

ARG. *Cum Cajo conſulatum primum gerit, de altero ſortitur, & in Caji vicem ſpectaculis præſidet Tiberius Claudius Druſus Cæſar.*

Sub Cajo demum fratris filio ſecundam exiſtimationem circa initia imperii omnibus 1
lenociniis [1] colligente, honores auſpicatus, conſulatum [2] geſſit una [3] per duos menſes [4]: evenitque ut primitus ingredienti cum faſcibus [5] forum, prætervolans aquila dexteriore [6] humero conſideret. Sortitus eſt & de altero conſulatu in quartum 2
annum [7]: præſeditque nonnunquam ſpectaculis in Caji vicem, acclamante populo, *Felici-*

Lenociniis i. blanditiis. V. ſupr. Cal. 39. 2. §. 11.

2. Consulatum geſſit annos natus quadraginta ſex. Dio lix. p. 644. C. Μετὰ τὸν τοῦ Τιβερίου θάνατον, τότε πρῶτον, καίπερ ἓξ καὶ τεσσαράκοντα ἔτη βεβιωκὼς, καὶ ὑπάτευσεν ἅμα, καὶ ἐβούλευσεν. *Poſt mortem Tiberii, tunc primum annos jam natus quadraginta ſex, ſenator una conſulque factus eſt.*

3. Una cum Cajo conſulatum qui geſſerit Claudius, docuit nos Dio ſupr. Calig. 15. 6. §. 23.

4. Per duos menses, & duodecim dies, quos addit Dio ſupr. Cal. 17. 1. §. 2.

5. Fascibus, de quibus ſupr. Cæſ. 20. 2. §. 8.

6. Dexteriore, quod fauſti auſpicii erat ſignum. Non enim omnes aves ab eadem parte ratum faciunt auſpicium: ſed ſicut a ſiniſtra cornix & picus faciunt ratum, ſic a dextra corvus & aquila. Plaut. Aſin. 11. 1. 12.

Picus & cornix eſt ab læva, corvus porro a dextera conſuadet.

* Homer. Iliad. xiii. 821.

Ὡς ἄρα οἱ εἰπόντι ἐπέπτατο δεξιὸς ὄρνις
Αἰετὸς ὑψιπέτης· ἐπὶ δ᾽ ἴαχε λαὸς Ἀχαιῶν,
Θάρσυνος οἰωνῷ.

Sic ei locuto advolavit dextra avis
Aquila altivolans: acclamavit autem populus Achivorum,
Confirmatus augurio.

Noſt. Vitell. 9. 2. §. 3. Comparativum pro poſitivo notavi ſupr. Tib. 6. 6. §. 21.

7. De proconsulatu in sextum annum legendum eſſe monet Gronovius, quia locus, niſi ſic

 emen-

Feliciter [8], partim *patruo imperatoris*, partim *Germanici fratri*.

emendetur, inexplicabilis eſt. Vetus erat ſenatuſconſultum, certe antiquius lege Pompeja de ambitu, τοὺς ἄρξαντας ἐν τῇ πόλει μὴ πρότερον τὰς ἔξω ἡγεμονίας, πρὶν πέντε ἔτη παρελθεῖν, κληροῦσθαι. V. Dion. ſupr. Aug. 36. 1. §. 4. Eodem pertinet illud Tacit. Ann. VI. 40. 3. *Galba triſtibus Cæſaris literis provinciam ſortiri prohibitus.* Quod narrat & noſt. Galb. 3. 11.

* 8. FELICITER, theatralibus acclamatoribus familiaris vox fuit. Plutarch. Galb. p. 1061. Καί ποτε θέας οὔσης, καὶ τῶν χιλιάρχων καὶ λοχαγῶν τὸ Ῥωμαίοις σύνηθες εὐτυχίαν ἐπευχομένων τῷ αὐτοκράτορι Γάλβᾳ. *Cum ederetur aliquando ſpectaculum, tribunique militum, ac turmarum ductores ſollenne illud Romanorum, feliciter, Galbæ Imperatori precarentur.* Flor. III. 3. 20. *Frequens in ſpectaculo rumor, victoria Cimbrica feliciter.* Noſt. Domit. 13. 2. V. *Briſſon. Form.* VIII. *p.* 719. *Gruter. Suſpic.* VI. 10. *Ferrar. de Acclam. & Plauſ.* II. 2. *Taſſin. de lud. Secul. Rom. c.* 9. §. 8.

CAPUT VIII.

ARG. *Multis contumeliis obnoxius vivit Tiberius Claudius Druſus Cæſar.*

1 Nec eo minus contumeliis obnoxius vixit. Nam & ſi paullo ſerius ad prædictam cœnæ horam occurriſſet, non niſi ægre, & circuito demum triclinio recipie-
2 batur. Et quoties poſt cibum addormiſceret [1], quod ei fere accidebat, olearum [2] ac palmularum [3] oſſibus [4] inceſſebatur: interdum ferula [5] flagrove, velut per ludum,
3 excitabatur a copreis [6]. Solebant & manibus ſtertentis ſocci [7] induci, ut repente expergefactus faciem ſibi confricaret [8].

POST CIBUM ADDORMISCERE hominem docet etiam Lucret. IV. 951.

Deinde cibum ſequitur ſomnus; quia quæ facit aer,
Hæc eadem cibus, in venas dum diditur omnis,
Efficit, & multo ſopor ille graviſſimus exſtat,
Quem ſatur, aut laſſus capias.

2. OLEARUM *oſſa* ſampſæ dicuntur Colum. XII. 49. *Et cum eſt in ſamſam redacta....*

3. PALMARUM *oſſa* lignum dicitur Plin. XV. 28. *Quædam ſtatim a ligno recedunt, ut nuces & palmæ.*

4. OSSIBUS ceraſorum, quæ digitis exprimunt, inceſſere homines ludibrii cauſa pueri hac tempeſtate conſueverunt. • Scribit Porphyrio Horatianus interpres, ſolere amantes duobus primis digitis compreſſare pomorum ſemina, eaque mittere in cameram veluti augurium: ut, ſi cameram contigerint, ſperare poſſint ad effectum perduci, quod animo conceperunt. *Beroaldus.*

5. FERULA, qua percutiuntur pueri. V. Cal. 20. 4. §. 9.

6. COPREIS i. ſcurris. V. Tib. 61. 17. §. 43. V. tamen, ſi varia te delectant, *Turneb. Adv.* XXII. 32: XXVII. 19. *Sabellicum*, *Beroaldum*, *Torrentium*, *Donatum ad h. l. Demſter. A. R.* V. 6.

7. SOCCI, ſtercore forte obliti. *Soccum* V. ſupr. Cal. 52. 2. §. 15.

8. CONFRICARET ſoccis alvi proluvie oblitis, ab aliis experrectus, etſi diritate odoris non expergiſceretur. Unde &, *a copreis ſolebant....* legendum exiſtimat *Turneb. Adv.* XXII. 32.

CAPUT IX.

ARG. *In magiſtratu, & extra illum diſcriminibus non caret Tiberius Claudius Druſus Cæſar.*

1 Sed ne diſcriminibus quidem caruit [1]: primum in ipſo conſulatu [2], quod Neronis & Druſi fratrum Cæſaris [3] ſtatuas ſegnius locandas ponendaſque curaſſet [4], pæne

DISCRIMINIBUS NON CARUISSE Claudium noſter, κινδύνοις οὐ μετρίοις ἐπὶ τῆς Γαΐου ἀρχῆς ὡμιληκότα Joſephus dicit Ant. Jud. XIX. 2. Quem V. etiam infr. 10. 5. §. 22.

2. IN CONSULATU, quia cum locandæ, ponendæque erant imagines, a ſenatu *conſulibus*, ut id curarent, interdum committebatur negotium. Cicer. Phil. IX. 7. *Senatui placere, Ser. Sulpicio ſtatuam pedeſtrem æneam in Roſtris ex hujus ordinis ſententia ſtatui, quod is ob Rempublicam mortem obierit, eamque cauſam in baſi inſcribi: utique C. Panſa, A. Hirtius, conſules, alter, ambove, ſi eis videbitur, quæſtoribus Urbis imperent, ut eam baſim, ſtatuamque faciendam, & in Roſtris ſtatuendam locent: quantique locaverint, tantam pecuniam redemptori ſolvendam attribuendamque curent.* V. & Frigell. de ſtat. Rom. c. 15.

3. CÆSARIS *Caji Caligulæ.*

4. STATUAS SEGNIUS LOCANDAS CURASSET i. redemptoribus

Digitized by Google

ne honore ſummotus eſt [5]. Deinde extraneo [6], vel etiam domeſticorum [7] aliquo 2
deferente, aſſidue varieque inquietatus. Cum vero detecta eſſet Lepidi & Getulici 3
conjuratio, miſſus in Germaniam [8] inter legatos [9] ad gratulandum, etiam vitæ periculum adiit [10]: indignante [11] ac fremente Cajo, patruum [12] potiſſimum ad ſe miſſum, quaſi ad puerum regendum: adeo ut non defuerint, qui traderent, præcipitatum quoque in flumen [13], ſicut veſtitus advenerat. Atque ex eo nunquam non in 4
ſenatu noviſſimus conſularium ſententiam dixit, ignominiæ cauſa poſt omnes interrogatus. Etiam cognitio falſi teſtamenti recepta [14] eſt, in quo & ipſe ſignaverat. 5
Poſtremo etiam ſeſtertium octogies [15] pro introitu [16] novi ſacerdotii [17] coactus impendere,

demptoribus ſeu ſuſceptoribus faciendas, & collocandas in publico ſtatuas tardius locaſſet.

5. PÆNE HONORE SUMMOTUS EST I. parum abfuit, quin conſulatu moveretur.

6. EXTRANEUS eſt qui non pertinet ad domum Auguſtam, qui non eſt inter aulicos.

7. DOMESTICUS, Pollux ſervus. V. Joſephum ſupr. Cal. 23. 8. §. 26.

8. IN GERMANIAM, in qua morabatur illa tempeſtate Cajus parans illuſtrem illam expeditionem, de qua noſter ſupr. c. 43.... 46.

9. INTER LEGATOS, quos conjuratione illa detecta ad Cajum miſit ſenatus. Dio LIX. p. 657. E. Τότε μὲν δὴ ταῦτα, ὡς καὶ μεγάλην τινὰ ἐπιβουλὴν διαπεφευγὼς, ἐπέστειλε: πάνυ γὰρ δὴ καὶ ἄλλως προσεποιεῖτο ἐν δεινοῖς τε εἶναι, καὶ ταλαιπώρως διάγειν. Ἐπεὶ δὲ μαθόντες αὐτὰ οἱ βουλευταὶ, ἄλλα τέ τινα αὐτῷ, καὶ τὰ ἐπινίκια τὰ σμικρότερα ἐψηφίσαντο, πρέσβεις τε ἐπ' αὐτοῖς ἄλλους ἄνδρας, καὶ τὸν Κλαύδιον αἱρετὸν ἔπεμψαν. *Hac tum ita ad ſenatum perſcripſit, quaſi gravibus inſidiis elapſus: alias etiam ſolitus ſimulare, in magnis ſe periculis & miſeriis vitam agere. Senatores, acceptis literis, alia nonnulla, tum ut Urbem ovans iniret, cenſuerunt: legatoſque, qui hac ei nuntiarent, ſorte ductos miſerunt, Claudium vero delectum ſuffragiis.*

10. VITÆ PERICULUM ADIISSE, dum hanc legationem obibat, Claudium, docet etiam Dio p. 658. C. Ἀλλὰ καὶ τὸν Κλαύδιον ἀπέκτεινεν, ἂν εἰ μὴ κατεφρόνησεν αὐτοῦ, τὰ μὲν τῇ φύσει, τὰ δὲ καὶ ἐκ προνοίας πολλὴν νωθείαν προσποιουμένου. *Quinimo Claudium etiam necaſſet, niſi eum contempſiſſet ob ſocordiam, quam partim natura, partim ſimulatione multam præ ſe ferebat.*

11. INDIGNATUS hoc quantopere fuerit Cajus, idem monet Dio A. Τοῦτό τε ἐδυσχέραινεν, ὥστε καὶ αὖθις ἀπειπεῖν, μήτε ἐπαίνου τι μήτε τιμῆς ἐχόμενον τοῖς συγγενέσιν αὐτοῦ γίγνεσθαι. *Id Cajus iniquo animo tulit, ita ut rurſus edixerit, ne cui ſuorum cognatorum quidquam laudis, aut honoris tribueretur.*

12. PATRUORUM in fratrum filios, ceu peculiaris, & genuina ſeveritas proverbio locum dedit. Horat. Od. III. 12. 3.

Metuentes patruæ verbera linguæ.

Catull. 74. 1.

Gellius audierat, patruum objurgare ſolere.

Inde *patruos ſapere* Perſ. I. 11. eſt gravitatem, qualis in *patruis* eſſe ſolet, induere. Veteres liberos ſuos *patruis*, quod parentes in eos ſoleant eſſe indulgentiores, informandos dabant. *Patrui* enim ab impotente affectu, quo in filios feruntur patres, & illo impediti multa filiorum errata diſſimulant, liberi de fratris filiorum peccatis libere judicant, & illos perperam quid agentes, ſevere coercent, & caſtigant. V. quoque *Eraſm. Adag. p.* 442. *Cognat. apud eund. p.* 610. *Caſaub. Perſ. p.* 52.

13. FLUMEN Rhenum.

14. RECEPTA *eſt cognitio falſi teſtamenti* I. admiſſa eſt querela accuſantium *teſtamentum falſi*. Quod inde ortum videtur, quia prætor poterat accuſationem admittere, vel remittere. Unde *inter reos recipi* dicebantur, qui accuſabantur. Tacit. Ann. III. 70. 2. *L. Ennium equitem Romanum, majeſtatis poſtulatum, recipi Cæſar inter reos vetuit.*

15. SESTERTIUM OCTOGIES nobis ſunt ducenta Philippicorum. V. Lipſ. Admir. IV. 9. Centies ſeſtertium Dio LIX. p. 662. B. Τήν τε Καισωνίαν τὴν γυναῖκα, καὶ τὸν Κλαύδιον, ἄλλους τε τοὺς πλουσιωτάτους, ἱερέας προσέθετο, πεντήκοντα διακοσίας ἐπὶ τούτῳ παρ' ἑκάστου μυριάδας λαβών. *Cæſoniam uxorem ſuam, Claudium, alioſque ditiſſimos, centies ſeſtertium a ſingulis eo nomine accipiens ſacerdotes addidit.*

16. PRO INTROITU *novi magiſtratus* honoraria, ſportulas, pecunias dabant, ut illi, qui in collegium, aut ordinem decurionum admittebantur. Græcis εἰσηλύσιον, & εἰσιτήριον dicitur. Plin. Epiſt. X. 113. *Supereſt ergo, ut ipſe diſpicias, an in omnibus civitatibus certum aliquid in omnes, qui deinde buleutæ leguntur, debeant pro introitu dare.* 117. *Qui ineunt magiſtratum, ſolent totam bulen, atque etiam e plebe non exiguum numerum vocare, binoſque denarios vel ſingulos dare.* Scævol. Digeſt. XXXII. 102. 2. *Quæſitum eſt ſi Sempronius eam militiam ſibi comparaverit, ſed & id quod pro introitu erogari ſolet....* Similes erant cœnæ *aditiales*, dictæ, quod in *aditu* vel auſpicio honorum darentur. Illarum mentio apud Senec. Epiſt. 95. *Tricies tamen HS aditiales cœna frugaliſſimis viris conſtiterunt.* 123. *Hæc qualiſcunque cœna aditiali jucundior erit.* V. quoque *Langl. Ot. Sem.* III. 1. *Chiment. Biſell. c.* 38. *Guther. Offic. dom. Aug.* II. 17. *Lipſ. Admir.* IV. 9. *Colv. in Apul. p.* 85. *Juret. Symm.* IV. 58. *Fab. Semeſtr.* I. 6.

17. NOVI SACERDOTII a Cajo ſibi inſtituti, de

Digitized by Google

dere, ad eas rei familiaris anguſtias decidit, ut cum obligatam ærario fidem [18] liberare non poſſet, in vacuum [19] lege prædiatoria [20] venalis pependerit [21] ſub edicto [22] præfectorum.

quo Dio ſupr. §. 15. & noſt. ſupr. Cal. 22. 8.

18. Obligatam ærario fidem solvere i. ad conſtitutum diem pecuniam, quam ab *ærarii* populi Romani præfectis mutuam acceperat, reddere. Pecuniam ad *ærarium* pertinentem privatis ſub uſuris mutuam *ærarii* præfecti dare ſolebant.

19. In vacuum, an fruſtra, cum nulli accederent empturi? Sic in gloſſis *εἰς μάτην, fruſtra, in vacuum*, exponitur. Apud Senecam in *vacuum* pro in vanum aliquot locis. An expreſſit modum, quo tabellæ proſcriptorum bonorum in publico viſebantur, pendentes nimirum in aerem, hoc eſt, in vanum, non affixæ? Edictum enim præfectorum, quo proſcribebatur, venalia eſſe bona prædiati, affixum erat pilæ, vel columnæ. Sub eodem autem edicto pendebat funiculo adnexa tabella, quæ bona ipſa, qualia eſſent, ubi ſita, & quanta declarabat. Hoc plane *in vacuum pendere* ſignificat. Manilius de funambulo, quem *in aere, & ventis ferri* alius dixit, v. 654.

Et cœli meditatus iter veſtigia perdet
In vacuum, & pendens populum ſuſpendet ab ipſo.

Salmaſ. de mod. uſur. c. 16. Loenſ. Miſc. ix. 1. V. quoque *Turneb. Adv.* xxvii. 19. *Torrentium ad hunc locum.*

20. Præs idem quod idoneus & locuples, & componitur ex *præ*, vel *pro*, & *as*, ὁ ἔγχαλκος. ὁ ἀξιόχρεως. Tales præcipue eligebantur, qui in publicum ſponderent. Ideo interrogabatur, qui ſe ſponſorem exhibebat in publica re pro ejus mancupe, an eſſet *præs* i. idoneus. Et reſpondebat, *præs*. Ab eo *præditus*, qui eſt inſtructus pluribus bonis & opibus. Gloſſ. Philox. *Præditus*, κεχορηγημένος, ὁ χυραμένος. Apud Apul. Flor. p. 349. *præditus* pro divite ponitur, & opulento: *ipſe bene veſtitus, bene præditus.* Et *prædia*, ipſa bona, quæ pignori populo dabantur, ſive eſſent mobilia, ſive immobilia. *Bonaprædia* unica voce dicuntur Aſcon. in Cicer. Verr. p. 104. 105. hoc eſt, *prædiumbona.* Ex *prædiatus*, publico obligatus, ſive ſuo nomine datis *prædiis*, ſive alieno tanquam *præs*, cujus & bona erant fiduciaria Reipublicæ. Gloſſ. Philox. *Prædiatus*, ὑπὲρ δήμου ἐνεχυρισμένος. Et *prædiator*, quia *prædia* publico obligata, & proſcripta, vel *bonaprædia* emebat. Eædem gloſſæ, *prædiator*, ὠνητὴς ὑπαρχόντων. Et *lex prædiatoria*, quæ *prædiati* bona, ſi non ſolveret, vendi jubebat. V. *Salmaſium, Turnebum, Loenſem, & Th. Grav. in diſſertatione de jur. præd. c.* 1. §. 3. & 4.

21. Venalis pendere dicebatur, cujus bona in tabella proſcripta publice *pendebant. Suſpenſa bona*, in tabula proſcripta *venalia* quæ *pendent*, dicit Seneca mox laudandus. Talis στηλίτης dicitur Ariſtot. Rhetor. ii. 23. Οἷον Λεωδάμας ἀπολογούμενος ἔλεγε, κατηγορήσαντος Θρασυβούλου, ὅτι ἦν στηλίτης γεγονὼς ἐν τῇ ἀκροπόλει· ἀλλ᾽ ἐκκόψαι ἐπὶ τῶν τριάκοντα οὐκ ἐνδέχεσθαι ἔφη. *Quemadmodum Leodamas dixit ſe defendens, cum eum Thraſybulus accuſaret, quod in columna ærariorum ſcriptus eſſet in arce: ſed eximi, inquit, tyrannorum tempore non conducebat.* V. *Salmaſium, Turneb. Adv.* xii. 9. *Luiſin. Parerg.* 1. 3. *Pincian. in Senecam.* * & tabellam, ſive libellum diſjicere is ſolebat, qui creditoribus ſe obligare paratus erat, vel ſolvere parabat, vel denique eum, cujus bona proſcribebantur, defendere volebat. Senec. de Benef. iv. 12. *Suſpenſis amici bonis libellum dejicio, creditoribus ejus me obligaturus.* Cicer. pro P. Quint. c. 6. *Libellos Sext. Alphenus procurator P. Quintii familiaris & propinquus Sext. Nævii dejicit.*

*22. Sub edicto dicit noſter, ut *ſub haſta* Juven. iii. 33. *ſub auctionibus* Prudent. Περὶ στεφ. ii. 78. *ſub noverca* Quintil. Decl. 1. Plura congeſſit *Sculting. in Senec. Suaſ.* 7.

CAPUT X.

ARG. *Mirabili caſu imperium capit, armatos in nomen ſuum jurare patitur, & illorum fidem præmio pigneratur Tiberius Claudius Druſus Cæſar.*

1 Per hæc ac talia maxima ætatis parte tranſacta, quinquageſimo anno [1] imperium
2 cepit quantumvis mirabili caſu. Excluſus [2] inter cæteros ab inſidiatoribus Caji, cum

Quinquagesimo anno *imperium cepiſſe* Claudium, quum præter conſulatum nullum imperium geſſiſſet, dicit Dio lx. p. 665. B. Τὴν αὐτοκράτορα ἀρχὴν ἔλαβε, μὴ πρὶν ἐν ἡγεμονίᾳ τινὶ τὸ παράπαν ἐξεταςμένος. Philoſtratus autem Apollon. v. 9. Καί τοι πεντηκοντούτης μὲν ἐς τὸ ἄρχειν παρῆλθεν, ὅτε νοῦς μάλιστα ὑγιαίνει ἀνθρώπων, παιδείας δὲ ξυμπάσης ἥδεσθαι ἐρᾷν. *Is enim*, Claudius, *annos natus quinquaginta imperium eſt adeptus, quo tempore in hominibus vigere maxime ſolet ingenium, omnemque doctrinam cupide amplecti.* Cepit anno ab U. C. 793. V. ſupr. Cal. 57. 1. §. 1.

2. Exclusus quomodo fuerit Claudius, prodit Joſeph. Ant. Jud. xix. 1. Ἐπεὶ δὲ ἔνδον ἦν τῶν βασιλείων, τὰς μὲν εὐθείας ὁδοὺς λιπὼν, καθ᾽ ἃς δὴ ἐτύγχανον τῶν ὄχλων

cum quaſi ſecretum [3] eo [4] deſiderante turbam ſummoverent, in diætam [5], cui nomen eſt Hermeum [6], receſſerat. Neque multo poſt rumore cædis exterritus, prorepſit ad ſolarium [7] proximum: interque prætenta [8] foribus vela [9] ſe abdidit: latentem diſcurrens forte gregarius miles [10] animadverſis pedibus e ſtudio ſciſcitandi quiſnam eſſet [11], agnovit [12], extractumque, & præ metu ad genua ſibi accidentem, imperatorem [13] ſalutavit. Hinc ad alios commilitones [14] fluctuantes, nec quidquam 3 4

δῦλοι οἱ θεραπεύοντες αὐτὸν, καὶ πρόσωσι οἱ περὶ τὸν Κλαύδιον. *Mox ubi regiam ingreſſi ſunt, relicta recta via, per quam eum præſtolabantur ſervorum miniſteria, & qua Claudius præceſſerat cum aliis*, n. M. Minuciano ſororis Caji marito, & Valerio Aſiatico.

3. Secretum *deſiderare* eſt velle omnino ſolum eſſe. Ita Domitianus apud Plin. Paneg. 48. 5. *Non adire quiſquam, non alloqui audebat, tenebras ſemper, ſecretumque captantem.* Et Otho apud noſtr. 10. 4.

4. Eo, Cajo.

5. Diætam i. cœnationem, ſive locum, ubi cœnabant. Sidon. Epiſt. 11. 2. *Ex hoc triclinio fit in diætam, ſive in cœnatiunculam tranſitus.* V. *Velſer. Epiſt. de Zeta & Zetarie.*

6. Hermeum, ut *Iſeum*, *Serapeum* dicit ἀπὸ τῦ Ἑρμῦ, a Mercurio, a cujus nomine cœnaculo huic nomen fuit inditum. Lucullus triclinium habuit nomine Apollinem, unde cœnare *in Apolline.* Plutarch. Lucul. p. 519. D. Πλὴν τοσῦτο μόνον ἀπεφθέγξατο συνιχθήναι, ἕκαστον πρὸς ἕνα τῶν οἰκετῶν, εἰπεῖν, ὅτι σήμερον ἐν τῷ Ἀπόλλωνι δειπνήσει· τῦτο γάρ τις εἶχε τῶν πολυτελῶν οἴκων ὄνομα. Ἐκεῖθεν δὲ δεῖπνον ἐν τῷ Ἀπόλλωνι μυριάδων. *Id modo largiti ſunt petenti, palam ut uni ſervorum diceret, hodie ipſum in Apolline cœnaturum: id uni ex ſplendidis tricliniis nomen erat. Cœnare in Apolline quinquaginta millibus denariorum ſollenne habebat.* V. lapidem veterem ſupr. Cal. 18. 7. §. 26.

7. Solarium locus erat in ædibus, ubi *ſolem* excipere, & apricari ſolebant. Macrob. Sat. II. 4. *Ego, ut me populus Romanus dicat bene cultum, in ſolario ambulaturus ſum.* Unde Ulpian. Digeſt. VIII. 2. 17. *Sin vero heliocamino, vel ſolario, dicendum erit, quia umbram facit in loco, cui ſol fuit neceſſarius, contra ſervitutem impoſitam fieri.* In crypta quadam de ſalute ſua anxium latuiſſe dicit Joſeph. Ant. Jud. XIX. 2. Ἐν ἀμηχάνοις ὢν περὶ τῆς σωτηρίας, ἔν τινι στενωπῷ κατειλημμένον ἐκρύπτετο αὐτόν. Et ſtatim addit. Ἑστήκει δὲ κατά τι προσβατὸν ὀλίγαις βαθμῖσι χωρίον, ἐπισταλκὼς τῷ κατ' αὐτὸν σκότῳ. *Stabat in quodam loco gradibus aliquot acceſſibili, obſcuritate ejus ſe occulens.* Dio LX. p. 664. E. Εὗρον τὸν Κλαύδιον ἐν γωνίᾳ τινὶ σκοτεινῇ κατακεκρυμμένον. *Claudium invenerunt in obſcuro angulo occultatum.* *Solarii* meminit noſter etiam Ner. 16. 1.

8. Prætendere verbum eſt caſtrorum. *Prætenta caſtra* dicuntur, homines vero ipſi *prætendere.* Hinc & *prætentura*, παρεμβολαὶ, προβολαί. *Prætendere & prætendi* proprie de his dicitur, quæ ad frontem objecta ſunt, καὶ προβεβλημένα. Plura *Salmaſ. Exercit. Plin. p.* 295. *a. D.*

9. Vela i. aulæa, quæ in domibus principum ante fores cubiculorum prætendi ſolent. * Pollux X. c. 7. Πρὸ μὲν τῦ κοιτῶνος ἐπὶ ταῖς θύραις παραπετασμάτων σοι δεῖ. *Præ foribus cubiculi tibi ſint vela.* Tacit. Ann. XIII. 5. 2. *Ut adſtaret abditis a tergo foribus velo diſcreta, quod viſum arceret, auditum non adimeret.* Lamprid. Alex. Sev. infr. Veſp. 14. 2. §. 8. *Velum* hoc *cubiculare* vocat, & ejus *objectu* ſe abdidiſſe Heliogabalum dicit idem c. 14. *Subito militum ſtrepitu exterritus in angulum ſe condit: objectuque veli cubicularis, quod in introitu erat cubiculi, ſe texit.* V. *Beroaldum & Torrentium, Lipſ. in Tacit. Ann. p.* 146. & *Sagittar. de jan. vet. c.* 24. §. 3.

10. Gregarius miles. Joſephus. Καὶ Γρᾶτος τῶν περὶ τὸ παλάτιον τις τῶν στρατιωτῶν. *Gratus unus ex Palatinis militibus.*

11. E studio sciscitandi quisnam esset, quia non valuit vultum ejus diſcernere præ tenebris, hominem tamen eſſe videns, qui latere cupiat. Joſeph. Ant. Jud. XIX. 2. Καὶ τῦ μὲν ἀκριβωσαμένου τὴν ὄψιν ἀμαθὴς ὢν διὰ τὸ σκότος, τῦ δὲ ἄνθρωπόν τινα τὸν ὑπολοχῶντα. Ita vero ſolent homines. Apul. Flor. IV. p. 362. *Propius acceſſit, ut etiam incognoſceret, more ingenii humani, quiſnam eſſet.* Petron. c. 71. *Vitio gentis* (quid ſi *mentis*) *humanæ concupiit ſcire, quis, aut quid faceret.* Noſt. Vit. 17. 2.

12. Agnoverit quomodo Claudium latentem Gratus, etiam tradit Joſephus. Προσιὼν τε ἐγγύτερον, καὶ ὑποχωρεῖν ἠξιωκότος ἐπέκειτο, καὶ καταλαβὼν ἐπεγνώριζε. *Propius accedit Gratus, & illum rogante Claudio, ut recederet, inſtare cœpit, & apprehenſum agnovit.*

13. Imperatorem quomodo *ſalutaverit* Claudium Gratus, explicat Joſeph. Ant. Jud. XIX. 2. Καὶ ὁ Γρᾶτος μειδιάσας, ἐπισπᾶται τῆς δεξιᾶς, καὶ παῦσαι φησὶ μικρολογούμενος περὶ τῆς σωτηρίας, δέον σε μεγαλοφρονεῖσθαι περὶ τῆς ἡγεμονίας, ἣν οἱ θεοὶ Γάϊον ἀφῃρημένοι τῇ σῇ συγχωροῦσιν ἀρετῇ, πρόνοιαν τῆς οἰκουμένης λαβόντες: ἀλλ' ἴθι, καὶ τῶν προγόνων ἀπολάμβανε τὸν θρόνον. *Et Gratus ſubridens dextra prehendit, & deſine, inquit, de incolumitate eſſe ſolicitus, cum potius debeas animum erigere ad principatum, quem dii Cajo ſublato tuæ virtuti offerunt, orbem terrarum reſpicientes: quare age majorum tuorum thronum recipe.*

14. Commilitonibus ſe ſequentibus dixit Gratus. Γερμανικὸς μὲν οὗτος, καὶ ἡγώμεθα τῦτον ἡγεμόνα. *Joſephus.*

15. Nec

poſtero vero die, ſenatu ſegniore in exſequendis conatibus, per tædium ac diſſenſionem diverſa cenſentium [28], & multitudine quæ circumſtabat, unum rectorem [29] jam, & nominatim expoſcente, armatos [30] pro concione jurare in nomen [31] ſuum paſſus eſt: promiſitque ſingulis quinadena HS. [32] primus Cæſarum fidem militis etiam præmio pigneratus [33].

27. Responderit quid Claudius legatis, annotavit Joſeph. Ant. Jud. xix. 3. Ἔλεγεν δὲ Κλαύδιος, οὐ θαυμάζειν τὴν βουλὴν ἡδονῇ μὴ φέρουσαν ἄρχεσθαι, διὰ τὸ ὠμότητι τετρῦσθαι τῶν πρότερον ἐπὶ τὸ ἡγεμονεύειν καταστάντων: γεύσειν δὲ αὐτοὺς ἐπιεικείας τῆς καθ' αὑτὸν, μετρίων καιρῶν, ὀνόματι μὲν μόνον τῆς ἀρχῆς ἐσομένης, ἔργῳ δὲ κοινῇ πᾶσι προκεισομένης εἰς μέσον: διὰ πολλῶν δὲ καὶ ποικίλων ἀδυνκότων πραγμάτων ἐν ὄψει τῇ ἐκείνων καλῶς ἔχειν μὴ ἀπιστεῖν: καὶ οἱ μὲν πρέσβεις τοιούτων ἀκροάσει λόγων καθομιληθέντες, ἐξεπέμποντο. *Reſpondit igitur Claudius, mirum non videri, quod ſenatus ægre ferat ſubeſſe unius arbitrio, expertus aliquot principum ſævitiam: nunc vero deguſtaturum eum æquam, ac moderatam dominationem, quæ nomen quidem principatus habeat, ſed revera omnia gerat de communi ſententia: quare non eſſe, cur de ejus fide dubitent, quem in varia temporum conditione nunquam ab honeſto diſceſſiſſe ſuis ipſi oculis viderint: & cum his mandatis legati dimiſſi ſunt.*

28. Diversa censuisse patres tradit Dio lx. p. 664. D. Καὶ πολλαὶ, καὶ ποικίλαι γνῶμαι ἐλέχθησαν: τοῖς μὲν γὰρ δημοκρατεῖσθαι, τοῖς δὲ μοναρχεῖσθαι ἐδόκει: καὶ οἱ μὲν τὸν, οἱ δὲ τὸν ᾑροῦντο. *Ibi ſententiis diſcrepatum, quum alii populo ſummam reipublicæ reſtituendam, alii principem habendum cenſerent: atque hi rurſum, alius alii principatum deferret.*

29. Multitudo unum rectorem quare popoſcerit, docet Joſeph. Ant. Jud. xix. 2. Ὁ δῆμος φθόνῳ τε πρὸς ἐκεῖνον κεκινημένος, καὶ τῶν πλεονεξιῶν αὐτῆς ἐπιστόμισμα τοὺς αὐτοκράτορας ἰδὼν, καὶ αὐτοῦ καταφυγὴν, ἔχαιρε τῇ Κλαυδίου ἁρπαγῇ, στάσιν τε ἔμφυλον, ὁποία καὶ ἐπὶ Πομπηίου γένοιτο, ἀπαλλάξειν αὐτὸν ὑπολαμβανομένων τοῦτον αὐτοκράτορα καθιστάμενον. *Plebs hanc felicitatem illi, ſenatui, invidens, & frenum ejus cupiditatibus imperatoriam poteſtatem eſſe exiſtimans, ſibique refugium, ſibi gaudebat, Claudium a militibus ablatum eſſe, ſperans hujus opera ſe cariturum bellis civilibus, & aliis malis, quæ Pompejanis temporibus acciderant.*

30. Armatos i. milites. Nep. i. 5. i. *Decem millia armatorum completa ſunt.* 9. 2. *Navem triremem armatis ornat.*

31. Jurabant in nomen ejus, qui ſummo imperio erat præfuturus, ei obedientiam promittebant, & ejus *nomen* in ſacramento nominabatur. Unde & *in nomen jurare* dicebantur milites. Ammian. xxi. 5. *Juſſi univerſi in ejus nomen jurare ſolenniter, gladiis cervicibus ſuis admotis ſub exſecrationibus diris, verbis juravere conceptis, omnes pro eo caſus, quoad vitam profuderint, ſi id neceſſitas exegerit, perlaturos.* Et *in verba* ducis. Liv. xxviii. 29. *Citati nominatim milites apud tribunos militum in verba P. Scipionis jurant.* Noſt. Galb. 11. 2. Oth. 8. 1. Vitell. 15. 1. Veſp. 6. 7. De hoc *jurejurando* Joſeph. Ant. Jud. xix. 3. Κλαύδιος δὲ τῷ στρατῷ συναχθέντι διελέγετο, ὅρκους λαμβάνων, ἦ μὴν ἐμμενεῖν πίστει τῇ πρὸς αὐτόν. *Claudius apud exercitum convocatum orationem habuit, ſacramento adactum, ut in fide maneret.*

32. Quinadena is noſter; ſed quina milia drachmarum Joſephus. Καὶ δωρεῖται τοὺς σωματοφύλακας πεντακισχιλίαις δραχμαῖς καθ' ἕκαστον ἄνδρα. Quem ſi audimus, vicena milia dederit Claudius. Hujus ſumma nobis efficit quingentos Philippeos, ut illius trecentos ſeptuaginta quinque. V. *Lipſ. Admir.* ii. 14.

33. Pigneratus i. quaſi *pignore* ſibi obligavit, & devinxit. Cicer. Phil. xiv. 12. *Etenim Mars ipſe ex acie fortiſſimum quemque pignerari ſolet.* Fortiſſimum *pigneratur* Mars, dum fortiſſimus quiſque primus in prælio occumbit. Vulgo *pignerari* eſt quod dicimus per executionem capere, i. *pignora* capere. Cicer. Verr. iii. 11. *Cum in his rebus omnibus publicanus petitor, ac pignerator, non ereptor, neque poſſeſſor ſoleat eſſe.* Judicis enim auctoritate *pignora* capere debebat publicanus. Per activum dicit Juven. vii. 73.

Cujus & alveolos, & lanam pignerat Atreus.

V. *Bud. in Pandect.* p. 178. & *Roa Sing.* i. 2. 9.

CAPUT XI.

ARG. *Factorum, dictorumque oblivionem ſancit, Auguſto, aviæ Liviæ, parentibus, fratri, M. Antonio avo, Tiberio, & ipſi Cajo honores diverſos decernit Tiberius Claudius Druſus Cæſar.*

Imperio ſtabilito nihil antiquius [1] duxit, quam id biduum quo de mutando Reipublicæ 1

Antiquius i. potius, melius. Liv. vi. 40. *Claudiæ genti jam inde ab initio nil antiquius in Republica patrum majeſtate fuiſſe.* Noſt. Veſp. 8. 2. Vitell. 15. 6. Hoc a Græcis ſumptum eſt, apud quos ad verbum dicitur, τοῦτο τὴν ἐπιμέλειαν τῶν πατρώων μάλιστα ἐποιεῖτο. Herod. v. Τὰ γὰρ τοῦ θεοῦ πρεσβύτερα ἐποιεῦντο ἢ τὰ τῶν ἀνδρῶν. *Res divinas antiquiores humanis habuerunt* i. prævertendas, & potiore cura profe-

2 blicæ ſtatu hæſitatum erat, memoriæ eximere [2]. Omnium itaque factorum [3] dicto-
3 rumque in eo veniam & oblivionem in perpetuum ſanxit ac præſtitit. Tribunis modo ac centurionibus paucis e conjuratorum [4] in Cajum numero interemptis, exempli
4 ſimul cauſa [5], & quod ſuam quoque cædem [6] depopoſciſſe cognoverat. Converſus hinc ad officia pietatis [7], jusjurandum neque ſanctius ſibi neque crebrius inſtituit quam
5 per Auguſtum [8]. Aviæ Liviæ divinos honores [9], & circenſi pompa currum elephanto-

proſequendas. Et tractum ab honore, qui ſenectuti olim exhibebatur. V. quoque *Bud. in Pandect.* *p.* 256. *Comm. L. G. p.* 370.

2. Memoriæ eximere i. vetare ullam de illo biduo fieri mentionem. Ita *beatorum numero eximere* aliquem, eſt nolle illum *beatis annumerari*. Horat. Od. II. 2. 18.

3. Factorum dictorumque... V. ſupr. Tib. 4. 3. §. 9.

4. E conjuratis *interemptos* eſſe Chæream & Lupum dicit Joſephus Ant. Jud. xix. 3. Κλαύδιος δὲ ἐπεί περ εἰς τὸ Παλάτιον ἀφικνεῖται, συναγαγὼν τοὺς ἑταίρους, ψῆφον ἀνεδίδου περὶ Χαιρέου. Τοῖς δὲ τὸ μὲν ἔργον λαμπρὸν ἐδόκει, ἀπιστίαν δὲ ἐπεκάλουν τῷ πεπραχότι, καὶ αὐτῷ τιμωρίαν ἐπιβάλλειν δίκαιον ἡγοῦντο ἐπ' ἀποτροπῇ τοῦ μέλλοντος χρόνου. Ἀπήγετο οὖν τὴν ἐπὶ θανάτῳ, καὶ σὺν αὐτῷ Λύππος τε καὶ Ῥωμαίων πλείους. Λέγεται δὲ Χαιρέαν μεγαλοφρόνως ἐνεγκεῖν τὴν συμφορὰν, οὐ μόνον τῷ κατ' αὐτὸν ἀμεταπτώτῳ τοῦ σχήματος, ἀλλὰ καὶ οἷς ὠνείδιζεν Λύππον εἰς δάκρυα ἐκτετραμμένον. Πλήθους τε ἀθροισθέντος ἐπομένου κατὰ θέαν, ὡς ἧκεν ἐπὶ τὸ χωρίον, ἤρετο τὸν στρατιώτην, εἰ διὰ μελέτης αὐτῷ γεγόνασιν αἱ σφαγαὶ, ἢ πρῶτον ἔχοι τὸ ξίφος: καὶ ἐκέλευσε κομίζειν, ᾧ Γάϊον μετακεχείριστο αὐτός. Θνήσκει δὲ εὐδαιμόνως μιᾶς πληγῆς αὐτῷ γενομένης. Λύππος δὲ οὐ πάνυ δεξιῶς ὑπεξῆλθεν ἀθυμίᾳ, καὶ πληγῶν πλειόνων γενομένων, διὰ τὸ μαλακῶς τὸν τράχηλον παρασχεῖν. *Claudius in Palatium delatus, convocatis amicis, capitalem ſententiam in Chæream dixit. Quamvis enim facinus per ſe videbatur magnificum, perfidia tamen crimen objectum eſt, & exemplum erat ſtatuendum in tempus futurum. Ductus eſt igitur ad ſupplicium, & cum illo Lupus, & plures Romani. Fertur Chæream magno animo tuliſſe illud infortunium, nihil mutato vultu ad indecorum habitum, atque etiam Lupo exprobraſſe lacrymas. Et inſpectante corona eorum, qui deduxerant, rogavit militem, num exercitatus eſſet ad cædes, & num acutum haberet gladium; juſſitque adferri illum, quo ipſe Cajum interfecerat. Feliciter autem uno ictu periit. Sed Lupus dejecto animo parum fortiter cervicem præbens pluribus ictibus demum confectus eſt.*

5. Exempli causa regicidas interfecerunt veteres. Senec. Oedip. II. 139.

Quod facere monitu cælitum juſſus paro,
Functi cineribus regis hoc decuit dari,
Ne ſancta quiſquam ſceptra violaret dolo.
Regi tuenda maxime regum eſt ſalus.

Ita Vitellius interfectores Galbæ *omnes conquiri, & interfici juſſit, non honore Galbæ, ſed tradito principibus more, munimentum ad præſens, in poſterum ultionem.* Tacit. Hiſt. I. 44. 4. Noſt. Vitel. 10. 3. Unde *illos Capitolii aſpectus, & imminentium templorum religio, & priores, & futuros principes, quo minus facerent ſcelus, cujus ultor eſt, quiſquis ſucceſſit, non terruiſſe* dicit Tacit. ibid. 40. 4. Plura Clapmar. de arcan. imp. III. 17. Et Chæream Claudius. Dio LX. p. 666. C. Τὸν μὲν οὖν Χαιρέαν, καὶ τινας ἄλλους, καίπερ πάνυ ἐπὶ τῷ τοῦ Γαΐου θανάτῳ ἡσθεὶς, ὅμως ἀπέκτεινεν: οὐ γὰρ, ὅτι τὴν ἀρχὴν διὰ τὴν ἐκείνων πρᾶξιν ἐλάμβανε, χάριν αὐτοῖς ᾔδει, ἀλλ' ὅτι ἐτόλμησαν αὐτοκράτορα ἀποσφάξαι, ἐδυσχέραινε, πράττων τὸ καθ' ἑαυτὸν ἐς ἀσφάλειαν προορώμενος. Ἔπραξε δὲ τοῦτο, οὐχ ὡς καὶ τῷ Γαΐῳ τιμωρῶν, ἀλλ' ὡς ἑαυτῷ ἐπιβεβουλευκότα λαβών. *At Chæream Claudius, & quoſdam alios, quamquam ei mors Caii eſſet gratiſſima, necavit, non gratias illi habens, quod ipſius facinore ad imperium evectus eſſet, ſed iratus ei, qui auſus fuiſſet principem trucidare, ac eminus de ſua ipſe ſecuritate ſolicitus. Quippe fecit hoc, non quaſi Cajum ulciſcens, ſed veluti nactus hominem, qui ſibi quoque inſidias ſtructurus eſſet.*

6. Cæsurum ſe Claudium promiſerat Chæreas. Joſephus. Εἰ καί περ ὁ Χαιρέας ὠνείδιζεν αὐτοὺς, καὶ ἕτερα πολλὰ τοιαῦτα, τήν τε κεφαλὴν κομιεῖν τὴν Κλαυδίου. Δεινὸν γὰρ εἰ μετὰ μανίαν παραφροσύνῃ δώσουσι τὴν ἡγεμονίαν. *Idque tum eo dicto exprobrabat eis Chærea, multaque alia, allaturum ſe Claudii caput minitans. Indignum enim eſſe, ſi poſt inſanum ſtulto principatum committant.*

* 7. Pietatis mimo imperatores, cum adirent imperium, populi benevolentiam aucupabantur. Edictum primum, quo Tiberius, Auguſto mortuo, cogebat ſenatum, erat *de honoribus parentis conſulturum, neque abſcedere a corpore, idque unum ex publicis muneribus uſurpare.* Tacit. Annal. I. 7. 4. Ita Claudius hoc loco & Nero infr. 9. 1. *Græv. in Cicer. de Offic.* II. 13.

8. Per Augusti *nomen & numen* etiamnum vivi juraverunt Romani. Horat. Epiſt. II. 1. 16.

Jurandasque tuum per nomen ponimus aras.

Jurandi formulæ erant *per principis ſalutem, fortunam, genium.* ſupr. Cal. 27. 5. §. 26.

* 9. Divinos honores obtinuerunt etiam Auguſtæ, ſive Auguſtorum uxores & ſorores. De Fauſtina, Antonini Philoſophi uxore Capitol. c. 26. *Divam etiam Fauſtinam a ſenatu appellatam gratulatus eſt.* De Druſilla Caji Caligulæ ſorore Noſt. ſupr. Cal. 24. 7. & ad illum Dio. *Liviæ divinos honores* denarrat Dio p. 667. E. Τήν τε τήθην τὴν Λιουίαν οὐ μόνον ἱππικοῖς ἀγῶσιν ἐτίμησεν, ἀλλὰ καὶ ἀπηθανάτισεν, ἄγαλμά τε τι ἐν τῷ Αὐγουστείῳ ἱδρύσας, καὶ τὰς θυσίας ταῖς ἀειπαρθένοις ἱερωσύναις προστάξας, ταῖς τε γυναιξὶν ἔχειν τὸ ὄνομα

phantorum [10] Auguſtino [11] ſimilem decernendum curavit. Parentibus inferias [12] publicas: & hoc amplius patri [13] circenſes annuos natali die: matri carpentum [14], quo 6
per circum duceretur, & cognomen Auguſtæ, ab avia [15] recuſatum. Ad fratris memoriam per omnem occaſionem celebratam, comœdiam quoque Græcam [16] Neapo- 7
litano [17] certamine docuit [18], ac de [19] ſententia judicum [20] coronavit [21]. Ne Marcum 8
quidem

ὄνομα αὐτῆς ποιεῖσθαι κελεύσας. *Aviam Liviam non ſolum ludis equeſtribus honoravit, ſed etiam immortalitati aſſeruit, dedicavitque ejus effigiem in templo Auguſti, ac rem ſacram ei Veſtales facere, mulieresque per ejus nomen jurare juſſit.* Hinc Diva fuit dicta, & Dentriæ Pollæ ſacerdotis Liviæ mentio fit in vetuſta illa baſi, quam exhibet Panvin. de Civ. Rom. c. 27.

DENTRIÆ. L. F. POLLÆ.
SACERDOTI. DIVÆ.
AUGUSTÆ.
POST. MORTEM.
D. D.

10. Ab elephantis in circum interdum trahebantur ſtatuæ. Dio lix. p. 650. B. Καὶ μετὰ τοῦτο ἐπανελθὼν πρὸς τὰ τῆς Δρουσίλλης γενέσια, ἄγαλμά τι αὐτῆς ἐπ' ἐλεφάντων ἐν ἁρμαμάξῃ ἐς τὸν ἱππόδρομον ἐσήγαγε. *Reverſus inde ad Druſillæ natalitia, effigiem ejus elephantis impoſitam bigis in circum invexit.* lxxiv. p. 841. A. Καὶ χρυσῆν εἰκόνα αὐτοῦ ἐφ' ἅρματος ἐλεφάντων ἐς τὸν ἱππόδρομον ἐσάγεσθαι ἐκέλευσε. Severus *præcepit quoque, ut ſtatua ejus aurea curru ab elephantis veheretur in circum.* V. *Figrell. de ſtat. Rom. c.* 33.

11. Augustino i. ei, quo ſtatua *Auguſti* ferebatur. Auguſti currum egiſſe elephantos docet Xiphil. lxi. p. 697. C. Καὶ οἱ ἐλέφαντες οἱ τὴν τοῦ Αὐγούστου ἁρμάμαξαν ἄγοντες, ἐς μὲν τὸν ἱππόδρομον ἐσῆλθον, καὶ μέχρι τῆς τῶν βουλευτῶν ἕδρας ἀφίκοντο. *Et elephanti, qui trahebant currum Auguſti, in circum ingreſſi eo uſque ubi ſenatores ſedent, proceſſerant.* V. quoque *Scheff. de re veh.* i. 9.

12. Inferias V. ſupr. Cal. 3. 7. §. 15.

13. Patri & matri Circenses inſtituiſſe Claudium prodidit Dio lx. p. 667. D. Τῷ δὲ δὴ Δρούσῳ τῷ πατρί, τῇ τε Ἀντωνίᾳ τῇ μητρὶ ἱπποδρομίας ἐς τὰ γενέσια ἔδωκε, τὰς πανηγύρεις τὰς ἐς ταὐτὸν αὐταῖς συμβαινούσας μεταθεὶς ἐς ἑτέρας ἡμέρας, ὅπως μὴ ἅμα ποιῶνται. *Druſo patri, & Antoniæ matri ludos equeſtres eorum natalibus inſtituit, tranſlatis in ludis, qui in eos dies incidiſſent, in aliud tempus, ne ſimul fierent.*

14. Carpentum V. ſupr. Tib. 2. 8. §. 49.

15. Aviam *Liviam* Auguſtæ cognomen *recuſaſſe* videtur dicere noſter: certe ex noſtro dicit Torrent. ſupr. Aug. 102. n. 3. *Auguſtam* tamen illam faciunt, & ſcribunt etiamnum vivam fuiſſe dictam Plinius, Tacitus, ipſe Suetonius forte, ſi librarius hunc locum non pervertit, ſui oblitus ſupr. Aug. 102. 3. §. 14. Ambitio etiam feminæ tanta fuit, ut, licet vitare viva potuiſſet (vivam enim, quin Auguſta vocaretur, vitare non potuiſſe, quamvis neminem opinionis ſuæ auctorem laudet, opinatur Torrentius) vitare noluerit. Placet itaque mihi conjectura Lipſii in Tacit. Ann. i. §. 53. legentis, *ab viva* n. Antonia matre. Hanc Auguſtæ cognomine a Cajo nepote donatam fuiſſe dixit Dio ſupr. Cal. 15. 6. §. 22. ſed propter *indignitates & tædia*, quibus illi *mortis cauſa exſtitit* Cajus ſupr. 23. 5. illud ſpreviſſe vero ſimile eſt.

16. Græcam hanc dicit comœdiam, quia *Græci* genere ſunt Neapolitani, & ſtudio orationis. Philoſtratus nos docuit Cal. 20. 1. §. 3. Unde Parthenopen de patre ſuo Neapolitano ad hunc modum alloquitur Statius ipſe Neapolitanus Sylv. v. 3. 109.

Si tu ſtirpe vetus, famaque obſcura jaceres
Nil gentile tenens, illo te cive probares
Grajam, atque Euboico majorum ſanguine duci.
Ille tuis toties præſtrinxit tempora ſertis,
Cum ſtata laudato caneret quinquennia verſu.

V. & *Fabr. Agoniſt.* iii. 26.

17. Neapolim deſcripſi ſupr. Aug. 99. 5. §. 9. Ibi qui vixerit Claudius, docet Dio lx. p. 668. D. Ἐπεὶ ἔν γε τῇ Νεαπόλει καὶ παντάπασιν ἰδιωτικῶς ἔζη, τά τε γὰρ ἄλλα Ἑλληνικῶς, καὶ αὐτός, καὶ οἱ συνόντες οἱ διῃτᾶτο· καὶ ἐν μὲν ταῖς τῆς μουσικῆς θεωρίαις ἱμάτιον καὶ κρηπῖδας, ἐν δὲ τῷ γυμνικῷ ἀγῶνι πορφυρίδα, καὶ στέφανον χρυσοῦν ἐλάμβανε. *Neapoli ſane omnino tanquam privatus egit, quum ipſe, ac familia ejus Græco more viverent, ac certaminibus muſicis pallium & ſoleas, gymnicis purpuram, & auream coronam ferret.* De utroque hoc certamine *Neapolitano* etiam Strabo ſupr. Aug. 99. 5. §. 12. ubi gymnici meminit noſter, ut hoc loco muſici.

18. Docuit i. ſcripſit; & exhibendam populo dedit. Cicer. de clar. orat. c. 18. *Livius, qui primus fabulam C. Clodio Cæci filio, & M. Tuditano conſulibus fabulam docuit.* Ita Græci διδάσκειν δρᾶμα. Unde κωμῳδοδιδάσκαλοι, & τραγῳδοδιδάσκαλοι. V. & *Torrentium. Wouw. Polym. c.* 12. §. 13.

19. De i. ex. Cicer. Fam. iii. 29. *Duos parietes de eadem fidelia dealbare.* Noſt. Galb. 18. 7. Tit. 5. 4. Exempla collegerunt *Vechn. Hellen.* ii. 3. & *Rhod. Lex. Scribon.*

* 20. Judicum, qui de coronis, aliiſque præmiis in ſcena contendentibus adhibebantur. Schol. Horat. Sat. i. 10. 38. *Metius Tarpa fuit judex criticus, auditor aſſiduus poematum in æde Apollinis & Muſarum, quo convenire ſolebant poetæ, ſuaque ſcripta recitare, quæ niſi a Tarpa, aut alio critico, qui numero erant quinque, probarentur, in ſcenam non deferebantur.* Heſychius. Πέντε κριταὶ (ita legendum pro πεντεκαῖται) τοσοῦτοι τοῖς κωμικοῖς ἔκρινον, οὐ μόνον Ἀθήνησιν, ἀλλὰ καὶ ἐν Σικελίᾳ. Idem Zenob. iii. 64. Τῶν τραγῳδῶν

quidem Antonium [22] inhonoratum [23], ac ſine grata mentione tranſmiſit: teſtatus quondam per edictum, *Tanto impenſius petere ſe, ut natalem* [24] *patris Druſi celebra-*
9 *rent, quod idem eſſet & avi ſui Antonii.* Tiberio marmoreum arcum [25], juxta Pom-
10 peji theatrum decretum [26] quidem olim a ſenatu, verum omiſſum, peregit [27]. Caji [28] quoque etſi acta omnia reſcidit, diem tamen necis, quamvis exordium principatus ſui, vetuit inter feſtos [29] referri.

κριτῶν meminit Plutarch. Cimon. p. 483. E. Sympoſ. v. 2. Inſcriptio. HIC CVM. ESSET. ANNORVM. XIII. ROMAE. CERTAMINE. JOVIS. CAPITOLINI. LVSTRO SEXTO. CLARITATE. INGENII. CORONATVS. EST. INTER. POETAS. LATINOS. OMNIBVS. SENTENTIIS. IVDICVM. *Wower. de Polym. c. 16. n. 22.*

21. CORONAVIT I. *coronam* retulit. Nec ſcio, an alius quiſpiam ita locutus ſit. Simili tamen locutione *damnare reum* dicitur accuſator, quem ſua actione convincit, ſupr. Tib. 8. 3. §. 11. *Torrentius.* Scenicos victores *coronatos* fuiſſe notum eſt. Varronem V. ſupr. Aug. 45. 4. §. 16. Unde agones illi ſunt dicti στεφανῖται. Demoſt. orat. in Leptinem p. 502. B. *Μεγίστας δέδοτε ἐκ παντὸς τοῦ χρόνου δωρεὰς τοῖς τοὺς γυμνικοὺς ἀγῶνας νικῶσι τοῖς στεφανίταις. Maxima dona ab omni ævo in eos contuliſtis, qui ludis gymnicis coronarii victores eſſent.* Ubi Ulpian. p. 596. *Τοὺς ἐποδικοὺς καλουμένους λέγει, οἱ μὲν γὰρ τῶν ἀγώνων εἰσὶ στεφανῖται, οἱ δὲ ἀργυρῖται. Ludos intelligit epodices, in quibus cantu certatur. Certaminum enim alia coronis, alia argente donantur.* Noſt. Ner. 53. 3. Domit. 4. 9. V. *Bulenger. de theatr.* I. 59. *Voſſ. Inſtit. Poet.* II. 10. §. 14. *de Imitat. c.* II. §. 6. *Lipſ. Epiſt. ad Belg. Cent.* II. 100.

22. MARCUM ANTONIUM, quia ejus fuit maternus avus, utpote pater *Antoniæ*, quæ mater fuit Claudii, quam ex Octavia Auguſti ſorore ſuſceperat. Hinc ait ipſe Claudius apud Senec. Conſol. ad Polyb. c. 35. *M. Antonius avus meus fratrem interfectum audivit.* Beroaldus, Torrentius, & Grævius.

23. INHONORATUM I. non ornatum. *Honor* pro ornamento, & exiſtimatione ad laudem. Flor. IV. 12. 60. *Regis corpus obrutum limo repertum eſt in aurea lorica honore.* Ovid. Faſt. I. 621.

Mox honor eripitur.

V. & *Chiment. de hon. biſell. c.* 33.

24. NATALEM majorum celebrare ſolebant minores, ſive poſteri. Veſpaſiani Titus apud Joſeph. de B. J. VII. 20. *Μετὰ τοῦτο Καῖσαρ εἰς Βηρυτὸν ἧκεν· κἀνταῦθα χρονιωτέραν ἐποιήσατο τὴν ἐπιδημίαν, πλείονι χρώμενος τῇ λαμπρότητι, περὶ τὴν τοῦ πατρὸς ἡμέραν γενέθλιον, ἔν τε ταῖς τῶν θεωριῶν πολυτελείαις, καὶ κατὰ τὴν ἄλλην ἐπίνοιαν τῶν ἄλλων ἀναλωμάτων. Poſtea Cæſar Berytum venit: & illic diutius moratus eſt, majore ſplendore celebrans natalem patris diem tam magnificentia ſpectaculorum, quam ſumptibus aliis excogitatis.* Druſi & Antoniæ Claudius apud Dion. ſupr. §. 13. Othonis Salvius Coccejanus apud noſtr. Domit. 10. 5.

25. ARCUM hunc in circo Flaminio, ſive in regione Urbis nona collocant *Panvin. Comm. R. R.* I. *p.* 95. *Merul. Coſmog.* II. 4. p. 782.

26. DECRETUM hunc arcum Tiberio, cum Pompeji theatrum, quod V. ſupr. Aug. 31. 10. §. 46. reſtituiſſet ſupr. 47. 1. putat *Torrentius.*

27. PEREGIT I. abſolvit. V. ſupr. Cal. 21. 4. §. 10.

28. CAJI, & illorum, qui de *Cajo* quid decreverant. Dio LX. p. 667. D. *Τὰ μὲν δὴ ὑπὸ τοῦ Γαΐου, καὶ ὑφ' ἑτέρων δι' ἐκεῖνον οὐκ ὀρθῶς γιγνόμενα ἀνέτρεψε. Claudius quæ a Cajo, aut ab aliis propter eum, perperam eſſent ſtatuta, reſcidit.*

29. INTER FESTOS *vetuit referri diem* hunc, quaſi majorem duxerit Cajanæ cædis, & luctus ex ea accepti, quam propriæ lætitiæ ex adepto principatu habendam rationem. *Sabellicus.* * Dies vero *feſti diis erant ſacrati. Illis inſunt ſacrificia, epulæ, ludi, feriæ.* Macrob. Sat. I. 16.

CAPUT XII.

ARG. *In ſemet augende parcus, & civilis eſt, & multum amoris, favoriſque colligit Claudius Druſus Cæſar.*

1 At [1] in ſemet augendo parcus [2] atque civilis [3], prænomine *imperatoris* [4] abſtinuit, nimios

AT; a pietate enim in ornandis parentibus, & neceſſitudinibus, pergit ad Claudii civilitatem in honoribus, qui illi offerebantur, recipiendis. V. Clariſſ. *Grævium.*

2. IN SEMET AUGENDO PARCUS I. in recipiendis honoribus moderatus, inſanos, & immodicos titulos non admittens. *Augere* eſt evehere, ornare, promovere. Nep. 19. 2. 3. *Namque auctus, adjutuſque a Demoſthene, eum, quem tenebat, adſcenderat gradum.* Callim. hymn. in Jovem. n. 95.

Οὐκ ἀρετῆς ἄτερ ὄλβος ἐπίσταται ἄνδρας ἀέξειν.

Sine virtute divitiæ non poſſunt homines ornare.

V. & *Grævium Lect. Heſiod. c.* I.

* 3. CIVILIS I. humanus, æquus, non ſuperbus, ſupra *cives* ſe non efferens, communi jure cum *civibus* utens. Ovid. Triſt. IV. 4. 13.

Ipſe pater patriæ (quid enim civilius illo).

Hinc *æquum* & *civilem* jungit Eutrop. VIII. 1. *Ner-*

nimios honores recuſavit, ſponſalia [5] filiæ [6] natalemque geniti nepotis ſilentio [7], ac tantum domeſtica religione [8] tranſegit. Neminem exſulum, niſi ex ſenatus aucto- 2
ritate, reſtituit: ut ſibi in curiam præfectum prætorii, tribunoſque militum ſecum inducere [9] liceret, utque rata eſſent [10] quæ procuratores [11] ſui in judicando ſtatuerent, precario [12] exegit. Jus nundinarum [13] in privata prædia [14] a conſulibus [15] petiit: 3
cogni-

va æquiſſimum ſe & civiliſſimum præbuit. Et *civilem* glorioſo opponit noſt. ſupr. c. 1. n. 9. qui etiam laudat Cæſaris *animum civilem* c. 75. n. 9. V. quæ & illic dixi. Illi opponitur *incivilis* infr. Tit. 6. 5.

4. PRÆNOMINE IMPERATORIS *abſtinuit* Claudius, quia regem dicit. V. ſupr. Cæſ. 76. 1. §. 8.

5. SPONSALIA *dicebatur contractus ſtipulationum & ſponſionum*, quo *qui uxorem ducturus erat, ab eo, unde ducenda erat, ſtipulabatur eam in matrimonium ductum iri: qui daturus erat, itidem ſpondebat daturum.* Gell. IV. 4. De *ſponſalibus* quam multa *Hotman.* c. 1--7.

6. FILIAS ex tribus uxoribus tulit Claudiam, Antoniam, & Octaviam infr. 27. 1. Harum quam intelligat, ſilent qui Claudii vitam reliquerunt.

7. SILENTIO i. ſine publica feſtivitate. *Beroaldus.* Illis enim & jus dixit, & ſenatum habuit. Dio LX. p. 668. B. Zonar. Ann. II. p. 182. Τὰς γὰρ θυγατέρας ἐν τῷ ἔτει τούτῳ, τὴν μὲν ἐγγυήσας Λυκίῳ Ἰουνίῳ Σιλανῷ, τὴν δὲ ἐκδοὺς Γναίῳ Πομπηίῳ Μάγνῳ, οὐδὲν ἐξαίρετον ἔπραξεν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἐδίκασε, καὶ ἡ βουλὴ ἠθροίσθη. *Filias duas eodem hoc anno, unam L. Junio Silano, alteram Cn. Pompejo Magno nuptum tradens, nihil a vulgari conſuetudine eximium fecit, quin & ipſe iis diebus jus dixit, & ſenatus actus eſt.* Noſt. infr. 14. 4. §. 7.

8. DOMESTICA RELIGIONE i. tantum in Palatio, non per totam Urbem. *Domeſtica* vero *religio* quæ fuerit, docet Varro de vit. P. R. II. apud Nonium 12. 36. *Natus ſi erat vitalis, ac ſublatus ab obſtetrice, ſtatuebatur in terra, ut auſpicaretur rectus eſſe, diis conjugalibus Pilumno & Picumno in ædibus lectus ſternebatur.* V. & *Meurſ. de Puerper.* c. 4.

9. INDUCERE IN CURIAM.... jure quodam ſingulari extra ordinem conceſſum fuit, ſed Imperatoris precibus. Primus hoc poſt Sejani cædem petiit, & impetravit Tiberius. Tacit. Ann. VI. 15. 5. *Dein redditis abſentia cauſis admodum vagis, flexit ad graviora, & offenſiones ob Rempublicam cœptas: utque Macro præfectus, tribunorumque, & centurionum pauci ſecum introirent, quoties curiam ingrederetur, petivit: factumque large, & ſine præſcriptione generis, aut numeri, ſenatuſconſultum.* Ita Rubrium Pollionem *in curiam induxit* Claudius apud Dion. LX. p. 680. C. Ῥουβρίῳ δὲ δὴ Πωλλίωνι τῷ ἐπάρχῳ εἰκόνα καὶ ἕδραν ἐν τῷ βουλευτικῷ ὁσάκις, ἂν ἐς τὸ συνέδριον αὐτῷ συνίοι, καὶ ἵνα γε μὴ καινοτομεῖν τι δόξῃ, ἔφη καὶ τὸν Αὔγουστον ἐπὶ Οὐαλερίου τινὸς Λίγυος τοῦτο πεποιηκέναι. *Rubrio autem Pollioni præfecto prætorio ſtatuam quoque ac ſedem inter ſenatores, quoties ipſum in curiam comitaviſſet, conceſſit: ac, ne novum id facere videretur, dixit Auguſtum hoc idem Valerio cuidam Liguri tribuiſſe.* V. quoque *Fabr. Semeſtr.* 1. 2. *Guther. de Offic. dom. Aug.* II. 16.

10. RATA ESSENT i. haberentur, ac ſi per magiſtratum ordinario jure eſſent facta. Tacit. Ann. XII. 60. 2. *Nam D. Auguſtus apud equeſtres, qui Ægypto præſiderent, lege agi, decretaque eorum proinde haberi juſſerat, ac ſi magiſtratus Romani conſtituiſſent.*

11. PROCURATORES, non legatos, aut proprætores, de quibus ſupr. Aug. 47. 1. §. 4. acceperunt quædam provinciæ Cæſaris minores. Horum præcipuum, ac proprium munus, ut reditus, ac tributa, aliaque quæ ad fiſcum, colligerent: ſed quoniam, nullo alio præſide, res ſæpe cogebat jus inter provinciales dici, etiam in re criminum, factum ut juriſdictionem aliquam ſibi ſumerent, præſidum exemplo, quam revera non habebant. Equites quoniam erant, aut liberti. Dio LIII. p. 506. B. Καὶ τοὺς ἐπιτρόπους, οὕτω γὰρ τοὺς τάς τε κοινὰς προσόδους ἐκλέγοντας, καὶ προστεταγμένα σφίσιν ἀναλίσκοντας ὀνομάζομεν, ἐς πάντα ὁμοίως τὰ ἔθνη, τά τε ἑαυτοῦ δὴ καὶ τὰ τοῦ δήμου, τοὺς μὲν ἐκ τῶν ἱππέων, τοὺς δὲ ἐκ τῶν ἀπελευθέρων πέμπει. *Procuratores, ita enim appellamus eos, qui publicos reditus colligunt, erogantque in omnes provincias, tam ſuas, quam populi, Cæſar mittit, quoſdam ex equitibus, quoſdam e libertis.* Itaque nec judicia, nec acta eorum rata, vocarique poterant ad diſquiſitionem principis, aut ſenatus: quoniam lege apud eos agi nefas. Unum excipio præfectum Ægypti, de quo Tacitus ſupr. §. 10. Attamen provinciis præerant, & jus ſæpe in crimine, & cauſa capitis dicebant. Exemplum in Pontio, qui Judææ *procurator*, non proprie præſes, ſententiam tulit de capite noſtri capitis, Chriſti ſervatoris. Noti, & diſcriminis cauſa in libris legum dicuntur *procuratores vice præſidis.* Cod. IX. 47. 2. *Procurator meus, qui vice præſidis non fungebatur, exſilii tibi pœnam non potuit irrogare.* De illis etiam Tacit. Ann. XII. 60. 1. *Eodem anno ſæpius audita vox principis, parem vim rerum habendam a procuratoribus ſuis judicatarum, ac ſi ipſe ſtatuiſſet.* Et noſt. Domit. 12. 6. V. *Lipſium in Tacitum. Guther. de Offic. dom. Aug.* III. 33. *Broid. Coroll. ad Pollet. For. Rom.* V. 17. *Hotman. de Magiſtr.* 1. §. 24.

12. PRECARIO. Recte. Nam præfectus prætorio in ſenatum venire non poterat. Unde *doluit palam Marcus, quod quum ſenator eſſet, præfectus prætorio fieri a ſe non poſſet* Pertinax apud Capitol. c. 2. Poſtea *præfectis prætorio ſuis ſenatoriam addidit dignitatem* Alexander Severus, *ut viri clariſſimi eſſent, & dicerentur: quod antea vel raro fuerat, vel omnino non*

fuerat:

4 cognitionibus [16] magiſtratuum [17], ut unus e conſiliariis [18] frequenter interfuit. Eoſdem ſpectacula edentes, ſurgens & ipſe cum cætera turba, voce ac manu veneratus [19] eſt. 5 Tribunis plebis adeuntibus ſe pro tribunali excuſavit, quod propter an-
6 guſtias [20] non poſſet audire eos niſi ſtantes [21]. Quare in brevi ſpatio tantum amoris favoriſque collegit, ut cum profectum cum Oſtiam periiſſe ex inſidiis nuntiatum eſſet, magna conſternatione populus, & militem quaſi proditorem, & ſenatum quaſi parricidam diris execrationibus inceſſere non ante deſtiterit, quam unus atque alter [22], & mox plures a magiſtratibus in Roſtra producti, ſalvum & appropinquare confirmarent.

fuerat: eouſque ut ſi quis imperatorum ſucceſſorem præfecto prætorii dare vellet, laticlaviam eidem per libertum ſummitteret. Lamprid. c. 21.

13. NUNDINAS *inſtituerunt Romani, ut octo quidem diebus in agris ruſtici opus facerent, nono autem die, intermiſſo rure, ad mercatum legeſque accipiendas Romam venirent.* Macrob. Saturn. I. 16.

14. IN PRIVATA PRÆDIA I. in vicos illos, ubi haberet prætoria, & villas. Plin. Epiſt. V. 4. *Solers vir prætorius a ſenatu petiit, ut ſibi inſtituere in agris ſuis nundinas permitteretur.* Unde de Antonii nundinis Cicer. Philipp. II. 36. *Non vectigalia ſolum, ſed etiam imperium populi Romani huius domeſticis nundinis deminutum eſt.* V. etiam *Torrentium*, & *Sigon. de antiq. jur. Ital.* II. 15. *Briſſon. Ant.* I. 15. *Tholoſ. Synt. jur.* XXV. 3.

* 15. A CONSULIBUS, cum antea petitum eſſet a ſenatu. Plinius ſupr. §. 14. & poſtea a Principe. Modeſtin. Digeſt. LII. I. *Nundinis impetratis a Principe.* Valens & Valent. Cod. IV. 60. *Qui exercendorum mercatuum aut nundinarum licentiam vel veterum indultu, vel noſtra auctoritate meruerunt.* V. quoque *Tholoſan. Synt. jur.* XXV. 3.

16. COGNITIONIBUS. V. illas infr. 15. 2. §. 10.

17. MAGISTRATUS quos intelligat, docet Dio LX. p. 667. B. Πολλάκις δὲ καὶ τοῖς ὑπάτοις, τοῖς τε στρατηγοῖς, καὶ μάλιστα τοῖς τὴν διοίκησιν ἔχουσι, συνεξητάζετο, καὶ ὀλίγα παντελῶς τοῖς ἄλλοις δικαστηρίοις ἐπέτρεπε. *Sæpe etiam cognitionibus conſulum, & prætorum, eorum maxime, qui ærarii curam gerebant, intererat, ac pauca aliis judiciis committebat.* Prætorem urbanum, cujus maxima fuerit in urbe juriſdictio, in hoc albo prætermiſſum eſſe, miratur *Caſaubonus*.

18. CONSILIARIUS quis, dictum ſupr. Tib. 33. 2. §. 5.

19. MANU VENERARI etiam Tacit. Ann. XVI. 4. 3. Eſt *manum* oſculari, & illam verſus illum, quem adoras, protendere. Et hoc erat, quod dicebant *manu ſalutare* Mart. VIII. 65. 6. *Oſcula jacere* Tacit. Hiſt. I. 36. 4. *Nec deerat Otho protendens manus, adorare vulgum, jacere oſcula, & omnia ſerviliter pro dominatione. Baſia jactare* Phædr. V. 8. 28.

—— jactat baſia
Tibicen.

Manus jactare Juven. III. 106.

A facie jactare manus, laudare paratus.

Qui a facie jactat *manus*, manu faciem prius tangit I. *manum* ad os refert, deinde eam, poſtquam eam oſculatus eſt, porrigit ad eos, quorum honori, ac venerationi illud dat oſculum, & *manus*, quam prius oſculatus erat, protenſione quodammodo ipſum oſculum ad eos, quibus honorem illum deferebat, porrigere, & jactare videbatur. Imperatores autem theatrum ingreſſi aliquando populum adorare ſolebant. Claudian. Honor. Conſul. VI. 611.

O quantum populo ſecreti muneris addit
Imperii præſens genius, quantamque rependit
Majeſtas alterna vicem, cum regia circi
Convexum gradibus veneratur purpura vulgus;
Aſſenſuque cava ſublatus in æthera vallis
Plebis adoratæ reboat fragor.

Ita *flagello*, quod oſculabatur, ludorum editores *veneratus* eſt Caracalla apud Xiphilinum, qui ex Dion. LXXVII. p. 874. E. de illo hæc refert. Ἀγωνοθετεῖν δι' ἑνὸς τῶν ἐξελευθέρων τινὸς, ἢ τῶν ἄλλων τῶν πλουσίων ἐποίει, ἵνα καὶ ἐν τούτῳ ἀναλίσκωνται: προσεκύνει τε αὐτοὺς κάτωθεν τῇ μάστιγι. *Editorem aliquem ex ſuis libertis, aut aliis, qui valde divites eſſent, faciebat, ut hos ſumptus ſuſtinerent, & venerabatur illos inferiori flagello.* * Promanavit ritus ille ab altero, quo deos adoraturi manum ori admovebant & oſculabantur. I. Reg. XIX. 8. *Quorum omnium os non oſculatum eſt Baalem.* Job. XXXI. 26. 27. *Si vidi ſolem quando ſplendebat.... & oſculatus ſum manum meam ore meo.* Apul. Apol. 310. *Si fanum aliquod prætereat, nefas habet adorandi gratia manum labris admovere.* V. *Salmaſ. in Vopiſc. Prob. c.* 23. *Meurſ. Auctar. Philol. c.* 18. *Kemp. de Oſcul. diſſ.* 9. §. 20. *Buleng. de circ. c.* 40. *Voſſ. Theol. Gent.* II. 3. *Ferrar. de Acclam. & Plauſ.* II. 26.

20. ANGUSTIAS tribunalis.

21. STANTES ut principem alloquerentur, diu hic mos fuit ſervatus. Quare etiam conſules in ſenatu verba ad illum facturi, de curuli ſurgebant, aut deſcendebant. Quos tamen civiliter admodum excipere ſolitus eſt Claudius. Dio LX. p. 665. D. Τῶν ὑπάτων ἐν τῷ συνεδρίῳ καταβαινόντων ποτὲ ἀπὸ τῶν δίφρων, ἵνα διαλεχθῶσιν αὐτῷ, προεξανίστη τε, καὶ ἀντιπροσῄει σφίσιν. *In curia, quum conſules ſuis de ſui ſellis alloquendi ipſius cauſa deſcenderent, ipſe quoque ſurrexit, & obviam illis venit.* p. 672. E. Καὶ τὸ συνέδριον αὐτὸς μὲν ἐξηγεῖτο, εἴ ποτε ἐπὶ πολὺ οἱ ἄλλοι ἑστήκεσαν: κάμνων γὰρ, ὑπὸ τῆς ἀσθενείας, πολλάκις ἀνίστατο

τὸν

τοῖς αἰτούμενος. *Si qui in ſenatu diutius ſtetiſſent, ipſe quoque ſurrexit: nam ſedens, propter imbecillitatem, ſi quid rogaretur, plerumque de ſcripto reſpondebat.* V. quoque *Caſaubonum.*

22. UNUS ATQUE ALTER de quot numero dicatur, dixi ſupr. Cæſ. 20. 12. §. 67.

CAPUT XIII.

ARG. *Inſidiis & a ſingulis, & per factionem, & civili bello infeſtatur Tiberius Claudius Druſus Cæſar.*

Nec tamen expers inſidiarum uſquequaque permanſit, ſed & a ſingulis, & per 1
factionem, & denique civili bello infeſtatus eſt. E plebe homo [1] nocte media 2
juxta cubiculum ejus cum pugione deprehenſus eſt. Reperti & equeſtris ordinis 3
duo [2] in publico cum dolone [3] ac venatorio [4] cultro præſtolantes, alter [5] ut egreſ-
ſum theatro, alter ut ſacrificantem apud Martis ædem adoriretur. Conſpirave- 3
rant [6] autem ad res novas Gallus Aſinius [7], & Statilius Corvinus Pollionis [8] ac Meſ-
ſalæ [9] oratorum nepotes, aſſumptis compluribus libertis ipſius, atque ſervis. Bellum 5
civile movit [10] Furius Camillus Scribonianus [11] Dalmatiæ legatus: verum intra quin-
tum

E PLEBE HOMO 1. plebejus. Et hoc referendum eſt ad ſingulos. *Beroaldus.*

2. DUORUM horum *equeſtris ordinis* alterum fuiſſe *Cn. Novium* dicit Tacit. Ann. XI. 22. 1. *Interea Romæ, nullis palam cognitis mox cauſſis, Cn. Novius eques Romanus, ferro accinctus reperitur in cœtu ſalutantium principem: nam poſtquam tormentis dilaniabatur, de ſe novi.... conſcios non edidit.*

3. DOLO *eſt flagellum, intra cujus virgam latet pugio.* * Serv. Virg. Æn. VII. 664. Hinc Alphen. Digeſt. IX. 2. 52. §. 2. *Ille flagello, quod in manu habebat, in quo dolon inerat, verberare tabernarium cœperat.* & Heſychius. Δόλωνες, ξιφίδια ἐν ξύλοις ἀποκεκρυμμένα. *Dolones, gladioli in ligno latentes.*

4. CULTRO VENATORIO. V. illum ſupr. Aug. 19. 4. §. 22.

5. De ALTERO hoc, quiſquis ille fuerit, etiam noſter infr. 36. 2.

6. CONSPIRAVERUNT Valerio Aſiatico iterum, M. Silano Conſulibus. Dio LX. 683. ſive anno ab U. C. 798. V. *Faſtos Conſulares*, & *Pigh. Ann.* III. 576.

7. GALLI ASINII hujus conſpirationem, & conſpirationis eventum deſcribit Dio. D. Ἀσίνιος δὲ δὴ Γάλλος, ὁ τοῦ Δρούσου πρὸς μητρὸς ἀδελφός, ἐπεβούλευσε μὲν τῷ Κλαυδίῳ, οὐκ ἀπέθανε δὲ, ἀλλ' ὑπερωρίσθη: αἴτιον δὲ ἴσως μὲν καὶ ἐκεῖνο, ὅτι μήτε στράτευμα παρασκευάσας, μήτε χρήματα προαθροίσας; ἀλλ' ὑπ' ἀνοίας πολλῆς, ὡς καὶ ἑκουσίων τῶν Ῥωμαίων διὰ τὸ γένος ἄρξων, ἐθρασύνετο: τὸ δὲ δὴ πλεῖστον, ὅτι καὶ σμικρότατος καὶ δυσειδέστατος ὤν, πάνυ τοῦτο καταφρονηθεὶς, γέλωτα μᾶλλον ἢ κίνδυνον ὦφλεν. *Verum Aſinius Gallus, Druſi* Tiberii filii, cujus matrem Agrippinam a Tiberio dimiſſam duxit Aſinius Gallus, *frater uterinus: inſidiatus quidem eſt Claudio, non tamen morte, ſed exſilio mulctatus: forsaſſis etiam propterea, quod neque exercitum paraverat, neque pecuniam contraxerat, ſed multa cum inſania, quaſi generis cauſa in Romanos volentes imperium habiturum, ad ferociam provexerat: potiſſimum autem ideo, quod ſtatura minima, ac deformitate ſumma præditus, deſpiceretur, ac riſum magis, quam periculum mereretur.* Stemma *Aſiniorum* invenies apud *Cl. Ryck. in Tacit. p.* 112.

8. POLLIONIS ASINII oratoris & hiſtorici, & M. Agrippæ nepos fuit hic Gallus Aſinius. De hujus Aſinii fratre Tacit. Ann. III. 75. 1. *Obiere eo anno viri illuſtres Aſinius Saloninus, M. Agrippa & Pollione Aſinio avis, fratre Druſo inſignis....*

9. MESSALÆ *Corvini* oratoris nepos fuerit hic Statilius Corvinus, ſi locus modo mendo non vacet, nam libri veteres, Statinus, Statinius, Scatinus. Nam Statilios ad *Meſſalas* pertinere, & hic Corvini cognomen oſtendit, & quod Neronis uxor Statilia *Meſſalina* vocata fuit infr. 35. 1. *Torrentius.* Unde *Meſſala* ſolo cognomine dicitur Senec. N. Q. Præf. 4.

10. BELLUM CIVILE MOVIT *Furius* Claudio Cæſare II & C. Largo conſulibus, quos V. infr. 39. 5. §. 12.

11. FURIUM CAMILLUM SCRIBONIANUM ad defectionem pellexerat Annius Vinicianus. Dio LX. p. 674. C. Ἄννιος Οὐινικιανὸς ἐπεβούλευσε: ὅτι τε γὰρ ἐκ τῶν ἐς τὴν ἡγεμονίαν μετὰ τὸν τοῦ Γαΐου θάνατον προβληθέντων ἦν, καί τι καὶ ἐκ τούτου δεδιὼς ἐνεωτέριζεν. Ἐπειδὴ τε οὐδεμίαν ἰσχὺν ἐκέκτητο, ἔπεμψε πρὸς Φούριον Κάμιλλον Σκριβωνιανὸν, τῆς τε Δαλματίας ἄρχοντα, καὶ δύναμιν συχνὴν πολιτικὴν καὶ ξενικὴν ἔχοντα, καὶ προσανέπεισεν αὐτὸν, καὶ καθ' ἑαυτὸν διανοούμενον, ἐπαναστῆναι, ἄλλως τε καὶ ὅτι ἐπίδοξος αὐταρχήσειν ἐγεγόνει. Πράξαντος δὲ αὐτοῦ τοῦτο, συχνοὶ μὲν καὶ βουλευταὶ καὶ ἱππεῖς πρὸς αὐτὸν ὥρμησαν. *Annius Vinicianus* Claudio *inſidias paravit: hic enim unus fuit illorum, qui poſt exitum Caji digni principatu habiti fuerant, & propterea ſibi nonnihil metuens rebus novis ſtuduit. At quum nullis eſſet inſtructus viribus, Furium Camillum Scribonianum Dalmatiæ præfectum, copias multas urbanas ac peregrinas habentem, ad ſocietatem defectionis pellexit, jam tum id ipſum animo agitantem, quod ipſe quoque imperio dignus eſſet judicatus. Ad hunc id agentem multi ſenatores ac equites ſe contulerunt.* De hujus conſpiratione etiam Plin. Epiſt. III. 16. *Scriboniamus*

tum diem oppreſſus [12] eſt: legionibus quæ ſacramentum mutaverant [13] in pœnitentiam religione [14] converſis, poſtquam denuntiato ad novum imperatorem itinere caſu quodam, ac divinitus [15], neque aquila ornari [16], neque ſigna convelli [17] moverique potuerunt.

nus arma in Illyrica contra Claudium moverat: fuerat Patus in partibus, & occiſo Scriboniano Romam trahebatur. V. & *Torrentium.*

12. Oppressus quomodo fuerit Scribonianus, dicit Oroſ. VII. 6. *Exercitus tanta, & tam inuſitata miraculi (dum neque aquilæ ornari, neque convelli quoquo modo ſigna, moverive potuerunt) fide motus, & converſus in pœnitentiam, Scribonianum quinto ſtatim die deſtitutum interfecit.* A quo tamen diverſus abit Dio. Καὶ ὁ μὲν ἐκ τούτου φοβηθεὶς σφᾶς ἔφυγε, καὶ ἐς τὴν Ἴσσαν τὴν νῆσον ἐλθὼν, ἐνταῦθα ἑκούσιος ἀπέθανεν. *Itaque metuens eos* Camillus *fugit, & in inſulam Iſſam cum veniſſet, ibi mortem voluntariam oppetiit.*

13. Sacramentum mutare quid ſit V. ſupr. Cæſ. 42. 1. §. 3.

14. Religione i. ſuperſtitione, ut dixi ſupr. Aug. 90. 1. §. 1. Horum *religio* unde fuerit orta, dicet ſtatim noſter, & ex noſtro dixit Oroſ. §. 12. Aliam tamen pœnitentiæ cauſam dat Dio. Οἱ γὰρ στρατιῶται, τοῦ Καμίλλου τό τε τοῦ δήμου σφίσιν ὄνομα προτείνοντος, καὶ τὴν ἀρχαίαν ἐλευθερίαν ἀποδώσειν ὑπισχνουμένου, ὑπώπτευσαν πράγματα αὖθις καὶ μεταστάσεις ἕξειν, καὶ οὐκέτ' αὐτῷ ἐπείθοντο. *Milites enim, quum ais Camillus nomen populi oſtenderet, ac priſtinæ libertatis reſtitutionem pollicceretur, veriti, ne iterum moleſtias, ac mutationes intolerandas haberent, dicto ei audientes non fuerunt.*

15. Casu quodam, ac divinitus, dum ſæpe fortuita adſcribebant *Deo* veteres, & qui recte ſentiebant, per fortunam nihil aliud intelligebant, quam *divinam* providentiam, & voluntatem, res cunctas curantem, & gubernantem. Hoc Cicero docet, cum ait deum *nonnunquam* vocari *fortunam, quod efficiat multa improviſa, nec opinata nobis, propter obſcuritatem, ignorationemque cauſarum.* Acad. 1. 7. Hinc, quæ *fors* eſt Horat. Sat. 1. 1. 1.

——— quam ſibi ſortem
Seu ratio dederit, ſeu fors objecerit.

Deus eſt Ovid. Faſt. III. 621.

——— ſeu ratio te noſtris appulit oris,
Sive Deus.

Sic pro eo, quod dixit ſupr. Cæſ. 1. 3. *ſive divinitus....* potuiſſet dicere, *ſive forte quadam, caſu quodam.* Sine copula hæc conjungit Liv. 1. 4. *Forte quadam divinitus ſuper ripas Tiberis effuſus lenibus ſtagnis.* V. *Gronov. ad Livium, Herald. ad Arnob. p.* 144. & *ad h. l. Gravium.*

16. Ornari lauru, floribus, unguentis ſigna ſolebant rebus lætis, & militia proſpera. Plin. XIII. 3. *Aquilæ certa, ac ſigna, pulverulenta illa, & cuſtodiis horrida, iuunguntur feſtis diebus: utinamque dicere poſſemus: quis primus inſtituiſſet.* Claud. Nupt. Hon. & Mar. n. 187.

——— Mavortia ſigna rubeſcunt
Floribus, & ſubitis animantur frondibus haſtæ.

Lipſ. in Tacit. Ann. p. 18. Excurſ. 1. 1. Mil. Rom. IV. 5. ex Lipſio Mod. Liv. XXVIII. 14. Valtrin. de mil. III. 9. Mercer. in Alex. Gen. IV. 2 & ad h. l. Torrentium. V. tamen ab his diſſentientem *Barthium in Claudianum.*

17. Convelli dicebantur ſigna, quia conti, quibus ſuſtinebantur, in imo ferrati, acuminatam habebant cuſpidem, (V. ſupr. Cæſ. 62. §. 5.) qua loco caſtrorum, ubi reponi ſolebant, in terram defigebantur. Sed, ubi caſtra movebantur, aut e caſtris in aciem educebantur ſigna, *convulſa* refigebantur. Si inter *convellendum* ſponte ſequerentur, & facile extraherentur, bonum omen habebatur. Si tenacius hærerent & *prodire nollent*, ut loquitur Flor. II. 6. 14. pro triſti omine accipiebatur. Ita de ſignis M. Craſſi contra Parthos pugnaturi Appian. Bell. Parth. p. 142. Τῶν δὲ σημείων ἔνια μόλις, ὥσπερ πεπηγυίας, πολλὰ παλέντας ἀνελέσθαι τοὺς φέροντας. *Signa quoque aliquot fixa vix evulſa magno labore ſigniferorum.* De C. Flaminii conſulis bello Punico II contra Annibalem miſſi ſignis Cicer. de Divin. 1. 35. Liv. XXII. 3. Val. Max. 1. 6. 6. *Itaque ſigna convelli, & ſe ſequi juſſit* Flaminius. *Quo tempore cum ſignifer primi haſtati ſignum non poſſet movere loco, nec quidquam proficeretur, plures cum accederent; Flaminius re nuntiata, ſuo more neglexit: itaque tribus his horis conciſus exercitus, atque ipſe interfectus eſt.* Docet hæc Serv. Æn. XI. 19. *Vellere proprie dixit, quia Romana ſigna figebantur in caſtris: & cum ad bellum eundum fuiſſet, captatis auguriis avellebantur e terra; nam alibi ea figi non licebat. Sed inter auguria etiam hoc habebatur, ſi avellentem facile ſequerentur....*

CAPUT XIV.

ARG. *Conſulatus gerit, jus dicit, & multarum legum duritiam, lenitatemve moderatur Tiberius Claudius Druſus Cæſar.*

1.2 Conſulatus ſuper priſtinum [1] quatuor geſſit. Ex quibus duos primos junctim [2], ſequentes

Pristinum i. priorem, quem cum Cajo per duos menſes adhuc privatus geſſit ſupr. Cal. 15. 7. §. 24. Claud. 7. 1. §. 2....

2. Junctim, priorem cum C. Largo. V. ſupr. 13. 5. §.

quentes per intervallum, quarto quemque anno, ſemeſtrem noviſſimum [3], bimeſtres cæteros. Tertium [4] autem novo circa principem exemplo in locum demortui [5] 3
ſuffectus. Jus & conſul & extra honorem laborioſiſſime dixit [6], etiam ſuis ſuorumque 4
que diebus ſollennibus [7], nonnunquam feſtis quoque antiquitus [8], & religioſis. Nec 5
ſemper præſcripta legum ſecutus, duritiam lenitatemve multarum ex bono & æquo [9], perinde ut afficeretur [10], moderatus eſt. Nam & iis, qui apud privatos judi- 6
ces [11] plus [12] petendo formula excidiſſent [13], reſtituit actiones [14]: & in majore fraude

2. §. 10. poſteriorem cum L. Vitellio anno ab U. C. 795. V. infr. Vitel. 2. 8.

3. Noviſſimum cum Cornelio Orfito anno ab U. C. 803. V. Tacitum infr. Ner. 7. 7. §. 24.

4. Tertium, quem quartum dicunt Dio lx. p. 684. D. & Cenſor. N. D. c. 17. quia, quem cum Cajo geſſit, quatuor hiſce, quos noſter ab illo diſtinguit, præmittunt & annumerant, geſſit etiam cum L. Vitellio infr. Vitell. 2. 8. anno ab U. C. 799. ſive, ut ſupputant Dio & Cenſorinus, anno enim uno a tabularum Capitolinarum infr. 21. 3. §. 13. ſupputatione diſcrepant, 800. Ita enim ille Ἐν δὲ τῷ ἑξῆς ἔτει ὅ τε Κλαύδιος τὸ τέταρτον καὶ Βιτέλλιος Λούκιος τὸ τρίτον, ὀκτακοσιοστὸν τῇ Ῥώμῃ ἔτος ἄγοντι ὑπάτευσαν. *Anno ſequente Claudius* IV, *L. Vitellius* III *conſules fuerunt, anno Romæ octingenteſimo.* Hic vero. *Sextos*, ſeculares, *fecit Tiberius Claudius Cæſar, ſe* IV, *& L. Vitellio* III *conſulibus anno* 800.

5. Demortuos hic *conſul* nec apud Dionem, nec apud alium nominatur, pluſquam veriſimile eſt, cum, ſive ante conſulatum initum, ſive in illius principio mortuum. Vitellio ordinario ejus anni conſuli Claudium collegam dat, & alterum omittit Dio ſupr. §. 4. V. etiam *Pigh. Ann.* III. *p.* 576. & *Ryck. Tacit. Ann. p.* 124.

6. Jus dixerit quomodo Claudius, dicit Dio p. 667. B. Καὶ κατ' ἑκάστην γε ὡς εἰπεῖν ἡμέραν, ἤτοι γε μετὰ πάσης τῆς γερουσίας, ἢ καὶ ἰδίᾳ, τὸ μὲν πλεῖστον ἐν τῇ ἀγορᾷ, ἤδη δὲ καὶ ἄλλοθι, ἐπὶ βήματος ἐδίκαζε. *Quotidie propemodum, vel cum univerſo ſenatu, vel ſolus ipſe, plerumque in foro, quandoque alibi, pro tribunali de cauſis cognoſcebat.*

7. Suis, suorumque sollennibus. Fuerunt enim *feriæ propriæ familiarum, ut familiæ Claudiæ, vel Æmiliæ, ſeu Juliæ, ſive Corneliæ: & ſi quas ferias proprias quæque familia ex uſu domeſtica celebritatis obſervat. Sunt ſingulorum; ut natalium, fulgurumque ſuſceptiones, item funerum, atque expiationum.* Macrob. Sat. 1. 16. Hinc, quod & Beroaldus monet, multi dies in faſtis legebantur *ſollennes*, & feſti, qui dicati erant partim Claudio, partim Cæſaribus Claudii anteceſſoribus, partim Druſo, & Germanico, reliquiſque gentis Claudiæ majoribus. Hinc Ovid. Faſt. 1. 9.

Invenies illic & feſta domeſtica vobis,
Sæpe tibi pater eſt, ſæpe legendus avus,
Quæque ferunt illi pictos ſignantia faſtos,
Tu quoque cum Druſo præmia fratre feres.

V. & Dion. ſupr. 12. 1. §. 7. Fabr. ſupr. Aug. 75. 1. §. 1.

8. Antiquitus festis 1. qui quondam *feſti* fuerant, ſed quorum ſanctimonia in deſuetudinem venerat.

9. Bono et æquo, ἐπιεικείᾳ. Hanc nunc *æquum bonum*, nunc *æquitatem* vocat Cicer. de clar. Orat. c. 39. *Sic in interpretando, in definiendo, in explicanda æquitate, nihil erat Craſſo copioſius: idque cum ſæpe alias, tum apud centumviros in M. Curii cauſa cognitum eſt. Ita enim multa tum contra ſcriptum pro æquo & bono dixit.....* Plura *Bud. in Pandect. p.* 2.

10. Perinde ut afficeretur 1. prout ipſe inclinabat in ſeveritatem, aut clementiam.

11. Privatos judices. 1. rerum privatarum judices. Tria enim habemus *judiciorum* genera apud Quintil. Inſtit. III. 10. *Quod nunc in publicis judiciis non accidit, quoniam præter certa lege ſcribitur. Principum autem, & ſenatus cognitionibus frequens eſt, & populi fuit. Privata quoque judicia ſæpe unum judicem habere multis, & diverſis formulis ſolent. Publica* erant, de quorum exercitatione ſortiebantur inter ſe prætores. *Extraordinaria*, de quibus princeps, & ſenatus cognoſcebat, & in provinciis præſides, præfectus etiam Urbis intra centeſimum lapidem, præfectus prætorio ultra centeſimum. *Privata*, quæ certis actionum formulis ex edicto perpetuo continebantur. Jus hoc erat ordinarium, & judices, qui hujus juris habebant poteſtatem, dicebantur *privati*, & alio nomine *pedanei*, ad differentiam præſidum, qui de tribunali jus dicebant. *Salmaſ. de mod. uſur. c.* 3. De illis etiam agunt *Bud. in Pandect. p.* 268. *Pellet. For. Rom.* III. 13. *Siccam. de centumv. Jud.* 1. 4.

12. Plus qui *petebat*, quam ſibi deberetur, debitum amittebat. Cicer. pro Q. Roſc. c. 4. *Hic tu ſi amplius HS nummo petiſti, quam tibi debitum eſt, cauſam perdidiſti.* Plaut. Moſt. III. 1. 122.

——— *Nihilo plus pete.*
TR. *Velim quidem hercle, ut uno nummo plus petas.*

Juſtinianus §. 13. V. quoque *Torrentium, Ravard. Var.* III. 14. *Briſſon. Antiq.* IV. 10.

13. Formula excidere interpretor cauſa cadere, rem amittere ex Juſtinian. IV. 6. 34. *Si quis agens intentione ſua plus complexus fuerit, quam ad eum pertineat, a cauſa cadebat, id eſt, rem amittebat: nec facile in integrum reſtituebatur a prætore niſi minor erat viginti quinque annis.* Ita etiam Quintil. Inſtit. III. 6. *Neque ignoro multa transferri, cum in omnibus fe-*

de convictos, legitimam pœnam ſupergreſſus, ad beſtias condemnavit [15].

re cauſis, in quibus cecidiſſe quis formula dicitur, hæ ſint quæſtiones.... Et Senec. Epiſt. 48. *Quid enim aliud agitis, quam eum, quem interrogatis, ſcientes in fraudem inducitis, quam ut formula cecidiſſe videatur? Sed ut illum prætor, ſic hos philoſophia in integrum reſtituit.* *Formulæ* nihil aliud erant, quam certæ, & ſollennes de qualibet re inſtitutæ actiones. Plin. Epiſt. V. 11. *Ac jam periculum eſt, ne cogantur ad exhibendum formulam accipere.* Hinc *formula* familiæ erciſcundæ, poſtulandi dominii, finium regendorum, litis intendendæ, aliæque apud Jctos, & *formula injuriarum* apud noſtr. Vitell. 7. 4. Quod *cauſa cadere* dixit noſt. ſupr. Cal. 39. 1. §. 10. V. quoque ſis *Torrentium*, *Ravard. Var.* III. 14. & de *Auctor. prud. c.* 2. *Pollet. For. Rom.* V. 3. *Bud. in Pandect. p.* 31. *M. Donat. in Liv.* XXXVII. 9.

14. RESTITUIT ACTIONES, ut cauſam ſuam quam ex lege perdidiſſe videbantur, perinde ac integram iterum agere poſſent. *Beroaldus.*

15. AD BESTIAS CONDEMNATI dicebantur, qui ex ſententia beſtiis ſubjiciebantur. Ulpian. Digeſt. XLVII. 13. 6. *Sacrilegii pœnam debebit proconſul pro qualitate perſonæ, proque rei conditione, & temporis, & ætatis, & ſexus, vel ſeverius, vel clementius ſtatuere, & ſcio, multos & ad beſtias damnaſſe ſacrilegos, nonnullos etiam vivos exuſſiſſe, alios vero in furca ſuſpendiſſe, ſed moderanda pœna eſt uſque ad beſtiarum damnationem.* Inter capitales pœnas *ad beſtias condemnationem* numerat Calliſtr. Digeſt. XLVIII. 19. 28. §. 13. *Famoſos latrones in his locis, ubi graſſati ſunt, furca figendos compluribus placuit.... nonnulli etiam ad beſtias hos damnaverunt.* Beſtiarii quoque hi dicebantur. V. infr. 34. 6. §. 11. Et noxii infr. Ner. 12. 2.

CAPUT XV.

ARG. *In cognoſcendo, & decernendo mira animi varietate eſt, & ea de re paſſim, at propalam contemnitur Tiberius Claudius Druſus Cæſar.*

1 In cognoſcendo autem ac decernendo mira varietate animi fuit, modo circumſpe-
ctus & ſagax, modo inconſultus ac præceps: nonnunquam frivolus [1] amentique
2 ſimilis. Cum decurias [2] rerum actu [3] expungeret [4], eum, qui diſſimulata vacatio-
ne [5] quam beneficio liberorum [6] habebat, reſponderat [7], ut cupidum judicandi dimi-
ſit: alium [8] interpellatum ab adverſariis de propria lite, negantemque [9] cognitionis
rem [10] ſed ordinarii juris eſſe [11], agere cauſam [12] confeſtim apud ſe coegit, proprio
negotio

FRIVOLUS quis, docui ſupr. Cal. 39. 3. §. 18.

2. DECURIAS judicum, quas V. ſupr. Aug. 29. 9. §. 27.

3. RERUM ACTUS quid ſit Jctis, dixi ſupr. Aug. 32. 6. §. 29.

4. EXPUNGERET I. recognoſceret, & ab actione rerum judicialium removeret, ordinaret, qui retinendi eſſent in numero judicum, qui non. Verbum in rationibus uſitatum. Et ab illis tranſlatum in militiam, in qua *expungitur miles*, qui a militia repellitur, & ademto ſtipendio exauctoratur. Papin. Digeſt. XLIX. 16. §. 15. *Ex cauſa deſertionis notatus ac reſtitutus, temporis, quod in deſertione fuerit, impendiis expungitur.* Unde Plaut. Curc. IV. 4. 29.

Miles pulcre centuriatus eſt expuncte in manipulo.

Perſii Scholiaſt. II. 13. *Tractum a militibus, qui expuncti dicuntur, dum foras a militia emittuntur.* V. *Beroaldum*, *Torrentium*, *Bud. in Pandect. p.* 79. *Pollet. Rom.* III. 8.

5. DISSIMULATA VACATIONE I. non allegans immunitatem munerum.

6. LIBERORUM *numerus a muneribus civilibus præſtat excuſationem.* Ulpian. Digeſt. L. 5. 2. §. 1. Numerus hic fuit quinque liberorum docente hoc eodem ibid. L. 4. 3. §. 6. *Quamvis major annis ſeptuaginta, & quinque liberorum incolumium pater ſit, ideoque a muneribus civilibus excuſetur....*

7. RESPONDEBANT, in recognoſcendo judicum albo, nominatim dum ciebantur judices. Quoniam vero hic vocatus *reſponderat*, neque, cum immunis eſſet, ſeſe excuſaverat, Claudius eum, *ut cupidum judicandi* & qui ambitioſe in judicum numero eſſe vellet, ob eamque rem *reſpondiſſet* ad nomen, *dimiſit.* Sabellicus & Torrentius.

8. ALIUM n. judicem, ex illis, quos dum judicum decurias ordinaret, retinuerat, aut de novo adlegerat.

9. NEGANTEM *eſſe* I. ajentem non eſſe. Ex *nego* enim, quod aperte *negat*, elicitur ſignificatio in proximo membro orationis, quæ affirmat. Cicer. Fin. II. 21. *Pugnant Stoici cum Peripateticis: alteri negant quidquam eſſe bonum, niſi quod honeſtum ſit, alteri plurimum ſe, & longe, longeque plurimum tribuere honeſtati.* Senſus eſt, perinde quaſi dictum eſſet: *alteri ajunt nihil quidquam eſſe bonum.* Certe ſic dividunt τὸ *negant* ſequentia, in quibus ex eo verbo τὸ *ajunt* ſubauditur. Reſolvenda enim ſunt *negationem* complectentia vocabula, ut ita non integra eorum ſignificatio, ſed dimidia pars ad alterum quoque membrum referatur. V. *Gronov. Obſerv.* IV. 2. & *Perizon. ad Sanct. Minerv.* IV. *p.* 521.

10. Co-

Digitized by Google

negotio documentum daturum, quam æquus judex in alieno negotio futurus eſſet.
Feminam non agnoſcentem filium ſuum, dubia utrimque argumentorum fide, ad 3
confeſſionem compulit [13], indicto matrimonio juvenis. Abſentibus ſecundum præ- 4
ſentes facillime dabat [14], nullo delectu [15], culpane quis an aliqua neceſſitate ceſſaſ-
ſet. Proclamante quodam, præcidendas falſario [16] manus [17], carnificem ſtatim acciri 5
cum

10. COGNITIONIS RES eſt quam reos apud ſe agere jubeant magiſtratus & maximi judices, quos V. ſupr. 12. 3. §. 17. principes & ſenatus. Quintil. Inſtit. III. 16. *Principum autem & ſenatus cognitionibus frequens eſt:* præſides provinciarum, ut proconſules, & legati principis pro prætore, imo præfecti Urbis & prætorio. Ulpian. Digeſt. XLVII. 19. §. 2. *Si expilatæ hereditatis crimen intendatur, præſes provinciæ cognitionem ſuam accommodare debet.* In collat. legum Moſaic. tit. de plagiariis. *Sed enim jam eo perventum eſt conſtitutionibus, ut Romæ quidem præfectus Urbis ſuper ea re cognoſcat, ſi intra milliarium centeſimum ſit in via commiſſa. Enimvero ſi ultra centeſimum, præfectorum prætorio erit cognitio. In provincia enim eſt præſidum provincialium. Nec aliter procuratori Cæſaris hæc cognitio injungitur, quam ſi præſidis partibus in provincia fungatur.* Hi cum reos apud ſe agere cauſam juberent, nec eam remitterent ad jus ordinarium, *extra ordinem cognoſcere* dicebantur. Paull. Sentent. V. ſub titulo ad legem Fabiam. *Et olim quidem hujus legis pœna ſummaria fuit, ſed tranſlata eſt cognitio in præfectos Urbis, itemque præſidis provinciæ extra ordinem meruit animadverſionem.* Noſt. Ner. 15. 2. aliiſque in locis. *Salmaſ. de mod. uſur. c.* 3. *Siccam. de jud. Centumv.* I. 2.

11. ORDINARII JURIS ESSE I. pertinere ad judices privatos, qui de privatis delictis judicant *jure ordinario. Jus enim ordinarium eſt*, cum prætor, aut qui juriſdictioni præeſt, ipſe non cognoſcit, ſed judices dat privatos. Marcian. Digeſt. XLVII. 17. §. 2. *Sed ſi interdum furtum fecerunt, ad jus ordinarium remittendi ſunt.* V. *Salmaſium*, *Turneb. Adv.* XXVII. 19. & ex Turnebo *Torrentium.*

12. AGI CAUSAM quando dicantur, dixi ſupr. Aug. 32. 6. §. 29. Hunc excipientem, litem, de qua ab adverſario interpellabatur, ordinarii juris eſſe, ac proinde judicem dari debere, voluit Claudius ipſum ſuæ cauſæ judicem eſſe, ac vice Cæſaris rem propriam agere. Volunt hoc, quæ ſtatim ſequuntur. V. & *Torrentium.*

13. AD CONFESSIONEM COMPULIT. Quibus fere ſimilia ſunt, quæ de Solomone Iſraelis rege inter duas mulieres de filio diſceptantes judicante leguntur 1 Reg. 3. 22....27.

14. ABSENTIBUS.... DABAT. Sed hoc paullo plenius *de abſentibus* Cicer. Verr. II. 17. *Illi enim commonefaciunt, ut, ſi ei videatur, utatur inſtituto ſuo, nec cogat ante horam decimam de abſente ſecundum præſentem judicare.* Ut particula *de* a fronte hujus περικοπῆς excidiſſe videatur. Dictum eſt enim, ut *olet unguentum de meo, de tuo largitor, de aliquo creſcere, de Germanis, non de Gallis duo triumphant conſules.* In quibus damnum, aut calamitas, aut aliquid ademtum, alienatumve ſignificatur. Senſus eſt, Claudium ſæpe temere, altera parte *abſente*, cum comperendinare ſatius fuiſſet, *ſecundum præſentem* pronuntiaſſe, hoc eſt, pro eo, qui comparuerat. Sic veteres loquebantur, non ſolum *dare litem, dare ſententiam*, pro litem judicare, ac ſententiam dicere. Ulpian. Digeſt. XL. 12. 27. §. 2. *Si enim liquebit, contra libertatem dabit.* Plin. Epiſt. VII. 6. *Finem cognitioni quæſtio impoſuit, quæ ſecundum reos dedit.* Tacit. Ann. IV. 43. 4. *Ita ſecundum Meſſenios datum.* Val. Max. II. 8. 2. *Itaque Lutati, quamvis adhuc tacueris, ſecundum te litem do.* Ellipſis eſt ſubſtantivi, quod addit Cicer. pro Q. Roſc. c. I. *Quominus ſecundum eas, tabulas, lis detur, non recuſamus.* Cauſam, cur hoc a Claudio factum, reddit Dio LX. p. 684. C. Καὶ ἐπειδὴ πλῆθός τε δικῶν ἀμύθητον ἦν, καὶ οἱ ἀπόντες ἐπ' αὐταῖς ἢ τι (ut pro ὅτι mavult *Caſaubonus*) προσδοκῶντες ἐλαττωθήσεσθαι, προεῖπε διὰ προγράμματος, ὅτι καὶ κατὰ ἀπόντων αὐτῶν ἐντὸς ῥητῆς τινὸς ἡμέρας δικάσει· καὶ ἐπετέλεσε τοῦτο. Claudius *porro, quum cauſæ innumeræ diſceptarentur, ac qui ſe caſuros ſua timebant, vadimonium deſererent, edicto teſtatus eſt, ſe contra abſentes etiam intra certum diem pronuntiaturum: idque re confirmavit.* V. *Gronovium*, *Torrentium*, *Turneb. Adv.* XXVIII. 19. & *Popm. de ant. locut.* II. II.

* 15. NULLO DELECTU.... Manus Tranquilli fuit: *nullo delectu culpæ, ne ſi quis aliqua....* Nulla habita ratione culpæ, gravis ne ſit an levis, cui facile judex ignoſceret, quin ne ſi vel neceſſitate quis coactus vadimonium non obiret. *Gravius.*

16. FALSARIUS quis dicam infr. Tit. 3. 3. §. 19.

* 17. MANUS PRÆCIDENDAS, ut corporis parte, qua peccaverat, multaretur. Obtinuerat hoc olim apud Ægyptios. Diodor. I. p. 50. A. Ἔτι δὲ τῶν γραμματέων τῶν ψευδεῖς χρηματισμοὺς γραφόντων, ἢ ἀφαιρούντων τι τῶν ἐγγεγραμμένων, καὶ τῶν τὰς ψευδεῖς συγγραφὰς ἐπιφερόντων, ἀμφοτέρας ἐκέλευεν ἀποκόπτεσθαι τὰς χεῖρας, ὅπως ἕκαστος οἷς μέρεσι τοῦ σώματος παρηνόμησεν, εἰς ταῦτα κολαζόμενος, αὐτὸς μὲν μέχρι τελευτῆς ἀνίατον ἔχῃ τὴν συμφοράν, τοὺς δ' ἄλλους διὰ τῆς ἰδίας τιμωρίας νουθετῶν, ἀποτρέπῃ τοῦ ὁμοίαν τι πράττειν. *Scribis etiam, qui tabulas falſas concinnarent; vel de relatis in tabulas publicas quidquam demerent, aut ſyngraphas ementitas obtruderent, lex utramque manum præcidi juſſit, ut qua quiſque corporis parte in leges peccaſſet, hac ad finem uſque irreparabili cum damno & ipſe culpam lueret, & alios, pœna hac ſua commonefactos, ab id genus facinore deterreret.* Et ita notarium.

6 cum machæra [18] menſaque lanionia [19] flagitavit. Peregrinitatis [20] reum [21], orta inter advocatos levi contentione, togatumne [22] an palliatum dicere cauſam [23] oporteret, quaſi æquitatem integram oſtentans, mutare habitum ſæpius, & prout accuſa-
7 retur defenderetur ve, juſſit [24]. De quodam etiam negotio, ita ex tabella pronun-
8 tiaſſe [25] creditur, SECUNDUM EOS SE SENTIRE [26] QUI VERA PROPOSUSISSENT. Pro-
9 pter quæ uſque eo eviluit, ut paſſim ac propalam contemptui eſſet. Excuſans [27] quidam teſtem e provincia ab eo vocatum, negavit præſto eſſe [28] poſſe: diſſimulata diu cauſa, ac poſt longas demum interrogationes, *Mortuus eſt*, inquit, *Puteolis* [29]. Alius

rium, qui falſum cauſa brevem in conſilio imperatorio retuliſſet, inciſis digitorum nervis, ita ut nunquam poſſet ſcribere, deportavit Alexander Severus. Lamprid. c. 28. Noſt. Galb. 9. 3.

18. MACHÆRA gladius erat Hiſpanicus. Senec. de Benef. V. 24. *Machæra enim Hiſpana diviſa eſt.* A venatoribus olim uſurpatus. Talem Eſavum venatorem geſtaſſe, vocem תלי Gen. 27. 3. Chaldæum סיפ *gladium* recte vertere, & non *pharetram*, monet *Fuller. Miſcell. ſacror.* I. 17. & ex illo *Kipping. A. R.* III. 2. I. Κοπὶς etiam vocabatur. V. Curt. VIII. 14. 29. §. 64.

19. MENSAM LANIONIAM Græci ἐλεὸν, vel ἐπινέκτανον una voce dicunt, item ἐπίξηνον, ut apud Ariſtoph. Ἀχαρν. II. 2. 38.

ΔΙ. Κἂν γε μὴ λέγω δίκαια, μηδὲ τῷ πλήθει δοκῶ,
Ὑπὲρ ἐπιξήνου θελήσω τὴν κεφαλὴν ἔχων, λέγειν.
At niſi ego, quæ juſta, dixero, & plebi huic probavero,
Tunc caput menſæ volo imponere coquinariæ, & loqui.

Erat non tantum in inſtrumento *lanionis*, ſed etiam carnificis, qui illa utebatur ad damnatorum capita amputanda. Caſſandra de ſuo ſupplicio loquens apud Æſchyl. Agamemn. n. 1286.

Βωμοῦ πατρῴου δ' ἀντεπίξηνον μένει,
Θερμῷ κοπείσης φοινίῳ προσφάγματι.
Ara paterna loco truncus manet culinarius,
Cum mactanda fuero calida cruenta hoſtia.

Caſaubonus.

20. PEREGRINI vocantur, qui cives Romani non ſunt, ad quos jus Quiritium non pertinet, ſive nunquam fuerint cives, ſive amiſerint civitatem. Cod. VI. 24. I. *Qui deportantur, ſi heredes ſcribantur, tanquam peregrini capere non poſſunt.* Ἀπόλιδες dicuntur, *hoc eſt ſine civitate, ut, ea quæ juris civilis ſunt, non habeant.* Marcian. Digeſt. XLVIII. 19. §. 17. Inde *peregrinitas*, cum jus civium amittitur. Ulpian. Digeſt. II. 4. 10. §. 6. *Sed ſi per pœnam deportationis ad peregrinitatem redactus ſit patronus, putat Pomponius eum amiſiſſe honorem.* Noſt. infr. 16. 7. *In peregrinitatem redigere* eſt nolle illum ſe pro cive gerere. V. *Torrentium. Briſſon. Ant. Select.* I. 13. *Convicti vendebantur. Calpurn. Declam. 17. *Civitatem peregrinus uſurpans veneat. Pauper accuſatus peregrinitatis venit, emit eum dives.*

21. REUS *peregrinitatis* eſt, qui ſe falſo pro cive Romano geſſiſſet. *Spiegel. Lex. Jurid. Reus* quis dicatur V. ſupr. Cæſ. 12. I. §. 10.

22. TOGATUS cauſam dicere non poteſt peregrinus, quia jus Quiritium ad illum non pertinet. Plin. Epiſt. IV. II. *Idem* Valerius Licinianus prætorius, *quum Græco pallio amictus intraſſet (carent enim toga jure, quibus aqua & igni interdictum eſt) poſtquam ſe compoſuit.* V. quoque *Manut. Quæſ. Epiſt.* III. I. *Freher. Parerg.* II. 17. *Bud. in Pandect. p.* 253. *Ferrar. de re Veſt.* II. 4. 3.

23. DICERE CAUSAM, in Urbe ſi experiri contra civem vellet, coram prætore peregrino dixiſſe videtur peregrinus. De hoc enim Freherus l. l. intelligit. Ulpian. Digeſt. IV. 4. 20. *Papinianus libro ſecundo reſponſorum ait, exſuli reverſo non debere prorogari tempus in integrum reſtitutionis ſtatutum, quia abfuit, cum potuerit adire prætorem per procuratorem.*

24. PROUT ACCUSARETUR.... ut videlicet pallium indueret, habitum peregrinum, quando accuſabatur tanquam peregrinus: togam, Romanum veſtimentum, quando defendebatur tanquam civis Romanus. Ita fiebat res ridicula: cum idem in judicio ſæpius cogeretur mutare veſtem, quum accuſatores non ſemel, ſed pluries accuſatoris munus obirent, & identidem defenſores defenſionis munia capeſſerent. *Beroaldus.*

25. EX TABELLIS PRONUNTIABANT judices nonnunquam ſententias, nec ſemper viva voce *pronuntiabant* illas. Senec. Ἀποκολ. p. 855. *Ego pro ſententia mea hoc cenſeo. Atque ita ex tabella recitavit....* In Codice dicitur hæc *tabella periculum.* Titulus en. VII. 44. *de ſententiis ex periculo* (*breviculo* tamen mallet Bud. in Pandect. p. 61.) *recitandis* nihil aliud notat quam *ex tabella*. V. quoque virum incomparabilem *J. G. Græviam*, nec non *Broid. Coroll. ad For. Rom. Pollet.* V. 15.

26. SECUNDUM EOS SE SENTIRE I. illorum ſententiam ſe approbare. Sed hoc inſulſum. Boni enim judicis officium eſt, ex hinc inde allegatis a litigatoribus, quorum uterque ſe *vera proponere* aſſeret, potius dijudicare, quis *vera propoſuerit*, & poſt talem diſquiſitionem damnare, vel abſolvere.

27. EXCUSANS I. in *excuſationem* aſſerens, ut qui propter latrones, aut tempeſtatem judicio adeſſe non potuerit. V. Cal. 27. 6. §. 28.

28. PRÆSTO ESSE I. adeſſe. Varr. R. R. III. 2. *Et*

Digitized by Google

Alius gratias agens, quod reum defendi pateretur, adjecit; *Et tamen fieri ſolet.* 10
Illud quoque a majoribus natu audiebam, adeo cauſidicos patientia ejus ſolitos abu- 11
ti, ut deſcendentem e tribunali non ſolum voce revocarent, ſed & lacinia togæ [30]
retenta, interdum pede apprehenſo retinerent. Ac ne cui hæc mira ſint, litigatori 12
græculo vox in altercatione excidit, καὶ σὺ γέρων εἶ, καὶ μωρός. Equitem quidem 13
Romanum obſcœnitatis [31] in feminas reum, ſed falſo, & ab impotentibus inimicis
confićto crimine, ſatis conſtat, cum ſcorta meritoria [32] citari adverſus ſe, & audiri
pro teſtimonio [33] videret, graphium [34], & libellos, quos tenebat in manu, ita cum
magna ſtultitiæ & ſævitiæ exprobratione jeciſſe in faciem ejus, ut genam non leviter perſtrinxerit [35].

Et candidato, cui ſtudebamus, vellemus eſſe præſto, cum domum rediret.

29. Mortuus est, inquit, Puteolis. In quibus intelligimus ſtultum redargui Claudium, quod diu diſſimulaverit, quod diſſimulandum maxime in judicio non erat: debebat enim primum dixiſſe, *mortuum Puteolis*, nempe, ſic facile intellectu fuiſſe, adeſſe illum non potuiſſe. *Glareanus. Puteolos* deſcripſi ſupr. Aug. 44. 1. §. 3.

30. Lacinia togæ quid ſit, diſputatum ſupr. Cal. 35. 8. §. 33.

31. Obscoenitatis, quam V. ſupr. Tib. 45. 2. §. 13.

32. Meritoria i. mercede corpora proſtituentia. *Meritorium* enim eſt mercede conductum, ut dixi ſupr. Cæſ. 57. 2. §. 6.

33. Audiri pro testimonio ſcorta adverſus equitem Romanum indignum fuit, & minime ferendum; maxime cum feminæ probatæ non niſi in paucis admodum cauſis, e. g. in crimine læſæ majeſtatis, teſtimonium dicere poſſint. *Beroaldus.*

34. Graphium quid V. ſupr. Cæſ. 82. 2. §. 11.

35. Perstrinxerit i. vulneraverit, læſerit. Curt. III. 12. 2. *Summa cutis in femore perſtrictia.* Ex tali in publico judicio licentia humiles

Excipiuntque nihil præter maledicta, leveſque
Aſtantum riſus, & vulnera ſæpe reportant,

apud auctorem *ſatyræ de lite n.* 28. quam publicat *Barth. Adv.* VII. 17.

CAPUT XVI.

ARG. *Cenſuram inæqualiter, varioque, & animo, & eventu gerit Tiberius Claudius Druſus Cæſar.*

Geſſit & cenſuram [1] intermiſſam [2] diu poſt Paullum Plancumque cenſores [3]: ſed 1
hanc quoque inæqualiter [4], varioque & animo, & eventu. Recognitione e- 2
quitum juvenem probri plenum, ſed quem pater probatiſſimum ſibi affirmabat, ſine
ignominia dimiſit, *habere* dicens *cenſorem ſuum* [5]. Alium corruptelis [6] adulteriiſque 3
famoſum, nihil amplius quam [7] monuit, *ut aut parcius ætatulæ indulgeret* [8], *aut certe*
cau-

Censuram gessit, ut videtur, Claudius anno ab U. C. 798. Euſebii Chronicon enim notat Olymp. 206. anno primo cenſum civium, quo *inventa ſunt Romanorum* LXVIII. *centena* XLIV. *millia*, actum fuiſſe ſub Claudio: qui primus *cenſuræ* ejus fuerit annus. Ejuſque forte tertius ab U. C. 800. De ejus enim illo anno *cenſura* Plin. x. 2. *Allatus eſt & in Urbem Claudii principis cenſura, anno Urbis* 800. *& in comitio propoſitus phœnix.* V. & *Salmaſ. Exercit. Plin. p.* 391. *a.* Collegam in *cenſura* habuit L. Vitellium Imperatoris patrem. Tacit. Ann. XII. 4. 1. *Igitur Vitellius, nomine cenſoris, ſerviles fallacias obtegens....* Noſt. Vitell. 2. 8.

2. Intermitti cenſura non debuiſſet. Ita enim de illa Cicer. L. L. III. 3. *Eaque poteſtas ſemper eſto.*

3. Paullus Æmilius Lepidus & L. Munatius Plancus cenſores fuere M. Claudio Marcello Æſernino & L. Arruntio conſulibus, ſive anno ab U. C. 731. Dionem V. ſupr. Aug. 37. 2. 11.

4. Inæqualem, varium, & inconſtantem ut in judicando, ita in officio quoque cenſorio exercendo ſe præbuit Claudius. Et talem ſe præbuit in Hiſpaniæ adminiſtratione Galba init. 9. 1. Ob hanc Claudianam cenſuram dixit Sidon. Carm. 7. 105.

Et Caligas Caji Claudi cenſura ſecuta eſt.

Beroaldus.

5. Habere censorem suum dictum eſt profecto *cenſorium*, gravitatis, & prudentiæ plenum, quo Claudius declaravit patres *cenſores* eſſe debere filiorum: & *cenſorio* ſupercilio, atque caſtigatoria ſeveritate uti ad illos coercendos. *Beroaldus.* Aurel. Victor de Cæſ. 4. 4. *Neque ſecus cenſu novato, cum ſenatu motis pluribus, laſcivum adoleſcentem, quem ſibi probatum parens aſſeruerat, retinuiſſet, cenſorem & liberis patrem debere eſſe, recte adjecerat.*

6. Corruptela quid dictum ſupr. Cæſ. 50. 1. §. 4.

7. Nihil amplius quam i. tantum. Tacit. Ann.
XIII.

4 *cautius* [9]. Addiditque, *quare enim ego ſcio, quam amicam habeas?* Et cum orantibus familiaribus dempſiſſet [10] cuidam appoſitam notam, *litura* [11], *tamen*, inquit, *ex-*
5 *ſtet* [12]. Splendidum virum, Græciæque provinciæ principem, verum Latini ſermonis ignarum [13], non modo albo [14] judicum eraſit, ſed etiam in peregrinitatem rede-
6 git. Nec quemquam niſi ſua voce, utcumque quis poſſet, ac ſine patrono, ratio-
7 nem vitæ [15] paſſus eſt reddere. Notavitque multos, & quoſdam inopinantes [16], & ex cauſa novi generis, quod ſe inſcio, ac ſine commeatu Italia exceſſiſſent [17]: quendam

XIII. 40. 6. *Nec amplius quam decurio equitum audentius progreſſus.* Noſt. Galb. 19. Tit. 9. 2. Veſp. 20. 3.

8. ÆTATULÆ INDULGERE I. non temperare ſe a peccatis juventutis. *Ætas*, docentibus Barth. Adv. XXIV. 6. & Schulting. Sen. Contr. p. 201. notat interdum annos, quos Petron. c. 47. *ad patiendum geſtientes* dicit: *ætatem* florentem, ejuſdemque vitia & ſalacitatem. Senec. ad Helv. c. 16. *Nunquam te fœcunditatis tuæ, quaſi exprobraret ætatem, puduit.* Phocas grammaticus præfatione artis. *Adoleſcentes aut neceſſitate compulſos, aut odore voluptatum per ætatem afflatos exſecrari magiſtros.* Noſt. ſupr. Jul. 49. 6. infr. Galb. 20. 6.

9. CAUTIUS I. prudentius. Juxta illud triviale: *ſi non caſte, ſaltem caute.* Cui ſimile eſt illud Apulej. Met. X. p. 236. *Quod nemo novit, pæne non fit.* Beroaldus.

10. DEMEBANTUR *notæ* iis, qui liberabantur infamia. Moris erat, ut, qui vel famoſo judicio, vel alia ratione infames erant, illorum nomen ad cenſores referretur, illiſque *nota* in cenſualibus tabulis apponeretur, ſicque illorum ignominia inſignior eſſet. Liv. XXXIX. 42. *Patrum memoria inſtitutum fertur, ut cenſores motis ſenatu adſcriberent notas. Longe graviſſima in L. Quintium oratio eſt, quaſi accuſator ante notam, non cenſor poſt notam uſus eſſet.* V. etiam *Revard. de div. reg. jur. c. 109. Herald. in Arnob. p. 172.*

11. LITURA I. notæ veſtigium. *Litura* exſtat, quum ſuperinducto atramento, aliove liquore, ſcripturam, vel picturam deſtruimus. Cicer. pro Cluent. c. 14. *Oppianicus, qui gener ejus fuiſſet, digito legata delevit: &, cum id multis locis feciſſet, poſt mortem ejus, ne lituris coargui poſſet, teſtamentum in alias tabulas tranſſcriptum, ſignis adulterinis obſignavit.*

12. EXSTET. Quid ridiculi viſum fuerit Suetonio contineri hoc Claudii dicto, equidem non intelligo: nam mens certe illius paret optima fuiſſe. Cum enim precibus amicorum condonaret illi cenſoriam notam: ſui tamen judicii cupiit *exſtare* aliquod teſtimonium. Neque dubium eſt idem variis rationibus factum ſæpius a cenſoribus. Simile eſt, quod narrat Dio XL. p. 150. C. de Appio cenſore, qui cum nota dignum Curionem cenſeret, ac notæ tamen gratiam rogatu quorundam facturum ſe promiſiſſet, ſententiam de eo ſuam in ſenatu prius aperuit. Τὸν μέντοι Κουρίωνα μελλήσαντα καὶ αὐτὸν ἀπαλειφθήσεσθαι, ἐξῃτήσατο μετὰ τοῦ Παύλου, ὅτι συγγενὴς ἦν: καὶ ὃς οὐ διέλειψε (διήλειψε perperam eſt in vulgatis) μὲν αὐτὸν διὰ τοῦτο, τὴν μέντοι γνώμην, ἣν περὶ αὐτοῦ εἶχεν, ἐδημοσίευσεν ἐν τῷ βουλευτηρίῳ. *Caſaubonus.* * A quo hæc non bene percepta. Ludebat ridiculus Imperator in voce nota, quæ ut per ſe quodammodo litura erat notati nominis, ita inducta, revera etiam litura extabat. Quod merito reprehendit Suetonius, quod ita jocando ſevero illo cenſoris munere abutebatur Claudius. *Vlit. cur. ſecund. in Grat. Cyneg. n. 497.*

13. LATINI SERMONIS IGNARI civitatis jure donati, eo honeſte frui non poterant; non enim videbantur merito cives Romani haberi, cenſerique poſſe, niſi *Romane*, & intelligerent, & ſonarent. V. ſupr. Tib. 71. 1. §. 1. Quin neſciſſe id, non turpe ſolum, ſed & periculo junctum. Civitatem ob unam hanc noxam ademit Claudius non tantum huic Græciæ principi, ſed etiam cuidam Lyciorum legato, de quo Dio LX. p. 676. C. Ἐν δὲ δὴ τῇ διαγνώσει ταύτῃ ἐπύθετο τῇ Λατίνῃ γλώσσῃ πρεσβευτοῦ τινος, Λυκίου μὲν τὸ ἀρχαῖον ὄντος, Ῥωμαίου δὲ γεγονότος: καὶ αὐτὸν, ἐπειδὴ μὴ συνῆκε τὸ λεχθὲν, τὴν πολιτείαν ἀφείλετο, εἰπὼν μὴ δεῖν Ῥωμαῖον εἶναι τὸν μὴ καὶ τὴν διάλεξιν σφῶν ἐπιστάμενον. *De qua re quum cognoſceret, legatum quemdam, Lycium quidem origine, Romanum tamen natum, Latine interrogavit, ac non intelligenti, quid quæſiviſſet, civitatis jus ademit, dicens, Romanum eum eſſe non debere, qui ſermonem eum neſciret.*

14. ALBUM judicum V. ſupr. Tib. 51. 1. §. 3.

15. RATIONEM VITÆ apud cenſores, qui illam accipere dicebantur, dare ſolebant cives Romani. Varr. L. L. V. 9. *Nunc primum ponam de cenſoriis tabulis. Ubi noctu in templum cenſor auſpicatus, atque de cœlo nuntiatum erit, præconi ſic imperat, ut viros vocet: quod bonum, fortunatum, felixque, ſalutareque fiet populo Romano Quiritium, reique publicæ populi Romani Quiritium, mihique, collegæque meo, fidei, magiſtratuique noſtro: omnes Quirites, equites, pedites, magiſtratus, privatoſque, curatores omnium tribuum, ſi quis pro ſe, ſive pro altero dare rationem volet, voca inlicium huc ad me.* Plaut. Trin. IV. 2. 30.

Cenſui cum juratori, cenſori, *recte rationem dedi.* Gronov. Obſerv. IV. 3.

16. INOPINANTES, quia nondum jus concedendi commeatum a ſenatu abdicaverat, & ſui juris fecerat, quod feciſſe Claudium dicit noſt. infr. 23. 6. *M. Donatus.*

17. ITALIA EXCEDERE non potuiſſe ſenatores, quique

dam vero, & quod comes [18] regis in provincia fuiſſet, referens, majorum temporibus [19] Rabirio Poſtumo [20], Ptolemæum Alexandriam crediti ſervandi cauſa ſecuto, majeſtatis crimen apud judices motum. Plures notare conatus, magna inquiſitorum negligentia [21], ſed ſuo majore dedecore, innoxios fere reperit: quibuſcunque cœlibatum [22], aut orbitatem [23], aut egeſtatem [24] objiceret, patres, opulentos ſe probantibus, eo quidem, qui ſibimet vim ferro [25] intuliſſe arguebatur, illæſum corpus veſte depoſita oſtentante. Fuerunt & illa in cenſura ejus notabilia quod eſſedum 8 9

que magiſtratus gererent, innuere videtur Liv. XXXVI. 3. *Adeoque in apparatum, curamque ejus belli civitas intenta fuit, ut P. Cornelius conſul ediceret, qui ſenatores eſſent, quibuſque in ſenatu ſententiam dicere liceret, quique minores magiſtratus eſſent, ne quis eorum longius ab urbe Roma abiret, quam unde eo die redire poſſet; neve uno tempore quinque ſenatores ab urbe Roma abeſſent.* Clarius D. O LII. p. 494. D. Καὶ προσαπεῖπε πᾶσι τοῖς βουλεύουσι μὴ ἐκδημεῖν ἔξω τῆς Ἰταλίας, ἂν μὴ αὐτὸς κελεύσῃ, ἢ καὶ ἐπιτρέψῃ: καὶ τοῦτο καὶ δεῦρο ἀεὶ φυλάσσεται, πλὴν γὰρ ὅτι ἔς τε τὴν Σικελίαν, καὶ ἐς τὴν Γαλατίαν τὴν περὶ Νάρβωνα, οὐδαμόσε ἄλλοσε βουλευτῇ ἀποδημῆσαι ἔξεστιν. *Et edixit Auguſtus, ne quis ſenator injuſſu ſuo, permiſſuve extra Italiam abiret: id quod hodie etiam obſervatur, quum nulli ſenatori alio, quam in Siciliam, Galliamque Narbonenſem liceat peregre proficiſci.* V. & M. Donatum.

18. Comites Imperatorum vidimus ſupr. Tib. 46. 1. §. 2. ſed regis peregrini *comes* non debebat eſſe civis Romanus, cujus nomen majus exiſtimabatur, quam ut tam abjecte ſe apud peregrinum gerere deberet.

19. Majorum temporibus, conſulibus n. L. Domitio Aenobarbo, & Appio Claudio Pulcro, ſive anno ab U. C. 699. Hoc anno a Cicerone defenſus eſt Rabirius.

20. Rabirius Postumus Ptolemæo regi Alexandrino, cum regno pulſus Romam veniſſet, egenti, & roganti grandem pecuniam credidit: cui & regnanti crediderat abſens, nec ſolum ſuam pecuniam credidit, ſed etiam amicorum. Poſtquam autem in regnum reductus eſt Ptolemeus, Alexandriam profectus eſt *Poſtumus*, cauſa pecuniæ exigendæ, ubi diœcetes fuit regius, hoc eſt, diſpenſator. Præterea coactus eſt ſuſcepta regia diſpenſatione veſtitum, habitumque mutare. Ex hoc accuſatus, tanquam majeſtatem populi Romani læſiſſet, a Cicerone defenſus eſt. *Beroaldus.*

21. Inquisitorum negligentia & incuria ſæpius peccare nos facit. Illa non tantum Claudium, dum crimina, quæ illis *inquirenda* commiſerat, negligentes, & ſomniculoſe *inquiſiverant*, peccare fecit; ſed etiam Senecam, de quo Quintil. Inſtit. Orat. x. 1. *Cujus & multa alioqui, & magnæ virtutes fuerant, ingenium facile, & copioſum, plurimum ſtudii, multarum rerum cognitio: in qua tamen aliquando ab iis, quibus inquirenda quædam mandabat, deceptus eſt.* V. & *Beroaldum.*

22. Coelibes a cenſoribus notari ſolebant. Val. Max. II. 9. 1. *Camillus & Poſtumius cenſores, æra pœna nomine eos qui ad ſenectutem cœlibes pervenerant, in ærarium deferre juſſerunt: iterum puniri dignos, ſi quo modo de tam juſta conſtitutione queri eſſent auſi.* Pœna cœlibum vocabatur *uxorium*, ut dixi ſupr. Aug. 34. 2. §. 7. Unde inter cenſorum officia fuiſſe, ut *cœlibes eſſe prohiberent*, dicit Cicer. L. L. III. 3.

23. Orbitas legum civilium auctoritate fuit multata, in Scto Tertulliano, in lege Papia de damno. In diviſione agrorum prælati ſunt *orbis* patres ſupr. Cæſ. 20. 6. & in petitione magiſtratuum apud Gell. N. A. II. 15. & in hæreditatibus apud Sozom. ſupr. Aug. 34. 2. §. 7. Unde recte Papin. Sylv. IV. 7. 33.

Orbitas omni fugienda niſu.

Et Auguſtus illam, ut nomini ſuo adverſam, fugiendam eſſe firmiſſimis rationibus probat ſua ad innuptos concione, & hac inſigni peroratione apud Dion. LVI. 578. C. Ἵνα καὶ αὐτοὶ τῆς ἐπωνυμίας ταύτης μεταλάβητε, καὶ ἐμὲ φερώνυμον αὐτῆς ποιήσητε. *Ut aucti liberis, ac veluti Auguſti ipſi fierent, ſe Auguſtum non cognomine tantum, ſed reapſe efficerent.* V. *Morell. in Papinium.*

24. Egestatem i. quod cenſum non haberent legitimum.

25. Sibi vim inferre non licet. Nemo enim eſt dominus membrorum ſuorum. Nec civem patriæ auferre licet. Unde in illam peccare merito cenſetur. Ariſt. Ethic. v. 15. Οὐ κελεύει ἑαυτὸν ἀποκτιννύναι ὁ νόμος, ἃ δὲ μὴ κελεύει, ἀπαγορεύει. Ἔτι, ὅταν παρὰ τὸν νόμον βλάπτῃ, μὴ ἀντιβλάπτων, ἑκὼν ἀδικεῖ: ἑκὼν δὲ, ὁ εἰδὼς, καὶ ὃν, καὶ ᾧ, καὶ ὡς. Ὁ δὲ δι' ὀργὴν ἑαυτὸν σφάττων, ἑκὼν τοῦτο δρᾷ παρὰ τὸν ὀρθὸν λόγον, ὃ οὐκ ἐᾷ ὁ νόμος: ἀδικεῖ ἄρα. ἀλλὰ τίνα; ἢ τὴν πόλιν, αὑτὸν δ' οὔ: ἑκὼν γὰρ πάσχει: ἀδικεῖται δ' οὐδεὶς ἑκών. Διὸ καὶ ἡ πόλις ζημιοῖ: καί τις ἀτιμία πρόσεστι τῷ ἑαυτὸν διαφθείροντι, ὡς τὴν πόλιν ἀδικοῦντι. *Lex non jubet ſeipſum quempiam occidere: quæ autem non jubet, vetat. Præterea, cum quis præter legem lædit non referens læſionem, ſponte injuriam facit: qui autem ſponte facit, is ſciens, & quem, & cui, & quomodo facit. At qui ob iram ſeipſum jugulat, ſponte præter rectam legem id agit, quod lex non permittit: injuriam igitur facit, ſed cui? civitati nimirum, non ſibi: quippe cum ſponte patiatur: nemo vero ſponte injuria afficiatur. Unde etiam ipſum civitas multat: eique, qui ſeipſum necavit, quaſi civitatem injuria affecerit, ignominia quadam irrogatur.* Unde plurimæ Ictorum in αὐτόχειρας conſtitutiones, quæ exhibentur Digeſt. XLVIII. 21. 3.

26. Ex-

dum [26] argenteum ſumptuoſe fabricatum ac venale ad Sigillaria [27] redimi concidique coram imperavit: quodque uno die xx edicta propoſuit: inter quæ duo, quorum altero admonebat, *ut uberi vinearum proventu bene dolia* [28] *picarentur* [29]: altero, *nihil æque facere* [30] *ad viperæ morſum* [31] *quam taxi arboris ſuccum* [32].

26. Esseduм quale fuerit vehiculum docui ſupr. Aug. 76. 3. §. 8.

27. Sigillaria *vicus Romæ celebris, ubi venum res venales exponebantur, ibique vaſa præcipua, ſignaque exquiſitæ artis ex ære, argentoque fabrefieri ſolebant, unde nomen factum loco. Aulus Gellius N. A.* v. 4. *Apud Sigillaria forte in libraria ego, & Julius Paullus poeta conſederamus. Huc pertinet: quod dies Sigillariorum Saturnalibus adjectos legimus, quibus imagunculæ, & ſimulacra venalia in Sigillaribus proponebantur: quæ pro ſuis capitibus in ſacellum Ditis Romani deferebant.* Alex. Gen. iii. 4. Gell. N. A. ii. 3. *Fidus Optatus oſtendit mihi librum Æneidos ſecundum, mirandæ vetuſtatis, emptum in Sigillariis.* Noſt. Ner. 28. 5. In regione Urbis ſeptima, quæ *via lata*, videtur fuiſſe *Merul. Coſmog.* iii. 4. *p.* 769. *Borrich. Ant. Rom. Fac. c.* 9. §. 3. *Nardin. Rom. Vet.* iv. 10.

28. Dolia *vaſa grandia, in quibus vinum condi tur. Varro Manio. Hæc adventoribus accedunt, cellæ, claves, clauſtra, carnaria, dolia.* Non. 15. §. 16.

29. Picarentur i. *pice* linerentur. Cato R. R. c. 23. *Face ad vindemiam quæ opus ſunt, ut parentur, vaſa laventur, corbulæ ſarciantur, picentur dolia.* Colum. R. R. xii. 18. *Dolia quoque, & ſeriæ, ceteraque vaſa ante quadrageſimum vindemiæ diem picanda ſunt.*

* 30. Facere i. convenire, prodeſſe, conducere. Conſtruitur hac notione eleganter cum præpoſitione ad accuſativum regente. Senec. Tranq. c. 4. *Quorundam contumacia non facit ad aulam.* Ovid. Triſt. i. 9. 44.

Non facit ad noſtras hoſtia major opes.

i. convenit aulæ, opibus. Interdum tamen dativo jungitur. Prop. iii. i. 10.

Non faciet capiti dura corona meo.

31. Morsu *viperæ* necat. Ovid. Rem. n. 421.

Parva necat morſu ſpatioſum vipera taurum.

Unde lingua occidere dicetur Job. 20. 16. תהרגהו לשון אפעה, *occidat eum lingua viperæ.* Linguæ enim tribuitur, quod dentium eſt proprium: quia *mordet* ſerpens exſerta lingua, quaſi illa vulnus infligeret. Senec. Med. iv. 686.

Heic fera ſerpens corpus immenſum trahit,
Trifidamque linguam exſertat, & quærens quibus
Mortifera veniat.

V. *Bochart. Hieroiz.* ii. 3. 2.

32. Taxi arboris succum præſentiſſimum ad viperæ morſum remedium eſſe dicit Claudius, forte, quia venenum veneno retunditur, atque expugnatur. Sicut aconitum colluctatur cum veneno, quod invenerit in homine: & ita duo venena in homine commoriuntur, ut ipſe homo ſuperſit. Hæc eo magis ridicula, quia nullo *ſucco* eſt *taxus*. Baccis venenum ineſt. Utrumque Plin. xvi. 10. *Similis his etiamnum aſpectu eſt taxus, minus virens, graciliſque, & triſtis, ac dira, nullo ſucco, ex omnibus ſola baccifera. Mas noxio fructu. Letale quippe baccis, in Hiſpania præcipue, venenum ineſt.* V. & *Beroaldum.*

CAPUT XVII.

ARG. *In Britanniam expeditionem ſuſcipit, parteque inſulæ in deditionem recepta Romam redit, & triumphat Tiberius Claudius Druſus Cæſar.*

1 Expeditionem unam omnino ſuſcepit, eamque modicam: cum decretis ſibi a ſenatu [1] ornamentis [2] triumphalibus leviorem majeſtate principali titulum arbitraretur, velletque juſti triumphi [3] decus, unde [4] acquireret, Britanniam [5] potiſſimum elegit:

Decretis a senatu ob res in Mauritania geſtas. Dio lx. p. 670. C. Ἔπειθον δὲ καὶ τὰς τιμὰς αὐτὸν τὰς ἐπινικίους ἐπὶ τοῖς ἐν τῇ Μαυριτανίᾳ πραχθεῖσι δέξασθαι ἔπεισαν, οὐχ ὅτι κατορθώσαντα, ἀλλ' οὐδ' ἐν τῇ ἀρχῇ πω ὄντα ὅτι διαπολεμηθέν. *At illi, ut propter res in Mauritania geſtas honores triumphales acciperet, illi,* Claudio, *perſuaſerunt, non modo ab ipſo non geſtas, ſed ne ſub ejus quidem imperio.*

2. Ornamenta triumphalia V. ſupr. Aug. 38. 1. §. 5.

3. Justus triumphus quis, dixi ſupr. Aug. 38. 1. §. 3.

4. Unde *unde* legit Gronovius i. undecumque. Et ita idonei ſcriptores. Tertull. de anima c. 51. *Certe unde unde ſunt iſta, ſignis potius & oſtentis deputanda.* Plaut. Pſeud. i. 1. 104.

Atque id futurum, unde unde dicam neſcio.

5. Britanniam Berico quodam inſula per ſeditionem ejecto, auctore. Dio lx. p. 677. D. Ἐν μὲν δὴ τῇ πόλει ταῦτ' ἐγίγνετο· κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον Αὖλος Πλαύτιος, βουλευτὴς λογιμώτατος, ἐς τὴν Βρεττανίαν ἐστράτευσε. Βέρικος γάρ τις, ἐκπεσὼν ἐκ τῆς νήσου κατὰ στάσιν, ἔπεισε τὸν Κλαύδιον δύναμιν ἐς αὐτὴν πέμψαι. *Dum hæc Romæ geruntur, eodem fere tempore A. Plau-*

tius

elegit; neque tentatam [6] ulli poſt Divum Julium, & tunc tumultuantem ob non redditos transfugas [7]. Huc cum ab Oſtia navigaret [8], vehementi circio [9] bis pæne demerſus eſt, prope Liguriam [10], juxtaque Stœchadas [11] inſulas. Quare Maſſilia [12] Geſſoriacum [13] uſque pedeſtri itinere [14] confecto inde tranſmiſit: ac ſine ullo prælio,

2

3

tius ſenator clariſſimus in Britanniam exercitum duxit. Bericus enim quidam, inſula per ſeditionem ejectus Claudio copiarum illuc mittendarum auctor fuit.

6. Tentasse neminem Britanniam dicit & Joſephus infr. Veſp. 4. 10. §. 35. ſed intraſſe, imo illa ſubacta triumphaſſe Auguſtum veriſimile eſt. Serv. Georg. III. 33. *Diverſo ex hoſte, orientis & occidentis accipimus: orientis propter Gangaridarum: occidentis propter Britannorum triumphum.* Et n. 25. *Tollant aulæa Britanni. Hoc ſecundum hiſtoriam eſt locutus. Nam Auguſtus poſtquam vicit Britanniam, plurimos de captivis, quos abduxerat, donavit ad officia theatralia: dedit etiam aulæa, id eſt, velamina, quibus depinxerat victorias ſuas, & quemadmodum Britanni ab eo donati eadem vela portarent, quæ re vera portare conſueverant.* Horat. Od. III. 5. 1.

Cœlo tonantem credidimus Jovem
Regnare, præſens divus habebitur
Auguſtus, adjectis Britannis
Imperio, gravibuſque Perſis.

Strab. IV. p. 138. Νυνὶ μέντοι τῶν δυναστῶν τινες τῶν αὐτόθι πρεσβεύσεσι, καὶ θεραπείαις κατασκευασάμενοι τὴν πρὸς Καίσαρα τὸν Σεβαστὸν φιλίαν, ἀναθήματά τε ἀνέθηκαν ἐν τῷ Καπιτωλίῳ, καὶ οἰκείαν σχεδὸν παρεσκεύασαν τοῖς Ῥωμαίοις ὅλην τὴν νῆσον: τέλη τε οὕτως ὑπομένουσι βαρέα, τῶν τε εἰσαγομένων εἰς τὴν Κελτικὴν ἐκεῖθεν, καὶ τῶν εἰσαγομένων ἐνθένδε. *Noſtra ætate regulorum quidam Britannorum legationibus & officiis amicitiam Cæſaris Auguſti conſecuti, donaria in Capitolio dedicarunt, familiaremque Romanis totam pæne inſulam redegerunt: & vectigalia tolerant jam non difficilia a rebus, quæ a Gallia, & Britannia ultro citroque vehuntur.* Quid ergo huic loco faceret, ſi ſupereſſet, *Torrentius.* Certe Pulmanni ſui *depradatam* ut ſubjiceret, *Joſephus Caſtalio*, qui & hoc in ſuo antiquo invenit, ab illo conſultus illi auctor eſſet. V. hunc *Var. Lect. c.* 2.

* *Tentavit* aliquando Caligula. V. illum 44. 3.

7. Transfugas, forte Bericum, ejuſque ſocios, ſupr. §. 5.

8. Navigavit in Britanniam Claudius C. Criſpo II. T. Statilio conſulibus, ſive anno ab U. C. 796. Dio LX. p. 680. A. Τῆς μὲν οὖν Βρεττανίας οὕτω τότε ἑάλω τινά: μετὰ δὲ ταῦτα Γαΐου τε Κρίσπου τὸ δεύτερον καὶ Τίτου Στατιλίου ὑπατευόντων, ἦλθε τε ἐς τὴν Ῥώμην ὁ Κλαύδιος, ἓξ μῆνας ἀποδημήσας, ἀφ' ὧν ἑκκαίδεκα μόνας ἐν τῇ Βρεττανίᾳ ἡμέρας ἐποίησε, καὶ τὰ ἐπινίκια ἔπεμψε. *Cæterum Britannia parte aliqua ſubacta, Romam rediit Claudius Cajo Criſpo II. T. Statilio conſulibus, ſexto quam diſceſſerat menſe, ſedecim tantum diebus in Britannia actis, & triumphavit.* Evocatus fuit ab A. Plautio. Dio ibid. p. 679. A. Ὁ Πλαύτιος τὸν Κλαύδιον μετεπέμπετο: εἴρητο γὰρ αὐτῷ, εἴ τι βιαιότερον γίγνοιτο, τοῦτο ποιῆσαι. *Plautius Claudium arceſſit: juſſus id facere, ſi quid violentius eveniret.*

9. Circius, vel *cercius* inter argeſten & thraſcian poſitus eſt, alii eundem cum thraſcia volunt. Ventus eſt ſeptemtrionalis. Senec. N. Q. v. 16. *A ſeptemtrionali latere ſummus eſt aquilo, medius ſeptemtrio, imus thraſcias.* Qui & de illo c. 17. *Atabulus Apuliam infeſtat, Calabriam japyx, Athenas ſciron, Pamphyliam catagis, Galliam circius: cui ædificia quaſſanti, tamen incolæ gratias agunt, tanquam ſalubritatem cœli ſui debeant ei. Divus certe Auguſtus templum illi, cum in Gallia moraretur, & vovit, & fecit.* De illo Gell. *N. A.* II. 22. *Plin.* II. 47: XVII. 2. *Salmaſ. Exercit. Plin. p.* 885.... 888. *Thyſ. in Gellium.*

10. Liguriam deſcribit Strab. v. p. 151. Ἡ Λιγυστικὴ ἐν αὐτοῖς τοῖς Ἀπεννίνοις ὄρεσι, μεταξὺ ἱδρυμένη τῆς νῦν λεχθείσης Κελτικῆς καὶ τῆς Τυῤῥηνίας. *Liguria in ipſis Apenninis montibus inter Galliam nunc dictam ſita eſt & Etruriam.* * Unde *Ligures Alpini* Liv. XXVIII. 42. & 46.

11. Stoechades inſulæ prope Maſſiliam; ab ordine, στοῖχος enim Græcis ordinem ſignificat, nomen fortitæ. Strab. IV. p. 128. Πρόκεινται δὲ τῶν στενῶν τούτων ἀπὸ Μασσαλίας ἀρξάμεναι αἱ Στοιχάδες νῆσοι, τρεῖς μὲν ἀξιόλογοι, δύο δὲ μικραί. *Ante has anguſtias incipientibus a Maſſilia ſitæ ſunt Stœchades inſulæ, tres earum memorabiles, duæ exiguæ.* Unde Plin. III. 5. *Tres Stœchades a vicinis Maſſilienſibus dictæ propter ordinem, quas item nominant ſingulis vocabulis; Proten, & Meſen, quæ & Pomponiana vocatur, tertia Hypæa.* Hodie vocantur *les Iles d' Hyeres*, ut monet *Baudrand. Lex. Geograph.*

12. Massiliam V. ſupr. Cæſ. 34. 3. §. 25.

13. Gessoriacus eſt *Bononia*, vulgo *Boulogne*. Auctor tabulæ itinerariæ: *Geſſoriaco, quod nunc Bononia.* Mela, qui geographia ſua eodem tempore prodidit, quo Claudius Britanniam ſubjugavit, III. 2. *Ab illis*, Oſiſmiis, *iterum ad ſeptemtriones frons littorum reſpicit, pertinetque ad ultimos Gallicarum gentium Morinos: nec portu, quem Geſoriacum vocant, quidquam habent notius.* Marcellin. XX. 9. *Et quoniam, quum hæc ita procederent, timebatur Lupicinus, licet abſens, agenſque etiam tum apud Britannos, homo ſuperbæ mentis, & turgidus, eratque ſuſpicio, quod ſi hæc trans mare didiciſſet, novarum rerum materias excitaret: notarius Bononiam mittitur, obſervaturus ſollicite, ne quiſquam fretum Oceani tranſire permitteretur.* Unam ſcilicet Bononiam, quia tunc temporis nullus alius trajectus. V. *Cluver. Germ.* II. 28. *Velſer. Fragm. Tab. Ant. p.* 741. *Bergier. de viis milit.* III. 43. §. 2—5. *Loenſ. Miſc.* v. 25. *Sommer. Port. Icc. p.* 3. & *ſupr. Cal.* 46. 2. §. 7.

Pppp 14. Pr-

prælio, aut ſanguine intra pauciſſimos dies [15] parte inſulæ [16] in deditionem recepta, ſexto quam [17] profectus erat menſe, Romam rediit, triumphavitque [18] maximo ap-
4 paratu. Ad cujus ſpectaculum commeare in Urbem non ſolum præſidibus provinciarum [19] permiſit, verum etiam exſulibus quibuſdam: atque inter hoſtilia ſpolia navalem [20] coronam faſtigio Palatinæ [21] domus juxta civicam fixit, trajecti & quaſi
5 domiti oceani inſigne. Currum ejus Meſſalina uxor carpento [22] ſecuta eſt. Secuti & triumphalia ornamenta eodem bello [23] adepti, ſed cæteri pedibus [24] & in prætexta.

14. PEDESTRE ITER maritimo opponitur, ut *pedeſtres* copiæ navalibus. Cicer. de Senect. c. 5. *Nec tamen omnes poſſunt eſſe Scipiones, aut Maximi, ut urbium expugnationes, ut pedeſtres, navaleſque pugnas recordentur.* Plura de hac oppoſitione, etiam Græcis uſitata dixi ad Curt. III. 2. 8. §. 33. Partim fluminibus tamen hoc *iter* confeciſſe Claudium dicit Dio LX. p. 679. B. Καταπλεύσας ἐς τὰ Ὤστια, ἐκεῖθεν ἐς Μασσαλίαν παρεκομίσθη: κἀντεῦθεν τὰ μὲν πεζῇ, τὰ δὲ καὶ διὰ τῶν ποταμῶν πορευόμενος, πρός τε τὸν Ὠκεανὸν ἀφίκετο. *Ab Urbe navigio Oſtiam devectus eſt, inde Maſſiliam: reliquoque itinere partim terra, partim per amnes facto, ad Oceanum venit.*

15. INTRA PAUCISSIMOS DIES, ſedecim dixit Dio ſupr. 2. §. 8. Oroſ. VII. 6. *Ibique, ut verbis Suetonii Tranquilli loquar, ſine ullo prælio, ac ſanguine, intra pauciſſimos dies plurimam inſulæ partem in deditionem recepit. Orcadas etiam inſulas, ultra Britanniam in Oceano poſitas, Romano adiecit imperio, ac ſexto, quam profectus erat menſe, Romam rediit.*

16. PARTE INSULÆ *in deditionem recepta*: imo *domita gentes, capti reges*, ut Tacit. Agric. 13. 6.

* 17. QUAM i. poſtquam. Curt. IV. 4. 19. *Tyrus ſeptimo menſe, quam oppugnari cœpta erat, capta eſt.* Plin. VIII. 42. Equum *terram attingere ore triduo proximo, quam ſit genitus, negant poſſe.*

18. TRIUMPHI hujus *apparatum* deſcribunt Dio ibid. D. Μαθοῦσα δ' ἡ γερουσία τὰ κατειργασμένα, Βρεττανικόν τε αὐτὸν ἐπεκάλεσε, καὶ τὰ ἐπινίκια αὐτῷ πέμψαι ἔδωκε: πανήγυρίν τε ἐτησίαν, καὶ ἁψῖδα τροπαιοφόρον ἐν τῇ πόλει, καὶ ἑτέραν ἐν τῇ Γαλατίᾳ ὅθεν ἐς τὴν Βρεττανίαν ἐξαναχθεὶς ἐπεραιώθη, γίνεσθαι ἐψηφίσαντο. *Senatus, rebus geſtis cognitis, Britannicum illum nominaverunt, illi triumphum conceſſerunt, ludos annuos, & arcum tropæa ferentem, in Urbe, aliumque in Gallia (unde in Britanniam trajecerat) decreverunt.* Plin. XXXIII. 3. *Claudius, cum de Britannia triumpharet, inter coronas aureas unam VII. pondo habuit, quam contulerat Hiſpania citerior: alteram IX. quam Gallia comata: ſicut titulus indicavit.* Imo *templum in Britannia* illi conſtitutum fuit. Senec. Ἀποκολ. p. 852. De illo & Tacit. Ann. XIV. 31. 5. *Ad hæc templum D. Claudio conſtitutum, quaſi arx æternæ dominationis aſpiciebatur: delectique ſacerdotes ſpecie religionis omnes fortunas effundebant.*

19. PRÆSIDIBUS PROVINCIARUM alioqui extra *provinciam* abnoctare non licebat. Suum vero triumphum ſpectandi cauſa, ut Romam venire poſſent, permiſit Claudius. Marcian. Digeſt. I. 18. 15. *Illud obſervandum eſt, ne, qui provinciam regit, fines ejus excedat, niſi voti ſolvendi cauſa: dum tamen abnoctare ei non liceat.*

20. NAVALIS *corona eſt qua donari ſolet maritimo prælio, qui primus in hoſtium navem armatus vi tranſilivit: ea quaſi navium roſtris inſignita eſt.* Gell. N. A. V. 6. De hac plura *Paſchal. de coron.* VII. 4.

21. PALATINÆ i. Imperatoriæ. Ita, quæ Imperatoris fores ornabant, laurus *Palatinæ* dicuntur. Ovid. Faſt. IV. 953.

State Palatinæ laurus, prætextaque quercu
Stet domus.

22. CARPENTUM quid fuerit, dixi ſupr. Tib. 2. 8. §. 49. Hoc vectam Meſſalinam dicit etiam Dio. Καὶ τῇ Μεσσαλίνῃ τὴν προεδρίαν, ἣν καὶ ἡ Λιουία ἐσχήκει, καὶ τῷ καρπέντῳ χρῆσθαι ἔδοσαν. *Meſſalinæ primum in conſeſſu locum, ut Liviæ quondam, utque carpento veheretur, decreverunt.* Et de Agrippina altera Claudii conjuge p. 686. E. Καὶ ἡ μὲν ταχὺ καὶ αὐτὴ Μεσσαλῖνα ἐγένετο, καὶ μάλιστα ὅτι καὶ τιμάς ἄλλας τε, καὶ τῷ καρπέντῳ ἐν ταῖς πανηγύρεσι χρῆσθαι, παρὰ τῆς βουλῆς ἔλαβεν. *Mox in Meſſalinam plane commutata eſt, tum præſertim, quum ſenatus ei honores quoſdam, utque carpento ludis veheretur, decrevit.* Conjugibus enim Imperatorum datum fuit, ut ſicut Imperatores ipſi pompam circenſem aliquando ducebant, ſicut magiſtratus eam comitabantur, ita ipſæ quoque jus haberent in ea procedendi, utendique *carpento*. Unde & *carpento Capitolium ingreſſa* eſt Agrippina, quod ingredi pedibus, reverentia loci, *carpento* exeuntes, exceptis ſacerdotibus, qui hoc proprium habuerunt, ut una cum ſacris *carpento* ingredi Capitolium fas haberent, ſolebant veteres. Tacit. Ann. XII. 42. 3. *Suum quoque faſtigium Agrippina extollere altius, carpento Capitolium ingredi, qui mos ſacerdotibus, & ſacris antiquitus conceſſus, venerationem augebat feminæ.* V. *Scheffer. de re veh.* II. 17. *Gutber. de off. dom. Aug.* II. *p.* 16.

23. BELLO hoc adepti quinam fuerint *triumphalia ornamenta*, de quibus ſupr. Aug. 38. 1. §. 5. narrat Dio p. 680. B. Ἔνειμε δὲ τοῖς μὲν βουλευταῖς τοῖς συνεξετασθεῖσιν οἱ τὰς ἐπινικίους τιμάς, οὐχ ὅτι τοῖς ὑπατευκόσιν, ἅπερ καὶ ἄλλως ἀφθονώτατα, καὶ ἐπὶ τοῖς ἐλαχίστοις ἐποίει. *Tribuit autem non conſularibus modo, qui ei in militia adfuiſſent, ſed & ſenatoribus quoque aliis, triumphalia inſignia, ſicut etiam dignitate inferioribus abunde tribuere ſolebat.* Mos enim, ut ex eodem bello vel triumphos, vel triumphalia certe ornamenti

texta. Craſſus Frugi [25] equo phalerato, & in veſte palmata [26], quod eum honorem iteraverat.

menta comites expeditionum conſequerentur, jam invaluerat, ut obſervat *Caſaubonus.*

24. PEDIBUS. Eutrop. VII. 10. *Tam civilis circa quosdam amicos exſtitit Claudius, ut etiam Plancium, nobilem virum, qui in expeditione Britannica multa, ac egregia fecerat, triumphantem ipſe proſequeretur, & conſcendenti Capitolium lævus incederet.*

25. FRUGI apud Romanos primus cognominatus eſt Lucius Piſo. Cicer. pro Font. c. 13. *Exſtat oratio C. Gracchi: qua in oratione permulta in L. Piſonem turpia, ac flagitioſa dicuntur. At in quem virum? qui tanta virtute, atque integritate fuit, ut etiam illis optimis temporibus, cum hominem invenire nequam neminem poſſes, ſolus tamen Frugi nominaretur.* Quæ fere repetit Tuſc. Quæſt. III. 8. In Craſſorum familia fuiſſe cognomentum *Frugi* indicat etiam Spartian. Adrian. c. 5. *Et Frugi Craſſus neminem læderet: quamvis Craſſum poſtea procurator egreſſum inſula, quaſi res novas moliretur, injuſſu ejus occiderit.*

26. PALMATA VESTIS dicitur etiam Val. Max. IX. 1. 5. *Quid ſibi voluit princeps ſuarum temporum Metellus Pius, cum palmata veſte convivia celebrabat. Palmata toga* Mart. VII. 2. 7.

I comes, & magnos illæſa merere triumphos,
Palmataque ducem, ſed cito, redde toga.

Palmata tunica frequentius. In pace conſulis erat, in victoria triumphantis, & eadem cum trabea, & picta veſte. Auſon. Paneg. p. 245. *In procinctu, & maxime dimicaturus, palmata veſtis mea ornamenta diſponis, feliciter, & bono omine. Namque iſte habitus, ut in pace conſulis eſt, ſic in victoria triumphantis. Parum eſt, ſi qualis ad me trabea mittatur, interroges, te coram promi jubes. Hæc plane, hæc eſt picta, ut dicitur, veſtis non magis auro ſuo, quam tuis verbis.* Feſto in *picta*, *a latitudine clavorum dicitur,* quod nempe lato clavo ad inſtar *palmæ* manus diſtincta eſſet. Serv. Æn. XI. 334. & Iſidor. XIX. 24. quod illam *meruerint, qui reportaſſent de hoſtibus palmam.* Unde Sidon. carm. 5. 5.

Poſt palmam palmata venit.

V. quoque *Manut. Quæſ. Epiſt.* III. 1. *Bayſ. de re veſt. c.* 10. *Ferrar. de re veſt.* 1. 2. 8. *Tiraq. in Alex.* V. 18.

CAPUT XVIII.

ARG. *Annonæ urbicæ curam ſolicitiſſime agit Tiberius Claudius Druſus Cæſar.*

Urbis annonæque [1] curam [2] ſolicitiſſime ſemper egit [2]. Cum Æmiliana [3] per- 1.2
tinacius arderent, in diribitorio [4] duabus noctibus manſit: ac deficiente militum

URBIS ANNONÆQUE 1. urbicæ annonæ. Hendyadis. Ita extra figuram noſter ſupr. Aug. 18. 2.

2. GERERE *curam annonæ* principum erat. Tacit. Ann. III. 54. 8. *Hanc P. C. curam ſuſtinet princeps, hæc omiſſa, funditus Rempublicam trahet.* IV. 6. 7. *Plebes acri quidem annona fatigabatur: ſed nulla in eo culpa ex principe: quin infœcunditati terrarum, aut aſperis maris obviam iit, quantum impendio, diligentiaque poterat.*

3. ÆMILIANA locus fuit Romæ, a monumentis Æmilianis appellatus, in ſeptima regione, cui Latæ viæ nomen, ſed extra portam, in continentibus, (ut loquuntur Icti) Urbis ædificiis. Varr. R. R. III. 2. *Eorum ædificia, qui habitant extra portam Frumentariam, aut in Æmilianis.* Tacit. Ann. XV. 40. 3. *Plus infamia id incendium habuit, quia prædiis Tigillini Æmilianis eruperat.* Beroaldus, Torrentius, & Lipſ. in Tacitum. Videſis quoque *Nardin. Rom. Vet.* IV. 10. & *Borrich. Ant. Urb. fac. c.* 9. §. 3.

4. DIRIBITORIUM in circo Flaminio, apud Septa, ubi nunc eſt collegium Romanum, collocant *Panvin. Comm. R. R.* 1. *p.* 95. *Merul. Coſmog.* II. 4. *p.* 782. *Borrich. Ant. Urb. Fac. c.* 9. §. 3. & *h. l. Torrentius.* Opus fuit Agrippæ, Dio LV. p. 553. D. Τὸ διριβιτώριον αὐτὸς ὁ Αὔγουστος ἐδημοσίωσε. Τοῦτο μὲν γὰρ ἐν ὃ οἶκος μέγιστος τῶν πώποτε μίαν ὀροφὴν σχόντων· νῦν γὰρ δὴ, πάσης τῆς στέγης αὐτοῦ καθαιρεθείσης, ὅτι οὐκ ἠδυνήθη αὖθις συνθεῖναι, ἀχανές ἐστιν· ὅ, τε Ἀγρίππας οἰκοδομούμενον κατέλιπε καὶ τότε συνετελέσθη. *Diribitorium ipſe Auguſtus publici juris fecit. Erat domus omnium earum, quæ unquam uno culmine fuiſſent, maxima: nunc omni ejus tecto diruto, quia rurſus committi inter ſe non potuit, aperto faſtigio conſpicitur. Illam Agrippa imperfectam reliquerat, tunc vero ad finem perductum fuit opus.* De hoc Plin. XVI. 40. *Fuit memoria noſtra & trabs in porticibus ſeptorum a M. Agrippa relicta, æque miraculi cauſa, quæ diribitorio ſuperfuerat viginti pedibus brevior, illa n. quæ e larice longa pedes centum & viginti longa fuerat, ſeſquipedali craſſitudine.* Dicitur a *diribere*, quod eſt diſtribuere. Cicer. Fratr. III. 4. *Is, Cato, diribitis tabellis de circulo ſe ſubduxit.* Inde *diribitores*, diviſores. Cicer. poſt redit. in ſen. c. 11. *Quando illa dignitate rogatores, diribitores, cuſtodeſque vidiſtis.* Quo loco *diribitores* ſunt, qui Romanis in ſuffragia euntibus tabellas miniſtrabant. Varr. R. R. III. 4. *Axius mihi, dum diribentur, inquit, ſuffragia, vis potius, ut villa publica utamur umbra, quam privati candidati tabella dimidiata ædificemus nobis.* Et inde *diribitorium* locum

tum ac familiarium turba, auxilio plebem per magiſtratus [5] ex omnibus vicis convocavit: ac poſitis ante ſe cum pecunia fiſcis [6], ad ſubveniendum hortatus eſt, repræ-
3 ſentaturus [7] pro opera dignam cuique mercedem. Arctiore autem annona [8] ob aſſiduas ſterilitates [9] detentus quondam medio foro [10] a turba, conviciiſque, ac ſimul fragminibus [11] panis ita inſtratus [12], ut ægre, nec niſi poſtico [13], evadere in Palatium
4 valuerit. Nihil non ex eo cogitavit ad invehendos [14] etiam tempore hiberno [15]
5 commeatus [16]. Nam & negotiatoribus [17] certa lucra [18] propoſuit, ſuſcepto in ſe damno,

locum fuiſſe ad horum *diribitorum* munus ſervientem vult *Torrentius*. Quid ſi diceremus fuiſſe locum, in quo exercitus recenſuerint, & militibus ſtipendia numeraverint. Certe *militare logiſterium*, locum non diſſimilem, fortaſſe ab eo, quod noſter & Plinius *diribitorium*, vocari tradit Strab. xv. 16. Et hoc volunt *Rhodig. A. L.* vii. 6. *Calcagn. Epiſt. Quaſt.* i. 27. *Donat. de Urb. Rom.* iii. 16. *Nardin. Rom. Vet.* iv. 10. *Hermol. Barbar. in Plinium. Voſſ. Lex. Broid. Coroll. ad For. Rom.* i. 2. V. tamen & *Gruch. de comit.* i. 3.

5. Magistratus ex omnibus vicis convocati ſunt magiſtri vicorum, ut dixi ſupr. Aug. 30. i. §. 4. V. tamen, ſi vis *Fab. Semeſt.* i. 5. *Gruter. Suſp.* i. 9. & ad hunc locum *Torrentium*.

6. Fiscos numinorum eſſe receptacula, & principum fuiſſe, dixi ſupr. Aug. 15. 3. §. 13. Illos de Imperatore raptos, inter ſigna, interque aquilas, *vehi* ſolitos fuiſſe dicit Tacit. Ann. i. 37. 3.

7. Repræsentaturus i. ſtatim numeraturus. V. ſupr. Aug. 102. 4. §. 27.

8. Arctior annona quænam dicatur, dixi ſupr. Aug. 41. 6. §. 12. Quam *arcta* hæc fuerit, docet Tacit. Ann. xii. 43. 3. *Quindecim dierum alimenta Urbi, non amplius, ſuperfuiſſe conſtitit.* Imo multos fame conſumptos dicit Joſeph. Ant. Jud. xx. 2. *Λιμοῦ γὰρ αὐτῶν τὴν πόλιν κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον πιέζοντος, καὶ πολλῶν ὑπ' ἐνδείας ἀναλωμάτων φθειρομένων. Quum enim per id tempus civitas gravi fame premeretur, & multi perirent alimentorum inopia.* Hanc prædixerat Agabus Act. 11. 28. *Ἀναστὰς δὲ εἷς ἐξ αὐτῶν ὀνόματι Ἄγαβος, ἐσήμανε διὰ τοῦ πνεύματος, λιμὸν μέγαν μέλλειν ἔσεσθαι ἐφ' ὅλην τὴν οἰκουμένην· ὅστις καὶ ἐγένετο ἐπὶ Κλαυδίου Καίσαρος.* Duæ vero notabiles ſub Claudio: altera Claudio Aug. ii. C. Licinio Cæcina conſulibus, numero mmlviii. non autem mmlx. ut Hieronymus notat: altera numero mmlxi. quam Helena levavit infr. §. 16. conſulibus ſuffectis Rufo, & Pompejo Sylvano, Imperatore Claudio conſule iv. deſignato. V. *Scalig. Anim. in Euſeb. p.* 174.

9. Sterilitates i. malignum proventum.

10. In medio foro *detinuerunt* Claudium jura reddentem. Tacit. ii. 2. *Jura reddentem Claudium circumvenere clamoribus turbidis, pulſumque in extremam fori partem vi urgebant, donec militum globo infeſtos perrupit.*

11. Fragmina etiam dicuntur Scrib. Larg. 39. 152. Virg. Æn. x. 306: iii. 741. Lucret. i. 185: v. 1283. Noſt. Ner. 26. 8. Hujus autem furoris exempla in hiſtoria Auguſtorum non deſunt. Marcellinus Comes Indictione xix. conſulatu Antiochi & Baſſi. *Hoc tempore dum ad horrea publica proceſſum celebrat, Theodoſius Imp. tritici in plebem ingruente penuria ab orientis populo lapidibus impetitus eſt.* Antoninus quoque Pius apud Aurel. Vict. Epit. 15. 8. *ob inopiæ frumentariæ ſuſpicionem lapidibus a plebe Romana perſtrictus eſt.* Noſt. Veſp. 4. 5. V. quoque *Caſaubonum, Marcil. in Veſpaſianum, Savar. in Sidon. Epiſt.* i. 10. *Demſter. Paral. ad Roſin. Ant. Rom.* vii. 38.

12. Insterni *panibus* quis dicit, jure quærit, critices, ſi quiſquam, peritus, *Grævius* noſter. Oroſius, qui totidem fere verbis Suetonium deſcripſit, *turpiſſime infeſtatum* dicit vii. 6. V. etiam *Sagittar. de jan. vet.* 4. 5.

13. Posticum, *ψευδόθυρον*, quaſi *falſum oſtium* dicit *Oroſius*. Hoc etiam Latinitate donaverunt Cicer. Verr. ii. 20. *Ea quemadmodum ad iſtum poſtea per pſeudothyrum revertantur, tabulis vobis teſtibus, judices, planum faciam.* Oroſ. vii. 6. Ammian. xiv. 1. * deſcribit Virg. Æn. ii. 454.

Limen erat, cæcæque fores, & pervius uſus
Tectorum inter ſe Priami, poſteſque relicti
A tergo.

V. noſt. Oth. 6. 4. Per *poſticum* autem accedere, & recedere ſolebant, qui clam volebant domum intrare, aut domo exire. Horat. Epiſt. i. 5. 31.

——— *rebus omiſſis*
Atria ſervantem poſtico falle clientem.

V. *Beroaldum*, & *Sagittar. de jan. c.* 5.

* 14. Invehendos; ab illorum enim cura, aut neglectu fere pendet amor, aut odium in principem. De Cæſare Lucan. iii. 55.

Gnarus & irarum cauſas, & ſumma favoris
Annona momenta trahi: namque aſſerit urbes
Sola fames, emiturque metus, cum ſegna potentes
Vulgus alunt, neſcit plebes jejuna timere.

Non ignoravit hoc Auguſtus, qui in novo principatu *populum annona pellexit*, apud Tacit. Annal. i. 2. 2. Contra in magnum odium incurrit Nero, cum in publica fame Alexandrina navis nuntiaretur pulverem luctatoribus aulicis advexiſſe, ſolebant autem Alexandrinæ naves commeatum advehere. Noſt. Ner. 45. 3. *Græv. in Cicer. de Offic.* ii. 21.

15. Tempore hiberno, quo clauſum erat mare. Unde *modeſtia hyemis* i. *modeſta*, & quieta, præter ſolitum, hyeme anni, ut Lipſius explicat, *rebus extremis ſubventum* eſſe dicit Tacit. Ann. xii. 43. 3.

16. Commeatus hos ſubminiſtravit Helena Adiabenorum

Digitized by Google

damno, ſi cui quid per tempeſtates accidiſſet: & naves [19] mercaturæ cauſa fabricantibus magna commoda [20] conſtituit.

benorum regina. Joſeph. Ant. Jud. xx. 2. Ἡ βασίλισσα Ἑλένη πέμπει τινὰς τῶν ἑαυτῆς, τοὺς μὲν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν πολὺν σῖτον ὠνησομένους χρημάτων, τοὺς δὲ εἰς Κύπρον ἰσχάδων φόρτον οἴσοντας: ὡς δὲ τάχιον ἦλθον ταχέως κομίζοντες, τοῖς ἀπορουμένοις διένειμε τροφήν. *Regina ex ſuis alios miſit Alexandriam comparaturos vim magnam tritici, alios in Cyprum, qui copiam ficuum paſſarum inde adveherent. quibus omnibus brevi reverſis, cibos egenis diſtribuit.* V. & *Oroſium.*

17. NEGOTIATORIBUS I. frumentariis.

18. LUCRA, quæ *præmia* dicuntur Calliſtr. Digeſt. L. 6. 5. §. 3. *Negotiatores, qui annonam Urbis adjuvant, item navicularii, qui annonæ Urbis ſerviunt, immunitatem a muneribus publicis conſequuntur, quamdiu in ejuſmodi actu ſunt: nam remuneranda pericula eorum, quin etiam & hortanda præmiis, merito placuit: ut qui peregre muneribus, & quidem publicis, cum periculo, & labore fungentur, a domeſticis vexationibus, & ſumptibus liberentur: cum non ſit alienum dicere, etiam hos Reipublicæ cauſa, dum annonæ Urbis ſerviunt, abeſſe.*

19. NAVES has deſcribit Scævol. Digeſt. L. 5. 3. *His, qui naves marinas fabricaverint, & ad annonam populi Romani præfuerint, non minores quinquaginta millium modiorum, aut plures ſingulas non minores decem millium modiorum, donec hæ naves navigant, aut alia in earum locum, muneris publici vacatio præſtatur ob navem.* V. de edicto hoc Claudiano verboſius diſſerentem *Fabr. Semeſtr.* I. 25.

20. COMMODA, quæ denarrat noſt. cap. 19.

CAPUT XIX.

ARG. *Navium fabricatoribus pro conditione ſingulorum magna commoda conſtituit Tiberius Claudius Druſus Cæſar.*

Pro conditione [1] cujuſque, civi [2] vacationem [3] legis Papiæ Poppææ, [4] Latino [5] jus [6] Qui-

PRO CONDITIONE.... præcedenti capiti adjungenda fuiſſent, male ab illis, qui Suetonium in capita diſtinxerunt, ab illo divulſa. Pergit enim quæ præmia naves in uſum Reipublicæ fabricantibus conſtituerit Claudius, narrare noſter. Monuerunt hoc quoque *Torrentius* & *Caſaubonus.*

2. CIVIS appellatione intelligo eum, qui jus *civitatis* Romanæ adeptus ſit, juſta, ac plena libertate manumiſſus. Qui Latinæ tantum erat conditionis, ac proinde *cive* deterior, is nave non vacationem legis Papiæ conſequebatur (neque enim poterat, utputa necdum *civis*, aut plene liber) ſed jus Quiritium, quo *civis* fieret. *Torrentius.*

3. VACATIONEM I. ut etiam ultra ſexaginta annos uxorem ducere poſſet. Hunc enim terminum præſcripſerat *lex Papia.* Docet hoc verbis Senecæ Lactant. de falſ. rel. I. 16. *Quid ergo eſt, inquis, quare apud Poetas ſalaciſſimus Jupiter deſierit liberos tollere? Utrum ſexagenarius eſt factus: & illi lex Papia fibulam impoſuit?* V. ſupr. Aug. 34. 2. §. 6. & infr. 23. 3. *Beroaldus.*

* 4. LEGIS PAPIÆ POPPÆÆ, cui nomen dederunt conſules *M. Papius Mutilus* & *Q. Poppæus Secundus.* Dio LVI. p. 578. D. Καὶ τοῦτο ὅ τε Πάππιος καὶ ὁ Ποππαῖος νόμος ὑπό τε Μάρκου Παππίου Μουτίλου καὶ ὑπὸ Κοΐντου Ποππαίου Σεκούνδου, τῶν τότε ἐν μέρει τοῦ ἔτους ὑπατευόντων, ἐτέθησαν. *Inde lex quoque Papia Poppæa a M. Papio Mutilo & Q. Poppæo Secundo, qui parte ejus anni conſules fuerant, eſt lata.* Iſidor. v. 15. *Sub Octavio Cæſare ſuffecti conſules Papius & Poppæus legem tulerunt, quæ a nominibus illorum appellatur Papia & Poppæa.* V. illos etiam ſupr. Aug. 34. 2 §. 6.

* 5. LATINO, non qui Latium incolebat, lege Julia civitatem dudum jam adepto, ſed *Latinæ conditionis* homini. *Spanhem. ad Conſtit. Anton. Imperat. Exercit.* I. §. 18.

* 6. JUS QUIRITIUM fere idem eſt quod civitas Romana, & *jus* Quiritium dare quod civitatem Romanam largiri. Dicit hoc Ulpian. Fragm. tit. 3. §. 2. *Beneficio principali Latinus civitatem Romanam accipit, ſi ab Imperatore jus Quiritium impetravit.* De Cornelio Balbo minore, qui Romæ triumphaverat, Plin. v. 5. *Uni huic omnium externo curru, & Quiritium jure donato: quippe Gadibus genito civitas Romana, cum Balbo majore patruo data eſt.* Quum alioqui non pro eodem continuo habendum *jus* illud Quiritium, aut Romanæ civitatis, quatenus nempe plenum, ſeu publicum haud minus, ac privatum *jus* civitatis intelligitur: erat enim paullo excellentius, & dignius, quam civitas Romana. Nam quibuſdam libertis concedi *jus* Quiritium, peregrinis ingenuis civitatem Romanam a Trajano legimus apud Plin. Epiſt. x. 22. *Ago gratias, domine, quod & jus Quiritium libertis neceſſariæ mihi feminæ, & civitatem Romanam Harpocrati jatralipta meo, ſine mora indulſiſti.* x. 4. 2. *Quæro rogo, des ei civitatem Romanam: eſt enim peregrinæ conditionis, manumiſſus a peregrina. Item rogo, des jus Quiritium libertis Antoniæ Maximillæ....* Spanhem. ad Conſtitut. Antonin. Imperat. Exercit. I. 12. Manut. de Civit. Roman. Theſ. Antiq. Roman. Græv.

Quiritum, feminjs jus quatuor liberorum [7], quæ conſtituta hodieque ſervantur.

Tom. I. p. 9. B. Cellar. in Plin. x. 4. 2. Privatum in *jure* cenſus, militiæ, tributorum, vectigalium, ſuffragiorum, honorum, ſacrorum erat ſitum: publicum erat libertatis; connubiorum, patrium, legitimi dominii, nexus, teſtamenti, & uſucapionis. Quæ complexus eſt Cicer. Agrar. II. 19. hiſce verbis: *Retinere iſtam poſſeſſionem gratiæ, libertatis, ſuffragiorum, urbis, fori, ludorum, feſtorum dierum, cæterorum omnium commodorum.* Spanhem. ibid. §. 2. Sigon. de Antiq. jur. civ. Roman. I. 4. Ræyard. Var. v. 2. Goltz. Ital. p. 199.

7. JUS QUATUOR LIBERORUM I. ut illa prærogativa, & immunitate fruerentur, qua decorantur matres *quatuor liberorum.* Hæ vero ad bona filiorum, filiarumve inteſtato mortuorum admittebantur. Docet Ictus hoc Inſtitut. III. 3. I. *Lex duodecim tabularum ita ſtricto jure utebatur, & præponebat maſculorum progeniem: & eos, qui per feminini ſexus neceſſitudinem ſibi junguntur, adeo expellebat, ut ne quidem inter matrem & filium filiamve ultro citroque hereditatis capiendæ jus daret. Sed hæ juris anguſtiæ poſtea emendatæ ſunt. Et primus quidem divus Claudius matri ad ſolatium liberorum amiſſorum legitimam eorum detulit hereditatem. Poſtea autem Stelo Tertulliano, quod divi Adriani temporibus factum eſt, pleniſſime de triſti ſucceſſione matri deferenda cautum eſt: ut ingenua trium liberorum jus habens, & libertina quatuor ad bona filiorum, filiarumve admittatur inteſtato mortuorum.* Ea quidem, quæ ſunt ab Adriano conſtituta, ad Claudium referri nequeunt, ex his tamen, quæ dixit Ictus, manifeſtum eſt, feminis jus trium, quatuorve liberorum habentibus multa quocunque tempore privilegia fuiſſe, quæ omnia Claudius naves fabricantibus competere voluit. V. etiam *Beroaldum & Torrentium.*

CAPUT XX.

ARG. *Opera quam multa perficit, & congiaria populo diſtribuit Tiberius Claudius Druſus Cæſar.*

1.2 Opera magna potius quam neceſſaria, quam multa [*] perfecit. Sed vel præcipua, aquæductum [2] a Cajo inchoatum [3]: item emiſſarium [4] Fucini lacus [5], portumque Oſtienſem [6]: quamquam ſciret ex his alterum [7] ab Auguſto precantibus aſſidue Marſis

* QUAM MULTA I. valde *multa.* Cicer. Tuſc. Quæſt. III. 34. *Stirpes ſunt ægritudinis quam multæ, quam amaræ.* Fam. IX. 22. *Liberis dare operam quam honeſte dicitur.* Attic. VII. 15. *Is auctoritatem ſuam quam magni æſtimat.*

2. AQUÆDUCTUS duos a Cajo primum inchoatos, magnificentiſſime conſummatos dedicavit Claudius, Fauſto Cornelio Sylla, & L. Salvio Othone conſulibus, ſive anno ab U. C. 804. Indicat hoc titulus formis ipſis inſculptus literis capitalibus, quo loco Urbi ſimul inferuntur, ad portam Exquilinam. Eſt autem talis. TI. CLAVDIVS. DRVSI. F. CAESAR. AVGVSTVS. GERMANICVS. PONT. MAX. TRIBVNICIA. POTESTATE. XII. COS. V. IMPERATOR. XXVII. PATER. PATRIAE. AQVAS. CLAVDIAM. EX. FONTIBVS. QVI. VOCABANTVR. CERVLEVS. ET CVRTIVS. A. MILLIARIO. XXXXV. ITEM. ANIENEM. NOVAM. A. MILLIARIO. LXII. SVA. IMPENSA. IN. VRBEM. DEDVCENDAS. CVRAVIT. *Pigh. Ann.* III. *p.* 586.

3. A CAJO INCHOATUM ſupr. Cal. 21. 2. §. 2.

4. EMISSARIUM I. locum in hortis, aut pratis, quo aquam, quæ irrigaret terram, *emittebant.* Cicer. Fam. XVI. 18. *Helico nequiſſimus ſeſtertia ducenta dabat, nullo aprico horto, nullo emiſſario.* Noſt. infr. 32. 2.

5. FUCINUS LACUS in Marſorum fuit finibus. Strabo infr. §. 8. & Dio mox laudandus. Illum emittere deſtinaverat Julius ſupr. 44. 5. tentavit; ſed non perfecit, licet hoc affirmet noſter, Claudius. Ita enim Dio LX. p. 672. C. Τὴν δὲ λίμνην τὴν Φουκίνην τὴν τῶν Μαρσῶν ἐθελήσας μὲν ἐς τὸν Τίβεριν ἐξοχετεῦσαι, ὅπως ἥ τε χώρα ἡ περὶ αὐτὴν γεωργῆται, καὶ ὁ ποταμὸς ναυσιπορώτερος μᾶλλον γένηται, μάτην δὲ ἐδαπάνησεν. *At in Fucino lacu, qui in Marſis eſt, in Tiberim emittendo, ut & locus circa eum lacum agriculturæ aptus, & Tiberis magis adhuc navigabilis fieret, inanes ſumptus fecit.* Et innuere videtur Plin. XXXVI. 15. *Ejuſdem Claudii inter maxime memoranda equidem duxerim, quamvis deſtitutum ſucceſſoris odio, montem perfoſſum ad lacum Fucinum emittendum, inenarrabili profecto impendio, & operarum multitudine per tot annos: cum aut corrivatio aquarum, qua terrenus mons erat, egereretur in vertice machinis, aut ſilex cæderetur, omniaque intus in tenebris fierent, quæ neque concipi animo, niſi ab iis qui videre, neque humano ſermone enarrari poſſunt.*

6. PORTUM OSTIENSEM etiam vocat Plinius. *Nam portus Oſtienſis opus prætereo.* Quem quare, & quomodo fecerit, docet Dio LX. p. 671. F. Λιμένα γὰρ ἰσχυρὸν γενόμενον, οὐ μόνον τῆς ἐν τῷ τότε παρόντι ἀφθονίας τῶν τροφῶν, ἀλλὰ καὶ τῆς ἐς πάντα τὸν μετὰ ταῦτα αἰῶνα πρόνοιαν ἐποιήσατο. Ἐπιτάκτου γὰρ παντὸς, ὡς εἰπεῖν, τοῦ σίτου τοῖς Ῥωμαίοις ὄντος, ἡ χώρα ἡ πρὸς ταῖς τοῦ Τιβέριδος ἐκβολαῖς, οὔτε κατάρσεις ἀσφαλεῖς, οὔτε λιμένας ἐπιτηδείους ἔχουσα, ἀνωφελὲς σφίσι τὸ κράτος τῆς θαλάσσης

Marſis [8] negatum, alterum [9] a D. Julio ſæpius deſtinatum, ac propter difficultatem omiſſum. Claudiæ aquæ [10] gelidos & uberes fontes, quorum alteri Cæruleo, alte- 3
ri Curtio [11] & Albudino, nomen eſt [12]: ſimulque rivum Anienis [13] novi [14] lapideo [15] opere

θαλάσσης ἐποίησε· ἔξω τε γὰρ τοῦ τῇ τε ἀγορᾷ ἐσκομισθέντος, καὶ ἐς τὰς ἀποθήκας ἀναχθέντος, οὐδὲν τὴν χειμερινὴν ὑπέφερε, ἀλλ' εἴ τις παρεκινδύνευσε, κακῶς ἀπήλλαττε. Ταῦτ' οὖν συνιδὼν, λιμένα τε κατασκευάσαι ἐπεχείρησε.... Τοῦτο μὲν γὰρ ἐξορύξας τῆς ἠπείρου χωρίον οὐ σμικρὸν, τὸ κρηπῖδί τε πάντῃ ἐκρηπίδωσε, καὶ τὴν θάλασσαν ἐς αὐτὸ ἐσεδέξατο: τοῦτο δὲ ἐν αὐτῷ τῷ πελάγει χώματα ἑκατέρωθεν αὐτοῦ μεγάλα χώσας, θάλασσαν ἐνταῦθα πολλὴν περιέβαλε, καὶ νῆσον ἐπ' αὐτῇ, πύργον τε ἐπ' ἐκείνῃ φρυκτωρίαν ἔχοντα κατεστήσατο. Ὁ μὲν οὖν λιμὴν, ὁ καὶ νῦν ἔτι κατά γε τὸ ἐπιχώριον ὀνομαζόμενος, ὑπ' ἐκείνου τε ἐποιήθη. *Fame ingenti exorta non modo ad præſens tempus copia alimentorum, verum in perpetuum etiam proſpexit. Nam frumentum, quo Roma utitur, omne propemodum aliunde advehitur: at cum loca circum oſtia Tiberis neque tuta navibus appellendis eſſent, neque portus opportunos haberent, efficiebatur, ut maris imperium parum Romanis prodeſſet, quum præter ea, quæ æſtate ſubveherentur, ac in granariis conderentur, hyeme nihil ſupportaretur: ac, ſi quis id tentaret, magno periculo ei hoc ſtaret. Id intelligens Claudius, inſtituit portum ibi fabricari.... Effodit continentem haud exiguo ſpatio, ambitumque omnem crepidine lapidum firmavit, ac eum locum mare accepit: deinde ex utraque hujus loci parte aggeres in ipſo mari magnos jecit, multum iis maris complexus eſt, ibique inſulam effecit, impoſita turri, unde noctu ignes emicantes ſignum nautis darent. Id opus ab eo ita exſtructum indigenarum lingua portus nomen hodie quoque retinet.* De hoc portu etiam *Pancir. Notit. imp. Occid. c.* 9. *Merul. Coſmog.* II. 4. 21. *Surita in Anton. Itin. p.* 458. *Sitzman. in Rutil.* I. 155.

7. ALTERUM, n. Fucini lacus emiſſarium.

8. MARSIS, in quorum finibus fuit lacus Fucinus. Strab. v. p. 166. Λίμνη Φουκίνας πλησίον, πελαγία τὸ μέγεθος· χρῶνται δ' αὐτῇ μάλιστα μὲν Μαρσοὶ, καὶ πάντες οἱ πλησιόχωροι. *Prope eſt lacus Fucinus, magnitudine maris ſimilis: eo utuntur præcipue Marſi, & finitimi omnes.* Dionem V. ſupr. §. 5.

9. ALTERUM, n. portum Oſtienſem, quem Julium deſtinaſſe facere licet noſter non dixerit ſupr. 44. 5. non inde ſequitur non deſtinaſſe, cum ſcriptoribus ſollenne ſit multa interdum omittere, quæ ſuis mox locis referri ſatis eſſe ducunt. V. *Beroaldum.*

10. CLAUDIAM AQUAM deſcribunt Caſſiod. Var. VII. 6. & Frontin. de aquæduct. II. *Quis poſſit talia ſermonibus idoneis explicare? Claudiam per tantam faſtigii molem ſic ad Aventini caput eſſe perductam, ut cum ibi ex alto lapſa ceciderit, tanquam illud excelſum, quaſi imam vallem, irrigare videatur. Ægyptius Nilus, certis temporibus creſcens per campos jacentes, ſuperducto diluvio, aëre ſereno turbulentus exæſtuat. Sed quanto pulcrius eſt Claudiam Romanam per tot ſiccas montium ſummitates canalibus ac domibus liquores puriſſimos fiſtularum uberibus emiſiſſe? & ita æqualiter fluere, ut nunquam ſe poſſit deſiderata ſubducere? Ille enim dum recedit, limus eſt: dum venit inſperate, diluvium.* Frontin. de aquæduct. I. *Claudia concipitur via Sublacenſi, ad milliarium* 38. *diverticulo ſiniſtrorſus intra paſſus* 300. *ex fontibus duobus ampliſſimis, & ſpecioſis, Caruleoque (qui a ſimilitudine appellatus eſt) & Curtio accipit.*

11. CÆRULEI ET CURTII *fontium* meminerunt etiam Frontin. de aquæduct. I. *Caligula duos ductus inchoavit, quos Claudius conſummavit, alteri, quod ex fontibus Cæruleo & Curtio perducebatur, Claudiæ datum eſt nomen. Alter Anio novus appellari cœperat.* II. *Quod ſi qui forte me acquiſitionum menſuris blandiri putant, admonendi ſunt, Curtium & Cæruleum fontes aquæ Claudiæ ſufficere ad præſtandas ductui ſuo quinarias, quas ſignificavi* IV. *millium* DCVII. *ut præterea* MDC. *effundantur.* Plinius ſupr. Cal. 21. 2. §. 2. & inſcriptio, quam deſcripſimus ſupr. §. 2.

12. ALBUDINI *fontis* etiam meminit Frontinus. *Accipit & eum fontem, qui vocatur Albudinus, tantæ bonitatis, ut Marciæ adjutorio, quoties opus eſſet, ita ſufficeret, ut adjectione ſui nihil ex qualitate ejus mutaret.* Sed quia altum de hoc ſilentium eſt apud Plinium in Caligula laudatum, & in inſcriptione ſupr. §. 2. allata, Curtium binominem, ita ut & *Albudinus* vocatus fuerit, fuiſſe putant *Torrentius*, & *Keuchen. in Frontinum.*

* 13. ANIO dictus eſt ab *Anio* Etruſcorum rege, qui cum eleganti forma filiam Saliam Cathecto, ejus cum ludentem viderat, amore capto raptam & Romam perductam, inſecutus non conſequeretur, in profluentem ſeſe ſaltu dedit. Plutarch. Παραλλ. p. 315. E. Ἄνιος Τούσκων βασιλεὺς, ἔχων θυγατέρα εὔμορφον, τοὔνομα Σαλίαν παρθένον ἐτήρει. Κάθητος δὲ εἷς τῶν ἐπισήμων ἰδὼν τὴν παρθένον παίζουσαν, ἠράσθη, καὶ μὴ στέγων τὸν ἔρωτα, ἥρπασε καὶ ἦγεν εἰς Ῥώμην. Ὁ δὲ πατὴρ ἐπιδιώξας, καὶ μὴ συλλαβὼν ἥλατο εἰς τὸν παρακείμενον ποταμὸν, ὃς Ἀνίων μετωνομάσθη.

14. NOVUS *Anio vocari cœpit* alter aquæductus, *quoniam duæ Anienis aquæ in Urbem fluere cœperant, ut facilius appellationibus dignoſcerentur: & quod illas omnes præceſſerat prior Anio, cognomen ei veteris eſt adjectum. Anio novus Sublacenſi via ad milliarium* 62. *in ſuo rivo excipitur ex flumine, quod cum terras cultas circum ſe habeat ſoli pinguis, & inde ripas ſolutiores, etiam ſine pluviarum injuria limoſum ex turbulentum fluit: ideoque a faucibus ductus interpoſita eſt piſcina limaria, ubi inter amnem & ſpecum conſiſteret, & liquaretur aqua.* Frontin. de aquæduct. I. *Cum oriatur ſupra Trebam anguſtam, ſeu quia per ſaxoſos montes decurrit, paucis circa ipſum oppidis objacentibus cultis, ſeu quia lacus altitudine, in quo excipitur, velut depuratur, imminentium quoque nemorum opacitate inumbratus,*

4 opere in Urbem perduxit, diviſitque in plurimos [16] & ornatiſſimos lacus [17]. Fucinum aggreſſus eſt [18], non minus compendii [19] ſpe quam gloriæ, cum quidam priva-
5 to ſumptu emiſſuros [20] ſe repromitterent, ſi ſibi ſiccati agri conſcederentur. Per tria autem paſſuum millia, partim effoſſo [21] monte, partim exciſo [22], canalem abſolvit ægre, & poſt undecim annos, quamvis continuis triginta hominum millibus
6 ſine intermiſſione operantibus. Portum Oſtiæ exſtruxit, circumducto dextra ſini-
7 ſtraque brachio [23], & ad introitum profundo jam ſalo mole [24] objecta. Quam quo ſtabilius fundaret [25], navem [26] ante demerſit, qua magnus [27] obeliſcus [28] ex Ægypto fuerat

bratus, frigidiſſimus ſimul ac ſplendidiſſimus eo pervenit. Idem II. *Anio nova* vocatur in inſcriptione, quam exhibemus §. 2. V. quoque *Fabret. de aquaduct. Diſſert.* I. *Manut. Quaſ. Epiſt.* 1. 2. *Tiraq. in Alex.* VI. II. *Merul. Coſmog.* II. 4. *p.* 751.

* 15. LAPIDEO. Unde & *ſaxeus* vocatur Stat. Sylv. I. 3. 20.

Ipſe Anien (miranda fides) infraque ſuperque
Saxeus.

16. PLURIMOS. Plin. XXXVI. 15. *Quod ſi quis diligentius æſtimaverit aquarum abundantiam in publico, balineis, piſcinis, domibus, euripis, hortis, ſuburbanis, villis, ſpatioque advenientis exſtructos arcus, montes perfoſſos, convalles æquatas, fatebitur nihil magis mirandum fuiſſe in toto orbe terrarum.*

17. LACUS publicæ aquæ ſunt receptacula, cum fiſtulis, quibus recipiebatur. Plin. XXXVI. 15. V. ſupr. Aug. 29. 13. §. 48.

18. FUCINUM AGGRESSUS eſt Claudius ſe II. & Cæcina conſulibus, anno ſecundo imperii ſui. Quo nomine hodie vocetur, neminem ſcire dicit *Scalig. Anim. in Euſeb. p.* 177. V. tamen ſupr. Cæſ. 44. 5. §. 15.

19. COMPENDII, ut n. ſiccati agri agriculturæ inſervirent. Strab. V. p. 166. Φασὶ δ' αὐτὴν καὶ πληρωθῆναί ποτε μέχρι τῆς ὀρεινῆς, καὶ ταπεινωθῆναι πάλιν, ὥστ' ἀναψύχειν τοὺς λιμνωθέντας τόπους, καὶ γεωργεῖσθαι παρέχειν, εἴτε μεταστάσεων τῶν κατὰ βάθος ὑγρῶν σποράδην, καὶ ἀδήλως γινομένων, πάλιν δ' ἐπισυνάπτεσθαι, ἢ τελέως ἐκλείπουσιν αἱ πηγαί, καὶ πάλιν συνθλίβονται. *Ferunt hunc lacum*, Fucinum, *aliquando uſque ad montana impleri, rurſumque ſubſidere, ita ut palude obducta loca rurſum detegantur, & agricultura ſint commoda: ſive iſti affluxus fiunt humore, qui in profundo eſt, mutatione loci ſurſum ſe efferente, rurſumque in imum confluente: ſive prorſus deficiunt fontes, atque ſtipantur.*

* 20. EMISSUROS I. canali facto aquam ex illo deducturos. Noſt. infr. 21. 13.

21. EFFOSSO, qua parte terrenus. } V. Plinium
22. EXCISO, qua parte ſaxeus. } ſupr. §. 5.

23. BRACHIO I. muro. Liv. XXXI. 26. *Inde eruptione ſubita peditum, equitumque inter anguſtias ſemiruti muri, qui brachiis duobus Piræeum Athenis jungit, repulſus.* * *Brachium* de loco ita porrecto, ut amplecti quid velle videatur, metaphorice dicitur. Liv. XXXVIII. 5. *Nicodamus ſuperato brachio in urbem penetrat.*

24. MOLE triplici. V. Plinium infr. §. 26.

25. FUNDARET I. firmam redderet. Cicer. Catil. IV. 9. *Cogitate, quantis laboribus fundatum imperium, quanta virtute ſtabilitam libertatem. Fundavit* vero *Puteolano pulvere*, ut illum vocat Plin. infr. §. 16. Illum deſcribit Vitruv. II. 6. *Naſcitur in regionibus Baianis, & in agris municipiorum, quæ ſunt circa Veſuvium montem, quod commixtum cum calce & cæmento, non modo cæteris ædificiis præſtat firmitates, ſed etiam moles, quæ conſtruuntur in mari, ſub aqua ſolideſcunt.* Solidatur aquis, teſtibus Senec. N. Q. III. 20. *Quemadmodum Puteolanus pulvis, ſi aquam attigit, ſaxum eſt: ſic e contrario, hæc aqua, ſi ſolidum tetigit, hæret, & affigitur.* Sidon. carm. 2. 59.

Namque Dicarchea tranſlatus pulvis arena
Intratis ſolidatur aquis: durataque maſſa
Suſtinet advectos peregrino in gurgite campos.

De hoc pulvere etiam agunt *Beroaldus* & *Philand. Vitruv.* II. 6: V. 12.

26. NAVEM hanc deſcribit Plin. XVI. 40. *Abies admirationis præcipuæ viſa eſt in navi, quæ ex Ægypto Caji principis juſſu, obeliſcum in Vaticano circo ſtatutum, quatuorque truncos lapidis ejuſdem ad ſuſtinendum eum adduxit: qua nave nihil admirabilius viſum in mari certum eſt:* CXX. *M. modium lentis pro ſaburra ei fuere. Longitudo ſpatium obtinuit magna ex parte Oſtienſis portus latere lævo. Ibi namque demerſa eſt a Claudio principe, cum tribus molibus, turrium altitudine in ea exædificatis obiter Puteolano pulvere, advectiſque.*

* 27. MAGNUS vocatur Caji obeliſcus, non comparatione eorum, qui parvi ſunt, quales etiam nunc aliquot Romæ conſpiciuntur, ſed, ut *magnitudine* iis, qui juſſu Auguſti unus in circo maximo, alter in campo Martio ſtatuti fuerunt, longe præſtitiſſe intelligeretur. Idque ex hujuſmodi quaſi cognomine, non defracto, & imminuto, ſed de integro adhuc, vel Heliopoli ſtante, vel Romam primum advecto accipi oporteret. Nam alioquin non ipſe *magnus* cognominari debuit, ſed is, quem in circo maximo Auguſtus ſtatuerat, pedum octogenum octonum, hoc eſt, cubitorum quinquagenum octonum & beſſis. *Bargæus de Obeliſc. Theſ. Ant. Rom. Græv. Tom.* IV. *p.* 1924. *A.*

28. OBELISCUS *eſt lapis aſperrimus, in figuram metæ cujuſdam ſenſim ad proceritatem conſurgens excelſam: utque radium imitetur, gracileſcens paulliſper ſpecie quadrata*

Digitized by Google

fuerat advectus, congeſtiſque pilis [29] ſuperpoſuit altiſſimam turrim in exemplum Alexandrini [30] Phari [31], ut ad nocturnos ignes curſum navigia dirigerent. Congiaria [32] 8
populo ſæpius diſtribuit.

drata in verticem productus anguſtum, manu levigatus artifici. Ammian. XVII. 4. *Primus omnium inſtituit Mitres* rex Ægypti, *qui in Solis urbe regnabat, ſomnio juſſus.* Plin. XXXVI. 8. *Tali ex caſu. Cum quodam tempore Nilus vehementi inundatione Ægyptum nocuiſſet: indignatus rex, tanquam pœnas a flumine exigeret, ſagittam in undas miſit. Non multo poſt gravi valetudine correptus, lumen amiſit: qui poſt cæcitatem viſu recepto duos obeliſcos Soli conſecravit. Obeliſcus enim ſagitta dicitur: qui ideo in medio circo ponitur, quia per medium mundum ſol currit.* Iſidor. XVIII. 31. Pheroni vero Seſoſtris filio ob cauſam jam dictam hoc tribuit, & per decennium cæcum fuiſſe dicit Herod. II. p. 145. 146. Ἀναθήματα δὲ, ἀποφυγὼν τὴν πάθην τῶν ὀφθαλμῶν, γυναικὸς οὔρῳ νιψάμενος τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἥτις παρὰ τὸν ἑωυτῆς ἄνδρα μοῦνον πεφοιτήκεε, ἄλλων ἀνδρῶν ἐοῦσα ἄπειρος, ἄλλα τε ἀνὰ τὰ ἱρὰ πάντα τὰ λόγιμα ἀνέθηκε, καὶ τοῦγε λόγον μάλιστα ἄξιόν ἐστι ἔχειν, ἐς τοῦ ἡλίου τὸ ἱρὸν ἀξιοθέητα ἀνέθηκε ἔργα, ὀβελοὺς δύο λιθίνους ἐξ ἑνὸς ἐόντας ἑκάτερον λίθου, μῆκος μὲν ἑκάτερον, πηχέων ἑκατὸν, εὖρος δὲ ὀκτώ. *Ergo ea clade liberatus, lotio mulieris, quæ ad ſuum ſolum virum acceſſiſſet, aliorum virorum expers, oculos cum abluiſſet, cum alia in aliis templis donaria poſuit, omnia memoratu digna, tum maxime memorabilia, ac ſpectaculo digna in templo Solis, gemina ſaxa, quos obelos vocant, a figura veru, centenum cubitorum longitudinis, octonum latitudinis.* De Claudii *obeliſco* Plin. XXXVI. 9. *Divus Claudius aliquot per annos aſſervatam, qua Cajus Cæſar importaverat, omnibus, quæ unquam in mari viſa ſunt, mirabiliorem, turribus Puteolano ex pulvere exædificatis, perductam Oſtiam, portus gratia merſit.* De *obeliſcis* V. quoque *Panvin Lud. circ.* I. 17. & in illum *Argol. p.* 39. *Euleng. de circo c.* 20. *Caſal. de Ægypt. rit. c.* 3. *Panciról. Memor.* I. 31. & ad illum *H. Salmuth. Kircher. Turr. Bab.* II. 2. 6. *Obel. Pamph.* I. 7. *Bargæi de Obeliſco commentarium.*

29. PILÆ ingentes moles ſunt inſtar columnarum ex vario operæ factæ. Virg. Æn. IX. 710.

> *Qualis in Euboico Bajarum littore quondam*
> *Saxea pila cadit, magnis quam molibus ante*
> *Conſtructam jaciunt ponto.*

* 30. ALEXANDRINI, quia Pharus inſula, in qua turris Pharus, *Alexandriæ* ponte jungitur. V. ſupr. Tib. 74. 2. §. 6.

31. PHARI, quem deſcripſi ſupr. Tib. 74. 2. §. 6.

32. CONGIARIUM quale donum, dixi ſupr. Cæſ. 27. 2. §. 13.

CAPUT XXI.

ARG. *Ludos dedicationis Pompejani theatri committit, ſeculares facit, circenſes in Vaticano committit, quadrigarum certamina, Trojæ luſum, Africanas, Theſſalos equites, gladiatoria munera exhibet, expugnationem.... edit, & naumachiam committit Tiberius Claudius Druſus Cæſar.*

Spectacula quoque complura magnificaque edidit, non uſitata modo, ac ſolitis lo- 1
cis, ſed & commentitia [1], & ex antiquitate repetita, & ubi præterea nemo ante eum. Ludos [2] dedicationis [3] Pompejani theatri [4], quod ambuſtum reſtituerat, 2
e tribunali [5] poſito in orcheſtra [6] commiſit, cum prius apud ſuperiores ædes [7] ſupplicaſſet,

COMMENTITIA I. nova, recens excogitata, nullo exemplo inſtituta. Cicer. Fin. V. 30. *Hæc igitur cum tot nominibus a Stoicis appellata, partim novis, & commentitiis.... partim idem ſignificantibus.*

2. LUDOS *dedicationis* I. quos primus habuit in theatro reſtituto, quibus theatrum *dedicavit.*

3. DEDICAVIT Claudius Pompeji theatrum, quod incendio abſumptum reſtituerat Tiberius, niſi forte iterum incenſum reſtituerat Claudius. Dio LX. p. 669. C. Ἀπέδωκε τῷ Πομπηΐῳ τὴν τοῦ θεάτρου μνήμην· καὶ αὐτῷ καὶ τὸ τοῦ Τιβερίου ὄνομα ἐν τῇ σκηνῇ προσθεὶς ἐνέγραψεν, ἐπειδὴ καυθὲν αὐτὸ ἀνῳκοδόμησε: τὸ γὰρ ἑαυτοῦ ἴδιον μὲν οὐχ ὅτι κατεσκεύασεν, ἀλλ' ὅτι καὶ καθιέρωσεν αὐτὸ, ἄλλως δ' οὐδενὶ, ἐπέγραψεν. *Reſtituit memoriam theatri Pompeji, ſcena addita inſcriptione nominis Tiberii, qui eam incendio hauſtam refecerat: ac ſuum eidem, non ulli alteri, incidit, non quaſi eam exſtruxiſſet, ſed quia dedicaſſet.*

4. THEATRI, quod deſcriptum V. ſupr. Aug. 31. 10. §. 45.

5. TRIBUNAL quid fuerit, dixi ſupr. Aug. 27. 6. §. 21. Ex illo, & non e ſcena commiſerit aliquanto majore incommodo populi, cui ſedenti & ſilenti, cum per caveam conſcenderet, iratus fuiſſe videtur. *Sabellicus.*

6. ORCHESTRA. V. illam ſupr. Jul. 39. 4. §. 23.

7. SUPERIORES ÆDES I. templum Veneris ſuperpoſitum theatro. Ideo recte *ſuperiores ædes.* Theatrum, imo ſcenam, & proſcenium ſcorta obſidebant. Unde imperatoris hiſtrici edictum illud apud Plaut. Pœnul. prol. n. 17.

> *Scortum exoletum ne quis in proſcenio*
> *Sedeat.*

Non ergo mirum, ſi laſciviæ illa ſedes Veneri olim
 ſacra.

pliςaſſet, perque mediam caveam [8] ſedentibus [9] ac ſilentibus [10] cunctis deſcendiſſet [11].
3 Fecit & ſeculares [12], quaſi anticipatos [13] ab Auguſto, nec legitimo [14] tempori reſervatos: quamvis ipſe in hiſtoriis [15] ſuis prodat, *intermiſſos eos Auguſtum multo poſt, di-*
4 *ligentiſſime annorum ratione ſubducta* [16], *in ordinem redegiſſe.* Quare vox præconis irriſa eſt invitantis more ſollenni ad ludos, *quos nec ſpectaſſet quiſquam, nec ſpectaturus eſſet* [17]:

ſacra. Et Pompejus ab eadem cauſa theatro ſuo Veneris ædem ſuperpoſuit. Tertullian. de ſpectac. c. 10. *Itaque Pompejus Magnus ſolo theatro ſuo minor, cum illam arcem omnium turpitudinum exſtruxiſſet, veritus quandoque memoriæ ſuæ cenſoriam animadverſionem, Veneris ædem ſuperpoſuit: & ad dedicationem edicto populum vocans, non theatrum, ſed Veneris templum nuncupavit: cui ſubjecimus, inquit, gradus ſpectaculorum.* Lipſ. Elect. I. 11. Nardin. Rom. Vet. VI. 3.

8. CAVEA quid ſit, dixi ſupr. Aug. 44. 5. §. 16.

8. SEDENTIBUS i. illi non aſſurgentibus, cum & *equeſter ordo advenienti aſſurgere ſoleret.* ſupr. 6. 3.

10. SILENTIBUS i. nullo plauſu, & favore excipientibus, cum ſoleret alioqui populus Cæſarem venientem plauſu, & favore excipere. Martial. VI. 34. 5.

Quotque ſonant pleno voceſque manuſque theatro,
Quum ſubiti populus Cæſaris ora videt.

Sabellicus.

11. DESCENDISSET, quia gradus ſpectaculorum, id eſt, cavea, & orcheſtra, ſubjecta ædi, de qua *Lipſius* §. 5.

12. SECULARES *ſextos* feciſſe Claudium dixit Cenſor. ſupr. 14. 3. §. 4. anno ab U. C. 799. Fasti Capitolini.

LVDI SAECVLARES SEXTVM
TI. CLAVDIO. DRVSI. F. AVG. GERMANICO. IV
L. VITELLIO. P. F. III. COSS
TI. CLAVDIO. DRUSI. F. AUG. GERMANICO
L. VITELLIO. P. F. MAG. XV. VIR
SEX. PAPINIO. Q. F. GALLIENO
P. THRASEA. PAETO
ANNO. P. R. C. DCCXCIX
EX. S. C. FACTI. SVNT.

Hos quarto & ſexageſimo, quam Auguſtus ediderat, anno ſpectatos prodiderunt Tacit. Ann. XI. 11. 1. & Plin. infr. §. 18.

13. ANTICIPATI non ſunt ab Auguſto ſeculares. *In quindecimvirorum enim commentariis notantur ſub anno* 628. qui in *Faſtis Capitolinis* eſt 627. *M. Æmilio Lepido, L. Aurelio Oreſte conſulibus* inſtituti quarti. Cenſor. c. 17. Quando vero ſuos fecerit Auguſtus, dictum ſupr. 31. 4. §. 29.

14. LEGITIMO i. *legibus*, & conſuetudine definito. Ita *legibus* ſtatutam pœnam *legitimam* dicit Nep. I. 5. *Hic decem annorum legitimam pœnam non pertulit.* Tempus vero ſecularibus ludis conſtitutum fuit annus centeſimus decimus. Zoſim. Hiſt. II. 7. Τρὶς δὲ ἤδη γεγονότων ὑπάτων Κωνσταντίνου καὶ Λικιννίου, τῶν δέκα καὶ ἑκατὸν ἐνιαυτῶν ὁ χρόνος συνεπληρῶτο, καθ' ὃν ἔδει τὴν ἑορτὴν κατὰ τὸ νενομισμένον ἀχθῆναι. *Verum Conſtantino & Licinnio tertium conſulibus centum & decem annorum tempus integrum aderat, quo jam ludos conſueto more celebratos oportuit.* Cenſorinus. *At contra, ut decimo centeſimoque anno repetantur, tam commentarii quindecimvirorum, quam D. Auguſti edicta teſtari videntur. Adeo ut Horatius Flaccus in carmine, quod ſecularibus ludis cantatum eſt, id tempus hoc modo deſignaverit. n. 21.*

Certus undenos decies per annos
Orbis ut cantatus referatque ludos
Ter die clara, totienſque grata
Nocte frequentes.

Huic illos non reſervaverat Claudius. Zoſim. Hiſt. II. 4. Μετὰ δὲ τὸν Σεβαστὸν Κλαύδιος ἤγαγε τὴν ἑορτὴν, οὐ φυλάξας τὸν τῶν ἀποτεταγμένων ἐτῶν ἀριθμόν. *Poſt Auguſtum Claudius ludos celebravit, numero præſtitutorum annorum non ſervato.* Inter Auguſti enim & Claudii ſeculares ſexaginta tres non amplius anni interfuere, ut dixit Tacit. ſupr. §. 12. & dicet Plin. infr. §. 18.

* 15. HISTORIARUM Claudii meminit Plin. XII. 17. *Petunt igitur in Helimaos arborem brutam, cupreſſo fuſæ ſimilem, exalbidis ramis, jucundi odoris accenſam, & cum mirando hiſtoriis Claudii Cæſaris prædicatam.* VII. 3. *Claudius ſcribit, hippocentaurum in Theſſalia natum eodem die interiiſſe.* Noſt. 41. 1. Priſcianus illarum librum IV. laudat infr. 41. 5. §. 16.

* 16. SUBDUCERE de computatione digitorum, de qua infr. n. 10. dici poteſt. Metaphora petita a calculatoribus. Donat. in Terent. Adelph. V. 4. 1. *Ducere eſt digitis computare. Sed ducere eſt apud alium, & palam: ſubducere apud ſeipſum & ſecreto.* Ovid. Faſt. III. 123.

Seu quia tot digiti, per quos numerare ſolemus.

Variis enim eorum flexibus notas illas numerorum effingebant, nam & conſtrictos, & apertos, & diſtortos digitos legimus. Sidon. Epiſt. IX. 9. *Digitis propter numerorum indicia conſtrictis.* Apul. Apol. p. 330. *Quadraginta porrecta palma ſignificaretur.* Senec.

ſet[17]: cum ſupereſſent adhuc qui ſpectaverant, & quidam hiſtrionum[18] producti[19]
olim, tunc quoque producerentur. Circenſes frequenter etiam in Vaticano[20] com- 4
miſit, nonnunquam interjecta per quinos miſſus[21] venatione. Circo vero maximo 5
marmoreis[22] carceribus[23], auratiſque metis[24], quæ utraque, & tophina[25] ac lignea
antea fuerant, exculto, propria ſenatoribus conſtituit loca[26] promiſcue[27] ſpectare
ſolitis.

nec. de Ira III. 33. *Diſtortis manibus ad computandum relictis.* Hæc *Wouwer. de Polym. c. 7. Pier. Hierogl.* XXXVII. 1. *Beda de Temp. rat. Theſ. Ant. Rom. Græv. Tom.* XI. *p.* 1701. *Senſtleb. de Alea vet. c.* 18. §. 3.

17. QUOS NEC SPECTASSET ..... formula erat, qua ad ſeculares populum vocaturus præco utebatur. Herodian. III. 8. §. 17. Εἴδομεν δὲ ἐπ' αὐτοῦ καὶ θέας τινὰς παντοδαπῶν θεαμάτων ἐν πᾶσι θεάτροις ὁμοῦ, ἱερουργίας τε καὶ παννυχίδας ἐπιτελεσθείσας ἐς μυστηρίων ζῆλον· αἰωνίους δὲ αὐτὰς ἐκάλουν οἱ τότε ἀκούοντες τριῶν γενεῶν διαδραμουσῶν ἐπιτελεῖσθαι. Κήρυκες γοῦν κατά τε τὴν Ῥώμην καὶ τὴν Ἰταλίαν διεφοίτων, καλοῦντες ἥκειν καὶ θεάσασθαι πάντας ἃ μήτε εἶδον, μήτε ὄψονται· ὅτας ὁ μεταξὺ χρόνος τῆς παρελθούσης ἑορτῆς καὶ τῆς μελλούσης ἐσομένης, πᾶσαν ἡλικίαν ἀνθρώπων ὑπερβαίνει. *Vidimus item ſub illo quosdam omnis generis ludos, cunctis editos theatris, ſimulque ſupplicationes, & pervigilia ad formam Cereris initiorum. Seculares hi tum appellabantur, celebrari, ut ajunt, decurſo trium ſpatio ætatum. Siquidem Urbe tota, atque Italia præcones ibant convocatum omnes ad ludos, quos nec viſuri poſtmodo forent; ita ſcilicet intervallum præteriti, futurique celebritatis ſupra omnem eſſe hominum ætatem ſignificantes.* * Hanc repetit Zoſim. II. 5. & ad illam alludit Ovid. Tr. II. 25.

Juſſerat & Phœbo dici, quo tempore ludos
Fecit, quos ætas aſpicit una ſemel.

Et clarius Claud. Honor. Conſ. ſext. v. 390.

Spectandoſque iterum nulli celebrantia ludos
Circumflexa rapit centenus ſecula conſul.

18. HISTRIO *Stephanio* productus fuit, & Auguſti, & Claudii ſecularibus. Plin. VII. 48. *Mimus mirorum Stephanionem, qui primus togatus ſaltare inſtituit, utriſque ſecularibus ludis ſaltaſſe, & divi Auguſti, & quos Claudius Cæſar conſulatu ſuo quarto fecit, quando tres & ſexaginta non amplius anni interfuere, quamquam & poſtea diu vixit.*

* 19. PRODUCTI in theatrum. De hiſtrionibus enim hoc verbum uſitatum eſt. Senec. Contr. III. 18. *Divus Julius ludis ſuis mimum produxit.*

20. VATICANUS circus erat in valle inter Janiculum & *Vaticanum.* Plin. XXXVI. 11. *Tertius obeliſcus Romæ, in Vaticano, Caji & Neronis principum circo.* Tacit. Ann. XIV. 14. 3. *Clauſumque valle Vaticana ſpatium, in quo equos regeret.* V. quoque *Panvin. de Lud. circ.* I. 22. & *Buleng. de circ. c.* 5. *Aring. Rom. Subterr.* II. 3.

21. MISSUS dicuntur equorum emiſſiones, & decurſus e carceribus. Horat. Sat. I. I. 114.

Ut cum carceribus miſſos rapit ungula currus.

De illis vero plura ad Domit. 4. 8.

22. MARMOREIS, cum antea ex ligno fierent, ut mox auctor.

23. CARCERES in circo, ad ſimilitudinem eorum locorum, in quibus rei homines in civitatibus clauſi tenentur, dicebantur, quod equos, antequam currere inciperent, coercerent. Varr. L. L. IV. 32. *In circo primo, unde mittuntur equi, nunc dicuntur carceres. Nævius oppidum appellat. Carceres dicti, quod coercerentur equi, ne inde exeant, antequam magiſtratus miſit. Oppidum, quod a muri parte pinnis turribuſque carceres olim fuerint.* R. R. II. 7. *Ego quoque adveniens aperiam carceres, inquit, & equos emittere incipiam.* De *carceribus* plura qui voluerit, evolvat *Buleng. de circo c.* 10. & II. *Onuphr. Panvin.* I. 5. *Salmaſ. Exercit. Plin. p.* 643. *a. C.* 644. *a E.* 646. *b. D.* 648. *b. D. Nardin. Rom. Vet.* VII. 2. * Non tantum in plurali, quod vult Serv. Æneid. I. 58. v. 145. ſed & in ſingulari dici docui *in Lexico Latino-Belgico in voce Carceres.*

24. META quid ſit in circo dixi ſupr. Cæſ. 39. 8. §. 39.

25. TOPHINA i. ex topho lapide facta. *Tophus arenoſus eſt, & plus juſto jejunus ſabulo.* Colum. R. R. III. 22. *ſcaber & natura friabilis.* Plin. XVII. 4. & ſordidus. Papin. Sylv. IV. 3. 53.

Cocto pulvere, ſordidoque topho.

* 26. LOCA ſpectaculorum dicta ſunt, ubi ſedebant ſpectatores. P. Vict. Urbis reg. 3. *Theatrum Marcelli capit loca....* Inde *locar.* æs, quod *locarii* exigebant a ſedentibus. *Scriver. Mart.* V. 23.

27. PROMISCUE i. vage, non certo loco, nunc hic, nunc illic. Ita Suetonium, rem eam cum cura explicans, explicat Dio LX. p. 669. E. Καὶ ἑώρων μέν που πρότερον ἐν αὐτῷ ἰδίᾳ, καὶ κατὰ σφᾶς ὡς ἕκαστοι, τό τε βουλευτικὸν, καὶ τὸ ἱππικὸν, καὶ ὁ ὅμιλος, ἀφ' οὗπερ τοῦτ' ἐνομίσθη, οὐ μέντοι καὶ τεταγμένα σφίσι χωρία ἀπεδέδεικτο. Ἀλλὰ τότε ὁ Κλαύδιος τάς τε ἕδρας τὰς νῦν οὔσας τοῖς βουλευταῖς ἀπένειμε, καὶ προσέτι τοῖς ἐθέλουσι σφῶν ἑτέρωθί που, καὶ ἐν γε ἰδιωτικῇ ἐσθῆτι θεᾶσθαι ἐπέτρεψε. *Spectabant quidem jam ante in illo circo, ſeparatim, & per ſe ſinguli ordines, ſenatorum, equitum & plebis, ex quo primum id inſtitutum fuit: non tamen certi loci ſingulis ordinibus adſignati fuerant. At tunc ſecrevit Claudius ſenatoribus eas ſedes, quas nunc quoque obtinent; fecitque ipſis poteſtatem, ſi vellent, alio quocumque loco in vulgari veſte ſpectandi.* Unde Cornelius Tacitus, etſi ſenator apud Plin. Epiſt. IX. 23. in equeſtribus ſpectavit. *Narrabat Tacitus, ſediſſe ſecum Circenſibus proximis equitem Romanum.* Not. Domit. 8. 6. V. *Caſaubonum, Lipſ.* in *Tacit. p.* 150. *Chiment. Biſell. c.* 12. *Fab. Semeſt.* II. 6. *Mercer.*

7 ſolitis. Ac ſuper quadrigarum [28] certamina Trojæ [29] luſum exhibuit, & Africanas [30], conficiente turma equitum prætorianorum, ducibus tribunis, ipſoque
8 præfecto. Præterea Theſſalos equites, qui feros tauros per ſpatia circi agunt, inſiliuntque defeſſos, & ad terram cornibus [31] detrahunt. Gladiatoria munera plu-
9 rifariam, ac multiplicia exhibuit. Anniverſarium [32] in caſtris prætorianis [33], ſine venatione [34] apparatuque; juſtum [35] atque legitimum in Septis [36], ibidem extraordinarium & breve, dierumque paucorum, quodque appellare cœpit *Sportu-*
10 *lam* [37]: quia primum daturus edixerat [38], *velut ad ſubitam condictamque* [39] *cœnulam invitare ſe populum.* Nec ullo ſpectaculi genere communior [40] aut remiſſior erat, adeo ut oblatos victoribus aureos [41] prolata ſiniſtra pariter cum vulgo, voce digitiſque numeraret [42]: ac ſæpe hortando, rogandoque ad hilaritatem homines provocaret,

dominos

ter. ad Alex. Gen. v. 16. *Buchner. in Plinium.*

28. QUADRIGÆ in re circenſi nuncupatæ, quæcunque eſſent, bigæ, trigæve. Tali ſenſu Horat. Od. II. 16. 35.

Apta quadrigis equa.

Nam & bigis, trigiſque, ac cæteris generibus apta fuit. Et non neceſſe eſt, ut *quadrigis* ſolis credamus pugnatum. *Scheffer. R. V.* II. 13.

29. TROJA qualis fuerit ludus, dictum ſupr. Cæſ. 39. 6. §. 32.

30. AFRICANAS i. pantheras. V. illas ſupr. Cal. c. 18. n. 6. §. 18.

31. CORNIBUS IN TERRAM *tauros* in venatione detrahebant Theſſali equites, dum adequitantes inſiliebant illos, deinde prehenſis manu extremis cornibus, & ſic intorta cervice in terram deſcendebant, & hac ratione porro inflexa cervice proſternebant. Ita etiamnum apud Mauros, Hiſpanos, & alias gentes fieri ſolet. Plin. VIII. 45. *Theſſalorum gentis inventum eſt, equo juxta quadrupedante cornu intorta cervice tauros necare: primus id ſpectaculum dedit Romæ Cæſar dictator.* V. *Salmaſ. in Pollion. Gallien. c.* 12. *Voſſ. in Catull. p.* 194. *Laz. Comm. R. R.* VII. 5.

32. ANNIVERSARIUS dies erat, quo electus ad imperium fuerat Claudius.

33. CASTRIS PRÆTORIANIS, quia *prætorianorum* maxime opera imperium illi fuerat delatum.

34. VENATIONE. V. illam ſupr. Jul. 39. 7. §. 34.

35. JUSTUM i. cum venatione, & reliquo apparatu. *Juſtum* enim pro pleno ponitur, in quo nihil deeſt, nec rerum, nec dierum, nec apparatus. Exempla collegit *Spiegel. in Prudent. hymn. de mir. Chriſti n.* 108.

36. SEPTIS, de quibus dictum ſupr. Aug. 43. 1. §. 12.

37. SPORTULAM ſpectaculum minus juſtum, & vile haud invenuſte appellat Claudius: *ſportula* enim minus erat, quam recta cœna, cui oppoſitam fuiſ dicam infr. Ner. 16. 4. §. 9.

* 38. EDIXERAT i. *edicto* promiſerat. *Edictis* enim promittebant imperatores. Mart. Spect. 9. 2.

Præſtitit exhibitus, tota tibi Cæſar arena
Quæ non promiſit prælia rhinoceros.

ut recte in notis legendum cenſet Scaliger, pro *Quæ non promiſit.* Nam munerarii eſt promittere, non beſtiæ. Et Domitianus promiſerat illa prælia, non rhinoceros.

39. CONDICTA cœna quid ſit V. ſupr. Tib. 42. 4. §. 14.

40. COMMUNIS ſignificat civilem, popularem, commodum inter cives hominem, & patientem æquitatis. Cicer. Fam. IV. 9. *An qui in bello, cum omnium noſtrum conjunctum eſſe periculum ſuo cerneret, certorum hominum minime prudentum conſilio uteretur, eum magis communem cenſemus in victoria futurum fuiſſe; quam incertis rebus fuiſſet.* Serv. Æn. VIII. 275. *Communem Deum, humanum, beneficum,* φιλάνθρωπον. *Unde & communes homines dicimus.* Ita Græce κοινὸς. Theophr. Char. Eth. c. 6. Καὶ παρακληθεὶς δὲ πρὸς δίαιταν, μὴ μόνον τῷ παρέτι βούλεσθαι ἀρέσκειν, ἀλλὰ καὶ τῷ ἀντιδίκῳ, ἵνα κοινός εἶναι δοκῇ. *Et captus arbiter, non ei tantum, cui adeſt, ſed adverſæ etiam parti, ut commodus & æquus utrique videretur, gratificari ſtudebat.* De Claudio ipſo Dio LX. p. 672. E. Ἐς δὲ δὴ τὰ ἄλλα κοινὸς καὶ ἐπιεικὴς ἦν πρὸς αὐτούς. *Alioquin commodus & æquus iis erat.* p. 673. D. Ὅτι δὲ ἐν ὄψεσι κοινός τε ἐν τῇ θέᾳ ... *Quia vero illis in ſpectaculis adeçat civilis, popularis.* Nott. Veſp. 22. 1. V. quoque *Caſaubonum, Gronov. Obſerv.* II. 12. & *Grav. in Cicer. Epiſt. ad Famil.* X. 9.

41. AURUM poſtulare victoribus aurigis moris fuit. Juven. Sat. VII. 243.

Accipe, victori populus quod poſtulat, aurum.

Ubi ſcholiaſtes. *Et in theatro ſolent petere quinque aureos. Nam non licebat amplius dare.* Xiphil. LXXII. 826. D. Ἐκεῖνοι μὲν ὀλίγον τι λαμβάνοντες ἠγωνίζοντο. Τῷ δὲ δὴ Κομμόδῳ πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδες καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν ἐκ τοῦ μονομαχικοῦ χρήματος ἐδίδοντο. *Alii*, gladiatores, *in arenam deſcendentes exiguum aliquid accipiunt. Commodo e pecuniis gladiatoriis ſingulis diebus* 300. *ſeſtertia dabantur.* Quæ ſumma ad ſeptem milia aureorum videtur aſſurgere *Buleng. de circo c.* 55.

42. DIGITIS NUMERARE ſolebant veteres. Senec. Epiſt. 88. *Numerare docet me arithmetica, & avaritiæ commodare digitos.* de Ira III. 33. *Valetudinarius fœnerator diſtortis pedibus, & manibus, ad computandum modo relictis, clamat.* Sidon. Epiſt. IX. 9. *Chryſippus digitis propter numerorum indicia conſtrictis.*

Ub

Digitized by Google

dominos identidem appellans, immiſſis interdum frigidis [43], & arceſſitis [44] jocis: qua- 11
lis eſt, cum Palumbum [45] poſtulantibus [46], *daturum* promiſit, *ſi captus eſſet.* Illud quoque plane quantumvis ſalubriter & in tempore, cum eſſedario, pro quo quatuor filii deprecabantur, magno omnium favore indulſiſſet rudem [47], tabulam [48] illico miſit [49], admonens populum, *quantopere liberos ſuſcipere deberet, quos videret & gladiatori præſidio gratiæque eſſe.* Edidit & in Martio campo expugnationem direptio- 12
nemque oppidi ad imaginem bellicam [50], & deditionem Britanniæ regum, præſeditque paludatus [51]. Quin & emiſſurus Fucinum [52] lacum, naumachiam [53] ante 13
com-

Ubi plura exempla *Savaro.* Hanc numerandi rationem fuſiorem, quam ut hæc charta admittat, invenies apud *Gyrald. Dialog.* 2. *Wouwer. de Polym. c.* 7. *Rhodig. Ant. Lect.* xii. 44. xxiii. 11. *Colv. in Apul. Apol.* 2. *Savar. in Sidon. Epiſt.* ix. 9. *Demſter. Paral. ad Roſin. Antiq. Rom.* ii. 3. ejuſque figuras apud *Pier. Hierogl.* xxxvii. 1. De illa quoque libellum ſcripſit *Beda.*

43. Frigidis i. in quibus parum ſalis & gratiæ. Cicer. de Orat. ii. 63. *In quo, ut verba, quæ ſint frigidiora, vitemus.*

44. Arcessitus *jocus* eſt, qui extra materiam aliunde vocatur, a materia remotus undecunque quæritur. Petron. c. 36. *Converſus ad eum ut plurima exciperem, longe arceſſere fabulas cœpi.*

45. Palumbum gladiatorem exhiberi petebat populus. Jocus ergo in nomine. Nam *palumbus* nomen quoque eſt avis notiſſimæ. Ad illam alludit Claudius, dum *daturum ſe promittit, ſi captus eſſet.* Ut hic *Palumbus*, ſic *Columbus* gladiatoris nomen eſt ſupr. Cal. 55. 5. V. *Beroaldum.*

46. Postulatos interdum a populo principum gladiatores fuiſſe docui ſupr. Aug. 44. 8. §. 26.

47. Indulsisset rudem i. manumiſiſſet, gratiam deſerendi pugnam feciſſet. Quid *rudis* fuerit, dixi ſupr. Tib. 7. 2. §. 5. A pugnando *rude* donatos gladiatores dimiſſos interdum eſſe etiam ſupr. Aug. 45. 8. §. 27.

48. Tabulam continentem de gladiatore, filiiſque argumentum. Ita enim ſolebat Claudius. Dio lx. p. 673. D. Καὶ κήρυξι μὲν ἐλάχιστα ἐχρῆτο, τὰ δὲ δὴ πολλὰ ἐς σανίδας γράφων ἐδήλου. *Rariſſime præconibus utebatur, & pleraque tabellis inſcribens divulgabat.*

49. Misit præconi dandam, ut in ſpectaculo illam prælegeret.

50. Imaginem bellicam, quam *belli ſimulacrum* Lucretius & Virgilius, *pugnæ ſimulacrum* Livius & Virgilius dixerunt ſupr. Cæſ. 84. 1. §. 7. Elegantiſſimam exhibet in Veſpaſianorum triumpho Joſeph. Bell. Jud. vii. 24. Διὰ πολλῶν δὲ μιμημάτων ὁ πόλεμος ἄλλος εἰς ἄλλα μεμερισμένος, ἐναργεστάτην ὄψιν αὐτοῦ παρεῖχεν. Ἦν γὰρ ὁρᾶν χώραν μὲν εὐδαίμονα δῃουμένην, ὅλας δὲ φάλαγγας κτεινομένας πολεμίων, καὶ τοὺς μὲν φεύγοντας, τοὺς δ' εἰς αἰχμαλωσίαν ἀγομένους· τείχη δὲ ὑπερβάλλοντα μεγέθει μηχαναῖς ἐρειπόμενα, καὶ φρουρίων ἁλισκομένας ὀχυρότητας, καὶ πόλεων πολυανθρώπων περιβόλους κατ' ἄκρας ἐχομένους, καὶ στρατιὰν ἔνδον τειχῶν εἰσχεομένην, καὶ πάντα φόνου πληθύοντα τόπον, καὶ τῶν ἀδυνάτων χεῖρας ἀνταιρειν ἱκεσίας, πῦρ τε ἐνιέμενον ἱεροῖς, καὶ κατασκαφὰς οἴκων ἐπὶ τοῖς δεσπόταις, καὶ μετὰ πολλὴν ἐρημίαν καὶ κατήφειαν, ποταμοὺς ῥέοντας οὐκ ἐπὶ γῆν γεωργουμένην, οὐδὲ ποτὸν ἀνθρώποις ἢ βοσκήμασιν, ἀλλὰ διὰ τῆς ἔτι πανταχόθεν φλεγομένης. *Multis autem imitationibus bellum aliter & aliter diviſum certam ſui faciem demonſtrabat. Erat enim cernere vaſtari quidem fortunatiſſimam terram, totas vero interfici acies hoſtium, & alios fugere, alios captivos duci, muroſque ampliſſimos machinis dirui, & caſtellorum exſcindi munimina, & populoſarum civitatum mœnia diſturbari, exercitumque intra muros infundi, cædiſque omnia loca plena, & eorum, qui manus reſiſtere non poterant, preces, ignemque templis emiſſum, ædiumque ſuper dominos poſt multam vaſtationem everſiones, amnes defluentes non in arva culta, neque ad hominum vel pecorum potum, ſed per terram ex omni parte flagrantem.*

51. Paludatus i. *paludamento* imperatorio indutus, tanquam legitimæ pugnæ præſes. Noſt. Galb. 11. 3. Vitell. 11. 1. *Paludamentum* pallium bellicum fuiſſe imperatoris, dixi ſupr. Cæſ. 64. §. 9.

52. Fucino in *lacu* naumachiam hanc commiſit Claudius. Tacit. Ann. xii. 56. 1. *Sub idem tempus inter lacum Fucinum, amnemque Lyrin perrupto monte, quo magnificentia operis a pluribus viſeretur, lacu in ipſo navale prælium adornatur; ut quondam Auguſtus ſtructo cis Tiberim ſtagno, ſed levibus navigiis & minore copia ediderat.* V. hunc lacum deſcriptum ſupr. Cæſ. 44. 5. §. 15.

53. Naumachiam deſcripſi ſupr. Cæſ. 39. 1. §. 9. Hanc Claudii Tacit. ibid. n. 2. *Claudius triremes, quadriremeſque, & undeviginti hominum millia armavit; cincto ratibus ambitu, ne vaga effugia forent: attamen ſpatium amplexus, ad vim remigii, gubernantium artes, impetus navium, & prælio ſolita. In ratibus prætoriarum cohortium manipuli, turmæque adſtiterant, antepoſitis propugnaculis, ex quis catapultæ, baliſtæque tenderentur. Reliqua lacus claſſiarii tectis navibus obtinebant. Pugnatum, quamquam inter ſontes, fortium virorum animo: ac poſt multum vulnerum occidioni exempti ſunt.* Dio lx. p. 687. A. Ἐν γάρ τοι λίμνῃ ναυμαχίαν ὁ Κλαύδιος ἐπιθυμήσας ποιῆσαι, τεῖχός τε περὶ αὐτὴν ξύλινον περιεστήσατο, καὶ ἴκρια ἔπηξε, πλῆθός τε ἀμύθητον ἤθροισε. *In palude quadam Claudius exhibere navalem pugnam cupiebat, cinxeratque eam ligneo muro, fixeratque tabulata convenientia ad ſpectan-*

 dum

Digitized by Google

14 commiſit. Sed cum proclamantibus naumachiariis [54], *Ave imperator, morituri te ſalutant* [55], reſpondiſſet, *Avete* [56] *vos:* neque poſt hanc vocem, quaſi venia data, quiſquam dimicare vellet, diu cunctatus, an omnes igni [57] ferroque abſumeret, tandem e ſede ſua proſiluit: ac per ambitum [58] lacus, non ſine fœda vacillatione [59]
14 diſcurrens, partim minando, partim adhortando ad pugnam compulit [60]. Hoc ſpectaculo claſſis Sicula & Rhodia [61] concurrerunt, duodenarum [62] triremium ſingulæ, exciente [63] buccina [64] Tritone [64] argenteo, [66], qui e medio lacu per machinam [67] emerſerat.

dum immenſa multitudine.

54. NAUMACHIARII dicebantur, qui prælium navale committebant. * Pugnabant inter ſe ad mortem, niſi qua principis indulgentia ſingulari eximerentur. Dio §. ſeq.

55. TE SALUTANT, quod in prima perſona Dio B. Χαῖρε αὐτοκράτορ, οἱ ἀπολούμενοί σε ἀσπαζόμεθα. *Ave imperator, morituri te ſalutamus.*

56. AVE, *vive*, & *vale* noviſſima eſſe morientium verba, dixi ſupr. Aug. 100, 2. §. 15. Sed naumachiarii ſic reſalutati, quaſi *vivite* Claudius dixiſſet, remiſſam ſibi pugnandi neceſſitatem interpretati ſunt. *Sabellicus.* * *Ave Imperator*, erat etiam formula, qua Imperatores ſalutabant. Plutarch. de Garrul. p. 508. A. Ἐλθόντος, ἰδοὺ, ὡς ἔδοξε, τοῦ Φουλβίου πρὸς αὐτὸν, καὶ εἰπόντος, χαῖρε Καῖσαρ. *Mane cum pro more ad Auguſtum veniſſet Fulvius, & dixiſſet, ave Cæſar. Et inter gratulantes occurrit Auguſto Actiaca victoria revertenti, qui corvum inſtituerat hæc dicere: ave Cæſar victor imperator.* Macrob. Sat. II. 4.

57. IGNI *abſumeret* i. *ignem* in naves mitti juberet.

58. AMBITUM i. extremitatem. V. Feſtum ſupr. Cæſ. 9. 1. §. 5.

59. VACILLATIONE i. titubatione crurum, quibus non firmiter inſiſtebat. *Deſtituebant enim illum poplites, ſupr. primi* inir. 30. §. Quintil. Inſtit. XI. 3. *Eſt & illa indecora in dexterum ac lævum latus vacillatio, alternis pedibus inſiſtentium.*

60. AD PUGNAM COMPULIT. Dio. Ἐπεὶ δὲ οὐδὲν ἐσωτήριον ἐγένετο, ἀλλὰ ναυμαχεῖν καὶ ὡς ἐκελεύσθησαν, διέπλεον τε πρὸς ἀλλήλους, καὶ ἔπειτα ἀλλήλων ἥψαντο· μέχρις οὗ καὶ ἀνάγκη κατεκόπησαν. *Poſt quam ſalutem non impetrarent, ſed nihilo minus pugnam navalem conſerere juberentur, tantum navibus ordines invicem pervadentes, non ante ad manus venerunt, quam vi coacti mutuo ſe trucidarunt.*

61. SICULAM ET RHODIAM claſſem a patria nomen ſortitam eſſe dixi ſupr. Cæſ. 39, 10. §. 45. Navium numerum tradit Dio. Οἱ δὲ ἐν τῷ ναυμαχήσοντες ἑκατέρῳ δὴ κατεσκευασμένοι ἦσαν, καὶ πεντήκοντα ναῦς ἑκάτεροι εἶχον, οἱ μὲν Ῥόδιοι, οἱ δὲ Σικελοὶ ὀνομασθέντες. *Quibus prælio navali depugnandum fuit, morte damnati erant: utrinque naves quinquaginta habebant, hi Rhodii; illi vero Siculi dicti fuerunt.* V. tamen §. 62.

62. DUODENARUM n. pugnaturarum, reliquis, quarum meminit Dio §. 61. lacus *ambitum cincti, ne vaga effugia forent*, ut dixit Tacitus ſupr. §. 53. Omnes vero tam pugnæ, quam huic uſui deſtinatas, unica νεῶν appellatione complecti Dio videtur. V. & *Babelonium*.

63. EXCIENTE i. ad pugandum *excitante*. Lucan. VI. II.

Ut videt ad nullos exciri poſſe tumultus
In pugnam generum.

Vocem autem ut ederet Triton, arte hydraulica organarii effecerunt. Hi enim aquæ vi, & impulſu omnis generis voces, atque organa ſuaviſſima imitatione noverunt exprimere. Plura de his Vitruv. X. 13. Deſcribit quoque Claudian. conſul. Mallii n. 315.

Et qui magna levi detruderis murmura tactu
Innumeras voces ſegetis moderatus ahenæ,
Intonet erranti digito, penituſque trabali
Vecte laborantes in carmina concitet undas.

Atque hoc ſpectaculum tranſtulit Claudius in naumachiam ſuam e theatris. Cornel. Sever. Ætn. n. 291.

Nam veluti reſonante diu Tritone canoro,
Pellit opus collectus aquæ, victuſque movere
Spiritus, & longas emugit buccina voces,
Carmineque irrigue magni cortina theatri
Imparibus numeroſa modis canit arte regentis.

V. etiam *Caſaubonum.*

64. DE BUCCINA Tritonis hanc prodidit hiſtoriam Hygin. Poet. Aſtron. II. 23. *Is, Triton, quoque fertur, cum concham inventam excavaſſet, ſecum ad gigantes tuliſſe, & ibi ſonitum quemdam inauditum per concham miſiſſe. Hoſtes autem veritos, ne qua eſſet immanis fera ab adverſariis adducta, cujus eſſet illa mugitus, fugæ ſe mandaſſe, & ita victos in hoſtium poteſtatem perveniſſe.* Hac canentem Tritonem Olyſiponenſium legatio audivit. Plin. IX. 5. *Tiberio principi nuntiavit Olyſiponenſium legatio ob id miſſa, viſum, auditumque in quodam ſpecu concha canentem Tritonem.* Buccina autem milites ad dimicandum excitabant veteres. Cicer. pro Mur. c. 9. *Te gallorum, illum buccinarum cantus exſuſcitat: tu actionem inſtituis, ille aciem inſtruit.*

65. TRITONIS formam deſcribunt Virg. Æneid. X. 209.

Hanc vehit immanis Triton, & cærula concha
Exterrens freta: cui laterum tenus hiſpida nanti
Frons hominem præfert, in priſtin deſinit alvus.

Phornut. de nat. deor. c. 22. *Eſt autem biformis*

Triton,

Triton, & hac quidem parte hominem, illa vero cete repræſentat. Et paulo plenius Pauſan. Bœot. p. 297. Παρέχονται δὲ ἰδέαν οἱ Τρίτωνες· ἔχουσιν ἐπὶ τῇ κεφαλῇ κόμας, οἷα τὰ βατράχια ἐν ταῖς λίμναις χρῶμά τε, καὶ ὅτι τῶν τριχῶν οὐκ ἂν ἀποκρίναιο μίαν ἀπὸ τῶν ἄλλων· τὸ δὲ λοιπὸν σῶμα φολίδι λεπτῇ πεφρίκασι κατὰ ἰσχὺν ῥίνης· βράγχια δὲ ὑπὸ τοῖς ὠσὶν ἔχουσι καὶ ῥῖνα ἀνθρώπου, τὸ στόμα δὲ εὐρύτερον, καὶ ὀδόντας θηρίου, τὰ δὲ ὄμματα (ἐμοὶ δοκεῖ) γλαυκά, καὶ χεῖρές εἰσιν αὐτοῖς, καὶ δάκτυλοι, καὶ ὄνυχες τοῖς ἐπικαλύμμασιν ἐμφερεῖς τῶν κόχλων· ὑπὸ δὲ στέρνον, καὶ τὴν γαστέρα, οὐρά σφισιν ἀντὶ ποδῶν, ὁποία περ τοῖς δελφῖσίν ἐστι. *Hanc præ ſe ferunt Tritones figuram. Capitis coma perſimilis eſt paluſtri apio, tum colore, tum quod capillum omnino nullum ab aliis poſſis diſcernere: reliquum corpus ſquama inhorreſcit minuta, ſed eadem prope qua lima eſt duritia: branchias infra aures habent, nares hominis, rictum oris latiorem, & dentes pantheræ: oculi glauci mihi eſſe viſi ſunt: manus etiam illis ſunt, digitique, & ungues ea forma, qua ſuperiores conchyliorum teſtæ: pinnulæ ſub ventre, & pectore, pro pedibus, uti delphinis.* Ex Neptuno & Amphitrite natum eſſe dicunt Hygin. *fab. proœm.* & Tzetz. *in Lycophr. p.* 144. Τρίτων κυρίως υἱὸς Ποσειδῶνος καὶ Ἀμφιτρίτης.

66. Argentei mentionem facit noſter, ut æreorum, & aureorum Pauſan. Corinth. p. 45. Τῷ ναῷ δὲ ὄντι μέγεθος οὐ μείζον ἐφεστήκασι Τρίτωνες χαλκοῖ... καὶ Τρίτωνες δύο παρὰ τοὺς ἵππους εἰσὶ χρυσοῖ. *In templo, quod modica ſane magnitudine eſt ænei ſtant Tritones.... & Tritones duo aurei juxta equos.*

67. Machinam, αὐτόματον. V. infr. 34. 7. §. 18.

CAPUT XXII.

ARG. *Ceremonias, morem civilem, & militarem corrigit, ſacerdotes cooptandos juratus nominat, quoties terra moviſſet, ferias indicit, & diræ avi viſa obſecrationem habet Tiberius Claudius Druſus Cæſar.*

Quædam circa ceremonias, civilemque & militarem morem, item circa omnium 1
ordinum ſtatum, domi foriſque, aut correxit, aut exoleta revocavit, aut etiam
nova inſtituit. In cooptandis [1] per collegia ſacerdotibus, neminem niſi jura- 2
tus [2] nominavit [3]: obſervavitque ſedulo, ut quoties terra moviſſet [4], ferias [5] advocata concione prætor [6] indiceret: utque diræ [7] avi in Urbe, aut in Capitolio viſa, obſecratio [8] haberetur, eamque ipſe jure Max. Pont. [9] commonito pro Roſtris

Cooptari in collegia dicebantur veteres. V. ſupr. Aug. 27. 7. §. 30.

2. Juratus *nominavit* i. jureſurando ſe non niſi digniſſimum nominaturum affirmavit.

* 3. Nominare eſt aliquem ad obeundum munus deſignare. Cicer. Brut. 7. *Eam nominationem a te petimus....: neque digniorem nominare potes quam Bibulum.* Plin. Epiſt. 4. 1. *Sic illo die quo ſacerdotes ſolent nominare, quos ſacerdotio digniſſimos judicant, me ſemper nominabat.*

4. Terra movisset i. *mota* eſſet, *terræ motus* fuiſſet. Liv. xxxv. 40. *Romæ per idem tempus duo maximi fuerunt terrores, diutinus alter: ſed ſegnior. Terra dies duodequadraginta movit.* Gell. N. A. iv. 6. *Ut terram moviſſe nuntiari ſolet: eaque res procuratur: ita in veteribus memoriis ſcriptum legimus, nuntiatum eſſe ſenatui, in ſacrario, in regia, haſtas Martias moviſſe.*

5. Ferias *edicto imperabant veteres Romani, tum in aliis vitæ officiis, tum in conſtituendis religionibus, atque in diis immortalibus animadvertendis caſtiſſimi, cautiſſimique, ubi terram moviſſe ſenſerant, ſed dei nomen, ita uti ſolet, cui ſervari ferias oporteret, ſtatuere, & edicere quieſcebant: ne alium pro alio nominando, quia cujus dei vi, ac numine terræ tremores fierent, compertum non erat, falſa religione populum alligarent.* Gell. N. A. ii. 28.

6. Prætores & conſules indicebant ferias. Macrob. Sat. i. 16. *Imperativæ* feriæ *ſunt, quas conſules, vel prætores pro arbitrio poteſtatis indicunt.* Gell. N. A. x. 24. *Is autem erit, perpetuæ veterum conſuetudinis demonſtrandæ gratia verba ſollennia prætoris ponere, quibus more majorum ferias concipere ſolet, quæ appellantur compitalia. Ea verba hæc ſunt.* DIE. NONI. POPOLO. ROMANO. QVIRITIBVS. COMPITALIA. ERVNT. QVANDO. CONCEPTA. FVERINT. NEFAS.

7. Diram Torrentius intelligit incendiariam, de qua Obſeq. c. 102. *Avis incendiaria viſa, occiſaque.* Plin. x. 13. *Inauſpicata eſt & incendiaria avis, propter quam ſæpe numero luſtratam Urbem in Annalibus invenimus. Quæ ſit avis ea, nec reperitur, nec traditur. Quidam ita interpretantur, incendiariam eſſe, quæcunque apparuerit carbonem ferens ex aris, vel altaribus. Alii ſpinturnicem eam vocant: ſed hanc ipſam quæ eſſet inter aves, qui ſe ſcire diceret, non inveni.*

8. Obsecratio dicitur dies, quo Deum precantur, ut ſigna malis ex cauſis collecta avertat. Liv. iv. 21. *Cæterum magis uis morbi ingraveſcens curæ erat, terroreſque ac prodigia: maxime quod crebris motibus terræ ruere in agris nuntiabantur tecta. Obſecratio itaque a populo duumviris præeuntibus eſt facta.*

9. Maximi Pontificis erat obſecrationum verba ſollennia præire. Plutarch. Camill. p. 139. E. Ἐξηγουμένου θεοῖς τοῦ ἀρχιερέως, ἐπευξάμενοι τοῖς θεοῖς, πι-

Roſtris [10] populo præiret [11], ſummotaque [12] operariorum [13] ſervorumque turba.

ὡς ἑαυτοὺς ὑπὲρ τῆς πατρίδος τῷ δαίμονι καταρῶντες. *Pontifice Maximo Fabio verba præeunte, deos precati, quaſi pro patria ſemet ipſi deveventes.* Hujus titulum Cæſares non ſolum geſtarunt, ſed etiam munia peregerunt. Adrianus apud Spartian. c. 22. *Sacra Romana diligentiſſime curavit: peregrina contempſit. Pontificis Maximi officia peregit.* Trajanus apud Plin. Epiſt. x. 73. *Quia ſciebam in Urbe noſtra ex ejuſmodi cauſis collegium pontificum adiri ſolere, te, Domine, maximum Pontificem conſulendum putavi, quid obſervare me velis.* Auguſtus apud noſt. ſupr. 31. 1. Plura Ampliſſ. Spanhem. de Præſt. num. Diſſert. VIII. p. 609.

10. ROSTRA deſcripta V. ſupr. Cæſ. 6. 1. §. 6.

11. POPULO PRÆIRET i. ſollennia quædam verba, quibus obſecratio fiebat, & quæ populus eadem repetens ſequeretur, prælegeret. Tacit. Hiſt. Hiſt. IV. 53. 4. *Tum Helvidius Priſcus prætor, præeunte Plauto Æliano pontifice, luſtrata ſuovetaurilibus area.... Jovem, Junonem.... precatus.* V. Curt. IV. 13. 15. §. 44.

12. SUMMOTA, utpote viliore, quam ut populi Romani ſacris ſollennibus intereſſet. Quam vili pretio, artes ſellularias & ignavas qui colerent, apud veteres Romanos fuerint, docet Dionyſ. A. R. III. p. 98. Ἐπιδιφρίους μὲν, καὶ βαναύσους, καὶ προσαγωγοὺς ἐπιθυμιῶν αἰσχρῶν τέχνας, ὡς ἀφανιζούσας, καὶ λυμαινομένας τά τε σώματα, καὶ τὰς ψυχὰς τῶν μεταχειριζομένων, δούλοις καὶ ξένοις ἀπέδωκε μεταχειρίζεσθαι: καὶ διέμεινεν ἐπὶ πολὺν χρόνον δι' αἰσχύνης ὄντα Ῥωμαίοις τὰ τοιαῦτα ἔργα, καὶ ὑπ' οὐδενὸς τῶν αὐθιγενῶν ἐπιτηδευόμενα. *Sellularias quidem, & ſordidas, & quæ ad fœdas cupiditates impellerent, ut corporibus, atque animis tractantium noxias & peſtiferas, ſervis, & exteris exercendas tradidit: longoque tempore talia opera apud Romanos habita ſunt ignominioſa, nec ullus indigena ea exercuit.*

13. OPERARIUS eſt, qui *opus* aliquod ſordidum, & abjectum facit. Varr. R. R. 1. 17. *Caſſius ſcribit hæc: operarios parandos eſſe, qui labores ferre poſſint.* Cicero ſæpius. Tales & *operas* dici, monui ſupr. Aug. 3. 1. §. 3.

CAPUT XXIII.

ARG. Rerum actum diviſum conjungit, juriſdictionem de fidei commiſſis per provincias poteſtatibus demandat, Papiæ Poppeæ legi obrogat, pupillis tutores dat, provincia ſummotos Urbe, & Italia ſummovet, relegatos quoſdam ultra lapidem tertium ab Urbe relegat, in curia tribunitio ſubſellio ſedet, & commeatus beneficii ſui facit Tiberius Claudius Druſus Cæſar.

1.2 Rerum actum diviſum antea in hibernos æſtivoſque menſes conjunxit [1]. Juriſdictionem de fidei commiſſis [2] quotannis, & tantum in Urbe delegari magiſtratibus ſolitam, in perpetuum atque etiam per provincias poteſtatibus [3] demandavit [4]. Capiti

CONJUNXIT *rerum actum* i. inſtituit, ut *res*, prout inciderent, promiſcue, & indifferenter tractarentur, cum ante Claudium, ut videtur, aliæ hibernis, aliæ æſtivis menſibus *agerentur.* Huc fortaſſis ſpectat *beneficium Claudii*, de quo noſt. infr. Galb. 14. 7. Spectat & alter locus Suetonii Aug. 32. 9. Ubi §. 29. de *rerum actu* plura. V. *Torrentium.*

2. DE FIDEI COMMISSIS. Juſtinian. Inſtit. II. 23. *Sciendum eſt, omnia commiſſa primis temporibus infirma fuiſſe: quia nemo invitus cogebatur præſtare id, de quo rogatus erat. Quibus enim non poterant hæreditatem, vel legata relinquere, ſi relinquebatur, fidei committebant eorum, qui capere ex teſtamento poterant hæreditatem. Et ideo fidei commiſſa appellata ſunt, quia nullo vinculo juris, ſed tantum pudore eorum, qui rogabantur, continebantur. Poſtea divus Auguſtus primus, ſemel, iterumque gratia perſonarum motus, vel quia per ipſius ſalutem rogatus quis diceretur, aut ob inſignem quorundam perfidiam, juſſit conſulibus auctoritatem ſuam interponere. Quod quia juſtum videbatur, & populare erat, paullatim converſum eſt in aſſiduam juriſdictionem: tantuſque eorum favor factus eſt, ut paullatim etiam prætor proprius crearetur, qui de fidei commiſſis jus diceret, quem fidei commiſſarium appellabant.*

3. IN URBE MAGISTRATIBUS, PER PROVINCIAS POTESTATIBUS. Ulpian. Inſtit. tit. 25. *Fidei commiſſa non per formulam petuntur, ut legata, ſed cognitio eſt Romæ quidem conſulum, aut prætoris, qui fidei commiſſarius vocatur, in provinciis vero præſidum provinciarum.* Hos vero *poteſtates* nominat noſter. Et a *magiſtratibus* diſtinguit Ulpian. Digeſt. II. 1. 13. *Magiſtratus autem, vel is, qui in poteſtate aliqua ſit, ut puta proconſul, vel prætor, vel alii, qui provincias regunt.... 2. 1. Qui magiſtratum, poteſtatemve habebit.* De talibus *poteſtatibus* a *magiſtratibus* diſtinctis Juven. Sat. x. 100.

An Fidenarum, Gabiorumque eſſe poteſtas.

Et de illis *Chiment. Biſell. c. 4. Buleng. de imp.* VII. 7. *Guther. de Offic. dom. Aug.* I. 3.

4. DEMANDAVIT. Pompon. Orig. jur. Digeſt. 1. 2. 32. *D. Auguſtus ſedecim prætores conſtituit, poſt deinde*

Digitized by Google

Capiti [5] Papiæ Poppææ legis [6], a Tiberio Cæſare [7], quaſi ſexagenarii [8] generare non 3
poſſent, addito [9], obrogavit [10]. Sanxit ut pupillis extra ordinem [11] tutores [12] a 4
conſulibus [13] darentur, utque hi, quibus a magiſtratibus provinciæ interdicerentur,
Urbe

deinde D. Claudius duos adjecit, qui de fidei commiſſis jus dicerent.

* 5. CAPITI I. paragrapho. V. ſupr. Jul. c. 28. n. 2. §. 18. *Caput* vocat, quod ipſe a *Tiberio additum* dicit. Et ſimiliter Imperator Juſtin. l. 27. C. de Nupt. *Nuptias inter maſculos, & feminas majores, vel minores ſexagenariis, vel quinquagenariis lege Julia, vel Papia ſunt prohibita.* & Seneca apud Lactant. I. 16. *Sexagenario legem Papiam impoſuiſſe ſibulam ſignificat*, quamvis hoc omne de ſexagenarii nuptiis prohibitis ante Tiberium in ipſa Papia lege, quæ ſexagenariis indulſit, eoſque pœnis omnibus liberavit, non exſtiterit. Leges nomen ſuum ſæpius retinuerunt, variis licet modis emendatæ. Ita lex Voconia dicitur *locupletaſſe & fiſcum, & ærarium.* Nec tamen lex Voconia ad Domitiani uſque imperium locupletavit fiſcum & ærarium. Imo nunquam id fecit, ut a Voconio eſt profecta. Nam P. Annii hæreditatem, filiæ illius legis prætextu ademptam, non ærario applicavit Verres, ſed ad ſecundum hæredem, qui forte & legitimus, certe gentilis defuncti fuit, L. Annium contulit apud Cicer. Verr. I. 42. Præterea neque Voconia lex ullo modo ad Domitiani uſque tempora, imo neque ad tempora conſtituti fiſci in uſu amplius fuit. Quapropter ſine dubio Plinius vocavit Voconiam legem partem ſui aliqua ex illa ortam, ſeu in quam præcipuum ejus caput ab Auguſto fuit tranſlatum. *Perizon. Diſſert. de Leg. Vocon. p.* 152.

6. PAPIÆ POPPÆÆ LEGI quinam nomen dederint V. ſupr. c. 10. §. 4.

7. A TIBERIO CÆSARE... De hoc loco inter ſe digladiantes V. *Caſaubonum, Torrentium, Cujacium, Gothofr. ad Legis Papiæ c.* 2. *Perizon. Diſſert. Triad. p.* 153--162.

8. SEXAGENARII generare poſſunt. Ariſtot. Hiſt. anim. VI. 6. Οἱ δ' ἄνδρες, οἱ μὲν πλεῖστοι, γεννῶσι μέχρις ἑξήκοντα ἐτῶν· ὅταν δὲ ὑπερβάλῃ ταῦτα, μέχρις ἑβδομήκοντα· καὶ ἤδη τινὲς γεγεννήκασιν ἑβδομήκοντα ἐτῶν ὄντες. *Mares plurimum ad ſexageſimum annum generant: quem ſi exceſſerint, ad ſeptuageſimum uſque procedunt: & jam quidem annos ſeptuaginta nati genuerunt.* Imo *Maſſiniſſam regem poſt ſextum & octogeſimum annum filium, quem Methymathnum appellaverit; Catonem cenſorium octogeſimo exacto e filia Salonii clientis ſui filium generaſſe, clarum eſt*, teſtibus *Plin.* VII. 14. *Val. Max.* VIII. 13. *ext.* I. *Plutarch. in Caton. p.* 351. *A. B. C.* V. & *Beroaldum.*

9. ADDITO in ſexagenariorum gratiam. Legis enim Papiæ Poppææ acerbitatem a Tiberio lenitam fuiſſe dicit Tacit. Ann. III. 28. 3. *Sexto demum conſulatu Cæſar Auguſtus, potentiæ ſecurus, quæ triumviratu juſſerat, abolevit; deditque jura, queis pace, & principe uteremur. Acriora ex eo vincula, inditi cuſtodes, & lege Papia Poppæa præmiis inducti, ut ſi a privilegiis parentum ceſſaretur, velut parens omnium populus vacantia teneret. Sed altius penetrabant: Urbemque, & Italiam, & quod uſquam civium, corripuerant; multorumque exciſi ſtatus, & terror omnibus intentabatur; ni Tiberius ſtatuendo remedio, quinque e prætoriis, totidem e cætero ſenatu ſorte duxiſſet, apud quos exſoluti plerique legis nexus modicum in præſens levamentum fuere.*

10. OBROGAVIT I. ex capite Poppææ legi a Tiberio addito quid mutavit. Ita enim lex *obrogatur.* Ulpian. Inſtit. tit. I. *Lex aut rogatur, id eſt, fertur, aut abrogatur, id eſt, poſteriore lege tollitur, aut derogatur, id eſt, pars tollitur, aut ſubrogatur, id eſt, adjicitur aliquid primæ legi, aut obrogatur, id eſt, mutatur aliquid ex prima lege.* Ut itaque naves in populi Romani annonam fabricantibus Papiæ Poppææ legis vacationem conſtituit ſupr. 19. §. 3. ſic reliquus legis ſeveritatem a Tiberio lenitam intenderit, & rurſus auxerit. Et recte. Ex ſenibus enim nimis imbecilli naſcuntur fœtus. Ariſtot. Polit. VII. 16. Τὰ τῶν πρεσβυτέρων ἔκγονα καθάπερ τὰ τῶν νεωτέρων, ἀτελῆ γίνεται, καὶ τοῖς σώμασι, καὶ ταῖς διανοίαις· τὰ δὲ τῶν γεγηρακότων ἀσθενῆ· διὸ κατὰ τὴν τῆς διανοίας ἀκμήν· αὕτη δ' ἐστὶν ἐν τοῖς πλείστοις, ἥνπερ τῶν ποιητῶν τινες εἰρήκασιν, οἱ μετροῦντες ταῖς ἑβδομάσι τὴν ἡλικίαν, περὶ τὸν χρόνον τὸν τῶν πεντήκοντα ἐτῶν· ὥστε τέτταρσιν ἢ πέντε ἔτεσιν ὑπερβάλλοντα τὴν ἡλικίαν ταύτην, ἀφεῖσθαι δεῖ τῆς εἰς τὸ φανερὸν γεννήσεως. *Seniorum enim fœtus, quemadmodum juniorum imperfecti ſunt, & corporibus, & intellectibus: ſeneſcentium quoque fœtus ſunt minus robuſti: quapropter illud tempus maxime probandum eſt, in quo maxime intelligentia viget in nobis: id autem eſſet in plurimis circiter annum quinquageſimum, ut poetarum quidam dixerunt, ſeptenario numero ætatem dimetientes: itaque qui quatuor, aut quinque annis hanc ætatem excederint; derelinquere debent in aperto procreandi ſtudium.*

11. EXTRA ORDINEM I. non obſervato agnatorum *ordine* legitimo, qui lege duodecim tabularum erat, ut agnati eſſent legitimi tutores, ita ut certus eſſet agnatorum *ordo*. Ita *ferias extra ordinem indicere* I. non obſervato aliquo ſtatarum, ſollenniumque feriarum *ordine* dicit Ulpian. Digeſt. IV. 6. 26. §. 7. ut monet *Bavard. Var.* I. 10.

12. TUTELA *eſt, ut Servius definivit, vis, ac poteſtas in capite libero ad tuendum eum, qui propter ætatem ſe defendere nequit, jure civili data ac permiſſa. Tutores autem ſunt, qui eam vim ac poteſtatem habent, exque ipſa re nomen acceperunt. Itaque appellantur tutores quaſi tuitores, atque defenſores, ſicut æditui dicuntur, qui ædes tuentur.* Juſtinian. Inſtit. I. 13.

13. A CONSULIBUS tutorem tutore indigentibus dari voluit Claudius. *Et datam ſe a conſulibus tuto-*

Digitized by Google

5 Urbe quoque & Italia ſummoverentur [14]. Ipſe quoſdam novo exemplo [15] relegavit,
6 ut ultra lapidem tertium [16] vetaret egredi ab Urbe. De majore negotio acturus, in
7 curia medius [17] inter conſulum ſellas [18] tribunitio [19] ſubſellio [20] ſedebat. Commeatus a ſenatu peti ſolitos beneficii ſui fecit [21].

rem Helvidii filia, petentibus matre ejus, & vitrico Cornutus dicit apud Plin. Epiſt. IX. 13. Unde *conſularis* hac in re poteſtatis meminit etiam Modeſtin. Digeſt. XXVI. 3. 1. *Tunc, quod deficit, repleri a conſulari poteſtate conſtitutiones conceſſerunt, & ſecundam mentem confirmari tutores.* Ante Claudii tempora Romæ prætor, in provincia præſes tutorem dabat pupillo, qui neque ex patris teſtamento, neque ex duodecim tabulis tutorem accepiſſet. Juſtinian. Inſtit. I. 20. *Si cui nullus omnino tutor fuerat, ei dabatur in Urbe quidem a prætore urbano, & majore parte tribunorum plebis tutor ex lege Atilia: in provinciis vero a præſidibus ex lege Julia & Titia.* Liv. XXXIX. 9. *Quin eo proceſſerat conſuetudine Æbutii capta* Hiſpala Fecenia libertina, *ut poſt patroni mortem, quia in nullius manu erat, tutore a tribunis & prætore petito, quum teſtamentum faceret, unum Æbutium inſtitueret heredem.* Et hic prætor tutelaris dicebatur. Capitol. Anton. Philoſ. c. 10. *Prætorem tutelarem primus fecit, quum ante tutores a conſulibus poſcerentur.* V. quoque *Torrentium. Caſtal. V. L. c.* 21. *Catan. in Plinium. Auguſtin. de LL. ad legem Atiliam de tutoribus.*

14. Summoverentur i. excluſi intelligerentur, licet hoc non adderetur. Locum hunc illuſtrat, quod a Calliſtrato traditur libris Ἐκδικῶν, *relegatum: ſive interdictum patria ſua a præſide provinciæ, etiam Roma, quæ communis ſit patria, abſtinere debere, nec ſolum Roma, ſed ea civitate, in qua princeps agit, qui pater patriæ eſt.* Cui non abſimile, quod prodit Macer Digeſt. XLIX. 16. 13. §. 3. *Et is, qui ignominia miſſus eſt, neque Romæ, neque in ſacro comitatu agere poteſt.* V. *Torrentium.*

15. Novo exemplo, quia ſontes procul Urbe relegari ſolebant.

16. Ultra lapidem tertium. Ita fere relegatus legitur Schimhi 1. Reg. 2. 37. *Erit quo die egreſſus tranſieris torrentem Kidronem, certo ſcito te omnino moriturum.* * Et meminit ſimilis pœnæ Ulpian. Digeſt. XLVIII. 22. 9. *Poteſt præſes quendam damnare, ne domo ſua procedat.*

* 17. Medios inter conſules ſediſſe principes jam dictum ſupr. Tib. 17. 6. §. 13. Quod forte ob commoditatem factum, ut facilius ſe inſerens princeps in aures utriuſque conſulis inſuſurraret, & arcana conſeriret.

18. Sellam utrique conſuli, tametſi unus tantum haberet faſces ſingulis viciſſim menſibus, poſitam fuiſſe pro certo eſt. Tacit. Ann. IV. 8. 3. *Tiberius conſules ſede vulgari per ſpeciem mœſtitiæ ſedentes honoris locique admonuit.* Chiment. de hon. Biſell. c. 22.

* 19. Tribunos intellige non militares, aut conſulari poteſtate, ſed plebis aut ærarios. In hiſce non exiguum honoris inſtar reſidebat, imo fulgor majeſtatis, & gloriæ ornamentum, quando illic Romanus princeps publice incubare non dedignabatur. Sed & tribunitia poteſtas hic in mentem mihi venit quippe ſacra, & inviolabilis, quam ideo tam avide affectarunt, jactaruntque inter titulos Romani principes. Eadem puto de cauſa & Cæſari datum, ut in *tribunitiis ſubſelliis ſederet.* Dio XLII. p. 194. D. *Chimentel. de Honor. biſell. c.* 22. De Claudii ſubſellio *tribunitio* Dio LX. p. 675. C. Ἐχρημάτιζε δὲ ἐν τῷ συνεδρίῳ, τῶν τε Κλαυδίου, τῶν ὑπάρχων τε, καὶ τῶν ἐξελευθέρων αὐτοῦ παρόντων· τὸ μὲν γὰρ ἐπίχειρον ἐν μέσῳ τῶν ὑπάτων ἐπὶ δίφρου ἀρχικοῦ, ἢ καὶ ἐπὶ βάθρου καθήμενος ἐποιεῖτο· μετὰ δὲ τοῦτο αὐτός τε ἐπὶ τὴν συνήθη ἕδραν μετεχώρει, καὶ ἐκείνοις οἱ δίφροι ἐτίθεντο· καὶ ταῦτα μὲν καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν μεγίστων ὁμοίως ἐγίγνετο. *Judicia peragebantur in curia Claudio, & præfectis, libertiſque ipſius præſentibus. Referebat ipſe ad ſenatum, in medio conſulum, ſella curuli, aut in ſubſellio ſedens. Poſtea vero ad conſuetum ſedile ipſe redibat, ac iis ſellæ ponebantur. Quod quidem in aliis etiam negotiis maximis eodem modo fieri ſolebat.*

20. Subſellia quædam etiam minoris formæ fuiſſe olim videntur, unius tantum hominis capacia. Hoc enim Claudii ſi longum fuiſſet, fuſæque ſeſſionis, inter conſulum ſellas, præſertim in tribunali, incommode ſtatui potuiſſet. *Chiment. Biſell. c.* 21.

21. Sui beneficii fecit i. ſibi reſervavit poteſtatem veniam dandi. Senatusconſultum, quo ſibi hæc poteſtas concederetur, faciendum curaverat Claudius. Dio p. 682. B. Τοῖς δ' ἂν ἀποδημεῖν ὥστε ἔξω τῆς Ἰταλίας αἰτουμένοις, ἔδωκε μὲν καὶ καθ' ἑαυτὸν ἄνευ τῆς βουλῆς· τῷ γε μὴν καὶ νόμῳ τινὶ αὐτὸ δοκεῖν ποιεῖν, δόγμα γενέσθαι ἐκέλευσε. *Qui peregrinationem extra Italiam petebant, concedebat quidem illis, non conſulto ſenatu: tamen ut lege abeſſe viderentur, jubebat ſenatusconſultum fieri.* Loquendi, quo utitur noſter, genus notavi ſupr. Tiber. 12. 4. §. 17.

CAPUT XXIV.

ARG. *Ornamenta conſularia procuratoribus ducenariis indulget, ſenatoriam recuſantibus equeſtrem dignitatem adimit, latum clavum libertini filio tribuit, quæſtoribus gladiatorum munus injungit, & ærarii curam dat, Sejano nondum puberi, & multis natu majoribus triumphalia ornamenta dat, Plautio ovationem, Gabinio Secundo Chauci cognomen decernit Tiberius Claudius Druſus Cæſar.*

Orna-

Ornamenta conſularia [1] etiam procuratoribus ducenariis [2] indulſit. Senatoriam di- 2
gnitatem [3] recuſantibus [4] equeſtrem quoque ademit. Latum clavum [5], quam- 3
vis initio affirmaſſet non lecturum ſenatorem, niſi civis Romani abnepotem [6], etiam libertini filio [7] tribuit: ſed ſub conditione, ſi prius ab equite Romano adoptatus [8] eſſet. Ac ſic quoque reprehenſionem [9] verens, etiam Appium Cæcum, gene- 4
ris ſui proauctorem [10] cenſorem [11], libertinorum filios in ſenatum allegiſſe [12] docuit [13]: ignarus temporibus Appii, & deinceps aliquamdiu *libertinos* [14] dictos, non ipſos, qui manu-

ORNAMENTA CONSULARIA V. ſupr. Cæſ. 76. 7. §. 42.

2. DUCENARII dicuntur hi procuratores a numero pecuniarum, quas acciperent ſtipendii nomine. Hoc inſtitutum eſt, cum, ut mutato veteri more ſalaria certa in provincias euntibus darentur, inſtitueret Auguſtus. Docet hoc Dio LIII. p. 506. D. *Καὶ τοῖς ἐπιτρόποις ἀπὸ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν διδομένων αὐτοῖς χρημάτων προσγίγνεται. Procuratoribus a numero pecuniarum, quæ illis data, nomen factum eſt.* V. *Caſaubonum*, *Torrentium*, *Buleng. de imper.* VI. 50. *Salmaſ. in Capitol. Pertin. c.* 2.

3. SENATORIAM DIGNITATEM, forte oblatam quoties *ſenatum* legeret Claudius.

4. RECUSANTIBUS; ut moleſtam, oneroſam, & laboris plenam. Eandem diu etiam *recuſavit* Veſpaſianus infr. 2. 4.

5. LATUM CLAVUM V. ſupr. Cæſ. 45. 5. §. 24.

6. ABNEPOS *civis Romani* per hos oſtenditur gradus. Libertus *civis* erat, ſed publico nullo, niſi apparitoris, aut coactoris fungebatur munere. Ingenuus, libertini filius, liberti nepos, jure meliore: ferit enim ſuffragium in tribu ruſtica, magiſtratus tamen non capit, neque ſenatorii, neque equeſtris eſt ordinis, ſed tertii, id eſt, de plebe. Ingenuus, ingenui filius, libertini nepos, liberti pronepos, meliore, quam pater, jure. Eques enim Romanus eſſe poteſt, ſed aditum in curiam non habet. Ingenuus, ingenui filius, & nepos, libertini pronepos, liberti abnepos, meliore, quam pater & avus, jure: in ſenatum enim legi poteſt, & honores, magiſtratuſque capere. Hic ergo ingenuus poſtremo collocatus, *civis Romani abnepos*. Et ex hoc genere lecturum ſe ſenatores, ex antiquo inſtituto Claudius affirmaverat. *Manut. Quæſ. Epiſt.* I. 7.

7. LIBERTINI FILIO i. civis Romani ne pronepoti quidem, aut nepoti, ſed filio, cujus pater aliquando ſervitutem ſervierat. *Manutius.*

8. AB EQUITE ROMANO ADOPTATUM ſi legeret ſenatorem, culpam, quam agnoverat, vitare, & civis Romani abnepotem legere videbatur Claudius; nam eques, ut docet §. 6. non poterat eſſe, qui pronepos civis Romani non eſſet: ita filius equitis abnepos erat civis Romani. *Manutius.*

9. REPREHENSIONEM n. lectionem illam ſuam eſſe inuſitatam, quod, quoniam pater adoptivus, & naturalis, non idem ſunt, malitioſa fraus in quæſito per adoptionem equeſtris ordinis patre cerne-retur. *Manutius.*

10. PROAUCTOREM eadem, qua *proavum*, forma dixit Appium, quaſi procul, & longa origine generis *auctorem*. Inter Claudii *proauctores* recenſetur hic Appius ſupr. Tib. 2. 2. V. & *Beroaldum.*

11. CENSOREM i. cum *cenſor* eſſet. Aurel. Vict. de vir. illuſt. c. 34. *Appius Claudius Cæcus in cenſura libertinos quoque in ſenatum legit.* Liv. I. 46. *Appius Claudius ſenatum primus libertinorum filiis lectis inquinavit.* Hanc *ſenatus lectionem infamem atque invidioſam* vocare videtur Liv. IX. 29. Torrentius. Quando *cenſor* fuerit, dixi ſupr. Tib. 72. 2. §. 6.

12. IN SENATUM ALLEGISSE, ex libertinorum cenſu qui eſſent, docet etiam Diodor. XX. p. 773. *Κατέμιξε δὲ καὶ τὸ σύγκλητον, οὐ τοὺς εὐγενεῖς καὶ προέχοντας τοῖς ἀξιώμασι προσγράφων μόνον, ὡς ἦν ἔθος, ἀλλὰ πολλοὺς καὶ τῶν ἀπελευθέρων υἱοὺς ἀναμίξας. Senatus quoque ordinem temperavit, non ſolum nobiles, & dignitate præſtantes, ut moris fuerat, legendo, ſed e libertinorum quoque cenſu multos admiſcendo.*

13. DOCUIT exemplo ſuum factum excuſaturus.

14. LIBERTINOS dictos.... Mendoſe, ut mea fert opinio. Nunquam enim hoc apud bonos auctores reperio. Verius eſſe opinor, *libertos* dici, cum ad patronos referuntur. Donat. in. Terent. Andr. I. I. 10. *Mihi ideo additum eſt, quia libertus ad aliquem dicitur.* eoſdem *libertinos* appellari, cum ingenuis opponuntur, & conditionis *libertinæ* homines ſignificamus. Plautus *libertinam*, non *libertam*, quæ vindicta manumiſſa eſſet, aperte oſtendit Mil. glor. IV. I. 15.

PY. *Quid? ean' ingenua, an feſtuca facta e ſerva libera eſt?*

PA. *Vah, egomet ut ad te ab libertina eſſe auderem internuntius?*

Libertini itaque vocati ſunt, qui aliquo pacto ſe ex ſervitute in libertatem vindicaſſent. Juſtin. Inſtit. I. 5. 3. *Libertas a primis Romæ incunabulis una atque ſimplex erat, id eſt, eadem, quam habebat manumiſſor, niſi quod libertinus eſſet, qui manumitteretur, licet manumiſſor ingenuus eſſet.* Quod ſi *libertinos* manumiſſorum filios ingenuos homines eſſe ſtatuerimus, efficietur, ut idem fuerit ingenuus & *libertinus*: cum tamen ingenuo *libertinus* ita opponatur, ut liber ſervo. Idem ergo homo *libertus* & *libertinus*; libertus quidem ejus, a quo eſt liberatus: genere vero & conditione *libertinus*, id eſt, ex iis unus, qui ſervitute, quam aliquando ſervierunt, liberati ſunt. Unde Cicer. Verr. I. 47. *Trebonius*

5 manumitterentur, ſed ingenuos ex his procreatos. Collegio quæſtorum [15] pro ſtratura [16] viarum gladiatorum munus injunxit: detractaque Oſtienſi & Gallica provincia [17], curam ærarii Saturni [18] reddidit, quam medio tempore [19] prætores, aut uti-
6 que tunc prætura functi ſuſtinuerant. Triumphalia ornamenta [20] Silano [21] filiæ [22]
7 ſuæ ſponſo nondum puberi dedit. Majoribus vero natu, tam multis, tamque facile, ut epiſtola communi legionum [23] nomine extiterit petentium, *ut legatis conſularibus* [24] *ſimul cum exercitu & triumphalia darentur, ne cauſam belli quoquo modo quære-*
8 *rent*. Aulo Plautio [25] etiam ovationem [26] decrevit [27]: ingreſſoque Urbem obviam pro-

fecit heredem libertum ſuum. Et de eodem: *Equiti Romano libertinus homo fit heres*. Cum enim dixit *libertum*, cum patronum habere; cum *libertinum*, qua generis conditione eſſet, notavit. *Caſtal. Var. Lect. c.* 13. *Sigon. de Ant. jur. civ. Roman.* 1. 6. *Valla Eleg.* IV. 1. A Suetonio tamen ſtant *Lorent. in illum. Mercer. in Alexandr.* IV. 1. *Maſſon. Horat. vit. p.* 4. *Manut. Quæſ. Epiſt.* 1. 7. *Loen. de Manum.* IV. 12. *Bud. in Pandect. p.* 254. 1.

15. QUÆSTORIA inter munera fuit gladiatores exhibere. Tacit. Ann. 11. 22. 2. *Iiſdem conſulibus P. Dolabella cenſuit ſpectaculum gladiatorum per omnes annos celebrandum, pecunia eorum, qui quæſturam adipiſcerentur*. Tertull. de ſpectac. c. 12. *Tranſiit hoc genus editionis ab honoribus mortuorum ad honores viventium, quæſturas dico, & magiſtratus, & flamina, & ſacerdotia*. V. *Lipſ. Sat.* 1. 9. & in *Tacitum*. & noſtr. *infr. Domit.* 4. 3.

16. STRATURA i. munitione. Ita *ſtrata viarum* dicit Virg. Æn. 1. 426.

Miratur portas, ſtrepitumque, & ſtrata viarum.

Hinc *ſtrator* in inſcriptione apud Spon. Erud. Antiq. Miſcell. Sect. VI. p. 233.

DIOMEDES AP

STRATOR

FAVSTAE HEDIAE.

Noſt. Aug. 30. 3. V. & *Ampliſſ. Cuper. in Lactant. p.* 132.

17. IN OSTIENSEM ET GALLICAM PROVINCIAS mittere quæſtores ſolitus Auguſtus. Docet hoc Dio LV. p. 551. B. Ταμίας δὲ ἔν τε τῇ παραλίᾳ τῇ πρὸς τῇ πόλει, καὶ ἐν ἑτέροις τισὶ τῆς Ἰταλίας χωρίοις ἄρχειν ἐποίησεν: καὶ τοῦτο καὶ ἐπὶ πλείω ἔτη ἐποίησεν. *Quæſtores præfecit ora maritima ad Urbem*, hæc eſt *Oſtienſis* provincia, *& quibuſdam Italiæ locis: idque in plures annos ab eo ſervatum*. Inter *iſta Italiæ loca* pars aliqua *Galliæ* Ciſalpinæ fuit. Atque hæc eſt *Gallica provincia* quæſtoria. *Caſaubonus*. V. præter illum *Bulenger. de imper.* II. 2. *Laz. Comm. R. R.* II. 5. *Lipſ. Tacit. Ann. p.* 87. *Demſter. Paral. ad Roſin. Antiq. Rom.* VII. 48.

18. SATURNI templo loco ærarii cur uſi fuerint Romani, rationes dat Plutarch. Quæſt. Rom. 40. Πότερον ὅτι δόξα κατεῖχε καὶ λόγος, οὐκ εἶναι πλεονεξίαν ἐν ἀνθρώποις, οὐδ' ἀδικίαν, Κρόνου βασιλεύοντος, ἀλλὰ πίστιν καὶ δικαιοσύνην; ἢ ὅτι καρπῶν εὑρετής, καὶ γεωργίας ἡγεμὼν ὁ θεός. Καρπῶν δὲ ἀφθονία καὶ διάθεσις, γένεσις ἐστι νομίσματος: διὸ τὸν αἴτιον καὶ φύλακα ποιοῦνται τῆς εὐδαιμονίας. Πρῶτος δὲ ταμιεῖον ἀπέδειξε τὸ Κρόνου τῶν βασιλέων καταλυθέντων Οὐαλέριος Ποπλικόλας, πειθόμενος ἐχυρὸν, καὶ κατοπτικὸν, καὶ δυσεπιβούλευτον εἶναι τὸν τόπον. *An quia obtinuit opinio, regnante Saturno, avaritiam apud homines, injuſtitiamque locum non habuiſſe, ſed fidem, & juſtitiam? Aut quia deus ille frugum, atque agricultura præeſſe creditur? Ex ubertate autem frugum, & venditione, pecuniæ naſcitur copia. Itaque Saturnum auctorem, cuſtodemque eius faciunt. Primus autem ædem Saturni ærarium fecit poſt exactos reges Valerius Poplicola, cum ſentiret locum iſtum munitum eſſe, & conſpicuum, atque ab inſidiis tutum*.

19. MEDIO TEMPORE, ab Auguſto ad Claudium. V. ſupr. Aug. 36. §. 8.

20. TRIUMPHALIA ORNAMENTA quænam fuerint, dixi ſupr. Aug. 38. 1. §. 5. His Silanum inſignem deſcribit Tacit. Ann. XII. 3. 3. *Juvenem & alia clarum, inſigni triumphalium, & gladiatorii muneris magnificentia, protulerat ad ſtudia vulgi*.

21. SILANO *Lucio* §. 22. & infr. 29. 4. Appii Junii *Silani* filio ſupr. 4. 6. §. 16.

22. FILIÆ, minoris Octaviæ. Tacit. Ann. XII. 3. 3. *L. Silano deſponderat Octaviam Cæſar*.

23. LEGIONUM, quæ ſcilicet ubicunque eſſent. * Sic *exercituum nomine* occultas literas apud Tacit. Ann. XI. 20. 4. compoſuit ſi non Curtius, certe aliquis urbanus, ut contendit Gronov. de Pec. vet. IV. 9. quibus *precabantur Imperatorem, ut quibus permiſſurus eſſet exercitus, triumphalia ante tribueret*.

24. LEGATIS CONSULARIBUS i. *quibus permiſſurus eſſet exercitus*, Tacito interprete. V. illos ſupr. Aug. 47. 1. §. 4.

25. A. PLAUTIUS ſenator in Britanniam exercitum duxit. V. Dion. ſupr. 17. 1. §. 5. *Conſularis* dicitur Tacit. Agric. 14. 1. *Conſularium primus Aulus Plautius* Britanniæ *præpoſitus*, & *conſularis legatus* noſt. Veſp. 4. 2. Ejus genealogiam V. apud *Reineſ. Epiſt. ad Rupert.* 27.

26. OVATIO quid fuerit, dixi ſupr. Aug. 22. 2. §. 8. De Plautii *ovatione* Tacit. Ann. XIII. 32. 2. *Pomponia Græcina, inſignis femina, Plautio, qui ovans ſe de Britanniis retulit, nupta*. Eutropius, qui *ovationem* a triumpho non diſcernit, Plautium triumphaſſe dicit Dio LX. p. 685. D. Ὁ δὲ Πλαύτιος, ἀπὸ τοῦ Βρεττανικοῦ πολέμου, ὡς καὶ καλῶς αὐτὸν χειρίσας, καὶ

progreſſus, & in Capitolium eunti, & inde rurſus revertenti latus texit [28]. Gabi- 8
nio ſecundo [29], Chaucis [30], gente Germanica, ſuperatis, Chaucius cognomen uſurpare conceſſit.

καὶ κατορθώσαντα, καὶ ἐπῃνέθη ὑπὸ τοῦ Κλαυδίου καὶ ἐθριάμβευσε. Plautius, propter Britannicum bellum, quod egregie id geſſiſſet, confeciſſetque, a Claudio laudatus eſt, ac triumphavit.

27. DECREVIT ſe IV. & L. Vitellio III conſulibus. Dio, ſive anno ab U. C. 799. Faſti triumphales. A. PLAVTIVS. M. F. A. N. SILVANVS. PRO. COS. OVANS. EX. BRITANNIA. ANNO. DCCXCIX.

28. LATUS TEXIT I. ad ſiniſtram fuit, *lævus inceſſit*, ut Eutrop. ſupr. 17. 5. §. 24. *Latus tegere* enim eſt ad ſiniſtram eſſe. Val. Max. IV. 7. 2. ext. *Hepheſtione gratiſſimo ſibi latus ſuum tegente, ad eos alloquendos venit.* Eſt hoc vero inferioris, & vilioris. Juven. Sat. III. 131.

> *Divitis hic ſervi claudit latus ingenuorum*
> *Filius.*

Horat. Sat. II. 5. 18.

> *Vis ne tegam ſpurco Damæ latus?*

V. *Lipſ. Elect.* II. 2. *Lacerd. Æn.* V. 160. *Ferrar. Elect.* I. 22. & 23 h. l. Terrentium

29. GABINIUM SECUNDUM dicit noſter, ſed Cn. Domitium Corbulonem ſuperaſſe Chaucos Dio & Tacitus. Ille LX. p. 685. D. *Γναῖος δὲ Δομίτιος Κορβούλων, ἐν τῇ Κελτικῇ στρατηγῶν, τά τε στρατεύματα συνεκρότησε, καὶ τῶν βαρβάρων ἄλλους τε καὶ ὡς ἐκάλουν Χαύκους ἐκάκωσε. At Cn. Domitius Corbulo in Germania exercitui præfectus, legiones in unum coegit, ac barbaros, in primis autem Chaucos vexavit.* Hic Ann. XI. 18. I. *Per idem tempus Chauci nulla diſſenſione domi, & morte Sanquinii alacres, dum Corbulo adventat, inferiorem Germaniam incurſavere, duce Gannaſco....*

30. CHAUCOS deſcribit Tacit. Germ. 35. I. *In ſeptemtrionem Germania ingenti flexu redit: Ac primo ſtatim Chaucorum gens; quamquam incipiat a Friſiis, ac partem littoris obtinet, omnium, quas expoſui, gentium*, Friſiorum, Angrivariorum, Chamanorum, Dulgibinorum, Chaſſuariorum, Antibariorum, *lateribus obtenditur, donec in Cattos uſque ſinuetur. Tam immenſum terrarum ſpatium non tenent tantum Chauci, ſed & implent: populus inter Germanos nobiliſſimus.* Horum finibus nunc iſtæ comprehenduntur regiones. Epiſcopatus Bremenſis, Friſia orientalis, comitatus quatuor, Oldenburgienſis, Delmenhorſtenſis, Depholtenſis, & Hojenſis, cis Viſurgim: item Mindenſis epiſcopatus pars ſeptemtrionalis. Plura de *Chaucis* Cluver. Germ. ant. III. 18. Introd. in Geogr. III. 2. Alting. Notit. Batav. & Friſ. p. 41....

CAPUT XXV.

ARG. *Equeſtres militias ordinat, milites ſenatores ſalutare prohibet, libertinos pro equitibus ſe agentes publicat, ingratos in ſervitutem revocat, mancipia ægra expoſita libertate donat, viatores per Italiæ oppida qui tranſire debeant, monet, Puteolis...: ad arcenda incendia cohortes collocat, peregrinos Romana nomina uſurpare vetat, civitatem uſurpantes ſecuri percutit, Achajam & Macedoniam ſenatui reddit, libertatem Lyciis adimit, Rhodiis reddit,Ilienſibus tributa remittit, Judæos Roma expellit, Germanorum legatis in orcheſtra ſedere permittit, Druidarum religionem abolet, Eleuſina ſacra Romam transferre conatur, Veneris Erycinæ templum ut reficiatur auctor eſt, cum regibus fœdus icit, & cuncta uxorum, libertorumque arbitrio adminiſtrat Tiberius Claudius Druſus.*

Equeſtreis militias [1] ita ordinavit, ut poſt cohortem [2], alam: poſt alam, tribuna- 1
tum [3] legionis daret: ſtipendiaque inſtituit, & imaginariæ [4] militiæ genus, quod vocare-

EQUESTRES MILITIÆ ſunt *militiæ* gradus, qui *equeſtris* ordinis hominibus dabantur, quos obibant *equeſtri* loco orti juvenes, ut centurionatus, ſeu tribunatus cohortis, præfectura alæ, tribunatus legionis. *Equites* enim Romani merebant præfecti cohortium exterarum, & alarum, & tribuni legionum. Plin. Epiſt. VII. 25. 2. *Terentius junior equeſtribus militiis, atque etiam procuratione Narbonenſis provinciæ, integerrime functus, recepit ſe in agros ſuos.* Noſt. Plin. VII. 8. I. Auguſtus ſenatoribus Romanis quomodo *militiæ* gradus diſtinxerit, dicit noſt. ſupr. 38. 2. §. 11. 12. Erat in tanto imperio major jam dignitas *equitum* Romanorum, quam ut gregarios inter equites mererent, minor vero numerus, quam ut tot legionum equitatum explerent, imminuta per bella civilia, & admodum receſa equeſtris ordinis ſtirpe, adeo ut Cajus, quo paucitati eorum ſubveniret, primores ex omni imperio, etiam extra Italiam, qui genere, & opibus excellerent, in eum ordinem adlegerit, quibuſdam etiam in ſpem dignitatis ſenatoriam veſtem dederit, priuſquam ullum magiſtratum geſſiſſent, ut tradit noſter. V. *Illuſtriſſ. Schel. in Hygin. p.* 70. & *Buchner. in Plinium.* Et ſi vis, ab his qui diſſentit, *Lipſ. de Mil. Rom.* II. 9.

3. Cohors non accipienda de tribunatu *cohortis* legio-

2 vocaretur *Super numerum* [5], quo abſentes, & titulo tenus fungerentur. Milites do-
3 mos ſenatorias ſalutandi cauſa [6] ingredi, etiam patrum decreto prohibuit. Liberti-
4 nos, qui ſe pro equitibus Romanis agerent [7], publicavit [8]. Ingratos [9], & de qui-
bus patroni quererentur [10], revocavit in ſervitutem [11]: advocatiſque eorum negavit
ſe adverſus libertos ipſorum [12] jus dicturum [13]. Cum quidam ægra & affecta man-
cipia [14] in inſulam [15] Æſculapii [16] tædio medendi exponerent, omnes qui expo-
nerentur,

legionariæ, ſed externæ; adſcenditur enim inde non ſtatim ad tribunatum legionis, quod ſine dubio fieret, ſi quidem hic in legione tribunatus, ſed primum ad alam, hinc ad tribunatum legionis. Tria hæc in exercitibus ejus ævi paſſim recenſentur genera: legiones, alæ, *cohortes*, per omnium horum præfecturas ordine ire debebant equites: primo totius cohorti præfici, deinde alæ, tertio legioni. *Schel. in Hygin. p.* 65.

3. POST ALAM TRIBUNATUM. V. ſupr. Aug. 38. 2. §. 11.

4. IMAGINARIUM i. ſimulatum, non verum, cum videlicet aliquid fit ad veri ſpeciem. Ita *imaginarius rex* II. 14. 4. *imaginarium jus* III. 11. 5. Floro, *imaginarium prælium*, & *imaginaria venditio* Ictis dicuntur. *Figrell. de ſtat. Rom. c.* 11. V. & ſupr. 21. 12. §. 50.

5. SUPER, ſive SUPRA NUMERUM titulus erat in conferendis honoribus conſuetus. Plin. Epiſt. x. 113. *Ii, quos indulgentia tua quibuſdam civitatibus ſuper legitimum numerum permiſit.* 32. *Hoc in cauſa fuit, quo minus ſtatim revocandos putarem, quos habet ſupra numerum.* Noſt. Ner. 15. 5. *Spanhem. de præſt. num. diſſ.* ix. *p.* 672.

6. SALUTANDI CAUSA, quia hoc urbanorum eſt. V. Aug. 27. 6. §. 17.

7. PRO EQUITE SE AGERE quid ſit, dicam infr. 29. 1. §. 3. *Pro equite* autem *ſe agere* non debebat libertinus. Hunc ab illo diſerte diſtinguit Senec. Epiſt. 44. *Puta itaque non eſſe equitem Romanum, ſed libertinum.* 31. *Quid eſt eques Romanus, aut libertinus?* Et Alexander Severus *libertinos nunquam in equeſtrem locum redegit, aſſerens ſeminarium ſenatorum equeſtrem locum eſſe* apud Lamprid. c. 19. Jus anulorum libertinis quibuſdam, ut Antonio Muſæ apud Dion. LIII. p. 517. C. T. Junio Philopœmeni ſupr. Aug. 27. 3. Icelo infr. Galb. 14. 3. apud noſtrum conceſſum eſſe admitti: *Faber*; ſed tamen *equites* fuiſſe negat, quia equo publico donati non fuerunt: ut qui conſularia, ſenatoria, quæſtoria inſignia erant conſecuti, conſules, ſenatores, quæſtores non ideo erant, vel etiam dicebantur, niſi & in quæſtorum collegium, ſenatoriumve ordinem allecti, atque conſcripti, aut in alterutrius ex conſulibus defuncti locum ſuffecti eſſent. V. illum *Semeſtr.* II. 6.

8. PUBLICAVIT i. proſcripſit, & proſcriptorum pretium in fiſcum cogi juſſit. Lamprid. Alex. Sev. c. 34. *Mulieres infames, quarum infinitum numerum deprehenderat, publicari juſſit.* Tertull. de fuga c. 9. *Publicaris, inquit, bonum tibi eſt.* V. & *Revard. Var.* v. 18.

9. INGRATUS *libertus eſt, qui patrono obſequium non præſtat, vel res ejus, filiorumve tutelam adminiſtrare detrectat.* Paull. Digeſt. XXXVII. 14. 19. Ex hac vero conſtitutione Claudii in ſervitutem patroni quis redigatur, docet Marcian. ibid. n. 5. *D. Claudius libertum, qui probatus fuerit patrono delatores ſummiſiſſe, qui de ſtatu ejus facerent ei quæſtionem, ſervum patroni eſſe juſſit eum libertum.*

10. QUERERENTUR, nam illa tempeſtate nihil *aliud læſo patrono conceſſum, quam ut viceſimum ultra lapidem in oram Campaniæ libertum relegaret.* Tacit. Ann. XIII. 26. 4.

11. REVOCAVIT IN SERVITUTEM ingratos Claudius ſecutus exemplum Athenienſium. De illis Valer. Max. II. 6. 6. *Age, quid illud inſtitutum Athenarum, quam memorabile; quod convictus a patrono libertus ingratus jure libertatis exuitur. Superſedeo te, inquit, habere civem tanti muneris impium æſtimatorem. Nec adduci poſſum, ut credam urbi utilem, quem domi ſceleſtum cerno: abi igitur, & eſto ſervus, quoniam liber eſſe neſciſti.* Hoc repetunt imperatores Cod. VI. 7. 4. *Libertinæ conditionis homines, vel eorum filii, etiam ſi militantes doceantur ingrati, ad ſervitutis nexum procul dubio revocentur.* Eo alludere Terent. And. I. 1. 13. putat Donatus. *An ſecundum jus, quod adverſus libertos ingratos eſt, ut in ſervitutem revocentur.* V. & *Revard. Conj.* I. 11. *Savar. in Sidon. Epiſt.* IX. 10. *Leon. de manum.* II. 6. *Sichterman. de Pœn. milit. c.* 9. V. tamen *Nizium Anal.* II. 16.

12. ADVERSUS LIBERTOS IPSORUM i. ſi & ipſi aliquando de *libertis* ſuis conquererentur. *Beroaldus.*

13. JUS SE DICTURUM illis negavit Claudius, tanquam indignis, quibus imperator faveret in cauſa, quam iverant oppugnatum. *Beroaldus.*

14. MANCIPIA. V. Curt. VIII. 7. 1. §. 2.

15. INSULA hæc quomodo facta fuerit, docet Liv. II. 5. *Ager Tarquiniorum, qui inter Urbem, ac Tiberim fuit, conſecratus Marti, Martius deinde campus fuit. Forte ibi tum ſeges farris dicitur fuiſſe matura meſſi: quem campi fructum quia religioſum erat conſumere, deſectam cum ſtramento ſegetem magna vis hominum ſimul corbibus fudere in Tiberim, tenui fluentem aqua, ut mediis caloribus ſolet: ita in vadis hæſitantis frumenti acervos ſediſſe illitos limo. Inſulam inde paullatim, & aliis, quæ fert temere flumen, eodem invectis, factam. Poſtea credo additas moles, manuque adjutum, ut tam eminens area, firma templis quoque, ac porticibus ſuſtinendis eſſet.* Deſcribit illam Ovid. Metam. XV. 739.

Sciinditur

nerentur [17], liberos eſſe ſanxit [18], nec redire in ditionem domini, ſi convaluiſſent:
quod ſi quis necare quem mallet quam exponere, cædis crimine teneri [19]. Viato- 6
res ne per Italiæ oppida, niſi aut pedibus, aut ſella, aut lecticæ tranſirent, monuit
edicto [20]. Puteolis [21] & Oſtiæ [22] ſingulas cohortes [23] ad arcendos incendiorum caſus 7
collocavit. Peregrinæ conditionis homines vetuit uſurpare [24] Romana nomina, dun- 8
taxat gentilitia [25]. Civitatem Romanam uſurpantes in campo Eſquilino [26] ſecuri [27] 9
per-

Scinditur in geminas partes circumfluus amnis:
Inſula nomen habet, laterumque a parte duorum
Porrigit æquales media tellure lacertos.
Huc ſe de Latia pinu Phœbeius anguis
Contulit.

In inſula autem *Æſculapio facta ædes fuit, quod ægroti a medicis aqua maxime ſuſtententur.* Feſtus.

16. ÆSCULAPII *inſulam* Tiberinam vocat noſter, quia in illa illi templum dicatum fuit. Occaſionem templi ponendi tradit Liv. Epit. 11. *Quum civitas peſtilentia laboraret, miſſis legatis, ut Æſculapii ſignum Romam ab Epidauro transferrent; anguem, qui ſe in navem eorum contulerat, in quo ipſum numen eſſe conſtabat, deportavere: eoque in inſulam Tiberis egreſſo, eodem loco ædes Æſculapio conſecrata eſt.* Æſculapio templum quare extra Urbem poſuerint Romani, has dat rationes Plutarch. Quæſt. Rom. 93. Πότερον ὅτι τὰς ἔξω διατριβὰς ὑγιεινοτέρας ἐνόμιζον εἶναι τῶν ἐν τῷ ἄστει: καὶ γὰρ Ἕλληνες ἐν τόποις καθαροῖς, καὶ ὑψηλοῖς ἐπιεικῶς ἱδρυμένα τὰ Ἀσκληπιεῖα ἔχουσιν. Ἢ, ὅτι τὸν θεὸν ἐξ Ἐπιδαύρου μετάπεμπτον ἥκειν νομίζουσιν, Ἐπιδαυρίοις δὲ οὐ κατὰ πόλιν, ἀλλὰ πόῤῥω τὸ Ἀσκληπιεῖόν ἐστιν. Ἢ, ὅτι τοῦ δράκοντος ἐκ τῆς τριήρους κατὰ τὴν νῆσον ἀποβάντος καὶ ἀφανισθέντος, αὐτὸν ᾤοντο τὴν ἵδρυσιν ὑφηγεῖσθαι τὸν θεόν. *An quia ſalubrius extra, quam intra Urbem degi putant? nam Græci quoque fere locis puris, & ſublimibus poſita Æſculapii habent ſacraria. Aut quod deum illum Epidauro arceſſitum veniſſe Romam exiſtimant; Epidaurii autem non in urbe, ſed procul inde* (diſtat enim ab eorum urbe *quinque millibus paſſuum*, ut hanc hiſtoriam narrans dicit Val. Max. 1. 8. 2.) *templum Æſculapii habent. Aut quod angue apud inſulam e trireme egreſſo, e conſpectu hominum ſublato, ipſum deum arbitrantur locum ſui templi indicaſſe?*

17. EXPONEBANTUR ægri in Æſculapii templo ad captanda, quibus medicinam petebant, ſomnia. Philoſtr. Apoll. 1. 6. Μειράκιον δὲ Ἀσσύριον παρὰ τὸν Ἀσκληπιὸν ἧκεν, ἐτρύφα νοσοῦν, καὶ ἐν πότοις ἔζη, μᾶλλον δὲ ἀπέθνησκεν: Ὕδερῳ δὲ ἄρα εἴχετο, καὶ μέθῃ χαῖρον, αὐχμοῦ ἠμέλει: ἠμελεῖτο δὲ ὑπὸ τοῦ Ἀσκληπιοῦ διὰ ταῦτα, καὶ οὐδὲ ὄναρ αὐτῷ ἐφοίτα. *Adoleſcens quidam Aſſyrius, in ſummis deliciis vivere aſſuetus, cum in adverſam valetudinem incidiſſet, ad Æſculapium venit: erat autem in potationibus vivere, imo potius mori conſuetus. Laborabat autem aqua intercute, & ebrietate gaudens, de exſiccatione non curabat, propterea & ab Æſculapio negligebatur, ita ut ne ſomnia quidem ulla illi mitteret.* Vit. Sophiſt. 1. p. 534. D. Ἧκων δὲ ἐς τὸ Πέργαμον, ὅτε δὴ τὰ ἄρθρα ἐνόσει, κατέδαρθε μὲν ἐν τῷ ἱερῷ: ἐπιστάντος δὲ αὐτῷ τοῦ Ἀσκληπιοῦ, καὶ προσειπόντος ἀπέχεσθαι ψυχροῦ πότου. *Et profectus Pergamum cum articulari morbo ægrotaret, & in ſacello requieviſſet; atque eo loci ipſi appaueiſſet Æſculapius, & admonuiſſet: ut frigido potu abſtineret.* Tale μαντεῖον ἐγκοιμωμένων i. *oraculum indormientium, ſive incubantium* fuit in urbe Anariace ad mare Caſpium ſita apud Strab. xi. p. 350. & Stephanum. Noſt. Veſp. 7. 5.

18. LIBEROS ESSE SANXIT.... Quod docent etiam Dio LX. p. 685. C. & Zonar. Ann. II. p. 184. Ἐπειδή τε πολλοὶ δούλους ἀῤῥωστοῦντας οὐδεμιᾶς θεραπείας ἠξίουν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν οἰκιῶν ἐξέβαλλον, ἐνομοθέτησε, πάντας τοὺς ἐκ τοῦ τοιούτου περιγενομένους ἐλευθέρους εἶναι. *Quia multi ſervos ægrotantes nulla cura dignabantur, ſed domibus ejiciebant, legem tulit Claudius, ut qui ita exturbati ad ſanitatem rediiſſent, liberi eſſent.* Modeſtin. Digeſt. XL. 8. 2. *Servo, quem pro derelicto dominus ob gravem infirmitatem habuit, ex edicto divi Claudii competit libertas.*

19. CÆDIS CRIMINE TENERI illum, qui ſervum occidiſſet, recte cenſuit Claudius. Sic enim lex Cornelia de ſicariis eum punit, qui hominem occiderit, etiam ſi ſervus ſit. Marcian. Digeſt. XLVIII. 8. 1. §. 2. *Et qui hominem occiderit, punitur, non habita differentia, cujus conditionis hominem interemit.* Imo *poſt legem Petroniam, & ſenatusconſulta ad eam legem pertinentia, dominis poteſtas ablata eſt ad beſtias depugnandas ſuo arbitrio ſervos tradere.* Modeſtin. ibid. 11. §. 2. V. *Torrentium.*

* 20. EDICTO, cujus cauſa fuerit, vel ne viæ corrumperentur, ut vult *Torrentius*, vel ut Urbis honori conſuleretur, dum equo vehi habet revera aliquid ſpeciei & dignitatis, ut putat *Buchner. Theſ. Fabr. in Equus.* Claudium imitati ſunt Adrianus & Marcus Antoninus. Ille apud Spartian. c. 22. *Sederi equos in civitatibus non ſivit.* Hic apud Capitol. c. 23. *Marcus ſederi in civitatibus vetuit in equis, ſive vehiculis.*

21. PUTEOLOS V. ſupr. Aug. 44. 1. §. 3.

22. OSTIAM V. ſupr. Tib. 10. 5. §. 18.

23. COHORS ſeptima decima Oſtiæ ſub Othone ſtationem habuit. Tacit. Hiſt. 1. 80. 2. *Septimam decimam cohortem, e colonia Oſtienſi, in Urbem acciri Otho juſſerat.* Caſaubonus.

24. VETUIT USURPARE. Recte. Ita enim Varr. L. L. VIII. 38. *In ſervis gentilitia natura non ſubeſt in uſu: in noſtris nominibus, qui ſumus in Latio, & liberi, neceſſaria.* V. & *Rhodium in Scribon. Larg.* p. 8.

* 1. *utendo* invadere nomen civium Romanorum, qui-

10 percuſſit. Provincias Achajam [28], & Macedoniam, quas Tiberius ad curam ſuam
11 tranſtulerat [29], ſenatui reddidit [30]. Lyciis [31] ob exitiabiles inter ſe diſcordias [32] libertatem ademit [33]: Rhodiis ob pœnitentiam veterum delictorum [34] reddidit [35]: Ilienſibus, quaſi Romanæ gentis auctoribus [36] tributa [37] in perpetuum remiſit [38]: recitata

qui non erant. Ita & n. 9.

25. GENTILITIUM nomen eſt id, quod genus indicans non tantum proprium perſonæ eſt, ſed etiam *genti*, vel familiæ, quod ideo *gentilitium* dicitur, quod originem *gentis*, vel familiæ declaret, ut *Antonius*, *Aurelius*, *Julius*. Docet hoc C. Titius Probus in epitoma x Valerii Maximi. *Omnia, quæ ad unumquemque noſtrum definiendum excogitata ſunt, eandem vim ſignificandi hominis obtinent. Quod per proprietatem dicitur, hoc diſtat, quia eo gens cognoſcitur, ideoque dicitur gentilitium.* Diomed. I. 2. *Nomen gentilitium id eſt*, quod originem *gentis*, vel familiæ declarat, ut *Porcius*, *Cornelius*, *Julius*. Noſt. Ner. 41. 3. Panvin de nom. p. 32. 33.

26. IN CAMPO ESQUILINO ſupplicium de ſontibus ſumebant veteres. Tacit. Ann. II. 32. 5. *In P. Martium conſules extra portam Eſquilinam, cum claſſicum canere juſſiſſent, more priſco advertere.* Horat. Epod. 5. 99.

Poſt inſepulta membra different lupi,
Et Eſquilinæ alites.

Locus ille ſeſtertium dicebatur. Plutarch. Galb. p. 1066. A. Τὸν δὲ Γάλβα τοῖς Πατροβίου καὶ Οὐιτελλίου δούλοις ἐδωρήσατο· λαβόντες δ' ἐκεῖνοι καὶ πάντα τρόπον αἰκισάμενοι, καὶ καθυβρίσαντες, ἔῤῥιψαν ἦ τοὺς ἀπὸ τῶν Καισάρων κολαζομένους θανατοῦσι· ὁ δὲ τόπος Σηστέρτιον καλεῖται. *Galba caput Patrobii, & Vitellii ſervis donarunt: quod illi acceptum omni contumeliarum, & ludibriorum genere afficientes, abjecerunt in locum, ubi occidi ſolent, in quos Cæſar juſſit animadvertere: locus ſeſtertium dicitur.* V. Kirchm. Fun. II. 24. Lipſ. Tacit. Ann. XV. n. 129. Nardin. Rom. Vet. IV. 2. Borrich. Ant. Urb. Fac. c. 7. §. 3.

* 27. SECURI percutiebantur olim milites. Liv. II. 5. *Stabant deligati ad palum nobiliſſimi juvenes. Miſſi lictores ad ſumendum ſupplicium: nudatos virgis cædunt, ſecurique percutiunt.* XXVI. 15. *Producti omnes, virgiſque cæſi, ac ſecuri percuſſi.*

28. ACHAJAM quod ait, capies monente Lipſ. Tacit. Ann. I. n. 256. totam Græciam. Nec enim tunc aliter appellabant Romani. Pauſan. Ἀχαϊκ. p. 222. Ἡγεμὼν δὲ ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ ἀπεστέλλετο. Καλοῦσι δὲ οὐχ Ἑλλάδος, ἀλλ' Ἀχαΐας ἡγεμόνα οἱ Ῥωμαῖοι· διότι ἐχειρώσαντο Ἕλληνας δι' Ἀχαιῶν τότε τοῦ Ἑλληνικοῦ προεστηκότων. *Mittitur etiamnum ad Græciam obtinendam ex Urbe prætor, quem Achajæ, non Græciæ appellant, quod ſcilicet Græci ſubacti ſunt, principatum obtinentibus Achæis.* Plin. Epiſt. VIII. 24. 2. *Cogita, te miſſum in provinciam Achajam, illam veram & meram Græciam.* Hanc, & Macedoniam Tiberio tradidit ſenatus. Tacit. Ann. I. 76. 3. *Achajam, & Macedoniam, onera deprecantes, levari in præſens proconſulari imperio, tradique Cæſari placuit.* Unde, quia principis, extra ſortem dabantur. Dio LVIII. p. 637. D. Καὶ γὰρ ἡ Μακεδονία, ὥς δέ τινές φασι, καὶ ἡ Ἀχαΐα, ἀκληρωτὶ προσετάττοντο. *Nam Macedonia, &, ut quidam dicunt, Achaja extra ſortem dabantur.*

29. AD CURAM SUAM TRANSTULERAT i. Cæſareas, ſeu prætorias fecerat, texerat. Tacit. Ann. V. 10. 3. *Is, Poppæus Sabinus, Macedoniæ tum intentus, Achajam quoque curabat.* C. Gallo. M. Servilio conſulibus. Dio LVIII. p. 637. B. ſive anno ab U. C. 787.

30. SENATUI REDDIDIT. Dio LX. p. 680. F. Τήν τε Ἀχαΐαν καὶ τὴν Μακεδονίαν αἱρετοῖς ἄρχουσιν, ἐξ οὗπερ ὁ Τιβέριος ἦρξε, διδομένας, ἀπέδωκεν ὁ Κλαύδιος τῷ κλήρῳ, Γαΐου τε Κρίσπου τὸ δεύτερον, καὶ Τίτου Στατιλίου ὑπατευόντων. *Achajam & Macedoniam, quæ jam inde a Tiberii principatu a præfectis, quos princeps illis præfecerat (hi Dioni ſunt* αἱρετοὶ ἄρχοντες, ut κληρωτοὶ, quos populus ad regendas provincias ſuas mittebat) *adminiſtratæ, Claudius tunc ſorti reddidit, C. Criſpo II. T. Statilio conſulibus*, ſive anno ab U. C. 796. V. *Caſaubonum & Meurſ. reg. Lacæd. c. 22.*

31. LYCIAM deſcripſi ad Curt. III. I. §. 7.

32. EXITIABILES DISCORDIAS ad cædem uſque quorundam Romanorum. Dio. infr. §. 33.

33. LIBERTATEM ADEMIT. Dio p. 676. C. Μετὰ δὲ τοῦτο ὁ Κλαύδιος ὑπατεύσας αὖθις τὸ τρίτον τοὺς Λυκίους στασιάσαντας, ὥστε καὶ Ῥωμαίους τινὰς ἀποκτεῖναι, ἐδουλώσατό τε, καὶ ἐς τὸν τῆς Παμφυλίας νομὸν ἐνέγραψεν. *Poſt hæc Claudius tertium conſul*, ſive anno ab U. C. 795. *Lycios ad cædem uſque Romanorum quorundam tumultuando progreſſos in ſervitutem redegit, & præfecturæ Pamphiliæ adjecit.*

34. VETERA DELICTA Rhodiorum V. infr. Ner. 7. 7. §. 26.

35. REDDIDIT libertatem Rhodiis, pro illis verba faciente Nerone infr. Ner. 7. 7.

36. AUCTORIBUS i. conditoribus. Juſtin. XXI. 6. 2. *Tyrus urbs, auctor originis ſuæ. Gentis auctores Ilienſes* ſæpius agnoverunt Romani. Liv. XXXVII. 37. *Inde conſul Ilium proceſſit, caſtriſque in campo, qui eſt ſubjectus mœnibus, poſitis, in urbem, arcemque quum adſcendiſſet, ſacrificavit Minervæ præſidi arcis, & Ilienſibus in omni rerum, verborumque honore, ab ſe oriundos Romanos præferentibus, & Romanis lætis origine ſua.* Juſtin. XXXI. 8. I. *Cum ingreſſi Aſiam Romani Ilion veniſſent, mutua gratulatio Ilienſium ac Romanorum fuit, Ilienſibus Æneam, cæteroſque cum eo duces a ſe profectos, Romanis ſe ab his procreatos referentibus. Tantaque lætitia omnium fuit, quanta eſſe poſt longum tempus inter parentes, & liberos ſolet.*

37. TRIBUTA quomodo Ilienſibus remiſit Claudius,

citata vetere epiſtola Græca ſenatus populique Romani Seleuco [39] regi amicitiam & ſocietatem ita demum pollicentis, ſi conſanguineos ſuos Ilienſes ab omni onere immunes præſtitiſſet. Judæos [40] impulſore CHRESTO [41] aſſidue tumultuantes Roma 12 expu-

dius, cum jam antea illorum immunes fuerint, & jam Alexander illos immunes eſſe juſſerit. Strab. XIII. p. 408. Τὴν δὲ τῶν Ἰλιέων πόλιν τὴν νῦν, τέως μὲν κώμην εἶναί φασι, τὸ ἱερὸν ἔχουσαν τῆς Ἀθηνᾶς, μικρὸν καὶ εὐτελές. Ἀλέξανδρον δὲ ἀναβάντα μετὰ τὴν ἐπὶ τῷ Γρανίκῳ νίκην, ἀναθήμασί τε κοσμῆσαι τὸ ἱερὸν, καὶ προσαγορεῦσαι πόλιν, καὶ οἰκοδομίαις ἀναλαβεῖν προστάξαι τοῖς ἐπιμεληταῖς, ἐλευθέραν τε κρῖναι, καὶ ἄφορον. *Ilium, quod nunc eſt, ajunt antea pagum duntaxat fuiſſe, & habuiſſe exiguum, ac vile templum Minervæ. Alexandrum autem Magnum, cum a pugna ad Granicum eo adſcendiſſet, tum donariis ornaſſe locum, tum nomine urbis ornaſſe, & procuratoribus ſuis mandaſſe, ut ſubſtructionibus eam reficerent, inter liberas quoque, & tributi immunes retuliſſe.* In fœdere, quod cum Antiocho, *ſuper immunitatem Rhœteum, & Gergithum, originum memoria Ilienſibus addiderunt* Romani apud Liv. XXXVIII. 39. Cum Seleuco fœdus inire noluit ſenatus, niſi *Ilienſes ab onere omni immunes præſtitiſſent*, ut ſcribit noſter. Julius χώραν τε δὲ προσένειμεν αὐτοῖς, καὶ τὴν ἐλευθερίαν, καὶ τὴν ἀλειτουργησίαν αὐτοῖς συνεφύλαξε, καὶ μέχρι νῦν συμμένουσιν ἐν τούτοις, *agrum illis attribuit, & libertatem, publicarumque operarum immunitatem eis ſervavit, qua conditione etiamnum manent.* Strab. ibid. p. 409. Quid ergo Claudius? adjecit, ut putat Lipſ. Tacit. Ann. XII. n. 139. aliquid ad immunitatem olim datam, effecitque, ut pleniſſima uterentur, &, ut Tacit. Ann. XII. 58. 2. *omni publico munere ſolverentur:* aut conceſſam, ſed publicanorum improbitate motam ſtabilivit, ſanxitque in perpetuum. Callistr. Digeſt. XXVII. 1. 17. §. 1. *Ilienſibus, & propter inclytam nobilitatem civitatis, & propter conjunctionem originis Romanæ, jam antiquitus, & Senatus, & conſtitutionibus principum pleniſſima immunitas tributa eſt.*

38. REMISIT illorum cauſam ſuſcipiente Nerone. Tacitus. *D. Junio, Q. Haterio conſulibus, ſedecim annos natus Nero, ut ſtudiis honeſtis, & eloquentiæ gloria niteſceret, cauſa Ilienſium ſuſcepta, Romanum Troja demiſſum, & Juliæ ſtirpis auctorem Æneam, aliaque haud procul fabulis vetera facunde exſecutus....*

* 39. SELEUCO Philopatri, Antiochi Magni filio. Ex hiſtoria hoc evincitur. Romanis enim ante Antiochi hujus tempora vix ullum cum Syriæ regibus commercium, certe nulla ſic pro imperio agendi cauſa: devicto Antiocho fortuna Romanorum perpetuo Syriæ regibus incubuit. Poſt Seleucum vero, qui Philopater cognominatus eſt, nullus amplius inter Syriæ reges hoc nomine fuit. *Ryck. Diſſert. de prim. Ital. colon. c. 11. n. 29.*

40. JUDÆOS *utrum coerceri & comprimi inſſerit, an etiam Chriſtianos ſimul velut cognatæ religionis homines expelli voluerit* Tiberius *nequaquam diſcerni* ſcribit Oroſ. VII. 6. Cum tamen *Judæorum* nomine primis Eccleſiæ naſcentis temporibus etiam venerint Chriſtiani. Sever. Sulpic. Hiſt. Sacr. II. 79. *Adrianus exiſtimans ſe Chriſtianam fidem loci injuria perempturum, in templo, ac loco dominicæ paſſionis ſimulacra conſtituit. Et quia Chriſtiani ex Judæis potiſſimum putabantur (namque tum Hieroſolymæ non niſi ex circumciſione habebat Eccleſia ſacerdotem) militum cohortem cuſtodias in perpetuum agitare juſſit, quæ Judæos omnes Hieroſolymæ aditu arceret. Quod quidem Chriſtianæ fidei proficiebat, quia tunc pene omnes Chriſtum deum ſub legis obſervatione credebant.* De Chriſtianorum cum *Judæis* confuſione illa inſignis eſt Arriani locus Diſſert. Epict. II. 10. Καὶ ὅταν τινὰ ἐπαμφοτερίζοντα ἴδωμεν, εἰώθαμεν λέγειν, οὐκ ἔστιν Ἰουδαῖος, ἀλλ᾽ ὑποκρίνεται. ὅταν δ᾽ ἀναλάβῃ τὸ πάθος τοῦ βεβαμμένου, καὶ πειρημένου *i. circumciſi* ut pro ᾑρημένου legit Petav. ad Themiſt. p. 635.) τότε καὶ ἔστι τῷ ὄντι, καὶ καλεῖται Ἰουδαῖος. Cum enim circumciſio proprius eſſet Judaiſmi character, magnaque pars tum Chriſtianorum e Judæis eſſet, crediderunt gentiles, Judæos omnes, & baptizatos, & circumciſos eſſe oportere.

41. CHRESTUM nominis errore Dominum *Chriſtum* nominarunt gentiles. Lactant. IV. 7. *Sed exponenda hujus nominis ratio eſt propter ignorantium errorem, qui eum immutata litera Chreſtum ſolent dicere.* Tertull. Apolog. c. 3. *Si nominis odium eſt, quis nominum reatus? quæ accuſatio vocabulorum? niſi ſi aut barbarum ſonat aliqua vox nominis, aut infauſtum, aut maledicum.... Sed & cum perperam Chreſtianus pronuntiatur a vobis (nam nec nominis certa eſt notitia penes vos) de ſuavitate, vel benignitate compoſitum eſt. Oditur ergo in hominibus innocuis etiam nomen innocuum.* Pith. Adv. II. 3. *De quo Suetonii verba neceſſario intelligenda eſſe, ut literis ad me datis me docuit Almeloveenius Medicinæ Doctor, ejuſdemque, ut & Hiſtoriarum & utriuſque linguæ in Academia Gelro-Velavica Profeſſor meritiſſimus, mihique amiciſſimus, negat Alexand. Morus in Matth. XI. 30. cum de alio aliquo intelligi poſſint, tum aliis de cauſis, tum quod *Chreſtus* nomen fuerit Græcis & Romani uſitatum. Apud Plutarch. p. 746. C. Phocion appellatur Χρηστὸς οὕτως καὶ ὁπόθεν τραχὺς ὢν ἀνὴρ καὶ σκυθρωπὸς ἐκτήσατο τὴν τοῦ Χρηστοῦ προσηγορίαν. *Qui & unde vir adeo aſper & triſtis cognomen invenerit Chreſti.* Imo non cognomen; ſed proprium etiam Romanis fuit. *Chreſti* meminit Cicer. Fam. II. 8. *Ut mihi Chreſti compilationem mitteres.* Meminit etiam Fulgentius Expoſ. Serm. Ant. in Injuges boves. *Manilius Chreſtus libro quem de Deorum hymnis ſcripſit.* Imo *Chreſtus* inter appellativa Græcis hominibusve Græcæ originis fuit. Inſcriptio Polæ in Iſtria apud Gruter. p. 855. n. 2.

P. ÆLIUS. PRISCIANUS
ET. ÆLIA. CHRESTI

13 expulit [43]. Germanorum [44] legatis [45] in orcheſtra ſedere permiſit, ſimplicitate eorum & fiducia motus, quod in popularia [46] deducti, cum animadvertiſſent Parthos & Armenios ſedentes in ſenatu [47], ad eadem loca ſponte tranſierant, nihilo deterio-
14 rem [48] virtutem, aut conditionem ſuam prædicantes. Druidarum [49] religionem apud Gallos [50] diræ immanitatis [51], & tantum civibus ſub Auguſto interdictam peni-
15 tus abolevit [52]. Contra, ſacra Eleuſinia [53] etiam transferre ex Attica Romam [54] conatus

VIVI. SIBI. POSUER.

Negant, ut poſtea, cum illos evolverem, didici. *Uſſer. Annal. Vet Teſtam. p. 669. f.* & *van Dale de Oracul. Ethnic. diſſert. atque inter. p. 604.*

42. Impellere Judæos D. Chriſtus non potuit, licet Suetonius de illo intelligendus eſſet, *Tiberio imperitante, per procuratorem Pontium Pilatum ſupplicio affectus.* Tacit. Ann. xv. 44. 4. Sed D. Chriſtum Meſſiam eſſe Judæorum nonnulli affirmarunt, nonnulli contra negarunt: atque inde tumultus inter ipſos tam privatim, quam publice ortus eſt. *Cuper. in Lactant. de mort. perſeq. p. 126.* Et exinde fruſtra Suetonii anachroniſmum, quaſi Claudii temporibus ſuperſtitem fuiſſe D. Chriſtum putaverit, notant *Sagittar. Ot. Jen. Diſſert. 11. §. 60.* & *Dilher. Diſput. Acad. tom. 11. 14. §. 55.*

43. Roma expuliſſe Judæos Claudium dicit etiam Luc. Actor. 18. 2. Διὰ τὸ διατεταχέναι Κλαύδιον χωρίζεσθαι πάντας τοὺς Ἰουδαίους ἐκ τῆς Ῥώμης. Illorum cœtus ſaltem inhibuiſſe vult Dio lx. p. 669. A. Τούς τε Ἰουδαίους πλεονάσαντας αὖθις, ὥστε χαλεπῶς ἂν ἄνευ ταραχῆς ὑπὸ τοῦ ὄχλου σφῶν τῆς πόλεως εἰρχθῆναι, οὐκ ἐξήλασε μὲν, τῷ δὲ πατρίῳ νόμῳ βίῳ χρωμένους ἐκέλευσε μὴ συναθροίζεσθαι. *Quum Judæi adeo iterum Romæ frequentes fierent, ut difficulter ſine tumultu propter multitudinem Urbe poſſent exigi, non ejecit quidem eos, patriis tamen legibus vitam toleantes convenire vetuit.*

44. Germanorum, quos Friſios fuiſſe dicit Tacit. Ann. xiii. 54. 2. *Cum Dubius Avitus, minitando vim Romanam, niſi abſcederent Friſii veteres in locos, aut novam ſedem a Cæſare impetrarent, perpulit Verritum & Malorigem preces ſuſcipere. Profectique Romam....*

45. Legatos ſociorum in *orcheſtra* ſedere vetuit Auguſtus ſupr. 44. 3. §. 7. permittit hoc loco Claudius, vel potius (Suetonium errare putant Fab. Semeſt. 11. 6. & Lipſ. Tacit. Ann. p. 158.) Nero. Huic enim, & non illi hoc tribuit Tacit. Ann. xiii. 54. 3. *Profecti Romam, dum aliis curis intentum Neronem opperiuntur, inter ea, quæ barbaris oſtentantur, intravere Pompeji theatrum, quo magnitudinem populi viſerent. Illic per otium dum conſeſſum caveæ, diſcrimina ordinum, quis eques, ubi ſenatus, percunctantur, advertere quoſdam* (*Parthos & Armenios* dicit noſter) *cultu externo in ſedibus ſenatorum, & quinam forent rogitantes, poſtquam audiverant, earum gentium legatis id honoris datum, quæ virtute, & amicitia Romana præcellerent, degrediuntur, & inter patres conſidunt: quod comiter a viſentibus exceptum, quaſi impetu antiqui, & bona æmulatione.*

46. Popularia gradus erant theatrales, in quibus *populus* ſedens ſpectare ludos ſolebat. Noſt. Domit. 4. 14. *Lipſ. Amphit. c. 14. Fab. Semeſt. 11. 6.*

47. In senatu i. *ſenatorum ſedibus*, ut §. 45. Tacitus. Et ita Juſtinus ſupr. Aug. 44. 3. §. 7. Lucian. περὶ ὀρχ. p. 816. Καταβὰς εἰς τὸ μέσον, ἐν τῇ βουλῇ δύο ὑπατικῶν μέσος ἐκαθέζετο. *Progreſſus in medium, in ſenatu inter duos conſulares viros medius ſedit.*

48. Nihilo deteriorem.... Tacitus. *Nullos mortalium, armis, aut fide ante Germanos eſſe.*

49. Druidæ (*ita ſuos appellant magos* Galli) *nihil habent viſco, & arbore, in qua gignantur (ſi modo ſit robur) ſacratius. Jam per ſe roborum eligunt lucos, nec ulla ſacra ſine ea fronde conficiunt, ut inde appellati quoque interpretatione Græca poſſint Druidæ videri.* Plin. xvi. 44. Ex recentioribus de illis *Pith. Adv. 1. 3. Cluver. Germ. ant. 1. 24. Reineſ. Inſcript. 1. 51. Geſner. Mithrid. p. 21. Waſer. ad Mithrid. p. 106. & 38. Puffendorf. de Druid. c. 2. Saubert. de Sacrif. c. 7. Bodin. Meth. Hiſt. c. 7.*

50. Apud Gallos non tantum, ſed etiam apud Britannos fuerunt Druidæ: ſive ex *Gallia oceanum transgreſſa, & ad naturæ inane pervecta in Britanniam* fuerit, ut indicat Plin. xxx. 1. ſive *in Britannia reperta, atque inde in Galliam tranſlata eſſe exiſtimetur* illorum *diſciplina*, ut vult Cæſ. B. G. vi. 13. 11. Certe apud Britannos Gallorum *ſacra deprehendi, ſuperſtitionum perſuaſione*, dicit Tacit. Agric. 11. 5.

51. Diræ immanitatis, quia *cruore captivo adolebant aras, & hominum fibris conſulere deos fas habebant.* Tacit. Ann. xiv. 30. 4. Quod explicat Diodor. Bibl. v. p. 308. Μάλιστα δ' ὅταν περί τινων μεγάλων ἐπισκέπτωνται, παράδοξον καὶ ἄπιστον ἔχουσι νόμιμον. Ἄνθρωπον γὰρ κατασπείσαντες τύπτουσι μαχαίρᾳ κατὰ τὸν ὑπὲρ τὸ διάφραγμα τόπον, καὶ πεσόντος τοῦ πληγέντος, ἐκ τῆς πτώσεως, καὶ τοῦ σπαραγμοῦ τῶν μελῶν, ἔτι δὲ τῆς τοῦ αἵματος ῥύσεως, τὸ μέλλον νοοῦσι, παλαιᾷ τινι καὶ πολυχρονίῳ παρατηρήσει περὶ τούτων πεπιστευκότες. *In primis ubi de magni momenti rebus conſultatio incidit, mirandum, & incredibilem quendam ritum obſervant. Hominem immolatum, ſupra tranſverſum pectoris ſeptum, enſe feriunt: quo cæſo, prolapſoque tum e caſu, & convulſione membrorum, tum e cruoris fluxu, quid eventurum ſit, præſagiunt. Et ex longa vetuſtatis obſervatione hoc apud eos fidem invenit.* De illis hæc quoque Strab. iv. p. 136. Cæſ. B. C. vi. 16.

52. Abolevit i. edicto *aboleri* juſſit, exercerique vetuit, ſed non obtinuit Claudius. Sub Nerone enim *Druidæ preces diras ſublatis ad cœlum manibus fundentes novitate adſpectus perculiſſe milites* leguntur

natus eſt. Templum quoque in Sicilia [55] Veneris Erycinæ [56] vetuſtate collapſum, ut ex ærario [57] populi Romani reficeretur, auctor [58] fuit. Cum regibus fedus in foro icit [59], porca [60] cæſa [61], ac vetere fecialium [62] præfatione [63] adhibita. Sed & hæc

guntur apud Tacit. Ann. XIV. 30. 2. Sub Alexandro Severo *mulier Druias eunti exclamavit Gallico ſermone, vadas, nec victoriam ſperes, nec militi tuo credas* apud Lamprid. c. 60. Unde Mela III. 2. *Manent veſtigia feritatis jam abolitæ, atque ut ab ultimis cædibus temperant, ita nihilominus ubi devotos altaribus admovere, delibant. Tiberii Cæſaris principatus ſuſtulerat Druidas, & hoc genus vatum, medicorumque,* ut prodidit Plin. XXX. 1. ſed in Urbe, cum in Gallia tollere conatus fuerit Claudius, ut capiendum putant Plinium *Merul. Coſmog.* II. 3. 11. *Lipſ. in Tacit. Ann. p.* 136. *Voſſ. de Idolol.* 1. 35. *Sagittar. de jan. vet. c.* 1. §. 12.

53. SACRA ELEUSINA, ſic enim legunt Salmaſ. in Spartian. Adrian. c. 22. & Holſteen. in Stephan. p. 110. originem hanc volunt habuiſſe. Quum Ceres filiam quæritans in *Eleuſinem* Atticæ veniſſet, hoſpitioque accepta fuiſſet a Celeo, ut eum pro liberalitate, atque humanitate ſua remuneraret, frugum ferendarum rationem illi oſtendit, filiumque Triptolemum per orbem terrarum miſit alatis vectum draconibus, qui uſum frumentorum hominibus indicaret. Hine Athenienſes gloriabantur, fruges apud ſe inventas, & primum ſatas beneficio Cereris. In pago autem *Eleuſinis* inventæ primo, ſatæque. Phurnut. de Nat. deor. c. 28. Ἐλευσὶν δὲ ὁ τόπος, ὅπου πρῶτον εὑρέθησαν. *Eleuſin autem locus eſt, ubi hordei uſus primo eſt repertus.* Inde *Eleuſina ſacra* inſtituta. Clem. Alex. Strom. 1. p. 321. Κατὰ δὲ Λυγκέα τῆς Κόρης ἡ ἁρπαγή, καὶ ἡ τοῦ ἐν Ἐλευσῖνι τεμένους καθίδρυσις, Τριπτολέμου τε γεωργία. *Tempore autem Lyncei Proſerpinæ raptus, & exſtructio templi, quod eſt in Eleuſine, & Triptolemi agricultura.* His intereſſe non audet Nero infr. 34. 12. V. plura apud *Lactant. in Stat. Theb. p.* 91. *Phurnut. l. l. Salmaſ. Exercit. Plin. p.* 527. *a. F. G.*

54. EX ATTICA ROMAM Eleuſina ſacra nemo tranſtulit, licet Adrianum tranſtuliſſe dicat Aurel. Vict. de Cæſ. c. 14. n. 2. *Aliis Adrianus, pace ad orientem compoſita, Romam regreditur: ibi Græcorum more, ſeu Pompilii Numæ, ceremonias, leges, gymnaſia, doctoreſque curare occepit: adeo quidem, ut etiam ludum ingenuarum artium, quod Athenæum vocant, conſtitueret: atque initia Cereris, Liberæque, quæ Eleuſina dicuntur, Athenienſium modo, Roma percoleret.* De Attica Cereris *ſacerdotum*, ſed in Attica religionum ſuarum ſedem habentium, *privilegio Roma cognovit* Auguſtus ſupr. 93. 2.

55. IN SICILIA addit noſter, quia & Romæ Veneris Erycinæ templum fuit. Strab. VI. p. 188. Ἀφίδρυμα δ' ἐστὶ καὶ ἐν Ῥώμῃ τῆς θεοῦ ταύτης τὸ πρὸ τῆς πύλης τῆς Κολλίνης, ἱερὸν Ἀφροδίτης Ἐρυκίνης λεγόμενον, ἔχον καὶ νεὼν, καὶ στοὰν περικειμένην, ἀξιόλογον. *Hujus deæ ædes Romæ etiam eſt ante portam Collinam, templum habens porticu inſigni circumdatum: Veneris Erycinæ appellant.*

56. Ὁ δὲ Ἔρυξ, ἐστὶ μὲν ὄρος παρὰ θάλατταν τῆς Σικελίας ἐν τῇ παρὰ τὴν Ἰταλίαν κειμένῃ πλευρᾷ, μεταξὺ Δρεπάνων καὶ Πανόρμου· μᾶλλον δ' ὅμορον καὶ συνάπτον πρὸς τὰ Δρέπανα· μεγέθει δὲ παρὰ πολὺ διαφέρον τῶν κατὰ τὴν Σικελίαν ὀρῶν, πλὴν τῆς Αἴτνης· τούτου δ' ἐπ' αὐτῆς μὲν τῆς κορυφῆς οὔσης ἐπιπέδου, κεῖται τὸ τῆς Ἀφροδίτης τῆς Ἐρυκίνης ἱερόν, ὅπερ ὁμολογουμένως ἐπιφανέστατόν ἐστι τῷ τε πλούτῳ, καὶ τῇ λοιπῇ προστασίᾳ τῶν κατὰ τὴν Σικελίαν ἱερῶν. *Eryx mons eſt ad mare; in eo Siciliæ latere, quod Italiam ſpectat, inter Drepanum & Panormum: qua Drepana contingit, magis inacceſſus, omnes Siciliæ montes præter Ætnam longe ſuperans. Habet hic in vertice planitiem, cui impoſita eſt Veneris Erycinæ ædes, omnium ſine controverſia, quæ tota hac inſula ſpectantur, & divitiis, & reliquo cultu longe clariſſima.* Polyb. Hiſt. 1. 55. Strab. VI. p. 188. Virg. Æn. V. 759.

57. EX ÆRARIO i. pecunia *ex ærario* deprompta. *Beroaldus.*

58. AUCTOREM templi huius reficiendi Claudium noſter, ſed Tiberium Tacitus dicit Ann. IV. 43. 4. *Et Segeſtani ædem Veneris montem apud Erycum vetuſtate delapſum reſtaurari poſtulavere; nota memorantes de origine ejus, & læta Tiberio: ſuſcepit curam libens, ut conſanguineus.* Hoc opus a Tiberio inchoatum, ac deſitum, & intermiſſum, tandem auctore Claudio ex ærario populi Romani conſummatum dici probat *Torrentius.*

59. ICIT i. fecit, iniit, quia porco, vel porca cæſa ſanciebatur fedus, ut docent §. 60. & 61. De ritibus federum ſanciendorum variis orbis terrarum gentibus uſitatis multa non incurioſa collegit medicus celeberrimus & experientiſſimus *Th. J. ab Almeloveen. Antiq. ſacr. prof. ad Gen.* 15. 10.

60. PORCA, vel *porcus* cædebatur a fedus ineuntibus. Illam dicunt etiam Virg. Æn. VIII. 641.

——— *& cæſa jungebant fœdera porca.*

Feſtus. *Porci effigies inter militaria ſigna quintum locum obtinebat, quia confecto bello, inter quos pax fieret, cæſa porca fedus firmari ſolebat.* Hunc Varr. R. R. II. 4. *Initiis pacis fedus cum feritur, porcus occiditur.* Dict. Cret. Bell. Troj. 1. p. 15. *Calchas Theſtoris filius, praſcius futurorum, porcum marem in forum medium afferri jubet, quem in duas partes exſectum, orienti, occidentique dividit, atque ita ſingulos nudatis gladiis per medium tranſire jubet. Dein mucronibus ſanguine ejus oblitis, adhibitis etiam aliis ad eam rem neceſſariis, inimicitias ſibi cum Priamo per religionem confirmant: neque prius ſe bellum deſerturos quam Ilium, atque omne regnum eruiſſent.* V. Bochart. *Hieroz.* II. 1. 33. *Turneb.* XXVI. 29. *Tiraq. in Alex.* V. 3. *Marc. Donat. in Liv.* 1. 24. *Guther. de Jur. Pont.* IV. 18. *Voſſ.*

hæc & cætera, totumque adeo ex parte magna principatum, non tam ſuo, quam uxorum [64] libertorumque [65] arbitrio adminiſtravit: talis ubique plerumque, qualem eſſe eum aut expediret illis aut liberet.

Voſſ. Orat. 1. *p.* 156. *Hujus porca more optabatur ei, qui a pace reſiluiſſet.* Serv. Virg. VIII. 641.

61. CÆDEBATUR 1. percutiebatur a fecialibus. Liv. IX. 5. *Quid aut ſponſoribus in fœdere opus eſſet, aut obſidibus, ubi precatione res tranſigitur? per quem populum fiat, quo minus legibus dictis ſtetur, ut eum ita Jupiter feriat, quemadmodum a fecialibus porcus feriatur.* Et quidem ſilice. Serv. Virg. VIII. 641. *Nam cum ante gladiis configeretur, a fecialibus inventum, ut ſilice feriretur, ea cauſa, quod antiquum Jovis ſignum lapidis ſilicem putaverunt eſſe.* Livius infr. §. 63.

62. FECIALES inſtituit Numa, & deſcribit in ſ'lo Plutarch. p. 68. A. Οἱ μὲν γὰρ φετιάλιοι εἰρηνοφύλακές τινες ὄντες, ὡς δ' ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ τοὔνομα λαβόντες ἀπὸ τῆς πράξεως, λόγῳ τὰ νείκη κατέπαυον, οὐκ ἐῶντες στρατεύειν πρότερον ἢ πᾶσαν ἐλπίδα δίκης ἀποκοπῆναι. Καὶ γὰρ εἰρήνην Ἕλληνες καλοῦσιν, ὅταν λόγῳ, μὴ βίᾳ πρὸς ἀλλήλους χρώμενοι, λύσωσι τὰς διαφοράς. Οἱ δὲ Ῥωμαίων φετιάλεις πολλάκις μὲν ἐβάδιζον ὡς τοὺς ἀδικοῦντας αὐτοὶ πείθοντες εὐγνωμονεῖν. Ἀγνωμονούντων δὲ μαρτυράμενοι θεοὺς, καὶ κατευξάμενοι πολλὰ καὶ δεινὰ καθ' αὑτῶν αὐτοὶ καὶ τῆς πατρίδος, εἰ μὴ δικαίως ἐπεξίασιν, οὕτω κατήγγελλον αὐτοῖς τὸν πόλεμον. Κωλυόντων δὲ τούτων, ἢ μὴ συναινούντων, οὔτε στρατιώτῃ θεμιτὸν, οὔτε βασιλεῖ Ῥωμαίων ὅπλα κινεῖν: ἀλλὰ παρὰ τούτων ἔδει τὴν ἀρχὴν τοῦ πολέμου δεξάμενον, ὡς δικαίου, τὸν ἄρχοντα, τότε σκοπεῖν περὶ τοῦ συμφέροντος. *Feciales pacis arbitri fuerunt, qui, mea quidem opinione, nomen ex officio ſuo trahentes diſceptatione comprimebant certamina, neque prius quam abſciſſa omni juris obtinendi ſpe ad arma iri ſinebant. Pacem enim vocant, quum verbis, non vi mutuas controverſias diremerunt. Feciales Romani frequenter commeabant ad eos, qui injuriam inferrent, poſcebantque res reddi. Si non redderent, deos teſtati, multa diraque, ſibi ipſi, ac patria ſua, ut juſte injuriam vindicatum irent, imprecabantur: ita indicebant illis bellum. Intercedentibus his, aut improbantibus, neque militi licebat, neque regi Romano arma movere, ſed ab his auſpicandum ei bellum, ut juſto duci erat, inde quid expediret, expendendum.*

63. PRÆFATIONE 1. formula. Liv. I. 24. *Fecialis regem Tullum ita rogavit: jubeſne me, rex, cum patre patrato populi Albani fœdus ferire? jubente rege, ſagmina, inquit, te rex poſco. Rex ait, puram tollito. Fecialis ex arce graminis herbam puram attulit. Poſtea regem ita rogavit: rex facisne me tu regium nuntium populi Romani Quiritium? vaſa, comitesque meos. Rex reſpondit: quod ſine fraude mea populique Romani Quiritium fiat, facio.... Legibus deinde recitatis: audi, inquit, Jupiter, audi pater patrate populi Albani, audi tu populus Albanus, ut illa palam prima poſtrema, ex illis tabulis, cerave recitata ſunt, ſine dolo malo, utique ea hic hodie rectiſſime intellecta ſunt, illis legibus populus Romanus prior non deficiet. Si prior defexit publico conſilio, dolo malo; tu illo die Jupiter populum Romanum ſic ferito, ut ego hunc porcum hic hodie feriam: tantoque magis ferito, quanto magis potes, pollesque. Id ubi dixit, porcum ſaxo ſilice percuſſit.*

64. UXORUM arbitrio cuncta adminiſtraſſe Claudium dicit noſter. Et recte. Nam *uxori devinctum* Ann. XI. 28. 3. & *conjugum imperiis obnoxium* Ann. XII. 1. 1. illum fuiſſe dicit Tacitus. Noſt. infr. 29. 1. Unde Philoſtr. Apollon. vit. V. 9. Ἀλλὰ Κλαύδιος τηλικόσδε ὢν, πολλὰ μειρακιώδη ἔπαθε, καὶ μηλόβοτον γυναίοις τὴν ἀρχὴν ἀνῆκεν. *Sed quamvis ad eam ætatem perveniſſet, juvenilibus tamen æſtuabat affectibus, ita ut imperium a mulierculis depaſci ſineret.* c. 11. Εἶτα τὸν χρηστὸν Κλαύδιον, ὡς ὑπὸ γυναίων ἐμβροντηθεὶς, ἐπελάθετο τῆς ἀρχῆς ἀλλὰ καὶ τοῦ ζῆν: ἀπέθανε γὰρ ὑπ' αὐτῶν, ὥς φασι. *Deinde bonum Claudium, qui mulierum amore attonitus, non imperii ſolum, ſed vitæ etiam eſt oblitus: ſiquidem ab ipſis, ut fertur, interfectus fuit.*

65. LIBERTORUM arbitrio cuncta adminiſtraſſe Claudium queritur noſter etiam infr. 29. 1: 37. 7. Vitell. 2. 15. Et talem deſcribit S. Pompejum Magni filium Paterc. II. 73. 1. *Libertorum ſuorum libertus, ſervorumque ſervus; ſpecioſis invidens, ut pareret humillimis.* Vitellium noſt. 12. 1. Tales vero carpit Plin. Paneg. 88. 1. *Plerique principes cum eſſent civium domini, libertorum erant ſervi: horum conſiliis, horum nutu regebantur, per hos audiebant, per hos loquebantur, per hos pratura etiam, & ſacerdotia, & conſulatus, imo & ab his petebantur.*

CAPUT XXVI.

ARG. *Sponſas Lepidam & Medullinam habet, ſed illam repudiat, hanc ex valetudine amittit, uxores Urgulanillam, Petinam, & Meſſalinam domum ducit, ſed illas dimittit, hanc ſupplicio afficit, & noviſſime Agrippinam fratris filiam matrimonio ſibi jungit Tiberius Claudius Druſus Cæſar.*

Sponſas

Sponſas admodum adoleſcens duas habuit: Æmiliam Lepidam, Auguſti prone- 1
ptem [1]: item Liviam Medullinam, cui & cognomen Camillæ erat, e genere
antiquo dictatoris [2] Camilli. Priorem, quod parentes ejus Auguſtum offenderant [3], 2
virginem adhuc repudiavit [4]. Poſteriorem ipſo die, qui erat nuptiis deſtinatus, ex 3
valetudine amiſit. Uxores deinde duxit Plautiam Urgulanillam, triumphali [5], 4
& mox Æliam Petinam, conſulari [6] patre. Cum utraque divortium fecit. 5
Sed cum Petina ex levibus offenſis; cum Urgulanilla ob libidinum probra, & ho- 6
micidii ſuſpicionem. Poſt has Valeriam Meſſalinam, Barbati Meſſalæ [7] conſobri- 7
ni [8] ſui filiam in matrimonium accepit. Quam cum comperiſſet ſuper cætera flagi- 8
tia atque dedecora [9] C. Silio [10] etiam nupſiſſe [11], dote inter auſpices [12] conſigna-
ta,

PRONEPTIS Auguſti fuit hæc Lepida, quia illam Julia, Auguſti neptis L. Æmilio Paullo cenſoris filio, cui nupſerat ſupr. Aug. 64. 2. pepererat. V. quoque *Reineſ. Epiſt. ad Rupert.* 48.

2. DICTATOREM deſcripſi ſupr. Cæſ. 76. 2. §. 6.

3. OFFENDERANT mater Julia ob vitæ turpitudinem ſupr. 65. 1. §. 4. 6. pater Æmilius ob conſpirationem in Auguſtum ſupr. 19. 1. *Torrentius. Noriſ. Cenot. Piſan.* II. 247.

4. REPUDIUM quid ſit, docui ſupr. Cæſ. 1. 1. §. 17.

5. TRIUMPHALI, quia *triumphalibus* ornamentis ornatus fuit M. Plautius Silvanus pater ejus ob res bene in Illyrico geſtas bello Pannonico & Dalmatico. Bellum hoc geſtum Marco Furio Camillo, Sexto Nonio Quintiliano conſulibus, ſive ex Faſtis Capitolinis anno ab U. C. 760. Dio LV. p. 571. C. Γενομένου δὲ τούτου, συχνοὶ τῶν Παννονίων ἐπανέστησαν: καὶ αὐτὸς ὁ Σιλουανὸς ἐπιστρατεύσας τούς τε Βρεύκους ἐνίκησε, καὶ τῶν ἄλλων τινὰς ἀμαχὶ προσεποιήσατο. *Quo facto, quum iterum permulti Pannonii rebellaſſent: Silvanus, in eos exercitu ducto, Breucos vicit, & reliquorum nonnullos abſque prælio recepit. Triumphalia* adeptum fuiſſe, declarat titulus honorum ejus, in Plautiorum Mauſoleo adhuc extans via Tiburtina ad pontem Anienis, marmoreæ tabulæ literis pedalibus inſculptus hoc modo:

M. PLAVTIVS. M. F. A. N.
SILVANVS.
COS. VII. VIR. EPVLON.
HVIC. SENATVS. TRIUMPHALIA
ORNAMENTA. DECREVIT
OB. RES. IN. ILLVRICO
BENE. GESTAS.
LARTIA. CN. F. VXOR
A. PLAVTIVS. M. F.
VRGVLANIVS.
VIXIT. ANN. IX.

V. *Pigh. Ann.* III. *p.* 357. Plautiorum ſtemma deſcribit *Reineſ. Epiſt. ad Rupert.* 27.

6. CONSULARI, quia *conſul* fuit pater ejus Sex. Ælius Q. F. P. N. Petus cum C. Sentio Saturnino, anno ab. U. C. ut tradunt Faſti Capitolini, 756. V. quoque Pigh. Ann. III. p. 533. Æliorum ſtemma deſcribit *Rupert. Epiſt. ad Reineſ.* 48.

7. BARBATI MESSALÆ filii illius M. Valerii *Meſſalæ Barbati*, quem conſulem diximus ſupr. Tib. 49. 3. §. 6.

8. CONSOBRINI i. *conſobrinæ* mariti. Ex L. Domitio, & Antonia majore natus eſt Cn. Domitius pater Neronis principis, & Lepida amita ejuſdem. Hæc Lepida eſt illa ipſa, quæ nupta Valerio Meſſalæ, & quæ hic Meſſalinæ dicta mater. At Claudius natus ex Druſo, & Antonia minore. Stemma iſtud.

M. ANTONIUS III VIR OCTAVIA
- ANTONIA major L. DOMITIUS maritus
  - CN. DOMITIUS. AGRIPPINA, uxor.
    - NERO Imperator.
  - DOMITIA LEPIDA VALERIUS MESSALA maritus.
    - VALERIA MESSALINA uxor Claudii.
- ANTONIA minor DRUSUS maritus
  - GERMANICUS
  - CLAUDIUS Imperator

Vides ergo Claudium, & Lepidam Domitiam, duplex enim illi nomen fuit, ut docebitur infr. 43. 2. §. 3. & Ner. 5. 7. §. 15. vere *conſobrinos*. Lipſ. Tacit. Ann. p. 127. V. tamen, ſi hæc tibi non placent, præſtantiſſimum *Ryck. in Tacit. Ann. p.* 149.

9. FLAGITIA ATQUE DEDECORA, de quibus Tacit. Ann. XI. 26. 1. *Jam Meſſalina facilitate adulteriorum in faſtidium verſa ad incognitas libidines profluebat.* Dio ſupr. Cal. 41. 2. §. 6.

10. C. SILIO, *Silii* a Tiberio interfecti filio. Zonar. Ann. II. p. 184. Τὸν Σίλιον τὸν Γάιον, τὸν τοῦ Σιλίου τοῦ ὑπὸ Τιβηρίου σφαγέντος υἱόν. De quo Juven. X. 329.

—— *elige quidnam*

 Sue-

ta [13], ſupplicio [14] affecit: confirmavitque pro concione apud prætorianos, *quatenus* [15] *ſibi matrimonia male cederent, permanſurum ſe in cœlibatu* [16]; *ac niſi permanſiſſet, non recuſaturum confodi manibus ipſorum.* Nec durare valuit [17], quin de conditionibus [18] continuo tractaret [19], etiam de Petinæ [20], quam olim exegerat [21], deque Lolliæ Paullinæ [22], quæ C. Cæſari [23] nupta fuerat. Verum illecebris [24] Agrippinæ,

Suadendam eſſe putes, cui nubere Cæſaris uxor
Deſtinat: optimus hic, & formoſiſſimus idem
Gentis patriciæ rapitur miſer extinguendus
Meſſalinæ oculis.

Dio LX. p. 686. B. & Zonaras. Διὸ καὶ τὸν Σίλιον τὸν Γάιον ἄνδρα ἐπεγήματο, καὶ τούς τε γάμους πολυτελῶς ἐποίησε, καὶ οἰκίαν αὐτῷ βασιλικὴν ἐχαρίσατο, πάντα τὰ τιμιώτατα τῶν τοῦ Κλαυδίου κειμηλίων συμφορήσασα ἐς αὐτήν· καὶ τέλος ὕπατον αὐτὸν ἀπέδειξε. *Ideo C. Silio nupſit, nuptiaſque magno ſumptu paravit, regiamque ei donavit, pretioſiſſimis Claudii rebus in eam congeſtis: denique conſulem deſignavit.*

11. NUPSIT *Claudio Oſtiam profecto*, vel *ſacrificii gratia*, ut Tacit. Ann. XI. 26. 5. vel rei frumentariæ explicandæ cauſa, illa ſimulatione morbi in Urbe relicta, ut Dio. Ὡς δ' αὐτός τε ἐς τὰ Ὤστια πρὸς ἐπίσκεψιν σίτου κατέβη, καὶ ἐκείνη ἐν τῇ Ῥώμῃ ὡς καὶ νοσοῦσα ὑπελείφθη.

12. AUSPICES *ſolebant nuptiis intereſſe.* Scholiaſt. Juven. Sat. X. 336. *Apud antiquos*, dicit Val. Max. II. 1. 1. & illo prior Cicer. Divin. 1. 16. *non ſolum publice, ſed etiam privatim nihil gerebatur, niſi auſpicio prius ſumpto: quo ex more nuptiis etiamnum auſpices interponuntur. Qui quamvis auſpicia petere deſierint, ipſo tamen nomine veteris conſuetudinis veſtigia uſurpant.*

13. CONSIGNATA *dote* i. tabulis de *dote* reddenda matrimonialibus *ſignatis.* Tacit. Ann. XI. 27. 1. *Haud ſum ignarus, fabuloſum viſum iri, tantum ullis mortalium ſecuritatis fuiſſe, in civitate omnium gnara, & nihil reticente; nedum conſulem deſignatum, cum uxore principis, prædicta die, adhibitis qui obſignarent, velut ſuſcipiendorum liberorum cauſa, conveniſſe: atque illam audiſſe auſpicum verba, ſubiſſe, ſacrificaſſe apud deos, diſcubitum inter convivas, oſcula, complexus: noctem denique actam licentia conjugali.* Juven. X. 336.

Veniet cum ſignatoribus auſpex.

Noſt. infr. 29. 7.

14. SUPPLICIO quo, & ubi, & cujus opera, docet Tacit. ibid. 37. 1. *Interim Meſſalina Lucullianis in hortis prolatare vitam, componere preces, nonnulla ſpe, & aliquando ira, tanta inter extrema ſuperbia agebat.... Cuſtos & exactor e libertis Euodus datus. Iſque raptim in hortos prægreſſus, reperit fuſam humi, aſſidente matre Lepida, quæ ſupremis ejus neceſſitatibus ad miſerationem evicta erat: ſuadebaturque ne percuſſorem opperiretur: tranſiſſe vitam, neque aliud quam morti decus quærendum. Sed animo per libidines corrupto nihil honeſtum inerat: lacrymæ & queſtus irriti ducebantur; cum impetu venientium pulſæ fores: adſtititque tribunus per ſilentium; at libertus increpans multis, ac ſervilibus probris.* 38. 1. *Tunc primum fortunam ſuam introſpexit, ferrumque accepit, quod fruſtra jugulo, ac pectori per trepidationem admovens, ictu tribuni tranſigitur.* V. Aurel. Victor. infr. 29. 2. §. 9.

15. QUATENUS i. quia, quandoquidem. Flor. II. 15. 18. *Ut quatenus urbs eripi Romanis non poterat, triumphus arderet.*

16. PERMANSURUM IN COELIBATU i. manſurum viduum. *Cœlibatum* pro viduitate, ſive, ut Sidon. Epiſt. VI. 2. viduvio, dicunt Sidon. Epiſt. II. 8. *Virum cœlibatu confodit.* IV. 9. *Filiam unicam parvam, poſt obitum uxoris relictam, ſolatio cœlibatus alit.* Et Noſt. Galb. 5. 2. V. & *Savaronem.*

17. NEC DURARE VALUIT, utpote *cœlibis vitæ intolerans.* Tacit. Ann. XII. 1. 1. * *Durare* i. a ſe impetrare, animum obfirmare. Tacit. Ann. I. 6. 3. *In nullius unquam ſuorum necem duravit.* V. plura ſupr. Cal. 45. 5. §. 16.

18. CONDITIONIBUS i. matrimoniis. V. Curt. IV. II. 13. §. 32. Noſt. Galb. 5. 2.

19. CONTINUO TRACTARET, i. ſtatim deliberaret. Tacit. Ann. XII. 1. 1. *orto apud libertos certamine, quis deligeret uxorem Claudio...* 4. *Ipſe modo huc, modo illuc, ut quemque ſuadentium audierat promptus, diſcordantes in concilium vocat, ac promere ſententiam, & adjicere rationes jubet.*

20. PETINÆ, quæ *Narciſſo fovebatur. Narciſſus vetus matrimonium, familiam communem (nam Antonia ex Petina erat) nihil in penatibus ejus novum differebat, ſi ſueta conjunx rediret, haudquaquam novercalibus odiis uſura in Britannicum & Octaviam, proxima ſuis pignora.* Tacit. ibid. 2. 1.

* 21. EXEGERAT MATRIMONIO, ut Plautus: & *foras*, ut Cicero. V. illos ſupr. Cæſ. 50. 2. §. 7.

22. LOLLIAM PAULLINAM V. ſupr. Cal. 25. 4. §. 17. Huic *Calliſtus fautor aderat*, qui monebat, *longe rectius Lolliam induci, quando nullos liberos genuiſſet, vacuam æmulatione, & privignis parentis loco futuram.* Tacit. ibid. 2. 2.

* 23. C. CÆSARI, non Auguſti filio, ut perperam Uſſer. Annal. Tom. II. p. 606. ſed Caligulæ, ut noſter ſupr. Cal. 25. 4.

24. ILLECEBRIS *Agrippina hæc adjuta prævaluere, quæ ad eum per ſpeciem neceſſitudinis crebro ventitando pellicit patruum, ut prælata ceteris, & nondum uxor, potentia uxoria jam uteretur.* Tacit. 3. 1. Dio LX. p. 606. C. Καὶ μετ' ὀλίγον τὴν ἀδελφιδῆν Ἀγριππῖναν ἔγημε· καὶ γὰρ καλὴ ἦν, καὶ συνεχῶς αὐτῷ προσεφοίτα, μόνη τε ὡς καὶ θείῳ συνεγίγνετο, καὶ τρυφερώτερον ἢ καὶ ἀδελφιδῆ προσεφέρετο. *Paulloque poſt fratris ſui filiam Agrip-*

Digitized by Google

næ [25], Germanici fratris ſui filiæ, per jus oſculi & blanditiarum occaſiones [26] pellectus in amorem, ſubornavit [27] proximo ſenatu, qui cenſeret cogendum [28] ſe ad ducendum eam uxorem, quaſi Reipublicæ maxime intereſſet: dandamque cæteris veniam talium conjugiorum [29], quæ ad id tempus inceſta [30] habebantur: ac vix uno interpoſito die, confecit nuptias [31], non repertis [32], qui ſequerentur exemplum, excepto libertino quodam, & altero primipilari [33], cujus officium nuptiarum [34] & ipſe cum Agrippina celebravit.

Agrippinam uxorem ducit: & erat forma inſignis, & ad eum ut patruum crebro commeabat, ſolaque cum eo eſſet, blandius accepta, quam fratris filiam decet.

25. AGRIPPINÆ, quam *Juliam Agrippinam* vocat Tacit. Ann. XII. 1. 3. qui ib. 2. 3. *Pallantem in Agrippina laudaſſe* dicit, *quod Germanici nepotem ſecum traheret, dignum prorſus imperatoria fortuna, ſtirpem nobilem & familiæ Claudiæ, quæ poſteros conjungeret, ne femina experta fœcunditatis, integra juventa, claritudinem Cæſarum aliam in domum ferret.*

26. PER JUS OSCULI, ET BLANDITIARUM.... Claudium omnino pellexit Agrippina. Dio LXI. p. 694. E. Ὥσπερ γὰρ οὐχ ἱκανὸν ὂν μυθολογεῖν, ὅτι τὸν θεῖον τὸν Κλαύδιον ἐς ἔρωτα αὐτῆς ταῖς τε γοητείαις, καὶ ἀκολασίαις, καὶ τῶν βλεμμάτων, καὶ τῶν φιλημάτων ὑπηγάγετο, ἐπεχείρησε καὶ τὸν Νέρωνα ὁμοίως καταδουλώσασθαι. *Nam quaſi non eſſet ſatis grave dictu, quod Claudium patruum præſtigiis quibuſdam, & libidinoſis adſpectibus, atque oſculis in amorem ſuum illexiſſet, tentavit eodem modo Neronem ſub ſuam poteſtatem redigere.* De *oſculi jure* etiam Prop. II. 5. 7.

Quin etiam falſos fingis tibi ſæpe propinquos,
Oſcula nec deſunt qui tibi jure ferant.

27. SUBORNAVIT L. Vitellium. Tacit. Ann. XII. 5. 2. *Nec ante omiſſa cunctatio, quam Vitellius ſuis artibus id perpetrandum ſumpſit.*

28. COGENDUM.... Zonar. Ann. II. p. 185. Γενομένου δὲ τούτου, λόγους ἐν τῇ βουλῇ ὁ Οὐιτέλλιος ἐποιήσατο, ὅτι συμφέρει τῷ κοινῷ γῆμαι τὸν Κλαύδιον: καὶ τὴν Ἀγριππίναν ἐπιτηδείαν εἰς τοῦτο ἀπέφηνε, καὶ βιάσασθαι σφίσιν αὐτὸν ἐπὶ τὸν γάμον συνεβούλευσεν. Ἐντεῦθεν ὁρμηθέντες οἱ βουλευταὶ πρὸς τὸν Κλαύδιον ἦλθον, καὶ ἠνάγκαζον δεῖν αὐτὸν γῆμαι. *Quo facto Vitellius in ſenatu propoſuit, eſſe e Republica, ut Claudius uxorem ducat: & Agrippinam ei fore idoneam pronuntiavit, utque ad eas nuptias adigeretur, auctor fuit. Ita ſenatores propere ad Claudium abierunt, eumque coegerunt ſcilicet, ut matrimonium contraheret.* Quæ pluribus exſequitur Tacit. c. 5. & 6.

29. TALIUM CONJUGIORUM VENIA *cæteris data* eſt ſenatuſconſulto in eam rem facto. Zonaras. Καὶ ψήφισμα ἐποιήσαντο, ἐξεῖναι Ῥωμαίοις ἀδελφιδᾶς ἄγεσθαι, πρότερον γὰρ ἐκεκώλυτο. *Et ſenatuſconſultum fecerunt, ut Romanis fratrum filias ducere liceret, quod ante vetitum erat.* Et hoc ſenatuſconſultum *ſenatum ingreſſus poſtulaverat* Claudius, ut addit Tacit. 7. 2. Ita ut *communi facto crimen regis levaretur, optimatibus Macedonum*, cum *filiam Darii regis Statyram in matrimonium recepiſſet, lectas ex omnibus gentibus nobiliſſimas virgines tradidit* Alexander apud Juſtin. XII. 10. 10. Quod tamen non diu obtinuit. Nerva enim conſtituit, ne fratris filiam quis duceret apud Xiphil. LXVIII. p. 770. B. Ἐνομοθέτησε... μήτε ἀδελφιδῆν γαμεῖν.

30. INCESTA, ut contracta contra publicam honeſtatem. Juſtinian. Inſtit. I. 10. 4. *Fratris vero, vel ſororis filiam uxorem ducere non licet.* Unde non tantum *nova in fratrum filias* Romanis *conjugia* fuiſſe admittit Vitellius apud Tacit. Ann. XII. 6. 4. & *nullo exemplo deductam* eſſe *in domum patrui fratris filiam* dicit ipſe Tacit. 5. 1. ſed & *inceſta* dicuntur eidem n. 2. *Quin & inceſtum, ac ſi ſperneretur, ne in malum publicum erumperet, metuebatur.*

31. CONFECIT NUPTIAS anno ab U. C. 801. ſive *C. Pompeio, Q. Veranio conſulibus.* Hos vero illius anni conſules fuiſſe dicunt Faſti Capitolini, & ex illis Pigh. Ann. III. p. 580.

32. REPERTUM ſaltem unum dicit Tacit. 7. 3. *Neque tamen repertus eſt, niſi unus talis matrimonii cupitor, Talledius Severus eques Romanus, quem plerique Agrippinæ gratia impulſum ferebant.* * Hunc, ut monet Grævius, *equitem* recte vocat Tacitus. Nam qui primum pilum duxerat, apud quem cuſtodiebatur aquila legionis, defunctus hoc munere, dignitatem equeſtrem conſequebatur.

33. PRIMIPILARIS quis fuerit. V. ſupr. Tib. 37. 5. §. 9.

34. OFFICIUM NUPTIARUM V. ſupr. Cal. 25. 2. §. 5.

CAPUT XXVII.

ARG. *Liberos tollit, Druſum amittit, Claudiam exponit, Antoniam & Octaviam collocat, Britannicum militibus & plebi commendat, e generis Neronem cooptat, Pompejumque atque Silanum interimit Tiberius Claudius Druſus Cæſar.*

Liberos

1 Liberos ex tribus uxoribus tulit: ex Urgulanilla Druſum & Claudiam, ex Petina
Antoniam, ex Meſſalina [1] Octaviam [2], & quem primo Germanicum [3], mox
2 Britannicum [4] cognominavit. Druſum Pompejis [5] impuberem amiſit, pyro per luſum in ſublime jactato, & hiatu oris [6] excepto ſtrangulatum: cui & ante paucos dies
filiam Sejani [7] deſpondiſſet [8]: quo magis miror fuiſſe qui traderent, fraude a Sejano
3 necatum. Claudiam ex liberto ſuo Botere conceptam, quamvis ante quintum menſem divortii natam, alique cœptam, exponi [9] tamen ad matris januam, & nudam
4 juſſit abjici. Antoniam Cn. Pompejo Magno [10], deinde Fauſto Syllæ [11], nobiliſſimis juvenibus [12], Octaviam Neroni [13] privigno ſuo collocavit, Silano ante deſponſa-
5 tam [14]. Britannicum vigeſimo imperii die [15], inque ſecundo conſulatu [16] natum ſibi,

Ex Messalina Britannicum & Octavium ſuſtuliſſe Claudium dicit Joſeph. Ant. Jud. xx. 5. *Προανῃρήκει δὲ τὴν γυναῖκα Μεσσαλῖναν διὰ ζηλοτυπίαν, ἐξ ἧς αὐτῷ παῖδες ἐγεγόνεισαν Βρεττανικὸς, καὶ Ὀκταουΐα.*

2. Octaviam omnium liberorum natu maximam ex Petina prima uxore ſuſceptam fuiſſe dicit Joſephus. *Καὶ Ὀκταουΐα, ἣ καὶ πρεσβυτάτη τῶν ἀδελφῶν, ἣν ἐκ Πετίνης πρώτης γυναικὸς εἶχε.* Ex Meſſalina tamen juxta cum noſtro natam eſſe vult Tacit. ſupr. 26. 9. §. 20.

3. Germanicus filius hic Claudii dictus fuit Tiberius Claudius *Germanicus*, & poſtea Britannicus. Dio infr. 30. 5. §. 12.

4. Britannicum ob devictos *Britannos* Claudii filium dixit ſenatus. Dio p. 679. D. *Τῷ τε υἱεῖ αὐτοῦ τὴν αὐτὴν ἐπωνυμίαν ἐπέθεντο, ὥστε καὶ κυρίως τρόπον τινὰ Βρεττανικὸν αὐτὸν ὀνομασθῆναι. Filio idem cognomen indiderunt, ut quaſi proprio ſuo nomine Britannicus diceretur.*

5. Pompejis urbe Campaniæ, *haud procul ſpectante monte Veſuvio, alluente Sarno amne.* Plin. iii. 5. Strab. v. p. 170. Ex recentioribus V. *Cluver. Ital. ant.* iv. 3. 10. *Leandr. Ital. p.* 287.

6. Hiatu oris i. ore *hiante* i. aperto, diducto. Prop. iii. 9. 11.

Cuſtodiſque feros clauſit ſerpentis hiatus.

Hiare dicuntur lilia. Ovid. Art. ii. 115.

Nec ſemper violæ, nec hiantia lilia florent.

Et homo. Scribon. Larg. i. 9. *Subinde hiantem pati fluere ſalivam.* Noſt. infr. 33. 3.

7. Filiam Sejani, quam Sejano interfecto, a carnifice prius conſtupratam, quaſi impium eſſet virginem in carcere perire dicit Dio ſupr. Tib. 61. 14. §. 33.

8. Despondisset. Unde Tacit. Ann. iii. 29. 4. *Quod filio Claudii ſocer Sejanus deſtinaretur.*

9. Exponi quinam ſolerent. V. ſupr. Cal. 5. 2. §. 6.

10. Cn. Pompejo Magno. V. illum ſupr. Cal. 35. 2. §. 6.

11. Fausto Syllæ, qui conſul fuit cum Salvio Othone, anno, ut eſt in Faſtis Capitolinis, ab U. C. 804. V. etiam Pigh. Ann. iii. p. 585. Et Claudii gener dicitur Tacit. Ann. xiii. 23. 1. *Deferuntur dehinc conſenſiſſe Pallas & Burrhus, ut Cornelius Sylla claritudine generis, & affinitate Claudii, cui per nuptias Antoniæ gener erat, ad imperium vocaretur.*

12. Nobilissimis iuvenibus, quia prior ex Pompeji Magni poſteris. V. illum ſupr. Cal. 35. 1. §. 6. 7. 8. poſterior, ut videtur Clar. Ryck. ad Tacit. Ann. xii. 52. 1. L. Cornelii Syllæ Felicis, qui conſul fuit cum Ser. Sulpicio Galba apud Tacit. Ann. vi. 15. 1. quos Faſti Capitolini conſules fuiſſe dicunt anno ab U. C. 785.

13. Neroni *Domitio*; Huic a quo *Neronis* nomen inditum fuerit, dicam infr. Ner. 6. 1. §. 1. Has nuptias moliente Agrippina. Tacit. Ann. xii. 3. 2. *Nuptias Domitii, quem ex Cn. Ænobarbo genuerat, & Octaviæ Cæſaris filiæ moliri.* Memmio Pollione deſignato conſule (anno ab. U. C. 801. Faſti Capitolini) *præmiis inducto ſententiam expromere, qua oraretur Claudius, deſpondere Octaviam Domitio. Pollio haud diſparibus verbis, ac nuper Vitellius, cenſet, deſponde-turque Octavia.* Tacit. ibid. 9. 1. *Accepit* vero illam *in matrimonium ſedecim annos natus D. Junio, Q. Haterio conſulibus.* Tacit. ibid. 58. 1. Noſt. Ner. 7. 9: 35. 1.

14. Ante desponsatam. Unde Tacit. xii. 3. 3. *Quod ſine ſcelere perpetrari non poterat, quia L. Silano deſponderat Octaviam Cæſar.* Affinitatem hanc diremit Claudius, crimina in Silanum ferente Vitellio cenſore. Tacit. ibid. 4. 1. *Cui, Silano, decora, & procax ſoror Junia Calvina haud multum ante Vitellii nurus fuerat. Hinc initium accuſationis, fratrumque non inceſtum, ſed incuſtoditum amorem ad infamiam traxit: & præbebat Cæſar aures, accipiendis adverſum generum ſuſpicionibus caritate filiæ promptior.*

15. Vigesimo imperii die, qui incidit in duodecimum Februarii, utpote qui vigeſimo quarto Januarii imperium, Caligula occiſo. V. ſupr. Calig. 58. 1. ſuſceperit. *Pagi. Diſſert. Hypat.* 1. 2. 1.

16. Secundum consulatum geſſit cum Licinio Largo, anno hunc, quo imperium excepit, ſuſcipiente. Et *conſulatus* ejus *ſecundus*, qui tantum deſignatus erat, abſolute a Suetonio profertur. Auguſtos *conſules* vero deſignatos, *conſules* abſolute aliquando vocatos fuiſſe certo certius eſt. Ita enim *conſul* dicitur *factus*, qui modo *conſul* erat *deſignatus* Commodus apud Lamprid. c. 2. *Poſt hæc venia legis annariæ impetrata conſul eſt factus* Commodus: *& cum patre imperator eſt appellatus quinto Kalendarum Decem-*

bi, parvulum etiam tum, & militibus pro concione manibus ſuis geſtans, & plebi per ſpectacula gremio, aut ante ſe retinens, aſſidue commendabat, fauſtiſque ominibus cum acclamantium turba proſequebatur. E generis Neronem adoptavit [17]: 6
Pompejum, atque Silanum non recuſavit modo, ſed interemit [18].

Decembrium die, Pollione & Apro conſulibus. Veſpaſianus & Titus apud Plin. III 13. *Nam et duodecim* (forte *quindecim* legendum) *diebus utrumque ſidus* (ſol & luna) *quæreretur* (eclipſin pateretur) *id noſtro avo accidit, Imperatoribus Veſpaſiano patre* IV, *& filio iterum conſulibus.* Nam hi *deſignati* conceptis dicuntur verbis in Aquæductu aquæ Claudiæ. IMP. CAESAR VESPASIANUS AVG. PONTIF. MAX. TRIB. POT. II. IMP. VI. COS. III. DESIGN. IIII. *Pagi ibid.* & I. I. 5.

17. NERONEM ADOPTAVIT perſuadente Agrippina. Dio LX. p. 686. D. Τόν τε υἱὸν αὐτῆς ἐσποιήσασθαι τὸν Κλαύδιον ἀνέπεισεν, καίτοι παῖδας ἔχοντα. *Claudio, quamquam ipſe ex ſe natos liberos haberet, perſuaſit, ut filium ſuum adoptaret.* Et Claudium ſtimulante Pallante liberto, *conſuleret Reipublicæ, Britannici pueritiam robore circumdaret. Sic apud divum Auguſtum, quamquam nepotibus ſubnixum, viguiſſe privignos: a Tiberio ſuper propriam ſtirpem, Germanicum aſſumptum. Se quoque accingeret juvene, partem curarum capeſſituro,* *His enim evictus, biennio majorem natu Domitium filio anteponit C. Antiſtio, M. Suilio conſulibus.* Tacit. Ann. XII. 25. I. ſive anno ab U. C. 802. V. *Faſtos.* De talibus *adoptionibus* Icti Digeſt. I. 7. 17. §. 3. *Præterea videndum eſt, an non debeat permitti ei, qui vel unum habebit, vel plures liberos, adoptare alium: ne aut illorum, quos juſtis nuptiis procreaverit, deminuatur ſpes, quam unuſquiſque liberorum obſequio paret ſibi: aut qui adoptatus fuit, minus percipiat, quam dignum erat eum conſequi.*

18. INTEREMERIT quomodo Pompejum & Silanum V. infr. 29. 4. §. 19. & 21. Quam ſententiam in illum propter illos enectos dixerit Auguſtus, docet in Apocolocyntoſi Seneca. *Quandoquidem divus Claudius occidit ſocerum ſuum Appium Silanum, generos duos, Pompeium Magnum, & L. Silanum... placet mihi in eum ſevere animadverti, nec illi rerum judicandarum vacationem dari, eumque quamprimum exportari, & cœlo intra triginta dies excedere, Olympo intra diem tertium.*

CAPUT XXVIII.

ARG. *Libertos Poſidem ſpadonem, Felicem, Harpocran, Polybium, Narciſſum, & Pallantem ſuſpicit, & variis præmiis, ornamentiſque ornat Tiberius Claudius Druſus Cæſar.*

Libertorum [1] præcipue ſuſpexit Poſiden ſpadonem [2], quem etiam Britannico trium- 1
pho inter militares viros haſta [3] pura [4] donavit. Nec minus Felicem [5] quem 2
cohortibus & alis provinciæque Judææ præpoſuit, trium [6] reginarum [7] maritum. Et

* LIBERTORUM I. ex *libertis*, ex numero *libertorum.* V. *Perizon. in Sanct. Min.* II. 10. *Voſſ. de Conſtr.* 10. *&* 15. His licet addere *Calliſtum*, de quo Plin. XXXVI. 7: XXXIII. 10. niſi binominis, & alio nomine Harpocras dictus fuerit, memoratus noſt. infr. 3. §. 8.

2. DE POSIDE SPADONE Juven. Sat. XIV. 91.

Ut ſpado vincebat Capitolia noſtra Poſides.

Ubi Suetonii locum hunc laudat ſcholiaſtes. *Aquæ in Baiano, nomine accepto a Claudii Cæſaris liberto, Poſidianæ vocantur.* Plin. XXXI. 2. V. quoque *Feralldum* & *Lorrentium. Poſſidius* dicitur *Aurel. Vict. Epiſt.* 4. 7.

3. HASTAM quare dederint imperatores, docet Polyb. Hiſt. VI. 37. Μετὰ δὲ ταῦτα τῷ μὲν τρώσαντι πολέμιον, γαῖσον δωρεῖται. *Deinde, ei qui hoſtem vulneraverit, haſtam donat.* Feſtus in celibari haſta. *Haſta ſumma armorum, & imperii eſt: quam ob cauſam viri fortes ea donantur.* V. & *Valtrin. de milit.* VI. 4. *Arma inſignia tanquam participi victoriæ dono dediſſe* illi Claudium dicit *Aurelius.*

4. PURA I. *ſine ferro. Nam hæc fuit præmium apud* *majores ejus, qui tunc primum viciſſet in prælio.* Serv. in Virg. Æn. VI. 760.

Ille, vides? pura juvenis qui nititur haſta.

V. & *Zamoſc. Dacia antiq. c.* 6.

5. FELIX *Antonius.* Tacit. Hiſt. V. 9. 6. *Claudius defunctis regibus, aut ad modicum redactis, Judæam provinciam equitibus Romanis, aut libertis permiſit: e quibus Antonius Felix per omnem ſævitiam, ac libidinem, jus ſervili ingenio exercuit.* Frater fuit Pallantis. Tacit. Ann. XII. 54. I. *At non frater ejus, Pallantis, cognomento Felix pari moderatione agebat, jam pridem Judææ impoſitus.* Joſeph. de Bell. Jud. II. 10. Μετὰ ταῦτα Ἰουδαίας μὲν ἐπίτροπον Φήλικα τὸν Πάλλαντος ἀδελφὸν ἐκπέμπει. Qui tamen illum Claudium Felicem appellat Ant. Jud. XX. 5. Πέμπει δὲ καὶ Κλαύδιος Φήλικα Πάλλαντος ἀδελφόν... Hujus etiam meminerunt ſacræ paginæ Actor. 23. & 24.

6. TRIUM *reginarum:* e quibus duæ fuerunt Druſillæ, altera M. Antonii triumviri, & Cleopatræ neptis, altera Judæa ſoror Agrippæ, tertia ignoratur. Prior nata eſt ex Cleopatra, ſive Selena, Antonii & Cleopatræ filia, quorum conjugium V. ſupr.

3 Et Harpocran [8], cui lectica [9] per Urbem vehendi [10], ſpectaculaque publice edendi
4 jus [11] tribuit. Ac ſuper hos Polybium [12] a ſtudiis [13], qui ſæpe inter duos conſules

ſupr. Cal. 26. 1. §. 3. Hanc in matrimonium accepiſſe Felicem dicit quamvis erret, dum dicit ejus jam Judææ præſidis uxorem fuiſſe, quæ certe fuerit, cum adhuc in aula verſaretur; non enim alteram, de qua modo, ſecundum Romanorum leges, & mores ducere potuiſſet, quam tamen duxit, Judæam cum vix attigiſſet, ſi tum ei Antonii neptis nupta fuiſſet, Tacit. Hiſt. v. 9. 7. *Antonius Felix in Judæa jus regium ſervili ingenio exercuit, Druſilla Cleopatra & Antonii nepte in matrimonium accepta: ut ejuſdem Antonii Felix progener, Claudius nepos eſſet.* Et hæc fuit ethnica, ex patre & matre oriunda ethnicis. Poſterior nata eſt ex Agrippa Ariſtobuli filio & Cypro Phaſaeli filia. Joſeph. Ant. Jud. xviii. 7. Καὶ Φασαήλῳ μὲν ἐκ Σαλαμψιοῦς γίνονται... θυγατέρες Ἀλεξάνδρα καὶ Κύπρος, ἣν Ἀγρίππας γαμεῖ ὁ Ἀριστοβούλου. Κύπρῳ ἐξ Ἀγρίππα γίνονται θυγατέρες τρεῖς, Βερενίκη, Μαριάμμη, Δρουσίλλα. *Phaſaelus e Salampſone genuit... filias Alexandram, & Cypron, quæ nupſit Agrippæ Ariſtobuli filio. Cypros Agrippæ tres filias genuit, Bernicen, Mariamnen, Druſillam.* Hanc quomodo in matrimonium acceperit Felix, docet Joſeph. ibid. xx. 5. Λαβὼν δὲ τὴν δωρεὰν παρὰ τοῦ Καίσαρος Ἀγρίππας, ἐκδίδωσι πρὸς γάμον Ἀζίζῳ τῷ Ἐμισῶν βασιλεῖ περιτέμνεσθαι θελήσαντι Δρούσιλλαν τὴν ἀδελφήν. Ἐπιφανὴς γὰρ ὁ Ἀντιόχου τοῦ βασιλέως παῖς παρῃτήσατο τὸν γάμον μὴ βουληθεὶς εἰς τὰ Ἰουδαίων ἔθη μεταλαβεῖν, καίπερ τοῦτο ποιήσειν προϋποσχόμενος αὐτῆς τῷ πατρί. Διαλύονται δὲ τῇ Δρουσίλλῃ πρὸς τὸν Ἄζιζον οἱ γάμοι, μετ' οὐ πολὺν χρόνον, τοιαύτης ἐμπεσούσης αἰτίας. Καθ' ὃν καιρὸν τῆς Ἰουδαίας ἐπετρόπευε Φῆλιξ θεασάμενος ταύτην, καὶ γὰρ ἦν κάλλει πασῶν διαφέρουσα, λαμβάνει τῆς γυναικὸς ἐπιθυμίαν, καὶ Σίμωνα ὀνόματι τῶν ἑαυτοῦ φίλων Ἰουδαῖον Κύπριον δὲ γένος, μάγον εἶναι σκηπτόμενον, πέμπων πρὸς αὐτὴν, ἔπειθε τὸν ἄνδρα καταλιποῦσαν αὐτῷ γήμασθαι, μακαρίαν ποιήσειν ἐπαγγελλόμενος, μὴ ὑπερηφανήσασαν αὐτόν. Ἡ δὲ παραβῆναι τά τε πάτρια νόμιμα πείθεται, καὶ τῷ Φήλικι γήμασθαι. *Has donationes cum a Cæſare accepiſſet Agrippa, collocavit Azizo Emeſſenorum regi circumcidendo ſororem Druſillam. Epiphanes enim Antiochi regis filius recuſavit ejus nuptias, quod Judæorum religionem amplecti nollet, ut erat pollicitus ejus patri. Druſilla autem non multo poſt dimiſſa ab Azizo ex cauſa hujuſmodi. Felix cum eſſet Judææ procurator, viſa hac feminarum omnium pulcerrima, amore ejus captus, Simonem amicum ſuum, Judæum, genere Cyprium, pro mago ſe gerentem, ad eam miſit, qui mulierem ſolicitaret, ut relicto marito ipſi nuberet, beatam fore pollicens, ſi non faſtidiret illum. Illa conſenſit calcata religione patria Felici nubere.* Et hæc fuit Judæa, docente etiam Luca Actor. 24. 24. Μετὰ δὲ ἡμέρας τινὰς παραγενόμενος ὁ Φῆλιξ σὺν Δρουσίλλῃ τῇ γυναικὶ αὐτοῦ οὔσῃ Ἰουδαίᾳ. V. de hoc loco immane quantum inter ſe contendentes *Caſaubonum & Gravium in hunc locum, Salden. Ot. Theol.* iv. 9. 11. *Vertran. in Tacit. Ann.* xii. 54. *Reineſ. Epiſt. ad Rupert.* 27. *p.* 107. *Rupert. ad Reineſ. Epiſt.* 47. *p.* 680. *Pontan. Epiſt. ad Voſſios a Matthæo editurum* 143. & 144.

7. Reginæ vocantur Felicis uxores, non quod *regia* dignitate ipſæ gauderent, ſed quod *regum* eſſent neptes, vel filiæ. *Saldenus.*

8. Harpocran exiſtimo eſſe illum, qui alio nomine *Calliſtus* nominabatur, quem *Cæſaris Claudii libertorum potentia notum* xxxvi. 7. & *ſervitute liberatum Claudii principatu* cum *Pallante & Narciſſo* xxxiii. 10. dicit Plinius. Nam quum Tranquillus nullam faciat mentionem Calliſti, qui inter alios eſt memoratiſſimus, adducor facile ut credam eum alio nomine a Tranquillo ſignificari, tanquam eſſet binominis. *Beroaldus.* Cujus conjecturam laudat *Maſſac. Diſſert. Critic. in Harpocrat. p.* 374. Meminit ejus Senec. Ἀποκ. p. 858. *Convolarunt primum omnium liberti Polybius, Myron, Harpocras.*

9. Lectica *per urbem vehi* non cuilibet fuiſſe conceſſum dixit noſter ſupr. Cæſ. 43. 5. Hic locus clariſſime oſtendit omnibus libertis etiam Cæſaris vetitum fuiſſe, ut ex illo etiam colligunt *Mercur. Gymn.* iii. 11. *Scheff. R. V.* ii. 5.

10. Vehi lectica quomodo dicamur, dixi ſupr. Cal. 3. 3. §. 8.

11. Spectacula puplice edere olim erat inter dignitates. Tacit. Ann. xiii. 22. 1. *Cura ludorum, qui a Cæſare parabantur, Arruntio Stellæ permittitur.* ii. 35. 6. *Sulpiſius Rufus ludi procurator.* Unde & magni fiebat. Senec. de Brev. Vit. c. 7. *Facit ille ludos, quorum ſortem ſibi obtingere magno æſtimavit.* Nec illa *edendi jus* fuit promiſcuum. Neque, ut obſervat Caſaubonus, id fuit libertini generis hominibus permiſſum, ſaltem in Urbe, ut declarat hic locus; neque alia vilibus hominibus, unde illa indignatio duorum æqualium poetarum. Juvenal. iii. 34.

Quondam hi cornicines, & municipalis arenæ
Perpetui comites, notæque per oppida buccæ,
Munera nunc edunt.

Martial. iii. 12. 1.

Das gladiatores ſutorum regule cerdo:
Quodque tibi tribuit ſubula ſica rapit.

V. etiam *Chiment. Biſell. c.* 38. *Lipſ. Sat.* i. 12. *Ann. p.* 95. & *Raderum ad Martialem.*

12. Polybius is eſt, quem Seneca conſolatur in morte fratris. Quem quanti fecerit, docet hiſtoria, quam narrat Dio lx. p. 684. E. Τὰς μὲν τοὺς ἀλλοτρίους ἀπελευθέρους ὁ Κλαύδιος, εἴ πυ κακουργοῦντας λάβοι, δεινῶς τιμωρῶν, τοῖς ἰδίοις οὕτω προσεῖχεν ὥσθ' ὑποκριτοῦ τινος ἐν τῷ θεάτρῳ ποτὲ τοῦτο δὴ τὸ θρυλλούμενον εἰπόντος, ὅτι

Ἀφόρητός ἐστιν εὐτυχῶν μαστιγίας:

καὶ τοῦ τε δήμου παντὸς ἐς Πολύβιον τὸν ἀπελεύθερον αὐτοῦ ἀπο-

les [14] ambulabat. Sed ante omnes, Narciſſum [15] ab epiſtolis [16], & Pallantem [17] a rationibus [18]: quos decreto quoque ſenatus non præmiis modo ingentibus, ſed & quæſtoriis [19] prætoriiſque [20] ornamentis ornari libentur paſſus eſt: tantum præterea acquirere, & rapere, ut quærente eo quondam de fiſci exiguitate non abſurde ſit dictum,

ἀποβλέψαντος, καὶ ἐκεῖνου ἐκβοήσαντος, ὅτι ὁ αὐτὸς μὲν τοι ποιητὴς εἴη, ὅτι

Βασιλεῖς ἐγένοντο οἱ πρὶν ὄντες αἰπόλοι,

οὐδὲν δῖκον αὐτὸν εἰργάσατο. *Porro in alienorum libertorum ſcelera graviter animadvertens Claudius, ita ſuis indulſit: ut quum quidam pantomimus in theatro vulgatum illud protuliſſet,*

Ferri nequit rebus ſecundis verbero:

univerſuſque populus in Polybium ejus libertum intueretur; ac Polybius clamaret, dictum eſſe ab eodem poeta,

Reges quoque exſtitere de caprariis,

impune id tulerit.

13. A STUDIIS etiam Claudio fuit Lemnus neſcio quis, cujus mentio extat in veteri inſcriptione:

TI. CLAVDIVS
LEMNVS
DIVI CLAVDII
AVGVSTI LIB.
A STVDIIS.

Dicebatur ille eſſe, qui præerat *ſtudiis* imperatoris, cujus opera, & adminiculatione in *ſtudiis* literarum utebatur imperator. Præpoſitionis *A* uſum elegantiorem indicavimus ſupr. Cæſ. 74. 3. §. 5.

14. INTER DUOS CONSULES, loco n. honoratiſſimo. Contra laudat Adrianum Spartian. c. 21. quod, *quum quodam tempore ſervum ſuum inter duos ſenatores e conſpectu ambulare vidiſſet, miſerit, qui ei colaphum daret, & diceret; noli inter eos ambulare, quorum eſſe adhuc potes ſervus.* Beroaldus.

15. NARCISSUM Claudii principatu ſervitute liberatum Plinius dixit ſupr. §. 8. Opulentiſſimus, & apud principem gratioſiſſimus fuit. Juvenal. XIV. 328.

Nec Craſſi fortuna unquam, nec Perſica regna
Sufficient animo, nec divitiæ Narciſſi,
Indulſit Cæſar cui Claudius omnia, cujus
Paruit imperiis uxorem occidere juſſus.

Dio LX. p. 688. C. Νάρκισσος μέγιστος τῶν τότε ἀνθρώπων δυνηθείς· μυριάδας τε γὰρ πλείους μυρίων εἶχε, καὶ προσεῖχον αὐτῷ πόλεις καὶ βασιλεῖς. *Narciſſus fuit hominum ea tempeſtate potentiſſimus, ut qui amplius quater millies ſeſtertium* I. quinque & viginti milliones florenorum. Fromond. in Senec. Nat. Quæſt. I. 17. plus quam centies centena millia, ſive decem milliones aureorum. Donat. de Urb. Rom. III. 18. *poſſederit, quem urbes, regeſque coluerunt.* In proverbium pro immenſis opibus ejus divitiæ abierunt. *Sabin. Lect. Subciſ.* III. 5.

16. AB EPISTOLIS imperatores habebant ſervos, qui ab illis conceptas ſcribebant literas. Tacit. Ann. XVI. 8. 1. *Præficeretque rationibus, & libellis, & epiſtolis libertos.* De illis meminit inſcriptio vetus, quæ Romæ extat, BASSO AVG. LIB. PROX. AB EPISTOLIS GRAECIS. PROC. TRACTVS CARTHAGINENSIS FABIA. Q. F. PRISCILLA MARITO PIISSIMO. Ab illis Claudio fuiſſe Narciſſum docet etiam Zonar. Ant. II. p. 187. Πρὸς δὲ τῇ σφαγῇ, ἔργον λαμπρὸν διεπράξατο· τὰ γὰρ γράμματα τοῦ Κλαυδίου, ὅσα ἀπόρρητα κατά τε τῆς Ἀγριππίνης καὶ καθ' ἑτέρων εἶχεν, οἷα τὰς ἐπιστολὰς αὐτοῦ διοικῶν, ἅπαντα κατέκαυσεν. *Antequam autem occideretur Narciſſus, egregium facinus edidit: nam literas Claudii arcanas contra Agrippinam, & alios ſcriptas crémavit, quas, ut qui illi eſſet ab epiſtolis, omnes habebat.* p. 184. Καὶ ὁ Νάρκισσος, ὁ τῶν ἐπιστολῶν ἐπιστάτης. *Narciſſus, qui illi ab epiſtolis.* V. quoque *Guther. de Off. dom. Aug.* III. 5. *Popm. de oper. ſerv. p.* 73.

17. PALLANTEM Antoniæ Claudii matris ſervum dixit Joſeph. Tib. 48. 4. §. 24. Claudii principatu ſervitute liberatum Plinius dixit ſupr. §. 8. Opulentiſſimus, & honeſtiſſimus fuit. Tacit. Ann. XII. 53. 2. *Pallanti, quem repertorem ejus relationis ediderat Cæſar, prætoria inſignia, & centies quinquageſies ſeſtertium* (I. 375000 philippicum, ut ad oram ſui Taciti Ryckius) *cenſuit conſul deſignatus Barea Soranus. Aſſeveravit Claudius, contentum honore Pallantem, intra priorem paupertatem ſubſiſtere. Et fixum eſt ære publico Sctum, quo libertinus ſeſtertii per millies* (I. 7500000 philippicum Ryckius) *poſſeſſor, antiquæ parcimoniæ laudibus cumulabatur.* V. Dion. LXII. p. 707. C. & infr. §. 20.

18. A RATIONIBUS, ſive *ratiocinator* ſervus, erat cui in familia *ratiocinium* obtigerat. Marmor Lanuvinum, quod laudat Pignor. de ſerv. p. 336.

T. AVRELIO
AVG. LIB.
APHRODISIO
PROC. AVG.
A RATIONIBVS.

Huic præfectus dicitur Zonar. Ann. II. 184. Καὶ ὁ Πάλλας, ᾧ ἡ τῶν χρημάτων διοίκησις ἐπεπίστευτο.

19. QUÆSTORIA *inſignia Narciſſo decreta* etiam dicit Tacit. Ann. X. 38. 4. Illa ſcipionem eburneum, & ſellam curulem fuiſſe vult *Laz. Comm. R. R.* IX. 7.

20. PRÆTORIA *ornamenta* Pallanti decreta fuiſſe jam docuit Tacit. ſupr. §. 17. docet *monumentum Pallantis, via Tiburtina* quod fuit intra primum lapidem, ita inſcriptum: HVIC SENATVS OB FIDEM PIETATEMQVE ERGA PATRONOS ORNAMENTA PRÆTORIA DECREVIT, ET SESTERTIVM CENTIES QVINQVAGIES;

ctum, *Abundaturum, ſi a duobus libertis in conſortium reciperetur.*

QUAGIES: CUJUS HONORE CONTENTUS FUIT. Plin. Epiſt. VII. 29: VIII. 6. Illa eadem, ut docet Pigh. Ann. I. p. 266. fuerunt, quæ conſularia nobis deſcripta ſupr. Cæſ. 76. 7. §. 42.

CAPUT XXIX.

ARG. *Libertis, uxoribuſque addictus, illorum ſtudio honores.... largitur, Appium & Lucium Silanos, Julias, & Cn. Pompeium interficit, iis 35 ſenatores, 300 amplius equites, ne animadvertit, & ad avertendum periculum, Meſſalina cum Silio nuptiis tabellas datis conſignat Tiberius Claudius Druſus Cæſar.*

1 His, ut dixi [1], uxoribuſque addictus [2], non principem ſe, ſed miniſtrum egit [3].
2 Compendio cujuſque horum [4], vel etiam ſtudio, ac libidine, honores [5], exercitus [6], impunitates [7], ſupplicia [8] largitus eſt: & quidem inſciens plerumque, &
3 ignarus [9]. Ac ne ſingillatim minora quæque enumerem, revocatas liberalitates [10] ejus, judicia reſciſſa [11], ſuppoſitos aut etiam palam immutatos datorum officiorum codicil-

UT DIXI ſupr. c. 25. 18. §. 65.

2. LIBERTIS ET UXORIBUS ADDICTUM fuiſſe teſtatur quoque noſt. Vit. 2. 11. * Ita de re Julian. Καισαρ. p. 117. Κολακεύων ἄδειν τοῦ Κλαυδίου τινὰ πρὸς τὸν Κυρῖνον ἀπιδὼν, ἀδικεῖς, εἶπεν, ὦ Κυρῖνε. τὸν ἀπόγονον ἄγων εἰς τὸ συμπόσιον δίχα τῶν ἀπελευθέρων Ναρκίσσου καὶ Πάλλαντος. Ἀλλ' ἴθι, εἶπε, πέμψον ἐπ' ἐκείνους, εἰ βούλει δὲ καὶ τὴν γαμετὴν Μεσσαλῖναν. Ἔστι γὰρ ἄνευ τούτων δίχα, τοῦτο τῆς τραγῳδίας τὸ δορυφόρημα, μικροῦ δεῖν φάναι, καὶ ἄψυχον. *Dein quaſi Claudio blandiretur,* Silenus, *ad Quirinum converſus, male factum Quirine, quod nepotem tuum ſine Narciſſo & Pallante libertis ejus, in hoc adduxiſti convivium. Quin age, inquit, arceſſe eos, & una, ſi videtur, uxorem ejus Meſſalinam. Sine iis enim propemodum inanimum eſt hujus tragœdiæ ſatellitium.* Quare his ſe addixerit, pluribus docet Xiphil. LX. p. 605. D. Quis *addictus,* dixi ſupr. Tib. 69. 1. §. 1.

3. SE MINISTRUM EGIT 1. ad uxorum, & libertorum nutum quævis diſpoſuit. V. *Selden. Ot. Theol.* IV. 9. 7. Unde Aurel. Victor. Cæſ. 4. 8. *Hos omnes anteibat Narciſſus ab Epiſtolis, dominum ſe gerens ipſius domini.* Et Dio LX. p. 674. A. Δεδουλωμένος μὲν τοι αὐτὸς τῇ τε γυναικὶ, καὶ τοῖς ἀπελευθέροις οὕτως ἐγκαλῶν. *Atqui contra omnes ægre ferebant, mulieris eum & libertorum ſuorum eſſe mancipium.*

4. COMPENDIO HORUM 1. prout hi lucrum ex aliqua re capiebant. Unde Meſſalinam & libertos hæc vendidiſſe, & Claudium, ut illorum pretium indicaret, coegiſſe dicit Dio LX. p. 676. E. Ἡ δ' ἐν Μεσσαλῖνα, οἵ τε ἀπελεύθεροι αὐτοῦ οὕτως οὐ τὴν πολιτείαν μόνον, οὐδὲ τὰς στρατείας, καὶ τὰς ἐπιτροπείας, τάς τε ἡγεμονίας, ἀλλὰ καὶ τἄλλα πάντα ἀφειδῶς ἐπώλουν, καὶ ἐκαπήλευον, ὥστε σπανίσαι πάντα τὰ ὤνια: κἀκ τούτου καὶ τὸν Κλαύδιον ἀναγκασθῆναι ἔς τε τὸ Ἄρειον πεδίον συναγαγεῖν τὸ πλῆθος, κἀνταῦθα ἀπὸ βήματος τὰς τιμὰς αὐτῶν διατάξαι. *Proinde Meſſalina, & liberti ejus, ita non jus modo civitatis, & exercitus, & procurationes, & præfecturas, ſed & reliqua omnia, nulli parcentes, vendebant, & lucro proſtituebant, ut eſſe rariora inciperent, quæcunque diſtraherentur: adeoque Claudius coactus fuerit, populo in campum Martium coacto, ipſe pro tribunali rerum illic pretia ſtatuere.*

5. HONORES *largitus eſt* 1. fecit magiſtratus urbanos, & provinciales.

6. EXERCITUS *largitus eſt* 1. imperium in *exercitus* dedit.

7. IMPUNITATES *largitus eſt* 1. ſontes abſolvit.

8. SUPPLICIA *largitus eſt* 1. inſontes, quos condemnari vellent, condemnavit. Unde Aurel. Vict. Epit. 4. 6. *Quo commento,* conjurationis n. *liberti etiam, quos vellent, perdebant illi; & poteſtatem nacti ſummam ſtupris, exſilio, cæde, proſcriptionibus, omnia fœdabant.*

9. INSCIENS ET IGNARUS, quia *neſcire* eſt omnino non *ſcire, ignorare* non ſatis cognitum habere. Alterum eſt imprudenti, alterum imprudentis, aut negligentis. Arnob. II. *Hoc ipſum ignorans & neſciens.* Pomp. D. ſi. verb. III. p. 102. Aurel. Vict. de Cæſ. 4. 10. *Qui primo ſceleribus colludentes, ubi pares patronæ facti ſunt, eam quoque ignaro, quaſi jubente tamen, domino, per ſatellites interficere.*

10. REVOCATAS LIBERALITATES 1. irritum feciſſe, quod ille donaverat, & repetiviſſe ab illis, quibus donaverat. * *Liberalitates* enim appellantur dona, munera, quæ per *liberalitatem* conferuntur. Tacit. Hiſt. I. 18. 4. *Conſtat potuiſſe conciliari animos quantulacunque parci ſenis liberalitate* 1. quantulocunque dono. Noſt. Hor. 9.

11. RESCISSA 1. infirmata, irrita facta, non rata habita. Illa enim opponit Cicer. Partit. Orat. c. 36. *Negat enim probari oportere, eos, qui leges ſcripſerunt, ratum habere judicium, ſi totum corruptum ſit, ſi unius accuſator corruptus ſit, reſcindere nititur æquitate.* Multo æquius Philippus Macedo apud Plutarch. Apophth. p. 178. E. Μαχαίτα δέ τινι κρίσιν δικάζων καὶ ὑπονυστάζων, οὐ πάνυ προσεῖχε τοῖς δικαίοις, ἀλλὰ κατέκρινεν. Ἐκείνου δὲ ἀναβοήσαντος ἐπικαλεῖσθαι τὴν κρίσιν, ὀργισθεὶς, ἐπὶ τίνα; εἶπε· καὶ ὁ Μαχαίτας, ἐπὶ σὲ βασιλεῦ αὐτὸν, ἂν ἐγρηγορὼς καὶ προσέχων ἀκούῃς.

Tttt

codicillos [12], Appium Silanum [13] conſocerum [14] ſuum, Juliaſque [15], alteram Druſi,
alteram Germanici filiam, crimine incerto [16], nec defenſione ulla data, occidit.
Item Cn. Pompejum majoris filiæ [17] virum, & L. Silanum minoris [18] ſponſum. Ex 4
quibus Pompejus [19] in concubitu dilecti adoleſcentuli confoſſus eſt. Silanus abdica-
re ſe prætura [20] ante quartum Kalendas Januarias, morique initio anni coactus, die
ipſo Claudii & Agrippinæ nuptiarum [21]. In quinque & triginta ſenatores [22], trecen- 5
toſque amplius equites Romanos tanta facilitate animadvertit, ut de nece conſularis
viri renuntiante centurione, *Factum eſſe quod imperaſſet, negaret quidquam ſe imperaſ-
ſe, nihilominus rem comprobaret*; affirmantibus libertis, officio milites functos, quod
ad ultionem imperatoris ultro procurriſſent. Nam illud omnem fidem excеſſerit, 6
quod nuptiis, quas Meſſalina cum adultero Silio fecerat, tabellas dotis [23] & ipſe
conſignaverit [24], inductus, quaſi de induſtria ſimularentur, ad avertendum [25] trans-
ferendumque

Τότε μὲν οὖν ἀνῆκε, γνόμενος δὲ μᾶλλον ἐφ' ἑαυτοῦ, καὶ γνοὺς ἀδικούμενον τὸν Μαχαίταν, τὴν μὲν κρίσιν οὐκ ἔλυσε, τὸ δὲ τίμημα τῆς δίκης αὐτὸς ἐξέτισε. *Judicio praeras Machata cujuſdam* Philippus, *dormitanſque non obſervabat, quibus ille jurious ſe tueretur, ideoque damnabat: tum exclamante Macheta ſe provocare, iratus, ad quem, inquit? ad te ipſum, ait ille, o rex, ſiquidem vigilans & attentus audias. Ibi excitatus Philippus, cum ad ſe rectius rediiſſet, ſentiretque injuriam Macheta fieri, non reſcidit quidem ſententiam, ſed multam reo imperatam de ſuo perſolvit.*

* 12. Codicillos i. diplomata, ſeu literas principales, quibus officia, & adminiſtrationes dari a Principe moris erat. Tacit. Agric. 40. 2. *Credidere plerique miſſum e ſecretioribus miniſteriis libertum codicillos, ei, quibus Syria dabatur, tuliſſe.*

13. Appium Silanum V. infr. 37. 4. §. 5.

* 14. Consoceri dicuntur quorum alter filium alterius filiæ maritum dedit. Ulpian. Digeſt. xxiv. 1. 32. §. 21. *Si conſocer conſocero donaverit.* Quare Appium Claudii *conſocerum* dicat, dixi ſupr. 4. 6. §. 16.

15. Julias, de quarum interitu Dio lx. p. 677. C. Τήν τε Ἰουλίαν, τὴν τοῦ Δρούσου μὲν τοῦ Τιβερίου παιδὸς θυγατέρα, τοῦ δὲ δὴ Νέρωνος τοῦ Γερμανικοῦ γυναῖκα γενομένην, ζηλοτυπήσασα, ὥσπερ καὶ τὴν ἑτέραν, ἀπέσφαξε. *Juliam quoque filiam Druſi, Tiberio nati, quæ uxor Neronis Germanici fuerat, æmulatione ducta, ſicut & alteram Juliam,* Germanici filiam, *interfecit* Meſſalina. Unde in *Apocolocyntoſi* in illum invehitur Seneca. *Iſte, quem videtis, per tot annos ſub meo nomine latens, hanc mihi gratiam retulit, ut duas Julias proneptes meas occideret, alteram ferro, alteram fame.* Germanici *Juliam* etiam *Livillam* fuiſſe dictam monui ſupr. Cal. 24. 4. §. 9.

16. Crimine incerto, quod tamen indicat Dio p. 670. C. Αὕτη μὲν γὰρ τὴν Ἰουλίαν τὴν ἀδελφιδῆν αὐτοῦ, ὀργισθεῖσά τε ἅμα, ὅτι μήτε ἐτιμᾶτο ὑπ' αὐτῆς, μήτε ἐκολακεύετο, καὶ ζηλοτυπήσασα, ὅτι περικαλλής τε ἦν, καὶ μόνη τῷ Κλαυδίῳ πολλάκις συνεγίγνετο, ἐξώρισεν, ἐγκλήματα αὐτῇ ἄλλα τε καὶ μοιχείας παρασκευάσασα (ἐφ' ᾧ καὶ ὁ Σενέκας ὁ Ἄννιος ἔφυγε) καὶ ὕστερόν γε οὐ πολλῷ καὶ ἀπέκτεινεν αὐτήν. *Hæc,* Meſſalina, *fratris ejus,* Germanici, *filiam, indigne ferens ſe ab illa non honorari, non adulari, ſimulque ejus æmula, ac quod ſæpius ſola cum Claudio ageret, extorrem egit, paratis eum aliis, tum adulterii criminibus: (ob quæ Annius etiam Seneca in exſilium abiit) neque multo poſt Juliam necavit.*

17. Majoris filiæ, Antoniæ.

18. Minoris *filiæ*, Octaviæ.

19. Pompejus. Et ideo in Apocolocyntoſi ludit Seneca. *Cajus Cæſar Craſſi filium vetuit Magnum vocari: hic nomen illi reddidit, caput tulit.*

20. Abdicare se prætura i. *præturam* deponere. Tacit. Ann. xii. 4. 3. *At Silanus, inſidiarum neſcius, ac forte eo anno prætor repente, per edictum Vitellii, ordine ſenatorio movetur, quamquam lecto pridem ſenatu, luſtroque condito. Adactuſque Silanus ejurare magiſtratum, & reliquus præturæ dies in Epirium Marcellum collocatus eſt.*

21. Die ipso.... nuptiarum. Tacit. ibid. 8. 1. *Die nuptiarum Silanus ſibi mortem conſcivit: ſive eo uſque ſpem vitæ produxerat; ſeu delecto die, ad augendam invidiam.*

22. Quinque triginta senatores.... Hinc *equitum Romanorum agmina damnata* dicit Tacit. Ann. xiii. 43. 3. & luſus Senecæ in Apocolocyntoſi. *Is,* Æacus, *lege Cornelia, quæ de ſicariis lata eſt, quærebat: poſtulat nomen ejus recipi, edit ſubſcriptionem: occiſos Senatores xxx, Equites Romanos cccxv, atque plures: ceteros* ccxxi. Ὅσα ψάμμαθός τε κόνις τε.

23. Tabellas dotis *dotem* dixit ſupr. 26. 8. §. 13. *Tabulas* etiam *dotis* Scævol. Digeſt. xxiv. 1. 66. *Seja Sempronio, cum certa die nuptura eſſet, antequam domum deduceretur, tabulæque dotis ſignarentur, donavit tot aureos. Tabulas dotales.* idem ibid. xxxiii. 4. 12. *Seja uxori meæ, ſi omnes res, quas tabulis dotalibus continentur, heredi meo exhibuerit.* V. *Terentium.*

24. Consignavisse *tabellas nuptiis* uxoris cum adultero, & ſic illis conſenſiſſe Claudium dicit noſter, qui conſervaverit nobis circumſtantiam præcipuam ad nuptias haſce pertinentem, quam Tacit.

 Ann.

ferendumque periculum, quod imminere ipſi per quædam oſtenta portenderetur.

Ann. XI. 27. I. (V. ſupr. 26. 8. §. 13.) diligentiam fugiſſe miratur nuperus editor ejus acuminimus. Sed, unde ſua hauſerit Suetonius, juxta ſcio cum ignariſſimis, hoc probe ſcio *nihil compoſitum miraculi cauſa, verum audita ſcriptaque ſenioribus tradidiſſe* Tacitum. V. illum l. l. n. 3. & nuptias haſce etiam Claudio paratas eſſe. Dio LX. p. 686. B. Ταῦτ' οὖν καὶ ὑπὸ πάντων ἀκουόμενα, καὶ ὁρώμενα τὸν γοῦν Κλαύδιον ἐλάνθανε. *Hæc omnibus audita, viſaque Claudius certe ignorabat.* Imo, cum pararentur, domo abfuiſſe Claudium, & morbum, ut Romæ relinqueretur, ſimulaſſe Meſſalinam. Hoc didici ex Tacito, & Dione, & docui ſupr. 26. 8. §. 11. Et illas paratas eſſe a Narciſſo liberto didiciſſe Claudium. Dio. C. Ὁ Νάρκισσος μονωθέντι τῷ Κλαυδίῳ κατεῖπε διὰ τῶν παλλακῶν πάντα τὰ γιγνόμενα. *Narciſſus Claudio, ſolus qui erat, pellicum miniſterio, omnia, quæ facta fuerant, indicat.* Et, *ſi de induſtria ſimulatæ* fuerint hæ nuptiæ, quare *comperto cum C. Silio nupſiſſe* Meſſalinam, illam ſupplicio affecerit, quo affectam fuiſſe prodidit ipſe noſter ſupr. 26. 8.

25. AD AVERTENDUM.... Senſus eſt. Ex quibuſdam portentis harioli prædixerant periculum imminere Imperatori: quod ut Claudius propulſaret, in alterumque transferret, permiſit ut Meſſalina nuberet Silio, ut ita in Silium, tanquam in Imperatorem periculum ipſi imminens transferretur. Nam quemadmodum licebat apud antiquos conſuli, & prætori pro ſe alium civem devovere, ita periculum transferri poſſe putabatur ab uno ad alterum. *Beroaldus.* V. & ſupr. Cal. 14. 3. §. 11.

CAPUT XXX.

ARG. *Auctoritate & dignitate formæ non deſtituitur, ſed eſt minus firmis poplitibus, & riſu indecente, ira turpiore, humentibus ore, & naribus, lingua titubante, capite tremulo dehoneſtatur Tiberius Claudius Druſus Cæſar.*

Auctoritas dignitaſque formæ [1] non defuit vel ſtanti, vel ſedenti [2], ac præcipue quieſcenti. Nam & prolixo, nec exili corpore [3] erat: & ſpecie, canitieque pulcra [4], opimis [5] cervicibus [6]. Cæterum & ingredientem deſtituebant poplites [7] minus

AUCTORITATEM, ET DIGNITATEM FORMÆ quam dicit noſter, dicunt *dignitatem* Tacit. Ann. XII. 51. 4. *Dignitatem formæ haud degenerem reputantes, obligant vulnus.* Patere. II. 29. 2. *Forma excellens, non ea, qua flos commendatur ætatis, ſed ex dignitate conſtanti.* *Venerationem* Juſtin. V. 2. 6. *Erat enim & ætatis flore, & formæ veneratione inſignis.* Maſculum indicat decus. *Pulcritudo formæ,* inquit Agrætius, in viris *dignitas.* Unde Cicer. pro Cæl. *Quis non poſſit huic ætati, atque dignitati.... maledicere.*

2. VEL STANTI.... Quidam *ſedentes* præ ſe ferunt majeſtatem, qua *ſtantes* deſtituuntur: aliorum *ſtatus* eſt reverendus, *ſeſſio* parum decora. Præcipit Cicer. Offic. I. 35. *ut ſtatus, inceſſus, ſeſſio, accubatio, vultus, oculi, manuum motus, teneant illud decorum.* Et in illis *rebus duo maxime fugienda eſſe* dicit: *ne quid effeminatum, aut molle, & ne quid durum, aut ruſticum ſit.* V. & *Beroaldum.*

3. PROLIXO, NEC EXILI CORPORE I. ſtatura longa, nec tamen gracili, cum multorum, qui longa ſtatura præditi ſunt, corpus gracile eſſe ſoleat. Celſ. II. 1. *Corpus habiliſſimum quadratum eſt, neque gracile, neque obeſum. Nam longa ſtatura, ut in juventa decora eſt, ſic matura ſenectute conficitur. Gracile corpus infirmum: obeſum hebes eſt.* V. & *Beroaldum.* *Exilia* quænam proprie dicantur V. infr. Galb. 3. 3. §. 9.

* 4. CANITIE PULCRA, caneſcens enim coma ingenti quandoque honore caput perfundit. Eunap. Proæreſ. p. 102. Οὔλη τε ἦν αὐτῷ καὶ ἄγαν συνεχὴς ἡ κόμη, καὶ διὰ πλῆθος πολιῶν τριχῶν ἀφριζούσῃ θαλάσσῃ προσεμφερὴς καὶ ὑπεραργυρίζουσα. *Criſpum ei erat & ſpiſſum capillitium, & propter frequentes canos interſperſos ſpumanti æquori ſimile, inſtarque argenti albicans.* Plin. Paneg. 4. 7. *Jam firmitas, jam proceritas corporis, jam honor capitis, & dignitas oris, ad hoc ætatis indeflexa maturitas, nec ſine quodam munere deum feſtinatis ſenectutis inſignibus ad augendam majeſtatem ornata cæſaries, nonne longe lateque principem oſtentant?* Plura *Jun. de Pictur.* III. 9. §. 6.

5. OPIMAS *cervices* ſignum eſſe hominis ἀναισθήτου conſentiunt omnes τῆς φυσιογνωμονικῆς auctores, dixit Celſus §. 3. & confirmat unice hoc exemplum. *Caſaubonus.* Talibus fuit Herodis Hercules. Illum enim deſcribit Philoſtr. Vit. ſophiſt. p. 551. B. Καὶ ἐντραφῶς ἔχοντα τοῦ αὐχένος. *Et habitiorem habentem cervicem.* Et Patroclus apud eundem Heroic. p. 712. C. Ἡ κεφαλὴ δὲ ἐβεβήκει ἐπ' αὐχένος, οἷον οἱ παλαιστραι ἀσκοῦσι. *Caput autem cervici inſiſtebat, qualem palæſtra exercent.*

6. CERVICES plurali numero dicebant veteres. Cicer. Philip. XII. 7. *Aut cervices latronibus dandæ, atque in patria cadendum.* XI. 2. *Poſt cervicibus caput abſcidit. Cervicem videtur Hortenſius primus dixiſſe, nam veteres pluraliter appellabant.* Quintil. Inſtit. VIII. 3. Unde Varro L. L. IX. 4: VII. 5. *Adectum eſt non repugnante conſuetudine communi: quod quædam verba contra uſum veterem declinata patitur, ut paſſa Horten-*

minus firmi, & remiſſe quid vel ſerio agentem multa dehoneſtabant. Riſus indecens [8]: ira turpior, ſpumante rictu [9], humentibus naribus [10]: plectra linguæ titubantia [11], caputque cum ſemper, tum in quantulocunque actu vel maxime tremulum [12].

ſium dicere pro hac cervices, cervix. Eſt colli poſterior pars extima. Ariſtot. Hiſt. Anim. I. 12. Τὸ δ' ὀπίσθιον αὐχὴν μόριον, ἰνίον. Plin. XI. 37. *Sed quibus cervix, e multis vertebratiſque orbiculatim oſſibus flexilis ad circumſpectum articulorum nodis jungitur.*

7. Poples pars eſt oppoſita genu. Petron. c. I. *Succiſi poplites membra non ſuſtinent.* Ariſtot. Hiſt. Anim. I. 15. Κοινὸν δὴ μηροῦ καὶ κνήμης, γόνυ, καμπή. *Commune femoris, & tibiæ, genu, popleſque eſt.*

8. Indecens, ineptus, Catul. 39. 16.

Nam riſu inepto res ineptior nulla eſt.

Ubi Scaliger. Verſus παροιμιώδης Græcorum.

Γέλως ἄκαιρος δεινὸν ἐν βροτοῖς κακόν.

Riſus intempeſtivus grave in hominibus malum.

Unde qui ob inutilia, & minime ſeria ridet, atque gaudet, ἀχρειόγελως dicitur Suidæ. Ἀχρειόγελως ἄνθρωπος, ὁ ἐπὶ τοῖς ἀχρήστοις, καὶ μὴ σπουδαίοις γελῶν καὶ χαίρων.

9. Spumante rictu. Hinc de Agrippinæ boleto loquens Juven. VI. 621.

——— *ſiquidem unius præcordia preſſit*
Ille ſenis, tremulumque caput deſcendere juſſit
In cœlum, & longa manantia labra ſaliva.

Torrentius.

10. Humentibus naribus, quas ad rheumatiſmum naſi, cui obnoxia eſt ſenectus, refert *Beroaldus.* Juven. X. 198.

Una ſenum facies, cum voce trementia membra,
Et jam leve caput, madidique infantia naſi.

Ubi ſcholiaſtes: *Ita nam ſenibus humor de naſo, ut infantibus, pendet.*

11. Plectra linguæ titubantia I. *lingua titubatio. Lingua plectrum* dixerit noſter, ut *plectrum palati* Prudent. Periſteph. hymn. 10. 6.

Plectrum palati, & faucium, ſævus tibi
Tortor revulſit: nec tamen ſilentium
Indixit ori.

Plectri enim *ſimilem linguam noſtri ſolent dicere.* Cicer. N. D. II. 59. Cui adſtipulatur Ambroſ. Hexaem. VI. *Lingua velut plectrum loquentis eſt.* V. *Beroaldum, Pier. Hierogl.* XLVII. 26. *Fabric. in Prudentium. Linguæ titubationem* adſcribere capitis, & manuum tremori videtur Dio LX. p. 665. B. Τὸ δὲ δὴ σῶμα νοσώδης, ὥστε καὶ τῇ κεφαλῇ, καὶ ταῖς χερσὶν ὑποτρέμειν· καὶ διὰ τοῦτο καὶ τῷ φθέγματι ἐσφάλλετο.

12. Tremulum Claudii *caput* deſcripſit Juven. ſupr. §. 9. & 10.

CAPUT XXXI.

ARG. *Valetudine olim gravi, poſtea perproſpera utitur Tiberius Claudius Druſus Cæſar.*

Valetudine ſicut olim gravi, ita princeps perproſpera uſus eſt, excepto ſtomachi 1
dolore [1]. Quo ſe correptum etiam de conſciſcenda morte [2] cogitaſſe dixit.

Stomachi dolorem Græci καρδιαλγίαν vocant. Unde & *cardiaci*, qui eo morbo laborant. Horat. Sat. II. 3. 161.

Non eſt cardiacus, Craterum dixiſſe putato,
Hic æger.

Cicer. Divin. I. 38. *Nec cardiacis hoc tribuendum eſt, nec phreneticis.* Deſcribitur Celſ. III. 19. *His morbus præcipue contrarium eſt id genus, quod καρδιακὸν a Græcis nominatur; quamvis ſæpe ad eum phrenetici tranſeunt: ſi quidem mens in illis laborat, in hoc vero conſtat. Id autem nihil aliud eſt, quam nimia imbecillitas corporis, quod ſtomacho languente immodico ſudore digeritur.* Eſt itaque dolor ille, ac morſus oris ventriculi ob humoris acrimoniam. Græci enim non tantum cor, ſed & os ventriculi, propter affinitatem quandam, & mutuum utriuſque conſenſum, καρδίαν appellant. Plinio *ſtomachici* dicuntur XXXII. 3. *Medentur & ſtomachicis.*

2. Consceivit mortem *ſibi C. Proculejus Auguſti Cæſaris familiaritate ſubnixus in maximo ſtomachi dolore gypſo poto.* Plin. XXXVI. 24. Nec mirum. Nam veteres *judicavere, aſperrimos cruciatus eſſe calculorum a ſtillicidio veſicæ: proximum ſtomachi: tertium eorum quæ in capite doleant, non ob alios fere morte concita.* Plin. XXV. 3.

CAPUT XXXII.

ARG. *Convivia agitat, illis liberos, pueros, puellaſque nobiles adhibet, conviva pro aureo calicem fictilem apponit, flatum ventris in convivio emittendi veniam edicto meditatur Tiberius Claudius Druſus Cæſar.*

Convivia

Digitized by Google

1 Convivia agitavit & ampla & aſſidua, ac fere patentiſſimis locis, ut plerumque
2 ſexcenteni ſimul diſcumberent. Convivatus eſt & ſuper [1] emiſſarium Fucini la-
3 cus, ac pæne ſubmerſus, cum emiſſa [2] impetu aqua redundaſſet. Adhibebat omni
cœnæ & liberos ſuos cum pueris puellisque nobilibus, qui more veteri ad fulcra le-
4 ctorum [3] ſedentes [4] veſcerentur. Convivæ [5], qui pridie ſcyphum aureum ſurri-
5 puiſſe exiſtimabatur, revocato in diem poſterum, calicem fictilem appoſuit [6]. Di-
citur etiam meditatus edictum, *quo veniam daret flatum [7] crepitumque ventris in convi-
vio emittendi:* cum periclitatum [8] quendam præ pudore ex continentia [9] reperiſſet.

SUPER LACUS aliquando convivia agitaverunt veteres. Tacit. Ann. XII. 57. 3. *Quin & convivium effluvio lacus appoſitum magna formidine cunctos affecit, quia vis aquarum prorumpens proxima trahebat, convulſis ulterioribus, aut fragore, & ſonitu exterritis.* Plutarch. Sympoſ. IV. 4. Τί δ' οἱ πολλοὶ βούλονται πρὸς θεῶν, ὅταν ἡδέως γένωνται παρακαλοῦντες ἀλλήλους, λέγοντες, σήμερον ἀκτάσωμεν: ἆρ' οὐ τὸ παρ' ἀκτῇ δεῖπνον ἥδιστον ἀποφαίνουσιν, ὥσπερ ἐστίν. *Quid, dii, volunt ſibi, qui ad oblectationem ſe mutuo incitantes dicunt, hodie in acta cœnabimus? nonne quod in littore cœnam, ut eſt, ſuaviſſimam eſſe ſentiunt?* Sic & in ipſo Rheno, & Tiguri in Limago menſis ſelliſque poſitis epulas fuiſſe agitatas narrat *Stuck. A. C.* II. 14.

2. EMISSARIUM V. ſupr. 20. 2. §. 4.

* 3. FULCRA LECTORUM ſunt illorum ſuſtentacula. Varr. L. L. VII. p. 90. *Omnes lectos haberemus domi ad unam formam, & aut cum fulcro, aut ſine eo.* Dicuntur pedes Terent. Adelph. IV. 2. 46.

Lectulos in ſole iligneis pedibus faciendos dedit.

Quæ idem ſunt Plin. XXXIV. 2. *Et ideo cura officinis tricliniorum pedibus fulcriſque.* Et tamen.... pro ima menſæ parte, quam *imum lectum* vocavit ſupr. Aug. 94. 7. hoc loco ſumere videtur Suetonius.

4. SEDENTES veſci ſolitos fuiſſe pueros docui ſupr. Aug. 64. 7. §. 18.

5. CONVIVÆ *Tito Vinio*, cujus furtum narrabit Tacit. Galb. 14. 3. §. 6.

6. APPONI in ipſis menſis, non a miniſtris porrigi ſolita pocula. Virg Georg. IV. 379.

Pars epulis onerant menſas, & plena reponunt
Pocula.

De Cleopatræ cœna Antonio data Athen. IV. p. 148. A. Τῶν δ' ἡγεμόνων ἐφ' ἧς ἕκαστος κατέκειτο κλίνης, καὶ τὰ κυλίκια, καθὼς ταῖς στρωμναῖς ἐμεμέριστο ἑκάστῳ φέρειν ἐπέτρεψεν. *Dedit ſingulis ducibus lectum, in quo accubuerant; & pocula, ut in menſas diviſa fuerant, ſecum auferri permiſit ſingulis.* V. *Ciaccon. de tricl. p.* 73. *Lacerd. Virg. Æn.* VIII. 157.

7. FLATUM hunc proprio nomine *viſionem* Latini dicunt. Hinc jocus Cicer. Fam. IX. 22. *Quid enim? num honeſtum verbum diviſio. At ineſt obſcænum; cui reſpondet intercapedo.* In illis τὸ *viſio* eſt βδέω: ſicut in verbo *intercapedo* τὸ *pedo* non ſine flagitio eſt. Inde *peditum* apud Catul. 54. 3.

Subtile, & leve peditum Libonis.

Gloſſ. Cyril. *Peditus, peditum,* πορδή. Duo recte exprimunt Græci: πορδὴν, ſi cum ſonitu: βδεσμὸν, ſi nares potius, quam aures feriat. Gloſſ. opt. Βδέω, *viſſo, pedo.* Philox. Βδέλος, *viſſo, viſio.* Scalig. in Catullum, Guilielm. Quæſt. Plaut. I. 2. Voſſ. Lex. in pedo, & veſica. Buleng. de Omin. c. 3. Hoc malo vexabatur Claudius. Senec. Ἀποκολ. p. 848. *Ultima vox ejus hæc inter homines audita eſt, cum majorem ſonitum emiſiſſet illa parte, qua facilius loquebatur: væ me, puto, concacavi me.*

8. PERICLITATUM I. vitæ *periculum* adiiſſe. Continentia enim talis res noxia judicatur. Hinc illud jocoſe dictum Mart. VII. 17. 9.

Pedere ſe mallem, namque hoc nec inutile dicit
Symmachus: & riſum res movet iſta ſimul.

Unde continere magnum tormentum eſſe dicet Petron. §. 9. Imo occidere multos docet hoc ſuo carmine Nicarchus Anthol. II. 44.

Πορδὴ ἀποκτείνει πολλοὺς ἀδιέξοδος οὖσα,
Πορδὴ καὶ σώζει τραυλὸν ἱεῖσα μέλος.
Οὐκοῦν εἰ σώζει, καὶ ἀποκτείνει πάλι πορδή,
Τοῖς βασιλεῦσιν ἴσην πορδὴ ἔχει δύναμιν.
Crepitus occidit multos, cum exire nequeat,
Crepitus & ſervat, blæſum emittens cantum.
Quare ſi ſervat, & occidit rurſus crepitus,
Regibus æqualem crepitus habet vim.

V. *Beroaldum* & *Gruterum.*

9. CONTINENTIAM abſolute dicit, ut *continere* n. crepitum ventris Petron. Fragm. p. 19. *Ignoſcite mihi amici, multis jam diebus venter mihi non reſpondit, nec medici ſe inveniunt. Spero tamen jam ventrem pudorem ſibi imponere; alioquin circa ſtomachum mihi ſonat, putes taurum. Itaque ſi quis veſtrum voluerit ſua re cauſa facere, non eſt quod illum pudeat. Nemo noſtrum ſolide natus eſt. Ego nullum puto tam magnum tormentum eſſe, quam continere. Hoc ſolum vetare ut Jovis poteſt.*

CAPUT XXXIII.

ARG. *Cibi vinique appetentiſſimus, ſomni breviſſimi, libidinis in feminas profuſæ, marium expers eſt, aleam ludit, & de illius arte librum emittit Tiberius Claudius Druſus Cæſar.*

Cibi,

Cibi, vinique quocunque & tempore [1] & loco [2] appetentiſſimus. Cognoſcens quon- 1.2
dam in Auguſti foro, ictuſque [3] nidore [4] prandii, quod in proxima Martis
æde [5] Saliis [6] apparabatur, deſerto tribunali, adſcendit ad ſacerdotes, unaque diſcu-
buit. Nec temere [7] unquam triclinio abſceſſit, niſi diſtentus [8], ac madens [9]; & ut 3
ſtatim ſupino, ac per ſomnum [10] hianti, pinna in os inderetur [11], ad exonerandum
ſtomachum [12]. Somni breviſſimi erat. Nam ante mediam noctem plerumque evi- 4
gilabat, ut tamen interdiu nonnunquam in jure dicendo obdormiſceret, vixque ab
advocatis de induſtria vocem augentibus excitaretur. Libidinis in feminas profuſiſſi- 5
mæ,

QUO TEMPORE prandendum ſit, interrogatus docuit Diogenes apud Laert. VI. p. 390. Πρὸς τὸν πυθόμενον ποίᾳ ὥρᾳ δεῖ ἀριστᾶν, εἰ μὲν πλούσιος, ἔφη, ὅταν θέλῃ· εἰ πένης, ὅταν ἔχῃ. *Interroganti quanam hora prandere oportet, ſi dives, inquit eſt, quando velit: ſi pauper, quando poteſt.*

2. QUOCUNQUE LOCO prandendum eſſe hac concluſiuncula docuit Diogenes apud Laert. VI. p. 408. Ἐποίει δὲ πάντα κοινῇ ἐν τῷ μέσῳ, καὶ τὰ Δήμητρος, καὶ τὰ Ἀφροδίτης· καὶ τοιούτους τινὰς ἠρώτα λόγους. Εἰ τὸ ἀριστᾶν μηδέν ἐστιν ἄτοπον, οὐδ' ἐν ἀγορᾷ ἐστιν ἄτοπον· οὐκ ἔστι δὲ ἄτοπον τὸ ἀριστᾶν· οὐδ' ἐν ἀγορᾷ ἄρα ἐστὶν ἄτοπον. *Solebat autem omnia palam facere, & quæ ad Cererem, & quæ ad Venerem pertinent: atque hujuſmodi concluſiunculis utebatur: ſi prandere nihil mali eſt, neque in foro prandere malum eſt: non eſt autem malum prandere, nec in foro quidem prandere malum eſt.*

3. ICTUM *captum* dicunt Juven. V. 162.

Captum te nidore ſuæ putat ille culinæ.

Mart. V. 44. 7.

—— *captus es unctiore cœna.*

4. NIDOR eſt κνίσσα, vel καπνὸς τῶν θυσιῶν, aura pinguis, & odorata manans de adultis hoſtiis, vel coctis cibis, ſimilibuſve rebus. Apul. Mileſ. VIII. p. 211. *Quæ, formicæ, ſimul dulcem, ac melliorum corporis nidorem perſentiſcunt....* Habitat maxime ad focos. Unde Plaut. Moſt. I. 1. 5.

Exi nidor e culina, quid lates?

Et fumo jungitur. Cicer. Piſon. c. 6. *Paulliſper ſtetimus in illo ganearum tuarum nidore, & fumo.* V. & *Gronov. in Plautum.*

5. ÆDES MARTIS *Ultoris* in Auguſti foro cognoſcenti fuit proxima. V. ſupr. Aug. 29. 3. §. 10.

6. SALII dicebantur omnes ludii, & *ſaltatores*, qui ad cantum & tibiam in ſacris ludunt. Virg. Æn. VIII. 285.

Tum Salii ad cantus, incenſa altaria circum....

Ibi ſimpliciter *Salii* ſunt ludii ad ſacra Herculis ſaltantes. Qui enim primi ἐνόπλιον ὄρχησιν in Italia doctore Ænea ſaltarunt, docente hoc ad Catul. 17. 6. Scaligero, dicti ſunt *Salii*. Qui κατ' ἐξοχὴν dicti ludii fuerunt Martis. Et hos deſcribit Dionyſ. II. p. 129. III. p. 173. Οὓς αὐτὸς ὁ Νομᾶς ἀπέδειξεν ἐκ τῶν πατρικίων, ἐπιλέξας τοὺς εὐπρεπεστάτους ἐν ἀκμῇ νέους, ὧν ἐν Παλατίῳ κεῖται τὰ ἱερά, καὶ αὐτοὶ καλοῦνται Παλατῖνοι. Ὁ μὲν γὰρ Ἀγωναλεῖς, ὑπὸ δέ τινων καλούμενοι Κολλῖνοι Σάλιοι, ὧν τὸ ἱεροφυλάκιόν ἐστιν ἐπὶ τοῦ Κολλίνου λόφου μετὰ Νομᾶν ἀπεδείχθησαν ὑπὸ βασιλέως Ὁστιλίου. Οὗτοι πάντες οἱ Σάλιοι χορευταί τινές εἰσι καὶ ὑμνηταὶ τῶν ἐνόπλων θεῶν. Ἑορτὴ δ' αὐτῶν ἐστι περὶ τὰ Παναθήναια, τῷ καλουμένῳ Μαρτίῳ μηνί, δημοτελὴς ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ἀγομένη. *Hos, Salios, ipſe Numa e patriciis delegit, juvenes de ore longe omnium præſtantiſſimos, duodecim numero, quorum ſacra ſunt in Palatio, ipſique Palatini appellantur. Nam Agonales, qui a nonnullis Collini Salii vocantur, quorum ſacrarium eſt in Collino tumulo, poſt Numam, a Rege Hoſtilio inſtituti fuerunt. Iſti omnes Salii ſunt quidam ſaltatores, & laudatores deorum illorum, qui armorum ſunt præſides. Eorum autem feſtum incidit in Panathenæa, quæ agebant publice menſe Martio, agiturque ad dies aliquot....* Illorum epulas copioſiores V. ſupr. 4. 6. §. 14.

7. TEMERE i. fere. Nep. 25. 20. §. 2. *Nullus dies temere interceſſit.*

8. DISTENTUS i. plenus, ſatur. Quintil. Inſtit. X. 4. *Quadrupedes cum viridi pabulo diſtentæ ſunt, ſanguinis detractione curentur.*

9. MADENS. i. ebrius. Plaut. Moſt. I. 4. 7.

Ecquid tibi videor mamma madere?

Unde *madeſieri* eſt inebriari Plaut. Pſeud. I. 2. 51.

Eo vos veſtros pantices adeo madefacitis: cum ego ſim hic ſiccus.

10. SOMNO correpti in ipſa menſa multi ſæpe jacent, donec tandem auferantur. Cicer. Fin. II. 8. *Nolim mihi fingere aſotos, ut ſoletis, qui in menſam vomant, & qui de conviviis auferantur.* Capitol. Ver. c. 4. *Gladiatorum etiam frequentius pugnas in convivio habuit, trahens cœnam in noctem: & in toro conviviali condormiſceret, ita ut levatus cum ſtromatibus in cubiculum perferretur.* V. *Stuck. A. C.* III. 23.

11. PINNA IN OS INDITA ſtomachum repletum ad vomendum provocare ſolebant gulones. Mart. III. 82. 8.

Stat exoletus, ſuggeritque ructanti
Pinnas rubentes, cuſpideſque lentiſci.

Suidas. Εἰώθασιν οἱ δυσεμοῦντες πτερῷ χρῆσθαι πρὸς τὸ εὐχερῶς ἐμέσαι. Qua conſuetudine, cum boleto parum proficere videretur, freta Agrippina, juſſit Xenophontem medicum, *tanquam niſum evomentis adjuvaturum, pinnam rapido veneno illitam faucibus ejus demittere.* Tacit. Ann. XII. 67. 3. V. *Terrentium, Caſaubonum* & *Bxtinm de Pot. Ant.* c. 15.

12. STOMACHUM EXONERANDI conſuetudo frequens

6 mæ, marium omnino expers [13]. Aleam ſtudioſiſſime [14] luſit, de cujus arte librum quoque emiſit: ſolitus etiam in geſtatione [15] ludere, ita eſſedo [16], alveoque adaptatis, ne luſus confunderetur [17].

quens erat apud veteres. V. infr. Vitell. 13. 1. §. 3.

13. MARIUM EXPERS i. cum *maſculis* non concubuit. Ita *mulierarius inter primos amatores, averſæ Veneris ſemper ignarus, & talium perſecutor* fuit Clodius Albinus apud *Capitol. c.* 11.

14. ALEAM STUDIOSISSIME quia *luſerat* Claudius, apud Senecam in ἀποκολοκυντώσει *ingenti* μεγαληγορίᾳ ejus *nænia canitur anapæſtis.*

Cadite mœſtis pectora palmis,
O cauſidici, venale genus,
Voſque poetæ, lugete novi,
Voſque in primis, qui concuſſo
Magna paraſtis lucra fritillo.

Et placuit novam pœnam excogitari debere, inſtituendum illi laborem irritum, & alicujus cupiditatis ſpecies ſine fine, & effectu. Tum Æacus jubet illum alea ludere pertuſo fritillo.

15. IN GESTATIONE i. interea dum *geſtaretur. Geſtari* dicebantur olim divites, cum ſuccollantibus ſervis, aut valetudinis, aut voluptatis cauſa ferebantur. Celſ. II. 15. *Geſtatio quoque longis, & jam inclinatis morbis aptiſſima eſt, utiliſque eſt & his corporibus, quæ jam ex toto febre carent, ſed adhuc exerceri per ſe non poſſunt: & his, quibus lenta morborum reliquiæ remanent, neque aliter eliduntur.* Unde *geſtationem* explicant γυμνασίαν gloſſæ Cyrilli: *geſtatio*, γυμνασία, ἰῶρα. *Geſtatur*, γυμνάζεται, αἰωρίζεται. Et hinc *ſella geſtatoria*, quam V. Ner. 26. 7. §. 21. Quamvis hæc eſſedo, ſubjunctis mulis, aut equis facta videatur. * Geſtationem etiam, quam dicit noſt. infr. Veſp. c. 21. n. 3. vectationem vocat Aurel. Vict. Epit. c. 9. n. 15. *Poſt negotiis, quæcunque adveniſſent, auditis, exerceri vectatione.* Et ita noſt. infr. Galb. c. 8. n. 1. Unde rotæ, equi & muli geſtantibus dantur. V. infr. §. 16.

16. ESSEDUM quid fuerit, dixi ſupr. Aug. 76. 3. §. 8. In illo geſtabantur veteres. Seneca de perverſo illo Spanio Epiſt. 122. *Quæro circa octavam horam noctis, quis ſit ille ſonus rotarum? velle geſtari dicitur.* Mart. IV. 51. 18.

Illic Flaminia, Salariaque
Geſtator patet eſſedo tacente,
Ne blando rota ſit moleſta ſomno.

Subjungebantur equi, aut muli. Hos Juvenalis aſſignat IV. 5.

Quid refert igitur, quantis jumenta fatiget....

Illos Martial. I. 13. 7.

Nam ſubito collapſa ruit, cum mole ſub illa
Geſtatus bijugis Regulus eſſet equis.

Lipſ. Epiſt. Miſcell. II. Douſ. Præcid. Petron. c. 13.

17. LUSUS NON CONFUNDEBATUR *in geſtatione.* Sic enim de illa Senec. Epiſt. 15. *Geſtatio & corpus concutit, & ſtudio non officit: poſſis legere, poſſis loqui, poſſis audire.*

CAPUT XXXIV.

ARG. *Sævum & ſanguinarium natura ſe eſſe, magnis, minimiſque rebus oſtendit Tiberius Claudius Druſus Cæſar.*

1.2 Sævum, & ſanguinarium [1] natura fuiſſe magnis minimiſque apparuit rebus. Tormenta quæſtionum, pœnaſque parricidarum [2] repræſentabat [3], exigebatque co-
3 ram [4]. Cum & ſpectare antiqui moris ſupplicium [5] Tiburi [6] concupiſſet, & deligatis ad palum noxiis [7] carnifex deeſſet, accitum ab Urbe veſperam uſque opperiri perſeveravit.

SANGUINARIUM i. *ſanguine* humano gaudentem. Ita *ſanguini* humano hauriendo accommodatum Tarquinii Superbi reſponſum dicere cum vellet, *ſanguinarium* dicit Plin. XIX. 8. *Qui*, Tarquinius, *legatis a filio miſſis decutiendo papavera in horto altiſſima, ſanguinarium illud reſponſum hac facti ambage reddidit.* V. & *Bercaldum.*

2. POENAS PARRICIDARUM, de quibus Senec. de Clem. I. 23. *Pater tuus* (Claudius, qui Neronem, cui ſcribit Seneca, adoptaverat) *plures intra quinquennium culeo inſuit, quam omnibus ſeculis inſutos accepimus. Multo minus audebant liberi nefas ultimum admittere, quamdiu ſine lege crimen fuit. Summa enim prudentia altiſſimi viri, & rerum naturæ peritiſſimi maluerunt, velut incredibile ſcelus, & ultra audaciam poſitum præterire, quam dum vindicant, oſtendere poſſe fieri. Itaque parricidæ cum lege cœperunt, & illis facinus pœna monſtravit. Peſſimo vero loco pietas fuit, poſtquam ſæpius culeos vidimus, quam cruces.* V. etiam ſupr. Aug. 33. 2. §. 5.

3. REPRÆSENTABAT i. non differebat, ſtatim exigebat. V. ſupr. Aug. 102. 4. §. 27.

4. EXIGEBAT CORAM. Tacit. Agric. 45. 4. *Nero ſubtraxit oculos, juſſitque ſcelera, non ſpectavit: præcipua ſub Domitiano miſeriarum pars erat, videre & aſpici.*

5. ANTIQUI MORIS SUPPLICIUM V. infr. Ner. 49. 3.

6. TIBUR V. ſupr. Aug. 72. 5. §. 26.

7. Ad

ſeveravit. Quocumque gladiatorio munere, vel ſuo, vel alieno, etiam forte pro- 4
lapſos jugulari jubebat, maxime retiarios [8], ut exſpirantium facies videret [9]. Cum 5
par quoddam mutuis ictibus concidiſſet, cultellos ſibi parvulos ex utroque ferro [10]
in uſum [11] fieri ſine mora juſſit. Beſtiariis [12] meridianiſque [13] adeo delectabatur, ut 6
etiam prima luce ad ſpectaculum deſcenderet: & meridie [14] dimiſſo ad prandium [15]
populo perſederet [16]: præterque deſtinatos [17], etiam levi ſubitaque de cauſa, quoſdam
committeret, de fabrorum quoque ac miniſtrorum, atque id genus numero, ſi

αὐτό-

7. AD PALUM NOXII virgis ad necem cædendi deligabantur. Liv. II. 5. *Stabant deligati ad palum nobiliſſimi juvenes.* Cicer. Verr. V. 6. *Hos ad ſupplicium jam more majorum traditos, & ad palum alligatos, ex media morte eripere, ac liberare auſus es?* De hoc ſupplicio etiam *Fab. Semeſtr.* II. 7.

8. RETIARIOS V. ſupr. Cal. 30. 8. §. 15.

9. EXSPIRANTIUM FACIES VIDERET. Retiarius enim, ut de illo dixit Juven. ſupr. Cal. 30. 8. §. 15.

——— *nudum ad ſpectacula vultum*
Erigit, & tota fugit agnoſcendus arena.

10. EX UTROQUE FERRO *cultros ſibi feciſſe* Claudium dum dicit noſter, tangit veterum ſuperſtitionem, qua putabant epilepſiam ſanari cibo e carne beſtiæ occiſe eodem ferro, quo homo interfectus eſſet. Plin. XXVIII. 4. *Scribunt comitialem morbum ſanari cibo e carne feræ occiſæ eodem ferro, quo homo interfectus ſit.* Plin. Valer. II. 58. *Dantur item carnes edendæ beſtiæ occiſæ eo ferramento, quo homo occiſus eſt.* Scribon. Larg. II. 13. ubi agit de hinnulei cervi coagulo ſanante morbum comitialem. *Hoc remedium qui monſtravit, dixit ad rem pertinere, occidi hinnulum cultro, quo gladiator jugulatus ſit.* Epileptices vero inſultibus petitum aliquando Claudium non eſt incredibile, quem ſtomachi dolore tam vehementer correptum ſcribit Suetonius c. 31. ut de conſciſcenda morte cogitaverit. V. *Rhodium ad Scribon. p.* 47.

11. IN USUM I. quibus quotidie in menſa uteretur.

12. BESTIARIOS vocabant eos, qui cum *beſtiis* pugnabant, ſive judicis ſententia *beſtiis* objicerentur, ſive ad id conducti, aut alioqui confiſi viribus, & virtutis oſtentandæ cauſa ultro in arenam deſcenderent, ſive etiam ſervi a dominis ad *beſtias* darentur. Qua in re advertendum eſt non omnibus noxiis permiſſum fuiſſe, ut pugnando ſe defenderent, ſed pro delicti modo nunc ad ludum tantum beſtiarium damnari ſolere, ut ibi exercerentur, nunc illico ad *beſtias* dari, iique ut vel pugnam committerent, ſeque defenderent, vel alligati palis, interdum etiam plures ſimul innexi, ab atrociſſimis *beſtiis* diſcerperentur. Dio LXVIII. p. 786. A. Θηρίοις ἐτέρους ἐξέδωκεν. *Beſtiis reliquos objecerunt.* De hac Claudii ſævitia Dio LX. p. 673. D. Τά τε γὰρ ἄλλα καὶ τοὺς διὰ μέσου τῆς θέας, παρὰ τὸν τοῦ ἀρίστου καιρὸν κατακοπτομένους ἑώρα ἥδεσθαι. *Præter cætera libenter ſpectabat ſub prandii tempus eos, qui in medio theatro dilaniabantur.* Quos enim noſter beſtiarios, Dio κατακοπτομένους, *diſcerpendos* vocat, eos intelligens, qui *beſtiis* objiciebantur, ut ab iis diſcerpti conſumerentur. V. *Torrentium, Fabr. Semeſtr.* I. 6. *Buleng. de venat.* c. 30. & 34. *Onuphr. Lud. Circ.* II. 4. *Argol. in illum p.* 88. *Pignor. de ſerv. p.* 35. Hos matutinos eſſe dictos dixi ſupr. Aug. 44. 8. §. 27.

13. MERIDIANOS vocabant gladiatores, qui ex eo invenerunt nomen, quod circa *meridiem* exhiberentur, ut populus a ſanguine recrearetur, atque inde lætus diſcederet. Senec. Epiſt. 7. *Caſu in meridianum ſpectaculum incidi, luſus exſpectans, & ſales, & aliquid laxamenti, quo hominum oculi ab humano cruore acquieſcant. Contra eſt, quidquid ante pugnatum eſt, miſericordia fuit. Nunc omiſſis nugis, mera homicidia ſunt. Mane leonibus & urſis homines, meridio ſpectatoribus ſuis objiciuntur.* Tertull. adv. gent. c. 15. *Riſimus & inter ludicras meridianorum crudelitates Mercurium mortuos cauterio examinantem. Vidimus & Jovis fratrem gladiatorum cadavera cum malleo deducentem.* De hac Claudii ſævitia Dio. B. Ἐτίθει δὲ συνεχῶς μονομαχίας ἀγῶνας, πάνυ γάρ σφίσιν ἔχαιρε. *Exhibuit crebro ludos gladiatorios, quibus vehementer delectabatur.* Quos enim noſter *meridianos*, Dio γυμνομάχους vocat, eos intelligens, qui inter ſe depugnabant. V. *Torrentium, Fabrum, Lipſ. Sat.* II. 15. *Mercur. Gymn.* I. 12. *Turneb. Adv.* XXVII. 19. *Gutber. jur. man.* II. 9. *Heinſ. Exercit. ſacr. p.* 377. *Buleng. de venat. c.* 34.

14. MERIDIE, quia *meridies* prandii tempus. Plutarch. Sympoſ. III. 6. Τὸ δὲ ἄριστον ἐκλήθη πρανδίον ἀπὸ τῆς ὥρας: ἔνδιον γὰρ τὸ δειλινὸν, καὶ τὴν μετ᾽ ἄριστον ἀνάπαυσιν, ἐνδιάζειν. *Prandium autem iſti ἄριστον dicunt ab hora παρ᾽ ἔνδιον: nam ἔνδιον ſignificat meridianum tempus, & meridiari ἐνδιάζειν.*

15. AD PRANDIUM, quod inter matutinum, & meridianum ſpectaculum populo dabatur. V. ſupr. Cal. 56. 4. §. 15.

16. PERSEDERET I. a principio ad finem ſederet. Senec. Contr. I. p. 73. *Aut quod fecit Hortenſius, qui a Siſenna provocatus in auctione perſedit diem totum.*

17. DESTINATORUM ad pugnam gladiatorum, & nomina, & ordinem, & numerum, cum paria gladiatorum complura eodem die muneris produci oporteret, in libello munerarius palam proponebat. Treb. Poll. Claud. c. 5. *At ego ſcio, ſæpius inter gladiatores boni pugnatoribus hoc nomen appoſitum. Habuit proxime tuus libellus munerarius hoc nomen in in-*

7 αὐτόματον [18], vel pegma [19] vel quid tale aliud parum ceſſiſſet [20]. Induxit & unum ex nomenclatoribus ſuis, ſicut erat [21], togatum [22].

dice ludorum. Cicer. Philip. II. 38. *Quid ergo de commentariis infinitis, quid de innumerabilibus chirographis loquar; quorum etiam imitatores ſunt, qui ea, tanquam gladiatorum libellos, palam vendiſent.* Fab. Semeſtr. II. 11.

18. Αὐτόματον appellabatur, quod ita mechanici fabricabantur, ut ſua ſponte efficere quidquam, velut ignara cauſa, videretur. Qualia nunc aut horologia ſunt, aut verſatiles quæpiam machinæ, in quibus imagunculas, occulta vi curſitantes, ludibundaſque miramur. Quales etiam vel fontes, vel ignes ipſi, quodam artificioſo temperamento, ſpecieque nova, certis intervallis, aquas, flammaſve jaculantes. Αὐτόματον enim velut ultroneum, & ſpontale poſſumus Latine interpretari. Sic Homerus αὐτόματον, ſponte ſua, non cujuſpiam vocatu, quam a ſemet impulſum, ad dapes Menelaum dicit veniſſe Iliad. II. 408.

Αὐτόματος δέ οἱ ἦλθε βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος.
Spontaneus autem pro ſua parte venit vocem-bonus Menelaus.

Ubi Didymus: αὐτόματος, ἄνευ τοῦ κληθῆναι. Sicut Euſtath. Iliad. B p. 187. quoque exponit: qui deinde ait junioribus αὐτόματα vocari, quæ forte quadam fiant, quaſi μάτην i. temere, καὶ ὡς ἔτυχεν. *Politian. Miſcell. c.* 97.

19. PEGMA in re ludorum quid fuerit, docui ſupr. Cal. 26. 9. §. 34.

20. PARUM CESSISSET i. non ſatis diligenter paratum eſſet.

21. SICUT ERAT qualis formula V. apud Curt. VIII. 3. 10. §. 13.

22. TOGATI in pompa, ante pugnam incedebant, dum producebantur gladiatores. Tertull. de pall. c. 6. *Verum & cerdones, & omnis gladiatorum ignominia togata producitur.* Inter Pertinacis ornamenta gladiatoria *togam* recenſet Capitol. c. 8. *Et toga, armaque gladiatoria gemmis, auroque compoſita.* Ferrar. R. V. I. I. 25. Salmaſ. in Tertull. p. 474. Lipſ. Saturn. II. 17.

CAPUT XXXV.

ARG. *Timet, ac diffidit Tiberius Claudius Druſus Cæſar.*

1.2 Sed nihil æque quam [1] timidus, ac diffidens fuit. Primis imperii diebus, quamquam, ut diximus, jactator [2] civilitatis, neque convivia inire auſus eſt, niſi ut ſpeculatores [3] cum lanceis [4] circumſtarent, militeſque vice miniſtrorum [5] fungerentur: neque ægrum quemquam viſitavit niſi explorato prius cubiculo, culcitiſque, & ſtragulis [6] prætentatis, & excuſſis [7]: reliquo autem tempore ſalutatoribus [8] ſcrutatores

NIHIL ÆQUE QUAM.... i. in nullo alio vitio *æque ac metu & diffidentia* notabilis. *Sabellicus.*

2. JACTATOR i. oſtentator. Eſt enim *jactantia*, ut ait Auguſt. C. D. XIV. *libido gloriandi.* Beroaldus.

3. SPECULATORES, de quibus ſupr. Aug. 27. 4. §. 14.

4. CUM LANCEIS additum, quo δορυφόρους eos ſpeculatores fuiſſe intelligamus. *Gruterus*, & *Torrentius.* Suidas quoque σπεκουλάτωρ, τὸν δορυφόρον interpretatur. Arma enim illis clypeus & *lancea.* Joſeph. Bell. Jud. III. 5. Μεθ' ὃς αὐτὸς ἐξήλαυνε, τούς τε ἐπιλέκτους τῶν πεζῶν, καὶ ἱππέων, καὶ τοὺς λογχοφόρους ἔχων. *Poſt quos ipſe*, Veſpaſianus, *veniebat, lectos pedites, equiteſque, nec non & lancearios ſecum ducens.* c. 3. Φέρουσι δὲ οἱ μὲν περὶ τὸν στρατηγὸν ἐπίλεκτοι πεζοὶ λόγχην, καὶ ἀσπίδα. *Qui vero ducem ſtipant, lecti pedites, lanceam & clypeum geſtant.* Noſt. Galb. 18. 2. *Lipſ. in Tacit. Hiſt. p.* 6. Hinc Cedren. p. 162. Οὕτως δειλὸς ἦν, ὥστε τοὺς προσιόντας αὐτῷ ἐν τοῖς ἰματίοις ἐρευνᾶσθαι, μή τι ξιφίδιον ἔχωσι· καὶ ἐν τοῖς συμποσίοις ὁπλιτεύοντας ἐν φυλακῇ παρεσκεύαζεν αὐτῷ. *Is adeo meticuloſus fuit, ut omnes ad ſe accedentes excuti juberet, ne quis forte ſicam geſtaret: atque in conviviis armato utebatur præſidio.*

5. MINISTRORUM i. ſervorum tricliniariorum. Catul. 27. 1.

Miniſter vetuli puer falerni.

6. STRAGULIS, quibus æger cubabat. *Stragula* enim erat veſtis, qua lecti cubiculares inſternebantur. Tib. I. I. 65.

Nam neque tunc plumæ, nec ſtragula picta ſoporem,
Nec ſonitus placitæ ducere poſſit aquæ.

Apul. Met. X. p. 336. *Stragula veſte auro ac murice Tyrio depicta probe ſubſternunt.*

7. EXCUSSIS i. diligenter contrectatis. *Excutere* enim eſt ſcrutari, & diligenter inquirere. Cicer. pro Sext. Roſc. c. 34. *Nihil eſt Glaucia, quod metuas? non excutiorte, ſi quod ferri habuiſti; non ſcrutor.* V. Bud. in Pandect. p. 176. Et ita Albinus apud Herodian. III. 5. §. 11. Οὔτε γάρ τις αὐτῷ τῶν ἀπὸ τοῦ Σεβήρου ἀφικνουμένων ἄλλως προσῄει, εἰ μὴ πρότερον ἀποθέμενος ὅπερ περιέκειτο ξίφος στρατιωτικόν, ἐξερευνηθείη μή τι φέροι ὑπὸ κόλπον. *Neque enim temere quiſquam a Severo miſſus ad illum, Albinum, introducebatur, niſi prius depoſito militari gladio, ſinuque excuſſo.*

tatores ſemper appoſuit [9], & quidem omnibus [10], & acerbiſſimos [11]. Sero enim, 3
ac vix remiſit, ne feminæ prætextatique pueri & puellæ contrectarentur, & ne cujus comiti [12], aut librario [13], calamariæ [14] aut graphiariæ [15] thecæ adimerentur [16].
Motu civili [17], cum eum Camillus [18] non dubitans etiam citra bellum poſſe terreri, contumelioſa & minaci & contumaci epiſtola cedere imperio juberet, vitamque otioſam [19] in privata re agere: dubitavit [20], adhibitis [21] principibus viris, an obtemperaret. 4

excuſſo. Claudius apud Dion. LX. p. 666. B. Τόν τε γὰρ Γάϊον οὕτως ὁρῶν ἀπολωλότα, καὶ πυνθανόμενος τινάς, ὡς καὶ βελτίονας ἑαυτοῦ, πρὸς τὴν ἀρχὴν ὑπ' αὐτῆς προβεβλῆσθαι, οὐκ ἐθάρσει, ἀλλὰ τοῦτο ἄλλα ἀκριβῶς ἐφυλάττετο, καὶ πάντας τοὺς προσιόντας οἱ καὶ ἄνδρας καὶ γυναῖκας ἐρευνᾶσθαι ἐποίει, μή τι ξιφίδιον ἔχωσιν: ἔν τε τοῖς συμποσίοις πάντως τινὰς στρατιώτας συνόντας εἶχε: καὶ τοῦτο μὲν ἐξ ἐκείνου καταδειχθὲν καὶ δεῦρο ἀεὶ γίγνεται, ἡ δὲ δὴ ἔρευνα ἡ διὰ πάντων, διὰ Οὐεσπασιανοῦ ἐπαύσατο. *Quum enim videret, quo pacto Cajus periſſet, audiretque ab illo, ſenatu, multos, tanquam ſe meliores, quibus imperium daretur, deſtinari: nequaquam animi fidens, accurate ſibi cavit, juſſitque omnes ad ſe acceſſuros, viros, & mulieres excuti, ne quem pugionem ſecum ferrent, omnibusque in conviviis aliquot milites adſtantes habuit: quod ab illo demonſtratum hodieque durat: at explorationem, quia per omnia fiebat, Veſpaſianus ſuſtulit.* Noll. Veſp. 12. 6.

8. Salutatoribus, in quorum cœtu repertum eſſe Cn. Novium dixit Tacit. ſupr. 13. 2. §. 2.

9. Apposuit i. adhibuit. Ita licitatorem, accuſatorem, prævaricatorem, cuſtodem *apponere* paſſim apud *Ciceronem* legitur. *Circumjice e cuſtodes* dicit Tacit. Ann. VI. 19. 3. * Ipſi Græci ſcrutatores ſalutatoribus *apponebant*. Curt. VIII. 3. 12. *At ille ſervum, quem ſtare in veſtibulo juſſerat, introduci deſideravit: qui quia caput Spitamenis veſte ſectum habebat, ſuſpectus ſcrutantibus, quid occuleret, oſtendit. Apponebantur* vero, ne telum abſconditum geſtarent. Morem hunc qui Romæ a Claudio obtinuit, neglexit Veſpaſianus. Suet. 12. 6. *Conſuetudinem ſalutantes ſcrutandi, manente adhuc bello civili, omiſerat.*

10. Omnibus ad principem ſalutandi, vel qua alia cauſa promiſcue venientibus.

11. Acerbissimos i. diligentiſſimos, nemini parcentes.

12. Comiti i. majorem amicum deducenti.

13. Librarii antiquis fuerunt, qui ea perſcribebant, quæ ab aliis voce dictabantur, vel ab aliis literis exarata tranſcribebant. Cicer. Fam. XVI. 21. *Peto a te, ut quam celerrime mihi librarius mittatur, maxime quidem Græcus: multum enim mihi eripitur operæ in exſcribendis hypomnematis.* Noſt. Domit. 10. 2. Plura *M. Donatus*.

14. Calamariæ *thecæ*, in quibus *calami* ſervantur ad ſcribendum. Martialis ſub titulo *theca calamaria* XIV. 19.

Sortitus thecam, calamis armare memento.

15. Graphiariæ *thecæ*, in quibus *graphia* (V. Cæſ. 82. 2. §. 11.) ſervantur ad ſcribendum in tabellis ceratis. Martialis *graphiarium* vocat XIV. 21.

Hæc tibi erunt armata ſuo graphiaria ferro.

16. Adimerentur, ne peteretur graphiis, quibus transfoſſos V. ſupr. Cæſ. 82. 2. §. 11.

* 17. Motus civilis per ἐλάττωσιν vocatur bellum civile 1. ad invidiam nominis declinandam. 2. quia initio tantum *motus* eſt: & bellum proprie inter hoſtes geritur, inter *cives* ſunt *commotiones*. Horat. Od. II. 1. 1.

Motum ex Metello conſule civicum.

18. Camillus Furius Scribonianus, de quo 13. 1.

19. Otiosam i. privatam interprete Cicer. Philipp. XI. 8. *Cæſari bellum neceſſitas, faſces ſenatus dedit: otioſo vero, nihil agenti, privato, obſecro te L. Cæſar, quando imperium ſenatus dedit?*

20. Dubitavit i. deliberavit. Senec. Thyeſt. IV. 713.

——— quem prius mactet ſibi,
Dubitat; ſecunda deinde quem cæde immolet.
Nec intereſt; ſed dubitat, & ſævum ſcelus
Juvat ordinare.

Noſt. Ner. 21. 5. *Dubitavit etiam, an privatis ſpectaculis operam inter ſcenicos daret.* Ita enim Salmatii codex MSC. *Gronov. in Senecam.*

* 21. Adhibitis i. conſultis. Cicer. Fam. XI. 7. *Cum adhibuiſſet domi meæ Lupus me, & Libonem, & Servium.* IV. 7. *A tuis reliquis non adhibemur.*

CAPUT XXXVI.

ARG. *Inſidias etiam temere delatas expaveſcit Tiberius Claudius Druſus Cæſar.*

Quaſdam inſidias temere delatas adeo expavit, ut deponere imperium tentaverit. 1. 2
Quodam, ut ſupra [1] retuli, cum ferro circa ſacrificantem ſe deprehenſo, ſenatum per præcones propere convocavit, lacrymiſque & vociferatione miſera-

Digitized by Google

tus [2] eſt conditionem ſuam, cui nihil tuti uſquam eſſet: ac diu publico abſtinuit [3].
3 Meſſalinæ quoque amorem flagrantiſſimum [4], non tam indignitate contumeliarum [5], quam periculi metu abjecit, cum adultero Silio acquiri imperium crediſſet: quo tempore fœdum in modum trepidus ad caſtra confugit [6], nihil tota via quàm, *eſſetne ſibi ſalvum imperium*, requirens.

SUPRA 13. 3.

2. MISERATUR *is, qui conqueritur aliena incommoda.* Feſtus. Claudius etiam ſua hic *miſeratur.* Torrentius.

3. PUBLICO ABSTINUIT *i.* domi ſe continuit, in *publico* non eſt viſus. *Publicum* aliquando pro populi converſatione, & frequentia ponitur. Ita etiam dicimus prodire in *publicum*, credere, committere ſe *publico.* Noſter ſæpius. V. *Bud. in Pandect. p.* 105.

4. FLAGRANTISSIMUM *i.* maximum. Prop. I. 13. 23.

Nec ſi cœleſtem flagrans amor Herculis Heben
Senſit in Oetæis gaudia prima jugis.

Flagrare aliqua eſt illam valde amare. Prop. III. 17. 13.

Teſtis Theſſalico flagrans Salmonis Enipeo,
Qua voluit liquido tota ſubire Deo.

Amor enim ad ignem comparatur. Catul. 35. 15.

——— *ex eo miſellæ*
Ignes interiorem edunt medullam.

Et *luſus ignis* fruſtratus eſt amor. Nemeſ. Eclog. IV. 12.

Tum tandem feſſi, quos luſus adederat ignis.

Cauſam elegantem affert Cyrus apud Xenoph. Κυροπ. V. p. 80. Ὡς τὸ μὲν πῦρ τοὺς ἁπτομένους καίει: οἱ δὲ καλοὶ καὶ τοὺς ἄπωθεν θεωμένους ὑφάπτουσι, ὥστε αἴθεσθαι τῷ ἔρωτι. *Ut ignis urit homines tangentes, ſic formoſi incendunt etiam procul ſpectantes, ut æſtuent amore.* Plura *Tennul. de igne c.* 15.

5. CONTUMELIARUM *i. flagitiorum, dedecorum* ſup. 26. 8.

6. AD CASTRA CONFUGIT.... Tacit. Ann. XI. 31. 2. *Quibus fatentibus, tum certatim cæteri circumſtrepunt, iret in caſtra, firmaret prætorias cohortes, ſecuritati, antequam vindictæ conſuleret. Satis conſtat eo pavore offuſum Claudium, ut identidem interrogaret, an ipſe imperii potens, an Silius privatus eſſet?*

CAPUT XXXVII.

ARG. *Quavis ſuſpicione, auctore etiam leviore ad cavendum, & ulciſcendum compellitur Tiberius Claudius Druſus Cæſar.*

1 Nulla adeo ſuſpicio, nullus auctor tam levis exſtitit, a quo non mediocri ſcrupu-
2 lo injecto [1] ad cavendum ulciſcendumque compelleretur [2]. Unus ex litigatoribus, ſeducto in ſalutatione affirmavit ſe vidiſſe per quietem, occidi eum a quodam.
3 Deinde paullo poſt quaſi percuſſorem agnoſceret, libellum [3] tradentem adverſarium
4 ſuum demonſtravit [4]: confeſtimque is pro deprehenſo ad pœnam raptus eſt. Pari modo oppreſſum ferunt Appium Silanum [5]: quem cum Meſſalina [6] & Narciſſus [7] con-

MEDIOCRI SCRUPULO INJECTO *i.* ſi quis vel minimam moviſſet ſolicitudinem. Scrupuli ſunt minuti lapilli, qui inter ambulandum inſiliunt in calceos hominis, ac pedem torquent. Terent. Andr. V. 4. 37.

At mihi unus ſcrupulus etiam reſtat, qui me male habet.

Ubi Donatus. *Scrupulus a ſcrupo lapide dictus, lapillus minutus: nam nimis moleſta ſunt pedibus ſcrupuloſa via. Virg. Æn.* VI. 238.

Scrupea tuta lacu nigro, nemorumque tenebris.

Inde *injicere ſcrupulum* dicitur, qui ſolicitudinem *injicit* animo cujuſpiam. Terent. Adelph. II. 2. 20. Phorm. V. 7. 61.

Injeci ſcrupulum homini.

V. etiam *Eraſm. Adag. p.* 604.

2. AD CAVENDUM, ULCISCENDUMQUE COMPELLERETUR. Quia,

——— *qui pavet vanos metus,*
Veros meretur.

3. LIBELLUM ſupplicem, in quo de adverſarii injuria querebatur.

4. DEMONSTRAVIT, tanquam is eſſet ille, a quo per quietem vidiſſet Claudium occidi. *Beroaldus.*

5. APPIUM SILANUM conſocerum ſupr. 29. 3. & ſocerum, quia duxerat uxorem Lepidam Meſſalinæ matrem, quam V. ſupr. 26. 7. §. 8. Dio LX. p. 674. A. Τοῦτον γὰρ, εὐγενέστατον τε ὄντα, καὶ τῆς Ἰβηρίας τότε ἄρχοντα, μεταπεμψάμενος, ὥς τι αὐτῷ δεόμενος, καὶ τήν τε μητέρα οἱ τὴν τῆς Μεσσαλίνης συνοικίσας, καὶ αὐτὸν ἔν τε τοῖς φιλτάτοις, καὶ ἐν τοῖς συγγενεστάτοις χρόνον τινὰ τιμήσας, ἔπειτ᾿ ἐξαίφνης ἀπέσφαξεν. *Hunc, Appium Silanum, hominem nobiliſſimum, Hiſpaniæ eo tempore præfectum, quaſi opera ejus indigens accivit, matremque ei Meſſalinæ conjugio junxit, eumque inter amiciſſimos, propinquiſſimoſque aliquamdiu habuit, poſt ſubito interfecit.*

6. MESSALINA, quia ejus concubitum recuſaverat. Dio B. Ὅτι τῇ τε Μεσσαλίνῃ προσέκρουσεν, οὐκ ἐθελήσας αὐτῇ συγγενέσθαι.

7. NAR-

conſpiraſſent perdere, diviſis partibus, alter ante lucem ſimilis attonito [8], patroni cubiculum irrupit, affirmans ſomniaſſe ſe, vim ei ab Appio illatam [9]: altera in admirationem formata [10], ſibi quoque eandem ſpeciem [11] aliquot jam noctibus obverſari retulit. Nec multo poſt ex compoſito [12] irrumpere Appius nuntiatus, cui pridie ad id temporis ut adeſſet præceptum erat, quaſi plane repræſentaretur ſomnii fides [13], arceſſi [14] ſtatim ac mori juſſus eſt. Nec dubitavit poſtero die Claudius ordinem rei geſtæ perferre ad ſenatum, ac liberto gratias agere, quod pro ſalute ſua etiam dormiens excubaret. 5 6

7. NARCISSUS, quem offenderat per Meſſalinam. Dio. Καὶ τῷ Ναρκίσσῳ τῷ ἀπελευθέρῳ αὐτοῦ δὲ ἐχρήσατο.

8. ANTE LUCEM, SIMILIS ATTONITO. Dio. Καὶ αὐτός τε εὐθὺς ὑπὸ τὴν ἕω ἐν τῇ εὐνῇ ἔτι ἐπ' ὄντι ὑπότρομος διηγήσατο. *Idque ei diluculo adhuc in lecto cubanti tremebundus narravit.*

9. VIM EI AB APPIO ILLATAM. Dio. Καὶ (οὐ γὰρ εἶχον, ὅτι ἀληθὲς, ὅτι πιθανόν τι κατ' αὐτοῦ εἰπεῖν) συνέπλασεν ὁ Νάρκισσος, ὡς σφαττόμενον τὸν Κλαύδιον ὑπὸ τοῦ Σιλανοῦ αὐτοχειρίᾳ ἰδών. *Narciſſus, quia neque verum, neque probabile crimen ullum objicere illi, Silano, poterat, finxit in ſomniis vidiſſe ſe Claudium manu ejus occiſum.*

10. IN ADMIRATIONEM FORMATA i. ſimulans ſe *admirari*, compoſita ut *admirari* videretur ſomnium Narciſſi, velut hoc idem ipſa ſomniaſſet. V. *Beroaldum.*

11. EANDEM SPECIEM.... Dio. C. Καὶ ἡ Μεσσαλῖνα παραλαβοῦσα διηγήσατο. *Excepitque ſermonem Meſſalina, & verbis exaggeravit.* * *Species* eſt imago, quæ hominum mentibus præcipue in ſomnio obverſatur. Feſtus in Lymphæ. *Quicunque ſpeciem quandam e fonte, id eſt, effigiem Nymphæ viderint.* Noſt. ſupr. Cal. 50. 8.

12. EX COMPOSITO i. ita Meſſalina & Narciſſus *compoſuerant*, ut id horæ adeſſet Appius Silanus. *Beroaldus.* V. Curt. VII. 1. 5. §. 16.

13. REPRÆSENTARETUR SOMNII FIDES i. re ageretur, quod *ſomnio* erat prædictum.

14. ARCESSI i. accuſari. Cicer. pro Dejot. c. 11. *Non ficto crimine inſectari, non expetere vitam, non capitis arceſſere.* Noſt. Tib. 53. 2. Voluit itaque princeps, inſtar alicujus judicii, aut cognitionis intercedere, ut videretur ſcilicet ſpecie tenus ſaltem, & accuſatus, & condemnatus Silanus. V. *Torrentium.*

CAPUT XXXVIII.

ARG. *Iram atque iracundiam agnoſcit, & excuſat, & ſtultitiam ſub Caio ſe ſimulaſſe quibuſdam oratiunculis teſtatur, editoque libro perſuadet Tiberius Claudius Druſus Cæſar.*

Iræ atque iracundiæ [1] conſcius ſibi, utramque excuſavit edicto, diſtinxitque, pollicitus *alteram* [2] *quidem brevem* [3], *& innoxiam* [4], *alteram non injuſtam fore.* Oſtienſibus, quia ſibi ſubeunti [5] Tiberim ſcaphas [6] obviam non miſerant, graviter correptis, eaque cum invidia, *ut in ordinem ſe coactum* [7] conſcriberet, repente tantum non 1 2

IRA ET IRACUNDIA noſtro differunt, quod *ira* ſit ſubita commotio animi ad ſuccenſendum: *iracundia* plumbea *ira*, & inveterata, quæ longo tempore alitur, & nihil eſt aliud quam odium. Sic enim hæc duo diſtinguit Valer. Max. IX. 3. *Ira quoque & odium in pectoribus humanis magnos fluctus excitant: procurſu celerior illa, nocens cupidine hoc pertinacius.* Græcis θυμὸς dicitur. Proprie tamen *iracundia* eſt ὀργιλότης i. propenſio, & habitus quidam ad *iram*. Donat. in Terent. Adelph. v. 3. 8. Phorm. 1. 4. 12. *Ira de cauſa eſt: iracundia de moribus.* Cicer. Tuſc. Quæſt. IV. 12. *Iracundia ab ira differt: eſtque aliud iracundum eſſe, aliud iratum: ut differt anxietas ab angore; neque enim omnes anxii, qui anguntur aliquando, nec qui anxii ſemper anguntur: ut inter ebrietatem, & ebrioſitatem intereſt: aliudque eſt amatorem eſſe, aliud amantem.* Senec. de Ira 1. 4. *Quid eſſet ira, ſatis explicatum eſt: quo diſtet ab iracundia, apparet: quo ebrius ab ebrioſo, & timens a timido. Iratus poteſt non eſſe iracundus: iracundus poteſt aliquando iratus non eſſe.* V. quoque *Lipſium in Senecam* & *Popm. Diff. verb.* III. *p.* 109.

2. ALTERAM, iram.

3. BREVEM, quia, ut Horat. Epiſt. 1. 2. 62.

Ira furor brevis eſt.

Et Themiſt. Orat. 3. p. 73. Ἐγὼ δὲ οἶμαι, τὴν ὀργὴν μανίαν ὀλιγοχρόνιον εἶναι. *Atqui ego ſtatuo, iram furorem brevem eſſe.*

4. INNOXIAM, quia, ut Valerius §. 1. *nocens cupidine odium eſt pertinacius.*

5. SUBEUNTI i. adverſo flumine aſcendenti.

6. SCAPHAS i. naves minores, quas V. ſupr. Cæſ. 64. 1. §. 4. Major enim, qua vehebatur, quia Tiberis

3 non ſatisfacientis [8] modo veniam dedit. Quoſdam in publico parum tempeſtive ad-
4 euntes manu ſua repulit [9]. Idem ſcribam quæſtorium [10], itemque prætura functum
ſenatorem, inauditos & innoxios relegavit: quod ille adverſus privatum ſe intempe-
rantius affuiſſet [11]: hic in ædilitate [12] inquilinos [13] prædiorum ſuorum contra veti-
titum [14] cocta [15] vendentes multaſſet, villicumque [16] intervenientem flagellaſſet. Qua
5 de cauſa etiam coercitionem popinarum [17] ædilibus ademit. Ac ne ſtultitiam quidem
ſuam reticuit, ſimulatamque [18] a ſe ex induſtria ſub Cajo, quod aliter evaſurus per-
venturuſque ad ſuſceptam ſtationem [19] non fuerit, quibuſdam oratiunculis teſtatus
6 eſt. Nec ante perſuaſit, quam intra breve tempus liber editus ſit, cui index erat
μω-

beris non ſatis profundus, nec velis agi, nec remis impelli poterat.

7. IN ORDINEM COGI dicuntur magiſtratus, qui jure ſuo uti vetantur, & ad privatorum conditionem quodammodo rediguntur. Liv. XLIII. 16. *Eo facto avocatam a ſe concionem tribunus queſtus, & in ordinem ſe coactum.* XXV. 3. *Nec procul dimicatione res erat, cum Fulvius conſul tribunis, nonne videtis, inquit, vos in ordinem coactos eſſe, & rem ad ſeditionem ſpectare?* Noſt. Veſp. 15. 2.

8. SATISFACERE quid ſit, dixi ſupr. Cæſ. 73. 4. §. 15. Senſus eſt, Claudium tam vehementer iraſcentem, ita mox ſe repreſſiſſe, ut *ſatisfacientibus* i. dicentibus nolle eſſe factum, ignoſceret: vel, quod amplius eſt, ipſe inter ignoſcendum *ſatisfacere* quodammodo, ac factum deprecari videretur. *Torrentius.* Sed hoc principi non conveniebat.

9. MANU SUA REPULIT. Quod in principe indecorum eſſe monet *Torrentius.*

10. QUÆSTORIUS *ſcriba* erat, qui fuerat *quæſtoris.* *Quæſtores* enim, qui præerant ærario, habebant *ſcribas*, qui expenſa, illataque in ærarium in librum referebant. Tales hodie ſunt, qui *ſcribæ cameræ* appellantur. Noſt. Veſp. 3. 1. §. 10. V. *Beroaldum*, & *Laz. Comm. R. R.* II. 14.

11. INTEMPERANTIUS AFFUISSET i. libertate nimia in orandis cauſis uſus fuiſſet. *Adeſſe* alicui eſt illius cauſam agere, ut dixi ſupr. Aug. 56. 12. §. 26.

12. IN ÆDILITATE; quia *ædilium* erat cibaria contra vetitum vendentes punire, ut dixi ſupr. Tib. 34. 2. §. 13.

13. INQUILINUS eſt, qui in alienis, præſertim conductis habitat. Cicer. Attic. XIV. 7. *Tabernæ mihi duæ corruerunt, reliquæque rimas agunt: itaque non ſolum inquilini, ſed mures etiam migraverunt.* Philip. II. 41. *At vero te inquilino (non enim domino) perſonabant omnia vocibus ebriorum.* Noſt. Ner. 44. 3.

14. VETITUM, leges ſumptuarias quas V. ſupr. Cæſ. 43. 6. §. 20.

15. COCTA ne quis venderet, quomodo inhibuerit Claudius, docet Dio LX. p. 669. B. *Καὶ ἐπειδὴ μηδὲν ὄφελος ἦν ἀπαγορεύεσθαί τι ἂν τῷ πλήθει μὴ πολλά, ἂν μὴ καὶ ὁ καθ' ἡμέραν αὐτῶν βίος μεταῤῥυθμισθῇ, τά τε καπηλεῖα ἐς ἃ συνιόντες ἔπινον, κατέλυσε, καὶ προσέταξε μήτε κρέας ἑφθὸν, μήθ' ὕδωρ θερμὸν πιπράσκεσθαι: καὶ τινὰς ἐπὶ τούτῳ παρανομήσαντας ἐκόλασε.* *Et quia intelligebat nihil profici, ſi qua re vulgo interdiceretur, niſi vita quoque ejus quotidiana transformaretur, cauponum tabernas, in quas coeuntes potabant, demolitus eſt: & edixit, ne quis carnem elixam, aut aquam calidam venderet: ac in quoſdam contra delinquentes animadvertit.* Inhibuit etiam Nero apud noſtr. 16. 5.

16. VILLICUS ſervus, qui præpoſitus eſt rationibus ruſticis, fructibus percipiendis, univerſoque operi ruſtico. Varr. R. R. I. 2. *Villicus agri colendi cauſa conſtitutus, atque appellatus a villa, quod ab eo in eam convehuntur fructus, & evehuntur, cum veneunt.* Ulpian. Digeſt. XXXIII. 7. 8. *Homines, qui agrum colunt, & qui eos exercent, præpoſitive ſunt his, quorum in numero ſunt villici.* V. *Popm. de oper. ſerv.* p. 34.

17. POPINA quis locus ſit, dixi ſupr. Tib. 34. 2. §. 14.

18. SIMULAVERUNT frequentius ſtultitiam viri magni, vitæ præſidium ſibi contra tyrannos paraturi. L. Junius Brutus apud Dionyſ. A. R. IV. p. 264. *Ταρκύνιος τούς τε ἄλλους ἀνθρώπους πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ τὸν ἐκείνου πατέρα διεχρήσατο ἀφανεῖ θανάτῳ, καὶ σὺν αὐτῷ τὸν πρεσβύτατον υἱόν. ὀρφανὸς δ' ὢν ὁ Βροῦτος ἔτι καὶ κομιδῇ βοηθείας συγγενικῆς ἔρημος, ἔργον ἐπεχείρησε ποιεῖν πάντων φρονιμώτατον: ἠλιθίου ἑαυτοῦ καταψευσάμενος μωρίαν, καὶ διέμεινεν ἅπαντα τὸν ἐξ ἐκείνου χρόνον, ἕως ὁ τὸν ἐπιτήδειον ἔδοξε καιρὸν ἔχειν, φυλάττων τὸ προσποίημα τῆς ἀνοίας, ἐξ ἧς καὶ ταύτης ἔτυχε τῆς ἐπωνυμίας: τοῦτ' αὐτὸν ἐῤῥύσατο μηδὲν ὑπὸ τοῦ τυράννου παθεῖν, πολλῶν ἀνδρῶν ἀπολλυμένων.* *Tarquinius præter alios multos, & bonos viros, ipſius, L. Junii, quoque patrem clandeſtina morte de medio ſuſtulit, & cum eo filium natu maximum, Brutus adhuc juvenis, & omni cognatorum auxilio deſtitutus, rem aggreſſus eſt longe prudentiſſimam: ſtulti enim cognomen aſſumpſit, & ſe ſtultum eſſe ſimulavit, & id cognomen conſtanter retinuit ab illo tempore, ex quo id aſſumpſit, donec occaſionis opportunitatem ſibi oblatam judicavit: hocque unicum fuit illi remedium contra tyranni ſævitiam, in multos, bonoſque viros debacchantis.* Archelaus Cappadox apud Dion. LVII. p. 614. B. Dionyſius apud Plutarch. Timol. p. 242. E. Solon apud Cicer. Offic. I. 30.

19. STATIONEM ſatis verecunde imperii adminiſtrationem appellat. *Sabellicus.* Lucan. I. 46.

——— cum ſtatione peracta
Aſtra petes ſerus.

20. Mo-

μωρῶν ἀνάστασις [20]. Argumentum autem, *ſtultitiam neminem fingere* [21].

20. *Μωρῶν ἀνάστασις, ſtultorum reſtitutio.*

21. Stultitiam nemo fingit. Nam Gallio Vibio, qui *fuit tam magnæ olim eloquentiæ, quam poſtea inſaniæ, accidiſſe uni ſcio, ut in inſaniam non caſu inciderit, ſed judicio pervenerit; nam dum inſanos imitatur, dum lenocinium ingenii furorem putat, quod ſimulabat, ad verum redegit.* Senec. Contr. 9. Declam. II. I.

CAPUT XXXIX.

ARG. *Valde obliviosus, & inconſiderans eſt Tiberius Claudius Druſus Cæſar.*

Inter cætera in eo mirati ſunt homines & oblivionem [1] & inconſiderantiam [2]: vel, 1
ut Græce dicam, μετεωρίαν [3] & ἀβλεψίαν [4]. Occiſa Meſſalina, paullo poſtquam 2
in triclinio decubuit [5], *cur domina* [6] *non veniret*, requiſivit [7]. Multos ex iis, quos 3
capite damnaverat, poſtero ſtatim die, & in convivium, & ad aleæ luſum admoneri [8] juſſit, & quaſi morarentur, ut ſomniculoſos per nuntium increpuit. Ducturus 4

contra

Oblivionem vocat etiam, & ejus exemplum inſigne adfert Tacit. Ann. XI. 38. 2. *Nuntiatum Claudio epulanti periiſſe Meſſalinam, non diſtincto, ſua, an aliena manu: nec ille quæſivit; popoſcitque poculum, & ſolita convivio celebravit. Ne ſecutis quidem diebus, odii, gaudii, iræ, triſtitiæ, ullius denique humani affectus ſigna dedit, non cum lætantes accuſatores adſpiceret, non cum filios mœrentes. Juvitque oblivionem ejus ſenatus.*

2. Inconsiderantiam dicit & Cicer. Q. Frat. III. 9. *Cujus in hoc uno inconſiderantiam & ego ſuſtinebo.*

3. Μετεωρίαν i. incertitudinem. Μετέωρος dicitur ſuſpenſus, incertus, dubius maxime de præteritis. V. ſupr. 4. II. §. 28. Putat Cataubonus & h. l. & ad Theophr. Charact. c. 15. ἀναισθησίαν, *ſtupiditatem*, dici, & βραδύτητα ψυχῆς ἐν λόγοις καὶ πράξεσιν, *tarditatem animi, ſeu dicendum, ſeu faciendum ſit aliquid*, definiri Theophraſto h. l. &, quæ hoc loco commemorantur, ἀναισθησίας Theophraſteæ eſſe exempla. Unde cum Nero *die funeris laudationem* Claudii *exorſus eſſet, & ad providentiam ſapientiamque fle iſſet, nemo riſui temperavit, quamquam oratio a Seneca compoſita multum cultus præferret.* Tacit. Ann. XIII. 3. 3.

4. Ἀβλεψίαν vocem uſurpat etiam Serv. ad Virg. Æn. VII. 647. *Scienda eſt poetæ affectatio, nam ablepſiam nefas eſt dicere.*

5. Decumbere verbum eſt ægrotorum Ner. 48. 7. ita ut interdum ſit etiam triclinare. Plaut. Aſin. V. I. I.

Agedum, decumbamus ſis; pater. DE. *ut juſſeris,*
Mi gnate, ita fiet. AR. *pueri, menſam apponite.*

Terent. Phorm. II. 2. 28.

Prior bibas, prior decumbas.

6. Dominas uxores ſuas vocare ſolebant Romani. Epictet. Enchir. c. 62. Αἱ γυναῖκες εὐθὺς ἀπὸ τεσσαρεσκαίδεκα ἐτῶν ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν κυρίαι καλοῦνται. *Mulieres ſtatim ab anno decimo quarto a viris dominæ vocantur.* Uxor viro fortunarum ſocia eſt, & ut domus ille *dominus*, ita hæc *domina* eſt. Hoc ſibi vult vetus illud verbum: *ubi tu Cajus, ego Caja.* Hinc *ſocia rei humanæ, atque divinæ domus* i. religionis, & ſacrorum *ſuſcipitur* Cod. IX. 32. 4. Atque *hæc ſocietas vitæ quodammodo dominam eam facere* ſtatuitur a Nerva & Caſſio. Virg. Æn. VI. 397.

Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti.

Ubi Servius. *De Græco tractum eſt, quia uxorem* δέσποιναν *dicunt.* V. Ritterſh. *Oppian. p. 3. Lyd. Serm. Conv. II. p. III. Hotman. Rit. Nupt. c. 23. Forner. Select. I. II. Barth. Calpurn.* III. 50. *Lipſ. in Tacit. Ann. p. 55. Almelov. Antiq. ad Gen.* 18. 12. *Tiraq. in V. Leg. Connub. Gloſſ. I. p. 5. n.* II. 12. 13.

7. Requisitam ab interitu a Claudio Meſſalinam negat Tacit. ſupr... §. I. affirmat noſter; & ejus rei cauſam aſſignat mirum hominis ſtuporem; ſed videamus, ne verior cauſa ſit, amoris, nondum penitus exſtincti, impatientia: nam idem plane accidit Herodi Magno, principi nihil minus quam μετεώρῳ καὶ ἀναισθήτῳ, cum uxorem ſuam Mariamnem occidiſſet. Ille enim ita ſuccubuit dolori, ut non tantum ſæpe miniſtros juſſerit vocare illam, quaſi adhuc viventem. Joſeph. Ant. Jud. XV. II. Καὶ τοσοῦτον ἥττητο τοῦ πάθους, ὥς τι αὐτῷ ἤδη καὶ καλεῖν τὴν Μαριάμμην προστάξαι τοῖς ὑπηρέταις, ὡς ζώσαν ἔτι καὶ δυναμένην ὑπακούειν. Sed ipſe, quia tanta cupidinis vis erat, ut ne mortuam quidem putaret eam, præ ægritudine tanquam vivam allocutus fuerit. Joſeph. de Bell. Jud. I. 17. Τοσαύτη δὲ ἦν φλεγμονὴ τῆς ἐπιθυμίας ὡς μηδὲ τεθνάναι δοκεῖν αὐτὴν, ὑπὸ δὲ κακώσεως ὡς ζώσῃ προσλαλεῖν. V. & *Caſaubonum.*

8. Admoneri i. vocari, illis tempus eſſe, ut venirent, ſignificari. Ita enim pro *admoveri* legit Turneb. Adv. XXII. 32. & ab editoribus recentioribus, cum exhibeant codex Salmaſii & tres Palatini, & receperint Pulmannus & Torrentius, rejectum miratur talium peritiſſimus J. G. Grævius. Dio LX. p. 674. A. ſimpliciter verbo ἐπιζητεῖν hoc

ipſum

contra fas Agrippinam uxorem, non ceſſavit omni oratione *filiam* [9] & *alumnam*, & *in gremio ſuo natam, atque educatam* prædicare. Adſciturus [10] in nomen familiæ Neronem, quaſi parum reprehenderetur [11], quod adulto [12] jam filio privignum adoptaret [13], identidem divulgavit, *neminem unquam per adoptionem familiæ Claudiæ inſertum* [14].

ipſum ſignificavit, & cauſam ſimul adjecit. Πολλάκις ἐξαπιναίως ἐκπλαγεὶς, καὶ κελεύσας τινὰ ἐκ τοῦ παραχρῆμα περιδεοῦς ἀπολέσθαι, ἔπειτα ἀνενεγκὼν, καὶ ἀναφρονήσας, ἐπεζήτει τε αὐτὸν, καὶ μαθὼν τὸ γεγονὸς, ἐλυπεῖτό τε καὶ μετεγίνωσκεν. *Sæpenumero repente conſternatus, necari aliquem ex formidine ſubita quum juſſiſſet, poſt ubi ſe collegiſſet, & ad mentis ſanitatem rediiſſet, eundem requirebat, facinoriſque cogniti dolore & pœnitentia corripiebatur.*

9. Filiam.... dum prædicat Agrippinam Claudius, ſuæ ἀνομίας, & flagitii circumſtantes ſedulo admonet ſtultus, cum perſonarum ſibi conjunctarum nuptias qui appetunt, id potius agant, ut cognationem diſſimulent, aut penitus negent. *Filiæ* nuptias appetere, nefas eſt omnium maximum: proximum huic, *alumnæ*, quæ quidem *filiæ γνησίας* loco fuerit habita. Juſtinian. Cod. v. 4. 26. *Nec enim homo ſic impius invenitur, ut quam ab initio loco filiæ habuit, eam poſtea in ſuo collocet matrimonio.* V. *Caſaubonum.*

* 10. Adsciturus ab Agrippina uxore perſuaſus. Dio lx. p. 686. D. Τόν τε υἱὸν ἐσποιήσασθαι τὸν Κλαύδιον ἀναπείσασα, καίτοι παῖδας ἔχοντα.

* 11. Reprehendi ea de re omnino debuit Claudius, æque ac a Cicerone Clodius pro Dom. c. 13. *Quid eſt horum in iſta adoptione quæſitum: Adoptat annos viginti natus, etiam minor, ſenatorem. Liberorumne cauſa? At procreare poteſt, habet uxorem: ſuſcepit etiam liberos: exheredabit igitur pater filium?* Unde & ſuo tempore Ulpian. Digeſt. 1. 7. 17. §. 3. *Videndum eſt, annon debeat permitti ei, qui vel unum habebit, vel plures liberos, adoptare alium: ne aut illorum, quos juſtis nuptiis procreaverit, deminuatur ſpes, quam unuſquiſque liberorum obſequio paret ſibi....* Et non niſi coactus Germanicum adoptavit Tiberius ſupr. 15. 2. *Perizon. Anim. Hiſtor. c. 3.*

12. Adulto, nonum ætatis annum agenti, utpote nato vigeſimo die imperii (V. ſupr. 27. 5. §. 15.) ſuſcepti anno ab U. C. 794. quo Claudius pater II & C. Cæcina Largus, ut Faſti Capitolini, & ex illis Pigh. Ann. iii. p. 571. tradunt, conſules fuerunt. Dio ſecundum Claudii conſulatum deſcribens lx. p. 673. B. dicit. Οὕτω τε ὡς ἀληθῶς ἐς πάντα τὰ τοιαῦτα ἐμετρίαζεν, ὥς τε γεννηθέντος αὐτῷ υἱοῦ, ὃς ποτὲ μὲν Κλαύδιος Τιβέριος Γερμανικὸς, ὕστερον δὲ καὶ Βρεττανικὸς ἐπωνομάσθη, οὔτ᾽ ἄλλο τι ἐπιφανὲς ἔπραξεν. *Utebatur omnino ea moderatione, ut nato quoque ſibi filio, qui tum quidem Tiberius Claudius Germanicus, poſtea Britannicus appellatus eſt, nihil ſplendide egerit.*

13. Adoptaverit quando Neronem, dicam infr. Ner. 7. 2. §. 1.

12. Neminem.... familiæ Claudii insertum. Tacit. Ann. xii. 25. 4. *Adnotabant periti, nullam antehac adoptionem inter patricios Claudios reperiri, eoſque ab Atta Clauſo continuos duraviſſe.*

CAPUT XL.

ARG. *Sermonis, & rerum adeo negligens eſt, ut nec quis, nec inter quos, quove tempore, ac loco verba faciat, ſciat, ac cogitet Tiberius Claudius Druſus Cæſar.*

1 Sermonis [1] vero, rerumque tantam ſæpe negligentiam oſtendit, ut nec quis, nec inter quos, quove tempore, ac loco verba faceret, ſcire ac cogitare exiſtimaretur.
2 Cum de laniis, ac vinariis [2] ageretur, exclamavit in curia: *Rogo vos, quis poteſt ſine offula* [3] *vivere?* deſcripſitque abundantiam veterum tabernarum [4], unde ſolitus

Sermonis rationem omnino habendam eſſe monet Cicer. Off. 1. 37. *Videat in primis, quibus de rebus loquatur: ſi ſeriis, ſeveritatem adhibeat: ſi jocoſis, leporem, in primiſque provideat, ne ſermo vitium aliquod indicet ineſſe moribus.... Danda igitur opera eſt, ut etiam ſi aberrare ad alia cœperit, ad hæc revocetur oratio: ſed, utcumque aderunt res, neque enim omnes iiſdem de rebus, nec omni tempore, nec ſimiliter delectamur.*

2. Vinarius eſt qui *vina* vendit. Plaut. Aſin. ii. 4. 30.

Vina, quæ heri vendidi vinario Exarambo.

Pœn. iv. 2. 16.

Vinariorum habemus noſtra delectum domi.

Lampr. Alex. Sev. c. 33. *Corpora omnium conſtituit, vinariorum....* Inſcriptio Romana. C. SEN::::O. REGVLLIANO. EQ. R. DIFFVS. OLEARIO. EX. BAETICA. CVRATORI. EIVSDEM. CORPORIS. NEGOT. VINARIO. LVGDVN. Apud alios vix invenitur.

3. Offulam propter lanios dicit. Sunt enim *offulæ* fruſta veluti libraria, in quæ caro conciditur. Colum. R. R. xii. 53. *Caro in libraria fruſta conciditur: deinde in ſeriam ſubſternitur ſal coctum, ſed modico*

tus eſſet vinum olim & ipſe petere [5]. De quæſtore [6] quodam candidato inter cauſas 3
ſuffragationis ſuæ poſuit, *quod pater ejus frigidam [7] ægro ſibi tempeſtive [8] dediſſet.* In- 4
ducta teſte [9] in ſenatu, *hæc*, inquit, *matris meæ liberta & ornatrix [10] fuit: ſed me pa-*
tronum ſemper exiſtimavit. Hoc ideo dixi, quod quidam ſunt adhuc in domo mea, qui
me patronum non putant [11]. Sed & pro tribunali, Oſtienſibus quiddam publice oran- 5
tibus, cum excanduiſſet [12], *Nihil habere ſe vociferatus [13] eſt, quare eos demereatur, ſi*
quem alium, & ſe liberum eſſe [14]. Nam illa ejus quotidiana, & plane omnium hora- 6
rum & momentorum erant [15], *Quid, ego tibi Theogonius [16] videor?* & λάλει καὶ μὴ θίγγανε [17]:
mul-

dice infractum: deinde offulæ carnis ſpiſſe componuntur, & alternis ſal ingeritur. Feſtus. *Penitam offam Nævius appellat alſegmen carnis cum coda. Antiqui autem offam vocabant abſciſſam globi forma, ut manu glomeratam pultem.* V. etiam *Beroaldum.*

4. TARERNARUM *vinariarum.*

5. VINUM PETERE ex tabernis dum ſe ſolitum eſſe dicit Claudius, imprudens exiſtimationi ſuæ plurimum detrahit. Quippe apud veteres viliſſimorum tantum hominum fuit e taberna *vinum petere*, non e cella ſua. Cicer. in Piſon. c. 27. *Piſtor domi nullus, nulla cella: panis & vinum a propola, atque de cupa.* Plutarchus de Dionyſio juniore in ſumma tenuitate poſt amiſſam tyrannidem degente, Timoleont. p. 242. D. Οὐδεὶς γὰρ οὔτε φύσεως ὁ τότε καιρὸς, οὔτε τέχνης, ὅσον ἐκεῖνο τύχης ἔργον ἀπεδείξατο, τὸν Σικελίας ὀλίγον ἔμπροσθεν τύραννον, ἐν Κορίνθῳ διατρίβοντα περὶ τὴν ὀψόπωλιν, ἢ καθήμενον ἐν μυροπωλίῳ πίνοντα κεκραμένον ἀπὸ τῶν καπηλείων. *Nullum enim tantum vel natura ea tempeſtas, vel artis, quantum illud fortuna opus edidit, quæ illum oſtendit paullo ante Siciliæ tyrannum agentem cum muliere, quæ exercebat popinam, vel in myropolio ſedentem, bibentem ex cauponis dilutum.* V. *Caſaubonum.*

6. QUÆSTORE principis, cujus officium V. ſupr. Aug. 65. 7. §. 22.

7. FRIGIDAM aquam, de cujus uſu Celſ. III. 9. *Poſt Hippocratem fuit Petron quidam, qui febricitantem hominem, ubi acceperat, multis veſtimentis operiebat, ut ſimul calorem ingentem, ſitimque excitaret. Deinde, ubi paullum remitti cœperat febris, aquam frigidam potui dabat; ac ſi moverat ſudorem, explicuiſſe ſe ægrum judicabat: ſi non moverat, plus etiam aquæ frigidæ ingerebat, & tum vomere cogebat.*

* 8. TEMPESTIVE frigidam *ægris dando mirabili artificio mentes traxit Aſclepiades.* Plin. XXVI. 3.

9. INDUCERE TESTEM mulierem vetitum erat legibus, quæ illam a dicendo teſtimonio excludunt: niſi fuerit crimen læſæ majeſtatis: tunc enim mulieres audiuntur: & conjurationem Catilinæ Fulvia mulier detexit. V. *Beroaldum.*

10. ORNATRICES vocabantur, quæ crines diſponebant. Feſtus in acus. *Acus dicitur, qua ſarcinatrix, vel etiam ornatrix utitur.* Dicebantur ab officio, ut & Græcis κομμώτριαι. Heſychius Κομμώτρια κοσμοῦσα τὰς τρίχας & κομμῶται. Clem. Alex. Pædag. III. 4. Κομμῶται δὲ καὶ κομμώτριαι περὶ τὰς γυναῖκας ἀμφιπολεύοντα: αἱ μὲν τὰ κάτοπτρα: αἱ δὲ τοὺς κεκρυφάλους: ἄλλαι τοὺς κτένας. *Ornatores autem & ornatrices mulieribus ornandis deſerviunt: & hæ quidem ſpeculis, illæ autem vittis, aliæ vero præſunt pectinibus.* V. *Torrentium, Wouwer. in Petron. p. 472. Mol. Long. Paſtor. p. 21. Kobierzyk. de lux. Rom. I. 6.*

11. ME PATRONUM NON PUTANT, q. mihi, ut mentis minus ſanæ homini, pater moriens nullos dederit libertos.

12. EXCANDESCENTIA *irritabilitas* vocatur Apul. dogm. Plat. I. p. II. & *eſt ira naſcens, & modo exſiſtens, quæ θύμωσις Græce dicitur,* ut illam definit Cicer. Tuſc. Quæſt. IV. 9. Et *excandeſcere* iraſci. Cicer. Fam. VIII. 12. *Id poſtquam reſciit, excanduit.* Colum. R. R. VII. 12. *Satis eſt ſeveros eſſe, nec blandos, ut nonnunquam etiam conſervos iratius intueantur, ſemper excandeſcant in exteros.* Proprie vehementer eſt incendi. Cato R. R. c. 96. *Nam ſi in tecto coquas, quum bitumen, & ſulphur additum eſt, excandeſcet.* Noſt. Ner. 40. 8. Veſp. 14. 3.

13. VOCIFERARI eſt *voce* effrenata, non modo dolorem, ſed etiam indignationem oſtendere. Vall. Eleg. V. 52. Cicer. pro Sext. Roſc. c. 4. *His de rebus tantis, tamque atrocibus, neque ſatis me commode dicere, neque ſatis graviter conqueri, neque ſatis libere vociferari poſſe intelligo.* Noſt. Aug. 23. 4. Cal. 36. 3. Vit. 17. 2.

14. SI QUEM ALIUM, ET SE LIBERUM ESSE, elocutio eſt frequens, qua ſignificamus, nos eſſe *liberos:* prout quiſquam *alius liber* reperiri poſſit. *Beroaldus.*

15. OMNIUM HORARUM ET MOMENTORUM ERANT i. *omnibus horis & momentis* hæc dicebat.

16. THEOGONIUS, tanquam per interrogationem diceret Claudius, ſe videri ex diis genitum. Et hoc Beroaldo placet. Scaligeri vero Epiſtol. 37. & 40. & ex illo Caſauboni, quia eſt meliorum manuſcriptorum, *Telegennius* mihi magis arridet. Videtur enim celeberrimi, & notiſſimi tunc in Urbe ſtulti, cui Claudius comparari noluerit, nomen fuiſſe. Certe inter gentes Romanas fuit & iſto nomine una. Lapis vetus, quem laudat Scaliger, ſic habet. DIS. MANIBVS. C. TELEGENNI. OPTATI. Interim & Turnebum evolvere poteris Adv. XXII. 32: XXVII. 19.

17. Λάλει καὶ μὴ θίγγανε ex antiquis & archetypis libris adfert, & optime, *loquere, ſed verberibus*

multaque talia etiam privatis deformia, nedum principi, neque infacundo, neque indocto [18], imo etiam pertinaciter liberalibus ſtudiis dedito.

parce, interpretatur Turneb. Adv. XXII. 32. ita ut parum pro dignitate, & imperio locutus ſit Claudius iſta uſurpans, quaſi plagas, & verbera veritus fuerit: & jure, ut inconſiderati hominis verba, hæc notaverit noſter. Et his plane aſſentitur criticorum acutiſſimus *Grævius*.

18. FACUNDIA ET DOCTRINA Claudio in primis expetenda erant; non pauci enim ſunt diſerti quidem, ſed parum docti, vel contra eruditi citra facundiam. Videntur quoque hæc poſſe ſejungi, ut ab aliis doctrina rerum, ab aliis facundia verborum expetatur. *Beroaldus*.

CAPUT XLI.

ARG. *In adoleſcentia hiſtoriam ſcriptam, & frequenti auditorio commiſſam ægre perlegit, in principatu plurima ſcribit, & aſſidue recitat, & tres literas novas comminiſcitur Tiberius Claudius Druſus Cæſar.*

1 Hiſtoriam [1] in adoleſcentia [2], hortante Tito Livio, Sulpicio vero Flavo etiam ad-
2 juvante, ſcribere aggreſſus eſt. Et cum primum frequenti auditorio commi-
ſiſſet [3], ægre perlegit, refrigeratus [4] ſæpe a ſemetipſo [5]. Nam cum initio recita-
tionis defractis compluribus ſubſelliis [6] obeſitate cujuſdam, riſus exortus eſſet, ne
ſedato quidem tumultu [7] temperare potuit, quin ex intervallo ſubinde facti remi-
3 niſceretur [8], cachinnoſque revocaret. In principatu quoque & ſcripſit plurimum
4 & aſſidue recitavit [9] per lectorem [10]. Initium autem ſumpſit hiſtoriæ poſt cædem
5 Cæſaris dictatoris. Sed & tranſiit ad inferiora tempora [11], cœpitque a pace civili [12]:
cum

HISTORIARUM Claudii meminiſſe etiam Plinium monui ſupr. 21. 3. §. 15.

2. IN ADOLESCENTIA, utpote antequam annos octo & viginti haberet. Titus enim Livius, quo hortante hiſtoriam ſcripſit, Euſebio teſte, *Patavii mortuus* eſt anno primo olymp. 199. qui fuit quartus imperii Tiberii, & ab U. C. 771. conſulibus, ut docent Faſti, tum Siculi, tum Capitolini, & ex illis Pigh. Ann. III. p. 548. M. Junio Silano, & L. Norbano Flacco Balbo. Claudius vero natus fuit anno ab U. C. 743. ut dixi ſupr. 2. 1. §. 1.

3. FREQUENTI AUDITORIO COMMISISSET i. veluti in certamen, ac contentionem variæ judicantium conjeciſſet. Hoc eſſe *committere* dictum eſt ſupr. Aug. 89. 8. §. 25.

4. REFRIGERARI i. parum ſecundis acclamationibus excipi, minore ſtudio audiri. Paterc. II. 83. 2. *Plancus Glaucum cum ſaltaſſet, in convivio refrigeratus ab Antonio.* Noſt. vit. Lucan. §. 5. *Frigus* & favor contraria ſunt: ut favore excitatur ſtudium, ita *frigore* minuitur. Senec. Contr. II. 11. *In hac controverſia Triarius dixerat: non ſcies an exores, niſi ultimus dies venerit: & tunc, quoad lucebit, perſeverabo. Deinde cum ſcholaſticorum ſummo frigore* (ita pro *fragore* legit Caſaubonus) *& tu quiſquis es carnifex, cum ſtrictam ſuſtuleris ſecurim, antequam feries, patrem reſpice.* Hoc intelligere Senecam, declarant, quæ ſtatim ſequuntur. *Belle deridebat hoc Aſinius Pollio.* V. ſupr. Aug. 66. 6. §. 20.

5. A SEMETIPSO, ob cachinnos, qui inter recitandum ſubinde ei recurrerent. *Torrentius.*

6. SUBSELLIIS, quia alia ſuper alia fuere conſtituta per gradus quoſdam. Ab hoc ſcandendi actu βάθρα Græcis & ἀναβάθρα dicuntur. Juven. Sat. III. 46.

Et quæ conducto pendent anabathra tigillo.

Chiment. Biſell. c. 21.

* 7. TUMULTU i. ſtrepitu effuſe ridentium. Ita plauſus theatralis dicitur *ſeditio* Auſon. Id. 17. 11....

—— *Cuneati hinc læta theatri Seditio.*

8. REMINISCI eſt ex aliquo veſtigio conſervato, & incolumi referre ſe in cognitionem ejus, quod memoria excidiſſe videatur. *Rhodig. A. L.* XX. 9.

9. RECITAVIT ſua aliis, & aliorum *recitationibus* libenter interfuit Claudius. Plin. Epiſt. I. 13. *At hercule memoria parentum, Claudium Cæſarem ferunt, cum in Palatio ſpatiaretur, audiſſetque clamorem, cauſam requiſiſſe: cumque dictum eſſet, recitare Nonianum, ſubitum recitanti inopinatumque veniſſe.*

10. LECTOREM i. anagnoſten, quem in Attici convivio auditum fuiſſe, dixit Nepos ſupr. Aug. 74. 6. §. 14.

11. TRANSIIT AD INFERIORA TEMPORA relicta illa materia, quam non videtur abſolviſſe. Fuit enim circiter quatuordecim annorum, ab anno n, ab U. C. 709. quo periit Cæſar, ad annum 723. quo ad Actium præcedente anno ſuperatus, in Ægyptum fugere coactus periit Antonius. V. & *Babelonium*.

12. PACE CIVILI, quæ imperante Auguſto tumultibus urbanis ex omni parte tranquillitatis facta eſt anno ab U. C. 724. V. *Beroaldum*, *Babelonium*, & *ſupr. Aug.* 22. 1. §. 6.

13. Ne-

cum ſentiret neque libere, neque vere ſibi de ſuperioribus tradendi poteſtatem relictam [13], correptus ſæpe & a matre [14] & ab avia [15]. Prioris materiæ duo volumina, poſterioris [16] unum & quadraginta reliquit. Compoſuit & de *vita ſua* octo volumi- 6
na, magis inepte quam ineleganter [17]. Item *Ciceronis* [18] *defenſionem* [19] *adverſus Aſinii Galli* [20] *libros* [21] ſatis eruditam. Novas etiam commentus eſt literas [22] tres [23], ac 7
numero veterum [24] quaſi maxime neceſſarias addidit. De quarum ratione cum pri- 8
vatus adhuc volumen edidiſſet, mox princeps non difficulter obtinuit, ut in uſu quoque promiſcuo [25] eſſent. Extſtat talis ſcriptura in plerisque libris [26], ac diurnis [27], 9
titulisque operum.

13. NEQUE LIBERE, NEQUE VERE.... Unde Tacit. Hiſt. I. I. I. *Poſt conditam Urbem 720. prioris ævi annos multi auctores retulerunt; dum res populi Romani memorabantur, pari eloquentia, ac libertate. Poſtquam bellatum apud Actium, atque omnem poteſtatem ad unum conferri pacis interfuit; magna illa ingenia ceſſere. Simul veritas pluribus modis infracta; primum inſcitia Reipublicæ, ut alienæ, mox libidine aſſentandi, aut rurſus odio adverſus dominantes: ita neutris cura poſteritatis, inter infenſos, vel obnoxios.*

14. MATRE *Antonia*, quæ M. Antonii filia.

15. AVIA materna, Octavia, Antonii uxore. De hujus etiam dimiſſæ erga maritum affectu multa Plutarch. Anton. p. 941. A. Vel etiam paterna, Livia, quæ nec illum fortaſſis ſcribentem æquo animo tulerit, cujus ante Auguſtum maritus & ipſe Antonii partes ſecutus fuerit. *Torrentius.*

16. POSTERIORIS *materiæ*, *quam cœpit a pace civili*, librum quartum laudat Priſcian. VI. p. 697. *Cancer cancri*, *quod neutrum etiam invenitur*, *ſed quando morbum ſignificat. Claudius in hiſtoriarum IV. Ut videret, ne reſpueret, terminaret literis adlivalis* (lateris ulcus *in aliis* divinat Caſaubonus) *quod terminatione ad cancer pervenerit.*

17. MAGIS INEPTE, QUAM INELEGANTER I. in illis voluminibus erant nonnulla parum prudenter ſcripta, licet ſatis erudita. Forte ultra decorum, quod *ineptum* eſt, ſe laudaverit Claudius.

*18. CICERO expertus eſt judicium iniquum Chalcenteri Didymi. Ammian. XXII. 16. *Chalcenterus Didymus, multiplicis ſcientiæ ſcriptis memorabilis, in illis ſex libris, ubi nonnunquam imperfecte Tullium reprehendit*.... Aſinii Galli, & Largii Licinii. Gellius §. 21.

* 19. DEFENDIT Ciceronem adverſus Didymum Suetonius noſter. Suidas in Τράγκυλλος. Σουητώνιος ἔγραψε περὶ τῆς Κικέρωνος πολιτείας βιβλίον ά. Ἀντιλέγει δὲ τῷ Διδύμῳ. *Suetonius ſcripſit de Ciceronis republica librum I. Refragatur autem Didymo.*

20. ASINIUM GALLUM *filium* Aſinius Pollio luculentus ille orator *reliquit magnum oratorem: niſi illum* (*quod ſemper evenit*) *magnitudo patris non produxiſſet, ſed obruiſſet.* Senec. Contr. IV. proœm. p. 442.

21. LIBROS ſcripſit Aſinius Gallus, in quibus patrem Ciceroni longe anteponit. Plin. Epiſt. VII. 4. *Legebantur in Laurentino mihi libri Aſinii Galli de comparatione patris & Ciceronis.* De quibus etiam ibidem Plinius.

Cum libros Galli legerem, quibus ille parenti
Auſus de Cicerone dare palmamque decuſque.

Unde *Ciceromaſtigi* jungitur Gell. N. A. XVII. I. *Nonnulli tam prodigioſi, tamque vecordes exſtiterunt* (*in quibus ſunt Gallus Aſinius, & Largius Licinius, cujus liber etiam fertur infando titulo, Ciceromaſtix*) *ut ſcribere auſi ſint*.... V. etiam *Beroaldum* & *Catanæum in Plinium.*

22. LITERAS I. *literarum* formas, ut Tacit. Ann. XI. 13. 3. *Ac novas literarum formas addidit, vulgavitque.*

23. TRES *literas commentus* eſt Claudius I. Digamma Aeolicum, cujus facies literæ F inverſæ. Quintil. Inſtit. I. 7. *Nec inutiliter Claudius Æolicam illam F ad hos uſus literarum adjecerat.* Hoc digamma etiam hodie in lapidibus Claudianis: quorum unus apud Pigh. Ann. III. p. 581. ſic habet:

TI. CLAVDIVS
DRVSI F. CAISAR
AVG. GERMANICVS
PONT. MAX. TRIB. POT.
VIIII. IMP. XVI. COS. IIII.
CENSOR. P. P.
AVCTIS. POPVLI. ROMANI
FINIBVS. POEMERIUM
AMPLIAℲIT. TERMINAℲITQVE.

pro TERMINAVIT AMPLIAVITQVE ET DIℲI. AVGVSTI, pro DIVI. Sic OCTAℲIA, XVℲIR, VIIℲIR ſcriptum pro OCTAVIA, XVVIR, VIIVIR. II. Antiſigma. Priſcian. I. p. 558. Ædit. Putſch. *Huic S præponitur P, & loco ψ fungitur. Pro qua Claudius Cæſar antiſigma hac figura ↄc ſcribi voluit, ſed nulli auſi ſunt antiquam ſcripturam mutare.* Antiſigma ideo, quia duo ſigmata obverſo dorſo ↄc. Hac enim ſemilunæ figura priſci Græci ſigma formabant. In III litera hæremus, nec auxilio eſt Grammaticorum manus. *Lipſ. in Tacit. Ann. p.* 117. *Ryck. in Tacit. p.* 133. V. tamen & *Voſſ. Gramm.* I. 24. *Hug. de ſcrib. orig. c.* 4. *Noriſ. Cenot. Piſan. Diſſert.* IV. *p.* 470.

24. VETERES ſedecim ſaltem habuiſſe literas docent nos Plinius & Priſcianus. Ille VII. 56. *Utique in Græciam intuliſſe e Phœnice Cadmum ſedecim numero.* Hic I. p. 542. *Apud antiquiſſimos Græcorum non plus quam ſedecim erant literæ, quibus ab illis acceptis Latini antiquitatem ſervaverunt perpetuam.*

25. IN USU PROMISCUO *ut eſſent*. Tacit. Ann. XI.

14. 4.

Digitized by Google

14. 4. *Quo exemplo Claudius tres literas adjecit, quæ uſui, imperitante eo: poſt obliteratæ, adſpiciuntur etiam nunc in ære publicandis plebiſcitis per fora, ac templa fixo.*

26. Libris actorum. *Torrentius.*

27. Diurnis, quæ *acta diurna* dicuntur ſupr. Cæſ. 20. 1. §. 4.

CAPUT XLII.

ARG. *Græca ſtudia ſequitur, in ſenatu pro tribunali Græce loquitur, tribuno ſignum petenti Græcum carmen dat, & Græcas hiſtorias ſcribit Tiberius Claudius Druſus Cæſar.*

1 Nec minore cura Græca ſtudia ſecutus eſt, amorem præſtantiamque linguæ oc-
2 caſione omni profeſſus. Cuidam barbaro Græce & Latine diſſerenti, *Cum*
3 *utroque* inquit, *ſermone noſtro* [1] *ſis peritus* [2]. Et in commendanda patribus conſcriptis
4 Achaja [3], *gratam ſibi provinciam* ait *communium ſtudiorum* [4] *commercio*. Ac ſæpe in
5 ſenatu legatis perpetua [5] oratione [6] reſpondit. Multum vero pro tribunali etiam
6 Homericis locutus eſt verſibus. Quoties quidem hoſtem, vel inſidiatorem ultus eſ-
ſet, excubitori tribuno [7] ſignum de more poſcenti non temere aliud dedit, quam [8],

Ἄνδρ' ἐπαμύνασθαι, ὅ τε τις πρότερος χαλεπήνῃ [9].

7 Denique & Græcas ſcripſit hiſtorias [10] Τυῤῥηνικῶν [11] XX, Καρχηδονιακῶν [12] VIII. Qua-
rum cauſa veteri Alexandriæ Muſeo [13] additum ex ipſius nomine [14]: inſtitutumque, ut quotan-

Utroque sermone nostro, tanquam ſermo Græcus non minus familiaris eſſet illi quam Latinus. *Beroaldus.*

2. Peritus *ſermone*. Ita & Paull. Digeſt. XXXIII. 7. 19. *Servum arte fabrica peritum, qui annuam mercedem præſtabat, inſtrumento villæ non contineri.*

3. Achaja, quam illis reddidit ſupr. 25. 10. § 29.

4. Communium studiorum, tanquam ſibi, Græciſque *ſtudia* Græcarum doctrinarum forent *communia*. Beroaldus.

5. Perpetua i. longa & ſine interpellatione. Cicer. Fin. II. 6. *Quaſi perpetua oratio rhetorum ſolum, non etiam philoſophorum ſit.*

6. Oratione Græca, & hoc contra inſtitutum veterum, ut docui ſupr. Tib. 71. 1. §. 1.

7. Excubitor tribunus eſt, qui *excubitorum* cohorti præeſt. Tacit. Ann. XII. 69. 1. *Nero egreditur ad cohortem, quæ more militiæ excubiis adeſt. Ibi monente præfecto, feſtis vocibus exceptus, inditur lecticæ.* Noſt. Ner. 8. 1: 9. 4. *Torrentius* & *Sagitt. de jan. c. 17. §. 4.*

8. Non temere aliud quam integrum Homeri verſum pro ſigno dedit Claudius. Quod mirum. Nam plerumque uno, aut altero verbo ſignum dabant. Qualia victoria, Palma, Triumphus, Virtus, Jupiter, Mars, Venus, Cupido, Priapus, Æquanimitas, Optima mater, & ſimilia. Huic tamen non diſſimilis teſſera infr. Galb. 6. 3. *Torrentius.*

9. Ἄνδρ' ἐπαμύνασθαι.... exſtat Odyſ. Π. 72. De illo Dio LX. p. 675. E. Κλαύδιος δὲ οὕτω πως πρὸς τὴν τιμωρίαν τήν τε ἐκείνων, καὶ τὴν τῶν ἄλλων εἶχεν, ὥστε καὶ σύνθημα τοῖς στρατιώταις τὸ ἔπος τοῦτο συνεχῶς διδόναι, ὅτι χρὴ,

Ἄνδρ' ἀπαμύνασθαι, ὅτε τις πρότερος χαλεπήνῃ.

Claudius autem uſque adeo tam his, quam aliis puniendis intentus erat; ut pro teſſera verſum hunc Græcum quoque ſuis militibus dederit,

Non abeat, ſi quando prior quis lædet, inultus.

* 10. Historias XX. Facile quivis videt, Suetonium velle dicere *hiſtoriarum tot libros*; ſed eam vocem non apponit, quæ adhibita, & exquiſita eſt elegantia. Sic loquuntur auctores. In eo ſibi placet Gellius. Sic ille XIII. 11. *Herodotus in tertia hiſtoria.* XVII. 13. *A quo illa ſignificatio non abhorret, quæ eſt in tertia origine M. Catonis.* Mox: *In ſecunda quoque origine M. Cato hac particula uſus eſt.* Deliciæ ſunt *hiſtoria viginti, hiſtoria octo.* Et illas ſpectabat Suetonius. *Gronov. de Muſ. Alexandr. Theſ. Ant. Græc. Gronov. Tom.* VIII. *p.* 2754. *A.*

11. Τυῤῥηνικῶν i. antiquitates Etruriæ. * Antiquiſſima habet hiſtoria, Atyn fuiſſe regem Lydiæ, quondam Mæoniæ dictæ: is habuit duos filios Lydum & Tyrrhenum, quo tempore tanta fuit hominum ſuboles, ut neceſſario eſſet colonia mittenda, cum terra omnes alere non poſſet: ſic ſors inter fratres ducta Tyrrhenum deſignavit, & is coloniam in Italiam duxit. Hæc videtur ſcripſiſſe Claudius. *Gronov. ibid. p.* 2753. *F.*

12. Καρχηδονιακῶν i. antiquitates Pœnorum. *Carchedonius* enim Pœnus eſt. Plaut. Pœn. prol. n. 53.

Carchedonius vocatur hæc comœdia,
Latine Plautus, patruus pultiphagonides.

i. Pœnus pultem eſitare ſolitus.

13. Museum Alexandriæ appellatum eſt collegium doctorum virorum, qui publico ſumptu ibi alebantur, ut literarum ſtudiis vacarent. Philoſtr. Sophiſt. p. 524. C. Ἀδριανὸς σιτηρέσιον μὲν αὐτῷ ἀ- [illegible]

quotannis in altero Τυῤῥηνικῶν libri, altero Καρχηδονιακῶν, diebus ſtatutis, velut in auditorio, recitarentur toti a ſingulis per vices.

πέφηνεν ἐκ ἀφανῶν ἰδιῶν: κατέλεξε δὲ τοῖς δημοσίᾳ ἐπιτιμῶσι, καὶ τοῖς τῷ Μυσείῳ σιτουμένοις. Τὸ δὲ Μυσεῖον τράπεζα Αἰγυπτία, ξυγκαλῶσα τὺς ἐν πάσῃ τῇ γῇ ἐλλογίμους. *Adrianus eum non humilium gentium ſatrapam deſignavit. Item inter viros equeſtris ordinis cenſeri voluit, & eos, qui in Muſeo alebantur. Muſeum autem Ægyptia menſa erat, quæ ex omni terrarum orbe eloquentiſſimos quoſque viros convocabat.* p. 532. B. Κατέλεξε δὲ αὐτὸν καὶ τῷ τῦ Μυσείυ κύκλῳ ἐς τὴν Αἰγυπτίαν σίτησιν. *Recenſuit illam* Adrianus *in Muſei circulo ad frumentationem Ægyptiacam.* Hujus inſtitutio antiquiſſima eſt: ac videtur a Ptolemæo Philadelpho, qui Biblia Græce vertenda curavit, & bibliothecam illam admirabilem comparavit, inſtitutum. Teſtatur hoc Plutarch. adv. Colot p. 1095. D. Πτολεμαῖος ὁ πρῶτος συναγαγὼν τὸ Μυσεῖον τῦτο. *Ptolemaus, qui primus viros doctos in Muſeum convocavit.* Caſaubonus & Neocor. Diatrib. de Muſ. Alexandr. Theſ. Ant. Græc. Gronov. Tom. VIII. p. 2768. C. Qui cum Gronovio integros tractatus de *Muſeo* prodiderunt. Ego ad Ptolemæum primum, qui Soter dictus, refero, & Plutarchi locum ſic diſtinguo : *Ptolemaus primus*, qui.... Perizon. Addend. Ælian. p. 995. Redacta vero in provinciæ formam Ægypto, non minore liberalitate doctos ibi Auguſtus, Tiberius, cæterique principes foverunt. Strabo XVII. p. 546. Τῶν δὲ βασιλείων μέρος ἐστὶ καὶ τὸ Μυσεῖον ἔχον περίπατον, καὶ ἐξέδραν, καὶ οἶκον μέγαν, ἐν ᾧ τὸ συσσίτιον τῶν μετεχόντων τῦ Μυσείυ φιλολόγων ἀνδρῶν. Ἔστι δὲ τῇ συνόδῳ ταύτῃ καὶ χρήματα κοινὰ, καὶ ἱερεὺς, ὁ ἐπὶ τῷ Μυσείῳ τεταγμένος, τότε μὲν ὑπὸ τῶν βασιλέων, νῦν δὲ ὑπὸ τῦ Καίσαρος. *Pars etiam regiarum eſt Muſeum, quod deambulationem habet, & exedram, & maximam domum, in qua cœnaculum eſt eorum qui Muſei conſortes ſunt, ac literis humanioribus ſtudium impendunt. Hoc collegium publice pecunias habet, & ſacerdotem, qui Muſeo praeſt, olim a regibus, nunc a Caſare conſtitutum.* Caſaubonus.

14. Ex NOMINE Claudii alterum Muſeum priori acceſſit. Athen. VI. p. 240. B. Ἀντίδοτος ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ πρωτοχόρῳ παράγει τινὰ παράσιτον τοῖς ἐν τῷ Κλαυδίῳ νῦν σοφιστεύουσι, ὧν ἤδη μεμνῆσθαι καλόν. *Antidotus in fabula, cui titulus eſt protochorus, quendam paraſitum inducit iis ſimilem, qui nunc in Claudio philoſophantur.* Caſaubonus.

CAPUT XLIII.

ARG. *Agrippinam ſe uxorem duxiſſe, & Neronem ſe adoptaſſe pœnitentiam agit Tiberius Claudius Druſus Cæſar.*

Sub exitu vitæ [1], ſigna quædam, nec obſcura pœnitentis de matrimonio Agrippi- 1
næ, deque Neronis adoptione dederat. Siquidem commemorantibus libertis, 2
ac laudantibus cognitionem, qua pridie quandam adulterii ream [2] condemnaverat [3],
ſibi quoque in fatis eſſe jactavit *omnia impudica, ſed non impunita matrimonia.* Et ſub- 3
inde obvium ſibi Britannicum arctius complexus [4], hortatus eſt *ut creſceret, rationem-*
que a ſe omnium factorum acciperet, Græca inſuper voce proſecutus, ὁ τρώσας καὶ ἰάσε-
ται [5]. Cumque impubi, teneroque adhuc, quando ſtatura permitteret [6], togam dare 4
deſti-

SUB EXITU VITÆ etiam Ner. 54. 1. Veſp. 6. 4. uti, *ſub adventu hoſtis* Flor. II. 11. 5. *ſub occaſu ſolis* Obſeq. c. 5. *ſub ipſa proſcriptione* Nep. 25. 12. §. 3.

2. ADULTERII REAM forte Domitiam Lepidam, Neronis amitam, quam perdere Agrippina conatur apud Tacit. Ann. XII. 64. 3. *Sed in præcipuo pavore Agrippina vocem Claudii, quam temulentus jecerat, fatale ſibi, ut conjugum flagitia ferret, deinde puniret, metuens; agere, & celerare ſtatuit, perdita prius Domitia Lepida.* Cui apud eundem 65. 1. objicitur, *quod conjugium principis devotionibus petiviſſet, quodque parum coercitis per Calabriam ſervorum agminibus pacem Italiæ turbaret.*

3. CONDEMNAVERAT, ita ut illi fuerit *mors indicta*, ſed *multum adverſante Narciſſo.* Tacit. ibid. n. 2. Noſt. Ner. 7. 5.

4. BRITANNICUM COMPLEXUS quoque eſt Narciſſus, illumque ſimili modo hortatus eſt apud Tacit. ibid. n. 5. *Hæc atque talia dictitans, amplecti Britannicum: robur ætatis quam maturrimum precari: modo ad Deos, modo ad ipſum tendere manus, adoleſceret, patris inimicos depelleret, matris etiam interfectores ulciſceretur.*

5. Ὁ τρώσας καὶ ἰάσεται legendum eſſe puto ex veſtigiis antiqui codicis, in quo ita ſcriptum invenitur, ὁ τρώσας πιέσεται. Significare obſcure voluit, ſe remedium illi malo, quod ei feciſſet, inventurum, ſublaturumque Neronem: quo ſtulto conſilio imperium, ut res poſtea docuit, Britannico eripuiſſet. Proverbium autem ab Achille ortum eſt, qui eadem haſta, qua Telephum vulneravit, ipſum poſtea ſanavit. Plutarch. περὶ τῦ ἀκύειν p. 46. F. de morſu quodam, qui in animis ingenioſorum adoleſcentium a philoſophia excitatur, loquens, di-

cenſque,

deſtinaſſet, adjecit *ut tandem populus Romanus verum Cæſarem* [7] *habeat.*

ceníque, poſſe illum a ratione ipſa, quæ ipſum inflixit, ſanari, non minus ac plagam illam Telephi, manifeſto ad hoc proverbium reſpexit: cum etiam verbis ipſis uſus ſit. Quamvis verſum etiam Euripidis addat, quo poeta ille eandem rem tragice commemoravit. Verba Plutarchi hæc ſunt. Οὐ γὰρ μόνον, ὡς Εὐριπίδης φησὶ, τὸ Τηλέφου τραῦμα

Πριστοῖσι λόγχης θέλγεται ῥινήμασιν.

ἀλλὰ καὶ τὸν ἐκ φιλοσοφίας ἐμφυόμενον εὐφυέσι νέοις δηγμὸν αὐτὸς ὁ τρώσας λόγος ἰᾶται. *Non enim ſolum Telephi vulnus, ut eſt apud Euripidem,*

Ramenta lima dempta cuſpidi fovent,

ſed etiam morſum bonæ indolis adoleſcentibus a philoſophia inflictum eadem, qua ſauciavit, ſanat oratio. Victor. V. L. XXIV. 14. V. quoque de hoc proverbio *Euſtath. ad Homer. Iliad. p.* 35. *Apoſtol. Prov. Cent* XIII. 36. *Iſaac. ad Lycophron. p.* 44. Et ſi vacas, *Turneb. Adv.* XXII. 32.

6. QUANDO STATURA PERMITTERET I. ſiquidem ſupra annos excrêverat. Xiphil. LXI. p. 689. D. Ἀποθανόντος δὲ τοῦ Κλαυδίου, κατὰ μὲν τὸ δικαιότατον ἡ ἡγεμονία τοῦ Βρεττανικοῦ ἦν· γνήσιος γὰρ τοῦ Κλαυδίου παῖς ἐπεφύκει, καὶ τῇ τοῦ σώματος ἀκμῇ, καὶ ὑπὲρ τὸν τῶν ἐτῶν ἀριθμὸν ἤνθει. *Poſt Claudii mortem Britannicum optimo jure imperio ſuccedere oportebat, quod genuinus ejus eſſet filius, quodque vigore corporis, etiam ultra numerum annorum ætatis floreret.*

7. CÆSAREM VERUM I. non ſuppoſititium, non irreptitium, non adoptivum. Talis autem Nero. Dio LX. p. 687. E. Ὁ δὲ Κλαύδιος, τοῖς ὑπὸ τῆς Ἀγριππίνης δρωμένοις, ἅ γε καὶ ᾐσθάνετο ἤδη, ἀχθόμενος, καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν Βρεττανικὸν ἐπιζητῶν (ἐξ ὀφθαλμῶν αὐτῷ ἐπίτηδες ὑπ' ἐκείνης τὰ πολλὰ γιγνόμενον, Νέρωνι, ὡς τῷ ἑαυτῆς παιδὶ ἐκ τοῦ προτέρου ἀνδρὸς αὐτῆς Δομιτίου, πάντα τρόπον προκατασκευαζούσης τὸ κράτος) οὐκ ἤνεγκε τὸ γιγνόμενον, ἀλλ' ἐκείνην τε καταλῦσαι, καὶ τὸν υἱὸν διάδοχον τῆς ἀρχῆς ἀποδεῖξαι παρεσκευάζετο. *Claudius autem Agrippinæ actionibus, quas quidem comperiſſet jam infenſus, filiumque ſuum requirens Britannicum (quem ipſa conſulto plerumque adſpectui ſubducebat, Neroni, filio ſuo ex priori marito Domitio, omni modo imperium parans) nec ferens, quæ fiebant, conſilia Agrippinæ deprimendi, filiumque ſuum ſucceſſorem imperii relinquendi rationes cogitabat.* Ita verum *ſtirpem* Britannicum dicet Tacitus init. Ner. 7. 2. §. 2.

CAPUT XLIV.

ARG. *Teſtamentum conſcriptum magiſtratibus obſignandum dat, & veneno occiditur Tiberius Claudius Druſus Cæſar.*

1 Non multoque poſt teſtamentum etiam conſcripſit, ac ſignis omnium magiſtratuum
2 obſignavit. Prius igitur quam ultra progrederetur [1], præventus eſt ab Agrippina [2], quam præter hæc, conſcientia quoque, nec minus delatores multorum cri-
3 minum arguebant [3]. Et veneno [4] quidem occiſum convenit [5], ubi [6] autem, & per quem

QUAM ULTRA PROGREDERETUR, ut Britannico caveret, & in Neronem, aut Agrippinam novi aliquid ſtatueret. *Sabellicus.*

2. Ἡ Ἀγριππῖνα δεδοικυῖα, μὴ ὁ Βρεττανικὸς ἀνδρωθεὶς αὐτὸς παρὰ τοῦ πατρὸς τὴν ἀρχὴν παραλάβοι, τῷ δὲ αὐτῆς παιδὶ προαρπάσαι βουλομένη τὴν ἡγεμονίαν, τά τε περὶ τὸν θάνατον τοῦ Κλαυδίου, καθάπερ ἦν λόγος, διεπράξατο. *Agrippina verita, ne Britannicus adultus a patre acciperet imperium, volensque principatum ſuo filio quærere, quæ de morte Claudii peragenda erant, ut fertur, peregit.* Joſeph. Ant. Jud. XX. 5. Hanc ſibi malum moliri præcognovit, ſed quæ præviderat, cavere non valuit, & ab illa ignominioſe interfectus dicitur Claudius Philoſtr. Apollon. V. 9. Ὑφ' ἧς δὴ οὕτω ῥαθύμως ἀπώλετο, ὡς καὶ τοῖς προεγνωκόσιν ἃ μέλλει πείσεσθαι, μηδ' ἃ προὔδει φυλάξασθαι.

3. ARGUEBAT Agrippinam Narciſſus maxime impudicitiæ apud Tacit. Ann. XII. 65. 4.... *majore flagitio, quam ſi impudicitiam prioris conjugii reticuiſſet: quanquam ne impudicitiam quidem nunc abeſſe, Pallante adultero: ne quis ambigat, decus, pudorem, corpus, cuncta regno viliora habere.*

4. VENENO *occiſum* Claudium dicit etiam Plin. II. 25. *In noſtro vero ævo circa veneficium, quo Claudius Cæſar imperium reliquit Domitio Neroni....* De genere veneni autem Agrippina *conſultavit* apud Tacit. 66. 2. *ne repentino, & præcipiti facinus proderetur; ſi lentum, & tabidum delegiſſet, ne admotus ſupremis Claudius, & dolo intellecto, ad amorem filii rediret: exquiſitum aliquid placebat, quod turbaret mentem, & mortem differret.*

* 4. CONVENIT I. inter omnes conſtat. Noſt. Veſp. 25. I. *Convenit inter omnes.*

6. UBI venenum Claudio datum ſit, incertum. Sinueſſam abiiſſe, & ſic oblatam Agrippinæ occaſionem illum interimendi prodit Tacit. ibid. 66. I. *In tanta mole curarum, Claudius valetudine adverſa corripitur, refovendiſque viribus mollitie cœli, & ſalubritate aquarum, Sinueſſam pergit. Tum Agrippina ſceleris olim certa, & oblatæ occaſionis propera, de genere veneni conſultavit.* In Palatio tamen videtur mortuus. Nam docente eodem 68. 2. *Britannicum*

Digitized by Google

quem dato, diſcrepat. Quidam tradunt, epulanti in arce 7 cum ſacerdotibus, per Halotum ſpadonem 8 prægustatorem 9: alii domeſtico convivio, per ipſam Agrippinam 10, quæ boletum 11 medicatum 12 avidiſſimo ciborum talium 13 obtulerat. Etiam de 4

cum variis artibus demorata eſt Agrippina, ne cubiculo egrederetur. Antoniam quoque & Octaviam ſorores ejus attinuit, & cunctos aditus cuſtodiis clauſit. Et noviſſime 69. 1. *medio diei, tertium ante Idus Octobris, fores Palatii repente diduxit.*

7. Arcem proprie appellitabant veteres munitionem illam, magiſque excelſam montis Capitolini partem, qua theatrum Marcelli, flumen Tiberinum, & Dianam Aventinam in meridiem converſus reſpiciebat, in qua, utpote ſummo populi Romani propugnaculo, turres, murique pinnati, & templum ipſum auguſtiſſimum Jovis OPT. MAX. De illa plura *Rycq. de Capit. c.* 5.

8. De Haloto spadone etiam Tacit. ibid. 66. 3. *Ejus mulieris*, Locuſtæ, *ingenio paratum virus, cujus miniſter e ſpadonibus fuit Halotus, inferre epulas, & explorare guſtu ſolitus.* Noſt. Galb. 15. 4.

9. Prægustator ſervus, qui cibos, potumque principis *prægustat.* Tacit. Ann. xiii. 16. 2. *Illic epulante Britannico, quia cibos, potuſque ejus delectus ex miniſtris guſtu explorabat....* Athen. iv. Ὃν νῦν καλῦσιν οἱ Ἕλληνες προτένθην ὠνόμαζον. *Quem Romani nunc vocant prægustatorem, olim Græci protentatorem nominaverunt.* Regum vita, quia plurium inſidiis obnoxia, non ſolum ipſis regibus, ſed etiam illis ſubjectis curæ eſſe debet, & ideo ab omni antiquitate moris fuit, *prægustatores* ut eſſent, qui regios cibos, & potus explorarent. Quod traductum maxime a Perſis, de quibus Xenoph. Κυροπ. 1. p. 10. C. Οἱ τῶν βασιλέων οἰνοχόοι ἐπειδὰν ἐνδιδῶσι τὴν φιάλην, ἀρύσαντες ἐπ' αὐτῆς τῷ κυάθῳ, εἰς τὴν ἀριστερὰν χεῖρα ἐγχεάμενοι, καταῤῥοφῶσι, τῷ δὴ εἰ φάρμακα ἐγχέοιεν, μὴ λυσιτελεῖν αὐτοῖς. *Pocillatores regum poſtquam dederint phialam principi, haurientes cyatho ex ea in manum dextram effuſa ſorbent; ut, ſi venena infundant ipſi non lædantur.* Mos libera Republica ignotus Romanis, qui forte cœperit ab Auguſto. Docet hoc lapis Romanus.

GENIO
CAELI. HERODIAN.
PRAEGVSTATOR
DIVI AVGVSTI
IDEM. POSTEA. VILLICVS. IN
HORTIS SALLVSTIANIS
DECESSIT. NONIS. AVGVSTIS
M. COCCEIO. NERVA
C. VIBIO. RVFINO COS.

Ita *prægustatorum* opera veneno necatus eſt Alexander Magnus. V. Curt. x. 10. 14. & ad illum a me laudatos auctores. De *prægustatore* quoque *Lipſ. Tacit. Ann p.* 143. *Meurſ. Exercit. Crit.* 11. 3. *Bulenz. de conv.* iv. 5. *Poſm. de oper. ſerv. p.* 112. *Pignor. de ſerv. p.* 125. *Stuck. A. C.* 11. 21. *Baluz. in Lactant. de Mort. perſec. c.* 38.

10. Agrippina Claudium quomodo interemerit, docent Dio lx. p. 688. A. Zonar. Ann. p. 187. Ὡς δὲ ἐκεῖνος ὑπό τε τῷ οἴνῳ, ὃν πολὺν ἀεὶ ποτὶ ἔπινε, καὶ ὑπὸ τῆς ἄλλης διαίτης, ᾗ πρὸς φυλακὴν σφῶν οἱ αὐτοκράτορες χρῶνται, κακωθῆναι οὐκ ἠδύνατο, Λουκοῦσταν τινὰ φαρμακίδα περιβόητον μετεπέμψατο, καὶ φάρμακόν τι ἄφυκτον προκατασκευάσασα, ἐς τινὰ τῶν καλουμένων μυκήτων ἐνέβαλε: καὶ αὐτὴ μὲν ἐκ τῶν ἄλλων ἤσθιεν, ἐκεῖνον δὲ ἐκ τῷ τὸ φάρμακον ἔχοντος (καὶ γὰρ μέγιστος καὶ κάλλιστος ἦν) φαγεῖν ἐποίησε. *Et quoniam vinum, quod plurimum ſemper bibebat, ac cætera victus ratio, qua ad ſui cuſtodiam Imperatores utuntur, ne læderetur, obſtabat; Locuſtam famoſam veneficiorum cauſa mulierem ad ſe vocavit, venenum ejus opera immedicabile præparatum boleto infudit: proinde ipſa de reliquis comedens, medicatum Claudio, maximum videlicet, & pulcerrimum, manducandum dedit.* V. etiam Juven. infr. Veſp. 4. 3. §. 8.

11. Boletus quid ſit, dixi ſupr. Tib. 42. 6. §. 19. Per ſe non occidit, ut ex *Galeno* dicente, ὑπὸ τῶν βωλητῶν μόνων οὐδεὶς ἐτεθνηκε τεθνεώς, dicit Caſaubonus. Sed hic Claudii medicatus fuit. Ea de re Plin. xxii. 22. *Inter ea, quæ temere manduntur, boletos merito poſuerim, optimi quidem hos cibi, ſed immenſo exemplo in crimen adductos veneno Tiberio Claudio principi per hanc occaſionem a conjuge Agrippina dato.* Faciliime venenum excipit. Plinius. *Si caligaris clavus, ferrive aliqua rubigo, aut panni marcor aſſuerit naſcenti, omnem illico ſuccum alienum, ſaporemque in venenum concoquit: deprehendiſſeque niſi agreſtes poſſunt, atque qui colligunt. Ducunt ipſi alia vitia, nunc quidem ſi ſerpentis caverna juxta fuerit, ſi pateſcentes primo adhalaverit, capaci venenorum cognatione ad virus accipiendum.* Inde mirus Senecæ de Claudii morte ludus, quem obſervat, & explicat Junius Anim. 1. 17. in libello, cui ἀποκολοκύντωσιν nomen indidit, apud Dion. lx. p. 689. A. Συνέθηκε γὰρ ὁ Σενέκας σύγγραμμα, ἀποκολοκύντωσιν αὐτὸ, ὥσπερ τινὰ ἀπαθανάτισιν, ὀνομάσας. *Scripſit enim Seneca etiam librum, ἀποκολοκύντωσιν titulo, quaſi diceres quandam inter indigetes referendi rationem.* Nuncupavit autem Seneca ἀποκολοκύντωσιν eo quod medicato *boleto*, quaſi pharmaco purgatorio, quod olim frequens e colocyntide, quam agreſtem cucurbitam vocare licet, concinnabatur, periit. Neronis etiam illud non indignum memoria eſt, qui fungos deorum cibum eſſe dicebat; quoniam Claudius etiam *boleti* ejus deus eſſet factus. Καὶ ὁ Νέρων δὲ οὐκ ἀπάξιον μνήμης ἔπος κατέλιπε: τοὺς γὰρ μύκητας, θεῶν βρῶμα ἔλεγεν εἶναι: ὅτι καὶ ἐκεῖνος διὰ τῷ μύκητος θεὸς ἐγεγόνει. Dio. Noſt. Ner. 33. 1. Ad Claudii *boletum* alludunt Poetæ, Juven. v. 147.

Vilibus ancipites fungi ponentur amicis,
Boletus domino: ſed quales Claudius edit

Digitized by Google

de ſubſequentibus diverſa fama eſt. Multi ſtatim hauſto veneno obmutuiſſe [14] ajunt, excruciatumque doloribus nocte tota [15], defeciſſe prope lucem [16]. Nonnulli inter initia conſopitum, deinde cibo affluente [17] evomuiſſe omnia, repetitumque [18] toxico [19], incertum pultine addito, cum velut exhauſtum refici [20] cibo oporteret, an immiſſo per clyſterem [21], ut quaſi abundantia laboranti etiam hoc genere egeſtionis ſubveniretur.

Ante illum uxoris, poſt quem nil amplius edit.
Mart. I. 21. 4.

Boletum, qualem Claudius edit, edas.

12. MEDICATUM i. veneno infectum. Virg. Æn. VI. 420.

Melle ſoporatam, & medicatis frugibus offam.

* *Medicamentum* eſt venenum. Varr. apud Non. IV. 297. *Quærit ab Annibale, cur biberit medicamentum.*

13. AVIDISSIMO CIBORUM TALIUM, quia ejus mater illum in utero geſtans fungos avide eſitabat. Ptolemæus Hephæſtionis F. Καιν. ἱστορ. III. Ὡς Κλαύδιον κύουσα ἡ μήτηρ, βωλητῶν τοὺς μύκητας ἐπιθυμήσασα φάγοι. Καὶ Κλαύδιος μύκητας πεφαρμακευμένους φαγὼν, ἀποθάνοι. *Claudium imperatorem gravida geſtans mater, boletum fungorum deſiderio capta comedit, & Claudius fungos veneno infecto devorans periit.* Caſaubonus. * Unde *delectabili cibo boletorum venenum infuſum* fuiſſe dicit Tacit. Ann. XII. 67. I.

14. OBMUTUISSE Claudium hauſto hoc veneno dicit etiam Dio p. 688. B. Καὶ ὁ μὲν οὕτως ἐπιβουλευθεὶς, ἐκ μὲν τοῦ συμποσίου, ὡς καὶ ὑπὸ μέθης, μάλα σφόδρα ὢν, ἐξεκομίσθη (ὅπερ που καὶ ἄλλοτε πολλάκις ἐγεγόνει) τῆς δὲ νυκτὸς ὑπ᾽ ... ὑπ᾽ ἀναύδως διατεθεὶς, μετήλλαξε. *Hoc pacto circumventus ille inſidiis, e convivio quaſi temulentia oppreſſus, elatus eſt, quod erat ipſi frequens: noctu autem amiſſa loquendi audiendique omni facultate diem clauſit.*

* 15. NOCTE TOTA. Imo *medio etiam die noctem præcedente Claudius animam agere cœpit, nec invenire exitum poterat.* Senec. Ἀποκολ. p. 846.

* 16. PROPE LUCEM noſter, τῆς νυκτὸς §. 14. Dio Claudium defeciſſe dicunt. *Inter ſextam vero & ſeptimam* in Ἀποκολοκυνθώσει Seneca. Qui tamen more Romanis ſolemni horas non numeraverit ab ortu ſolis; ſed *a media nocte, a qua ſacerdotes, & qui diem diffinivere civilem*, ut ait Plin. II. 77.

17. AFFLUENS *cibus* eſt copioſus, ſed hic locum non habet, & oratio pendet, hiatque. Quid enim eſt? *Nonnulli inter initia conſopitum, deinde cibo affluente evomuiſſe omnia.* Num antequam conſopiretur i. mente alienaretur, cibus non erat *affluens*? an conſopito cibi ingeſti? *Afluente* exhibet Salmaſii codex. Et eſt, cum cibus deflueret ex ſtomacho per os, egereretурque per vomitum, ſimul cum cibo venenum evomuiſſe Claudium. *Afluere*, ut *effluere, defluere*, quod quamvis nuſquam legatur, plures tales tamen occurrunt voces, quas Græci *μονήρεις* dicunt, & forte pluribus in locis hæc eſt corrupta. Sic *amonere* pro deterrere, monere ne quis faciat, diſſuadere, reſtituerunt Latio viri docti. Hæc, quo doctiorem nullum alterum ſol illuxit, *J. G. Grævius.*

18. REPETI *toxico* dicitur, cui ſæpius *toxicum* datur. *Repetitum* & hoc modo dicit Tacit. Ann. XII. 67. *Temporum illorum ſcriptores prodiderunt, vim medicaminis non ſtatim intellectam, ſocordiane Claudii, an vinolentia: ſimul ſoluta alvus ſubveniſſe videbatur. Igitur exterrita Agrippina, & quando ultima timebantur, ſpreta præſentium invidia, proviſam jam ſibi Xenophontis medici conſcientiam adhibet. Ille tanquam niſus evomentis adjuvaret, pinnam rapido veneno illitam faucibus ejus demiſiſſe creditur.*

19. TOXICUM i. venenum, de quo Plin. XVI. 10. *Letale taxi baccis, in Hiſpania præcipue, venenum ineſt. Vaſa etiam viatoria, ex ea vinis in Gallia facta, mortifera fuiſſe compertum eſt. Hanc Sextius dicit eſſe in Arcadia tam præſentis veneni, ut qui obdormiant ſub ea, cibumve capiant, moriantur. Sunt & qui taxica hinc appellata dicant venena, quæ nunc toxica dicimus, quibus ſagittæ tinguntur.* Τόξον ſagittam ſignificat. Sagittas autem, quo præſentior mors eſſet, veneno inungebant barbari. Virg. Æn. IX. 773.

Ungere tela manu, ferrumque armare veneno.

Unde Dioſcor. Alex. pharm. c. 20. Τὸ δὲ τοξικὸν δοκεῖ μὲν ὀνομάσθαι ἐκ τοῦ τὰ τόξα τῶν βαρβάρων ὑπ᾽ αὐτοῦ χρίεσθαι. *Toxicum ex eo appellatum creditur, quod barbarorum ſagittæ eo tingerentur.*

20. REFICERE quid ſit, docet Ulpian. Digeſt. XLIII. 21. 6. *Deinde ait prætor, reficere, purgare. Reficere eſt, quod corruptum eſt, in priſtinum ſtatum reſtaurare. Verbo reficiendi, tegere, ſubſtruere, ſarcire, ædificare, item adducere, adportare ea, quæ ad eandem rem opus eſſent, continentur.* Hinc cibo ſumpto vires conſumptæ *reficiuntur.* Plin. XVIII. 7. *Panem ex hordeo antiquis uſitatum vita damnavit, quadrupedumque tradidit refectibus.*

21. CLYSTER medicamentum eſt, quod per inferiorem partem, purgandi gratia, in ventrem immittitur. Plin. XXII. 2. *Urinam movet ex vino dulci, & in renum dolore clyſteribus ſimul cum cumino infunditur.* Oſtendit illud mortalibus ibis avis. Plin. VII. 27. *Simile quiddam & volucris in eadem Ægypto monſtravit, quæ vocatur ibis: roſtri aduncitate per eam partem ſe perluens, qua reddi ciborum onera maxime ſalubre eſt.* Idem Plutarch. de ſolert. anim. p. 974. C. Noſt. Ner. 20. 2.

CAPUT XLV.

ARG. *Moritur, funeratur, & in deorum numerum refertur Tiberius Claudius Druſus Cæſar.*

Mors ejus celata eſt, donec circa ſucceſſorem [1] omnia ordinarentur. Itaque & 1.2
quaſi pro ægro adhuc vota ſuſcepta [2] ſunt, & inducti per ſimulationem co-
mœdi [3], qui velut deſiderantem oblectarent. Exceſſit III. Idus Octobris [4], Aſinio 3
Marcello, Acilio Aviola conſulibus [5], LXIV ætatis [6], imperii XIV. [7] anno. Funeratus [8] 4
eſt ſollenni principum pompa [9], & in numerum deorum relatus [10]. Quem hono- 5
rem a Nerone deſtitutum abolitumque, recepit mox per Veſpaſianum [11].

SUCCESSOREM Neronem. Tacit. Ann. XII. 68. 1. *Dum res firmando Neronis imperio componuntur.*

2. PRO ÆGRO VOTA SUSCEPERUNT conſules & ſacerdotes. Tacitus. *Vocabatur interim ſenatus; votaque pro incolumitate principis conſules & ſacerdotes nuncupabant, cum jam exanimis veſtibus & fomentis obtegeretur.*

3. COMOEDI. i. *comœdiarum* actores oblectamenti cauſa interdum ægrotantibus adhibebantur. Namque ut auctor eſt Celſus *in quibuſdam morbis ſymphonia, & cymbala, ſtrepituſque proficiunt*: & delectatio quærenda eſt ex fabulis, ludiſque, quibus maxime capi ſanus aſſueverat. Senec. Ἀποκολ. p. 848. *Exſpiravit, dum comœdos audit.* * Cenſorin de Die Nat. c. 12. *Aſclepiades medicus phreneticorum mentes, morbo turbatas, ſæpe per ſymphoniam ſuæ naturæ reddidit.* Beroaldus. Brod. Miſc. IV. 31. Lindenbr. in Cenſorinum. Lampe de Cymbal. III. 13.

4. III IDUS OCTOBRIS. Dio LX. p. 688. B. Μετήλλαξε τῇ τρίτῃ καὶ δεκάτῃ τοῦ Ὀκτωβρίου. * Senec. Ἀποκολ. p. 845. *Menſis erat October, dies tertius Idus Octobris.*

5. ASINIO MARCELLO, ACILIO AVIOLA CONSULIBUS i. anno ab U. C. 806. V. *Faſtos Capitolinos* & *Pigh. Ann.* III. *p.* 587.

6. LXIV ÆTATIS *anno exceſſiſſe* Claudium dicit etiam Dio. Ζήσας ἑξήκοντα καὶ τρία ἔτη. *Quum vixiſſet annos tres & ſexaginta.* Κατὰ τὸν ἀκριβῆ λογισμὸν quamdiu vixerit, notavit Zonar. Ann. II. p. 187. Ζήσας ἔτη ἐπὶ τρισὶν ἑξήκοντα, καὶ μῆνας δύο, καὶ ἡμέρας τρισκαίδεκα. *Vixit annos tres & ſexaginta, menſes duos, dies tredecim.*

7. IMPERII XIV *anno exceſſiſſe* Claudium dicunt etiam Dio, Zonaras & Joſeph. Ant. Jud. XX. 5. dum dicunt illum obiiſſe, quum imperaſſet annos tredecim, menſes octo, dies viginti. Αὐταρχήσας ἔτη δέκα καὶ τρία, καὶ μῆνας ὀκτὼ, καὶ ἡμέρας εἴκοσι. Plures imperii dies Claudio, ſed perperam, qui tribuant, docebit te *Caſaubonus*.

* 8. FUNERATUS i. ſepultus. Ulpian. Digeſt. XI. 7. 14. § 13. *Si prohibente hærede funeraveris teſtatorem. De ſuo expedit mortuos funerari. Ego tamen nihilominus funeravi.* Noſt. Ner. 50. 1. Oth. 11. 5. Dom. 17. 6.

9. POMPAM *funeris* deſcribit Tacit. Ann. XII. 69. 4. *Funeris ſollemne perinde ac divo Auguſto celebratur; æmulante Agrippina proaviæ Liviæ magnificentiam.* Eadem Dio. E.

10. REFERRI IN NUMERUM DIVORUM dicuntur, qui ἐκθεάζονται i. conſecrantur imperatores. Ritum deſcribit Herodian. IV. 2. Illum conſule. De conſecratione Claudii Dio E. Ἀγριππῖνα δὲ καὶ ὁ Νέρων πενθεῖν προσποιούμενοι ὃν ἀπεκτόνεσαν· ἐς τε τὸν οὐρανὸν ἀνήγαγον ὃν ἐκ τοῦ συμποσίου φοράδην ἐξενηνόχεσαν. *Agrippina autem ac Nero lugere ſe eum, quem necaverant, ſimulavere: evexeruntque in cœlum, quem e convivio extulerunt.* Plin. Paneg. 11. 1. *Dicavit cœlo Tiberius Auguſtum, ſed ut majeſtatis crimen induceret: Claudium Nero, ſed ut irrideret.* Noſt. Ner. 9. 1.

11. PER VESPASIANUM *recepit honorem a Nerone abolitum* Claudius. Ille enim, ut Aurel. Victor. Epit. 9. 8. *Claudii monumenta reparavit.* Noſt. Veſp. 9. 1.

CAPUT XLVI.

ARG. *Mortem inſtantem præſagiis docetur, non ignorat, nec diſſimulat Tiberius Claudius Druſus Cæſar.*

Præſagia mortis [1] ejus præcipua fuerunt: exortus crinitæ ſtellæ, quam cometen 1
vocant: tactumque de cœlo monumentum Druſi patris: & quod eodem anno ex
omnium magiſtratuum genere [2] plerique mortem obierant. Sed ipſe nec ignoraſſe, 2
aut

PRÆSAGIA MORTIS Claudii, præter ea, quæ narrat noſter, fuerunt ἡ ψεκὰς ἡ αἱματώδης, ὅ τε σκηπτὸς ὁ ἐς τὰ δορυφορικὰ σημεῖα ἐμπεσὼν, καὶ ἡ αὐτόματος τοῦ ναοῦ τοῦ Νικαίου Διὸς ἄνοιξις, τό τε σμῆνος τὸ ἐν τῷ στρατοπέδῳ συστραφέν: *pluvia ſanguinolenta, fulmen in ſigna prætorianorum militum delatum, ſpontanea templi Jovis Victoris apertio, examen apum in caſtris conglomeratum.* Dio LX. p. 688. D. *Biformes hominum partus. Et ſuis fœtus editus, cui accipitrum ungues ineſſent.* Tacit. Ann. XII. 64. 1.

3 aut diſſimulaſſe ultima vitæ ſuæ tempora videtur, aliquot quidem argumentis. Nam & cum conſules deſignaret [3], neminem ultra menſem, quo obiit [4], deſignavit: & in ſenatu, cui noviſſime interfuit, multum ad concordiam liberos ſuos [5] cohortatus,
4 utriuſque ætatem ſuppliciter patribus commendavit. Et in ultima cognitione pro tribunali *acceſſiſſe ſe ad finem mortalitatis*, quamquam abominantibus [6] qui audiebant, ſemel atque iterum pronuntiavit.

2. MAGISTRATUUM GENERA hæc tradit Tacit. n. 2. *Numerabatur inter oſtenta deminutus omnium magiſtratuum numerus, quæſtore, ædili, tribuno ac prætore, & conſule, paucos intra menſes defunctis.*

*3. DESIGNARET i. in annum proximum crearet. V. ſupr. Cæſ. 9. 1. §. 4.


4. MENSEM, QUO OBIIT i. Octobrem, non autem in Novembrem & Decembrem, reliquos menſes.

5. LIBEROS ſuos, Britannicum, & Neronem.

6. ABOMINANTIBUS i. *omen*, quod Claudii verbis ineſſe videbatur, non admitttentibus. *Abominabantur* mentionem mortis veteres. Liv. XXX. 25. *Annibali jam terra appropinquanti, juſſus e nauticis eſcendere in malum, ut ſpecularetur, quam tenerent regionem, quum dixiſſet, ſepulcrum dirutum proram ſpectare, abominatus, prætervehi juſſo gubernatore, ad Leptim appulit claſſem.* Senec. Troad. III. 608.

——— fingit an quiſquam hoc parens?
Nec abominandæ mortis auſpicium pavet?
Auſpicia metuunt, qui nihil majus timent.

Vana vero eſſe *omina*, ſi non admitterentur, dixi Cæſ. 59. 3. §. 7.



. J. [illegible] del. . A. Pool Sculp.

576258

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google